# DECISIONVM NOVISSIMARVM SACRI REG. CONS. NEAP.

## LIBER PRIMVS.

IN QVIBVS ABSTRVSIORES IVRIS QVÆSTIONES, Contractuum, Vltimarum voluntatum, Criminales, Feudales, Conſuetudinariæ pertractantur, enodantur.

AVTHORE

D. HECTORE CAPYCIO LATRO

I. C. AC PATRITIO NEAP. MARCHIONE TORELLI,

*OLIM ADVOCATO FAMIGERATISSIMO; poſtmodùm S.R.C. nunc Supremi Ordinis à Latere Conſiliario, ac Regente Regiam Cancellariam.*

OPVS MAGISTRATIBVS, ADVOCATIS, COETERISQ. IN VTROQ. FORO Verſantibus non ſolùm vtile, ſed & neceſſarium. Cum duplici Indice, altero Argumentorum, Materiarum altero.

*ACCESSERVNT HAC SECVNDA EDITIONE OBSERVATIONES ad ſingulas Deciſiones*

MICHAELIS ANGELI GIZZII

I. C. NEAPOLITANI.

IN QVIBVS, NEDVM QVÆSTIONES IN DECISIONIBVS PROPOSITÆ, ſed etiam alij Illuſtres, ac magis controuerſi iuris articuli excitantur, breui, faciliq; methodo diſcutiuntur, & accuratè reſoluuntur, atquè vt plurimùm authoritate rerum iudicatarum Tribunalium huius Regni Neap. adhùc non impreſſarum, nec à Pragmaticis relatarum, ſub ſigno * comprobantur; cum ſuo Indice locupletiſsimo.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.



NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Gaffari. M.D.C.LII.

EXPENSIS IOANNIS DOMINICI BOVE.

Digitized by Google

Illuſtriſs.^mo atq; Excellentiſs.^mo Domino

# D. RAMIRO PHILIPPO DE GVZMAN

DOMINO DOMVS DE GVZMAN, MEDINAE DE LAS Torres Duci, Hoſtiliani Principi, Sablonetæ, Mondragonis, & Traiecti Duci,

*Marchioni de Toral, de Moneſterio, & de Piadena; Comiti Fundorum, de Porma, Aliani, Collea, Sytriani, Valdorecæ, & Carinolæ; Domino Ciuitatis Theani, de la Villa, & Montañas de Boñar, Valliſq; de Curueño, & Caſtelli de Ariados, necnon de los Conſejos de los Cilleros, Equiti Ordinis Calatrauæ, Supremoq; Suæ Maieſtatis Cubiculario, Magnoq; Cancellario Indiarum, Theſaurario Generali Coronæ Aragonum, Commendatarioq; de Valdepeñas, Capitaneo centum Nobilium Cuſtodiæ Suæ Maieſtatis, Caſtellanoq; Caſtri noui Neap. & in præſenti Regno Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.*

HECTOR CAPYCIVS LATRO P. F. precatur.

QVAS inter ius dicendum, potiſſimùm verò ſub tuis fauſtiſſimis auſpicijs, tuoq; feliciſſimo Imperio præcipuas, inſignioresq; florentiſſimi Neap. Senatus Deciſiones elucubraui; non niſi tuo Nomini, tuo Numini erant nuncupandæ, ſiuè te Reipubl. Patrem, ſiuè meum peculiarem Heroem mecum reputem. Quis enim laudum tuarum præconia, vel æmulus quidem non fateatur, & extollat? quæ à tot, tantisq; Hiſpanis Proceribus maioribus tuis, hæreditario quaſi iure per manus deſumpſiſti. Quis Guzmanorum Nieblenſ. Oliuarenſ. Thebenſ. Orgazenſ. Comitum. Quis Caſazanſ. Ardaleſ. Algan. Aiamont. Toral. Marchionum. Quis Medin. tum Sidon. tum Turrenſ. Ducum armorum ſtrenuitatem. Quis conteſtatam rebus præclarè ge-

a 2 ſtis

ſtis gloriam non colat, & recolat? Quis ſummos militiæ Duces, Imperij Vicarios, Proreges, Regnorumq; Mareſcallos? Quis cæteros Gentiles tuos, nedùm generis ſplendore, præcelſa dignitate, peramplis ditionibus, ſed chriſtiana pietate, atq; adeò ſanctitate toto Orbe clariſſimos ſatis digno elogio proſequatur? Quis non demiratus adoret? Ex quibus animi candorem, iuſtitiæ zelum, prudentiam, æquitatem, moderandis, tutandisq; Regnis dexteritatem, ceu germanum germen, virtutumq; compendium planè exhauxiſti. Quod ſi ad Heroes maiores tuos nuncupatim me vertam, Alphonſus ille Perez à Guzman ſeſe offert. Is eſt Alphonſus, qui captiuum apud hoſtes filium ab ijs trucidari maluit, quàm Tariffam obſidione circumſeſſam inimicorum tradere poteſtati, ferro ſuo (ò magnum virtutis facinus) hoſtibus tradito, quo dulciſſima proles enercaretur, victima ne hoſtilis feritatis, an paternæ conſtantiæ, ignoro. Sileant Scęuolæ, Curtijq; Romani, taceant Ancuri Phrygij, obmuteſcant Mœcenei Thebani. Miſſos facio Henricum illum, & Ioannem Guzmanos Medinæ Duces, quorum prior Granatæ Regem è mœnibus Alahamæ, quibus imminebat. inuicto pectore eiecit, alter verò claſſem, cui præerat (Columbo Duce) nouum adaperiens Orbem, ad Indorum vſquè Regna infracto tranſmiſit animo. Vt pręteream Martinum illum Guzmanum, qui Siciliæ Regis filiam Aragoniam duxit vxorem, & Aloyſium Guzmanum magnum Calatrauæ Ordinis, Equitumq; Magiſtrum, cuius præcelſæ dignitatis Magiſtratu non niſi Reges hac tempeſtate potiuntur. Illum inquam Aloyſium Ioannis Caſtellæ Regis libertatis arbitrum. Quid plura? Tibi congratulandum, nobis plurimùm gaudendum, quòd Italam familiam tibi deuinxeris, quòd peruetuſtis gentilium tuorum æquitatis, ac iuſtitiæ lancibus, Stateram è clariſſima Vxore nupèr deſumptam feliciſſimè adiunxeris. Deniq; ea eſt tua in me continenti trieteride fauorum largitas, ac munificentia, vt quod Furnius ad Auguſtum dixit, fateri cogar. Summa nimirùm beneficia difficilè numerari, impoſſibile pro eis debitas perſolui grates. Excipe igitur celſiſsime, idemq; munificentiſsime Princeps lęta fronte munuſculum tibi quidèm omni ex parte debitum, quod lubens, obſequentiſsimus, additiſsimus trado, dedo, ſacro. Interim te Deus Opt. Max. diutiſsimè ſeruet. Neap. Kal. Octob. 1639.

Digitized by Google

# AD CANDIDVM LECTOREM.

*PErancipiti iamdiù animo fui, Amice Lector, num meas haſce qualeſcunquè vigiliolas in lucem prodire permitterem, quippè qui non eo animo, ſed ne rerum iudicatarum memoria deperiret, vt quę Reipubl. non modico poſſit cedere emolumento, illas elaborauerim. Nequè verò mihi publicarum, familiarumq; rerum ſarcina pręgrauato eaſdem lambere, & in meliorem formam redigere, uti par fuerat, otium fuit. Verumtamen amicorum, qui eas perſpexerant, ſuaſionibus impulſus, vt ſic incultę Typis demandarentur acquieui, moremq; geſſi. Cęterùm te, candide Lector, monitum velim, me quidèm non venditandi, oſtentandiq; ingenij, ſed patrocinandi, iudicandiq; muneris gratia facilioris reddendi hæc omnia moliri. Quare communiori idiomate, utpotè, vel leuioribus cauſidicis plano, compertoq; vſum fuiſſe. Supereſt vt opus ęqui, boniq; conſulas, quod ſi ità contigerit, gratumq; tibi cognouerim, ad maiora, dante Deo, propediem accingar. Vale.*

AD

## AD FAMIGERATVM DECISIONVM OPVS ILLVSTRISSIMI SENATORIS

# D. HECTORIS CAPYCII LATRO.

FRANCISCVS DE PETRIS I.C.

*Latratum ad magnum, Iuris iam curſitet Auceps,*
*Magni Latratus maxima præda comes.*

AD ILLVSRISSIMVM D.

## HECTOREM CAPYCIVM LATRO

Virum Patricium, Regiumq; Conſiliarium.

Ioannes Baptiſta Hodierna I.C.

*O Quater, ò decies Felix clariſſimus HECTOR,*
*Quis tibi par literis, quis probitate prait?*
*Ingenio fulgens radians tibi fronte pyropus,*
*Et tua maieſtas enitet eloquij.*
*Stemmate tu rutilo, iuris, legumq; diſertus;*
*Quo maior nemo forſitan Orbe micat;*
*Quisque tuas dum cernit opes clamore fatetur,*
*O dignum primis laudibus ingenium.*

## AD HECTOREM CAPYCIVM LATRO

REGIVM CONSILIARIVM.

*Antonius Baſſus V. I. D.*

*HECTOR erat priſcis, ſtat nobis ſtrenuus HECTOR.*
*Vnus at Aſtreæ, Martis, & alter honor.*
*Græcis ille in caſtris, chartiſque iſte Latinis*
*Torquentes animos, torque, togaque micant.*
*Ob Paridis ſenſum Phrygius tunc armiger ibat,*
*It rationis Eques Italus atque foro.*
*HECTORE non tacēnt nunc demere legibus arma;*
*Clarius, vt tandem iuribus HECTOR adeſt.*

Ianuarij Groſſi I.C. Neap. Academici Ocioſi.

Anagramma purum.

HECTOR CAPICIVS E LATRO REGIVS CONSILIARIVS.
HIC EST ALTER IASON, ACCVRSIVS, CORPORE VIGILI.

Eiuſdem.

HECTOR CAPICIVS LATRO CONSILIARIVS.
LAC, VIA, HEROS SCRIPTOR CONCILIAT IVS.

AD DOMINVM

## HECTOREM CAPYCIVM LATRO

REGIVM CONSILIARIVM.

D. Petri Grimaldi V. I. D. Curati S. Mariæ Maioris.

*NOn temere, aut caſu tu nomine diceris HECTOR*
*Hectoreo inſignis robore namque viges.*
*Robore corporeo cunctis tunc præſtitit HECTOR,*
*Tu cunctis præſtas viribus ingenij.*
*Vt quodam Troiam ſeruauit ab hoſtibus HECTOR,*
*Sic te ſeruatur vindice iuſtitia.*
*Roboris Imperium dedit illi Iuppiter olim,*
*Sic doctrinarum docta Minerua tibi.*
*Hinc velut illius tua nunc it fama per Orbem*
*Magnus is imperio, magnus es ingenio.*

HE-

Digitized by Google

## HECTOR CAPYCIVS LATRO

Anagramma purum.

PARTO ACCVRSI LECYTHO.

*HECTOR Accurſi meditatus annos*
*Iuribus quando ſtudio perenni*
*Lecythum inſumens olei iuuamen*
*Contulit Author.*

*Aemulus ſcribens imitaris illum*
*Perdius, pernox vigilans lucernis*
*LECYTHO ACCVRSI ſimul vnde PARTO*
*Iura reſurgunt.*

## HECTOR CAPYCIVS LATRO
## REGIVS CONSILIARIVS

Anagramma purum.

O SACRI IVRIS ARCHETYPVS, GLORIA CITO LVCENS.

## HECTOR CAPYCIVS LATRO

OLET HIC PAR ACCVRSIO.

## IN OPVS DECISIONVM
## ILLVSTRISSIMI DOMINI
## HECTORIS CAPYCII LATRO
## VIRI PATRICII, REGIIQ; CONSILIARII.

Altobellus Gagliarus Acad. Ocioſus.

*HEctora per Phrygiam olim ſecla vetuſta ſonabant,*
*Hectona nunc Latio ſecula noſtra ſonant.*
*Hic tonat in clauſtris, in caſtris fulminat ille,*
*Hoſtes, vt Patriæ, Iuſtitiaq; terant.*
*Ille decennem Vrbi vitam, vitam iſte perennem.*
*Orbi conciliat legibus, haud iaculis.*
*Alter ſed decidit tandem, at decidit alter;*
*Victorem, haud victum laurea vera decet.*

## IN EVNDEM

Idem

*TRoia, & Parthenope binos genuere per Orbem*
*Hectoras egregios, & calamo, & gladio.*
*Omnia vterque valent, poſſunt ac omnia vterque,*
*Cùm excitat hic linguam, concitat ille manum.*
*Ambo in Bellis, in cauſſis verſantur, & ambo,*
*Conſilio ſimili, diſſimiliq; pares.*
*Qua paritate tamen præit hic in præmia, nanque*
*Perculit ille manu, hic protegit ore caput.*

## *IOANNIS DOMINICI BOVE NEAPOLIT.*

Anagramma

HECTOR CAPICIVS DE LATRO
COLIT, AC PERDECORAT IVS.

APPRO-

Digitized by Google

# APPROBATIONES.

SIngulari affectu mecum animo voluptatem cœpi non tam quod Opus hoc magnificum, atque preclarum Deciſionum Dom. Capycij Latro magnoperè elaboratum verborum lepore, ac elegantia valdè eniteat. Sed quòd tam mirificè iuribus conſonet, adeò, vt quiſquis in poſterùm tanti Authoris, & operis ſemper amator, laudator, & admirator futurus ſit. Vnde cùm nihil à Fidei nitore, & morum candore contineat alienum, & non parum Reipublicæ profuturum. Cenſeo, Typis mandari poſſe.

Ioſeph Giannettaſius Canonicus Deputatus.

*Poteſt imprimi, ſi videbitur Reuerendiſſimo Domino Vicario Generali.*

D. Thomas de Aquino Clericus Regularis Deputatus.

IMPRIMATVR.

*Alexander Lucianus Vicarius Generalis.*

---

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE COLENDISSIME.

OBſeruationes, vnà cum Summarijs, & Indice, per V. I. D. Dominum Michaelem Angelum Gizzium elaboratas ad ſingulas Deciſiones S. R. C. Neap. primi voluminis Illuſtriſſimi Domini Hectoris Capycij Latro Marchionis Torelli, ac huius Regni Reg. Cancell. Regentis. De mandato Emin. Tuæ vidi, ac ſingulari affectu perlegi, & ſtante correctione in paucis facta in Congregatione coràm Eminen. Tua, nihil in eis inueni, quod Sacroſanctam Catholicam fidem, Sacras Canonicas Conſtitutiones, vel bonos mores offendat, imò illas perutiles, atque neceſſarias ad commune bonum, & omnibus in foro verſantibus, vehementer fructuoſas eſſe exiſtimo; Ideoq; imprimi poſſe cenſeo, ſi Emin. Tuæ ita videbitur, diù fęliciter viue. Neap. 18. Iulij 1652.

Eminentiæ Tuæ Reuerendiſſimæ

Humillimus ſeruus

Octauius Aquilius Canonicus Neapolitanus.

Imprimatur. Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

F. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Con. S. T. D. Eminen. Card. Philam. Theolog. Congregationis Secret. & Conſult. S. Officij.

---

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

PErlegi, Excellentiſſime Domine ex veſtro præcepto doctiſſimas, ac omni eruditione refertas Deciſiones Sacri Regij Neapolitani Conſilij ab Illuſtri Patricio Neapolitano, ac Regiè doctiſſimo Conſiliario Hectore Capycio Latro collectas, quæ, & nouitate caſuum deciſorum, ac doctrinæ acumine in diſſoluendis iuris difficultatibus, in conciliandis Doctorum opinionibus, ac eorundem Doctorum cumulo in roborandis ſententijs plurimùm pollent. Ideò vti valdè neceſſarias Reipublicæ, cenſeo, Typis quàmprimum tradendas eſſe: ſed hoc meum iudicium tuo purgatiſſimo humiliter ſubijcio, & perpetuam tibi precor felicitatem. Neap. nonis Aprilis 1639.

Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſimæ Dominationis Tuæ

additiſſimus ſeruus

*Horatius Montanus*

Viſa ſuprascripta relatione IMPRIMATVR.

*Tapia Reg.* *Vrſinus Reg.* *Brancia Reg.* *Caſanate Reg.*

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die 18. Iulij 1639. Locus ſigni.

---

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

VT mandatum cenſuræ munus, mihi ab Excellentia Veſtra explerem, libenter legi, ac auidiſſimè relegi Obſeruationes Michaelis Angeli Gizzij, Neapolitani Aduocati, seriò elucubratas, ad primum famigeratum Librum Deciſionum Illuſtriſs. Marchionis Torelli, ac Regentis Domini Hectoris Capycijlatro, Præceptoris mei Celeberrimi, Iuriſconſult. Conſultiſſimi, ac Patritij Nobiliſſimi, captus perpenſo ingenij acumine, ac claritate explicationis; Quare diiudico, quamprimùm; Typis tradendas eſſe, vt ad Doctores omnes, præſertim in foro verſantes perueniant, dùm Opus nil continet, quod impediat impreſſionem, niſi aliter Excellentiæ Veſtræ videbitur. Neap. die 13. Decembris 1650.

Excellentiæ Veſtræ ſeruus humillimus

Io. Baptiſta Hodierna.

Vidit Regius Conſiliarius Io. Baptiſta Amendola Commiſſarius ſpecialiter Delegatus per S. E. ſuper reuiſione librorum.

Io. Baptiſta Amendola.

Viſa ſupradicta Relatione Imprimatur

Zuſia Regens, Caracciolus Regens. Capyciuslatro Regens. Garzia Regens.

Digitized by Google

# ILL.MO AC REV.MO DOMINO
# D. DIDACO
# CAPYCIO LATRO
## Vtriuſque Signaturę Referendario, ac in Prouincia Rauennæ Vicelegato Præſtantiſsimo.

*Michael Angelus Gizzius I. C. Neapolitanus. F. P.*

SI quid fortaſsè luminis ex erudito Illuſtriſſimi Parentis volumine, mearum Obſeruationum hauſere vigiliæ, ad vmbram nunc filij præclariſſimi confugiunt alacriores, maiorem hinc quàm è gloriæ Sole lucem aucupaturæ; Quem enim obliuioſæ noctis occaſum meus extimeſcat labor, quem doctiſſima Patris fulgentia, atq; vmbra filij ſplendidiſſima tàm exuberanti radiorum coronamento cohoneſtabunt. Nihil profectò caliginis è liuida temporis obſcuritate contrahet., dùm tantorum ſub Heroum auſpicijs naſcitur, è quorum nomine obliuio iam fugit exterrita, trepidaq; ſeſe procul inuidentia ſe ponit. CAPYCIORVM Leones opimis gloriæ ſpolijs enitentes, famamq; perpetuo laceſſentes rugitu, norunt, quos patrocinio fouent, eoſdem è taciturnitatis iniuria vindicare. De funere porrò triumphant ſuo litterarum illæ memoriæ, quæ tàm ſuſcipiendæ gentis inſignia præferunt æternitatis potiùs ornamenta, quàm nomina. Tu verò mihi. Adoleſcens Illuſtriſsime, tanti Parentis, vel vt melius eloquar, tantæ gloriæ ſatiuum germen, cui dignitatum adoreæ pubeſcunt vltrò, placidiſsimam tutaminis tui vmbram, quam Vrbium vota iam am-



Digitized by Google

biuntur elargire. O quæ tibi virtutum lumina de Te portendunt ætates? O quam gloriæ lucem augurantur ingenia? Iam Te ab incunabulis præfeſtinato dignitatum greſſu honor inſequitur, geſtiuntq; conchylia erubeſcere. Purpura dibaphaq; tui nominis dignitatem exornatura. Nec Te Rauennatem virtus Vicelegatum inconſultó inſtituit: his enim honorum præludijs, vel ipſos gloriæ alumnos informat ad laureas, euenitquè per hunc, quàm ſæpiſſimè callem ad faſtigia dignitatum. Vera præſagit ſanè animus, nequè mens me amabili fallit inſania; ſapit enim prima iſthæc tua virtutis indoles iam nunc maturitatem, ſpiratq; vel à primordijs magnificentiam. Age verò etſi gloria Te ſuum iam deſignat Atlantem, ne dedigneris Mœcenas veluti alter, non auro, ſed amantiſſimo humanitatis complexu litterarias ingeniorum vigilias facere ſplendidiores. Vale. Neap. die 8. Maij 1652.

# AVCTOR
## Studioſo Lectori.

*DIù, Amice Lector, excogitaui, an has meas primas lucubrationes, typis demandare deberem; non enim abſq; periculo multorum iudicijs ingenium tenue, aç exile committitur, morſibus præſertim illorum, qui quod capere non poſſunt, facilè deſpiciunt; fretus tamen, atq; tua humanitate confiſus, illas publicas fieri, curaui; Nec ad eum finem elaboraui, vt aliquid addere viderer; nam quanta in his Deciſionibus Illuſtriſs. D. mei, ſit copia dicendi, cuiuſuè ponderis, doctrinæ, iudicij ſint, atq; indefeſſo labore in ætate iam matura, & ſenili exaratæ, ac confectæ, non ſolùm varijs ſententijs, verùm neruoſis iuris allegationibus, ipſa rerum variarum fœcunditas, teſtatur. Fui equidèm contentus (tanta eſt mea erga Illuſtriſs. Dominum beneuolentia, & obſeruantia) vt tantummodò per diuerſos prolixè dictorũ, breuis ſim tranſcriptor, atq; ſummiſta, Neq; ad ambitionem, vanamq; doctrinæ oſtentationem, aſpiraui, vt plerique faciunt, qui paginas ſuas tędioſa prolixitate, maximè ex Doctorum ſerie complent; facilè enim legendo inuenies, quàm paucis verbis, ac Doctorum numero, abſolui, quæ longiori poterant ſermone exarari, & modernos Pragmaticos, vt plurimũ Regnicolas, allegatos habebis, ne eis iniuriam inferrẽ, vt enim inquit D. Præſ. de Franch. dec. 193. in fin.* Prauus eſt mos in hoc Regno, vt magis credamus exteris, vix in lucem editis, quos allegare gloriamur, quàm Regnicolis, quos adducere, viliſſimum putamus. *Accipe igitur in Primi Libri Deciſiones huius Ampliſſimi Viri has meas Obſeruationes, currenti calamo, prout Typographus expoſtulabat, ex meis manuſcriptis Codicibus, exaratas, grato tamen, ac læto animo, prout tibi offeruntur; Nec eas deſpicias, ſi nullis cõſpicuas ornamentis, ſed incultas, ac rudes aſpicias; ſunt enim ſumma animi ſynceritate, fide, ac veritate deſcriptæ, illaſq; non tantùm deliba, ac deguſta, ſed depaſcere, atq; deuora; multa namq; in eis reperies in varijs Iuris materijs ad eaſdem, ſiuè conſimiles quæſtiones decidendas, perquàm opportuna, atq; neceſſaria, Supremorum huius Regni Neapolis Tribunalium deciſionibus comprobata, & ſi vera dixerim, laudetur Deus; ſin autem, defectus fuerit, (quod humanum eſt), erronea mea opinio, funditùs eradicetur, atq; iudicio S. R. Eccleſiæ, (cui omnia ſubmitto) corrigatur. Verùm ſi agnouero, (vt ſpero), has Obſeruationes tibi gratas fore, quàmprimùm imprimi curabo, Primam, ac Secundam mearum forenſium Obſeruationum Partem. Vale.*



Digitized by Google

## *D. IO. PETRI MASSARII S. SEDIS APOST. PROTONOTARII, SAc. Theol. Profeſſ. & V. I. D. Oratinen. & Neap.*

# *E L O G I V M.*

## ILLVSTRISS. D. D. HECTORI CAPYCIO LATRO
## Marchioni Torelli Regiam Cancellariam Regenti
## E T
## Eruditiſſimo Viro D. MICHAELI ANGELO GIZZIO
## Obſeruationum ad D. HECTOREM CAPYCIVM LATRO
## Regentem; Operis Auctori.

Qui ſint iſti requires Lector ?
HECTOR CAPYCIVS LATRO natus ad tuendam Patriam,
qui percurrit ſuæ fęlicitatis munera in Regijs
Tribunalibus & promotus ad ſuprema,
Inferiora adhuc perſiſtunt in ſui laudes.
Similis Hectori Troiano, qui Patriam manu,
& ferro tutatus fuit;
Hic nobili ſtylo, & voce.
Ille Priami filius, iſte Regius Senator Supremus.
Ille Troianæ gentis fortiſſimus,
hic à clementia roboratur Regis tronus, & Iuſt. qua terrentur Rei
Ille armorum ſonitu hoſtes fugabat, ac telo Græcos necabat,
Hic calamo Iuris nodos ſubtilitèr explicat,
& docto reſoluit ſtylo, & calami venuſtate
cæteris Scriptoribus admirationis potiùs, quàm
Scribendi locum relinquere videatur,
& in conficiendis negotijs ſagacitatem,
Ingenijquè admirantur celeritatem.
Ille belli fulmen, hic pacis honor non mortales
opprimit, ſed oppreſſos (quod Regium eſt) erigit.
MICHAEL ANGELVS verò Doctor Iuris, per cuius calamum
complanata eſt via Iuris, & rerum viſibilium doctrina,
tanquàm per ſcalam, viſam à Iacob; per quam Pontificij,
ac Cæſaris intextam præceptis, quaſi per quoſdam
gradus prouehitur intellectus ad Iuris notitiam.
Felices horum Auctorum ſectatores,
in arenam deſcendent tuti, om nor ante certamen victores,
Palladis clypeo pugnantibus, nullus erit Mars,
qui tantæ luci obſiſtere valeat,
quæ ab HECTORIS CAPYCII LATRO Opt. Senatoris,
& MICHAELIS ANGELI GIZZII doctrina diffunditur.
Meritò duos hos Scriptores
ſeruantes iuſtos, & obfirmatos exceçeantes exleges.
Duo ſunt Angelialis doctrinarum Regna defendentes,
& æquitatis clypeis ab iniquis tuentes,
Duo vbera Reip. Iuris Pontific. ac Cæſarei lac ſalubre offerentes,
Duo exploratores Iuris Pont. & Cęſ. delicias referentes,
quaſi geminum conſtituentes Reſpubl. lumen.
Duo Luminaria in mentis humanæ Firmamento locata
ad alios illuſtrandos. vbi tenebræ ? dum hi Soles
Orbem illuſtrant, vbi caligines eſſe poſſunt ?
cùm duo Soles radios ſuos emittant, qui vel
Cymmerias depellerent ?
Sit ignauiæ tenebris mens effuſa, ſi voluat
hos Libros, emittet veluti Soles radios,
omneſque fugabuntur tenebræ.
Sunt duo Protei, qui Libros ad aliorum vtilitatem
emittunt in lucem, vt omnibus proſint Iuriſconſultis,
vt omnibus placeant, non ſe transfigurant in
Principem tenebrarum, vt decipiant; ſed aliorum
ad vtilitatem variè ſe vertunt viri eloquentes,
& omni doctrinæ genere perpoliti;; in ingreſſibus
ita ſuaues, vt ab eorum ore omnes penderent.
Hæc lumina ſpectanda ſunt, hi Duces ſequendi in
Iuris pelago, ab his fontibus doctrinæ aqua haurienda,
qua laborum ſiccas aureolas, operumq; ſulcos
irrigare poſſis, Lector.

Digitized by Google

## VINCENTII LAGANARII I. Ç. NEAPOLITANI
### Ad Lectorem;
#### DECASTICON.

*Scriptor, vt ingenium, vultum vix fingere pictor,*
*Quilibet in cartis pandere laude poteſt.*
*Non tamen ingenium Pictor ſignare tabellis;*
*Ipſius, & Scriptor nec valet effigiem:*
*GIZZIVS vtrumque expoſuit laudandus in æuum:*
*Vtrumque hoc Libro Lumine comperies.*
*Iſtius nam oris ſi Authoris nomina cernes;*
*Illum cognoſcens, grande loqueris opus.*
*Si Librum voluis, peregrinaque dogmata; certò*
*Perſpicuum illius dixeris Ingenium;*

Eiuſdem Vincentij Laganarij

*Ex Authoris Nomine Anagramma purum:*

Dominus Michael Angelus è Gizzio Iuriſconſultus
Parthenopaeus

Aſtrææ gazas iò illuſtrans inpepigi;
Mundo nouus Zeleucus mico.

#### EXASTICON

*PRoſilit ecce tuo; ZELEVCVS, nomine mundo:*
*Hoc mihi nec caſu, fata dediſſe reor.*
*Si leges Orbi dictans iuſtiſſimus ille,*
*Eximiæ laudis magna trophæa tulit.*
*Tù Aſtræam illuſtrans: fulges æqualis, & illi*
*Idem quis dicat, non tribuendus honor?*

Eiuſdem Vincentij Laganarij.

#### OCTASTICON

Alluditur Leoni gentilitij Stemmatis Illuſtriſs. Domini Marchionis Torelli Hectoris Capycij Latro Reg. Cancell. Regentis, in cuius profectò aurea ſcripta Obſeruationes typis traduntur. iuxtà illud Iudic. c. 14.

*HVnc noua Samſonis ſpectacula confero priſcis.*
*Ore Leonis adeſt nobile nectar Apum.*
*HECTORIS, at LATRO geſtat ſi Stemma Leonem;*
*Quæque loquens ſcripſit, de ore Leonis erunt.*
*GIZZIVS obſeruando, dulcia mella refixit:*
*Os quis non dicat mella Leonis habet?*
*Hoc impar: tantum Samſonis mella Philiſthim*
*Guſtauit; cuncto ſunt ſua mella ſolo.*

LAV-

Digitized by Google

# IANVARII GROSSI I. C. NEAPOL.NI

*Anagramma purum.*

Michael Angelus Gizzius Iure Conſultus.

Verus Azo, Vigil, Zelans, hinc ſcutum Legis.

*Caroli Lombardi Presbyteri Congreg. Oratorij Neap. ac Iuriſconſult.*

Ad Michaelem Angelum Gizzium pro Additionibus ad Deciſiones Illuſtriſs. D. Hectoris Capycij Latro Marchionis Torelli, ac Reg. Cancellariam Regentis.

Michael Angelus Giptius in Iure Doctor,

*Anagramma.*

Si iungis Hectori Latro, adiunges Lucem.

*EPIGRAMMA.*

*SOL vbi purpureis radiat fulgoribus Axem,*
*Abſcondunt Lucem Sidera cuncta ſuam;*
*Sed mirum video! prægrandis Lumine ſtella*
*Iungitur ad Solem, congeminatq; diem.*
*HECTORI, Amice tuo, SI IVNGIS Giptie LATRO*
*ADIVNGES LVCEM, qua magis Orbis micet.*
*Scilicet in noſtro geminus Sol fulgurat Orbi,*
*Splendorem vincens Lumine, Phœbe, tuum.*

*Abbatis Io. Iacobi Gizzij V. I. D. Auctoris fratris*

*ANAGRAMMA.*

Michael Angelus Gizzius Iureconſultus.

Hic Auriga Legum, Zeno, Linus, Scitus, Zelus.

*ALIVD.*

Michael Angelus Gizzius Doctor Neapolitanus.

At hic nouus Zaſius, longè inopi Legem declarat.

LAV-

# LAVDANTVR

ÆLiſæus Danza obſ.9.ſub nu.2.
Aloyſius Capacinus obſ.50.ſub nu.34.
Aloyſius Capycius Piſcicellus obſ.82.ſub nu.
Aloyſius Riccius obſ.12.ſub num.
Andreas Franc. de Capua obſ.14.ſub nu.12.
Andreas de Ianuario obſ.20.ſub nu.17.
Andreas Marcheſius obſ.16.ſub nu.1. obſ.78.
ſub nu.13. obſ.30.ſub nu.29. obſ.56.ſub nu.12.
obſ.50.ſub nu.26.
P. Andreas Molfeſius obſ.61.ſub nu.
Andreas Prouenzalis obſ.2.ſub num.4.
Anellus Amatus obſ.4.ſub num.5. & obſ.
ſub nu.3.
Angela Coſcogliana obſ.12.ſub nu.5.
D. Annibal Moles obſ.30.ſub num.15. obſ.91.
ſub nu.8.
Antoninus Theſaurus obſ.2.ſub nu.3.
Antonius Capiblancus obſ.23.ſub num.5.
Antonius Faber obſ.4.ſub nu.5.
Antonius Maſcambrunus obſ.47.ſub nu.4.
Antonius Miroballus obſ.43.ſub nu.9.
Antonius Orificius obſ.66.ſub nu.16.
Aſcanius Raitanus obſ.55.ſub nu.6.
Auguſtinus Barboſa obſ.9.ſub nu.1.
Auguſtinus Ceuegrimaldus obſ.86.ſub nu.6.
Bartholomeus Franc. obſ.44.ſub nu.1.
D. Bernardinus Montalto obſ.39. ſub nu.16.
obſ.77.ſub nu.13.
Bernardinus Saſſus obſ.77.ſub nu.10.
Cæſar Alderiſius obſ.36. ſub nu.20. & obſ.57.
ſub nu.2.
Cæſar Caracciolus obſ.37.ſub nu.3.
Cæſar Vitellius obſ.40.ſub nu.5.
Ceſar Vrſillus obſ.4.ſub nu.23.
Camillus Borrellus obſ.5. ſub n.12. & obſ.33.
ſub nu.15.
Camillus de Curte obſ.63.ſub nu.4.
Camillus de Laratha obſ.12.ſub nu.3.
Camillus de Medicis obſ.2.ſub num.21. & obſ.
30.ſub nu.38.
Camillus Villanus obſ.46.ſub nu.11.
Carolus Amatus obſ.110.ſub nu.3.
Carolus Antonius Moccia obſ.37. ſub n.4.
Carolus Brancatius obſ.16.ſub nu.2.
Carolus Maranta obſ.12.ſub nu.6.
D. Didacus Moles obſ.16.ſub nu.2.
Diomedes Petrontius obſ.116.ſub nu.18.
Donatus Antonius de Marinis obſ.1. ſub nu.6.
Eraſmus de Ponte obſ.56. ſub nu.13. obſ.190.
ſub nu.8.
Fabius de Anna obſ.1.ſub num.14.obſ.20.ſub
nu.10.
Fabius Capycius Galeota obſ.4. ſub num.16.
obſ.6.ſub nu.8.
Fabius Marcheſius obſ.37. ſub num.2. obſ.63.
ſub nu.6.
Fabritius Brancatius obſ.63.ſub nu.6.
Fęlix de Rubeis obſ.3.ſub n.40. obſ.9.ſub n.35.

D. Ferdinandus Arias de Meſa obſ. 8. ſub nu.4.
Ferdinandus Roſinus obſ.106.ſub nu.3.
Franciſcus Amatus obſ.110.ſub nu.3.
Franciſcus Antonius Muſcettula obſ.14.ſub
num.32.
Franciſcus Gonzaga obſ.2.ſub nu.25.
Franciſcus Maria Pratus obſ.2.ſub nu.17.
D. Franciſcus Merlinus Pignatellus obſ. 1. ſub
num.7.
Franciſcus de Petris obſ.8.ſub nu.38.
Franciſcus Saſſonus de Morra obſ.37.ſub nu.4.
Franciſcus Viuius obſ.4.ſub nu.9.
Fuluius Conſtantius obſ.71.ſub nu.8.
Fuluius Lanarius obſ.59.ſub nu.26.
D. Gaſpar de Soto, y Acunna obſ.39.ſub nu.16.
Hector Capycius Latro obſ.22.ſub nu.15.
Hieronymus de Angellis obſ.50.ſub nu.13.
Honophrius de Palma obſ.50.ſub nu.19.
Horatius Conte obſ.110.ſub nu.1.
Horatius Marcheſius obſ.59.ſub nu.14.
Horatius Palumbus obſ.4.ſub nu.10.
Hortentius de Petio obſ.58.ſub nu.7.
Iacobus Anellus de Bottis obſ.52.ſub nu.10.
Iacobus Antonius Marta obſ.8.ſub nu.3.
Iacobus de Franchis obſ.5.ſub nu.9.
Innocentius Paulucius obſ.42.ſub nu.16.
Io. Andreas de Georgio obſ.4.ſub nu.4.
Io. Angelus Piſanellus obſ.4. ſub n.5. obſer.63.
ſub num.21.
Io. Baptiſta de Afflicto obſ.29. ſub nu.21.
Io. Baptiſta Biletta obſ.33.ſub nu.2.
Io. Baptiſta Filingerius obſ.48.ſub nu.10.
Io. Baptiſta Hodierna obſ. 1.ſub nu.7. & obſ.5.
ſub num.19.
Io. Baptiſta Iouinus obſ.22. ſub n.1.
Io. Baptiſta Larrea obſ.8.ſub num.3.
Io. Baptiſta Manſus obſ.95. ſub num.18.
Io. Baptiſta Melior obſ.43. ſub n.15.
Io. Baptiſta Muſcettula obſ.13. ſub n.18.
Io. Baptiſta Sabatinus obſ.116. ſub nu.2.
Io. Baptiſta de Thoro obſ.3. ſub num.36.
Io. Camillus Cacacius obſ.57. ſub nu.2. & obſ.
119. ſub n.9.
Io. Dominicus Taſſonus obſ.4. ſub nu.7.
Io. Franc. Andreolus obſ.23.ſub nu.31.obſ.34
ſub num.1.
Io. Franc. Capiblancus obſ.23. ſub nu.13.
Io. Franc. Marcianus obſ.6. ſub n.3.
Io. Franc. Sanfelicius obſ.5. ſub n.4.
Io. Franc. Spatacenta obſ.90.ſub num.2.
Io. Hieronymus de Philippis obſ.116. ſub n.18.
Io. Iacobus Anichinus obſ.43. ſub nu.13.
Io. Iacobus Maſullus obſ.76.ſub n.7.
Io. Iacobus Mercurius obſ.23.ſub nu.5.
Io. Laurentius Granualle obſ. 116. ſub num.12.
Io. Paulus Poerius obſ.74. ſub nu.9.
Io. Thomas Minadous obſ.4.ſub num.23.
Io. Thomas Tironus obſ.53.ſub n.3.

Io. Vin-

Digitized by Google

Io. Vinc. Canalerius obſ. 38. ſub n. 6.
Io. Vinc. Macedonius obſ. 59. ſub nu. 26.
Ioſeph Guidomanſus obſ. 100. ſub nu. 8.
Ioſeph Magaldus obſ. 4. ſub num. 26. obſ. 16. ſub n. 1. obſ. 18. ſub n. 31. obſ. 33. ſub nu. 1.
Iulius Palermus obſ. 114. ſub nu. 12.
Lælius Caputus obſ. 4. ſub n. 6.
Lælius Gizzius obſ. 4. ſub n. 11. obſ. 33. ſub n. 19.
Landulphus de Aquino obſ. 150. ſub n. 13.
Marcellus Marcianus obſ. 6. ſub n. 3.
Marcus Antonius de Morra obſ. 10. ſub nu. 8.
Marcus Mareſca obſ. 75. ſub nu. 11.
D. Marius Cutelli obſ. 2. ſub nu. 3.
D. Marius Giurba obſ. 16. ſub nu. 2.
Matthias Gaſanate obſ. 111. ſub num. 3.
Mercurialis Merlinus obſ. 24. ſub num. 1.
D. Michael de Salamanca obſ. 27. ſub num. 22.
Nicolaus Ant. Cioffus obſ. 90. ſub nu. 2.
Nicolaus Ant. Marotta obſ. 116. ſub nu. 3.
Octauius Vitalianus obſ. 57. ſub num. 2.
Orlandus Franeus obſ. 57. ſub nu. 2.
Paulus Iannectaſius obſ. 77. ſub num. 13.
Paulus Staibanus iunior obſ. 1. ſub n. 8. obſ. 22. ſub num. 1.
Paulus Staibanus ſenior obſ. 42. ſub nu. 3.
Petrus Carauita obſ. 16. ſub n. 1. obſ. 22. ſub n. 1.
Petrus Fontanella obſ. 1. ſub nu. 3.
Petrus Iordanus Vrſinus obſ. 3. ſub n. 15.
Petrus Paulus Theodorus obſ. 3. ſub num. 19.
Philippus Mareſca obſ. 75. ſub n. 11.
Proſper Farinacius obſ. 1. ſub num. 7.
Scipio Brandolinus obſ. 101. ſub n. 7.
Scipio Rouitus obſ. 4. ſub n. 3. obſ. 33. ſub nu. 9.
P. Scipio de Rubeis obſ. 3. ſub n. 40.
Scipio Theodorus obſ. 57. ſub nu. 2.
Stephanus Gratianus obſ. 3. ſub n. 7.
Thomas de Aquino obſ. 18. ſub n. 2.
Thomas Brandolinus obſ. 101. ſub n. 7.
D. Thomas de Cardenal obſ. 8. ſub nu. 5.
Thomas de Rogerio obſ. 29. ſub num. 22.
Thomas Salernitanus obſ. 63. ſub num. 7.
Vincentius Corcionus obſ. 37. ſub n. 5. obſ. 59. ſub. n. 26.
Vincentius de Franchis obſ. 1. ſub nu. 1. & obſ. 8. ſub nu. 2.
D. Vincent. Maſtrillus obſ. 63. ſub n. 6.
Vincentius Sergius obſ. 95. ſub n. 11.

# ARGVMENTA DECISIONVM.

*Deciſio* 1.

Filij poſiti in conditione an, & quando cenſeantur diſpoſitiuè vocati.

Ex quibus coniecturis inducatur tacita reciproca,& quæ concurrere debeãt.

In fideicommiſſis conditionalibus an, & quando ſit locus tranſmiſſioni,& quãdo dicatur vnita cum iure accreſcẽdi.

*Deciſio* 2.

Nũquid fideicommiſſum in contractu factum per mortem ſubſtituti antè euentum conditionis,tranſmittatur ad ipſius hæredes, ad explicationem *tex. in §.ex conditionali, Inſt.de verbor.obligat.& l.quod de paritèr. ff.de reb.dub.*

Et an generalis renunciatio facta in contractu matrimonij, comprehendat ius fideicommiſſi conditionalis, ſi ſine filijs deceſſerit.

*Deciſio* 3.

Nũm donatio cenſeatur facta iuxtà iuris diſpoſitionem,vel ſtatuti.

Et an legitimatus per Principis reſcriptũ excludat ſubſtitutum.

Et nũnquid renunciatio matris noceat filijs.

Et an filia ſubingrediatur locũm, & ſexũ patris ad excludendam amitam, ſtante *Conſuet.Neap.*

*Deciſio* 4.

Renũciatio matris an,& quando noceat filijs venientibus ex propria perſona. Et an filia ex maſculo deſcẽdens,amitæ præferatur,nedùm in ſucceſſione lineæ aſcendentis; verùm in ſucceſſione lineæ collateralis. Et quid ſtante *Conſuet.Neap.* latè examinatùr.

*Deciſio* 5.

Teſtamentum nuncupatiuum an,& quãdo dicatur perfectum,tàm ratione voluntatis,quàm ſolemnitatis.Et an poſſit fieri per relationem ad aliam ſcripturam. Et quæ dicatur voluntas captatoria.

*Deciſio* 6.

Teſtator ſi mandauit hæredi, vt ſatisfactis operibus pijs,& Creditoribus, illud, quod ſupereſt, reſtitueret, an hæres facta reſtitutione teneatur Creditoribus hæreditarijs, ad intellectum *text.in l.cogi, §. generalitèr, ff.ad Senatuſconſ.Trebell.*

Et an officium ampliatum ſit idem officium,& an veniat ſub generali hypotheca.

*Deciſio* 7.

Teſtamentum an imperfectum dicatur ratione ſolemnitatis, vel voluntatis, vbi teſtator illius ſtipulationem in alium diem diſtulerit,ex quo intendebat meliùs cogitare.

*Deciſio* 8.

Hæreditatis aditio ex quibus probetur, & an,& quando poſſit repudiari hæreditas in fraudem creditorum. Et an vigore *Conſuet.* huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapol. bona tranſeant in ſucceſſores,abſq; aditione,ad interpretationem *text.in l.qui autem, ff.quæ in fraud.cred.*

*Deciſio* 9.

Teſtamentum nunquid irritetur, ſi teſtator dixerit:Inſtituo filios q.talis,& ille adhùc viueret.

*Deciſio* 10.

Teſtamentum an dicatur nullum ex eo, quòd in teſtes fuerũt adhibiti Fratres Capuccini.

Et an pro legitima filiæ competenti detur retentio.

*Deciſio* 11.

Legato vino ad electionem Legatarij, ſi vellet album,vel rubeum,an intelligatur de meliori, vel de mediocri.

*Deciſio* 12.

Legatum pium an, & quando patiatur diminutionem, quando hæreditas nõ eſt ſoluendo.Et quæ probationes ſufficiant ad probãdum, quòd ſit factum

b pro

Digitized by Google

pro exoneratione conſcientiæ.

*Deciſio* 13.

Ex non facto quando hæreditatis aditio inducatur.

*Deciſio* 14.

Teſtamentum an dicatur nullum ex eo, quòd pater inſtituit filios naſcituros ex filio, quem naturalem appellauit, Et an reſpectu eorum habeat locum *text.in l.fin.C.de edict.Diui Hadriani tollen.* Et quando filius ortus ex coitu illegitimo dicatur ſpurius, vel naturalis.

*Deciſio* 15.

Eccleſia hæres inſtituta an teneatur facere inuentarium. Et an eius ceſsionarius totius hæreditatis teneatur vltrà vires, quando antè ceſsionem ipſa Eccleſia inuentarium non confecit, licèt ipſe ceſsionarius deindè illud fecerit.

*Deciſio* 16.

Retrouenditio annuorum introituum facta in beneficium tertij ceſſionarij iuris luendi, an trãsferat ad beneficium ipſius iura anteriora, nedùm pro capitali, verùm etiam pro tertijs maturatis poſt retrouenditionem. Et an extinguantur hypothecæ creditorum habẽtium prædictos annuos introitus obligatos.

*Deciſio* 17.

Creditor, qui imminente mutatione monetæ pecuniam mutuauit, ſub conditione ſatisfaciendi alteri creditori anteriori, facta ad ſui beneficium ceſſione, & per debitorem illa depoſita in publico Banco, ad illum effectum, ſtante declaratione facta per Sacrum Conſilium, vigore *pragm.*13.ſub *tit.de monetis*, depoſitum prædictum ceſſiſſe periculo debitoris deponentis, quàmuis primus creditor ceſſionẽ, & quietationem feciſſet, cum proteſtatione tamen, quis præferri debeat in bonis communis debitoris, primus creditor, an verò ſecũdus, ſtante dicta ceſſione.

*Deciſio* 18.

Diminutio an, & quando fieri debeat annui canonis debiti ex contractu emphyteutico.

*Deciſio* 19.

Contractus alienationis cum minore celebratus an, & quando valeat, non adhibitis ſolemnitatibus à iure requiſitis, quando cedit ad ipſius minoris vtilitatem, maximè, quando ipſe non cõquæritur, ſed maior, qui cum minore contraxit.

*Deciſio* 20.

Fideiuſſor Arcæ Arrendamenti an ſit liberatus, ſi Mercator, qui Arcam exercebat, acceptando literas cambij, eas ſcripſit ad creditum, & debitum ipſius creditoris, nouaſq; fecit literas pro illarum ſolutione, & an ſit inducta nouatio.

*Deciſio* 21.

Solutio in quam cauſam cedere dicatur, vbi nec à creditore, nec à debitore cauſa fuerit expreſſa.

Et an priùs cedat in cauſam vſurarum, & intereſſe non liquidati.

*Deciſio* 22.

Agitur de donatione facta per virum ſenem vxori iuueni, & pulchræ.

Et an, & quando dicatur recompẽſatiua.

Et ex quibus verbis pœna legis cenſeatur remiſſa per virum.

Et an iudicetur remiſſa per filios per cohabitationem cum vitrico.

Et multa ad interpretationem *text.in l.*2. *C.de ſecund.nupt.*

*Deciſio* 23.

Creditor, qui hypothecam acquiſiuit ſuper re poſſeſſa per ſuum debitorem reuocabilitèr, conditione caſuali pendente, an illam amittat, ſi purificata conditione res hypothecata in alium translata fuerit.

*Deciſio* 24.

In generali obligatione an, & quando veniant obligata bona hæredis, & quãdo pecunia, ſiuè effectus peruenientes ex eodemmet creditore, ad interpretationem *text.in l.qui tabernam,§.fin. ff.de pignor.*

*Deciſio* 25.

Compenſatiõ an, & quãdo fiat ipſo iure, abſq; hominis oppoſitione.

Et an fructus pignoris cum ſorte compẽſentur, latè explicatur.

De-

*Deciſio* 26.

Contractus ſuper emolumentis officij an poſsit fieri abſq; Regio aſſenſu, & an nominatus in eo vigore priuilegij obtenti à Sua Maieſtate, de nominando vno hærede, teneatur contribuere de rata ipſorum ſocio, qui ſoluit in ampliatione prædicta portionem ſuam.

*Deciſio* 27.

Exigens annuos reditus ad minorẽ quantitatem, quàm in inſtrumento continetur, an, & quando ſibi præiudicet.

Et quid, ſi exactio fuit facta tempore minoris ætatis creditoris.

*Deciſio* 28.

Diuiſio qualitèr inter fratres facienda ſit, latè examinatur.

*Deciſio* 29.

Renunciatio, quæ iuxtà formam *Sacri Concil. Trid. in cap. 16. de Regular, ſeſſ.* 25. debet fieri per duos menſes antè profeſsionem emiſſam, an ſit valida, ſi per paucos dies poſt illorum lapſum facta fuerit.

*Deciſio* 30.

Moræ purgationi quando ſit locus, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, & quid de ſtylo S. R. C.

*Deciſio* 31.

An, & quando renunciatio facta antè ingreſſum Religionis ſubiaceat diſpoſitioni *Sacr. Concilij Trident. in cap. 16. de Regular. ſeſſ. 25.*

*Deciſio* 32.

An, & quando ceſsionarius poſsit agere virtute ceſsionis obtentæ poſt ſolutionem.

Et quando poſſit cogere eum, cui fuit facta ſolutio, ad cedendum.

*Deciſio* 33.

Compromiſſum an, & quando poſſit fieri in cauſis feudalibus.

Et an annullata refutatione, virtute *Regiæ Pragm.* de anno 1579. ſint annullata acta facta cum ipſo Refutatario antè *Pragm.*

Et de inſtantia an, & quando transeat in ſingularem ſucceſſorem.

*Deciſio* 34.

Pater an poſsit cõſentire donationi cauſa mortis faciendæ per filiam de eius dotibus promiſsis reſtitui cui ius, & caſus dederit, in præiudicium eius creditorum.

*Deciſio* 35.

Nobiles Capuanæ, & Nidi an ſecundùm morem Procerum, & Magnatum, vel ſecũdùm morem dictarum Platearum contraxiſſe cenſeantur.

Conſuetudo Capuanæ, & Nidi an ſit vera Conſuetudo, vel pactum.

Succeſſio an regulari debeat ſecundùm morẽ Magnatum, an verò ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, vbi in capitulis matrimonialibus à principio dictum fuit, contrahentes ſecundùm morem Magnatum viuere, & nihil circa ſucceſsionem.

*Deciſio* 36.

Pater conſentiens matrimonio filij, & quòd ei dos ſoluatur, an, & quando teneatur, eo diſſoluto ad ipſius dotis reſtitutionem.

Et ſtante Conſuetudine Neapol. qua actione teneantur eius hæredes, ad interpretationem *tex. in l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim.*

*Deciſio* 37.

Vendito Caſtro cum omnibus bonis feudalibus, & burgenſaticis, territorijs, iardenis, reditibus, alijſquè feudis, & ſubfeudis, an, & quando functiones Fiſcales particulari titulo quæſitæ cõprehendantur.

*Deciſio* 38.

An, & quando frater promittẽdo dotem pro ſorore, obligetur nomine proprio, an verò vti patris hæres.

Et an ex contractu mutui, quod ſolet fieri poſt capitula matrimonialia inducatur nouatio.

Et an in donatione facta filijs, fœminæ debeant habere portionem, vel paragium.

*Deciſio* 39.

Socius an, & quando in locatione communis domus præferri debeat.

*Deciſio* 40.

Legato feudo, vel inſtituto hærede extraneo in feudalibus nùm debeatur æſtimatio.

Et quid in donatione contemplatione matrimonij rei feudalis, abſq; aſſenſu.



Digitized by Google

*Deciſio* 41.

Matris renūciatio an, & quando noceat filijs venientibus ex propria perſona.

Et quid in linea collaterali.

*Deciſio* 42.

Creditores non habēt ius offerendi dotem in pecunia mulieri agenti pro aſſecuratione, ob vergentiam viri ad inopiam.

Et quid, ſi bona, ſuper quibus petitur aſſiſtētia, commodam non recipiant diuiſionem.

Et an aſſecuratio ſit facienda, iuxtà appretium faciēdum per Aeſtimatores, vel per Licitatores, & Subhaſtatores, latè examinatur.

*Deciſio* 43.

Creditores, abſq; aſſenſu anteriores, an præferātur poſterioribus cum aſſenſu in pretio peruento ex venditione feudi ad inſtantiam Creditoris habentis aſſenſum.

Et an reuocatio tacita, vigore *Conſtitut. Diuæ memoriæ* inducatur per litem motam ſuper nullitate venditionis feudi.

Et an aſſenſus impetratus, lite pendente ſuper nullitate venditionis, ſit ſubreptitius, ſi nihil de lite fuerit expreſsū, & an in ſuſpenſo remanere debeat, donec decidatur lis.

*Deciſio* 44.

Donans filiæ contemplatione matrimonij omnia bona, tàm acquiſita, quàm acquirenda, reſeruata certa quantitate diſponendi, ſi in vita contraxit debita, an debeant ex dicta quantitate reſeruata deduci, & quid, ſi poſt debita contracta diſpoſuit de integra quantitate reſeruata, inſtituendo hæredem eandem donatariam, an acceptando teſtamentum, remanebit hæres, facto, vel non facto inuentario obligata pro tota quantitate, an verò pro ea parte, quæ non fuit in vita diſpoſita.

*Deciſio* 45.

Moratoria an impediat inſtrumenti liquidationem.

Et an ſit procedendum coràm Iudice Eccleſiaſtico, vel ſęculari contra eum, qui licèt tempore obligationis eſſet clericus, tamen tempore iudicij cępti habitum clericalem dimiſerat.

*Deciſio* 46.

An, & quando licitum ſit, hodiè emere, & cràs donare, ad euitandum ius congrui, & an Dominus directus præferatur vicino rettahere volenti, & quid in ipſomet emphyteuta emente cenſum, & à quo tempore incipiat currere tempus petendi prælationem.

*Deciſio* 47.

Creditores pro expenſis funeris, & vltimæ infirmitatis, an præferri debeant creditoribus, expreſſam hypothecam habentibus.

*Deciſio* 48.

Stante mutatione monetæ ordine Superioris, ſolutio an debeat fieri, habito reſpectu ad valorem intrinſecum temporе contractus, vel tempore ſolutionis.

*Deciſio* 49.

Antephatum, ſtante *Regia Pragmatica*, quòd ſit pro dotibus duc. 4000. infrà pro tertia parte dictæ dotis in virgine, & medietas tertiæ partis in vidua, & pro dotibus à duc. quatuormille, vſq; ad decem mille ſit quarta pars in virgine, & medietas dictæ quartæ partis in vidua. Quid, quādo erit ducatorum quatuor mille, nec plus, nec minus.

*Deciſio* 50.

Vicinus, an, & quando poſſit impediri, nè in altum extollat ædificiū in ſolo ſuo. Et quid, quando impeditur aſpectus ad Mare.

*Deciſio* 51.

Legatum duplicatum, an, & quando eidē debeatur, ad explicationem *text. in l. cùm centum, ff. de adimend. legat. & l. planè, §. ſed ſi non corpus, ff. de legat.* 1.

*Deciſio* 52.

Alimenta vxori relicta, cum conditione habitandi cum filijs, an, & quando illis præmortuis debeantur, ad explicationem *text. in l. Seio, ff. de aliment. legat. & l. 1. C. de legat.*

*Deciſio* 53.

Pater non excluditur à ſucceſſione filij in dotibus maternis, attenta diſpoſitione *Conſuetudinis Barenſis*.

*Deciſio* 54.

Curialis ex iure ceſſo, an, & quando trahat,

Digitized by Google

hat,& non trahatur,ad explicationem *Rit.M.C.V.*228. incip.*Item, quòd nullus priuilegiatus.*

*Deciſio* 55.

An Dominus teneatur recognoſcere ſcripturam ſui Inſtitoris, ſeù Factoris, filius ſui patris, hæres ſcripturam defuncti,ac vxor ſui viri.

*Deciſio* 56.

Aſſenſus *Capituli* nùm extendatur ad contractum cenſualem, ex pecunia dotali factum,tempore,quo in capitulis matrimonialibus expreſsè fuerit conuentum, vt pecunia prædicta conuerteretur in emptionem annuorum introituum pro ſecuritate dotium,latè explicatur.

*Deciſio* 57.

Ius prothomiſæos, an habeat locum in feudo hæreditario,& an,& quando ex receptione pretij facta per agnatum cenſeatur dicto iuri renunciatum. Et an competat reſtitutio in integrum *aduerſus* lapſum termini ad retrahendum.Et an competat fœminæ,& alijs, in vlteriori gradu exiſtentibus, quando proximior non vult,vel renũciauit. Et quid quando veriſimilitèr,non ad ſui commodum, ſed aliorum retrahere vellet. Et ex quibus præſumatur.

*Deciſio* 58.

Pactum exequutiuum, in inſtrumento guarentigiato adiectum,quanto tempore præſcribatur.

*Deciſio* 59.

Fœmina, ad hoc vt dicatur maſculiata, quæ requirantur.

*Deciſio* 60.

Naufragium quomodò probetur, & an, & quando in examinatione teſtium requiratur Partis citatio.

Et an præcidens funes alterius Nauis ad præcauẽdum Nauis ſuæ naufragium, teneatur ad emendam damni.

*Deciſio* 61.

Patre, vel matre exiſtente in medio qualitèr ceſſet diſpoſitio *Conſuet. Neap.*

Et an portio fœminæ accreſcat ſolùm maſculo,& quid,quando cum matre concurreret, & quomodò procedat, quando ſunt ſolùm ex vno latere:coniuncti,latè diſcutitur.

*Deciſio* 62.

An fructus bonorum antiquorum maturati,& non exacti veniant ſub diſpoſitione *Conſuet.Neap.*

*Deciſio* 63.

An *Conſuetud.Ciuitatis Neapolis*,quòd in antephato ſuccedant filij vti hæredes patris, poſſit per pactum inter contrahentes renunciari.

Et an quæratur ius filijs,abſquè ſtipulatione Notarii.

*Deciſio* 64.

Inſpecta *Conſuetudine Neapolitana* nùm mulier mortuo uiro poſſit contra ſocerum,uel ſoceram agere,ut adueniẽte tempore ei fiat reſtitutio dotis ex portione,quam eius uir, ſi ſuperuixiſſet, habiturus fuiſſet.

*Deciſio* 65.

Bonæ fidei poſſeſſor, an, & quando per litis conteſtationem conſtituatur in mala fide,ità ut teneatur ad fructuum reſtitutionem.

Et an perempta inſtantia perimat etiam mala fides, quæ ex ipſa litis conteſtatione inducitur.

*Deciſio* 66.

Actio ad ſeruitutem redimendam an trãſeat in ſingularem ſucceſſorem:

Et an clerici ligentur conſuetudinibus laicorum; quando ab Eccleſiaſticis fuerunt approbatæ.

*Deciſio* 67.

Priuilegium iuriſdictionis ampliſſimum, etiam contra viduas,pupillos,& miſerabiles perſonas,cõceſſum alicui perſonæ magnæ qualitatis, an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem,non eiuſdem qualitatis.

*Deciſio* 68.

Inſtantia an currat in Sacro Conſilio,& an Princeps poſſit ipſam reſtaurare per inſufflationem ſpiritus vitæ, poſtquàm per Partem aduerſam fuit oppoſitum de peremptione illius.

*Deciſio* 69.

Agitur de materia *Capitulorum Regni.*

Et an,& quando Iudex poſſit pronunciare ſuper nullitatibus,abſq; Partis oppoſitione.

Et de nullitate ſententiæ ex defectu citationis, Iudice mutato, vel circũ ductis citationibus.

*Deciſio* 70.

Conceſſio in emphyteuſim facta pro ſe, & liberis,& ſucceſſoribus vtriuſq; ſexus , ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus,an ſit ex pacto,& prouidentia, non hæreditaria, an verò hæreditaria,& an poſſit poſſeſſor deſcendentibus præiudicare.

Et an , & quando pretium ſuccedat loco rei, ità vt ſucceſſor nolens rem vendicare, poſſit vendicare pretium.

*Deciſio* 71.

Generalis abolitio nùm accuſationes nondùm inſtitutas includat.

Et an remiſſio Partis,in indultu requiſita neceſſaria ſit, quærela tempore indultus adhùc non propoſita.

*Deciſio* 72.

Nùm gratia medietatis pœnæ Fiſcalis ſolita fieri cum clauſula, *dummodò non fuerit exequuta, nec ſoluta*, operetur, debitore pro ea carcerato.

*Deciſio* 73.

Clericus beneficiatus,habitum,& tonſuram non deferens , an priuilegio fori gaudeat, ad declarationem *Bullæ* fel. mem. *Sixti Papæ V.*)incip. *Cùm ſacroſancta*,& *cap.6.Sacr.Conc.Trid.ſeſſ.23.*

Et an attento tenore dictæ *Bullæ* requiratur contra Clericum non incedentem in habitu, & tonſura , ſententia declaratoria , & an dicta *Bulla* ſit in obſeruantia.

*Deciſio* 74.

Sententia foriudicationis, an,& quando dicatur nulla,reſpectu formæ non ſeruatæ in citatione ad informandum, & ad capitula, & in Nuncii relatione,& de præſentatione Bullæ clericatus, ad finem impediendi foriudicationem.

*Deciſio* 75.

Inquiſitus condemnatus pro homicidio ad pœnam extraordinariam , an , & quando teneatur ad intereſſe Partis.

*Deciſio* 76.

Carceratus pro debito,& aufugiens, fractis carceribus, qua pœna puniri debeat, latè explicatur.

*Deciſio* 77.

Pœna contumaciæ quæ ſit,tàm de iure cõmuni, quàm de iure Regni, & quid obſeruetur, tàm in M.C.V. quàm in aliis Regni Tribunalibus,& quæ pęna poſſit exigi per Barones.

*Deciſio* 78.

Vulnerans aliquem cum armis prohibitis,an committat duo delicta,vel vnũ.

Nùm ſtante appellatione interpoſita à parte offenſa, poſſit per Iudicem appellationis puniri etiam pro pœna aſportationis armorum.

*Deciſio* 79.

Primum beneficium reſtitutionis in integrum,competens aduerſus lapſum termini, vni ex conſortibus eiuſdem litis conceſſum,an,& quando proderit alijs,& quando etiam alio conſorti ſimilitèr competeret, ſi neglexerit probationes facere in termino primi beneficij, ſibi conceſſo, & non petenti notificato, an poſſit ex propria perſona de nouo illud obtinere.

*Deciſio* 80.

Nũquid Iudex poſſit terminum iuris deliberandi ampliare,vel arctare.

Et an poſſit fieri diuiſio inter hæredes, pendente termino prædicto,& ad hoc dari Curator.

*Deciſio* 81.

Iudex recuſatus,vbi effectus eſt conſummatus, quàmuis ceſſet cauſa ſuſpitionis,tamen non poterit interuenire, & quando dicatur effectus conſummatus.

*Deciſio* 82.

Brachium an,& quando,& quomodò ſit concedendum pro exequutione literarum exequutorialium per Iudices alterius iuriſdictionis, etiam vigore ſententiæ.

*Deciſio* 83.

Sententia lata ad fauorem duorum,quorum alter erat mortuus,an,& quando dicatur nulla,etiam reſpectu viui.

*Deciſio* 84.

Hęreditas non adita,an,& quando tranſmittatur ad hæredes.

*Deciſio* 85.

Iudex alterius Iudicis ſuſpecti an dicatur ſuſpectus.

Et nùnquid cauſa ſuſpitionis dicatur ardua.

Et an literæ miſſæ infrà terminum ſuſpitionis inducant conſenſum, adeò vt

Iudex

Digitized by Google

Iudex vti ſuſpectus remoueri non poſſit.

*Deciſio* 86.

Depoſitio, vt Principalis, an debeat fieri per Abbatiſſam, vel Prioriſſam Monaſterij, an verò per omnes, vel maiorem partem Monialiũ in iudicio moto per Monaſterium.

*Deciſio* 87.

Iudex ſuſpectus in iudicando, nùm poſſit cauſam alteri delegare.

*Deciſio* 88.

Tutor in iudicio cogitur deponere ſuper articulis, per alteram partem præſentatis, vel præſentandis.

*Deciſio* 89.

Diffamatus intentans remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* an, & quando dicatur reus, ad explicationẽ *deciſ. Afflict.* 268.

*Deciſio* 90.

Barone ſuſpecto ex capite inimicitiæ, an, & quando cauſa debeat remitti ad *ipſum* Baronem.

*Deciſio* 91.

Regia Pragmatica de anno 1621. quæ eſt *Pragm.* 16. ſub *tit. de ordin. iudic.* in qua terminatur tempus petendi reſtitutionem in integrum perſonis priuilegiatis, quæ in Regno vocantur beneficia, an habeat locum tàm in actore, quàm in reo.

*Deciſio* 92.

Onus ſolutionis releuij, an ad feudatariũ ſpectet.

Et an debitum contractum pro ſolutione releuij Regię Curiæ, ſpectet ad omnes hæredes, tàm in burgenſaticis, quàm in feudalibus, vel ad hæredes in feudalibus tantùm.

*Deciſio* 93.

An, & quãdo ſolutio releuij probet qualitatem feudalem, ſaltim in poſſeſſorio.

Et quando bona exiſtentia infrà fines feudi dicantur feudalia.

Et quæ ſint animalia deſeruientia pro inſtructione feudi, ad intellectum doctrinæ *Andreæ de Iſern. in cap.* 1. *§. & plauſtrorum, quæ ſint regal.*

*Deciſio* 94.

Legatum factum à marito vxori, quando intelligatur factum, animo compensãdi cum lecto viduali, ac veſtibus lugubribus.

*Deciſio* 95.

Gubernatores Extauritarum, ſeù Hoſpitalium, quæ regũtur per laicos, corãm quo Iudice debeant conueniri, & an eorum bona ſubiaceant Conſuetudinibus laicorum.

*Deciſio* 96.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij, an ſtante *Regia Pragm.* 77. *de officio Sacr. Reg. Conſil.* quæ eſt 4. *de dilationib.* in noua recompilatione, opponi poſſit ad impediendum exequutionem decreti, quòd ſoluat tertias, quod fieri ſolet antè ſentẽtiam reſciſſionis contractus vẽditionis annuorum introituum poſt triginta dies, & an ſufficiat citare creditores incertos per proclama, in ipſius inuentarij confectione.

*Deciſio* 97.

Fructus percepti ab vxore ex bonis quõdam viri præmortui, an, & quando cõputentur in ſortem capitalis dotis, ſibi reſtituendæ ab illius hæredibus.

*Deciſio* 98.

Mulier, ſtante *Conſuetudine huius Ciuitatis* per matrimonium efficitur ſui iuris, quid ſi nupſiſſet, ſecundùm *morem Procerum, & Magnatum,* & an poſſit diſponere, vel ſubſtituere, & an ſaltèm ſubſtitutio ſuſtineatur in vim pacti, ſi filia in capitulis matrimonialibus diſpoſitioni matris, quæ fecit ſubſtitutionem, ſe ſubiecerit.

*Deciſio* 99.

Filia dotata à patre, an poſsit petere, eo mortuo, dotis ſupplementum, & quid in filia illegitimè nata, latè explicatur.

*Deciſio* 100.

Intereſſe rei iudicatæ poſt quatrimeſtre tempus, an debeatur, vigore ſententiæ Sacri Regij Conſilij, pendente ipſius reclamatione.

*Deciſio* 101.

Poſſeſſorij, & petitorij cumulatio quando fieri poſsit, vel non, latè diſcutitur.

*Deciſio* 102.

Milites noſtri temporis, an, & quibus gaudeant priuilegiis militaribus.

Obligatio, ſeù fideiuſsio præſtita pęnès

acta, an poſsit incuſari poſt mortem obligati.

Vſufructuarius vniuerſalis, an, & quando teneatur ad ſolutionem æris alieni, & an poſſit conueniri.

*Deciſio* 103.

Fœminæ, an, & quando veniant ex propria perſona ad fideicommiſſum, maſculis tamen deficientibus, ità vt non teneantur ad onera hereditaria vltimi morientis, & quando poſsint per illius extinctionem diſponere ad libitum.

*Deciſio* 104.

Minor ex venditione, ſiuè retrouenditione facta ab eius Curatore, cum promiſsione generalis euictionis, an re euicta teneatur ad euictionem, vel ad pretij reſtitutionem.

*Deciſio* 105.

Agitur de nullitate guidatici, ſiuè ſaluiconductus, delinquentibus conceſsi, tàm ex defectu poteſtatis, quàm voluntatis concedentis, & de ſubreptionibus, & obreptionibus ipſius, & an, & quando delinquentes capti, ſint reponendi in priſtinam libertatem.

*Deciſio* 106.

Cambiorum intereſſe, an, & quando debeatur à debitore moroſo, qui pecuniam recepit, & quæ dicantur cambia realia, quæ verò cambia ſicca, & quādo debeatur intereſſe damni emergētis, & lucri ceſſantis.

*Deciſio* 107.

Legatum relictum in tempore incerto, an, & quando ſit purum, vel con[illegible]nale, & quid in legato ſoluendo p[illegible] mortem hæredis.

*Deciſio* 108.

Fideicommiſſarius, an, & quando ſit manutenendus in poſſeſsione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, latè diſcutitur.

*Deciſio* 109.

Nomine debitoris in dotem dato, ſi illud poſteà exactum fuerit, & in emptionē conuerſum cum eodem viro, cui fuit in dotem promiſſum, non exprimendo, eſſe de pecunia dotali; viro effecto non ſoluendo, mulier an agere poſsit contra illius hæredes, vigore contractus dotalis, an verò contra dotantes.

*Deciſio* 110.

Ex quibus coniecturis filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, & multa ad interpretationem *text. in l. hæredes mei, §. cùm ità, ff. ad Senatuſconſult. Trebell.*

Et an intelligantur, nedùm vocati, ſed etiam grauati.

*Deciſio* 111.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an, & quando opponi poſſit ad impediēdam exequutionem aduerſus apocas, ſeù ſchedulas Bancorum, vel obligationē penès acta, aut literas cambii, latè diſcutitur.

*Deciſio* 112.

Exceptio diuiſionis, vel cedendarum actionum, an, & quando obſtet creditori, qui portionem ab vno ex correis debendi exegit, eùmq; quietauit.

*Deciſio* 113.

Petens exhibitionem librorum à Tutore, vel alio Adminiſtratore, an teneatur antè exhibitionem declarare, ſi vult in totum, tàm in datis, quàm in acceptis, in dictis libris contentis, ſtare.

*Deciſio* 114.

Moratoria conceſſa debitori an, & quādo creditor agere poſſit cōtra ipſum, vt finita dilatione ſoluat.

*Deciſio* 115.

Inſtrumentum nùm poſſit liquidari via *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* contra hæredem, qui hæreditario nomine ſe obligauit, ſaltim non ad finem eum carcerandi, ſed exequendi in bonis hæreditarijs.

*Deciſio* 116.

Venditio annuorum introituum facta per Communitatem, ad rationem decem pro centenario, cum promiſsione indemnitatis à collectis, an ſit nulla, tanquàm vſuraria, vltrà ſummam à *Bulla, & Regia Pragmatica* taxatam, an verò ſit reiiciendus exceſſus, firmo remanente contractu, & per conſequens, an ſit deducenda Bonatenētia.

*Deciſio* 117.

Portio, quæ ad filios ſpectat ex dotibus maternis, vigore *Conſuetudinis Neapolitanæ*, an, & quando ipſis quæratur, abſq; aditione, & an creditoribus ſuper

per

per ipſa poſsit ſatisfieri. Et aditio ex quibus inducatur.

*Deciſio* 118.

Conditio appoſita in donatione, ſi donans ingrediatur Monaſterium, & in eo profeſſionem emiſerit, an dicatur purificata, ſi antè annum probationis, non facta profeſſione deceſſerit.

*Deciſio* 119.

Alimenta, lite pendente, an, & quando debeantur.

*Deciſio* 120.

Emphyteuta ſi incidit in commiſſum ob non ſolutionem Canonis, vel alia eius culpa, an poſsit magnas meliorationes retinere, ſiuè earum pretium à Domino recuperare.

Et quando penſio, ſiuè Canon eſt fructibus correſpectiuus, an dicatur contractus emphyteuticus, vel locationis.

Et an, & quando poſt litem conteſtatam poſsit inſtantia variari, mutari, ſeù corrigi.

Digitized by Google

# INITIA DECISIONVM.


AD inſtantiam, Deciſ.82.
Andreas de Ebolo, deciſ.44.
Angelus Saccocius, deciſ.52.
Antè mutationem, deciſ.48.
Carolus de Alexio, dec.26.
Conceſſerunt, dec.120.
Concurrebant, dec.4.
Concurrebant in liberatione, dec.109.
Contracto matrimonio, dec.63.
Creditore, dec.1.
Creditores, dec.34.
Cùm eſſet, dec.15.
Cùm eſſet, dec.71.
Cùm eſſet, dec.76.
Cùm eſſent, dec.6.
Cùm eſſent, dec.104.
Cùm fuiſſet, dec.73.
Cùm per M.C.V.dec.36.
Debitores, dec.111.
Deceſſit, dec.1.
Deceſſit Hieronymus, dec.14.
Deceſſit Thomas, dec.5.
Defuncta, dec.10.
Delicta, dec.105.
Diana, dec.103.
Die 9. Ianuarij, dec.88.
Difficilis, dec.107.
Donauerat, dec.3.
Dubitatum fuit, dec.117.
Egit in S.C.dec.54.
Emerat in anno, dec.112.
Emerat Lælius, dec.19.
Empta Terra, dec.39.
Ex deciſione, dec.89.
Ex duobus, dec.32.
Exiſtentibus, dec.60.
Expoſitis, dec.37.
Fabritius de Monte, dec.96.
Famigerata, dec.40.
Fideiuſſerat, dec.102.
Frequentiſſimi, dec.16.
Fuit diſcuſſum, dec.8.
Fuit dubitatum, dec.67.
Fuit dubitatum in cauſa, dec.68.
Fuit in cauſa, dec.31.
Fuit inquiſitus, dec.78.
Graui morbo, dec.7.
Gubernatores, dec.95.
Hæredi, sdec.80.
Hieronymus de Helia, dec.9.
In cauſa appellationis, dec.46.
In cauſa Franciſci, dec.97.
In cauſa Gratiæ, dec.110.
In cauſa hæredum, dec.2.
In cauſa hæredum, dec.92.
In cauſa Horatij, dec.33.
In cauſa Illuſtr. dec.27.
In cauſa Lucretiæ, dec.11.
In cauſa Marcelli, dec.62.
In cauſa Regij Fiſci, dec.75.
In cauſa Venerabilis, dec.86.
In cauſa Vniuerſitatis, dec.77.
In cauſa V.I.D. dec.45.
Incidit articulus, dec.29.
In diſcuſſione, dec.55.
In generali, dec.49.
In hac eadem, dec.17.
In hoc Regno, dec.91.
In liberatione, dec.43.
In liberatione, dec.56.
In ſucceſſione, dec.41.
Inter alia, dec.101.
Inter alias, dec.24.
Inter Illuſtr. dec.98.
Inter Lucretiam, dec.66.
Interpoſito decreto, dec.93.
Inter prædictam, dec.38.
In teſtamento, dec.51.
Io. Vincentius Caraſa, dec.70.
Lata ſententia, dec.74.
Licèt ſatis, dec.115.
Mortuo Antonio, dec.61.
Mortuo Principe, dec.35.
Mulier, dec.42.
Mulieri viduæ, dec.94.
Ob Montis Veſuuij, dec.114.
Orta fuit, dec.12.
Orta fuit lis, dec.108.
Pater nuptui, dec.99.
Per Capitulum, dec.69.
Per Conſuetudinem, dec.64.
Per deciſionem, dec.81.
Per decretum, dec.53.
Per decretum, dec.59.
Per mortem, dec.65.
Per Ritum, dec.58.
Per ſententiam, dec.13.
Petijt Antonius, dec.106.
Pluribus, dec.119.
Pluriès fuit, dec.57.
Poſſidente, dec.30.
Poſſidentibus, dec.50.
Poſt varias, dec.22.
Præſuppoſito, dec.23.
Propoſita, dec.85.
Quando vaſalli, dec.90.
Quidam debitor, dec.72.
Regula eſt, dec.18.
Roſa, dec.84.
Scipio Langella, dec.118.
Scripſerat, dec.83.
Sæpè in iudiciali, dec.28.
Simeon Salutius, dec.20.
Tutor, dec.113.
Vendita terra, dec.79.
Vendito territorio, dec.25.
Vniuerſitates, dec.116.
Vſuras centeſimas, dec.100.
Vulgaris eſt, dec.87.
Vulgata eſt, dec.47.


Finis initiorum Deciſionum.

Digitized by Google

# ELENCHVS

## Legum, & Paragraphorum ex vniuerſo iure in hiſce Deciſionibus explicatorum.


Textus Iuris Pontificij.

TEXT. *in* cap.perſonæ,de priuileg.in 6. *limitatur,& declaratur, dec.*77. *à n.*17. *ad* 20.

*Text. in* cap.ſalubritèr,de vſur. *declaratur, dec.*97.*n.*17.

Text. Concil. Trident.

*Text.*Sac.Concil.Trid. *vide verb.Concil. Trident. in Indice materiarum.*

Text.Digeſtorum.

*Text.in* l.Centum,ff.de adim.leg. *&* in l. planè,§.ſed ſi non corpus,ff.de leg.*1. explicantur, dec.*51.*n.6.&* 7.

*Text.in* l.quemadmodùm,§.item Labeo, ff.ad leg.Aquil.*an procedat in actione ciuili,vel criminali,dec.*60.*num.*12.*&* 17.

*Text.in* l.cùm poſt, §.1.ff.de admin. tut. *declaratur,dec.*38.*n.*30.

*Tex.in* l.cogi,§.generaliter,ff.ad Trebell. *explicatur,dec.6.nu.*4.

*Text. in* l.hæredes mei, §.cùm ità, ff.ad Trebell.*explicatur,dec.*1.*nu.*85.*&* 87. *An probet filios poſitos in conditione cenſeri vocatos, dec.*110.*num.*4.*vbi text. verba ponuntur,& n.*24.*& ſeq.& nu.* 29.

*Tex.in* l.cùm auus, ff.de cond.& demõſt. *explicatur, ibid.n.*17.

*Text.in* l.Lucius Titius, la ſeconda,ff.de hæred.inſtit.*ponderatur,ibid.nu.* 16.

*Tex.in* l.3.§.ait Prætor,ff.de incend.ruin. & naufrag. *declaratur, dec.*60.*n.* 17.

*Text. in* l.Paulo Callimacho 17. §.Pompeius, ff.de leg.3. *diſpoſitio refertur,& explicatur,dec.*2.*n.*51.

*Text. in* l.qui tabernam, §.fin.ff.de pign. *declaratur,dec.*24.*n.*5.

*Text.in* l.qui autem,ff.quæ in fraud.credit.*procedit in quærendis, quorum acquiſitio pendet à voluntate acquirere volentis,ſecùs in iure quæſito ex contractu,abſquè aditione,deciſ.*8.*num.*8.*An procedat eius diſpoſitio in feudo,dote,& Fiſco,ibid. ſub n.*17.

*Text. in* l.quod de paritèr, ff.de rebus dub.*explicatur, deciſ.*2.*ſub num.*5. *& num.*14.*ad* 16. *Non limitat diſpoſitionem* §.ex conditionali,Inſtit.de verb. oblig.*ibid. ſub n.*16.

*Text. in* l.quod de paritèr, ff.de rebus dubijs *explicatur,ibid.à num.*5.*ad nu.* 14. *Vbi eius plures intellectus examinantur ad nu.*17.

*Tex.in* l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iudic.*ordo,carceratione an impediat, an ſeruetur hodiè,& habeat locum in debitore pro pœna fiſcali, vide verb.ordo datus à* l.à Diuo Pio *in Indice materiarum.*

*Text.in* l.impenſa, & in l.penult. ff.de relig.& ſumpt.fun. *declaratur, dec.*47. *n.*2.*&* 7.

*Text.in* l.in his, §.apud Marcellum,ff.de ſolut.*& in* l.1.C.de ſolut. *explicantur, dec.*21.*ſub n.*7.

*Text.in* l.de his, ff.de tranſact. *renunciari cum iuramento non poteſt, quia factus ob publicam vtilitatem,deciſ.*2.*num.*45. *Eius diſpoſitio procedit,tàm in vltimis voluntatibus,quæ plerumq; ignorantur à renunciantibus,quàm in donatione, & in fideicommiſſo relicto in contractibus, quando eadem viget ratio, ibid.nu.* 47.*&* 48.

*Tex.in* l.qui Romæ,§.fin.ff.de verb.oblig. *diſpoſitio refertur, & explicatur, ibid. n.* 52.

*Text. in* l.qui ſcit, §.fin. ff.de vſur. *plures habet intellectus, & conciliatur cum* tex.in l.in bonę fidei,§.in cõtrariũ,ff.de acquir.rer.dom.*dec.*65.*n.*13.14.*&* 17.

Text. Codicis.

*Text.in* l.penult.C.de ædific.priuat. *num obſeruetur in Ciuitate Neap. dec.*50.*nu.* 19.21. *& ſeq.*


*Text.*

Digitized by Google

Text. in l.quicunquè, C.de apoc. publ. lib.10. procedit in ipſo creditore exigente, non in alio, eius nomine, vel à Procuratoribus, dec.27.n.15.

Text.in l.vnica, §.in nouiſſimo, C.de caduc.tollen. diſpoſitio non procedit in extraneis, dec.84.n.18.

Text. in l. fin. §. in computatione cum gloſ. C.de iure delib. explicatur, deciſ. 47.n.9.

Text. in l.in criminali, C.de iuriſd.omn. iud. declaratur, dec.120.n.18.

Text.in l.milites, C.locati non eſt in vſu, nec procedit in militibus noſtri temporis, & in illis, qui non ſunt in belli expeditione contra Infideles, dec.102.n.5.6.& 18.

Text.in l.ex his verbis, C.quan.dies.leg. ced.& in l.hęres meus, ff.eod. explicantur, dec.107.num.11.& 20.

Text.in l.mater tua, C.de rei vendic. explicatur, dec.70.n.55.& 56.

Text.in l.fœminæ, C.de ſecund.nupt. declaratur, dec.22.n.2.

Text.in l.fœminæ, C.de ſecund.nupt. diſpoſitio, & l.hac edictali, §.his illud, nõ eſt correctus per Conſuet.Neap. ibid. num. 23. Non irritat donationem factam coniugi ſecundò nubenti, ſed tantùm de proprietaria, eam efficit vſufructuariam, ibid.n.39.

Text.in l.altius, & in l.ædibus, C.de ſeru. & aqua non habent locum, quotiès quis ædificare vellet, & extollere ædificium ad æmulationem, deciſ.50. num. 15. Non habet locum, quando prohiberetur aſpectus maritimus, ibid.nu.28.

Tex.in l.dos à patre, C.ſolut.matrim. procedit, etiamſi mulier cum liberis in matrimonio decedat, & quàmuis dotans ſit extraneus, dec.53.n.3.& 4.

Text.in l.aduerſus, C.de vſur. requiſita, quæ ſint remiſſiuè, dec.27.ſub n.15.

Tex.in l.1.& 2.C.de uſur.rei iudic. explicatur, dec.100.n.12.& 13.

Text.in Auth.defuncto, C.ad Tertull. non habet locum in dote data à patre filiæ, & quid extantibus liberis, dec.34.nu.4.5.& 7.

Text. Authentic.

Text.in §.optimum, authen.de exhib.reis quibus in officijs procedat, explicatur, dec.6.n.26.

Tex.in §.nos igitur, auth.de reſtit.fideic. explicatur, dec.110.n.31.34.

Text. Inſtitution.

Text.in §.exceptiones, Inſtit.de except. explicatur, dec.114.n.15.

Text.in §.alteri, Inſtit.de inutil.ſtipul. explicatur, dec.2.ſub n.24.

Tex.in §.ex conditionali, Inſtit.de uerb. oblig. explicatur, ibid.nu.6.& 7.ſub nu. 14.& nu.27. Non corrigitur per text. in l.quod de paritèr, ſub n.16. Quando procedat, ibid.n.27.

Text. Feudorum.

Text.in c.1. §.ſed ſi res, per quos fiat inueſtit. explicatur, dec.57.n.30.



Digitized by Google

# INDEX

# RERVM, VERBORVM,

## AC SENTENTIARVM OMNIVM,

### Quæ in hiſce Deciſionibus Libri Primi continentur.

A


ABbatiſſa an, & quãdo poſſit agere pro ſuo Monaſterio, dec.86.à n.5.

Abolitio generalis non includit accuſationes non dùm inſtitutas, dec.71.n.2.

Abſenti an ex iuramento quæratur actio, & quid in donatione, dec.44.n.12. 13. & 17. Ad hoc vt abſenti actio quæratur, quid requiratur, n.19.

Abſolutus quis ſit per ſententiam Iudicis, aut per indulgentiã Principis, nihil intereſt, dec.71.n.4.

Acceſſorium non poteſt ſtare ſinè ſubſtantia, ſed benè ſubſtantia ſine acceſſorio, dec.21. ſub nu.5. Vbi poteſt eſſe ſeparatum, non ſequitur rem vẽditam, dec.37.n.19.

Accuſatio ſi non ſit inſtituta ante publicationem indultus, an poſſit inſtitui poſt illius publicationem, dec.71.n.1. 3. & n.9.

Accuſationes criminales præſcribuntur ſpatio 20. annorum, dec.58.n.7.

Actio, & paſſio non dantur in eodem ſubiecto, dec. 16 ſub n.16. & ſub n.35. & dec.46. ſub n.30.

Actio cedi poteſt, dec. 16. ſub n.39. & n.40. Item & actio iudicati, ſub n. 42. In actionis ceſſione per verba, Ponens eum in locum ſuum, videtur mandatum exercitium, & cedens non poterit ampliùs agere, etiam ſi non interuenerit alterum de tribus, de quibus in l.3. C. de nouat. n. 45. Nulla quæritur tertio ex pacto inter alios facto, dec.44.n.8. An autem quæratur actio tertio, cùm quis emat cum onere ſoluendi tertio, & qua ratione, n. 10. 11. 12. An quæratur abſenti ex iuramento, in contractu appoſito, n.12. & 17. Et quid in donatione facta abſenti, n.13. Ad hoc vt abſenti quæratur, ſufficit qualibet præſumpta ratificatio, num.19. Executiua perſonalis præſcribitur ſpatio decem annorum, realis viginti, deciſ.58. num.2. Legis Aquiliæ pro refectione damni non datur, niſi vbi adeſt damnum, & culpa illud inferentis, dec.60. num. 11. Ex lege Aquilia poteſt agi ciuiliter, & criminaliter, nu. 16. Perſonalis eſt diuidua, dec. 83. ſub nu.12. Rei vindicationis, et interdictũ vti poſſidetis cumulari poſſunt, dec.101. n. 19. Non datur, niſi pro dominio directo, n.24. Confeſſoria non competit ratione dominij, vel quaſi, ſed pro quaſi poſſeſſione, & iure ſeruitutis, alicui competente, n. 8.

Actiones tranſeunt actiuè, & paſſiuè in vſufructu quotæ hæreditatis, dec.102.n.41.

Actio, an, & quando quæratur vxori ex emptione à viro facta de pecunia dotali, ſi nulla de commentio facta ſit, & quando tunc vxori remaneãt primæua iura, dec.109.n.10.11.24.

Actiones veniunt in obligatione generali, dec.117. n.24.

Actionis mutatio, & variatio, an & quando, & in quo iudicio admittatur, dec. 120.à n.22.

Actione ex empto qui egit, poteſt etiam lite conteſtata mutare, & agere ex donatione, n.23.

Actor ad tollendas dilationes poteſt cogere priuilegiatum ad petendum beneficia, dec. 79.nu.12. Verè an dicatur, vel reus diffamatus, & quid ſi intentet etiam, & cumulet remedium l. ſi contẽdat, ff. de fideiuſſor. deciſ 89.nu. 2. & 3. & vide ver. diffamatus. Et reus non debent ad imparia iudicari, dec.91.n. 12. An teneatur ſic facere depoſitum pro pœna nullitatum, vt reus, n.16. Lite conteſtata an poſſit ab actione, & remedio intentato deſiſtere, dec.120.n.19. Eligens viam ordinariam, nõ prohibetur eligere executiuã, n.20.

Actus præſumitur geſtus in executionem præcedẽtis tractatus, nec præſumitur receſſum à conuentione præcedenti, etiam ex interuallo, aut quia adſit forma diuerſa, præſertim, quando actus ſequens ſit in executionem primi, dec. 2. n. 33. & 35. Pro validitate ſemper eſt præſumendum, dec.7. ſub n.7. Dicitur perfectus, quando conſtat de perfectione reſpectu voluntatis concluſiua, n.20.

Actum eſſe non dicitur, cùm aliquid ſupereſt agendum, n.23.

Actus non operatur vlterà agentium voluntatem, dec.17.n.11. dec.26.n.9. & dec.43.n.24. De ſubſtantia eſt quicquid requiritur pro forma actus, qui redditur ipſo iure nullus, forma deficiente, dec.29.n.3.

Actui cenſetur ineſſe, quod ſit in continenti poſt actum, n.4.

Actu reſoluto cenſentur reſoluti omnes effectus ab eo procedentes, ac ſi nunquàm factus fuiſſet, dec. 41.n.18.

Actus præparatorius confunditur cum præparato, dec.78. ſub n.7.




Digitized by Google

# INDEX


Adhoa quarè nõ ſoluatur ex feudo reuerſo ad Dominum, non iure reuerſionis, ſed titulo particulari, dec. 67. n. 2. Quàm ſoluit primogenitus, non venit in liquidatione paragij ad damnum ſororum, dec 92. n. 7.

Adiectus ſolutioni, vide ver. ſolutioni adiecto.

Aditio hæreditatis quãuis in animo conſiſtat, quia tamen eſt quid facti, & in verbis, vel opere conſiſtit, debet probari, dec. 117. n. 1. & ſub n. 25. Probatur per omnem actum, qui fieri non poteſt citra ius, & nomen hæredis, n. 26. An inducatur per acceptationem donationis alicuius ſummæ, quæ fiat, incluſis dotibus, ſub n. 25.

Aditionem ad inducendam, eundem effectum operatur oblatio, quem ſolutio, dec. 27. n. 12.

Vide verb. hæreditatis aditio, & ver. tutor.

Adminiſtrator an teneatur ædere libros ſuæ adminiſtrationis, ſi aduerſarius non declaret, ſe approbare partitas, tàm pro, quàm contra ſe facientes, dec. 113. n. 3. 10 & 29.

Adminiſtratori neganti, librum rationum confeciſſe, vel illum amiſiſſe, non creditur, quamuis iuret, à n. 13 ad 15. Si ipſe vel eius hæredes, & ſucceſſores non exhibeant librum rationum, præſumuntur eſſe in dolo, n. 16.

Adminiſtrationis vnitas an, & quando faciat, quominus connexa, vel ſeparata ſint capitula, n. 20. & 23. Libros æditos quando poſſit aduerſarius pro parte acceptare, & pro parte non, n. 24

Adminiſtrator, vide verb. tutor, verb. minor, & ver. liber rationum.

Adminiſtrator dotans, vide ver. animus donandi.

Aedificium quilibet poteſt extollere vſquè ad Celum, etiã ſi luminibus vicini officeretur, & quare. dec. 50. n. 1. 3. & 4. Sed quod ſpatium relinqui debeat, ſub n. 18. Niſi tamen adſit ſeruitus cõſtituta, vel præſcripta, altius non tollendi, vel fieret ad æmulationẽ, quæ tamen in dubio non præſumitur, & eam probandi, incumbit onus alleganti, nu. 2 5 6. & 15.

Aedificare nemo poteſt impediri, ſi præſtat cautionẽ de demoliendo, n. 7. Etiã in proprio ſolo quis prohibetur, vbi via fieret deterior, redderetur incõmodior, vel vbi aqua ex nouo ædificio reſtagnaretur, aut liberè per eam non curreret, n. 11. & 13. Quid autem ſi fieret minus luminoſa, n. 14.

Aedificium an cedat in vtilitatem ædificantis, vel in damnum vicini, remittitur Expertis, nu. 17. Quid, vbi tolleretur aſpectus ad mare directè, vel per obliquum, item aſpectus montium, tunc an poſſit in altum extollere, vel prohiberi, etiã non exiſtẽte ſeruitute intrà ſpatium centum pedum, num. 19. 25. 26. 27. 28. Hoc verò an habeat locum, ſtãte Conſuet. Neapol. à n. 20. Quãdo fieri ad æmulationem dicatur, n. 8. & 16. Extollere an, & quando poſſit vſq; ad Cœlum Dominus ſoli, etiam attenta Conſuet. Neapol. dec. 95. nu. 1. & 2.

Æmulatio in dubio non præſumitur, & quis eam probare debeat, vide ver. Aedificium.

Æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt, dec. 59. n. 2.

Aes alienum licèt non ſit in bonis, eſt tamen in hæreditate, dec. 44. nu. 22. Quomodò, & quo ordine ex bonis defuncti perſoluatur, & an à proprietario, vel vſufructuario, dec. 102. n. 34. & ſeq. & vide ver. vſufructuarius.

Aeſtimatio an debeatur legato feudo, aut donato contemplatione matrimonij, vel in eo inſtituto hærede extraneo, abſq; aſſenſu, vide verb. feudo legato. Debetur, ſi ſuper feudo fuerit conſtituta vxori quarta, abſq; aſſenſu, dec. 40. nu. 8.

Affl. in Conſt. Diuæ memoriæ, nu. 51. declaratur, dec. 43. nu. 4. vide verb. deciſiones.

Aggreſſor ſi occidatur, à ſe occiſus dicitur, non ab inſultato dec. 75. ſub n. 14.

Aggreſſus de iure ciuili non tenetur aufugere, & ſi interficiat aggreſſorem, non tenetur de homicidio, ſecus tamen eſt de iure canonico, & in foro conſcientiæ, dec. 75. nu. 16.

Agnatio per fœminas nõ conſeruatur, dec. 103. n. 3.

Agnatus retrahens an, & quando poſſit prohiberi ab emptore, nè alteri vendat, vel cùm dubitatur, nè vendat, poſſit ſententia ferri prælationis ad beneficium ipſius tantùm, vel ſub conditione, dec. 57. nu. 45. 47. 48. & 58.

Alienatione prohibita generalitèr prohibita eſt obligatio, dec. 6 ſub nu. 27.

Alienandi poteſtate conceſſa, cenſetur etiam cõceſſa poteſtas hypothecandi, dec. 23 nu. 5.

Alienatio rei dotalis quamuis ſit nulla reſpectu mulieris, tenet tamẽ, quòad vendentẽ, d. 33 n. 17.

Alienationis feudi prohibitio ſine aſſenſu an, & quando comprehendat illius obligationem, dec. 43 n. 22. & 23. Ratificationem an, & quando inducat receptio pretij, etiam in minore, & quid ſi poteſt pretium recipi ex debito venditoris, deciſ. 57. nu. 15. 16. 18. 19. 20. 21. & 54.

Alienatio de re fideicommiſſo ſubiecta ab ignorante ignoranti facta licèt valeat, tenebitur tamen ad pretium hæres alienantis. dec. 70. n. 51.

Alienare quis non prohibetur, vbi in eius perſona fideicommiſſum extinguitur dec 103 nu. 32

Alienationis prohibitio, abſquè cauſa nùm vocationem filiorum poſtorũ in conditione inducat, & quid exiſtentibus clauſulis irritantibus alienationem, deciſ. 110. n. 18.

Alienandi prohibitio ſi iniungatur Caio, non extẽditur ad Caij filium, ſub n. 33. Vide verb. prohibitio alienationis,

Alimenta vxori ſi relinquantur, cũ conditione habitandi cum filijs, an, & quando illis præmortuis debeantur, deciſ. 52. à n. 1. & vide ver. legatum alimentorum. An, & quando debeantur actori lite pendente, & vt debeantur, quæ requiruntur, dec. 119. à n. 1. Debentur etiam in iudicio particulari alimenta, & expenſæ litis, data pro vera paupertate, nu. 13. & 14. Eorum taxationi non eſt locus, ſi vrgentiores præſumptiones ſint pro reo, quàm pro actore, ſub nu. 4. Interim non habet actor, ſi conuentus præſentat ſcripturam, quæ intentionem actoris excluderet, quamuis illam actor impugnaret, n. 5. Eorum prouiſio an, & quando præiudicet cauſæ principali, & tunc, an, & quomodò ſint decernẽda, à n. 7. ad 10.

Alimentorum ſuper præſtatione dùm pendet iudicium, illa ſunt danda, nu. 12.


Ali-

Digitized by Google

*Alimenta, & expenſæ litis quam ob cauſam præſtentur, ſub nu.13.*

Allodium, *ſeu burgenſaticum de ſui natura ſemper tranſit ad hæredes, deciſ.70.nu.7.*

Andreas Marcheſius *Reg. Conſiliarius laudatur, deciſ. 16. ſub num. 7.* Prouenzalis *Regius Conſiliarius laudatur, dec.20.ſub nu.53. & dec. 97.ſub nu.13.*

Animalia, *quæ ſunt in feudo an, & quando dicantur feudalia, dec.93.nu.10.11.12.& 15. Dare ad menandum quid ſit.nu.16.*

Animus *donandi non præſumitur in Adminiſtratore dotante, dec.38.nu.29.*

*Animi deſtinatio ad profeſſionem habetur pro opere, & profeſſione conſummata, licèt ſorte, vel alio impedimento non ducatur ad effectum, dec. 118.nu.16.*

Annuæ præſtationes *tot ſunt, quot ſunt anni, dec. 27.ſub n.4. Et penſiones, an in totum, vel in partem præſcribantur, & quanto tempore inter priuatos, & in Eccleſia, à nu.4.ad 7. Quid reſpectu penſionum pro præterito exactarum pro minori quantitate, quàm deberentur, nu.6. Et an in hoc differat annua præſtatio ex contractu debita, ab illa, quæ in vltima voluntate relicta eſt, ſub n.7.*

Annuorum introituũ *véditiones ad formam* Bullæ, *fiunt cum pacto de retrouendendo quandocunquè ad beneficium venditoris, dec.16.ſub n. 5. Requiritur autem neceſſariò perpetua redimendi hæc facultas, ad hoc, vt contractus tolerari poſſit, ibidem. Hinc ſemper redimi poſſunt annui introitus, quamuis id cautum nõ ſit, quia pactum hoc redimendi eſt de eſſentia contractus, & ineſt ipſi contractui, ibidem. Quid verò operetur pactum de retrouendendo, num. 9. & ſeq. Venditionis contractus non diſtat ab alijs contractibus emptionis, & venditionis, & ideò venit eorum venditio ſub generali hypotheca pro pretio, etiam ſi adſit pactum de retrouendendo, dec.24.nu.20 & 21.*

*Annuos introitus, cenſus, & vſuras exigens ad minorem rationem, quàm in inſtrumento contineatur, an, & quando ſibi præiudicet, deciſ.27. n.1.ad 6.& ſub n.8. Eos ius exigendi pro maiori, vel minori quantitate debita, aut viliori moneta, abſquè proteſtatione, triennio præſcribitur, ibidem.*

*Annui introitus ex bonis antiquis maturati, & nõ exacti, an veniant ſub diſpoſitione* Conſuetud. Neapol. *dec.62.nu.8. Debentur principaliter, & non tanquàm acceſſorij ad ſortem, ibid. Empti ex pretio bonorum antiquorum, vel rei, in qua quis habet vſumfructũ, remanẽt ſubiecti oneri vſuſfructus, &* Conſuet.Neapol. *ſicut, & ipſa bona antiqua, vt de illis teſtator non poſſit diſponere, niſi de medietate, dec.70.nu.48.& 49.*

*Annuorum introituum emptiones quomodò olim, & ad quam rationem pro centenario hodiè fiãt, & exigantur cum Regia Curia, vel cum Vniuerſitatibus, dec.116.n.1.& 49.*

*Annui introitus, attenta* Bulla *non poſſunt excedere ſummam ducatorum decẽ pro centenario, n. 2. Connumerantur inter immobilia, ſiuè perpetui, ſiuè ad longum tempus conſtituti ſint, n.18. & vide verb. cenſus. Si emantur ad rationem decem pro centenario, cum remiſſione oneris collectarum in damnum venditoris, ità, quòd excedant ſummam decem pro centenario, computatis collectis, an, & quando emptio ſit vſuraria, & nulla, vel contractus ſit firmus, ſublato exceſſu, à n.22. & 43. Vbi, quid ſi paciſcatur, quòd emptor ſit immunis à bonatenentia, & pactum non fiat ab aliquo Ciue loci, vbi ſoluuntur collectæ, ſed ab Vniuerſitate, quæ venderet annuos introitus, & n.ſeqq.*

Antephati *proprietas poſt mortem matris ſpectat ad filios, ea tamen dùm viuit, habet vſumfructũ, dec.10.n.7. In eo filij an ſuccedant vti filij, & ex propria perſona, an vti hæredes patris ſecundùm* Conſuet.Neapol. *& cùm matrimonium eſt contractum ſecundùm morem Magnatum, ibid.*

*Antephatum antè* Reg. Pragmatic. *quantum erat in virgine, vel vidua, & quomodò tunc lucrabantur mulieres, exiſtentibus, vel non exiſtentibus liberis, & quomodò hodiè poſt* d. Pragmat. *& ad quã rationem pro cẽtenario, dec.49. n. 1 et 3. In iure Antephati Verbum non reperitur, ſed dicitur Antipherna, nu.2. Eſt verbum vſuale in hoc Regno, ibid. Debet taxari in materia* Regiæ Pragmaticæ, *prout eſt taxatum in ducatis quatuor, decem, & viginti mille, de quibus diſponit* Pragmatica, *quamuis non eandem ſummam capiat dos, ſed infrà illam, à nu.4.ad 13. vbi deciſio. An, & quando ipſo iure debeatur de iure cõmuni, dote ſoluta, quamuis non ſit conſtitutum dec.63.nu.7. Quid de iure* Conſuet.Neap. *nu.8. Non eſt donatio gratuita, ſed eius conſtitutio eſt neceſſaria, ibid.& ſub nu 8.& 9. Vide verb. filij in antefato.& verb pater tenetur.*

Antiſtius Labeo I.C. *an ſanæ mentis, an verò dubiæ ſanitatis fuerit, enucleatur dec.107.nu. 18. & n.40. & ſeqq. vbi quot volumina ſcripſerit, & quarè* Octauiano Cæſari *charus non extiterit, & indè vocatus inſanus.*

Antonius de Alexand. ad Conſuetud. Sed ſi morienti, de ſucceſſ.ab inteſt.in addit. *incip.* de iure iſtarum Conſuetudinum *exploditur, dec.61.nu. 6.* Caracciolus *Orator facundiſſimus, & Præſes Regiæ Cameræ laudatur, dec.10.n.16.* Faber defin.31.C.de ſolution *declaratur, dec.21.ſub nu. 10.& laudatur, ſed* lib.11.coniect.cap.6. *exploditur dec.32.nu.8. Et* decad.16.de error.Pragm. *c.6 ſimiliter exploditur, dec.116.n.24.28.& ſeq.* Ricciullus *Epiſcopus Caſertæ laudatur, & refertur dec.119.ſub nu.2.*

Apertura *quid ſit de conſuetudine Ciuitatis Neap. & in quo differat à doſſitia, deciſ.66.n.15.*

Apoca Bãci *recognita, vel verificata æquiparatur inſtrumentis liquidatis, & obligationi penès acta incuſatæ, dec.111.antè n.1. Vide verb. debitor, verb. exceptio non numeratæ pecuniæ, verb. confeſſio, & verb. verba* per altri canti.

Appellatio *an, & quando committatur in S.C. à precepto per M.C. facto debitori, quòd ſoluat tertias dec.96.nu.21. & 22. Quando detur à præcepto Iudicis de ſoluendo, n.24. Suſpendit iudica-*



Digitized by Google

catum, & eius vires circa exequutionem, immò extinguit iudicatum, dec.100.nu.13.14.& ſub n. 18. In quo differat à reclamatione, & ſupplicatione, ibid. Temeraria inducit intereſſe.n.44.

Appretitum iuſtũ dicitur illud, quod fit per Aeſtimatores, non autem, quod per Licitatores, & quare, dec.42.nu.6.& ſub nu.11.

Aquæ curſus ſi impediatur in via, nè liberè currat, maximum eſt damnum tranſeuntibus per eam, dec.50.ſub nu.13.

Arbitri non habent poteſtatem in teſtes, ſed tãtùm in eos, qui compromiſerunt, & ideò commiſſio pro examinandis teſtibus fieri ſolet per S.C.dec. 33.nu.15.

Arbitrium Iudicis in conſtituenda dote filiæ naturali, ità debet regulari, vt parum excedat ab alimentis, quæ illi deberentur, dec.99.ſub n.32. Vide verb. Iudicis arbitrio ſtandum non eſt.

Arbitriũ Rotæ Romanæ, vide verb. Rota Romana.

Argumentum à contrario ſenſu non poteſt ſumi, quando induceretur correctio legum, dec.24.ſub n.10.& n.17.& dec.53.n.5. Neq; cùm tendit ad derogationem expreſſæ voluntatis teſtatoris. n. 18. De feudo ad emphyteuſim valet, dec.46.n. 27.& dec.70.nu.5. Valet, eſt profectititium, ergo hæreditarium. nu.13. De maiori ad minus validum eſt in iure, dec.98 nu. 39. Validiſſimum eſt ab abſurdo vitando, n.40. A ratione ceſſante valet in iure, dec.115.nu.15.

Armorum pro aſportatione actio non datur vulnerato, ſed tantùm pro vulnere in Regno, & quid attento iure communi, deciſ.78.n.6.& 7. Aſportationis, & vulneris cũ illis illati vnicũ dicitur delictum, nu.8. Delationis pœna quandò incurratur, vide ver. ſtatutum, ver. vulnerans, ver. cultri acuti pœna.

Aſſaſſinium eſt crimen adeò deteſtabile, vt ſpeciale ſit in eo, quod Iudex ſæcularis procedat contra Clericum, abſq; degradatione, dec.73.n.22.

Aſſecuratio dotis in mobilibus, ex quibus fructus non poſſent percipi, vxori non datur, ſed illa vẽdi debet, & pretium in tuto reponi, dec.42.nu.4. Eam debet habere pro pretio faciendo per Appretiatores, non per licitationem creditorum poſteriorum, & quare, n.5. Niſi tamen res eſſet indiuiſibilis, & maioris valoris, quàm capiat quãtitas dotium, & antephati. n.11.

Aſſecuratus pro vno delicto, poteſt pro alio carcerari, dec.105 nu.65.

Aſſenſus non confirmat actum nullum, regulatur à contractu, ſuper quo interponitur, non eſt actus de per ſe ſubſiſtens; ſtatim corruit, non reperto contractu confirmabili tanquàm nullo, dec. 19.n.2.& 3. Cuius materia ſtricta eſt, poteſt cõcedi, nedùm per verba aperta; verùm etiam per æquipollentia, dec.27.n.11. Non requiritur cùm refutatio fit proximo ſucceſſuro in feudo, dec.33. ſub n.16. Capituli, & Gratiæ Ciuitati Neap. cõceſſæ, vt intelligatur præſtitus capitulis matrimonialibus inter Neapolitanos ſuper obligatione feudorum, operatur in contractu mutui, qui fit in executionem capitulorum matrimonialiũ, & quarè, deciſ.38.n.40. An retrotrahatur, quando quis fecit contractum ſub conditione impetrandi aſſenſum, ſi ante eius expeditionem alter contraxit cum aſſenſu, dec.43.n.4. Impetratus lite pendente an ſit ſubreptitius, aut debeat ſtare in ſuſpenſo, donec lis decidatur, & iſta nullitas impediat exequutionem rei iudicatæ, n.7.& 16. Non eſt contractus, ſed confirmatio contractus ſuper re feudali, n.10. Poteſt præcedere, & ſubſequi cõtractum, n.11. Aſſumit naturam eius, ſuper quo interponitur, n.12. De per ſe nihil operatur aſſenſus Domini, ſed tollit obſtaculum cũ vaſallus contrahit hypothecam, vel transfert dominium, n.13. Impetratus ſuper venditione facienda, tempore, quo alienans ſucceſſorem habebat, vel non erat deſperatus de filijs, nihil operatur, ſi mutatur rerum ſtatus, in quo ſucceſſoribus careat, & de filijs ſit deſperatus, immò nec retrotrahitur ad diem contractus, in præiudiciũ tertij, n.14.& 15.

Aſſenſus Capituli, & Gratiæ conceſſæ pro dotibus Neapolitan, & quando extendatur ad contractum cenſualem, & mutui, deindè celebratum ex pecunia dotali, ex quo in capitulis matrimonialibus expreſsè fuerit conuentum, vt pecunia conuerteretur in emptionem annuorum introituum pro ſecuritate dotium, dec.56 per tot.& nu.7 & 15. Extenditur ad bona ſoceri, Reſpexit nõ perſonas, ſed dotium conſeruationem, num.8. & 9. Intelligitur præſtitus in ipſo inſtrumento dotali, Non dicitur ſubſidiarius, n.11. & 12. Præſtitus in cõtractu extenditur in executiuis, & dependentibus ex eodem contractu, n.2. Præſtitus in vno contractu, ad alium correſpectiuum extenditur, n.4. Præſtitus in promiſſione de vendẽdo, extenditur ad ipsã venditionem, nu.5. Nouus non requiritur in ratificatione, quæ fit ratione promiſſionis factæ de ratificando, n.6.

Aſſenſus Regius non requiritur in impoſitione collectarum, allibramento, ſeù appretio, & cataſto, requiritur tamen in impoſitione gabellarum, dec. 116.nu.10. In officijs, & eius emolumentorum obligatione an requiratur, vide verb. officium.

Aſſertio coniugum, & aliorum prohibitorum donare, non attenditur, nec probat, dec.22.n.28.

Aſſiſtentia, vide verb. decretum M.C.V.

Attentatum, vide verb. iudicium.

Atteſtatio ſine iuramento, & non citata Parte, an, & quando releuet, dec.12 n.18. 19.

Aulus Offilius I.C. antiquus celebratur, dec.107. ſub. n.17.

Auus maternus non habet ex filia nepotes in poteſtate, dec.1. n.77. Iis an, & quando poſſit pupillariter ſubſtituere, eiuſque ſubſtitutio intra pubertatem ſubſiſteat, n.100. vbi ampliationes, & limitationes, remiſſiuè, & n.103.

B

BAncherius quòd ſe debitorem conſentiente creditore conſtituat, abſque tamen dolo, vel quòd ſoluat, paria ſunt, dec.20.n.3. Seù Nummularius ſi apocam ei traditam in creditum ipſius, cui pecunia erat ſoluenda ſcripſerit, & pro eius ſolutione aliam cedulam ſoluẽdam per alium Nummularium ei conſignauerit, non erit liberatus, non ſe-

Digitized by Google

ſecuta ſolutione,n.12.

Barones antè Reges Aragoneos non habebant merũ imperium, niſi tantùm iuriſdictionem ciuilem, dec.77.n.7.

Baro in iudicio ſummariſſimo eſt manutenendus in poſſeſſione contra vaſallos,n.16. Si eſſet ſuſpectus vaſallo ex capite inimicitiæ an,& quando poſſet in illius cauſa Iudicem delegare. dec.90.n.6.14.17.& 26. Non deſinit eſſe inimicus, ad finem vt recuſari poſſit,vt ſuſpectus,quamuis cũ eo pax facta eſſet,n.8. An,& quando ſit ſuſpectus in delegando in cauſa,vbi habet intereſſe,n.16.& 27. An amittat iuriſdictionẽ quoad vaſallũ,cum quo habeat grauẽ,& vrgentẽ inimicitiã n.18. & 22.

Baroni non tollitur, ſed limitatur iuriſdictio,ob ſaluaguardias, quæ ſolent expediri ab Officialibus maioribus vaſallis,vt non procedat ad capturam vel informationem,inconſulto Superiore, & an, quomodò, & quando ſaluaguardiæ iſta expediri debeant,à n.19.ad 21.& vide ver.ſaluaguardia.

Bartoli ab opinione recedendum non eſt in opinionum conflictu,dec.1.n.72. Eius doctrina in l.gerit,n.28.ff.de acquir.hæred. examinatur, & declaratur, dec.13.n. 3.7.8.9. Quo pacto ſaluari poſſit,dec.117.n.9.In l.naturaliter,§.nihil cõmune, in 7.combin.nu.29.ff.de acq.poſſ. declaratur, dec.101.n. 17. & 22. In l.ſi.ff. de vſufr. reprobatur,dec 102.n.34. In l.ſi.n.3. ff. de prætſtipul.reprobatur,dec.106.n 45.

Beneficiatus æquiparatur vſufructuario,dec.6:.n 7.

Beneficij collatio valida an ſit,an inualida, remittitur ad Sanctiſſimum, dec.73 n 1.

Beneficium inuentarij,vide ver.inuẽtarij beneficiũ.

Beneficium primum conceſſum vni ex collitigantibus,prodeſt litis conſorti,& cùm non petitur, poteſt cogi petere, dec. 79. n.5.& 6. et vide ver. actor. Si eius conceſſio ad inſtantiam petentis intimata ſit conſorti,et is nihil replicet,an,et quando cenſeatur inhæſiſſe illius petitioni, adeò vt ad eius inſtantiam iterùm concedi non debeat,n.6.7.8. Conceſſum minori prodeſt maiori non priuilegiato,qui illo vti poterit,etiam minore nolẽte vti, et litigare, et expreſsè beneficio renunciaſſet, n. 10.11. Conceſſum ſi ſit vni ex collitigantibus, et rurſus ſit alter etiam aduerſarius, nõ prohibetur collitigans petere beneficia ſibi competentia,et ſic in vna cauſa poſſunt dari quatuor beneficia,et reſtitutiones n.13.et 14.et quarè,n.15.et 16.

Beneficium primum, et ſecundum non eſt cognitum de iure communi, et quare ſic dictum ſit,et vnde originem habuit, dec.91. n.5. Quo tempore peti debeat de iure nouiſſimo in Regno,n.7.Tempus illud petendi an procedat,tàm in actore, quàm in reo,à n.8.Vide verb.lex cõcedens beneficia, verb. reſtitutio in integrum.

Bona donata ſi deſcripta ſint in inuentario, deleri poſſunt,dec.44.n.6.

Bonæ fidei poſſeſſor an,et quando per litis conteſtationem conſtituatur in mala fide, vel publicatio requiratur, aut ſententia,ad finem vt teneatur,nõ ſolùm ad fructuum perceptorum reſtitutionem, ſed et eorum,qui percipi potuerunt,dec.65.n.1.2. ad 8.vbi deciſio,et vide n.9.et ſub n.18.

Bonam fidem ſequutus videtur qui facit,quod putat poſſe facere,dec.105.n.25.

Brachium Iudicis territorij quare, et quando concedatur, et petatur pro executione ſententiæ latæ in aliena iuriſdictione, vel à Iudice Eccleſiaſtico,vel ſeculari,dec.82.n.1.et 2. In eius imploratione an requiratur citatio Partis,n.3.et 4. vide verb.imploratio brachij.

Bulla Pij IV. circa reuocationes legitimationum, & facultatis legitimandi per reſcriptum in præiudicium vocatorum habere debet locum in omnibus locis, etiam in Terris Imperij, & quare, d.3.n.22.& 23.Pij V.circa licentiã profitendi in nouitijs conſtitutis in mortis articulo,etiam non expectato anno probationis, explicatur dec.118. n.34. & vide ver. nouitius. Sixti V. circa fori priuilegium quoad beneficiatos habitum,& tonſuram non deferentes,declaratur, dec.73.à n.3. An ſit moderata per aliã Bullã in habẽtibus pẽſiones,fructus,aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica,n.11.& 12.& n 29 An ſit in vſu, vel ſit reuocata per Clem.VIII.n.3.& 25.

Bullæ clericatus ſi præſententur aduerſus citationem vel ad impediendam ſententiam foriudicationis,vide verb.inquiſitus ſi citatus prætendat, ſe eſſe clericum.

Bulla,vide verb.conſtitutio.

C

CAmbij contractus eſt iuſtus,vtilis, & neceſſarius,dec.106.n.1.

Cambium,quod fit per literas,vocatur traiectitiũ, ſeu tranſlatitium; ſapit naturam contractus bonæ fidei,ideoq; ſi ei non adimpleatur,venit intereſſe ex natura contractus,n.2. & 3. Eorum intereſſe quomodò probetur,n. 5. An valeat pactũ, quòd de eo ſtari debeat dicto creditoris,à n.15 ad 19. Reale vt conſtare dicatur quid requiratur, n 47.Verũ,et reale ꝓ dicatur,n.11.Siccũ quid ſit, & quid vſurarium,n.12. & n.41. & ſeq. Verũ, & ſiccum in quo differant,n 38. Dicitur licitũ, cùm pro Campſore reſpondet Procurator, vt in cambio Beſuntino, nu.13. Siccum fuit damnatũ in Regnis Hiſpaniarũ, & an iudicetur ex qualitate perſonæ,pecuniam recipientis,n.39.

Cambia,& recambia vt debeantur, & currant eorum intereſſe, quid requiratur, n. 43. & n.54. 55 & 56.

Cambium,vide ver.conſtitutio, ver.damnum,ver. debitor moroſus,ver.intereſſe cambij,ver.literis cãbij,ver mercator,ver.poteſtas,et verb.ſolutio.

Campſores an,& quando ſcribendo literas cambij extinguant primæua iura, & probent numerationem,ita,quòd non poſſint mercatores opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ,d.20.n.11.

Canonem emphyteuta non ſoluit ratione fructuũ, ſed directi dominij,dec.18.n.10.

Canonis annui diminutio, vide ver.diminutio annui canonis.

Capibl.de Baron.tom.2.pragm.3.c.13.n.11.explicatur,dec.90.n.23.

Capit.Regn. Charitatis affectus, Ad regale faſtigium,Finis præcepti charitas,& Omnis deprædatio ſunt cõſeruatoria,ne laici à clericis,vel à con-

Digitized by Google

contra, ne clerici à laicis, aut laici à laicis, vel clerici à Clericis de facto turbetur, dec.69.n.1. Seruatur eorũ diſpoſitio, nedùm in Regno, ſed in toto ferè Orbe terrarum, n.5.& 6. Eorum remedia qualitèr in praxi deducantur, & ſuper eis quomodò procedatur, n.2.& 10.

Capitulorum Regni remedium non dicitur verè Iudicium, Ex eo non inducitur litis pendentia, nu. 7.8. Reconuentio non datur in iudicio vigore Capit.Regn.n.9. In eo Iudex laicus incidentèr cognoſcit de titulo, ibid. Vt habeant locum, quæ requirantur, nu.10. Qualitèr in ijs procedatur, vbi clericus inſtaret pro declinatoria fori tantùm, nu.21. Remedium intentari non poteſt, ceſſante violentia, n.22. Aduerſus decretum S.C. in materia Capitulorum Regni datur reclamatio, & remedium nullitatum, n.18. vide ver. clericus.

Carauita in Ritu 228. n.9. declaratur, dec.54.n. 10.& 12.

Carcerari an poſſit liber homo pro debito, & an poſſit ſuper hoc paciſci inter Partes, dec.72.n.2. 3.& n.7. cum ſeq.

Carceratio debitoris vndè oriatur, num.5. Dicitur executio perſonalis, & quando poſſit fieri die feriato ſub n.15. & n.16. Debitoris operatur, vt poſſit procedi in cauſa reclamationis à ſententia S.C. de ſoluendo, abſq; alia illius executione, n.18.

Carceratus pro debito, & aufugiens, fractis carceribus, qua pœna puniri debeat, dec.76.n.7. Quæ tamen ſit pœna eorum, qui fracto carcere effugiunt, ibid. & n.8.9.12.& 16 Iniuſtè an, & quãdo poſſit carceris parietes infringere, & impunè aufugere, etiam occidendo carceris Cuſtodes, ſub n.2.& à n.4. Dicitur iuſtè carceratus, ſi ordine Iudicis capitur, n.6. Aufugiens à carceribus priuatur beneficio, vt ſub fideiuſſoribus liberetur, ſi talitèr erat liberandus, n.3.

Carceratum eximens, an interſit, eximat à manibus Birruariorum à carceribus, vel ſi ſe ipſum eximat, qua pœna puniatur, & quid cùm carceratus erat pro debito n.13 & 15.

Carceratus ſub ſecuritate debet reduci in priſtinã libertatem, quamuis nullitèr, vel malè ſit conceſſa, dec.105.n.27. Quid ſi ſaluuſconductus ſit nullus ex defectu poteſtatis concedentis, vel dolo, & culpa impetrantis, à n.54. ad 56.& n.63.

Carolus Brancatius Aduocatus Primarius, & Patritius laudatur, dec.39. ante n.1. Tapia laudatur, & in cõment. ad ius Regni, tit. de Epiſ. & Cler. tom.1.n.4. declaratur dec.73.n.32 laudatur dec.69. ſub n.9 & dec.85. ſub n.9.

Caſale S. Arſerij eſt burgenſaticũ, dec.23. ante n.1.

Caſtro vendito cum omnibus bonis feudalibus, & burgẽſaticis, territorijs, Iardenis, reditibus, alijſque feudis, & ſubfeudis an, & quando functiones fiſcales particulari titulo quæſitæ comprehendantur, dec. 37. ſub n.2. Veniunt ea ſolùm, quæ inſeparabilitèr rei venditæ accedunt, n.14. Vel legato etiam cum ampliſſimis clauſulis, non veniunt ea, quæ ipſi Caſtro non ſunt vnita, & annexa, & particulari titulo quæſita. n.11. & 15. Etiam ſi non cõſtet fuiſſe quæſita titulo particulari, & quare n.16.& n.23.& quomodò probetur vnio, n.13.

Caſus omiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis, dec.4.n.15. In contractibus debet haberi pro omiſſo, dec.37.n.29.

Cauſa propria dicitur illa, in qua quis aliquod commodum habet, aut aliquo modo intereſſe, etiam quòd ſit ſecundarium, & in conſequentiam. dec. 12.n.9.

Cauſæ continentia diuidi nõ debet. d.82. ſub n.25.

Cauſa ardua quæ nàm ſit, relinquitur arbitrio Iudicis, dec.85.n.5.& 11. Dicitur criminalis, vide ver. pœna.

Cautio facit extare pecuniam liberatam cum cautione, ac ſi illa liberata non eſſet, dec.25. ſub n.37. A debitore moratoriam, vel ſaluaguardiam obtinente præſtari non debet, ſi à Parte non petatur, quamuis à ſtatuto decernatur, dec. 45.n.13 14. Maximè cùm debitor eſſet pauper, quo caſu ſufficit iuratoria cautio, n.15. Vel vbi cum maxima difficultate fideiuſſores inueniri oporteret, n.16. In dilatione quinquennali an præſtari debeat, & an debeatur in dilationibus, quæ conceduntur ob depauperationem, ſequutã ex caſu fortuito exhalationis montis Veſeui, Ciuitatibus Brunduſij, & Manfredoniæ, n.17.

Cenſus in conſtitutione, ſicuti requiritur ſolutio pretij, ità etiam in eius diſſolutione, dec.16.n.24. Non extinguitur, ſi fiat ceſſio iurium fideiuſſori cenſus, qui ſoluit, & quare, n.29. Si extinguatur per debitorem, qui reemat vigore pacti de reemendo, poſſidebitur per eum, qui reemit, non formalitèr, ſed cauſalitèr, ſub n.36. Debitum eſt fauorabile, deciſ.27.n.2.

Cenſum, qui habet ſuper re, tenetur ad onera, ſicut is, qui immobilia poſſidet, & quare, dec. 110. ſub n.18.& n.19.

Cenſus non poteſt conſtitui, niſi ſuper certo prędio, num. 19. nec ſuper re infructifera, vel quæ non ſit tanti reditus, quantus eſt cenſus, ſub n.34. Eius emptor, an venditor, & quomodò teneatur ſoluere collectas, & onera fundi, n.20 21.& à n. 31.32.& 33. vbi quid in Hiſpania. Poteſt tamẽ onus illud ſoluendi transferri in venditorem, n. 37. Contra ſubſtãtialia ſi paciſcatur, pactum vitiat contractum, & quæ ſint ſubſtantialia, traditur n.23 24. Quòd verò iniuſtum eſt, & contra formam Bullæ, ſed non contra ſubſtantiam, vitiatur, & non vitiat, n.25.& 28.& vide ver. pactum. Emens cenſum dicitur eſſe in poſſeſſione rei, pro qua præſtatur cenſus, & ſic dicitur percipere cenſum ex fructibus, n.34.

Cenſum annuum emens ab Vniuerſitate, vt pro eo oneribus, ei non contribuat, committit vſuram, ſub n.48 Vide ver. annui introitus.

Ceſſio non fit debitori, & quarè, dec.16.n.19.& ſub n.35. Eſt de iure permiſſa, & poteſt cedi, nedùm actio, ſed officium Iudicis, & ſola naturalis obligatio n.40 & 41. Semper fieri poteſt, & in quibus caſibus non poſſit fieri, ibid. Poteſt cedi actio iudicati, remedium executiuum, & ius intrandi poſſeſſionem alicuius, propria authoritate, & in continenti expellere inuaſorem, ſub n.42,

& ſub

Digitized by Google

& ſub n.44. *Non operatur vltrà agentium voluntatem, dec.17.n.11. Iurium, ad hoc vt ſuum effectum ſortiatur, quando fieri debeat, & an fieri poſſit etiam poſt ſolutionem, abſquè pacto de cedendo conreo, dec.32.n.3.& 5.& vide ver. correns ſoluens, & ver fideiuſſor. Ex cauſa lucratiua eſt donatio, dec.54.n.13. Creditoris quid operetur contrà authorem authoris, vide ver. creditor.*

*Cedens poſt ceſſionem actionis agere nõ poteſt, quãdo in ceſſione ſunt poſita verba illa* ponens eum in locum ſuum, *etiam ſi non interuenerit alterũ de tribus, de quibus* in l.3.C.de nouat. *et quare, dec.16.n.45. Hæreditatem ſi non tenetur ex cauſa inuentarij non confecti, nec tenetur ceſſionarius, vide ver ceſſionarius hæreditatis.*

*Ceſſionarius hæreditatis, eiuſquè donatarius, vel emptor, an poſſint conueniri à creditoribus hæreditarijs in actione perſonali, vel in bonis proprijs, etiam ſi ſuſcepiſſent in ſe onus iudicij, & ad quid prædicti teneantur, non confecto inuẽtario, dec.15.n.4.5.6. Maximè cùm cedens non tenetur vltrà vires, n.25. Quomodò ſuccedat in locum eius, qui ceſſionem fecit cum omnibus ſuis qualitatibus, n.3. & n.39. & dec.17.n.4. Annuorum introituum an, & quando habeat anterioritatem pro capitali pretio per eum ſoluto, & pro tertijs, quomodò autem ſit cautus, qui ceſſionem procurat, & reſoluatur venditio annuorum introituum, ſub n.5. & n.6. Iuris luendi, vide ver. ius luendi, Qua ratione excludat creditores cedentis ius luendi ſub n.24.& n.25.26. & vide ver. cenſus, & ſub n.39. An, & quando poſſit debitorem capi facere, ſi cauetur ſtatuto, quòd ad inſtantiam creditoris debitor poſſit capi, ibid. num. 42. Venit appellatione creditoris, ibid. An, & quando poſſit agere virtute ceſſionis obtentæ poſt ſolutionem, & quando poſſit cogere eum, cui facta eſt ſolutio ad cedendum iura, dec.32.à n.1.*

Citatio *facti eſt, ſed an pereat perempta inſtantia, dec.65.n.22. Et contumaciæ incuſata non ſubſiſtentur mutato Iudice, ſed noua debet expediri, ſiue agatur ordinariè, ſiue ſummariè, ſiue extraiudicialiter, dec.69.n.12.& 13. Magis in extraiudicialibus, quàm in iuditialibus requiritur, n.14. Circunducitur ſpatio ſex menſium, & circumducta non inducit litis pendentiam, n.15. 16.& 33. An procurator admittatur ad opponendum de nullitate citationis circunductæ aduerſus ſententiam foriudicationis, vide ver. procurator. Facienda contrà inquiſitum, qualiter ſit facienda, referenda per nuncios, & ſcribenda per actuarios, ne peccet in forma, dec.74.nu.4. & 7. Eius inualiditas reddit bannum nullum, & citatus non efficitur contumax, n.5.& 6. Affinium, Conſanguineorum, amicorum, & vicinorum inquiſiti an peccet in forma, ſi expedita ad foriudicandum, fiat per proclama, & non perſonalitèr, & domi, & quomodo fiat, n.8.& ſub n.18.19. & 20.*

Citationes *ad informandum, & ad capitula, quæ expediuntur in M.C.V. ſi exequantur per nuntios Regiarum Audientiarum, valent, non obſtante* pragm.2.de citat. *& quare, n.15.& 16.*

*Citatio poteſt fieri per proclama, quando citandæ ſunt perſonæ incertæ, vel multitudo, n.25.*

*Citari quando quis poteſt per edictum, poteſt citari per proclama, n.26.*

*Citatio per proclama ſufficit, quando non tractatur de particulari præiudicio alicuius, vel quãdo fit in paruo Oppido, n.27.& 29.*

*Citationis forma cùm non habetur à conſtitutione municipali, eruitur à iure Regni, n.28.*

*Citatio partis an requiratur in imploratione brachij, dec.82.n.3.4. Adeò eſt de iure naturæ, vt nec Princeps poſſit mandare, quòd abſq; ea procedatur, n.17.*

*Citationis extrà Regnum praxis affertur, n.18.*

*Citatio per proclama in Curia Romana in Audiẽtia contradictarum non admittitur, n.19. Non valet, nec de iure communi, nec de iure Regni, n.22.*

Ciuis *ſi ex ſtatuto præferatur, cùm venditur territorium alijs emere volentibus, intelligitur, modò non concurrat Dominus directus rei, quæ vẽditur, & quare, dec.46.n.16.17.& 18.*

Ciuitas *Neapolitana vide ver. collecta.*

Clauſula omni modo meliori *quamuis non ſit appoſita in verbis fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, ſi tamen fuit appoſita in principio teſtamenti ad conſeruationem totius diſpoſitionis, porrigitur ad omnia contenta in teſtamento, dec.1.n.28.* Ex nunc pro tunc *appoſita in diſpoſitionibus conditionalibus an, & quando operetur in vltimis voluntatibus, vel in contractibus tranſmiſſionẽ ſpei ad hæredes, dec.2.n.21.22.& 23.* Non alitèr *eſt limitatiua, & reſolutionem inducit, n.36.*

*Clauſula appoſita in donatione, quòd non poſſit reuocari vitio ingratitudinis, cenſetur appoſita de ſtilo Notarij, & nihil operatur, dec.22.n.40.* Ad habendum, *&c. immutat naturam diſpoſitionis, dec.23.n.10.& quarè, n.11. Quando cenſeatur appoſita ex ſtilo, imperitia, & capite Notarij, n.14.& ſub n.15.& 16.*

*Clauſulæ quando aduerſantur veriſimili menti teſtatoris, ſunt paruifaciendæ, & quarè ſub n.16.*

*Clauſula* Non alitèr, nec alio modo *reddit contractum indiuiduum ex contrahentium mente, tàm præciſa, vt non poſſit ſcindi, aut diuidi, dec.30.n.9.* Cũ omnibus iuribus, actionibus, & pertinentijs *in venditione Caſtri quid contineat, & operetur, dec.37.n.17.22.et 24.*

*Clauſula conſtituti in donatione* ex nunc pro tũc ſecuta morte *transfert dominium tempore donationis, licèt effectus prorogetur ad tempus mortis, dec.44.n.5. In priuilegio poſita* prout melius, & plenius, *quid operetur, dec.67.n.19. In conceſſione feudi, vel emphyteuſis appoſita,* quòd poſſit res cõceſſa obligari, hypothecari, & alienari *impropriat emphyteuſis, et feudi naturam, niſi eſſet reſtricta inter liberos, dec.70.n.15.16. et 19. In executione principalis diſpoſitionis appoſita, eam non ampliat, dec.104.n.16.*

*Clauſula* Omni modo meliori *appoſita in teſtamento ſupplet titulum inſtitutionis, dec.188.n. 34.*

Digitized by Google

34. Eo caſu tantùm appoſita in ſubſtitutionibus eſt reſtrictiua, et cæteros caſus non expreſſos excludit, n.60. Non alitèr, nec alio modo eſt præciſa limitatiua voluntatis, nec recipit extraneam interpretationem, intellectum, aut modificationem, à verbis ſeparatam n.62. Omni modo meliori quando comprehendat etiam non expreſſa, dec.120.n.26. Ius, & iuſtitiam miniſtrari operatur, vt remedia adinuicem repugnantia poſſint intentari, n.27. Per hanc clauſulam intelligitur intentatum quod eſt fauorabilius actori, ibid.

Clericatus ità probatur ex oſtenſione tituli beneficij, & fructuum perceptione, adeò vt onus probandi contrarium ſpectet ad negantem, & Fiſcum, quamuis captus repertus fuerit in habitu ſeculari, deciſ.73.n.30.31.& 33. Et quæ probatio tunc requiratur, & quarè, ſub n.31.& vide ver. Fiſcus.

Clericus effectus miles, vel ducens vxorem perdit priuilegium clericatus, dec.45.n.32.

Clerici an ligentur Conſuet. Neap. ſub tit. de apertur. non faciendis, præſertim reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum dec.66.n 6.8.22.24.et 25 Non ligantur Conſuet. Neap in materia iuris cõgniti, et quibus alijs ligentur, n.23.

Clericus citatus in iudicio Capit. Regn. qualitèr cõparere, & reſpondere debeat, dec.69.n.17.19. 23. Dicitur recedere à declinatoria fori, ſi poſt illius petitionẽ produxerit eius iura, ibid. n.20. An dicatur actor ſi compareat aduerſus remediũ Capit. Regn. n.24. Si præſentet eius ſcripturas aduerſus remediũ Capit audiri debet, ſub n.35. Beneficiatus ſi non deferat habitum, & tonſurã, an gaudeat priuilegio fori, attenta diſpoſitione, S.C.Trid. & Bulla Sixti V. dec.73 à nu.2. ad 5. Et ad finem priuandi eum priuilegio fori, ex nõ delatione, an requiratur monitio, & ſententia, etiã attenta Bulla Sixti V. qua ipſo iure non deferẽs priuatur, abſq; aliqua declaratoria, nu.6. & 17. Et an hoc verum ſit in foro fori tantùm, vel etiã in foro conſcientiæ, n.8. Ad finem vt gaudeat foro Eccleſiaſtico, ſufficit, quòd poſſideat beneficiũ de facto ibid nu.27. Et deciſiones in contrarium factæ explicantur, n.40. Habens penſionem, ſi nõ deferat habitum, & tonſuram an gaudeat priuilegio fori ſicuti habens beneficium, n.13. & 15. Non incedens in habitu, & tonſura, priuatur penſione, maximè ſi vtatur armis militaribus, & inſeruiat pro milite, vel militum ductore, nu. 26. Requiritur tamẽ ſentẽtia declaratoria, n 27.

Clericum tempore eius capturæ inceſsiſſe abſq; habitu, & tonſura, ſi deponant Porterij, vel Baricelli, & Capitanei, non creditur eorum depoſitioni, n.34.

Clericus, quamuis non poſſit ferre teſtimonium coràm Iudice ſeculari, abſquè Superioris licentia, ſi tamen fuerit receptus, non per hoc eius depoſitio vitiatur, aut corruit, ſed tenet, & à quibus firmentur iſta licentia, n. 36. Eò ipsò, quòd conſtat, eſſe beneficiatum, vel in ordinibus ſacris conſtitutum, debet remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, nu 41. Præuentus an poſſit opponere declinatoriam fori, dec.89.n.4. & vide ver. præuentus. In ſacris conſtitutus excluſus per maſculos laicos, illis deficientibus, debet admitti, vbi in fideicommiſſo ratio conſeruandæ agnationis habita fuit, dec.103.n.13.

Clericum percutiendi animo ſi quis vibret haſtam, vel gladium, & perſonam non tangat, non incidit in excommunicationem, dec.105.n.76.

Clericus non conficiens inuentarium an teneatur vltrà vires hæreditarias, vide ver. hæres non conficiens inuentarium Vide verb. Fiſcus.

Cognitio qualitatis bonorum, an ſint burgenſatica, vel feudalia, ſpectat ad R.C.S. poteſt tamen S.C. de poſſeſſorio ſummariſſimo cognoſcere rei feudalis, quamuis non quoàd qualitates feudales, dec.93 n.17.& 18. & vide verb. Sacr. Conſ.

Coitus damnatus punibilis, vel non punibilis, cuius ſucceſſionis reſpectu procedat? dec. 14. ſub n.25.

Collatio Beneficij, vide verb. beneficij collatio. Ordinum vide verb. ordinum collatio.

Collectæ in Regno quando fuerint impoſitæ, quo nomine, & quot quolibet anno exactæ, dec.116. n.3. Contribuebat etiam Ciuitas Neap. n. 4. vbi per quos exigebatur, & quid poſteà pro collectis dederit Reg. Curiæ, & vide verb. gabella boni denarij. Naturalitèr dicuntur onera rerum, formalitèr onera perſonarum, n.15. vide verb. vniuerſitas.

Collegium in negotio vniuerſali vna perſona fingitur, dec 86 nu.10. Eſt ſuſpectum, cùm Caput eius ſuſpectum eſt, dec 90 n.24.

Commodum qui ſentit, debet ſentire, et incommodum, dec 92 ſub n.6.

Comparatio literarum ad iuſtificandam ſchedulã, ad quam ſe remiſit teſtator, ſufficit reſpectu legatorum, dec 5 n.28.

Compenſatio non fit ipſo iure, ſed Parte opponente, & cùm dicitur fieri ipſo iure, debet intelligi, ſtatim facta oppoſitione, & non antea, quia compenſatio conſiſtit in voluntate, & facultas compenſandi antequam opponatur, competit tantũ in potentia, dec.25.n.1. & 2. Operatur tamen in multis caſibus, abſquè oppoſitione, de quibus, à n.20. ad 23 Eius in oppoſitione, vt in poteſtatiuis non habet locum retrotractio, n.3. Quomodò differat à ſolutione, vide verb ſolutio. Non poteſt fieri in tertij præiudicium, cùm illi ſolui debet, n.8. Et vide verb fructus pignoris. Idem eſt, quod ſoluere, vide verb compenſare. Denegatur de liquido ad illiquidum, ſub nu.10. Impoſſibile eſt, quòd detur ſine debito, & credito, ibid. Non inducitur, vbi per ſententiam condemnatur poſſeſſor ad relaxandum vnà cum fructibus, reſtituto pretio cum intereſſe, & quomodo tunc formari ſententia debeat, vt inducatur compenſatio fructuum cum pretio, n.13. Fructuum prius cum vſuris, deinde quod ſupereſt cum capitali à principio, abſquè alia oppoſitione partis fieri debet, ad vitandum curſum vſurarum, cùm venditio, & ſubhaſtatio annullentur ex cauſa exiſtente à principio, n.16.& 17.

Compenſatione faciliùs admittitur retentio, quæ locum

Digitized by Google

locum habet, dùm compenſatio locum nõ habet, n.24.& ſub nu.33. Quando producat eundem effectum, atquè retentio, ibid.

Compenſatio fit ipſo iure, ſtatim, quòd opponitur, & ad eam ſufficit proponere factum, ex quo reſultet, vt dicatur oppoſita, n.25. & 26. An, & quando admitti poſſit ipſo iure, præſertim de fructibus cum intereſſe, et ſorte, in præiudicium tertij, et creditoris anterioris, num. 27. vide verb. fructus pignoris. Si opponatur, an, quando, et à quo tempore liberatio contingat, n.29.

Compenſare idem eſt, quod ſoluere, ſed an ſit vera, vel ficta ſolutio, et an per eam conditio ſoluendi adimpleatur, dec.25.n.30. 31. Compenſando an incidat in periurium, vel poſſit compenſare qui iurauit ſoluere, n.32.

Compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem, niſi tamen ſpecies non extet, quia tunc poteſt fieri compenſatio fructuum conſumptorum, cũ quantitate, ibid. n. 36. Etiam, quòd fructus non eſſent liquidi, et quare, ibid. Quando fiat de liquido ad illiquidum, n.37. Cùm ſit ſi quid ſoluitur per errorem, repetitur, conditione indebiti, n.38 Habet vim ſolutionis factæ, non faciendæ, n.40. Fit quolibet menſe, & anno, quando nullus eſt contractus, etiam in cõtractu cenſuali, n.41. & 42.

Compenſationi locus eſſe non poteſt, quando dans, vel relinquens non erat eo tempore debitor, licèt illius hæres eſſet ei debitor neceſſarius, dec. 94. n.2.& 6.

Compenſationis exceptio, vide verb. exceptio compenſationis.

Compoſitio fieri poteſt, abſq; Partis remiſſione, et ſi de delicto non ſit accuſatum, ſeù quærelatum, & quæ tunc ſit cautela, ne requiratur, dec.71 n. 8. De cautelæ tamen veritate, n.9.& 10.

Compromiſſum de re feudali fieri non poteſt, abſquè aſſenſu, dec.33. n. 1. De iure Regni, ſecus de iure communi, n. 8. Vel quando agitur ſuper re feudali de facto, n. 9. Vel de taxatione vitæ militiæ, ſecus ſi agatur circa articulum, ſi debeatur, vel non, quia tunc aſſenſus requiritur, n. 10. Poteſt item fieri, cùm agitur de turbatione poſſeſſionis rei feudalis, quod iudicium eſt poſſeſſorium, & cùm quæſtio, vel facti eſt, vel etiam mixta iuris, & facti, n.11.& 12.

Conceſſio, an perſonalis, an verò realis, et prædialis dicatur, ad finem, vt ſequatur, vel non poſſeſſorem, vbi promiſſio fieret alicuius iuris de vno prædio ad aliud, & non exprimitur iure ſeruitutis, ſed verba ſonant ſimplex factum, dec.66.n.2. Vide ver. Rex non cenſetur conceſſiſſe, quod eſt maius.

Concil. Trid. c.16. de regul. ſeſſ.25. declaratur, dec. 29. nu.2. Eius conſtitutio circa renunciationem faciendam infra duos menſes antè profeſſionem, quã de cauſa fuerit introducta, n.3. & ſeq. Solũ habet locum in donatione, & renunciatione factis poſt ſuſceptum habitum, dec.31.n.4. Eſt iuris communis correctoria, n.8.

Concubinatus quomodò contrahatur, & conſtituatur, vt & mulier cõcubina dicatur, & qui ex coitu naſcitur dicatur naturalis, dec.14.n.9.10. & 12. Hodiè non eſt ampliùs in vſu, ſub n.11. Non conſiſtit cum vidua, niſi à principio interuenerit proteſtatio, n.24.

Conditio appoſita in inſtitutione, nõ cenſetur repetita in ſubſtitutione, dec.1.n.69.

Conditionis adimplendæ ſpes, nõ conſideratur in vltima voluntate, ſed benè in cõtractibus, & quare, dec.2. ſub n.10. 11.& 12. ſed vide contrarium, ſub n.27. & 28.

Conditio in contractibus eſt priuatio puritatis, verùm eueniente conditione, priuatio ita tollitur, vt obligatio remaneat pura, & hæc puritas per euentum conditionis retrotrahitur ad tempus contractus obligationis, ſub n.13. Si ſine liberis deceſſerit, eſt caſualis, ſub n.18. Seù vinculum adiectum in mutuo, ſeù in contractu emptionis annuorum introituum conuertendi pecuniam in ſatisfactionem creditorum anteriorum, ceſſis iuribus in beneficium mutuantis, ſeù emptoris, an faciat cõtractum conditionalem, an verò modalem, & an operetur, vt periculum pecuniæ ſpectet ad mutuãtem, vel mutuatarium, dec. 17.n.2. Propriè dicitur, quæ antè perfectionem, requirit implementũ. Quando conditionem importent verba, per quæ appareret, contrahentes ſenſiſſe, quòd prius, quàm quis capiat commodum, debeat ſequi adimplementum, n.12. Conditio ſuſpenſiua quæ ſit, Quæ ab initio erat poſſibilis, ſi in executione fiat impoſſibilis, ob ſuperuenientem caſum, non vitiatur contractus, ſed ipſa conditio eſſe latà impoſſibilis n.13. Caſualis in contractibus retrotrahitur etiã in eius præiudicium, cui medio tempore fuerat ius quæſitum, dec.23.n.2. Eſt adimplenda in forma ſpecifica, dec.25. ſub n.30. Cùm ille nupſerit importat idem, quod conditio cùm hæres moriatur, ſi profeſſatur à teſtatore, & quid ſi in cõtractu, dec.107. n.35. & 37. Iniqua alteri per alterum inferri nõ debet, dec.109.n.13. Appoſita in donatione, ſi donans ingrediatur Monaſterium, & in eo profeſſionem emiſerit, an dicatur purificata, ſi antè annũ probationis, non facta profeſſione deceſſerit, dec. 118. à n.12. & n 30. vbi deciſio. Ingreſſus Religionis nõ impletur per ingreſſum in Monaſteriũ, ſed per profeſſionẽ, n.6. Quæ habet tractum ſucceſſiuum, dicitur purificata, eò ipſò, quòd illã impleri eſt cœptum, n. 13. Debet impleri in forma ſpecifica, & quando poſſit adimpleri per æquipollens, n.19. 20. 21. & 24. Eius verba quandoquè etiam impropriè accipiuntur, n.22. In conditionibus, non tàm verba inſpiciuntur, quàm mens, n. 23. In eis voluntas teſtatoris primum locum obtinet, tàm in vltimis voluntatibus, quàm in cõtractibus, n.29. Etiam volũtaria poteſt adimpleri per æquipollens, quando non modus, ſed effectus fuit contemplatus, n.28.

Conditionalis diſpoſitio an, & quando tranſmittatur ad hæredes, ex vi clauſulæ ex nunc pro tunc, vide verb. clauſula ex nunc pro tunc.

Confeſſarij declarationi an, & quando ſtandum ſit, ad finem impediendi diminutionem legati, quod dicit ſibi communicatum pro exoneratione conſcientiæ, & probet, quamuis non examinetur, ſed ſolùm fidem faciat, dec.12. à n.8. ad 16. & n.18.



Digitized by Google

*Eiuſmodi legati Cõfeſſarius eſt ſimplex diſtributor; de ijs curam animarum habentibus lex multum confidit, n.10. In Confeſſario maior eſt ratio confidentiæ teſtatoris, quàm in Parocho, & quarè n.11. A Chriſto poteſtatem habuerunt, vt veluti Iudices, & Miniſtri peccata remittant, & gratiã iuſtificantem, nomine, & authoritate Chriſti conferant, num. 12. Præſumitur verax, ſi ſit optima fama, & vitæ, n.13.*

Confeſſio *patris, filium eſſe naturalem, an illũ probet eſſe talem, vel potiùs tanquàm naturalẽ præſumatur ſpurius, maximè ſi illum inſtitueret tanquàm naturalem, & quare, dec. 14. n.18. ad 20. Dotis receptæ facta per virum, habet vim ſolutionis, licèt deindè inſtrumentum mutui ſit confectũ, & an tunc inducta ſit nouatio contractus dotis, dec.38 n.12.13. & n 41 & ſub n.34. & 35. Vbi quomodò fieri debeat inſtrumentum mutui in hoc caſu, vt maritus poſſit illud liquidare via ritus, & ad quem finẽ fiat. Dotis receptæ ſi fiat, quia dotantes ſe obligant ex cauſa mutui, et contractus mutui, cenſetur vnicus contractus, et quare, n.37.*

*Confeſſionem ſacramentalem prohibens, dicitur ſacrilegus, & excommunicatus, dec.105. n.77.*

*Confeſſio de recepto an, & quando arguat de neceſſe numerationem ſecutam, dec. 111. nu.16.38.40. Facta in iudicio, & à Parte approbata reuocari non poteſt, dec.120. n.14. & quarè, n.17.*

Congrui *ius, vide ver. ius congrui.*

Coniecturæ *ſi ſint plures, præponderant vni tantùm, dec.1. ſub n.34 Quales eſſe debeant, ex quibus Index arbitrium ſuum poſſit regulare ad conijciendã vocationẽ filiorum poſitorum in cõditione, n.37. & 38. Vbi recenſentur qui tenent, ſufficere tantùm leues coniecturas, tàm ex dictis in ipſo teſtamento, quàm antè, & poſt teſtamentum, maximè ſi poſiti ſint de deſcendentibus, nu. 39. & 41. vbi de alijs, qui volunt, leues non ſufficere, ſed requiri vrgentes, & quòd debeant eſſe de expreſſis in teſtamento, præſertim cùm poſiti in conditione, ſint de tranſuerſalibus, n.41.*

*Coiecturalis materia Iudici eſt arbitraria, ſub n.36*

*Coniecturæ, quæ non ſufficiunt ad effectum vocationis poſitorum in conditione, aut inducẽda reciprocæ ſubſtitutionis, ſufficiunt ad effectũ trãſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis, n.81. & 89. Non cadunt in claris, dec.38. n.33. Loco teſtium ſubrogantur, dec.74. n.12.*

*Coniecturis non eſt locus in claris, & certis, dec. 103. n.25. & vide verb. intellectus infirmitas, & verb. verba clara.*

*Coniecturæ quæ, & quales requirantur ad interpretandam voluntatem teſtatoris, quòd voluerit, filios poſitos in conditione cenſeri diſpoſitiuè vocatos, vide verb. filij poſiti in conditione.*

*Coniecturis elicitur voluntas tacita teſtatoris, vt fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, vide ver. fideicommiſſum conditionale.*

Conreus *ſoluens creditori, ad hoc, vt contra alterũ valeat agere, debet obtinere ceſſionem iurium à creditore, quæ ad hoc, vt ſuum operetur effectũ, fieri debet, vel antè ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, vel cum pacto de cedendo, & quando poſſit fieri vni ex Conreis inſolidum obligatis, etiam poſt ſolutionem, abſq; pacto de cedendo, dec.32. n.2. ad 5. Simpliciter ſoluens, cenſetur in dubio pro tota obligatione ſoluiſſe, n.4.*

*Conreo debendi inſolidum vno liberato, liberatur & alter, & quarè, dec.112. n.5. & 6.*

Conſanguinitas *facit præſumi ſcietiam, nedùm nominis proprij, ſed etiã Factorum, dec.9. ſub n. 9.*

Conſanguineus *non prohibetur retrahere rem alienatam, quòd præſens in contractu venditionis fideiuſſerit pro euictione rei venditæ, dec.57. n.22.*

Conſcientiæ *forus ad Confeſſarios attinet, non ad Iudices ſeculares, dec.7. in fine.*

Conſ. Alciat. 350 *improbatur, dec.108. n.7.* Anchar. 356 *explicatur, dec* 108. *n.*68. Anelli Amat. 91. *cum deciſ S.C. quam refert, declaratur, dec.*1 *nu.* 22.32 & 112. Cephal. 144. vol.1 *explicatur, dec.* 37. *nu.*21. Gabriel. 56. n.14. vol.1. *confutatur, ſed declaratur, dec.83. n.*14.15. Oldr. 21. *declaratur, dec.108. n.63. & 75. Eiuſdem* conſ.119. *defenditur, dec.7. n.*14. Reg. Rouit. 99 *exploditur, dec.*35. *n.*23. Ruin. 65, dubio 2. lib. 2. *exploditur, dec.*107. *nu.* 36. Staibani 30. & Camilli de Medicis 39. *examinantur, dec.115. n.41.*

Conſtit. Regni Conſtit. diuæ memoriæ *locum habet in venditione feudi, & quòd eo vendito abſquè aſſenſu, ex iure ſpeciali, tàm venditor, quã emptor reuocare poſſunt, dec.43. n.19. Et quando non habet locum, n.21.22.* Pœnam nouem vnciarum, Grandis vtilitas, & Reiuendicationem *an obſeruentur, & habeat locum in Curijs Baronum in Regno dec.77. n 3 ad 7.* Scire volumus *prohibens, hypothecari officia, non procedit in officijs pecunia emptis, dec.6. n.25. Sed vide n.26.* Pij V. de Cambijs *declaratur, dec.106. n.14. & 18. Imperatoris, quamuis ſit directa ad aliquem Præfectum, non tamen eſt localis, ſed generalis, niſi de contrario appareat, dec.50. n.23.*

Conſuetudo *iudicandi inducitur per binas iudicaturas, eſt attendenda in Tribunali, vbi adeſt, & poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, dec.30. n.20. & 21. Dotandi filias monachandas poteſt à laicis introduci, & Monialis de illa conquæri non poteſt, & quarè, dec.51. ſub n.10. & 11. Generalis, & notoria non eſt probanda, dec.34. n.6. Capuanæ, & Nidi an ſit vera conſuetudo, vel pactum, à quo incœpit, quamuis non ſit deducta in pactum, dec. 35. num. 3.14. & 15. & ſub n.23. vbi deciſio. Quomodò fuerit introducta ibid. & ſub n. 15. Eſt mos particularis inter homines prædictarum Platearum, n.11. Præualet Mori Magnatum in homines dictarum Platearum, & quarè, ibid. Viri, & nõ vxoris attendenda eſt, reſpectu ſucceſſionis filiorum, & ità debent ſtipulari cautelæ matrimoniales, & præſumitur conuentum, n.4. Capuanæ, & Nidi quid contineat, eius capita vndè habita ſint, & an excludat parentes à ſucceſſione filiorum, & in bonis per filium de nouo quæſitis ſub n. 17. & 18. & vide ver. parentes. ver pater.*

*Conſuetudinis quoàd ſubſtãtiã nõ requiritur ſcriptura, redigitur tamen aliquãdo in ſcriptis ad faciliorem probationem, quid ſit, & quomodò inducatur*


Digitized by Google

ducatur, n.15. *Eam ad inducendam quid requiratur, n.16. Animus eam inducendi præſumitur ex multitudine actorum, n.17.*

*Conſuetudini accomodandæ ſunt leges loquentes de eadem materia, de qua conſuetudo, quæ in hoc caſu omnes qualitates iuris communis aſſumit, dec.50 ſub n.24.*

*Conſuet. Ciuitatis Bari, in eo, quod dicit, muliere abſq; liberis decedente, dotem ad patrem reuerti, eſt ſimilis iuri communi, dec.53.n.2 Verba in illa poſita, quòd concordat cum Conſuet. Capuanæ, ſunt poſita ex errore Impreſſoris in vltima additione, n.6.*

*Conſuetudo poteſt per pactum remoueri, & eſt pactum ciuium, deciſ.63.n.10. Laicorum, & eorum ſtatuta, an ligent Clericos, & Eccleſiaſtica bona in materia ſeruitutum, dec.66.n.24.*

*Conſuet. Neap. vide ver. Clerici, ver. PP. Ieſuitæ.*

*Conſuetudines Neap. fuerunt approbatæ per Reges, & ideò dicuntur leges Ciuitatis, dec.98.n.9. In ſcriptis redacta attenditur, vbi contrarium non reperitur diſpoſitum, n.10.*

*Conſuetudinis portio, vide ver. portio debita ex conſuetudine.*

Conteſtatio *litis, vide ver. litis conteſtatio.*

Contractus *vltrò, citròq; obligatorius, duorum requirit conſenſum, dec.2.n.8. Ad validitatem ità requiritur ſtipulatio, vt videatur contrahentes voluiſſe superſedere ipſius ſubſtantiam, vſq; quo fiat ſtipulatio, dec.7.n.7. Hìnc antè inſtrumentum erit locus pœnitentiæ, ſub n.11. & vide ver. ſcriptura. An, & quando vitietur ex conditione, quæ ab initio erat poſſibilis, & in executione effecta eſt impoſſibilis, dec. 17. n.13. Vbi tractu temporis efficitur iniquus, Iudex poteſt illum reducere ad æqualitatem, dec.18 n.5. Emphyteuticus in quo differat à cenſuali, n.10. & 11. Cum minore, vel Eccleſia geſtus, abſq; aliquibus ſollemnitatibus ſit validus, quando eſt vtilis Eccleſiæ, vel pupillo, qui de eo non conquæratur, dec.19 ſub n.3. ad num. 8. & 9. vbi deciſio. Et quarè, n.10. A pupillo celebratus abſq; ſollemnitatibus eſt nullus, ſi ipſe velit, aliàs erit validus n.10. Quamuis ſemel dixiſſet de nullitate, & obtinuiſſet ſententiam ſuper ipſius contractus annullatione, quia poterit poſteà pœnitere, & dicere, quòd vult ſtare contractui, n.12. & 13. & vide ver. eccleſia, ver. minor.*

*Contractus vbi reſoluitur virtute pacti de retrouendendo, vel adiectionis in diem, omnes hypothecæ medio tempore contractæ reſoluuntur, & quare, dec.23.n.17. In contractibus principium attenditur, non quod ex poſt facto accidit, ſed prima exiſtentiæ initium eſt conſiderãdum, dec.25. n.10. Super emolumentis officij an poſſit fieri abſq; Reg. aſſenſu, dec.26. à n.1.*

*Contrahentium intentio debet apparere ex verbis expreſſis, non per ſubauditum intellectum, ſub n.9. Voluntas magis ex factis, quàm ex verbis declaratur, n.35.*

*Contractus ex defectu conſenſus conſiſtere non poteſt, quotiès ex mora factus eſt caſus reſolutionis contractus, dec.30.n.6. Data Clauſula reſolutiua redditur nullus ex defectu voluntatis, n.7. Qualitas in vna parte contractus appoſita, an cenſeatur repetita in reliquis, dec.35 n.8. & 9. & ſub n.20. & 21. Non extenditur de tempore ad tempus, neq; de re ad rẽ, vel de perſona ad perſonam, dec 37 n.31. Mutui factus vigore præcedentis cõtractus dotis, quam maritus ſub promiſſione mutui confeſſus eſt, recepiſſe, habet eãdẽ priuilegia, ac cõtractus dotis, dec.3. n 39. & vide ver aſſenſus. Geſti cum minore cum enormiſſima læſione, infecta primitiua, inficitur & deriuatiua, dec.43.n 5. Cùm à principio claudicauit, ratificatio nihil operatur, num.6. Seruari debet etiam lite mota ſuper nullitate ipſius, n. 17. Et pro eo præſumitur, ſub n.24 Factus in executionem alterius contractus, dicitur correſpectiuus, & non debet diuerſo iure cenſeri, ſed cenſetur ineſſe in eodem contractu, dec.56.n.3. Item quãdo dicatur correſpectiuus, n 13.*

*Contrahere voluiſſe Partes ſecundùm quod eſt ſolitum, credendum eſt in dubio, & ſecundùm cõſuetudinẽ illius quarterij de quo eſt, d.98.n.7 8.*

*Contrahens coactè non tenetur de euictione, niſi ſecundùm naturam contractus, dec.104 n.4. & uide ver. pupillus.*

*Contractus eſt indiuiduus, & non poteſt in partem approbari, & in partem reprobari n.29. & vide ver. pupillus factus maior Minoris, quòd poſſit claudicare, quomodò intelligatur, explicatur n.32.33.34. Emphyteuticus, an dicatur, an locationis, vel venditionis, ſi in conceſſione ſit conſtitutum pretium, & dictum, vt correſponderetur de annua penſionè ad rationem quinque pro cẽtenario, dec.120.n 7. & 11. Vt poſſit reſcindi in caſu non ſolutionis tertiarum, & ſimil pactum, vide ver. pacta. Ratificatio ex quibus, & quando inducatur ex receptione pretij, vide ver alienationis ratificationem. ver ratificatio. Cambij vide ver. cambij contractus. Reſciſſio, vide ver. reſciſſionis contractus praxis.*

*Contrahere an, & quando quis poſſit cogi inuitus, vide ver. vendere.*

Contumacia *incuſata eadem die citationis, vbi veriſimilitèr ſcriptura adhùc in poſſe Curiæ non erat peruenta an ſit nulla dec.69 n.10.28. & 30. vbi de praxi M.C.V.*

*Contumaciæ incuſatæ non ſubſtinentur, mutato Iudice, n.12. & n.31. & vide ver. citatio.*

*Contumacia incuſari debet in vltimo die dato ad comparendum, n.29.*

*Contumaciæ pœna, vide ver. pœna contumaciæ.*

*Contumax citationis ad informandum, tenetur ad pœnam in mandato contentam, & quomodò ſeruetur, dec.77 n 10. & 11.*

Creditor *ſub conditione in contractibus, verè creditor eſt, pendente conditione, ad hoc vt ſpem tranſmittat, & quarè, d.2.n.12. & 13. Antiquior non ſolùm præfertur poſteriori pro debito principali, ſed etiam pro omnibus acceſſionibus, penſionibus, & intereſſe, dec 16 n.1. & 2. Vbi declaratur, hoc procedere, etiam in annuis introitibus vt habeant eandem anterioritatem. Etiam ad beneficium ceſſionarij, in quem iura ex ceſſio-*



Digitized by Google

ne fuerint tranſlata, n.3. & n.39. Declara tamē, vt à n.4. Licèt non teneatur de euictione, tamen tenetur cedere iura ſua, quæ poteſt cedere, etiam ex interuallo, n.48. & 49. Vbi, quòd proſit ceſſio iſta contra authorem authoris, quod alias non poſſet, niſi ceſſa extitiſſent, & quæ iura tunc cedantur, nu.50. Qui imminente mutatione monetæ pecuniam mutuauit, ſub conditione ſatisfaciendi alteri creditori anteriori, facta ad ſui beneficium ceſſione, & per debitorem illa depoſita in Banco, ad illum effectum, depoſitum ceſſerit periculo debitoris deponentis, quamuis primus creditor ceſſionem, & quietationem feciſſet, cum proteſtatione tñ, quis præferri debeat in bonis communis debitoris, primus creditor, an verò ſecundus, ſtante dicta ceſſione, dec.17. per tot.

Creditore pro ſorte principali, et intereſſe aliquid recipiente à debitore in causā crediti, an ſolutio intelligatur facta pro ſorte principali, an verò in cauſam intereſſe, et quod ſupereſt in cauſam ſortis principalis, deciſ.21. in princ.

Creditor, qui hypothecam acquiſiuit ſuper re poſſeſſa per ſuum debitorē reuocabiliter, conditione caſuali pendente, an illam amittat, ſi purificata conditione res hypothecata in alium tranſlata fuerit, deciſ.23 per tot. et n.17. vbi deciſio. Anterior, an et quando poſſit auocare pecuniam ſolutam dec.24. ſub n.24. Ei dominium non quæritur, deficiente conſenſu debitoris, ibid. Particularem ſolutionem recipere non cogitur, dec.25. n.14. Niſi compenſare illam oporteat cum debitore, et quarè id in compēſatione, ſub n.39. et 40. Sibi præiudicat, ſi acceptet cum cautione de reſtituendo depoſitū à debitore factum, vt liberetur cū cautione prædicta, quamuis cautio ab ijs non debeatur, et quarè, n.34. et 35. Poſterior non habet ius offerendi dotem in pecunia mulieri pro eius aſſecuratione agenti, et bona communis debitoris vendere, niſi mulier doloſè compareret ad impediendam venditionem, vel vbi ageretur de reſtitutione dotis, ſoluto matrimonio, deciſ.42. n.2.3. et 7.

Creditores abſquè aſſenſu anteriores an in pretio peruento ex venditione rei feudalis ad inſtantiā creditorum cum aſſenſu, præferantur creditoribus poſterioribus cū aſſenſu, dec.43. n.3. Et quomodo in talibus venditionibus fieri debeat oblatio, ibid. vide verb. pretium.

Creditor cum aſſenſu præfertur alijs abſquè aſſenſu, licet anterioribus, deciſ.44. n.1. Contrà quem tamen agant ſoluta pecunia, & an hæredē tunc vrgere poſſint, n.2. Præfertur etiā in pretio redacto ex re feudali, vide verb. pretium. Hæredis cum aſſenſu præfertur creditori teſtatoris abſq; aſſenſu, & quare, n.7.

Creditorum actio non mutatur ex pacto inter cohæredes inhibito, n.9.

Creditores pro expenſis funeris an, & quando præferantur habētibus expreſſam hypothecam, dec.47. n.1.3.7.19. & 22. Sed pro qua ſumma, n.23. vbi deciſio Reales hypothecas habentes, præferuntur omnibus alijs priuilegiatis, n.5.

Creditor pro expenſis vltimæ infirmitatis dicitur creditor hæreditatis, non qui eſt creditor pro impenſis in infirmitate, ex qua quis conualuit, & quare, nu.20. Qui antè tempus agit, plus petere videtur, & debitori competit exceptio, quòd non poteſt agere antè tempus, dec.64. nu.2. Quando tamen poſſit agere ante diem, num.3. & 8. Liberato vno ex duobus reis debendi inſolidū obligato, quando poſſit contrà conreum non liberatū agere pro tota quantitate, dec.70. n.58. Si prohibeatur ex ſtatuto petere creditum, ſi ſteterit per decem annos, & debitum non petierit; & executio facta non ſit infra decennium, an poſſit illud petere, ſi infra decennium carcerari fecerit debitorem, dec.72. ſub n.16. & n.17.

Creditores incerti in confectione inuentarij ſunt citandi per edictum, vel per proclama, dec.96. n.12. & 30. Cautè negotiari debent, vbi mutuum dāt pecuniā debitoribus, & quomodò cōſulere poſſint exceptioni non numeratæ pecuniæ, d.111. n.1.

Creditor, & debitor circa exceptionem non numeratæ pecuniæ opponendi tempus ad imparia iudicantur, n.19. Exigens pro virili ab vno ex correis inſolidum obligatis, an, & quando diuiſionē debiti inducat, dec.112. à n.1. ad 20. & vide verb. diuiſio. Quid ſi exigat ratam annui cenſus, an inducat diuiſionem reſpectu ſortis, vel reditus annui quòad illum annum, vel ſequentes, n.25. & 28. vbi deciſio. In diem non poteſt ante diem agere, dec.114. nu.6. & 8. Sed an poſſit agere, vt in aduueniente tempore ſoluat debitor, n.13. & 15. Petens ante diem, dicitur plus petere, & ideò induciæ debitori duplicantur, & quomodò, à nu.7. ad 10. Non pōt agere pendēte dilatione data à parte, vt adueniente tempore, & finita dilatione ſibi ſoluatur, ſecus ſi data ſit à Principe, n.16.

Crimen læſæ Maieſtatis non committitur verbis, ſed facto, dec.105. n.75.

Culpa lata non caret, qui leges ignorat, dec.98. nu.44. Vide verb. dolus, & culpa.

Cultri acuti pœna quæ ſit in Regno, dec.78. ante n.1. & n.11. Eam quis non incurrit, ſi non fuerit cum illo apprehenſus, n.1.

Curator datur hæreditati pendente tempore dato hæredi ad deliberandum, & quare, dec.80. n.9. & 10. Et datur pro parte, ſi alter ex inſtitutis acceptet hæreditatem, alter verò differat, ex iure deliberandi, n.11. vide ver. tutor.

Curia Baiuli Catanzarij, inſtrumenta liquidare nō poteſt, dec.45. n.21.

Curiales trahunt, & non trahuntur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam ſi exteri ſint, dūmodò ſint matriculati, dec.54. n.1. & 2. Quādo trahant, & non trahantur ex iure ceſſo, ſub n.7. & 10. In materia fori æquiparantur pupillis, & viduis, nu.3. Quid cùm concurrunt cum priuilegiata virgine, n.4.

Curialis priuilegium fori an conquaſſetur, ſi agat contra alium priuilegiatum, n.6. & 7.

D

Damni paſſi declaratio vigore pacti valet, vbi cambia ſunt realia, dec.106. n.46.

Damnum emergens qui petit, quid probare debeat, nu.50. Dediſſe videtur, qui cauſam damni dat, ideoq; tenetur ad omne intereſſe, etiam ob ceſſā-



Digitized by Google

tes eleemoſynas, & oblationes, ſi Religioſi damnum paſſi ſint, tenetur item ad lucrum ceſſans, ſi damnum paſſus conſueuerit negotiari, dec. 109. à n.15. ad 17.

Dare, & remittere paria ſunt quòad iuris effectum dec. 116. n. 44.

Debitor, eiuſq; hæres poteſt cogi ad vendendum officium, prout feudum, vt creditori poſſit ſatisfieri de pretio, quamuis is careat aſſenſu, qui poteſt impetrari in venditione, dec.6. nu. 1. & 18. Eius hæres an, & quando poſſit repudiare hæreditatẽ, legitimam, vſumfructum, feudum, trebellianicã, fideicommiſſum, legatum, & aliud ſimile, in præiudicium creditorum, dec.8. n.1. 10. 12. & 17.

Debitores hodiè rarò ſoluunt in tempore, niſi fuerint à creditoribus requiſiti, immò etiam requiſiti, ſolutionem differunt, & captis adhuc pignoribus, cum maxima difficultate, ſolutiones negant, dec.13. ſub n.7.

Debitori non fit ceſſio, cùm ſoluit, & quarè, deciſ. 16. n. 19.

Debitor ſi mandet Nummulario ſuo debitori, vt quod ſibi debet, Titio ſoluat, & hic in libro rationum ſuarum Titium deſcribit pro creditore ſuo, & Titius ratum habet, ſcribens cenſetur liberatus, & actio nouata, maximè inter Mercatores, dec.20. n.1. & 2. Ex ſtipulatu licèt ſe conſtituat debitorem, actione de conſtituta pecunia, prima obligatio ex ſtipulatu non erit extincta, niſi ſecuta integrali ſatisfactione, quamuis creditor egerit actione de conſtituta, & fuerit ex eadem actione lis conteſtata, nu.10. Primus, qui ſcripſit cedulam bancariam, eò ipſo liberatus eſt, quòd Nummularius illam acceptauit, & ſcripſit in libris ad debitum ſcribentis, & creditum illius, cui ſolutio erat facienda, ſub n.12.

Debitori vtilius eſt, ſi longiorem habeat dilationẽ, dec.21. ſub n.5. Solui non poteſt, facta denunciatione ſoluenti, nec debitor compenſare, deciſ. 25. ſub nu. 28.

Debitor an, & quando poſſit, non acquirere in præiudicium eius creditorum, dec. 34. n. 1. 12. 13. & 14. & dec. 117. n. 3. & vide ver. pater. Si tempore contracti debiti fuerit clericus, an ad Iudicẽ Eccleſiaſticum remitti debeat, quamuis deindè laicus effectus, vxorẽ duxerit, dec. 45. n. 29. et 31. & vide ſub n. 32. & n. 35. An, & qñ poſſit carcerari ad inſtantiam creditoris in cauſam iudicati, dec. 72. n. 6. 8. 10. & 13. Conſtituitur in mora eò ipſo, quod in tempore ſtatuto non ſoluit, dec. 106. n. 9. In dignitate conſtitutus interpellatur, ſi ei porrigantur preces per creditorem, dec. 106. n. 24. & vide verb. preces. Quando conſtituatur in mora, abſq; interpellatione, n. 25. Moroſus tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, & in conſcientia tenetur ſoluere creditori intereſſe cambiorum, nedùm damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, immò nedùm de primo intereſſe, ſed etiam ad intereſſe cuiuſlibet feriæ, etiam ad intereſſe alterius intereſſe, n. 32.

Debitor vigore cedularum, ſiue apocarum Nummularijs directarum, illis recognitis, vel verificatis, non poteſt exceptionem aliquam proponere, nec audiri, niſi facto depoſito, vel in vinculis conſtituatur, dec. 111. antè n. 1. & n. 24. Carceratur, non obſtante exceptione non numeratæ pecuniæ aduerſus apocam, & in obligatione ad formam Cameræ, n. 32. An, & quando pendente dilatione cogatur cauere, quòd adueniente tempore ſoluet creditori, & quid in hoc differat, an à lege, à Principe, vel ab homine data ſit dilatio, dec. 114. n. 11. 14. 16. An poſſit in fraudem creditorum non acquirere, & hæreditatem ſibi delatam repudiare, & matris dotes, dec. 117. n. 2. & ſub n. 25. & 29.

Debitum ex vna cauſa poteſt ex conuentione Partium in aliam conuerti, dec. 38. n. 14.

Deciſiones factæ, per quem referri, & allegari debeant. dec. 91. n. 13. & dec. 111. ſub n. 40. Earum authoritas quanta ſit, n. 14.

Deciſio Afflicti 60. declaratur, dec. 120. ſub n. 28. Eiuſdem 114. exploditur, attenta Conſuet. Neapol. dec. 98. n. 22. Eiuſdem 174. reuocatur, & quare deciſiones reuocentur, dec. 30. ſub n. 15. Eiuſdẽ 268. confutatur, dec. 89. n. 5. & 6. Eiuſdem 314. exploditur, dec. 63. ſub n. 5. Eiuſdem 353. declaratur, dec. 20. n. 9. S.C. relata per Anellũ Amatũ conſ. 91. declaratur dec. 1. num. 22. 32. & 112. D. Authoris 6. in cauſa Conſtantiæ Criſpo declaratur per eundem, dec. 26. in fine. Boerij 139. exploditur, dec. 57. n. 49. Luſitan. Cabedi 137. p. 1. reprobatur, dec. 88. n. 2. Chriſtoph. Martij 21. declaratur, dec. 47. n. 8. Franc. Marci 60. p. 1. reprobatur, d. 113. n. 28. Relata per Giurbam conſ. crim. 57. reprobatur, dec. 71. n. 18. Gizzarelli 12. explicatur, dec. 83. n. 12. Reg. de Ponte 3. quando procedat, declaratur, dec. 67. ſub n. 10. Rotæ relata per Gratian. tom. 1. diſcept. 136. declaratur, dec. 107. n. 38. Relata per Reg. Tap. in pragm. 2. de cenſibus, & per Reg. Rouitum in conſ. 103. vol. 2. declaratur, d. 106. n. 57. 58. Seraphini 956. & 1479. declarãtur, & explodũtur, dec. 1. n. 112. Surdi 308. impugnatur, deciſ. 32. n. 9. Eiuſdem dec. 99. declaratur, deciſ. 22. n. 48. S.C. relata per Thorum tomo 2. Compend. deciſ. ver. Ceſſionarius iuris luendi, in cauſa Sac. Montis Pietatis cum D. Carolo Siſcar, refertur, dec. 16. ſub n. 10. & declaratur ſub n. 29. Alia d. p. 2. d. Compend. ver. Depoſitum diſcutitur, dec. 91. n. 16. & vide ver. actor. Vinc. de Franch. 21. explicatur, d. 100. n. 39. Eiuſdem 53. declaratur, dec. 25. n. 28. Eiuſdẽ 192. explicatur dec. 67. n. 15. Eiuſdẽ 258. & Pegueræ 39. declarantur, dec. 105. n. 53.

Declinatoria fori, vide ver. Exceptio declinatoria fori.

Decretum non nocet ei, qui in iudicio non fuit auditus, dec. 17. n. 10. Iudicis in contractu minoris interpoſitum, non impedit reſtitutionem in integrum, data læſione, deciſ. 57. n. 11. & 52. Iudicis eſt neceſſarium in alienatione rei minoris, per quod pronunciatur, rem ſine damno ipſius alienari, ſiue obligari poſſe ſub n. 50. M.C.V. aſſiſtẽtiæ, & à duc. 150. infrà, & ſi exequutioni demandẽtur, non obſtante appellatione, quòad caput adiudicationis, & pro ſorte, non tamen exequũtur quòad intereſſe, dec. 100. n. 34. & 38. Iudicis con-

Digitized by Google

contractum minoris cõualidat, dec.104. nu. 26.
S.C.Trid. ſeſſ.15.& 16. de Regular.circa formã profeſſionis elucidatur,dec.118.n.36.

Defenſio permittitur de iure Naturali,& Diuino, dec.75.n.14,15. Et an iure Canonico, ibid. Probatur,& aliquem occiſum, ad occidentis defenſionem,ex probabili & veriſimili timore,& ex ſolo armorum terrore, & diſparitate, n.17.18. & 22. Ad defenſionem omne ſequutum dicitur, inſultu probato, maximè vbi inſultans eſſet in actu vulnerandi,& occidendi,vel periculũ eſſet in expectatione, à nu. 19. ad 21. Ab exceptione quomodò differat,vide ver.exceptio.

Defunctorum voluntates, vt quàm primum ſuum ſortiantur effectũ, publicè intereſt,d.14.ſub n.1.

Defunctus obligat hæredem quoad robur,& obſeruantiam contractus per eum geſti,dec.115.n.30. Sed ad quid tunc hæres teneatur,n.31. & verb. hæres.

Defuncti voluntatis quæſtio ad Iudicem defertur, non ad priuatum,dec.108 ſub n.20.

Delictum non præſumitur, vbi alia interpretatio ſumi poteſt,dec 13.n.4.

Delicti commiſſi tempus inſpicitur ad finem videndi,coràm quo Iudice delinquens cognoſci debeat, quãuis poſtea efficiatur alterius fori, d.45.n.28.

Delictum per Indultum aboletur à die gratiæ, & ex tunc quæritur ius Parti,dec.71. antè nu.1.& n.3. Requiritur tamen Partis remiſſio,ſiue ſit,ſiue non ſit propoſita querela, ſiue capta ſit, ſiue non capta informatio de delicto antè indultum, num.7. 15. Quando tamen non requiratur,vide n.8.9.10. Principis indulgentia ſemel delictũ, non poteſt ampliùs peti, & ad vltionem redire, ſub n.11.& vide ver.querela.

Delicta punienda potiùs,quàm indulgentijs ſublenanda Diuina clementia ſtatuit, ſub n.12. Probantur per indicia,ſi ea vehementia ſint,dec.74. n.13. Puniri,intereſt Reipublicæ, dec.105.nu.1. Eorum impunitas quid operetur,n.3. Debet præcedere gratiam,ſub n.39 vide ver.Princeps.

Delinquendi via non eſt aperienda, nu.38. Occaſio dari non debet, dec.113.n.18.

Depoſitio vt principalis an debeat fieri per Abbatiſſam,vel Prioriſſam Monaſterij;an verò per omnes, vel maiorem partem Monialium in cauſa mota per Monaſterium,dec. 86. à n.1.& vide ver.Prior,vel Abbas,ver.Prælatus. Et an pro ſe tantùm iurare debeat, vel etiam in animas Monialium,ibid nu.2. Eam an, & quando vnus de Collegio poſſit facere pro alio, & pro eo iurare, ac reſpõdere,n.9.& 11. Forma depoſitionis Adminiſtratoris,Prioris, vel Prælati,tàm pro ſe,q̃ ꝓ alijs Monachis,recẽſetur,n.13. An,& qñ ſufficiat ſola depoſitio Abbatis, Prioris,vel Prælati, n.15.& 16.

Deponere debet vt principalis, non Monaſterium, cùm agit ex perſona alicuius Monaci, ſed ipſe Monachus,n.11.

Depoſitorum validitas, & inualiditas de pecunia eroſa, vulgò dicta Le zannette, ſeù cinque grana, in anno 1622.refertur,d.17.n.1.& ſub n.12.

Depoſitum quãdo dicatur regulare, ſeù purum,vel irregulare,dec.48.ſub n.1.& n.3. & 8. Quando non præſumatur depoſitum, ſed potiùs mutuum ex pecunia numeratione, ſed contractus mixtus, n.2.& 13.& vide ver.pecunia. Quot teſtes in eo requirantur,& cuius qualitatis,ſi ſit infrà libram auri,vel ſi ſit de libra,& non plus,nec minus,dec.49.ſub n.4.

Depoſitarius an, & quando teneatur de caſu fortuito,dec.48.n.1. An teneatur de augmento, quod venit ex cambio pecuniæ depoſitæ,n.17.

Depoſitarij liber an, & quando probet, tàm pro quàm contrà ſcribentem,vide ver.minor.

Deſcendentes ex fœminis non ſunt de familia,dec. 103.n.4.

Dictio,quondam, olim, & ſimiles denotant non ſolùm tempus præteritum,ſed & præſens, & futurum,dec.9.n.1.5.& 8. Ea probatur, quem eſſe mortuum, n.2. Error in eius appoſitione non vitiat diſpoſitionem, ſiue à teſtatore fuerit erratũ, ſiue à Notario, n.3.& 4. Antiqua latinè vertitur,immò eſt correctoria, & declaratoria præcedẽtium,& ſtat ampliatiuè,deciſ.22.n.27. Vniuerſalis comprehendit omnia,quæ ſub illa generalitate comprehendi poſſunt,deciſ 37.n.6.

Dictiones,infrà,intrà,& vſque, an,& quãdo excluſionem denotent, vel accipiendæ ſint incluſiuè, ſiue à lege poſitæ ſint,ſiue ab homine, & in feudis,& in emphyteuſi,dec.49 à n.5.

Dictio diſiunctiua quando reſoluatur in coniunctiuam,dec 98.n.37. Prædictis eſt repetitiua præcedentium,dec.103 n.8. Cùm, ſi,niſi, in legato appoſita, conditionem importat, dec.107.n.5.8.9. & 32. Aduerſatiua in futurum tempus relata, non facit legatum conditionale,n.10. Hic,& eo caſu,ſeù,& in tal caſo, an, & quando admittat extenſionem de caſu ad caſum, dec.108.à n.15. ad 18.& à n.65 ad 73. Tantùm eſt taxatiua,& reſtrictiua ad id tantùm, quod eſt legatum, dec. 108.n.61.

Didacus Bernardus Zuſia Regius Conſ.& Regẽs Reg.Cancellariam laudatur,dec.6.ſub n.28.dec. 9.ſub n.11.dec.21.ſub n.10.dec.24. ſub n.26.& dec.85.ſub n.9.

D.Didacus Mendiecta Regius Conſ.laudatur, dec. 23.ſub n.17.

Dies non interpellat pro homine in pœnalibus, ſed requiritur interpellatio, dec.59.ſub n 23 Incertus an, & quando reddat legatum conditionale, dec. 107.nu.3.7.13.22.& 23.ad n.33. Reddit legatum conditionale,cùm apponitur per viã conditionis,n.14. Certę ętatis habet incertitudinem, ſi legatarius ad ipſam ætatem peruenerit, n.27.

Dies Mortis,vide ver.mors.

Diffamatus an verè actor ſit,& quomodo, & quãdo dicatur reus,dec.89.n.2.& 7.

Dilationes conceſſæ debitoribus à Principibus, an extendantur ad debita iurata, ſaltèm de conſuetudine, dec.45 n.5.6.& 7. Ea data ad ſoluendũ, & pendente,non cõmittitur mora,& an,& quãdo currat intereſſe,n.8.9.10. Biennales vel quinquennales quare debitoribus concedantur, dec. 114.n.3. Ea pendente, Iudicis officium quieſcit, n.4. Ea pendente an,& quando debitor teneatur

cau-

Digitized by Google

*cauere, n. 11. & 14. Detur ab homine, à lege, vel à Principe, quid differat, n. 11.*

*Dilatio, vide ver. debitor, ver. moratoria, ver. ſententia.*

Diminucio *annui canonis an, & quando, & pro qua parte fieri, & renunciari debeat, vel liceat emphyteutæ rem conceſſam dimittere, dec. 18. à n. 2. & per tot. Ad hoc vt fiat, vel non, quale dãnum requiritur, & quid conſiderari debeat, n. 14. Non fit, quoties per plures annos Canonem conuētum emphyteuta ſoluiſſet, n. 15. & 16. vbi deciſio.*

Diſpoſitio *nulla ex defectu poteſtatis, an poſſit à Partibus in vim pacti approbari, d. 98. n. 41.*

Diuiſio *inter fratres, & alios qualitèr facienda ſit, plures recēſentur opiniones, dec. 28. à n. 1. ad 17. Quæ opinio obſeruari in illa debeat, n. 21. Quid vbi agitur cum Fiſco, vel Eccleſia, n. 16. 17. In ea maior ætate intelligendus eſt, qui diutiùs rem communem adminiſtrauit, n. 19.*

*Diuiſioni ſtandum eſt, ſi nõ ſit captioſè facta, n. 20.*

*Diuiſio publicorum terminorum ſpectat ad Principem, vel Senatum, qui loco ipſius fungitur, ſicuti ad Summum Pontificem diuiſio Diœceſiũ, n. 18. Inter hæredes an fieri poſſit, pendente termino ad deliberandum, ſi alter vellet eo vti, alter acceptet hæreditatem, & in hoc caſu an debeat dari curator hæreditati, reſpectu deliberantis, dec. 80. n. 11. Debiti inducitur ex receptione partis ab vno ex debitoribus, vbi alij eſſent ſoluendo, dec. 112. n. 3. Quo iure fuerit inducta, n. 7. Eius beneficio poteſt renunciari n. 9. An, & quando inducta dicatur, vel potiùs dicatur electio, præſertim data receptione pro parte ſortis, abſq; proteſtatione, à n. 16. ad 22. et n. 24. Ad hoc vt inducatur, quæ requirantur, n. 23.*

Diuturnitas *temporis non minuit peccatum, deciſ. 14. n. 27.*

Doctoris *obſcurè loquentis dictum debet intelligi ſecundùm iura, quæ allegat, dec. 100. n. 28.*

Dolo *facit, qui petit, quod ſtatim reſtituturus eſt, dec. 13. ſub n. 2.*

*Dolus in eo nõ præſumitur, q vtitur iure ſuo, vt ſibi, & rebus ſuis conſulat, d. 77. n. 17. Et culpa nemini patrocinari debet, dec. 105. ſub n. 56.*

Dominium *non poteſt eſſe penès duos inſolidum, dec. 5. n. 22.*

*Dominij translatio, quæ fit ex pacto de retrouendẽdo, in quo differat ab ea, quæ fit ex pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, ad finem videndi, an nouum contractum inducant, vel translationem, dec. 16. n. 12. 13. 31. & 32.*

*Dominium rei venditæ ſub pacto de retrouendendo, quamuis transeat penès emptorem, & poſſit emptor non hypothecare, tamen ſi contractus reſoluitur exercitio pacti, reſoluitur hypotheca medio tempore contracta, dec 23. n. 17. An poſſit eſſe penès duos, diuerſis reſpectibus, dec. 46. ſub n. 20. & ſub n. 24. & 25. Rei emptæ acquiritur ementi, quamuis de pecunia aliena, nu. 33. & vide ver. emens. Rei venditæ abſquè traditione non transfertur in emptorem, dec. 108. n. 25.*

*Dominij exceptio, vide ver. exceptio dominij.*

Dominus *rei indiuiſæ, totam rem rectè locabit, ſi vtilitèr locet, dec. 39. n. 4.*

*Domini directi plures, & plures vtiles, conſtitui poſſunt diuerſis reſpectibus, dec. 46. n. 28.*

*Dominus directus an præferatur vicino, vel conſanguineo volenti retrahere rem venditam iure congrui, vel conſanguinitatis, & quid ſi concurrat dominus cenſus ſubalterni, vel ad formam* Bullæ, *à n. 14. ad 24. Et vide ver. prælatio, Item & Dominus ſubalternus prælationem habet, n. 30. Directorum præfertur, qui primus Dominus eſt, poſſunt etenim eſſe duo Domini directi diuerſis reſpectibus, ſub n. 20 et 24. 25. et 28. Directus præfertur Domino cenſus, num 23. et Domino ſubalterno, n. 24. Etiam, quòd emphyteuta haberet poteſtatem affrancandi, ibid. Si tamen petat præferri, d. n. 24. Tenetur recognoſcere chirographum ſui Inſtitoris, dec. 55. n. 4.*

Domo, *vel agro vendito, non intelligitur vendita via, quamuis res vendita ſine illa eſſet inutilis, dec. 37. n. 18.*

*Domus quando dicatur perfecta, dec. 72. ſub n. 16.*

Donatio *conditionalis transmittitur ad hæredes, dec 2. ſub n. 12. Etiam abſenti fieri poteſt. Notario, vel extraneo pro eo ſtipulante, præſertim accedente iuramento, nu. 24. Ex ea quæritur ius, & actio, etiam ad beneficium hæredum donatarij, quamuis ſtipulatio Notarij deficiat, & donatio facta proponatur, ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, num 25. & 26. Conditionalis euaneſcit, deficiente conditione, & ad hæredes non tranſmittitur, n. 32. Si fiat filijs, an maſculis tantùm facta intelligatur, iuxtà ſtatutum excludens fœminas, an verò maſculis ſimul, & fœminis iuxtà diſpoſitionem iuris communis, variæ recenſentur opiniones, dec. 3. n. 3. ad 9. vbi quòd ſolis maſculis facta intelligatur ad mẽtem iuris municipalis, & ſtatutarij. In teſtamento fieri poteſt, & Notario acceptante, Per ſe ità conſiſtit donatio, vt non irritetur, irrito teſtamento, quia habet vim contractus, & debetur donatum etiam hæreditate non adita, dec. 5. n. 30.*

*Donatio facta à contrahente matrimonium ſene iuueni, vel ab ignobili nobili, an dicatur donatio ex cauſa oneroſa, tanquàm recompenſatiua ætatis, vel nobilitatis, an verò ſimplex. Non ſubiacet diſpoſitioni* l. fœminæ C. de ſecund. nupt. *dec. 22. n. 3. 26. 30. 32. & 33. In ea filij vtriuſq; matrimonij an ſuccedant æqualitèr, vel ſolùm filij primi matrimonij, ibid. & n. 22. 33. & 52. vbi deciſio. Quamuis vir non dicat facere, in recompenſationem iuuentutis, vel ætatis, quia ſic eſſet præſumendum, quando factum eſt tale, n. 4. ſed vide n. 30. Maximè ſi cum dote parua nupſerit, n. 32. Eſt valida, etiã de bonis ſubiectis fideicommiſſo, & quarè, n. 6. 7. & 35. An faciat ceſſare diſpoſitionem* l. fœminæ, *ſi illam maritus promittat, non reuocare ex vitio ingratitudinis, n. 16. & 38. Hæc clauſula nihil operatur, & quarè, n. 40. Quid ſi ſit facta vxori, & eius hæredibus quibuſcunquè in perpetuum, n. 17. vbi an de ea poſſit diſponi in extraneos, vel ſolùm in hæredes vtriuſquè matrimonij. Facta à marito ſe-*

ne,

ne, vel ignobili vxori nobili, iuueni, vel pulchræ, ſi recipiatur ab vxore pro ſe, & hæredibus quibuſcunquè excludit contemplationem matrimonij, ac dicitur ſimplex, et pura, n. 29. Licèt fiat in augmentum dotis, tamen dicitur verè donatio propter nuptias, n. 31. Facta à viro ſene uxori iuueni, in eo, quod excedit merita, reſeruatur filijs primi matrimonij, quia non dicitur remuneratoria, ſed ſimplex, & gratuita, nu. 33. Recompenſatiua iuuentutis, an ſit valida, etiam quòd non ſit exceſſiua, nu. 34. 35. Dicitur recompenſatiua intrà limites, non autem in exceſſu, n. 36. In hac materia conſuetudo familiæ eſt attendenda, n. 37.

Donatio inter viuos, cùm ſit contractus irreuocabilis, non recipit aliquam reſtrictionem, vel cõditionem ex teſtamento, ſiuè priùs donatione, ſiuè poſteriùs, ideòq; eius tempus attendi debet, non teſtamenti, dec. 23. n. 3. Facta intuitu profeſſionis, vel religionis, eſt nulla, illa non ſecuta, dec. 29. n. 9. Facta ſeruata forma diſpoſitionis paternæ non dicitur facta in fraudem, dec. 31 ſub n. 9. Cõtemplatione matrimonij reſpectu vxoris, & filiorum, habet cauſam onerosam, dec. 40. n. 12. Vocatur donatio antiphernalis, n. 13. Dicitur remuneratoria, & ob cauſam, n. 14. 15. Principalitèr reſpicit intereſſe vxoris, & filiorum, n. 12. In ea ius quæritur filijs uti hæredibus Patris, niſi in ſtipulatione apponatur pactum, quòd ſuccedant uti filij, non uti hæredes patris, n. 17. & 18.

Donatione facta abſenti an, & quando ius quæratur dec. 44 n. 13.

Donatio omnium bonorũ cum reſeruatione vſusfructus, differt quoàd facultatem diſponendi de fructibus à donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum, ex nunc pro tunc ſecuta morte cum aliqua reſeruatione, n. 21.

Donatarius ſi inſtituatur hæres, & acceptet donatoris hæreditatem, an, & quando teneatur obſeruare voluntatem defuncti, & ad legata facta in teſtamento per donantem de bonis donatis, ſiue fecerit, ſiue non confecerit inuentarium, n. 23. 25. & 27.

Donatio propria, & abſoluta dicitur, cùm quis ea mente dat, vt ſtatim accipientis fiat, abſquè alia cauſa, niſi vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, dec. 54. ſub n. 13. Et tradi non poſſunt iura incorporalia, ſed per ceſſionem, ibid. Non inſinuata, poſt oppoſitionem inſinuari an poſſit, dec. 68. n. 4. & 25. Pretij in conſentiente venditioni rei propriæ ab alio factæ, præſumitur ex ratihabitione venditionis, niſi expreſſè reſeruetur actio ad pretium, dec. 70 n. 56. Inter virum, & vxorem, ſiue remiſſio intereſſe dotis valet inter virum, & vxorem, ſi confirmetur morte, dec. 97. n. 19.

Donationis de validitate, vel inualiditate non eſt diſcurrendum in iudicio manutentionis, & poſſeſſorio, dec. 101. n. 30.

Donatio, vel renunciatio facta ſub conditione, ſi religionem ingrediatur, an ſubſiſtat de iure, dec. 118. n. 7. & 37. Et ſi ſit valida, an reuocetur ſecuta nouitij morte antè profeſſionem, n. 8. Facta ſub conditione, ſi in Monaſterium fuerit ingreſſus, vel in eo donans fecerit profeſſionem, an dicatur impleta conditio, ſi intrà annum probationis nouitius moriatur, n. 12. & 36. vbi deciſio.

Donatiuum pro conſtructione murorum, cuſtodia turrium, hoſpitio armigerorum, & ſalario Baricelli Campaneæ olim extraordinarium, nunc ordinarium vocant, dec. 116 ſub n. 12. De eo vbi tractetur, memoratur, ibid.

Dotem ſibi reſtitui ſi quis ſtipuletur, mortua in matrimonio filia, an, & quando ſuperuiuentia ſtipulatoris ſit neceſſaria, dec. 2. ſub n. 15. & vide ver. mater filiam dotando.

Dos abſq; matrimonio eſſe non poteſt, eſt acceſſoria ad matrimonium, dec. 22 ſub n. 14. Dicitur tamen dos largo ſumpto vocabulo, etiam ſoluto matrimonio, n. 42. Ducatorum 1500. non eſt proportionata magnis dominis, ſed mulieribus ignobilibus, ſub n. 32. Congrua reſpectu Monialium quomodo conſideretur, dec. 31. n. 11. A patre profecta, ad ipſum reuerti debet, liberis non extantibus, quamuis adeſſent fratres filiæ dotatæ, & quarè, dec. 34. n. 3. 4. 5. 7. & 11. Qua ratione valeat pactum, quòd viuente patre dos ad eum reuertatur, n. 17.

Dotis in detrimentum pactum, & conuentio non valent, dec. 36. n. 9 Fauore per ſpecialem hypothecam expreſſam non amittitur hypotheca tacita generalis antea quæſita, n. 10.

Dotandi filias onus, quod erat penès patrem, tranſit in eius hæredem, ſi fœmina, ſtantibus maſculis ſtatuto excludatur, dec. 38. n. 4.

Dos data à fratre ſorori, an, & quando cenſeatur de bonis fratris proprijs, vel paternis, n. 7. 8. 9. & 27. Data mulieri ab extraneo, an præſumatur data animo donandi, n. 9. & 24.

Dotis priuilegia habet contractus mutui factus, ſi dotem recepiſſe maritus confiteatur ſub promiſſione mutui, n. 39. & uide uer. aſſenſus.

Dos ſi alicui promittatur ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, uel paternis, an, & quando moderetur, tùm contrà mulierem, quàm contrà maritum, ſi ultrà portionem ſororis ſit facta, à n. 43. ad 47. Præfertur Creditoribus habentibus hypothecã tacitam, non hebentibus expreſſam, dec. 47. ſub n. 2. A patre, uel ab extraneo profecta, quòd reuertatur ad patrem, filia etiam cum liberis decedente, procedit etiam in extraneo dotante, dec. 53. n. 3. & 4. Quid attenta Conſuet. Ciuitatis Bari, & an cùm ex illa uocantur proximiores, pater ſuccedat, uel intelligatur de alijs proximioribus, dempto patre, & quid cùm filij decederent poſt mortem dotantis, n. 2. & 6.

Dotis conditionem mulier non poteſt facere deteriorem, dec. 59. n. 5. Eius cauſam non includit fideicommiſſum, ideò de bonis fideicommiſſo ſubiectis poteſt dos conſtitui, maximè in deſcendentibus, alijs tamen bonis non extantibus, & in ſubſidium, incumbet autem onus probandi non adeſſe alia bona ugenti pro dote, n. 21. 22.

Dotatio vnica de iure conſuetudinario Neap. ſufficit adexcludendum fœminam ab omni ſucceſſione.

Digitized by Google

ne,& quarè non ſic de iure Conſtit. Regni, dec. 61.n.8.9.& 10.
Dotis etiam ex cauſa mater pro filijs ſtipulari non poteſt, & quarè, dec.63. n.1. & 2. Eius pro conſecutione poteſt agi antè diē, & quarè, dec. 64.ſub n.3.& vide ver.maritus.
Dos à patre data cōgrua cenſetur, dec.99.n.4. Quæ dicatur dos competens, & vt dicatur congrua quod tempus inſpici debeat, n.23.& 24. Filiæ naturali conſtituta ſupra modum alimentorum, nō poteſt conſtante matrimonio modificari, ſed poſt, & quarè, n. 34. A principio eius conſtitutionis recipit à pactis nuptialibus naturam immutabilem, nec poteſt abſquè mulieris interuentu alterari, vel mutari, dec.109.n.1.2. Eius conditio an, & quando fieri poſſit deterior, n.3.& 5.
Dotis circa reſtitutionem pacta, quæ fiunt abſente muliere, ei non præiudicant, n.4.
Dos non poteſt de pecunia in rem, aut ex re in pecuniam, conſtante matrimonio in eius detrimentum permutari, quamuis mulier conſentiat, vel dos deterior non efficiatur, ſed non fiat melioris conditionis, à n.7.ad.9.
Dotes mulierum eſſe ſaluas, intereſt Reipublicæ, iuſque publicum conſiſtit in dotis conſeruatione, ſub n.11.& n.12.
Dos loco legitimæ ſuccedit, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, n.18. Malè tamen ſoluta, in legitimam non imputatur, ſiue à patre, ſiue à fratre data ſit, & quarè, n.19.ad 22. An ad dotantes, an ad filios, & quo titulo pertineat poſt mortem matris, dec.117.n.13.& 14. Eas recuperandi à patre cōpetit filio actio, n.23. Vide verb actio, verb. maritus, verb.mater, verb pactum, verb.pater, & verb.tutor.
Dotis confeſſio, vide ver.cōfeſſio dotis, ver.nouatio.
Dotis vſura, vide verb.intereſſe dotis, & ver. vſura dotis.
Dotarium idem importat, quod tertiaria in uiuentibus iure Francorum, dec.35.n.6.
Doſſicia quid ſit de iure Conſuetudinis Neapolitanæ, & in quo differat ab apertura, dec.66. n.15.
Dubietas iuris æquiparatur dubio facti, dec. 14.n.17.

E

Eccleſia hæres inſtituta non conficiens inuetarium an teneatur vltrà vires hæreditarias creditoribus, & legatarijs, maximè ſi adſit aliquis, contrà quem Eccleſia regreſſum habere poſſet, quod ob illorum negligentiam damnum paſſa ſit, dec.15.à n.8.ad n.20. vbi, quòd non teneatur, & quòd admiſſa opinione, quòd teneatur, ſi eſſet læſa, foret reſtituenda in integrum, & ſic nō ſoluere vltrà uires hæreditarias, & qua ratione, n. 21.24.& 25. An teneatur conficere inuentariū, uel ceſſionarius ab Eccleſia, ſub n.24.& nu.25. Reſpectu reſtitutionis in integrum habet omnia priuilegia, quæ competunt Minoribus, n.24.
Eccleſiæ contractus geſtus abſquè ſollemnitatibus, an ſit ualidus, ſi ipſa uelit, dec. 19.n 6.13.& 14. Datur tamen cautela, ne altera pars ſtet in ſuſpenſo, n.15.
Eccleſia ex quo nō tenetur cōficere inuentariū, nec ipſa poteſt actionem acquirere inſolidum contra hæredem, quia illud non confecerit, dec.41.n.30.
Eccleſiæ fauore quis cogitur inuitus uendere, uel contrahere, dec 50.n.10.
Eccleſia non poteſt contractum factum ab intruſo pro parte approbare, & pro parte non, dec.104. n.31. Re euicta tenetur reſtituere pretium peruentum ex alienatione nullitèr à Prælato facta, ſi in eius utilitatem uerſum ſit, n 37.
Effectus, & obligatio ceſſat, ceſſante cauſa, dec 44. nu.14. Seù diſpoſitio quando non ceſſet, ceſſante cauſa, dec.81.n.2.& 5.
Electio ſemper debet eſſe debitoris, dec.11.ſub n.1. Rei legatæ, uide uer. legati electio Fori, uide uer curialis, uer.uirgo.
Emancipatio legalis, & canonica ius patriæ poteſtatis non tollit quòad commodū filij, d.84.n.11.
Emphyteuta tenetur ad integros canones, quamuis ex re emphyteutica fructus non percipiat, ſi per priùs percepiſſet, uel percipere potuerit, dec.18. n.8. An teneatur non ſolùm ad Canonis ſolutionem, ſi caſu fortuito domus conceſſa fuerit cōbuſta, & remanſerit area, uel non eſt in totum deſtructa, ſed ad reædificandum, n.9. & quarè, n. 10. Ei, non Domino directo accreſcit incrementum in re emphyteutica, n.13.
Emphyteuticæ rei in deuolutione ob non ſolutionē canonum quomodò procedatur, et practicetur in Sacr. Conſ. et an in ea admittatur mora purgatio, deciſ.30.n.16.
Emphyteuta alteri ſubemphyteuticans, habet ſimilitèr iura dominicalia, quæ conceduntur directo Domino concedenti emphyteuſim, et habetur loco directi Domini, dec.46.nu. 29. Secundus ſi emat iura dominicalia, cenſus extinguitur, & quare, ſed nō per hoc perdet ius cōgrui ad ſe ſpectans vigore conſuetudinis, n.30.& 34.
Emphyteuſis quid ſit, & an coniecturis probetur conceſſio in emphyteuſim, quamuis expreſsè non dicatur, dec 70.n.1.2.15.16.& 29. Poteſt concedi cum qualitate hæreditaria, & ſine ea, quando tamen eſt conceſſa pro ſe, & filijs, uel pro ſe, & liberis, abſq; hæredū mentione, tunc dicitur abſquè qualitate hæreditaria, & pater non poteſt filijs præiudicare, alienando, vel aliàs obligando, nec poteſt ſuper re conceſſa maioratum inſtituere, n. 3. Quando autem dicatur acquiſita cum qualitate hæreditaria, n 4. Quando dicatur hæreditaria, & quando mixta, n.6. Eccleſiaſtica à priuata, an differat. Siue priuata, ſiue Eccleſiaſtica recipit formam ab inueſtitura, dec.70.n.25. Ex quibus formulis fiat ex pacto, & prouidentia, ibid.& n.26.
Emphyteutæ, vel ſuperficiario habenti vtile dominium datur vtilis rei vendicatio, dec.101.n.25.
Emphyteuta ſi nolit iudicium ſubire, cōuentus poteſt nominare dominum abſētem, dec.102.n.28. Si incidat in commiſſum an, & quando amittat meliorationes factas in re emphyteutica, deciſ. 120.à n. 1. ad 10. Tenetur rem ſibi conceſſum meliorare, aliàs ipſa priuari poſſet, non tamen tenetur impenſas magnas, vel quid ſimile in ea facere, n.2.& 6. Conſentiens, locum eſſe caducitati



Digitized by Google

tati intentatæ per dominum directum, ob non ſolutionem canonum, an, & quando ipſo iure cadat à re, nec requiratur ſententia, n.13. & 31. vbi deciſio. Quid ſi eum poſtea pœniteat, n.14. vide ver. clauſula in conceſſione emphyteuſis, ver. contractus.

Emptor hæreditatis non poteſt nec in bonis ſuis, & proprio nomine, nec in perſona moleſtari à creditoribus hæreditatis, vel legatarijs ex inuẽtario non confecto, niſi in caſibus, in quibus vẽditor teneretur, d.15 n.7. Bonæ fidei, an & quando lucretur fructus, vel illi compenſentur cum vſuris, & quod ſupereſt cum ſorte, dec.25.n.19.

Emens rem, aut officium cum pecunia alterius fit dominus rei, nec ſuper illa domino pecuniæ actio quæritur, ſed tantùm habet actionem perſonalem pro pecuniæ repetitione, quamuis res fuiſſet empta de pecunia particularitèr mutuata ad emendum, dec.26.n.2 & 3. Rem de pecunia, cum ſocio communi, ſed nomine proprio, non poteſt cogi ad rem emptam communicandam, ſed tantummodò ad exburſandum ratam pecuniarum, ad illum ſpectantem, niſi ſit conuentum inter ſocios de re emenda, dec.26.n.32.33.

Emptor dicitur ſingularis ſucceſſor voluntarius dec. 33. n. 6. Non ligatur promiſſione facta per venditorem eius vicino, in domo ſua feneſtram non conſtruendi, dec.66.n.9. Vacantem poſſeſſionem ex ſolo titulo apprehendere poteſt, dec.108. n.26. Cenſus, vide ver. Cenſus.

Emptiones annuorum introituum, vide verb. annui introitus.

Emptum ex pretio bonorum antiquorum dicitur antiquum, & ſubiacet Conſuetudini Neapolitanæ, ſecundùm quam teſtator non poteſt diſponere de bonis antiquis, niſi de medietate, dec.70. n. 48. Ex pretio rei, in qua quis habet vſumfructum, remanet ſubiectum eidem oneri, n.49.

Epiſcopo ſuſpecto, erit ſuſpectus Vicarius ipſius, dec.90.n.25.

Error in nomine, ſiue à Notario ſcribente, ſiue à teſtatore an, & quando vitiet teſtamentum, deciſ. 9.n.3.9. & 11. vide ver. inſtrumentum. Potiùs, quàm dolus præſumendus eſt.n.6.

Euictio quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, dec.13.ſub n.1.

Euictioni ſemper locus eſt in contractu contemplatione matrimonij, ſiue promiſſa ſit, ſiue non, & quare, dec.40.n.13. & ſeqq. Debetur in donatione ob cauſam, etiam non promiſſa, ſiue à traditione incipiat, ſiue à promiſſione, n.16.

Euictio qualis inſit in beneficium emptoris de natura contractus venditionis, vel retrouenditionis, dec 104.n.8. & 9.

Euictionis promiſſio regulatur ſecundùm naturam contractus, in quo fuit promiſſa, n.15. & 24. Et facta contrà naturam contractus eſt erronea, & non obligat promittentem n.18.

Euictionem promittens, licèt generalem, ſemper intelligitur, niſi à ſe res euincatur, num. 21. Super ea poteſt paciſci, vt quis indefinitè, & generalitèr teneatur, n.25. vide contrahens coactè, ver. Eccleſia, verb. hæres. verb. pupillus, verb. tutor. verb. venditor.

Exceptio iuris dubij æquiparatur dubio facti, dec. 10. ſub n.14. Eundem agentem repellit, quem de euictione tenet actio, dec.13 ſub n.1. Non numeratæ pecuniæ opponi non poteſt, neq; competit aduerſus contractum mutui, ſi debitum ex alia cauſa eſſet conuerſum in contractum mutui, & quarè, dec.38.n.15. Iudicis incompetentiæ tanquam dilatoria impedit litis ingreſſum. Eſt declinatoria fori, & ſuper ea requiritur expreſſa pronunciatio, & interlocutoria, aliàs non habetur pro reiecta, dec.74.n.1. & 2. Compenſationis poteſt opponi etiam aduerſus inſtrumentum liquidum, & aduerſus obligationem in forma Cameræ, dec.82.n.27. 28. Declinatoria fori, an poſſit opponi aduerſus intentantem remedium l. diffamari, C. de ingen. & manum, dec. 89.n. 1. & 8. Eam an poſſit opponere præuentus, maximè ſi ſit Clericus, n.4.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij poteſt opponi poſt ſententiam. An tamen impediat executionem ſententiæ, non oppoſita infra 30. dies à die ſentẽtiæ, etiam oppoſita per viam reſtitutionis in integrum, dec.96.n.1.2. & 9. A quo tamen tempore huius exceptionis tempus currat, n.10. Dicitur exceptio modificatiua, n.3. Dominij oppoſita in poſſeſſorio quando præiudicet in petitorio, & petitorium ſuſpendi poſſit, dec.101.n.28.

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio manutentionis, & poſſeſſorio, ſed ſolũ videtur, quòd poſſidet. ſub n.30.

Exceptio, quæ obſtat cedenti, obſtat etiam ceſſionario, dec. 104.n. 23. Non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi aduerſus apocam Banci, dictantem per altri tanti, dec.111.n.1. & 17. Quid ſi apoca dictet per altri tanti, n.18. Oppoſita cùm verificata, vel recognita eſt apoca, an impediat debitoris carcerationem abſq; depoſito, n.36. Poteſt opponi etiã aduerſus inſtrumentum publicũ, & liquidũ, quãmuis ipſi fuiſſet renunciatũ, & quarè n.2.4 et 7. Aduerſus obligationem penès acta, & quamlibet ſcripturam priuatam, & publicam n.13.14. An, & quando admittatur aduerſus literas cambij, n.15. & 35. Non cenſetur excluſa à ſtatuto excludente omnes exceptiones, n.3. Quibus in caſibus non admittatur, n.5. Ei renunciari nõ poteſt, & ſi ſit renunciatũ, quamuis iurato, opponitur obtenta relaxatione à iuramento, num. 5.8. & 9. Procedit nedum de iure Ciuili, ſed etiam de iure Canonico, de æquitate, & in foro Mercatorum, n.10.11. An poſſit opponi inter Mercatores, n.21.22. & 34.

Exceptiones an, quæ, & quomodò impediant liquidationem publici, & liquidi inſtrumenti, n.25. 26. vide ver. ſtatutum. Quomodò à defenſione differant, n.28.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi aduerſus inſtrumentum, ſtante ſtatuto, vt eſt in Ciuitate Genuæ, quòd aduerſus illud opponi non poſſit, niſi exceptio ſolutionis, ſiue ſimulationis, & quarè, n.29. & 33. Non eſt propriè ſimulatio, ſed differt ab ea, n.30. & 31. Quando opponi debeat in mutuo, n.30. & 37. Simulationis eſt per-

pe-

Digitized by Google

*petua, n.31. Non numeratæ pecuniæ oppoſita per viam præuentionis, ſeruata forma* Regiæ Pragm *an admittatur aduerſus apocam recognitam, vel verificatam n.41.& 42.*

*Exceptio diuiſionis, vel cedendarum, vide verb. creditor exigens, verb. diuiſio, verb. exceptio cedendarum, verb. exceptio taciti pacti Cedendarum ab vno ex correis debendi, an, & quando contrà creditorem poſſit opponi, dec.112.n 4 & 27. Dicitur prouenire ex natura contractus, n.26. Taciti pacti de non petendo, locum non habet, cùm creditor ab vno ex correis inſolidum debendi, partem crediti exigat, & alij non ſint ſoluendo, & quare, n 8.*

*Exceptione Macedoniani oppoſita aduerſus inſtrumenti liquidationem qualitèr Iudex procedere debeat contrà filiumfamilias obligatum, dec. 115.n.27.*

*Exceptio diſcuſſionis inuentarij poteſt ab hærede opponi aduerſus pactum executiuum, n.36.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ, vide ver. creditor, & debitor.*

Excluſio *ceſſat, tàm ex diſpoſitione hominis, quàm legis, ceſſante cauſa excluſionis, dec 103.n.16.*

*Fœminarum, vide verb fœminarum excluſio.*

Exequutio, *quæ fit per Iudicis officium nobile quanto temporis ſpatio præſcribatur, dec. 58. n. 14. Pœnæ fiſcalis an dicatur facta per carcerationẽ debitoris, dec.72.n 6 & 11. Vera eſt captura debitoris, quæ fit in exequutionem ſententiæ, ſub n. 14. Niſi fiat contrà debitorem vti ſuſpectum de fuga, n.15. Non habet certam formam, n.17. Sententiæ in aliena iuriſdictione fieri nõ poteſt, quia eſt actus iuriſdictionis, dec.82.n.1.*

Exequutiuum *remediũ cedi poteſt, d.16.ſub n 42.*

Eximens *carceratum, vide ver. carceratũ eximens.*

Expenſæ *litis, vide verb. alimenta.*

Expreſſio *eorum, quæ inſunt, eſt ſuperflua, deciſ. 105.n.37.*

*Expreſſum ſatis dicitur, quod ſub generali verborum conceptione comprehenditur, dec.1.n.5. Dicitur quòd conſtat ex præſumptionibus, & coniecturis, n.6.*

*Expreſſa magis afficiunt, quàm tacita, dec 22. ſub n.45.*

Extaurita, *et Hoſpitalia, quæ regũtur per laicos, ligantur ſtatutis laicorum, et eorum bona non ſunt Eccleſiaſtica, et quando eorum Gubernatores poſſint cõueniri coràm Iudice laico, d.95.n.5.6.et 7.*

Extenſio *in ſubſtitutionibus non fit de perſona in perſonam, etiam ex maioritate rationis, et ex præſumpta voluntate teſtatoris, dec.1.n 63. In contractu non fit de tempore ad tempus, nec de re ad rem, vel de perſona ad perſonam, dec.37.n. 31.*

Exteri, *qui poſſident bona in aliquo loco, quamuis non ſoluant onera perſonalia, ſoluunt tamen pro bonis per ipſos poſſeſſis tanquàm bonatenentes, et vti tales contribuunt in functionibus fiſcalibus, et quare, dec.116 n.16.et 17. An ex annuis introitibus emptis ab Vniuerſitate, cuius eſt alienigena, teneatur ſoluere collectas tanquàm bona tenens, d n.1.et ſub n.17.*

Extraneus *ſi aliquam dotet, an, et quando videatur dotaſſe animo donandi, dec.38.n 24.*

F

FAber in §.teſtes autem, Inſtitut.de teſtament. *impugnatur, deciſ.10 n.11.*

Fabius de Anna *laudatur, dec.35. ſub n.23.* Capycius Galeota *Regius Conſiliar. et Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ laudatur dec. 5. ſub.n.3. ſtrenuus ſua tẽpeſtate Aduocatus, dec.17 ſub n.2.*

Fabritius Brancatius *acutiſſimi ingenij vir, doctiſſimus Aduocatus, ſua ætate nemini ſecundus, laudatur, dec.16.ſub n.28. Eius allegationes inſeruntur, ibid.*

Facinoroſo, *& aliàs inquiſito non eſt indulgẽdum, dec.74.n.30.*

Factum *in dubio videtur, quod communitèr fieri ſolet, dec 35.n.13. Dicitur eò ipsò, quòd eſt aliquid cœptum in his, quę certam formam non habent, ſecus in his, quæ habent certam formam, deciſ 72 ſub n.16. & vide ver. domus Vnius, alteri imputari non debet, dec 109 n.14.*

Falcidiæ *detractio prohiberi poteſt à teſtatore tacitè, & expreſsè, tacita autem inducitur ex prohibitione alienationis, dec.103 n.77.78.*

Famæ *periculum, vide verb honoris periculum.*

Familia *de Aualos contrahere ſolet, & debet matrimonium ſecundùm morem Magnatum, dec. 35 n 7.*

*Familiæ appellatione quando veniant fœminę, dec. 103.n 7. Non conſeruatur per fœminas, ſed per maſculos, n.14. & dec 108.n.71.*

Feneſtras *abſq; cantonibus ſemper faciunt claudere Tabularij Neapolitani dec 66.ſub n 4.*

*Feneſtræ claudi debent, ſi conſtat de innouatione, quamuis in ijs adſint cantones, & cancellatæ ferreæ, n.16. Vnam qui cõcedat aperiri, alias prohibuiſſe cẽſetur, n.17.19. & 20. Illius circa clauſuram, vel aperturam ſtandum eſt inſtrumento, & pacto in materia* Conſuet. Neap. *n.21.*

D. Ferdinandus Brancia *Reg. Regiam Cancellariã laudatur, dec. 17 antè n.1. dec. 48.ſub n. 11. & dec 88 n.15.* Ezguerra *Reg. Conſiliarius nunc in Regno Siciliæ vltrà Pharum Conſultor laudatur, dec 85 ſub n.9.*

Feudi *ſucceſſio pertinet ad vocatum ex lege inueſtituræ, nihilum valente teſtamento in contrarium, deciſ.5.n.2. & an valeat diſpoſitio quòad fructus feudi, n 4.*

*Feudum debitor, & eius hęres an cogatur vendere, vt ſatisfiat creditoribus abſq; aſſenſu, vide verb. debitor. Qui poſſidet põt illud retinere pro ſuo credito, quãuis aſſenſu careat, & pfertur cæteris non poſſidentibus, dec.6 n.28. Debitor an renũciare poſſit in fraudem creditorũ, d 8.ſub n.17.*

*Feuda, in Regno pertinent ad primogenitum, etiã ſi teneantur in burgenſaticum, dec.23.ſub n.12.*

*Feudalis ſit res, an burgenſatica, articulus an ſpectet ad Sacrum Conſilium, vel Regiam Camerã Summariæ, & quid vbi agitur de poſſeſſorio ſũmariſſimo, dec.33.n.13. & 14.*

*Feudatarius cùm agit, non dicitur agere ex propria perſona, ſed nomine feudi, ità vt feudũ agere dicatur, n.25.*

*Feudum poteſt conſiſtere in annuis introitibus, &*



Digitized by Google

præſtationibus.dec.37.n.3.

Feudo legato, aut donato contemplatione matrimonij, vel in eo inſtituto hærede extraneo, abſquè aſſenſu, an, & quando debeatur æſtimatio, dec. 40. à n. 1. ad 13. & ſub n. 18. vbi affirmatiua deciſio. Quòad hoc an differat legatum ab inſtitutione hæredis, n. 4. Item à contractu inter viuos, ſub n. 2. Debetur tamen, ſi ſuper feudo fuerit cõſtituta vxori quarta abſq; aſſenſu, n 8.

Feudum donatum contemplatione matrimonij alicui pro ſe, & hæredibus, ità Creditoribus venit obligatum, vt quamuis vxor, vel filij non agãt, poſſint ipſi eorum iura experiri ſub n. 18.

Feudi an idem ſit iudicium, quod de actione ad feudum, dec. 43 ſub n. 20.

Feudum quod amittitur ex alienatione abſq; aſſenſu, an, & quando non amittatur, ſi obligetur dec. 43. n. 22. Eius obligatio non valet, abſq; aſſenſu, n. 23. Quaternatum ſecundùm quid quale ſit, dec. 46. n. 26. In eius alienatione requiritur conſenſus, tã Domini directi, quàm ſubalterni, ibid. Et non obſtante ſubinfeudatione primus vaſallus remanet Dominus vtilis, ſeù quaſi vtilis, propter quod poteſt à ſecundo exigere ſeruitia, & in ſecundum tranſit exercitium vtilis dominij, ſub n. 27. & n. 29.

Feudo ad emphyteuſim validum eſt argumentum nu. 27. Nullitèr alienato an, & quando detur agnatis ius prælationis, ſoluto, vel non ſoluto pretio, dec. 57 n. 3. & 36.

Feudum conceſſum pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, an dicatur hæreditariũ, vel ex pacto, n. 4. 5. Vbi non redit ad dominum iure reuerſionis, ſed titulo particulari, vtputà, quia vaſallus eum in feudo inſtituit, qualitas feudi non reſoluitur, nequè feudum mutat ſuam naturam, ſed poſſidebit illud Dominus vti priuatus. dec. 67. n. 1. & vide verb adhoa. Et cùm venditur poſteà per Regem, intelligitur venditũ cum eiſdem prærogatiuis, & priuilegijs, prout ipſe Rex virtute legati eidem facti poſſidebat ſub n. 2. et 4. Quid ſi deuoluatur ob rebellionẽ, n. 10.

Feuda ex pacto, & prouidentia, tamen non hæreditaria dicuntur omnia, quæ conceſſa ſunt pro liberis, alio modo, cùm tamen de hæredibus non fit mentio, & quarè, dec. 70. n. 41.

Feudum ex pacto primus acquirens, poteſt ſucceſſoribus præiudicare cũ aſſenſu concedentis, n. 42. Non acquiritur ex ſolutione releuij, & quid exindè acquiratur, dec. 92. n. 9.

Feudi venditio, vide verb. venditio feudi.

Fictio nunquàm operatur cõtrà tertium, & in eius præiudicium, dec. 25. n. 9. & ſub n. 30.

Fictionum duarum, ſcilicèt fictæ ſolutionis, & retrotractionis concurſus non permittitur, n. 12.

Fida, & diffida in dubio ſpectant ad Baronem, non ad Vniuerſitatem, & in ijs Baro habet intentionẽ fundatam, & quare, dec. 93. ſub n. 8.

Fideicommiſſum allegans, excluditur, niſi probet, ſe eſſe vocatum ex teſtamento. dec. 1. n. 1. Diſcenſiuũ inducitur in deſcendentes, cùm intèr filios inſtitutos eſt facta reciproca ſubſtitutio, & poſt eos eſſent vocati tranſuerſales, ſub n. 46. Reciprocum tacitũ inducitur ex qualibet, etiã leui coniectura in deſcendentibus teſtatoris, n. 55. Non extare pronunciandum eſt in dubio, n. 65. Conditionale regulariter non tranſmittitur, n. 78. Tranſmittitur tamen, ſi adſit tacita voluntas teſtatoris, vt fideicõmiſſum conditionale tranſmittatur, n. 79. & 80. Vbi, quòd voluntas tacita teſtatoris elycitur ex coniecturis omnibus, quæ vocationem filiorum in conditione poſitorum arguunt, licèt faciliùs ex coniecturis inducatur tranſmiſſio, quàm vocatio, n. 81. Conditionale an, & quando tranſmittatur, quia filij poſiti ſint in conditione, non concurrentibus alijs coniecturis, à n. 84. ad 93. Spem tranſmittit in liberos decedens, quando filij ad inuicẽ ſunt ſubſtituti, ſub ea conditione, ſi deceſſerint abſquè liberis, & ſi omnes deceſſerint abſquè liberis, vel cum liberis, qui decederent in pupillari ætate, vel quandocunquè fuit inſtituta perſona magis cõiuncta, quæ reſpectu deſcendentium diceretur extranea, n. 90. Conditionale tranſmittitur ad filios poſitos in conditione, quando teſtator digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, in vltima poſt mortẽ filiorum ſubſtituit extraneum, vel remotiorem in gradu, vel magis coniunctum teſtatoris, n. 93. Maximè ſi ſubſtitutio prædicta eſſet vnita cum iure accreſcendi, n. 94. Sed cõtrariũ deciditur, n. 109 & 110. Etiã ſi ſit facta ſubſtitutio inter deſcendentes, & quarè ib.

Fideicommiſſum morte ſubſtituti ante euentum conditionis an, & quando tranſmittatur ad hæredes, vel euaneſcat, deciſ. 2. num. 1. & 5. ad n. 9. vbi deciſio, & ſub n. 16 ad n. 23. Fieri poteſt in contractibus, num 2. Præſertim donationis, ibid. & n. 3. Maximè, ſi fideicommiſſum ſit particulare, n. 4. Quòd fiat in contractu, vel in teſtamento quid intereſt reſpectu trãſmiſſionis, n. 10. & 13. & ſub n. 16. Vbi, quòd eſt locus tranſmiſſioni ſpei fideicommiſſi conditionalis, facti in cõtractibus, ſecùs ſi in vltimis voluntatibus factũ proponatur. Niſi conditio poteſtatiua ſit, quæ ſcilicèt ex mera voluntate ſtipulatoris dependeret, quia tunc per mortẽ ipſius ſtipulatoris euaneſceret, nec ad hæredes tranſiret, n. 17. Tranſiret tamen ad hæredes ſpes conditionis, ſi non eſſet adimplenda ab ipſo ſtipulatore ſed ab alio, n. 18. Fallit in his, quæ ex eorum natura non ſunt ad hæredes tranſmiſſibilia; Item, vbi perſona cõtrahentis tantùm conſiderata eſt, nam tunc eo mortuo conditio omninò deficit. n. 19. 20. & vide ver conditionalis diſpoſitio.

Fideicommiſſo conditionali non cenſetur renunciatum in renunciatione, quantumuis generali, maximè quando de dicto fideicommiſſo non præceſſit certificatio in puella renunciante, & quæ nõ fuit præſens tempore celebrati contractus fideicommiſſi, n. 40. Maximè ſi puella renunciet in manibus patris, & quarè, n. 46. De quo quis non habuit notitiam, non præſumitur velle renunciare, quamuis fideicommiſſum purificatum eſſet, eſſetq; facta mentio de fideicommiſſo in genere, & non in ſpecie, n. 41. 42. & 49. Etiam ſi adeſſent in renunciatione verba importantia iura de futuro, & de nouo ſuperuenitia, aut adeſſet

ſet iuramentum, n.43.& 44.

Fideicommiſſum conditionale non cenſetur ademptum in ademptione generali, n.53. Ad inducendum potiùs mens debet attendi, quàm verba, dec. 6.n.5. Vniuerſale an, & quando inducatur per verbum, lego adiectum vniuerſalitati bonorũ, ſi ſuam, vel quam habuit ab alio hæreditatem leget, & an per verbum, perueniat, habeat, pertineat, ſit, accipiat à n.6 ad n.12.

Fideicommiſſarius, reſtituta ſibi hæreditate per hæredem, tenetur ad onera hæreditaria, In locum hæredis ſuccedit, eiuſquè locum ingreditur, n.14. & 15 & vide ver. hæres grauatus reſtituere. In reſtitutione hæreditatis poteſt retinere legitimam, dec.10.n.8.

Fideicommiſſum fieri poteſt in contractu donationis, dec.23.n.7.

Fideicommiſſo grauatus liberè poteſt alienare omnia bona, nil penitùs reſeruato ei, cui teſtator voluit bona reſtitui, quando teſtator expreſſam alienandi poteſtatem conceſſit grauato ſub verbis, ad habendum, alienandum, &c. & quarè, n. 8.9.11. & 14. Siuè fideicommiſſum in teſtamẽto factum ſit, ſiuè in contractu, & donatione, n.7.9.

Fideicommiſſi extinctionem quando non importet, eiuſq; remiſsionem verba in eo appoſita ad habendum, alienandum, etc. n.14. In petitione an, & quando veniant ea, quæ maritus donauit vxori, ſi poſt donationem fideicommiſſum reliquit, dec.44.ſub n.23.

Fideicommiſſum an inducat in caſu alienationis tantùm, vel etiam mortis prohibitio alienationis inter extraneos, & quid de verbo Hæres poſito in conceſſione, dec.70.n.30.ad 32.

Fideicommiſſarius quamuis rei vendicatione agere nequeat, vbi bona fideicommiſſo ſubiecta cum eius conſenſu alienata fuerint, tamen agere poterit ad pretium contra venditorem, & quid tũc operetur conſenſus fideicommiſſarij cum reſeruatione iuris ſui, n.50.& 52.

Fideicõmiſſum maſculinum fauore familiæ inducitur ex prohibitione alienationis, extra familiam facta, vt bona conſeruentur in familia, & ex pluribus gradibus ſubſtitutionum inter deſcendentes cũ vocatione maſculorũ dec.103.n.1.2.& 5.

Fideicommiſſarius aſtringitur ad obſeruantiam fideicommiſſi, n.9.

Fideicommiſſo dicitur renunciatum per poteſtatem cõceſſam alienãdi, & diſponendi ad libitum, n.12.

Fideicommiſſum non extare in dubio pronunciandũ eſt, n.22. Quando dicatur extinctum in vltimo moriente, n.23. Dicitur extinctũ, vbi non ſupereſt perſona, cui applicari poſſit, nu.24. Et vide ver. alienare.

Fideicommiſſarius particularis an, & quando ſit legitimus contradictor aduerſus hæredem vniuerſalem petentem, immitti in poſſeſſionem bonorũ, etiam fideicommiſſo ſubiectorum, etiam ſi fideicommiſſarius poſſideat, dec.108.à n.2.ad 6.& n. 45.& 47. Et quid, vbi detractiones hæres pratẽdat, & illæ non eſſent faciendæ, n.9.& 10. & n. 79. Dicitur poſſidere cum vitio, ſi à manu hæredis poſſeſſionem non habuerit, n.4. Quid ſi fideicommiſſum ſit particulare, n.22.& 23.

Fideicommiſſum factum, ſub conditione ſi inſtitutus ſine liberis decederet, an, & quando extinguatur, decedente inſtituto cum filijs, licèt teſtator agnationem, & familiã reſpexiſſet, n.11.12.63.& 64. & dec.110.n.9. Declarare, ſi extet, vel ſecus, non eſt in priuatorum arbitrio, & voluntate, ſed Iudicis, n.20. Vniuerſale non tranſit in fideicommiſſarium, abſquè verbali, vel reali grauati reſtitutione, ſecus in fideicommiſſo particulari, n.27.

Fideicommiſſarius particularis, vel ſubſtitutus poteſt aduerſus poſſeſſorem directè agere, iudicio rei vendicationis, n.28. Particularis poteſt propria authoritate poſſeſſionem rei fideicommiſſo ſubiectæ apprehendere, maximè ſi teſtator vſus ſit verbo ſuccedat, vel à teſtatore talis poteſtas ei data ſit, quamuis tacitè, n.29.ad 32. Quomodò arguatur tacita iſta poteſtas, à n.33.ad 36. Poteſt item, cùm hæreditas eſſet vacans, n.37. Immitti debet in poſſeſſionem bonorum, vbi euitaretur inanis circuitus, etiam cùm eſſent faciendæ detractiones, deductis tamen bonis pro concurrenti quantitate legitimæ, ſeù trebellianicæ, & bonis, in quibus conſtaret, vel non de bono iure hæredis, à n.38.ad 41. & n.82. Et quid agendum eſſet circa bona, in quibus adeſſet probabilis difficultas, n.82. Permutationem factam per grauatum, ratam habere an poſſit, & rem permutatã vendicare, n.80. Quando includatur in fideicõmiſſo, non per viam extenſionis, ſed comprehenſionis, explicatur, n.74.

Fideicõmiſſum etiam reſultat ex coniecturis probabilibus, & neceſſarijs, n.52. & dec.110.n.30. Perpetuum inducitur ex vocatione Primogenitorum, n.76. An, & quando inducatur ex prohibitione alienationis, vt bona in familia conſeruentur, dec.110 n.6.& 7.

Fideicommiſſa, vide ver. legata, & fideicõmiſſa, & ver. tranſmiſſionis iura.

Fideicommiſſi de re alienatio, vide ver. alienatio.

Fideicommiſſarius, vide ver ſollemnitas iuris.

Fideiuſſio militis an valeat, dec.102. à n.1.ad 4. Mortuo principali an, & quomodò incuſari poſſit contrà hæredem n.19. & ſub n.22. De iudicatum ſoluendo morte fideiuſſoris non extinguitur, ſed ad eius hæredes tranſit, n.53. De iudicatum ſoluendo paratam habet exequutionem cõtrà principalem, abſquè nouo proceſſu, & ordinè iudiciali, n.54. Si ſit fideiuſſor iudicij, non contractus, n.55.

Fideiuſſor cenſus, ſi ſoluens obtineat ceſſionem iuriũ, nõ extinguitur cẽſus, & quarè dec 16 n.19. Arcæ arrendamenti an ſit liberatus, ſi mercator, qui arcam exercebat, acceptando literas cambij, eas ſcripſit ad creditum, & debitum ipſius creditoris, nouaſque fecit literas pro illarum ſolutione, & an ſit inducta nouatio, dec.20 per tot. & ſub n.11. Soluens, cenſetur nomen debitoris emere, & ideò ſemper fieri poteſt ceſſio, etiam poſt ſolutionem ex interuallo, dec.32.n.6. Poteſt cogere creditorem ad cedẽdum etiam actiones reales, & hypothecarias contrà alios confideiuſſores, n. 7. An, & quando poſſit cogi ad ſoluendum totum de-

Digitized by Google

*debitum, Inſolidum obligatus cum iuramento an habeat, & renunciare poſſit beneficium excuſſionis, & diuiſionis, ex* Epiſtola D.Hadriani, *n.*11.*&* 12.

Filia *fœmina in hoc Regno, ſtantibus maſculis, nō ſuccedit, dec.*3.*n.*2.*Stante ſtatuto excludente fœminas, ſtantibus maſculis, non facit deficere fideicommiſſi conditionem*, ſi ſine liberis deceſſerit, *n.*10 *&* 13. *Non includitur in vocatione filiorum, nec facit deficere conditionem fideicommiſſi* ſi ſine liberis, *&c ſtante ſtatuto excludente fœminas, ſtantibus maſculis, niſi illæ non ſint excluſæ in totum, ſed tantùm eis maſculi præferantur & iſti non ſuccederent, vel cum verbo* filijs *ſit adiunctum verbum* hæredibus, & ſucceſſorib.*n.*10.*& à n.*13.*ad* 17.

*Filia renūciās patri, et eius hæredibus & ſucceſſoribus, poteſt patri ſuccedere ab inteſtato, quia cēſetur tacitè vocata, ex teſtamento autem contrà patris voluntatem ſuccedere non poteſt, quotiès accepta dote renunciauit, maximè quando in renunciatione adeſt iuramentū, n.*26.*&* 27. *Quod procedit, etiam quando tempore renunciationis aderat maſculus, qui tamen præmortuus eſſet tempore mortis patris, teſtamento condito, etiam extraneo inſtituto, ſub n.*27. *Tunc non poteſt venire contrà teſtamentum patris neque vigore* Conſuetud.Neapolitana, *ſub n.*28. *Qui teneat, etiam ab inteſtato filiam renunciantem eſſe excluſam, recenſentur, n.*30. *Subintrat non ſolùm in locum, ſed & in ſexum patris, etiam ad finem excludendi ſubſtitutum, dec.*4 *n.*12.*&* 13. *vide tamen ſub n.*14.*& n.*15.*vbi, quòd non detur repræſentatio, niſi cum qualitate muliebri, & ad finem concurrendi cum amita, non illam excludēdi, & vide ver fœmina deſcendēs ex maſculo.*

*Filiafamilias nupta de iure communi Romanorum eſt in poteſtate patris, non viri, ſecus eſt de iure conſuetudinario Neapolis, quo iure eò ipſo, quòd nubit, fit ſui iuris, ſed an poſſit tunc teſtari, dec.* 34.*n.*8.9 *et* 10.*Etiam Neapolitana nubēdo quādo efficiatur ſui iuris, dec* 98.*à n.*1.*& à n.*4. *De iure communi remanet in poteſtate patris, & teſtamenti factionem non habet, n.*4. *&* 5. *Quid de iure Francorum, n.*32.

*Filia legitima, vel illegitima nupta, & dotata à patre an, & quando agere poſſit ad ſupplementum dotis poſt mortem patris, etiam data læſione, dec.*99 *à n.*1.*& à n.*7 *& vide ver pater.*

*Filiæ illegitimè natæ, nec hæreditas patris, nec legitima debetur, n.*7. *A patre præterita, cōtrabulare non poteſt, n.*13. *Naturalis nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, patri ſuccedit, n.*8. *Siuè extet, ſiuè non proles legitima, & in quo ſuccedat, & an tunc ei alimenta debeantur, n.*9.10.11. *Naturalis nupta viro legitimo, efficitur legitima, & ex viri capacitate efficitur capax, n.*29. *&* 30. *Imò admittitur ad ſucceſſionem, excluſis agnatis, & conſanguineis teſtatoris, n.*31. *Spuria dos qualitèr ſit conſtituenda, n.*25. *Si ſit nuptura, ei plus pater poteſt dare in cauſā alimentorum, quam ſi non eſſet nuptura, n.*28.

*Filia illegitima dotata à patre an, & quando excludatur à duabus vncijs, ſibi à lege debitis, n.* 26.*Naturalis vide ver.pater tenetur.*

Filiationis *naturalis qualitas remittitur arbitrio Iudicis, dec.*99.*n.*32.

Filij *poſiti in conditione, an cenſeantur diſpoſitiuè vocati, recenſentur Doctores, & deciſiones pro vtraquè parte, deciſ.*1.*num.*3.*&* 4.*& num.* 92. *Poſiti in conditione, cenſentur vocati, cùm ex coniecturis conſtaret de volūtate teſtatoris, n.*5. *Quæ autem, & quales debeant eſſe coniecturæ ad interpetrandum hanc teſtatoris voluntatem, recenſentur, n.*7. *vbi, quòd non ſufficiunt coniecturæ leues, ſed fortes, & vrgentes, etiam in deſcendentibus teſtatoris, & dec.*110. *à n.*1.*ad* 3. *& n.* 10. *Poſiti in conditione cenſentur vocati ex coniecturata mente teſtatoris, ſi teſtator reſpexit fauorem agnationis, vocando maſculos, n.* 8.*Item, quando teſtator habuit animum conſeruandi bona in familia, ſiuè in deſcendentibus poſitis in cōditione, n.*9 *& dec.*110.*n.*5. *Tertiò, ſi poſiti in conditione fuerunt grauati, maximè cū pluribus gradibus ſubſtitutionum, ibid.n.*10. *Item cùm in aliqua parte teſtamenti, vel aliquo caſu poſiti in cōditione ſunt diſpoſitiuè vocati, n.*11. *Poſiti in conditione cenſētur vocati, ſi ſint de deſcendentibus teſtatoris, n.*12.*Et quarè, n.*13.*Si tamen hæc coniectura ſola non ſit, ſed coadiuuaretur ab alijs, quanquam leuibus coniecturis, quia ſola non ſufficit, n.*14.*& dec.*110. *n.*15.

*Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi non ſimpliciter, ſed vt filios legitimos, & naturales poſuit teſtator, n.*15.*Ibi ratio, quod an, & quando ſit verum, declaratur ibi latiſſimè n.* 16.*&* 17.*& dec.*110.*n.*5. *Item cùm teſtator, qui filios poſuit in conditione digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum, n.*18.*& n.*49.*Recenſentur tamen, qui contrarium voluernt, n.* 19. *Et qui coniecturam validiſſimam probant contrà extraneum ſubſtitutum, n.*20. *vel cùm concurrant aliæ coniecturæ, maximè ſi vocati ſint de deſcendentibus, n.*21.*& dec.*110.*n.*11.*&* 12. *Item cùm nō ſemel, ſed pluries filij poſiti ſint in conditione, n.*22.*Poſiti in conditione an cenſeantur vocati, quòd prohibita ſit trebellianica, & falcidia à n.* 23.*ad* 27.*Poſiti in conditione, abſq. dubio ſubſtitutum excludunt, ſub n* 25. *Poſiti in conditione cenſentur vocati ex coniecturata mente teſtatoris, ſi in teſtamento appoſita ſit clauſula* omni modo meliori, *In quacunq parte teſtamenti appoſita ſit, ſiuè in principio, ſiuè in fine, n.*28.*&* 29.*& dec.*110.*n.*5. *An autem ſit coniectura ſufficiens, quòd inter inſtitutos ſit facta reciproca ſubſtitutio, n.*30. *& ſeq. & dec.*110.*n.*11. *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſubſtitutis ad inuicem inſtitutis teſtator poſt mortem omnium filiorum abſquè filijs legitimis, & naturalibus in pupillari ætate, vel quandocunq ſubſtituit magis ſibi coniunctum, n.*32.

*Filij poſiti in conditione vt cenſeantur vocati ex coniecturata mente teſtatoris, coniecturæ de per ſe inualidæ, & imperfectæ non coniunguntur, n.* 33. *An vnica ad hoc ſufficiat coniectura, vel plu-*

plures requirantur, n.34 Vbi, quòd quando plures coniecturę concurrunt, & vna ab alijs fouetur, abſq; ſcrupulo poſiti in conditione cenſentur vocati, & n.35. Vbi, quòd hoc relinquitur arbitrio Iudicis, niſi claras habeamus Doctorum deciſiones, & opiniones, ſub n.36. & vide n 37. Poſiti in conditione vt cenſeantur ex vnica coniectura vocati, coniectura concurrens debet eſſe vrgens, & efficax, quòd ſi plures concurrant, etiã leues ſufficiunt, n.42. Inſtitutorum poſiti in conditione licèt virtualitèr, & interpetratiuè vocati cenſeantur, id tamen intelligitur quòad portionem patris inſtituti, non patrui, ſub n.56. Poſiti in conditione an dicantur vocati ex propria perſona, vel ſubſtituti per fideicommiſſum, n.59. & 92. Poſiti in cõditione, admiſſa opinione, quòd cenſeãtur vocati ſaltim ex coniecturis, ſunt vocati tacitè, n.107. In conditione poſiti regularitèr nõ cenſentur inuicem ſubſtituti, etiam ſi ſint deſcendentes teſtatoris, n.66. & 67 Poſiti in conditione, ſicuti cùm vocantur, dicuntur vocati ad portionem patris ſui tantùm, non patrui, ità quoquè in portionẽ patris tantùm ſuccedũt, qui iure tranſmiſſionis admittuntur, n.82 Etiam ſi ſint de deſcentibus, dec.110.n.26. & 27. Poſiti in cõditione ex coniecturis, cenſentur vocati non ſolùm ad portionem matris, ſed etiam amitæ, maximè ſi tractetur de nepte teſtatoris ad excluſionem penitùs extranei, n.111. vbi deciſio, & vide dec.110.n.26. & 27.

Filius poſitus in cõditione, mortuo patre admittitur, caſu, quo ex ſubſtitutione reciproca admitteretur eius pater, ſi viueret, ſub n.111. Poſitus in conditione quando ex coniecturis cenſẽtur vocatus, reuocat alienata per patrem, dec.110.n.23.

Filiorum appellatione venit fœmina de iure cõmuni, quid de iure Conſtit. Regni, dec.3.n.1. & 2. An veniat in contractibus, ſicut in vltimis voluntatibus, n.11. & 12.

Filij ſi inſtituantur, ſoli maſculi inſtituti cenſentur, ſtante ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, à n.3. & 9. Maſculis tamen deficientibus, fœminæ includentur, num.5. Licèt contrarium teneant relati n.6. Appellatione non venit legitimatus per reſcriptum Principis in Statu Eccleſiaſtico, nec in Dominio Veneto, n.17. De iure aũt communi an, & quãdo faciat deficere conditionem fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, à n.18. ad 25. Non tamen venit, aut excludit ſubſtitutum, quoties teſtator vtitur illis verbis, legitimè natis, vel legitimo matrimonio procreatis, n.24.25. Filiorũ poſiti in conditione in donatione facta à patre filio contemplatione matrimonij, pro ſe, & filiis, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus, cenſentur vocati, ſed cum qualitate hæreditaria, ità vt ſint filij, & ſint etiam hæredes, n.32. Succedunt in portionem patris, non patrui, cùm in ſubſtitutione inter filios non adeſt reciproca, ſiuè illa vulgaris ſit, ſiuè fideicommiſſaria, n.34. & 35. Quòd ſubintrent in matris gradum, non habent à matre, ſed à lege, dec.4. ſub n.6.

Filius ſi retineat bona matris, cuius eſt creditor ex cauſa adminiſtratæ tutelæ, nõ inducitur præſumptio aditionis hæreditatis, ex retentione bonorum hæreditariorum, ſed præſumitur, illa bona retinere eo titulo, quo ſibi vtilior eſt, dec.13.n.10. Naturalis an poſſit hæres inſtitui, dec.14.n.2. Inſtitutus an immitti debeat in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, ſi pater illum in teſtamento inſtituat, & appellet naturalem, ibid. & n.14. & 20. Præſertim abſque termino, n.12. & 32. An tunc præſumendus ſit in dubio ſpurius, non naturalis, & quid ſi conſtet, eum ex illegitimo matrimonio natum, maximè de iure Canonico, & quando poſſidet, ſub n.2. ad 10. & n.19. Patris confeſſio an illum probet naturalem, n.18 19. Natus ex concubitu habito cum virgine, vel vidua, præſumitur ex ſtupro ortus, n.8. Habitus ex Concubina, quæ virum habet, adulterinus eſt, nedùm ſpurius, n.21. Dicitur ſpurius, cùm probatur, maritum eſſe mortuum, ſub n.23. & n.25

Filij legitimi, & naturales nati ex filio ſpurio, poſſunt inſtitui hæredes à patre ſpurij, quando caret legitimis, & naturalibus, n.28. Dummodò inſtitutio nepotum non fiat in fraudem, & contẽplatione ſpurij, & per indirectum veniret incapàx inſtitutus, quod præſumetur in dubio, n.29.30. & quarè, n.31. Primi matrimonij non cõquærentes de ſecundis matris nuptijs, ſed cum ea cohabitantes, & vitrico, vel eam inſtituentes, aut aliquid relinquentes, an, & quando cenſeantur remiſiſſe pœnas fœminæ, dec.22. n.18. ad 20. & nu. 44. ſub n 45. & n.46. & ſeq. Et an tunc omnium conſenſus requiratur, an ſufficiat vnius, n.40. Eius patiẽtia nõ habetur pro cõsẽſu, vbi tractatur de eius præiudicio, ob metum reuerentialem, vel ſaltem, ad finem, vt ſibi inferatur præiudicium, debet de eius iuribus eſſe certificatus, nu.47. Mortua matre, quæ dote recepta renunciauit, poſſunt ſuccedere auunculo ex propria perſona cum alijs auunculis, collata tamen dote, quamuis renunciaſſet mater cum iuramento, dec.41.n 6. & 7. Quarè ijs renunciatio matris non obſtet, n.4.13.14. & 16.

Filius exhæredati non repellitur à ſucceſſione exhæredantis, ſed cum patruo concurrit, Auo loco filiorum ſunt, & exhæredari debent, vel inſtitui, aliàs poſſunt contratabulare teſtamentum, n.10. & 15. Sed vide n.20. Non dicitur ſe hæreditati patris immiſcuiſſe, quia funeralia patri fecit, dec. 47. n. 21. Tenetur recognoſcere patris ſui ſcripturam, & ſigillum, dec.55. ſub n.6 & n.7.

Filij in antephato, attento iure communi ſuccedunt patri, vti filij, non vti hæredes, ſecus tamen eſt ex Conſuetudine huius Ciuitatis, ſecundùm quam etiam ſi matrimonium ſit contractum, iuxtà morem Procerum, & Magnatum, ſuccedũt, vti hæredes, & tenentur ſatisfacere creditoribus patris, dec.63. à n.4. ad 6. Huic Conſuetudini renũciari an poſſit, & an valeat pactum, quòd filij ſuccedant vti filij, non vti hæredes, & à quo tẽpore ſit inuenta cautela iſta, ſub n.6. & à n.10.

Filijs in hoc an quæratur ius ex ſtipulatione patris, vel matris, ſi Notarius pro iis non ſtipuletur, à n.1. & ſub n.5.

Filio recipiente dotem ab vxore, quam duxit, conſen-

ſen-

Digitized by Google

ſentiente patre, vel matre; eo mortuo parentes de iure Conſuet. Neap. non tenentur ad illius reſtitutionem, eorum vita durante, ſed poſt mortem, dec.64 n.1. An tamen tunc viuo patre, nurus poſſit agere, vt ponatur in tuto quantitatis ſibi perueniendæ poſt mortem ſoceri, n.2.& ſub n.8. Pro qua tamen parte pater teneatur, quid ſi pater conſentiat, dotem filio ſolui, & eum obliget ſimplex præſentia, abſquè conſenſu in ſolutione dotis filio, & in quo differat circà hæc ius commune à Conſuetudine, à n.5.& n.6.

Filij, quando non vti hæredes, ſed ex propria perſona admittantur ad emphyteuſim à patre quæſitam. dec.70.n.4.

Filius non eſt idoneus teſtis pro eius patre, dec.73. n.35. Si ſit excluſus petere hæreditatem paternã per titulum vndè liberi, an & quando poſſet adire per tit. vndè legitimi, & ab inteſtato, dec.80. n.4. & 12. Ex potentia ſuitatis an, & quando, quomodo, & quorum hæreditatem, licèt non aditam, transmittat, nõ ſolùm ad filios, ſed ad alios, dec.84.à n.6. Quid ſi talis ſit, qui habeatur pro emãcipato ex coniugio cũ volũtate patris, n.12.

Filij in antephato de iure communi ſuccedunt vti filij, & non vti patris hæredes, quid ſecundum morem Procerum, & Magnatum, dec 98.n 19. 20. Illegitimè nati an, & qualitèr ſuccedant, præſertim in feudis, dec.99.ſub n.35. Poſiti in conditione per ablatiuum abſolutum, cenſentur vocati, dec.110.n.14. In conditione poſiti, an cenſeantur vocati, quia ſint expreſsè vocati filij vltimi ſubſtituti, à n.20.ad 22 Vbi ex coniecturis cenſerentur vocati, non cẽſentur etiam grauati, n.35.

Filius vt agat ad bona materna, quid probare debeat, Reſpectu hæreditatis matris non procedit quod dicitur, filius, ergo hæres, An, & quando tranſmittat hæreditatem matris non aditam, dec. 117.à n.1. ad 5. & n.11. & 27. An, & quando poſſit repudiare dotes maternas in fraudem creditorum, ſub n.25.& n 29. Arrogatus, vide ver. quarta.

Filij poſiti in cõditione, vide ver. alienationis prohibitio, ver. teſtator ponendo filios in conditione, videtur illos prædilexiſſe ſubſtitutis.

Fiſcus ex ſpeciali priuilegio poteſt rem communem ſocij alienare, eiq; partem pretij competẽtem dare, dec.28.n.14. An habeat intentionem fundatam, ſi Clericus beneficiatus, abſq; habitu, & tõſura peruenerit in poſſe Iudicis ſæcularis, niſi oſtendat, talem Clericum beneficio eſſe priuatum, dec.73 n.31. & 33. In Regno non appellat, ſed tantùm habet recurſum, dec.78.ſub n.6. Tamen ſi inquiſitus appellaret, cenſetur ipſo facto appellationi adhæſiſſe niſi tamen pars quærelans eſſet in iudicio, & nõ appellaſſet n 9.& 10. Habet hypothecam pro releuio, nedùm ſimplo, ſed etiam duplicato, & pro omni debito fiſcali, dec. 92.n.4.& 5.

D. Flaminius Conſtantius vir Patritius, & Regius Conſiliarius laudatur, dec.13.ſub n.12.& dec.98.ſub n.49.

Focularia Regni vbi notentur, elucidatur, dec.116. ſub n.12.

Fœmina deſcendens ex maſculo an amitæ præferatur, vel cum ea concurrat, ſtante ſtatuto, quòd maſculi fœminas excludant, & in terminis Cõſuetudinis Neapolitanæ, maximè in ſucceſſione tranſuerſalium, & in Regno, dec.4. à n.11. ad 16. & vide ver filia ſubintrat.

Fœminarum excluſio, ſtante ſtatuto eas excludente propter maſculos, non conſiſtit ſolùm in maſculinitate, ſed etiam in dotatione, dec.38 n.51.

Fœmina, ad hoc, vt dicatur maſculiata, quæ requirãtur, & quando dici poſſit maſculiata, dec.59. à n. 7.& n.11. Et vide ver. ſoror dicitur maſculiata.

Fœmina dotata, & excluſa, portio in materia Conſuet. Neapol. an accreſcat fratri maſculo ſuccedẽti cum matre in bonis fratris, an fratri ſimul, & matri, dec.61. à n.7. Eam vnica dotatio excludit ab omnium ſucceſſione de iure Conſuet. Neap. ſecus de iure Conſtit. Reg.& quarè, n.8.9.10.

Fœmina maſculiata de iure Cõſuet. Ciuit. Neapol. ſuccedit fratri ſimùl cum maſculis, nu. 11. Non dotata, nec maſculiata an, & quando faciat partem ad beneficium maſculorũ in eadem materia Conſuetudinis, n.12. Dũ viuit, dicitur de agnatione, & quando veniat appellatione familiæ, dec. 103.n.6.& 7. Cùm tamen vocatur, non admittitur ad ſucceſſionẽ, niſi decedentibus omnibus maſculis, & quare n.10. Sunt excluſæ, quotieſcunquè vocãtur maſculi, ſub n.13. Si vocetur ad fideicommiſſum, deficientibus maſculis, ſed modo, & forma à iure permiſſis, an veniat ex diſpoſitione legis, vel hominis, n.18.& 19.& vide ver. verba illa.

Fœminæ ob maſculos excluduntur à fideicommiſſo, vbi viget eadem ratio, & veriſimilis teſtatoris voluntas, tàm in vno, quàm in alio caſu, vel vbi agnatio eſt contemplata, dec.108.n.70.73.

Follerius in praxi crim. ver. foriudicentur, ſub n.4. explicatur dec.74.n.19.& 24 Relatus à Regẽte Rouito in pragmat.1. de abolition.n.20. declaratur, dec.105.n.74.

Forma deficiente, actus redditur nullus, ipſo iure dec.29.n.3.

Forum quis ſortitur ratione contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, ſi tamen ibi reperiatur, dec.82.n.26.

Forus conſcientiæ, vide ver. conſcientiæ forus.

Franciſcus Antonius de Angelis Regius Conſiliarius laudatur, dec.15.ſub n.25. De Barry explicatur lib.7.de ſucceſſion.tit.2.n.9. quòd loquatur contrà communem DD. ſententiam, dec. 1.n.74. De Petris laudatur dec.47.ſub n.7.

Frater dicitur quaſi, ſeù ferè alter, dec.9.n.10. Promittendo dotem pro ſorore, an, & quando obligetur nomine proprio, vel vti patris hæres, dec. 38 à n.6.ſub n.10.ſub n.35.& n.48. vbi deciſio. Tenetur dotare ſororem de bonis paternis, etiam attenta Conſt. huius Regni, & Conſuet. huius Ciuit. Neap. n.3. Onus, quod habet per Conſtitutionem, & Conſuetudinem dotandi ſororem, eſt hæreditarium, tanquàm æs alienum, n.5. Minor ſi cum authoritate tutoris dotauit ſororem vltrà vires patrimonij, quando conditio, ſeù nobilitas viri illas dotes patiatur, non dicitur deceptus, nec datur ei reſtitutio in integrũ, n. 18. An, & quando dotando ſororem videatur dotare



Digitized by Google

animo donandi dotem, n.24. *Promittens dotem ſorori ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, an, & contrà quem petat, moderari promiſſionem factam, vltrà ſororis portionem, á n.43 & vide ver. dos ſi alicui promittatur. Venit appellatione extranei, n.10.*

*Fratres ex uno latere coniuncti excluduntur à ſucceſſione alterius fratris per exiſtentiam patris de iure communi, non ſic de iure Conſuetudinario Neapol. dec.61. n.2. & 4 & quarè, n.5.*

*Frater conſanguineus tenetur dotare ſororem conſanguineam, n.13. An iterùm teneatur dotare ſororem, ſi dos in totum, uel in partem ſit deperdita, vide ver. pater, vel frater.*

*Fratres Capuccini, & alij Minores, vide ver. teſtes in teſtamento.*

Fraus, *vide ver. donatio facta, ſeruata forma diſpoſitionis paternæ.*

Fructus *rei venditæ, cum pacto de retrouendẽdo, qui emit non tenetur reſtituere, ſi antè moram percepti ſint, dec.16. n.33. Pignoris non compenſantur in ſortem, niſi à Parte petatur, dec.25. n 4. Nõ compenſantur cum ſorte, ſed cum intereſſe, & ſi plus eſt, cum ſorte, n.5. & 6. Declara, vt n.18. Et cùm ſit compenſatio cum ipſa ſorte, procedit inter debitorem, & creditorem, ſecùs quando adeſt tertij, & creditoris hypothecarij præiudicium, n.7. Non compenſantur cum ſorte, cùm ea liquida non eſt, & quarè, n.10. Itèm cùm condemnatur poſſeſſor ad relaxandum territoriũ cũ fructibus, reſtituto pretio cum intereſſe, ſub n. 12. Et quomodo tunc ferri debeat ſententia, vt fiat compenſatio, n.13 & ſub n.38. et n.39.*

*Fructuum feudi reſpectu poteſt paciſci abſq; aſſenſu Regis, dec.26. ſub n 8.*

*Fructus bonorum antiquorum maturati, & non exacti, an ſubſint diſpoſitioni* Conſuetudinis Neapolitanæ *proùt cætera bona, dec.62. antè n.1. n.2. & 4. Vbi deciſio negatiua, & quarè. Percepti ex bonis fideicommiſſo ſubiectis an, & quando ſint hæredis, vel fideicommiſſarij, nu.1. Et quomodò inter eos ſint diuidendi fructus naturales, vel induſtriales, ciuiles, & qui ſemel in anno colliguntur, ibidem. Et vſuræ veniunt ex bonis, & non propter bona, n.3. Beneficij maturati, & à ſolo ſeparati an pertineant ad hæredẽ beneficiati, ad ſucceſſorem in beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, n.6. Pendentes, & nondùm percepti, ſunt pars fundi, & veniunt in relaxatione ipſius fundi, dec.65. n.16. Percepti ab vxore, vel eius hærede, ſoluto matrimonio ex bonis viri, an, & quando computẽtur in ſortem dotis, dec. 97 à n. 1. & vide ver. vxor. Percepti per virum ex pignore retento pro dote, compenſantur cum vſuris dotalibus, n. 3. Percepti ex re fructifera loco pignoris per creditorem retenta, extenuant ſortem, quamuis tradatur loco pignoris, pro exequutione ſententiæ, vel adſit pactum inter debitorem, & creditorem, nè in ſortem imputentur, à n.3. ad 5.*

*Fructuum reſtitutio an à die litis conteſtationis, vel à quo tempore fieri debeat à bonæ fidei poſſeſſore conuento pro illius reſtitutione, vide ver. bonæ fidei poſſeſſor, verb. malæ fides, verb. poſſeſſor.*

Fuluius Conſtantius *Regens Regiam Cancellariam, Marchio Corleti, laudatur, dec 95. ſub n. 7. 49.* Lanarius *Præſidens Reg. Cam. laudatur, dec. 57. ſub n.2.*

Functiones *Fiſcales particulari titulo quæſitæ per Baronem an, & quando comprehendantur, & cenſeantur vendita, vendito Caſtro* cum omnibus alijs corporibus, tàm feudalibus, quàm burgenſaticis venditis, feudis, &c *dec.37 ſub n.1. n.27. 28. & 32. vbi deciſio, & vide ver. Caſtro vendito. Veniunt appellatione introituum Baronalium ſi conceſſæ ſunt in feudum & ex ipſis præſtentur adhoæ, & donatiua, num. 4. Cohærent perſonæ, non Caſtro. Eas Barones nunquàm in eorum Caſtris poſſidere ſolent, niſi particulari titulo quærant, n.25. 26. Ad quam rationem hodiè exigantur pro foculari, Aliquando ſublatæ fuerunt, & tunc quid Vniuerſitates pendebant ad beneficium Regiæ Curiæ; Quo pacto hodiè Vniuerſitates illas exigant à ſuis focularibus, dec.116. n.8. 9 & ſub n. 10. vide ver. annui reditus, ver. collecta, ver. exteri.*

Fundo *legato quando veniant pecora, & alia animalia, dec 93 n.14.*

Funerum *impenſæ, vide ver. impenſæ funerum.*

G

GAbella *boni denarij Regiæ Curiæ data fuit in locum collectarum, quas pendebat Ciuitas Neapolitana, dec.116. ſub n 4.*

*Gabellæ onus pro venditione tritici quamuis ex ſtatuto ſpectet ad venditorem, poteſt tamen ex pacto transferri in emptorem, n.39.*

*Gabellam de ſoluendo pactum dicitur pars pretij, nu.40.*

Generi *per ſpeciem derogatur, dec.35. ſub n.11.*

Gloſſæ *diſtinctio in* l. Paulo Callimacho, §. Põpeius, ff. de legat.3 *refertur, & improbatur, dec.2. n. 52. In* §. ſi quis autem, in ver. eos, auth. de triente, & ſemiſſe *explicatur, dec.55. n.5. In* l. Imperatores, ff. de tut. & rat. diſtrah. *declaratur, dec.119. n.14.*

Gratia *medietatis pœnæ fiſcalis ſolita fieri cum clauſula,* dùmmodo non fuerit executa, neque ſoluta, *an operetur, debitore pro ea carcerato, dec.72 antè n.1. n.6. & 15. & ſub n 18. vbi deciſio negatiua. Conditionalis, iuſtificatis conditionibus in ea expreſſis, verificatur, dec.105. n.49. Facta alicui, cum quo non accedat ad patriam, dicitur conditionalis, & non modalis, n.51. An, & quando vitietur ex taciturnitate eorum, quæ Principem ad eam concedendam retardaſſent, à n.58. ad 63 Eam reddit nullam ſubreptio, n.60. Vitiatur ex doloſa ſubreptione, & tunc carceratus non eſſet relaxandus, n.63.*

Guarentigiæ *effectus, & clauſula in inſtrumento quid ſit, & quid operetur, dec.57 n.12. & 13.*

Guidatici *materia eſt fauorabilis, ideò in dubio præſumendum eſt, eſſe validum, dec.105. n.26.*

*Guidaticum contrà expreſſum caſum legis, dicitur nullum, n.32.*



Digitized by Google

*Guidandi poteſtas generalis conceſſa per Principem derogatur per ſpecialitatem banni emanati per D. Proregem, cum Conſilio Collaterali, n.31.*

*Guidaticum purè conceſſum non eſt ſeruandum, nec conceſſum ſub conditione, vel cum qualitate, ea non adimpleta, n.50.*

H

HEreditas *mortuo non defertur, d 4. ſub n 6. Hæreditatem debitor an, & quando poſſit repudiare, vt illa vadat ad filios, & creditores fraudentur, dec.8. à n.1. n.10.12 & 17. Peccant mortalitèr, qui repudiat, & Doctor, qui conſulit repudiationem, in fraudem creditorum, n.13. & 14. An tamen poſſit debitor eam repudiare, ſi ea debeatur, non ex voluntate acquirere volentis, ſed ex contractu, n.8. Semèl adita, non poteſt poſteà repudiari, n.1. Acquiritur ſola animi deſtinatione, n 2.*

*Hæreditatis aditio probatur eò ipsò, quòd quis fecit actum, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non poteſt, n. 3. & 7. Eſt difficilis probationis, quia in nuda, & occulta veritate conſiſtit, & quot modis probetur, n.15. & 16. Materna retentio nùm filiæ detur pro legitima, & antephato ſibi debito poſt eius mortem, dec.10.n.6.*

*Hæreditas, quando non eſt ſufficiens pro omnibus legatis, fit diminutio per æs, & libram, etiam ſi legatum ſit pium, & ſpeciei, & legatarius poteſt repetere ſolutum per hæredem alijs legatarijs, dec.12 à n.2. ad 5. Non ſic legatum rei, quæ diuidi non poteſt, n.20. Et legatum pro exoneratione conſcientiæ, pro malè ablatis, vel pro vſuris extortis, maximè ſi debitum non conſtet per ſimplicem aſſertionem teſtatoris, probetur per teſtes, vel per ſcripturam, vel per declarationem Confeſſarij, dicentis, legatum relictum pro exoneratione conſcientiæ, à n.6. vbi ratio ad n. 21. vbi deciſio.*

*Hæreditatis aditio an, & quando inducatur, quia filius, vel eius pater delata filio infanti hæreditate vxoris, penès ſe retineat bona parentis, & dotem non reſtituat, & ex non facto, dec.13.n. 3.5.7.8.9.10. & ſeq. & vide ver filius, & ver. retentio. Præſumitur aditio in eo, qui bona hæreditaria retinet ad excluſionem delicti, n.4. Sed ad fauorem filiorum, non creditorum, n.9. Et quantum tempus ad id requiratur, ibid. Aditio ex retentione bonorum parentum in filio non inducitur, cùm hæreditas eſt ſuſpecta, & quarè, n.8. Nõ præſumitur ex ſola mora in non ſoluendo, ibidẽ. Et quando filius eſt creditor matris ex ratione tutelæ adminiſtratæ per illam, & quarè, n.10. & vide ver. retentio. Aditio inducitur contrà maritum, quando ab vxore inſtitutus hæres, dotem retineret, quæ conſiſteret in ſtabilibus, & fructus perciperet, ſub n.8.*

*Hæreditate ceſſa tranſeunt omnia iura in ceſſionarium, quamuis expreſsè non fuerit dictum, & quarè dec.15.n.1.*

*Hæreditas dicitur quid vniuerſum, & de ſui natura continet omnia iura actiua, & paſſiua, & emptor, ſiuè ceſſionarius ſicut habet omnia commoda hæreditatis, ità ſubijcitur etiam omnibus oneribus, ibid. Non adita an, quando, per quos & ad quos traſmittatur, dec.84. à n.1. Et quid reſpectu legitimæ, n.5. & vide ver. filius. Matris non adita an, & quando tranſmittatur dec.117. n.5. 11. & 27.*

*Hæreditatis in aditione an reſpectu pupilli requiratur eius actus, & voluntas, & quid ſi pupillus ſit infans, an tunc ſufficiat ſolus tutor, n. 28. & vide verb tutor. Ceſſionarius emptor, vide ver. ceſſionarius hæreditatis, ver. inuentarij beneficium.*

*Hæreditaria qualitas, vide verb. qualitas hæreditaria.*

Hæres *vltimi morientis cui facta eſt ſubſtitutio poſt mortem plurium abſquè liberis, antequàm purificetur conditio per mortem filiorum facit ſuos fructus hæreditatis, quæ remanet in ſuſpenſo penès eum, dec.1.n.57. Tenetur habere ratum id, quod à ſuo defuncto diſpoſitum fuit, dec.3.n. 33. Debitoris poteſt cogi vendere officium, vt ex pretio ſatisfiat creditori, quamuis aſſenſu carenti, dec.6.n.1. & 18. Grauatus reſtituere, an, & quomodò facta totali reſtitutione hæreditatis deſinat eſſe hæres, & onera hæreditaria tranſeat ad fideicommiſſarium, à n.14. ad 16. & n.26. Tenetur pro bonis hæreditar.js, quæ penès eum remanſerunt, n.16. & 26. Nunquàm eſſe deſinit, qui ſemèl eſt hæres, dec.8. ſub n.3. Repræſentat perſonam defuncti, ſub n.12. Scriptus immittitur in poſſeſſionem, ſeruata forma teſtamenti, præſtita cautione reſpectu legitimæ filij; vbi hæres inſtitutus non fuiſſet, dec.10.n.26. Scriptus in teſtamento habet ex eo intentionem fundatã, ad finem adipiſcendi hæreditatem defuncti, ex diſpoſitione* text. in l.final.C.de edict. Diui Hadrian. tollen. *& ſufficit hæredis inſtitutio in teſtamento, dec.14.n.1.*

*Hæres non conficiens inuentarium tenetur inſolidum, dec.13.n.6. Et hoc habet locum in omni perſona, ſiuè priuata ſit, ſiuè Militaris, ſiuè Sacerdotalis, ſiuè Imperialis, ſiuè cuiuslibet alterius conditionis, dec.15.n 9. Quid in Clerico, & alijs Eccleſiaſticis n.11.15. & 20. & dec.24.n. 2.*

*Hæres non conficiens inuentarium an teneatur in ſolidum de iure Canonico in foro contentioſo, & quid in foro interiori, dùm ceſſat fraus, ac reſpectu peccati, & in foro animæ, n.14.15.16.19. & 20. Adenndo hæreditatem contrahit tàm cum creditoribus hæreditarijs, quàm cum legatarijs, non tenetur, niſi in quantum defunctus tenebatur, n.18.*

*Hæredis, & ſucceſſoris in perpetuum cuiuſcunquè appellatione veniunt, nedùm hæredes cuiuſlibet matrimonij, ſed etiam extranei, in donatione facta à marito vxori, etiam in feudis, & in emphyteuſi, dec.22. n.17. Bona an, & quando veniant in generali obligatione, dec.24. à n.3. & n. 6. & 7. Adeundo tamen hæreditatem, ratificat obligationem, n.7. Declara tamen, vt n.8.*

*Hæres non poteſt cogi permanere in ſocietate, quãuis pactum ſit inter ſocios defunctos, quòd ſocietas duret, etiam poſt mortem ipſorum, & quarè, dec.26.n.13. Vniuerſalis cenſetur eadem perſona cum*

*tum defuncto, n.36. Obligans ſe etiam nomine proprio, & inſolidum pro debito hæreditario, nõ tenetur vltrà vires hæreditarias, dec.38.n.1.& 20. Niſi ſpecialitèr inuentarij beneficio renunciaſſet, vel ſe obliget vltrà inuẽtarij vires, n.2.& 22. Quid ſi enunciando in præfatione cõtractus, ſe eſſe hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, & deinde ſe ſimplicitèr obliget, an teneatur de proprio, n.6.& 19.*

*Hæredis inſtitutio in re aliena eſt prohibita, dec. 40.ſub n.4.*

*Hæres non conficiens inuentarium, non tenetur de proprio ad legata, quæ teſtator iuſſit ſolui de ſuis bonis, dec.44.n.3. Donatoris, qui omnia bona ſua præſentia, & futura donauit, reſeruata ſibi certa quantitate ad teſtandum, an, & quãdo teneatur inuentarium conficere, n.4.20.& 21. Si non confecerit, non tenetur vltrà quantitatem reſeruatam, & quarè, n.20. An ei ſufficiat pro inuentario certitudo, quòd non adſint bona pratèr donata, ſub n.27. Non tenetur ſoluere legata in totum, vel in partem, Inualida, & nulla an ſint legata facta à donatore vltrà ſummam reſeruatam, n.25. Non conficiens inuentarium præſumitur doloſus, & bonorum occupator, ibid. Tenetur inſolidum in pœnam ſpreti beneficij inuentarij, n.28. Tenetur recognoſcere ſcripturam ſui defuncti, dec.55.n.6.*

*Hæres ſi per malitiam differt adire hæreditatem, & petat ius deliberandi, datur curator hæreditati, vel toti, vel pro ea parte, pro qua hæres velit ex pluribus inſtitutis deliberare, & ipſi ſtatui poteſt tempus ad adeũdum, dec.80.n.10 Dicitur ſub conditione inſtitutus, ſi hæreditatem adierit, dec.84.n.2. Promittens euictionem, ad quam nõ tenetur, non obligatur, maximè cùm acceſſoriè interponitur, dec.104.n.19.20. Immiſſionem obtinere non poteſt, abſquè exhibitione teſtamenti, dec.108.n.43. In re certa inſtitutus licèt non habeat remediũ* l.fin.C.de edicto D.Hadr. *tamẽ poteſt propria authoritate poſſeſſionẽ capere, n.45.*

*Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligans ſe proprio nomine, an poſſit opponere exceptionem diſcuſſionis inuentarij, vel teneatur, & ad quid de proprio, præſertim hodiè ſtante decreto quatuor Aularum, ſi illi renunciet expreſſè, vel inuentarium non conficiat, dec.115. à n.1. ad 4. Non tenetur, niſi quatenus eſſet in hæreditate, licèt ſe proprio nomine obligauerit, n.31. An, quando, & quomodò citari debeat, ſi contrà eum exequi velit inſtrumentum, vel incuſari obligatio penès acta, n.38.& 39. Tranſmittentis hæreditatem tenetur ſatisfacere illius creditoribus, & legatarijs, dec.117.ſub n.27. Vide verb.defunctus, verb.inſtrumentum, verb. pactum exequutiuum, verb.ſtatutum, quòd debitor.*

*Hæredis inſtitutio, vide verb.inſtitutio.*

Harthman. Piſtor. libr.2. quæſtion. iur. quæſtion. 12.n.7. *confutatur, dec.57.n.35.*

Hieronymus Seuerinus *Præſes S.C. laudatur, dec. 30.ſub n.15.*

Homicida *nõ ſolùm tenetur ad pœnam corporalẽ, ſed etiam ad refectionem expenſarum, Medicorum, & etiam ad intereſſa ratione operarum, quibus vacaret occiſus, licèt occiſus in alicuius poteſtate non ſit, dec.75.n.1.& 2. An autèm, & quando ad id teneatur, ſi condemnatus non ſit ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, à n.4. Hoc ius petendi intereſſe tranſit ad hæredes occiſi, n.3. Condemnatus pro homicidio ad pœnam ordinariam, non tenetur ad intereſſe partis, vbi illud patrauit ex cauſa honoris, vel prouocatus, n.9 10.*

Honoris, *& famæ periculum æquiparantur periculo vitæ, dec.75.ſub n.10.*

Hoſpitale *hæres inſtitutus non conficiens inuentarium an teneatur vltrà vires hæreditarias, & an ceſſionarius ab eo, dec.15.ſub n.20.& 25.*

Hypotheca *creditorum retrouendentis extinguitur per retrouenditionem, ſiuè debitor ex ſua pecunia ſoluiſſet, ſiuè tertius ceſſionarius pacti de retrouendendo, & quarè, dec.16.n.27.& ſub n.39.*

*Hypothecæ ceſſæ priuilegium, quòd poteſt cedi, & anterioritas tranſit cum hypotheca ceſſa, n.51.*

*Hypothecandi poteſtas data cenſetur, data poteſtate alienandi, & ſub verbis, ad faciendum quicquid ſibi placuerit, dec.23.n.5.6.*

*Hypotheca an, & quando detur in pecunia, dec.24. à n.5.& 9. Non datur in pecunia commixta, vel conſumpta, ibid.n.23. declara, vt n.24.*

*Hypothecæ omnes medio tempore contractæ reſoluuntur, annullata venditione, & ſubhaſtatione ex cauſa exiſtente à principio, dec.25.ſub n.15.*

*Hypotheca tacita generalis anteà contracta fauore dotis, non amittitur per ſpecialem expreſſam, dec. 36.n.10.*

*Hypothecæ medio tempore contractæ omnes reſoluuntur per retrouenditionẽ factam per ius luendi, & quarè, dec.104.n.12.& 13.*

*Hypothecaria actio poteſt exerceri contrà vnum ex cohæredibus poſſeſſorem fundi hypothecati, dec. 83.n.13.*


## *I*


IAnuenſis, *vide verb.negotiator.*

IP. Ieſuitæ *non ligantur* Conſuetud. Neapol. *nec actiuè, nec paſſiuè, & quarè, dec.66.n.5.& 7. Sunt exempti ab Ordinarijs locorum reſpectu fori, non autem, vt non ſint ſubditi legibus etiam laicalibus rõnabilibus, ſaltẽ quòad vim coactiuã, n.25.*

Illatio *ex vno tacito non debet fieri ad aliud tacitũ, dec.1.ſub n.107 Non fit ex diuerſis, d.100.n.20.*

Illiquidum *non dicitur, quod de breui eſt liquidandum, dec.25.n.37.*

Immiſſio *nõ datur de facili Adminiſtratoribus hæreditatis, relictis in teſtamento, qui non ſint per Iudicem declarati, maximè, quando dubitatur de validitate teſtamenti, & inſtitutionis hæredis, dec.14.n.13.& 14. Non conceditur filio ſpurio, quamuis pater eum legitimum appellaſſet, nu. 15. Quid ſi in promptu conſtet de legitimatione, & ſi contrà eam aliquid opponatur, n.16. An, & quando hæredi ſcripto ſit concedenda, vide ver. fideicommiſſarius, ver. hæres ſcriptus, verb. teſtamentum, vbi non eſt abolitum.*

Impenſæ *funerum ſunt priuilegiatæ, nedùm de æqui-*




Digitized by Google

*tate,ſed de iure ciuili,& diuino,dec.47.n.13. Reſpiciunt publicam vtilitatem, vt & impenſæ in vltima infirmitate,& quarè,n.15.& 16. Funeris, et vltimæ infirmitatis æquiparantur, et habent eadem priuilegia,et quarè,n.18. Et vide ver.creditores pro impenſis.*

Imploratio brachij *impartiri debet cum cauſæ cognitione, nedùm inter Iudices ſub diuerſis Principibus, ſed etiam in iuriſdictionibus ſub eodem Rege, non tamen ſub eodem Præſide Prouinciæ, et quid in Statu Eccleſiaſtico, dec. 82. n. 5. 6. 14. et 29. An concedenda ſit cum cauſæ cognitione circa iuſtitiam, vel validitatem ſententiæ, à nu. 7. ad 10. Et quid in cauſa hæreſis, à nu. 11. ad 13.* Non *conceditur abſquè copia actorũ, ſuper quibus lata fuit ſententia, n.8.* Non *conceditur cùm eſt proceſſum ratione contractus, vel deſtinatæ ſolutionis extrà Regnum contrà eum, qui commoretur in Regno,et quarè,ibid. ſub n.26.*

Impoſitiones *extraordinariæ Regni recenſentur remiſſiuè. Granorum 48. pro quolibet fumante quarè impoſitæ ad tempus cum alijs factæ ſint perpetuæ, & dici poſſunt ordinariæ, dec.116.n.12. & vide ver.donatiuum.*

Impoſſibile. *Ad impoſſibile nemo tenetur,præſertim in foro conſcientiæ,dec.15 n.19.*

Indultus *præterita, & non futura reſpicit delicta, dec.105.n.30. Operari non debet præter indulgentis intentionem, n.34. Eo iuuari non poteſt, qui patrauit delictum poſt indultus publicationem,n.36.*

*Indulto non debet gaudere delinquens ſub ſpe futuræ indulgentiæ,n.40.*

*Indultus,vide verb.abolitio, verb.delictum,ver.Inquiſitio,ver.remiſſio.*

*Indultatus de omnibus eius delictis an poſſit moleſtari, ſi reperiatur commiſiſſe aliud delictum, de quo nõ erat formatus proceſſus, dec.71. ſub n.15.*

*Indultandus debet exprimere omnia delicta, pro quibus vult indultari, nec ſufficit clauſula generalis in precibus,* & pro omnibus delictis hucuſquè patratis,*n.27.*

Induſtria *vide verb. Miniſtri Regij prohibentur.*

Infanti *ſpeciale eſt, vt donatio,& dominium, ex ſtipulatione Notarij quæratur,dec.46.ſub n.11.*

Ingreſſus *Religionem is dicitur,qui in illa profeſſionem emiſit, dec.118.n.1.& ſub n.4. & vide ver. animi deſtinatio,verb.conditio ingreſſus, ver.donatio verb.vouens.*

Inimicitia *oritur ex porrectione capitum contrà aliquem,& ſuper illis inſtantia,ac ex depoſitione facta,vt teſte in cauſa criminali dec.90.n.5. Dicitur extincta ex pace facta,n.7 Sed vide n.8. Et an cauſa inimicitiæ abſquè odio ſufficiat, vt repellatur quis à iudicando,n.10.*

Inimicus *reconciliatus non poteſt eſſe Iudex, dec. 81.n.7.*

Inquiſitio *ſi non ſit formata, aut propoſita querela antè publicationem indultus, eo publicato non poteſt inſtitui, & quarè,dec.71.antè n.1.*

Inquiſitus *ſi citatus prætendat eſſe clericum, debet perſonalitèr comparere, & docere de clericatu, aliàs non auditur,tamen ſi venit, excuſatur, &*

*Bullæ præſentatæ ponuntur extrà proceſſum, & non proceditur vltrà ad contumaciã, & forindicationem,dec.74.n.3. Quid tamen ſeruatur in praxi circà bullas,& alias exceptiones,& quãdo præſentari conſueuerint ad impediendam citationem,vel ſententiam forindicationis,n.9.& 10. Quando autèm de bullis non habeatur ratio,ſub n.14.*

*Inquiſiti concordati ad ſeruiendum militiæ, ſi aufugerint poſtquàm adſcripti ſint in libro Capitanei cohortis infrà decem dies declarantur veri banniti per Regia banna, dec.105.n.20. Guidari non debent pro delictis patratis infrà ſex menſes à die publicati indultus, n. 29. & ſub n.31.*

Inſtantia *cœpta cum defuncto non tranſit, nec actiuè, nec paſſiuè in ſingularem ſucceſſorem voluntarium,niſi in feudo,& quarè, dec.33.n.5.& 24. Perempta an perimat etiam mala fides, & poſſeſſor ad fructuum reſtitutionem teneatur, dec.65.n.18. & 21. Quid ſi inſtantia perempta fuerit reſtaurata à Principe,n.19.*

*Inſtantiæ per peremptionem fingitur nunquàm fuiſſe litem motam, num. 20. An tamen pereat citatio,aut litis conteſtatio,n.22.*

*Inſtantia an, & quando poſſit reſtaurari in tertij præiudicium, ſi fuit oppoſitum de ipſius peremptione, dec. 68. n. 1. 23. 24. & 34. vbi deciſio, Quanto tempore duret in Tribunalibus, in Cõſiſtorio Principis,& in Camera Imperiali,n.10. An pereat, vel currat in S.C. à n. 11. Cenſetur reſtaurata, quando ſententia profertur nomine Regis,qui poteſt illam reſtaurare, ſiuè in ſcriptis, ſiuè voce Pars reſtaurationi ſe oppoſuerit,n.22. & ſeq. Eius reſtauratione in ſatis minimo læditur ius Partis,& quarè,n.27. Perempta pereunt acta ordinatoria tantùm, non autèm acta probatoria,ibid.n.28. Nunquàm perit ſed eſt perpetua in cauſis Eccleſiaſticis,& ſpiritualibus, quamuis tractentur in foro Eccleſiaſtico, n.35.*

*Inſtantiæ iudicialis materium,qui tractent, ibid.*

*Inſtantia inuito reo ab actore reuocari non poteſt, & quarè, dec. 120.n.16.17. ſed vide ver. actor, & vide ver. inſufflatio ſpiritus, verb. ſententia.*

Inſtitutio *hæredis vniuerſalis etiam cum proprietate inducitur ex verbis à teſtatore prolatis, relinquente vxorem dominam,& patronam ſuper omnibus, & quibuſcunque bonis mobilibus, & ſtabilibus, præſentibus,& futuris, iuribus, & actionibus, maximè nullo alio hærede inſtituto, dec.5. nu. 16. & 18. Alio verò hærede inſtituto diſpoſitio prædicta quid importet, vide n.19.& 20. In aliena hæreditate eſt prohibita, dec.40. ſub n.4.*

*Inſtitutionis titulum non habens,non poteſt legatarium, vel fideicommiſſarium impedire, quin propria authoritate poſſeſſionem apprehendat, dec.108.n.42.*

*Inſtitutio licèt in codicillis directò dari nequeat, tamen in illis eius declaratio permittitur, n.56. Facta à matre in beneficium filij,ſub conditione, ſi à patre fuerit emancipatus, dicitur purificata,ſiuè ciuilitèr, ſiuè naturalitèr pater moriatur,dec.118.n.25.*

In-

Digitized by Google

*Inſtituti ſimul dicuntur coniuncti, quia per vnitatem ſermonis quaſi dicuntur in vnum corpus redacti, & funguntur vice vnius perſonæ, dec. 1 n.95.*

Inſtrumentum *non vitiatur, ſi Notarius ſcripſerit* Titius olim talis, *cùm pater eius adhùc viueret, & quarè, dec.9 n.5.6.& 7. Subſtinetur, quotieſcunq; error, ſiuè falſitas non eſt circà ſubſtantialia, nec Notarius poteſt de falſo puniri, ſub n.6.*

*Inſtrumenti verbis, quod non eſt expreſſum, non præſumitur actum inter Partes, dec.37 n.30. Liquidatio non poteſt impediri, quòd nō poſſit perueniri ad carcerationem debitoris minoris, & filiifam dec.45.n.1. Qualitèr tamen liquidari poſſit contrà filiumfam. & prodigum, traditur decreti forma, n.3.& dec.115.n 25.40.& ſeq. Illud tamen poteſt liquidare prodigus cum authoritate ſui curatoris, n.26 Liquidationis pœna quæ fuerit olim, & quæ hodiè, dec.45 n.18.& dec.58 n.6. & 8. Eam impedit exceptio Macedoniani, n.26.*

*Inſtrumentum liquidari non poteſt in Curia Baiuli Catanzarij, n.21. An, & quando liquidari poſſit contrà minorem, n.25. Poteſt liquidari cōtrà debitorem, quàmuis poſt contractum debitū efficiatur alterius fori, n.28. Eius liquidationis cauſa eſt criminalis, n.30. Liquidari non poteſt poſt 20.annos à die natiuitatis actionis, dec.58. n.1. Eius liquidatio eſt iudicium criminale, & quarè, non ſpectat ad Baiulum, & per quem Iudicem tractetur, vbi eſt diſtincta iuriſdictio, à n. 5.& n.9. Quarè tractetur per Iudices ciuiles M.C.V.n.10. Poteſt fieri per Iudicem criminalem, n.11. Poteſt creditor præſentare in iudicio criminali, & merè ciuili, & agere executiuè tanquàm de re liquida, & notoria, & quà ratione, ſub n. 11. Quod eſt liquidatum in Regno iuxtà Ritum, an, & quando executioni demandari poſſit extrà Regnum, dec.52.n.23. Eius in executione non attenditur ſubſtantia negotij, ſed modus procedendi, circà quod attenditur locus, non contractus, ſed vbi petitur executio, n.24. Inter laicos ſtipulatum per Notarium Apoſtolicum, non liquidatur ſeruata forma Ritus M.C. ſed ſi eius vigore agatur, proceditur ordinariè, & datur terminus, n.25.*

*Inſtrumentum contrà debitoris hæredem liquidari non poteſt, dec.102.n.20.& quarè, dec.115.n.14. An poſſit liquidari via Ritus contrà hæredem, qui hæreditario nomine ſe obligaſſet, etiam quòad finem eum non carcerandi, ſed exequendi in bonis hæreditarijs, d.115.à n.1 ad 28. vbi deciſio, Etiam ſi proprio nomine ſe obligaſſet, n.32. Liquidum in Regno habens exequutionem paratam, eſt ad inſtar inſtrumenti guarentigiati, n.6.*

*Inſtrumenta publica quibus Ritus in Regno dat exequutionem paratam, in Tuſcia appellantur guarentigiata, & quarè, num. 7. Peruſijs dicuntur confeſſionata, & quà ratione dicantur publica, n.8.& 9. Et vt poſſint liquidari quæ requirantur, ibi.& n.10. Liquidata de iure cōmuni exequuntur, nedùm contrà debitorem, verùm etiam contrà eius hæredem, contrà quem creditor poteſt etiam agere via Ritus, ſi tamen adſit iuramentum, n.11.12.*

*Inſtrumenti liquidationis in materia hæres debitoris, & creditoris iudicantur ad imparia, in quo, & quarè, n.13. & 14. Eius veritatem præſumitur ignorare hæres debitoris, & ideò contra eum liquidari non poteſt, n.14.& 22.*

*Inſtrumentum iuramento roboratum habet exequutionem paratam, etiam de iure communi, n. 12.16.& 18. Non poteſt liquidari, niſi contrà eos, qui in contractu interuenerunt, num. 23. Nec contrà eum, qui ſe obligauit, mediante perſona ſui Procuratoris, ibid.*

*Inſtrumenti liquidatio vndè ortum habuerit, & quæ fuerit olim, & ſit hodiè eius pœna, n.19.& 20. Eius iudiciū eſt ciuile, & criminale, ex quibus reſpectibus? n. 21. vide exceptio Macedoniani.*

Inſufflatio *ſpiritus vitæ, quæ petitur, & conceditur à Preſide Sacri Conſilij ob inſtantiam peremptā, non eſt neceſſaria, ſed fit ad maiorem cautelam, cum conditione* quatenus opus ſit, *dec.68.n.12. Ea obtenta non poteſt procedi in cauſa, Parte opponente, niſi refectis expēſis, n.14.& 16. Quā ob cauſam fiat, n.31. vbi quod eſt ob bonum publicum, & quarè.*

Inſultus *vide ver. defenſio.*

Intellectus *infirmitas eſt in re manifeſta omittere ſenſum, & certitudinem, & quærere indicia, & coniecturas, dec.5 ſub n.14.& dec. 103.n.26.*

Interdicto *retinendæ qui agit, dicit ſe poſſidere, & in poſſeſſione turbari, dec.101.n.11.*

*Interdictū vti poſſidetis, & rei vendicationis actio cumulari poſſunt, n.19.*

Intereſſe *licet non liquidatum compenſatur cum fructibus perceptis, dec.21.n.6. Aliud eſt, intereſſe eſſe certum deberi, ſed non eſſe liquidatum, aliud ſi dubitetur, deberi n.10. Poſt reſciſſionem contractus debetur ad eandem rationem, qua tertiæ conſtituta fuerant in contractu, n.12. Creditorum quando extinguatur per depoſitum, quàmuis de pecunia aliena factum à debitore, ad effectum illud liberandi creditoribus, dec.25.n.34. Dotis poteſt vir vxori remittere, ſi remiſſio morte confirmetur, illudquè vir durante eius vita petere poteſt, quàmuis longiſſimo tempore non petierit, petì tamen non poteſt in morte ab eius hærede, dec.97 ſub n.19. Rei iudicatæ poſt quatrimeſtre tempus hodiè debetur, quàmuis non ſit in condemnatione deductum, petitur conditione ex lege, ſed an debeatur vigore ſententiæ Sacr. Reg.Conſil.pendēte ipſius reclamatione, dec.100 n.8.& 9.& n.13. A quo autem tempore currat tempus quatrimeſtre, cùm à ſententia eſt appellatum, vel reclamatum à die ſententiæ, vel à die confirmationis, n.12. à n.23. & n.39. & ſeq. vbi deciſio. An ſit expectandum tempus quatuor menſium in ſententijs S.C. vel alijs, à quibus nō appellatur, vel ex illa executio non impeditur, n.21. Quà ratione debeatur, n.22. Rei iudicatæ in multis caſibus non debetur, quàmuis ſententia exequatur. Non practicatur in cauſis alimentorum & quarè, n.33. Subrogatur in locū illius intereſſe, qui currebat ex contractu, & ideò non de-*

Digitized by Google

debetur, niſi ex ſorte, n.42. & vide ver. appellatio, & ver. vſura rei iudicatæ.
Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolitò negotiari, dec.106.n.4. In eo poteſt etiam in pactum deduci, n.29. Vt debeatur quid requiratur, n.30. & 60. Cambiorum quomodò probetur, n.5. Oritur ex mora, n.10. In ſtipulatione deductum debetur tũquam ſors de per ſe, quaſi ſint duæ ſtipulationes, n.31. Cambiorum concurrit cum capitali, cùm ſit vna, eademquè ſors, quæ ſemper conuertitur in capitale, n.33. Sed tamen vocatur intereſſe, nu.37. Vt debeatur, quæ requirantur, n.59. & n. 68. vbi deciſio. Quamuis debeatur iure actionis ex mora, illud tamen peti non poteſt, recepta ſorte principali n.67. Cambij vt debeatur à debitore creditori quid requiratur, n.69. Lucri ceſſantis ad quam rationem liquidari debeat, n.71.
Intereſſe, vide verb. cambium, verb. mercator, ver. ſolutio, & verb. ſors.
Intereſſe occiſi, vide ver. homicida.
Interpellatio, vide ver. dies non interpellat.
Interpretatione mentis opus non eſt in claris, dec. 5.n.14.
Interpretatio ea capi debet, vt non inducatur correctio legum, dec.24.n.17.
Interrogatorijs captioſis reſpondere quis non cogitur, dec.113 n.30.
Interuentus alicuius ex forma ſtatuti pro Mundualdo, interuenienti in venditione non præiudicat in retractu, dec.57.n.23.
Introitus, & exitus partitæ dicuntur connexæ, & quid operetur connexio, dec.113.n.7. & 8.
Inuentarij beneficium dicitur perſonale, & an, & quando tranſeat in emptorem, vel ceſſionarium hæreditatis, iſquè poſſit conficere inuentarium, & quo nomine, dec.15.n.2. & 3. Eius beneficium à lege ciuili quarè ſit introductum, & ad quid proſit. n.12.
Inuentarium non dicitur ſollemne, cùm non ſunt citati creditores incerti, dec.96.n.11. Quomodò tamen hi ſunt citandi, n.12 & vbi n.13. Et quomodò certi citentur, ibidem, & vide ver. creditores incerti, & vide ver. bona donata, ver. Eccleſia, verb. emptor, verb. hæres, & verb. hoſpitale.
Inueſtituræ in Regno communis forma eſt, pro ſe, & hæredibus, dec.57.n.2.
Inueſtitura dicitur noua, quando ſub nouis pactis accipitur, dec.67.n.12.
Inueſtituræ primæ tenor eſt attendendus, etiam vt cæteræ confirmationes ab illa regulari debeant, nulla habita ratione de alteratione, in ſecunda inueſtitura facta, dec.70.n.18. & 44. Eam dominus non poteſt immutare in præiudicium ſucceſſorum, poteſt tamen prima per ſecundam declarari, n.19.20.
Io. Angel. Piſanellus in addit. ad deciſ. Affl. 200. allegatur, dec.24.n.4. & carpitur ſub n.8.
Io. Baptiſta Melior Aduocatus, Iudex, & Regius Conſiliarius laudatur, dec.45 ſub n.3. Valenzuela Velazquez Præſidens Regiæ Cancellariæ Granatæ laudatur, dec.38 n.21. & dec.77 ſub n.28.
Io. Camillus Cacacius Fiſci patronus Regiæ Cameræ Summariæ, & eiuſdem Præſes, refertur, & laudatur, dec.6 ſub n.24.
Io. Carolus Gallus Fiſci patronus, Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & deindè Regens Regiam Cancellariam memoratur, dec.25 ſub n.9.
Io. Dominicus Taſſonus Iudex M.C.V. laborioſus dicitur, dec.11 ſub n.9.
Io. Franciſcus de Ponte, de poteſt. Proreg. tit.9. de ſucceſſ. mulier. n.15. explicatur, dec.62 n.5. Eius deciſ.3. quomodò procedat, declaratur, deciſ.67. ſub n.10.
Io. Vincent. de Anna alleg.112. & 54. declaratur in deciſione, quam refert, dec.21 n.7.
Iudicis arbitrio ſtandum non eſt, vbi habentur Doctorum deciſiones, & opiniones, dec.1. ſub n. 36. Officium cedi poteſt, dec.16 n.40. Decretum quid importet in alienatione rei minoris, dec 57. ſub n.50. Ordine qui capitur, non poteſt dici captus iniuſtè, dec.76.n.6.
Iudices in dubio, debent attendere leges Romanorum, dec.3.n.7.
Iudex laicus an, & quando poſſit inter laicum, & clericum de mero poſſeſſorio cognoſcere, dec. 9. n.3. & 4. Ex officio poteſt ſuper notorijs nullitatibus pronunciare, n.26. In condemnando, & exequendo vices Partis fungitur, dec.72.n.4. Ex indicijs conſpicuis poteſt ſententiam diffinitiuam proferre, dec.74. n.11. In aliqua cauſa recuſatus, vt ſuſpectus, nō debet amplius in cauſa illa interuenire, etiam, quòd ceſſet cauſa ſuſpitionis, ſi tamen effectus ſit conſummatus, dec. 81. n. 1. & 5. Requiſitus pro imploratione brachij non dicitur merus, ſed mixtus exequutor, & propterea coràm eo opponi poſſunt omnes exceptiones, & cognoſcere de inualiditate, & validitate ſententiæ ex defectu iuriſdictionis in proferente, dec 82.n.15. Litigans coràm Iudice, qui recuſetur, an, & quando poſſit eſſe Iudex in cauſa recuſationis Iudicis ſui, dec.85.n.2.4. & 11. Vti ſuſpectus recuſari non poteſt, ſi infrà terminum recuſationis quis in eum conſenſerit, n. 3. Ex recuſatione indignatur, & iniuria afficitur, n.8. & d.87.n.15. & 16. Vbi quòd ex hoc ſolo poterit allegari ſuſpectus. Recuſari poteſt, quamuis cauſa ſit antiqua, vbi conſtaret, cauſam ſuſpitionis de nouo emerſiſſe, n.10. An, & quando poſſit à ſententia recuſationis appellari, n.13. & 14. Suſpectus in iudicando, & votando, ſiuè ordinarius ſit, ſiuè delegatus, an, & quando ſit ſuſpectus in delegando, dec.87. à n.1. & dec.90. n. 4. & 6. & vide verb. Baro. Si fuit Aduocatus alicuius ex litigatibus, vel compater, an ſit etiã ſuſpectus in delegando, ſub n.7. Quando dicatur in cauſa propria intereſſe habere, & quæ dicatur cauſa propria, n.4.
Iudicis recuſati poteſtas potiùs reſtringi debet, quã ampliari, n.11.
Iudice ordinario recuſato, & ſuſpecto, an debeat dari adiunctus de iure communi, & quid de iure Regni, à n.12.
Iudex ſuſpectus, nec diſcuſſioni, nec relationi cauſæ adeſſe poteſt, n.14. Perdit omne exercitiũ cauſæ, poſtquam eſt pronunciatum, eſſe ſuſpectum, niſi

Pa-

Digitized by Google

Partes conſentiant, ſub n.18. An, & quando recuſatus poſſit cauſam alteri delegare, à n.17. & 19. Præſertim de iure Regni, n.21. & dec.90. n.4. Et vide verb. baro.

Iudice coràm ſuſpecto litigare peſſimum eſt, n.20.

Iudex non poteſt iudicare, quàm in eo, quod petitum eſt, dec.106 n.61. Eius officium mercennarium non poteſt ſubſiſtere, ſublata principali obligatione, n.64. vide ver inimicus reconciliatus, ver. ſocius durante ſocietate.

Iudicis authoritate qui poſſidet, verè dicitur poſſidere. Vide ver. poſſidere verè dicitur. Incompetẽtia, vide verb. exceptio Iudicis incompetentiæ.

Iudicati actio cedi poteſt, dec.16. ſub n.42.

Iudicium attentatorum, & iudicium nullitatis contractus poſſunt inſimùl cumulari, d.101.n.9.

Iudicij ordo in poſſeſſorio peruerti non debet, & quare, n.32.

Iudicium executiuum non admittitur, vbi lis eſſet ſupèr nullitate contractus, dec.120.n.21. In iudicijs quaſi contrahitur, n.17.

Iuramenti in materia attenditur ius Canonicum, dec.44.n.18.

Iuramentum eundem effectum operatur, ac ſtipulatio Notarij, dec.63.n.12. Non tranſit ad hæredes quòad reatum periurij, dec.115.n.22. Eius vi ſi eſt appoſitũ in contractu ius executiuum quomodò tranſit in hæredem, ſub n.34 Sub quo quis ſoluere promiſit, conditionem in ſe continet, niſi iuſta contrauentionis cauſa ſuperuenerit, n.33.

Iuriſdictionis prorogatio non habet locum in his, quæ ſunt ſupremi Imperij, & Principi reſeruata, deciſ.67 n. 17. Quaſi poſſeſſio probatur per bannum, etiam non probato, quòd ei ſit obtemperatum, dec.77.n.13. Pars eſt, cauſam delegare, dec.87.n.18.

Iuſtitiæ crimen opprimi per gratiam iniquum eſt, dec.105.n.2.

Iuſtitiarius in Regno quis ſit quiſquè Magiſter Iuſtitiarius, dec.77 ſub n.3.

Ius ſi nominetur, debet intelligi de iure communi Romanorum, dec.3.n.8.

Iuris ex diſpoſitione, quod venit, poteſt quoquè deduci in pactum, dec.8. ſub n.9. Dubietas æquiparatur dubio facti, dec.14.n.17.

Iurium tranſlatio reſpectu annuorum introituum emptorum quot modis fieri poſſit, dec.16.n.4.

Iure datoris reſoluto, reſoluitur ius acceptoris, ſub n.5. & ſub n.55. & dec.23. ſub n.17.

Ius quæſitum ſpe, eſt in patrimonio, & illud dimittere, eſt perdere, & patrimonium diminuere, dec. 34.n.15.

Iure ſuo qui vtitur, non dicitur dolo facere, deciſ. 50.n.4.

Iura incorporalia non poſſunt tradi donationibus, ſed ceſſione, dec.54. ſub n.13.

Ius accreſcendi ad hæredes tranſmittitur, dec.1. ſub n. 95. Accreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto, dec.41.n.11. Accreſcendi, vide verb. portio hæreditatis, & verb. ſubſtitutio.

Iuris congrui actio non datur, niſi contrà emptorẽ, & poſſeſſorem. Eſt actio perſonalis, quæ non tranſgreditur poſſeſſorem. Non militat in contractu donationis, dec.46.n.1. & 2. Vt ceſſet, poteſt emptor hodiè emere, cras donare, ſi non citrà fraudem, & ſimulationem donet, & donatarius ſit in poſſeſſione rei donatæ, n.3.4. & n 10. An arguatur in donatione fraus ad euitandum congruum, ſi donetur filio infanti, qui ſimul cũ parentibus habitet, & pater remaneat in gubernio domus emptæ, & donatæ, à n.5. & n.9. Et an cùm empta domus eſt à matre, & donata filio, n.11. An verò ſufficiat pro poſſeſſione conſtitutum, & pregarium, vel poſſeſſio per actus vocationis, & perceptionis fructuum, n.12. & 13. Vide ver dominus directus.

Ius prothomiſeos ſpectans agnatis, habet locum in feudis hæreditarijs, niſi ei ſit renunciatum, dec.57.n.1.3. & 8. Competit etiam in affictu feudi hæreditarij, n.7.

Ius retractus non militat in feudo ex pacto, & prouidentia, dec.57.n.6. An competat fœminis, vbi maſculi nollent redimere, à n.27 ad 29. Cõpetit fœminæ, vbi non eſt excluſa à ſucceſſione feudorum, n.38. & 55. Competit ei, qui ſi feudum non eſſet alienatum ſucceſſurus eſſet, n.37. Quanto tempore præſcribatur iuri retractus, & à quo tempore incipiat currere annus, præſertim facta venditione extraneo, n.39. Tempus iuris retractus, an currat minori, nu.40. Et hic an aduerſus temporis lapſum reſtituatur, n. 41. & 57. Retractus eſt denegandum ei, qui rem non pro ſe vellet, ſed pro alio, n.43. Non competit agnato pauperi, qui mutuo pecunia eſſet recepturus, n.44. & 56. Denegatur minori, vbi ex illo damnum ei reſultaret, n.50. & 59. Non poteſt cedi, num. 45. & ſub n.46. Emptori quomodò conſulatur, cùm ceditur, vel cedi dubitatur, vide ver. agnatus, & ver retractus.

Ius deliberandi in deſcendentibus, & extraneis quanto tempore præſcribatur, dec.80. à n.1. Currit à die ſcientiæ, num.2. Tempus iuris deliberandi an, & quando poſſit à Iudice ampliari, ſeù dilatari, & abbreuiari, & per quantum tempus, à n.5. Poſſet tamen Princeps vſquè ad annum, & non ampliùs dilatare, ibid. Illud poteſt teſtator præfinire, n.8. In Gallia pro eo præſcribuntur 40. dies, & interim hæreditati datur curator, n.9. & vide verb. hæres. Diuiſio inter hæredes, an poſſit fieri, pendente termino ad deliberandum dato vni ex cohæredibus, n.11. & vide ver. diuiſio.

Ius intrandi poſſeſſionem alicuius propria authoritate cedi poteſt, dec.16. ſub n.42.

Ius Longobardorum idem eſt, quod ius commune feudorum, dec.37.n.2.

Ius luendi cedi poteſt tertio, dec.16.n.7. Quid operetur in tertio ceſſionario, an ſit nouus contractus, extinguat priores hypothecas contractas, reſoluatquè contractus annuorum introituum, vel transferat illas in reementem, ità vt acquirat anteriorem hypothecam pro ſorte, et tertijs, ſeù annualitatibus poſteà decurſis ad ſui beneficium, n.8. vbi vtilitas quæſtionis, & n.9.11. & 22. et vide n.39. et ſub n.52. vbi deciſio, et n.53. & ſeq. Et in quo differat retrouenditio, quæ

ſit

Digitized by Google

*ſit tertio ceſſionario iuris luendi, à retrouenditione, quæ fit ad beneficium ipſiuſmet debitoris, n.16.& n.39.& ſub n.50.*

*Iuris luendi ceſſio non dicitur vera retrouenditio, ſed venditio, quæ fit tertio, cui ceditur, & qui ſoluit pecuniam, n.28.*

*Ius luendi debitori qua actione competat, & ſi cedatur, quid transferat cedens in ceſſionariũ, ſub n.52.& vide ver. ceſſionarius iuris luendi.*

Ius primogenituræ *de iure Longobardorum non ſeruatur, præterquàm in feudis dignitatum, dec. 37.n.1.*

Ius ſuccedendi, *vide ver. ſpes ſuccedendi.*

*L*

L Aeſus *quis non dicitur in prælatione, quando non probaretur, habuiſſe pecuniam neceſſariam ad emendum illud, in quo præferri prætendit, dec.57.n.12. An dicatur læſus quis in retractu, & ſufficiat pro læſione, quòd res fuerit ſuorum maiorum, n.53.*

Laicus *obligans ſe penès acta M.C.V. ſi antè tempus, ſolutioni adiectum efficiatur Clericus, an remitti debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum, dec. 45.n.33.& 35.*

Laudemij *ſolutio licèt ſpectet ad emptorem, poteſt tamen paciſci, vt debitor ad illud teneatur, dec. 116 n.38.*

Legata, *& fideicommiſſa non ſolùm per eum, cui ſucceditur iure transmiſſionis agnita, vel acceptata tranſmittuntur, ſed etiam agnoſcenda, & acceptanda: & ſic ius illud, ſeu ſpes ſuccedendi in actu nõ producta, tranſmittitur, d.1.ſub n.83.*

*Legatorum onus, & æris alieni an, & quando ſpectet ad fideicommiſſarium, non ad hæredem facto legato de eo, quod ſupereſt, & ære alieno, dec.6.n.2.& 3.*

*Legatum non vitiatur ex errore alicuius qualitatis legatarij, vbi teſtator notas haberet perſonas, dec.9.n.9.*

*Legato vino ad electionem vxoris legatariæ, ſi vellet album, vel rubeum, an intelligatur de meliori, vel de mediocri, & an hæres præſtando minimum, liberetur, dec.11.n.1.*

*Legati electio an hæredis ſit, an legatarij, dec.11.à n.1.& n.5. Cuiuſcunquè tamen ſit, ſemper arbitrium ſit regulatum, vt ſcilicèt non poſſit hæres dare peiorem rem, n.7. Nec legatarius accipere optimam, n.10. Cùm tamen conceditur electio, ea debet intelligi, tàm circà formam, quàm circà qualitatem rei relictæ, n. 6.& in quo differat, quòd electio ſit data à lege, vel ab homine, n.11.*

*Legata domo, ſi plures in hæreditate ſint domus, hæres præſtando vnam ex eis, liberatur, dummodò alitèr non conſtet de voluntate teſtatoris, n.2.*

*Legatum ſi fiat de annuis quindecim ſalmis vini muſti alicui loco Religioſo, poteſt adimpleri per hæredem, aſſignando vineam, quæ ſit ſufficiens pro adimplendo dicto legato, arbitrio boni viri, n.3.& 4. Factũ vxori, maximè ſub conditione* ſi viduitatẽ ſeruauerit, *latè interpretari debet, n.8.*

*Legati pro conſecutione agi poteſt, etiam via exequtiua. Cuius conſecutionis iudicium eſt ſummariſſimum, dec.12.ſub n.18.*

*Legatum rei alienæ valet, ſaltem vt debeatur æſtimatio, dec.40.ſub n.4.*

*Legata facta ab eo, qui donauit omnia bona, reſeruata quantitate ad diſponendum, ſunt inualida, ſi excedant ſummam reſeruatam, nec illa hæres ſoluere tenetur, dec.44.n.25.*

*Legatum factum Moniali conſanguineæ, nõ ratione piæ cauſæ, ſed conſanguinitatis factum præſumitur, ſub n.29. Eſt ſoluendum in ea moneta bonitate, quæ fuit tempore teſtamenti, ſiuè melior ſiuè deterior facta ſit, quamuis moneta antiqua in totum ſit repulſata, dec.4.n.5.& 6. Bis factum, ſeù duplicatum, ſi relinquatur in eodem teſtamento, an, & quandò debeatur, dec.51.n.1.5.7.8.& 9. Quid ſi vna quantitas ſit relicta in teſtamento, altera in codicillis, n.2.& vide ver. teſtator. Moderatur ex quantitate patrimonij, n.4. Factum à patre filiæ, compenſatur cum dote, maximè ſi tempore teſtamenti non erant nuptiæ, & quantitas legata congruat doti, reſpectu patrimonij teſtatoris, n.3. Alimentorum vxori factum, cum conditione cohabitandi cum filijs, an fauore filiorum, an ipſius vxoris factum cenſeatur, dec.52.n.4.5.& 6. Factum à viro vxori, in dubio an, & quando cenſeatur factum animo cõpenſandi, maximè cum veſtibus lugubribus, & lecto viduali, dec.94.n.3.7.10.11.& 12. Factum vxori, quòd ſit domina, & vſufructuaria, filijs extantibus, importat alimenta, dec.94.n 4. Factum Eccleſiæ Parochiali non compenſatur cum quarta ei debita pro legato, alteri Eccleſiæ relicto, n.5. Relictum in tempore incerto an, & quãdo ſit purum, vel conditionale, & quid cùm ſoluendum eſt poſt mortem hæredis, dec.107.à n.1.& à n.20.ad n.42. vbi deciſio. Non facit conditionale tempus adiectum ſolutioni poſt præcedẽtem diſpoſitionem, n.1. Acquiritur legatario, eiq; cedit à die mortis teſtatoris, maximè ad effectum tranſmiſſionis, etiam moriente legatario antè ſolutionem, n.2*

*Legatum inducit conditionale dies incertus omni incertitudine, veluti* ſi nauis ex Aſia venerit. *vel* ſi Titius Romam acceſſerit, *& quarè n.3. vide ver. dies. Alicui factũ, cũ peruenerit ad ætatem 14. annorum, an dicatur cõditionale, vel in diẽ, explicatur, n.6.& vide verb. dies certæ ætatis. Conditionale non facit tempus, ſed teſtatoris voluntas, quæ in hoc debet attendi, n.11.12.28.& 29. In tempus mortis relictum an, & quando cõditionale ſit, vel tranſmiſſibile, à n.16. ad 24. Quid ſi præſtari mandetur poſt mortem hæredis, n.19. Relictum, vt non poſſit legatarius habere, niſi fuerit hæres ſcripta collocata in matrimonio, an ſit conditionale, n.34. Pro exoneratione conſcientiæ, vide ver. hæreditas quando non eſt ſufficiens pro omnibus legatis.*

Legatarius, *cui legatũ eſt, ſub conditione, non eſt creditor legati conditione pendente, ſed cùm conditio extiterit, dec.1.ſub n.11. In re legata dicitur magis dilectus quàm hæres, & quia eſt creditor pro ſuo legato, debet præferri hæredi in electione rei legatæ, dec 11.n.9.*

*Legatarijs datur actio aduerſus alios legatarios, qui-*

*bus*

Digitized by Google

bus pecunia ſoluta fuit,nō contra heredē, d.44.n.2.
*Legatario antè conditionis euentum actio ad legatum non competit,dec.107.n.39.*
*Legatarius hæreditate nondùm adita poteſt propria authoritate rē legatā capere,dec.108.n.24.& 49.*
Legitimam *debitor an poſſit repudiare, & renunciare in præiudicium creditorum, dec.8.ſub n.17. Pro ea an, & quando detur filio retentio hæreditatis, ſi poſſideat, etiam repudiata hæreditate, dec. 10.n.6.9.22.& 23. Non tamen poteſt intrare poſſeſſionem pro legitima, n.22. Sed ſibi cauetur ab hærede,cùm filius non eſt inſtitutus,n.26.*
*Legitimæ reſpectu, vt onus reſtitutionis non poſſit imponi doti, aut paragio filiæ,intelligitur,mortuo patre,nō illo ſuperſtite,& viuo, dec.34.n.16.17. Super ea onus imponi nō poteſt,ib.& d.110.n.33.*
*Legitima,vt filio ſpectet, inſpicitur, tempus mortis, quo tempore debetur, dec.36.n.1.& ſub n.6. Eſt quota bonorum,non hæreditatis.ideò ſuper corporibus eſt præſtanda. Poteſt in pecunia liquidari,ſi cohæredibus non expediat, illam dari in corporibus,dec.59.n.17.18.*
Legitimatus *per reſcriptum Principis an, vbi, & quando veniat appellatione filij,vide ver. filij appellatione. An autem faciat deficere conditionem fidicommiſſi* ſi ſine liberis deceſſerit, *vide dec. 3. à n.18 ad n.25.*
*Lex quāuis dura ſit,ſeruanda eſt, dec.21. ſub n.5.*
*Leges adaptantur ad ea, quæ ſepiſſimè accidunt, dec.29.n.10.*
*Lex exorbitans, & pœnalis extenditur ad alium caſum,quando ſi non extenderetur ad illum, diſpoſitio redderetur fruſtratoria, dec 31.n.6.Noua nō reſpicit præterita,ſed futura,ſi non prouidet reſpectu præteritorum,dec.33 n.3.& ſub n.4 Generalitèr loquens,generalitèr eſt intelligenda, dec. 47. n.10. dec.60. n. 13. & abſquè diſtinctione, dec. 91.n.15.*
*Leges Hiſpaniarum ſunt locales, & de illis non fit illatio ad Rit.M.C.V.dec 58.n.4.*
*Lex concedens beneficia priuilegiato, intelligitur,eo petente, non autem ſi acceſſoriè, & ex perſona correi vti poſſit,dec.79.n.16.*
*Leges qui ignorat,non caret lata culpa,dec.98.n.44.*
*Legis verba cùm non adaptantur,nec eius diſpoſitio militat,dec.100.n.30.*
*Leges quin obſeruentur, nemo facere poteſt, dec. 105.n.33.*
Legis vnicæ, C.quan.Imper. inter pup. & vid. *priuilegium,vide ver.priuilegio.*
*Lex Aquilia,vide ver.actio ex lege Aquilia.*
Libelli *mutatio, & variatio an fieri poſſit, Iudicis arbitrio relinquitur,dec.120.n.30.*
Liber *rationum recognitus, an habeat paratā executionem,dec.113.n.5.Partita introitus, & exitus in eo contenta, dicuntur connexa, & quid operetur connexio,n.7.& 8.Confectus ex neceſſitate officij,eſt indiuiſibilis,n.9.Eum,vt quis teneatur approbare,quæ concurrere debeant,n.11. Qui negat eum exhibere, præſumitur occultaſſe illum malitiosè, ob quod aduerſus eum in litem iurari poteſt,n.12.Scriptus à tutore,vel curatore,an,& quando probet ad eius beneficium, n.17.19. vide ver.adminiſtrator.*
Licitatio.*In licitationibus habens maiorem partē, præfertur,offerēdo pretium æquale, dec.28.n.10.*
Liquidatio *inſtrumenti, vide ver. inſtrumenti liquidatio.Legitimæ vide ver.legitima.*
*Liquidandum quod eſt de breui,non dicitur illiquidum,dec.25.n.37.*
Literæ *cambij acceptatæ an,quando, & vbi liberent primum debitorem ſcribentem; dec.20.à n. 4.& vide ver.promiſſio de ſoluendo.*
*Literis cambij duplex mandatum oritur, dec.106. n.7.Sed quomodò,& ad quid teneatur mandatarius,occaſione ex eis ſuſcepti mandati,n.8.*
*Literarum cambij proteſtationis praxis an ſit neceſſaria,& ad quid deſeruiat,n.22.& 23. Fuiſſe tranſmiſſas ad Nundinas, ad finē probandi realitatem cambij, & non ſuſpicetur,id eſſe fictum, quomodò probetur,n.48.& 51.ad 53.*
Literarum *cōparatio,vide ver.cōparatio literarū.*
Litis *conteſtatio eſt facti, & an pereat, perempta inſtantia,dec.65.n.22.Non requiritur in iudicio executiuo,& reſultat ex primo actu, quo de meritis cauſæ tractari cœperit, vbi proceditur de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij,dec.102.ſub n.32.Expenſæ,vide ver.alimenta.*
Locatio *quando arguatur potiùs,quàm emphyteuſis,vbi magna ſoluitur penſio, dec.18.n.6.& 12.*
*Locationes domorum in hac Ciuitate Neapolis, quo tempore fiant,dec.39.antè n.1.*

*M*

MAgnatum *mos, vide ver. Mos magnatum, ver.proceres.*
Maior *licèt non poſſit reſtitutionem in integrum petere,tamen poteſt reſtitutioni petitę per minorem inhærere,dec.59.n.1.*
Mala fides *an, & quando inducatur per litis conteſtationem, vel requiratur publicatio in cauſa, aut ſententia,ad finem,vt bonæ fidei poſſeſſor teneatur ad fructus, quos ex re percepit, vel percipere potuit, dec.65 à n.1.ad 8.Vbi, quòd reſtituuntur fructus à die publicationis, & quarè, ibid. In iudicio petitionis hæreditatis inducitur, nedùm per litis conteſtationem, ſed per ſimplicē denunciationem,& quarè,n.9.An pereat,perempta inſtantia, à n.18. & n. 21. Et vide ver.inſtantia perempta.*
Mandatum *cenſetur renocatum,eò ipsò, quòd quis mutat ſtatum ex præſumpta voluntate mandantis, & quomodò ſtatus mutatio conſiderari poſſit,dec.8 ſub n.4. Quòd debitores hæreditarij ſoluant,an,& quando inducat poſſeſſionem,& præiudicet hæredi dec.10.n.19. Poſt litem conteſtatam non reuocatur,morte mādantis,d.102.n.32.*
Manus *diuerſitatem inducit diuerſitas ætatis,calami,& atramenti,dec 55.n.1.*
Manutentio *poſſeſſionis datur ei, qui ex iure fundatā habet intentionem,dec.77.n.15. Quamuis nullam probet poſſeſſionem,n.30.Quando tamē dari illa non debeat.vide à n.17.*
Marcellus Marcianus *Aduocatus primarius,maximam negotiorum frequentiam habuit, & Regius Conſiliarius laudatur, dec.10.n.18. Refertur,et laudatur,dec.77.ſub n.14*



Digitized by Google

P. Marcelli Maſtrilli *Societatis Ieſu vita, ſanitas miraculoſa, & mors apud Indos, pro fide Catholica, celebratur, dec.108 ante n.1.*

Marinus Freccia de ſubfeud. lib. 2. in quæſt. *incipien.* à Regnicolis, in l. authorit. Baron. *exploditur, dec.48 n. 20. Eiuſdem opinio* in lib. 3. de ſubfeud. *in* differ. inter feud. quater. & feud. plan. & de tab. *n.7. Non ſeruatur hodie, dec.99. n.11. & n. 28. Sed explicatur, n.12. & 15.*

Maritus *an, & quando poſſit remittere lucrum dotis, ſpectans ad ſe vigore ſtatuti in præiudicium ſuorum creditorum, dec.8 ſub n.12. An, & quando præſumatur, adiuiſſe hereditatem vxoris, à qua ſit inſtitutus, dec.13 ſub n.8. Præſumitur viuere, & qui dicit, maritũ eſſe mortuũ, probare debet, dec.14 n.21. An poſſit remittere pœnas mulieri, ſi nubat intra annũ luctus, dec.22 n.11.12. Si aliquid relinquat vxori, vt poſt eius mortẽ maiorem habeat dotem, item, vt poſſit commodè viuere, an videatur remittere pœnas* l. fœminæ *tã reſpectu ipſius, quàm filiorum, n.14. 15. 41. & 43. Eius conſenſus, aut filiorum minorum, non conſideratur reſpectu mulieris transeuntis ad ſecunda vota infra annum luctus, & quare, n. 51. Minor, vt poſſit remittere, requiritur curatoris authoritas, cauſa vtilis, & expediens, n.45. Cùm non poteſt renunciare, aut donare expreſſè, minus præſumitur poſſe tacitè, & quare, ibid. Confitens, ſe recepiſſe dotem ex promiſſione ſibi facta ex cauſa mutui, cẽſetur illã recepiſſe loco ſolutionis, d.38. n.36. & vide ver. cõfeſſio. Cautela autèm, vt obligentur dotantes per contractũ mutui traditur, n.35. Pendente dilatione anni ad ſoluendum dotem, poteſt cogi præſtare cautionẽ de ſoluendo finito anno, dec.64 n.4.*

*Maritus licèt pro vxore agere poſſit in quacunquè cauſa, etiam extradotali, tamen ſi in vna cauſa expreſsè habuerit mandatum, in cæteris cenſetur prohibitus, dec.66. n.18. Legans aliquid vxori, cenſetur reliquiſſe animo compenſandi cum lecto viduali, & veſtibus lugubribus, dec.94 n.12. & vide ver. legatum. Conſtante matrimonio eſt dominus dotis, quæ in eius præiudicium conſtituta minui non poteſt, dec.99 n.33. Si pro vxore conueniatur, & nolit iudicium ſubire, poteſt vxorem in iudicio nominare, dec.102. ſub n. 28. Prædia æſtimata ſi accipiat in dotem, paciſci non poteſt, vt ea inæſtimata remaneant, ſi reſultet in dotis detrimentum, dec.109 n.6.*

Maſculiatio *quid importet. & quando fœmina dicatur maſculiata, dec.59 à n.6. & n.8. Eſt inducta in pœnam fratris differentis maritare ſororem, ſub num. 23. Pro ea an ſufficiat interpellatio extraiudicialis, ibid. Et quid concurrere debeat ad maſculiationem inducendam, ſub n.23. & ſub n.24. Non inducitur ſi frater condemnatus ſoluere paragium, diſtulerit, ſub n.24. vide ver. Soror.*

Maſculinum *an, & quando concipiat fœmininum, dec.3. ſub n.12. Non concipit fœmininum in contractibus, dec.38. n.50.*

Maſculis *laicis, per quos conſeruari poſſet familia ceſſantibus, ad fideicommiſſum admitti debent illi, ad quos de iure ſpectat ſucceſſio, quamuis aliàs eſſent excluſi, dec.103. n.1.*

Mater *filiam dotando, ſi ſtipuletur ſibi dotem reſtitui, ea in matrimonio decedente, an, & quando matris heredibus competat actio ex ſtipulatu, ſi cum filia ſimul decedat, vel ei non ſuperuixerit, dec. 2 ſub n.5. & ſub n.14. & ſeq. Secundò nubens remanet vſufructuaria bonorum, ex primo marito eidem obuentorum, cùm proprietas ipſo iure ſit filiorum primi matrimonij, dec.82. n.4. & n.39. & dec.61. n.14. Tenetur alere filios primi matrimonij de bonis à primo viro ſibi obuentis, n.49. In ſucceſſione filij præfertur amitæ. An tamen, & quando excludatur per Conſuetudinẽ Capuanæ, & Nidi, dec.35. ſub n.3. Tutrix ſi promittat dotem filiæ vltrà vires hereditarias, an teneatur de proprio; & quando ad illam obligetur pupillum, dec.38 n.30. & ſeq. Cùm dotat filiam, an, & quando de bonis illius, vel proprijs dotaſſe cenſeatur n.23. & 26. Nec pro filijs natis, nec pro naſciturìs ſtipulari poteſt, etiam ex cauſa dotis, quia illos nõ habet in poteſtate, dec. 65. n.1. & 2. De iure communi non poteſt filio pupillariter ſubſtituere, dec.98. n.35.*

Matrimonium *inter Nobiles Capuanæ, & Nidi cenſetur potiùs contractum, ſecundùm morem, & conſuetudinem dictorum Nobilium, quàm ſecundùm morem Magnatum, & quarè, dec.35. n. 10. 11. & vide ver. nobiles.*

Membrorũ *ſuorũ nemo eſt dominus, d.72. ſub n.3.*

Memoria *hominum labilis eſt, dec.7 n.17.*

Mens *potiùs, quàm verba in fideicommiſſis attendi debet, dec.6 n.5. De ea dùm conſtat, minimè eſt curandum de verbis, n.8.*

*Mentem cùm habemus, non eſt curandum de verbis, dec.23. n.15.*

Menſis *Februarij conſtat ex diebus 28. tamen accipitur pro triginta diebus, dec. 29. n.5. Menſes* Conc. Trid. *circà renunciationes faciendas infrà duos menſes antè profeſſionem, intelligendi ſunt ciuiliter, & moraliter, non mathematicè, & phyſicè, n.5.*

Mercatura, *vide ver. Miniſtri Regij prohibentur.*

Mercatores *cambiorum poſſunt à principio de certo moderato lucro paciſci, dec.106. n. 6. Vt intereſſe cambiorum conſequantur, non ſufficit, ſi probent, accepiſſe pecuniam ad cambium, niſi probetur, fuiſſe receptas ad illum finem, n.49.*

*Mercator, vide ver. intereſſe.*

Mercedis *diminutio an, & quando fieri debeat emphyteutæ, vide ver. diminutio annui canonis.*

Merces, *quas quis habet venales, non veniunt in generali obligatione, & quarè, dec. 24. n.12.*

Merum Imperium *qui habet, in ius vocari non poteſt, dec.102 n.2.*

Metus *reuerentialis iuſtam præbet cauſam excuſationis dec.106. n.76.*

Miles *fideiubere an poſſit, & fideiuſſor valeat, dec. 102. à nu.1. & n.4. 16. & 17. Non eſt idoneus fideiuſſor, contradicente tamen creditore, n.17.*

*Militum Magiſter merum habet Imperium, n.3.*

*Miles, vide ver.* tex. in l. milites.

*Miles militaribus priuilegijs gaudere non debet,*

niſi

Digitized by Google

niſi, quandiù eſt in Caſtris, & in expeditione vel militaris occupatus, n.7. & 9. Miſſus, & veteranus an gaudeat priuilegijs militaribus, & quæ priuilegia retineat, n.10. Qui cũ armis, & equis pro defenſione Regni, vel Reipublicæ vacat, gaudet priuilegijs militaribus, n.11. Vt quis ſit, quæ requirantur, an idem ſit, eſſe militem, & gaudere priuilegijs militaribus, n.12.13. & 14. Dicitur eò ipsò, quòd ſit adſcriptus in matricula militum, n.14.

Milites qui actu non ſeruiunt an, & quibus priuilegiis gaudeant, præſertim fori, n.15.

Militum Tribunus in Ciuitate Caietæ vocatur Capitaneus ad guerram, dec.105.n.13.

Milites, ad hoc vt gaudeant priuilegiis militaribus, ſolent, & debent notari in libro Regii Scribæ portionis, & in matricula, n.15 & 18. Quomodò probetur, quem eſſe militem, n.16. Et an erit eius, qui eum militem creauit, & quid continere debent literæ, n.17. Adſcripti in libro Tribuni militum, quamuis notati non ſint in libro Regii Scribæ portionis, ſi aufugiant quibus pœnis ſubiiciantur, n.19. Adſcriptus in libro Tribuni militum, an dicatur verè miles, & quid tunc requiratur, n.21.41. & 44.

Miles non dicitur, qui in libro Regio non reperitur deſcriptus, quamuis electus, niſi inter milites relatus ſit, n.41.42. Vt talis dicatur, probare debet, quòd in militari matricula ſit adſcriptus, et qui ſe obtulit Magiſtro militum, debet habere literas probatorias Principis, n.43.44.

Milites Diui Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & D. Io. Hieroſolymitani armari, et creari ſoliti ſunt ab alio Milite, n.46.

Miniſtri Regii prohibentur, mercaturas, ſeù induſtrias exercere, etiam ſi feuda habeant, et in ſuis terris defenſas, et nemora, quæ iubentur arrendare, et quomodò pro iis animalia emere poſſint, ac pro quanto tempore, dec.93. ſub n.14 et n.15.

Minori, quamuis currat tempus cõfectionis inuentarij, tamen ſi eſt læſus in hæreditate, ob non cõfectum inuentarium, reſtituitur in integrum, nè teneatur vltrà vires hæreditarias, dec.15.n.22. & 23.

Minoris contractus geſtus abſquè ſollemnitatibus, an ſit validus, dec.19. à n.4. ad 9. vbi deciſio affirmatiua, poterit tamen, quamuis ſemèl dixiſſet de nullitate, & obtinuiſſet ſententiam ſupèr cõtractus annullatione, pœnitere, & dicere, quòd vult ſtare cõtractui, & quarè, n.10.11.12. & 13. Sed poteſt cogi, nè altera pars ſtet in ſuſpenſo, vt declaret, ſi vult ſtare contractui, vel ab eo recedere, n.15.

Minor faciliùs reſtituitur, quando læditur à ſuis tutoribus, vel curatoribus, tunc enim quælibet modica læſio ſufficit, dec.27.n.14. Dicitur læſus eò ipsò, quòd renunciat retractui; ſtante læſione reſtituitur aduerſus contractum, etiam iuratũ, data læſione ei non impedit reſtitutionem decretum Iudicis, dec.57.n.9.10. & 11. Quid ſi non probetur, habuiſſe pecuniam neceſſariã ad emẽdũ illud, ſupèr quo prætẽdit præferri, n.12. & 13.

Minori an currat tempus retractus, & an aduerſus temporis illius lapſum reſtituatur, dec.57.n.40. & 41. Sufficit pro læſione in retractu, quòd res fuerit maiorum ſuorum, n.53.

Minor licèt ratione minoris ætatis condemnetur pœna extraordinaria pro homicidio, non tamen euitat pœnam intereſſe partis, dec.75.n.5. Et ſi contractum à tutore factum approbare non teneatur, tenetur tamen reſtituere pretium, in quo factus eſt locupletior, quia creditores dimiſſi sũt, dec.104.n.35. Reſtitutus in integrum aduerſus venditionem, reſtituit pretium, verſum in ſuam vtilitatem, n.36. Vel alius an, & quando acceptans quæ ſcripta ſunt à tutore, vel curatore, œconomo, depoſitario, & ſimilibus, in libro rationũ ad ſui vtilitatem, teneatur etiam acceptare expenſas, & alia, quæ in eodem libro ad ſui detrimentum ſcripta ſunt, dec.113.n.4.25. & ſeq.

Minoris rerum in alienatione quid importet decretum Iudicis, vide ver. decretum Iudicis.

Moderamen inculpatæ tutelæ quomodò conſideretur, dec.75.n.26.

Monaſterium licèt ex perſona alicuius Monachi agat, tamen ipſe Monachus, & non alius ſupèr poſitionibus deponere debet, dec.86.n.11.

Moneta, vide ver pecunia.

Monialis non poteſt conquæri de conſuetudine introducta circà eius dotationem, & paragium, & quarè, dec.31. ſub n.10. & 11.

Mora delictum eſt, dec.13. ſub n.3.

Moræ purgatio admittitur de iure Canonico, quotiès ius partis non eſt factum deterius, etiam ſi adeſſet iuramentum, ſecùs de iure ciuili, & maximè, quotieſcunquè adeſſet pactum reſolutionis contractus, & quid tunc de æquitate Canonica dec.30. à n.1. ad 5. & quarè, n.6. Quando tamen datur purgatio moræ, non obſtante pacto reſolutiuo, debet intelligi in prouiſione legis, non hominis, n.8. Purgatio admittitur de æquitate Canonica in pactis conuentionalibus, quando ius partis non eſt factum deteriùs, n.11. Niſi adſit renunciatio purgationi moræ, n.12. Admittitur etiam in feudis, itèm in fideiuſſore, qui promiſerat reum intrà certum tempus præſentare, non obſtante, quòd contrà eum eſſet facta exequutio, & proceſſum ad ſubhaſtationem exequutionis facta, n.12. & 13. De ſtylo S.C. ſemper admittitur ex æquitate, re integra, & quando ius partis nõ eſt factũ deterius, n.15. & 2 n. & quarè, n.18.

Mora eſt delictum, Ab ea qualibet cauſa excuſat, non tamen committitur ab hærede retardante ſolutionem, ſi pecuniam hæreditariam non habeat, dec.116.n.34.

Moratoria, ſeù ſaluaguardia, & priuilegium Brunduſij debitori conceſſa, an impediat inſtrumenti liquidationem, & carcerationem, dec.45. à n.4. & n.12. & ſub n.35. vbi deciſio. Quid ſi inſtrumẽtum ſit iuratum, n.5.

Moratoriæ, quæ à Principe conceduntur, fuerunt etiam cognita de iure ciuili, dec.114.n.1. & 2. vide ver. cautio, ver. creditor, ver dilatio, ver. ſaluuſconductus, ver ſententia.

Mors non probatur per fidem Parochi non teſtãtis, aliquem fuiſſe Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum,

vel ſi teſtator, non dicat de geſtis per eum, vel ſuum prædeceſſorem, ſed per alium, & quare, dec.14.n.22. Ad hoc, vt probetur ex libris Plebanorum, ſeu Rectorum alicuius Eccleſiæ, quid requiratur, n.23. Ea nihil eſt certius, ſed incertum eſt, quo die ſit ventura, deciſ. 107. num. 4. Naturalis eundem, immò maiorem operatur effectum, quàm operatur mors ciuilis, quoad bona, & ſucceſſionem, dec.118.n.18.

Mortuos ſepeliri, Reipublicæ intereſt, & dicitur cauſa pia, deciſ.47.n.16. & vide ver. ſepelientes cadauera.

Mos magnatum c.3. loquendo de patre, intelligi debet de patre mulieris, & non filiorum, dec.98. n.27. Non eſt idem, quod ius commune Romanorum, ſed idem, quod eſt ius Francorum, n.28.30. 31. Fuit introductum in Magnatibus, & Baronibus per cap. Cõſiderãtes, n.29. Cap.13. Moris Magnatum procedit in ſubſtitutione pupillari, non autem fideicommiſſaria, n.34.37.38. vide ver. Proceres.

Mulier habens filios, poteſt tantùm de decima parte dotium diſponere de iure conſuetudinario Ciuit. Neap. & in alijs nouem partibus habet labia clauſa, & manus ligatas, dec. 12.n.1. Cum qua quis habuit commercium, præſumitur virgo, & filius natus ex concubitu præſumitur ex ſtupro ortus, ſicut natus ex concubitu cum vidua, dec.14.n.8. Si conuolet ad ſecundas nuptias infert animæ viri iniuriam, ſi tamen nubat de conſenſu primi viri euitat pœnas l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. dec.22.n.8.9.10. Et quare, ibid. n.13. Euitat pœnas l. fœminæ, quando conuolaret ad ſecundas nuptias pro maiori commodo filiorum primi matrimonij, n. 20. Conuolans ad ſecundas nuptias intrà annum luctus, non reddita ratione tutelæ filiorum primi matrimonij, nec ijs petito tutore, ſubiacet pœnis ſecundò nubentium intrà annum luctus, n.50 Pro dotis cõſequutione agere poteſt antè diem, dec.64. ſub n.3. Si matrimonium contraxerit more Magnatum, an poſſit ſubſtituere in dotibus, dec.98. à n. 3. Non poteſt, attento more Magnatum, ſi deceſſerit cum liberis, ibid. n.12. Decedens cum liberis, attenta Conſuet. Neap. non poteſt teſtari, niſi de decima, n.33. Quòd non remaneat indotata publicè intereſt, ſub n.49. Reſpectu nouem partium eius dotium, attenta Conſuet. Neap. habet labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, efficiturq; inteſtabilis, dec.117.n.18.

Mulieres Turris nouæ in Alma Vrbe non ſunt veræ Religioſæ, & quare, dec.118. ſub n.3.

Mulier ob vergoniam viri, vide ver. vxor.

Mundualdus, vide ver. interuentus alicuius.

Mutanda minimè ſunt, quæ antiquam habuerunt interpretationem, dec.100.n.40.

Mutatio actionis, vide ver. actio.

Mutui in contractu ſpeciale eſt, quòd in rebus, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, & functionem recipiunt in genere ſuo, vt non idem reſtituendum ſit, ſed aliud eiuſdem bonitatis, & quare. dec. 24. ſub n.19. In contractu nec vtile, nec damnum debet eſſe mutuantis, in eo id tacitè intelligitur pactum, vt eiuſdem generis, & in eadem quantitate res mutuata reddatur, dec.48. n.14. Vndè, ſi pactum exprimatur, nihil operatur, n.16.

Mutuo dans Ciuitati, ad hoc, vt interim ſit immunis à ſolutione onerum vniuerſalium, committit vſuram, dec.116. ſub n.48.

N

NAtus ex concubitu cum virgine, vel vidua, præſumitur ex ſtupro ortus, dec.14.n.8.

Naufragium quomodò probetur, & an, & quando in examinatione teſtium ad illud probandum requiratur partis citatio, dec.60.n.19. vide ver. nauta, ver. probatio, ver. teſtes.

Nauta an, & quando teneatur ad emendam damni, ſi ad euitandum naufragium funes alterius nauis præcidat, vt ſuam explicaret, dec 60.n.10. & ſeq. & 19. Vbi quomodò arbitrandum ſit dãnũ, & inter quos et vide ver. actio legis Aquiliæ.

Neceſſitas. In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit dec.38.n.25.

Negligentia prædeceſſoris in omittendo cauſa defenſionem, non nocet ſucceſſori, & poſſeſſori maioratus, vel fideicommiſſi, dec.33.n.7. Si tamen adſit fraus, & colluſio, n.23.

Negotiator præſumitur quis, eò ipſo, quòd ſit Ianuenſis, dec.106.n.27.

Negotiari ſolitus præſumitur verſatus in dando et recipiendo ad cambium, n.28.

Nemo præſumitur iactare, quod ſuũ eſt, dec.98.n.16.

Neptes, non obſtante exhæredatione patris, aut matris ſuccedũt auo, vnà cum patruo, vel auunculo, dec.41.n.8. De iure nouiſſimo in ſucceſſione patrui ſuccedunt in ſtirpes, & concurrũt vnà cum alijs patruis, repræſentando gradum, & perſonam matris, dec.41.n.2. & 3. Quando admittantur ad ſucceſſionem aſcendentium, vel tranſuerſalium, non obſtante renunciatione matris, à n.1. & n.10. & 19. Vbi an ſit conſtituenda inter hos differentia, & n.20. Auo ſuccedunt cum patruis, quamuis pater exhæredatus ſit, Et filij loco ſunt, & debent inſtitui, vel exhæredari; aliàs poſſunt contratabulare teſtamentum, ſub n.10. & n.15. Matre mortua ſuccedunt cum Auunculis, non obſtante illius renunciatione, quamuis illa ſit facta, dote recepta pro ſe, & hæredibus, ac filius agat, repræſentãdo matris gradum, & locum, & quare, nu. 1.5.12.16.17. & 20. vbi deciſio.

Nihil excludit, qui omne dicit, dec.47.n.11. & dec. 67.n.4.

Nobiles Capuanæ, & Nidi, qui ſunt etiam Magnates, an ſecundùm morem Procerum, & Magnatum, vel ſecundùm morem dictarum Platearum contraxiſſe matrimonium in dubio cenſeantur, dec.35.n.10. & 12. Non præſumitur, ità cõtractum, quando maritus non eſt de Sedili, & quare, n.4.

Nœmora in dubio præſumuntur eſſe Baronis, & non Vniuerſitatis, dec.93.n.8. In ijs Baro habet intentionem fundatam, ibidem.

Nomen debitoris venit in generali obligatione bonorum, dec.24.n.25.

No-

Digitized by Google

Nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi, an, & quando teneatur ad onera per teſtatorem impoſita, dec.6.n.23. & dec.26 n.36. Dicitur habere officium potiùs à Rege concedente, quàm à nominante, dec.26.n.1. Non tenetur, ſi illud habeat ex cauſa oneroſa, n.37. & vide ver. officium.

Notarij conuocatio, an, & quando reddat imperfectam teſtatoris diſpoſitionem, coràm teſtibus explicatam, dec.7.n.15.

Notarius, qui non teſtatur de geſtis per eum, vel eius prædeceſſorem in officio, nullam fidem facit, dec.14. ſub n.22. Stipulans contractum alienationis rei ſibi hypothecatæ, tanquã liberæ, & nemini obligatæ, ſibi præiudicat, dec.57.n.26. Pro alijs an, & quando ſtipulari poſſit, dec.63. ſub n.5. Eius ſtipulationẽ an ſuppleat iuramentum, n.12.

Notarij verba, quæ ſunt communia, & frequentiſſima, vide ver. verba in contractu adie[illegible]a.

Nouatio non præſumitur ex eo, quod cambium augeatur in ſecundis literis cambij, Non præſumitur, niſi expreſsè fiat, tàm per viam actionis, quã exceptionis, dec.20.n.13. Dicitur facta, vbi per ſecundam obligationem prima remanet extincta, An cenſeatur facta in contractu dotis, cùm maritus ex contractu mutui confitetur ſe recepiſſe dotem, dec.38.n.11.12.13.& 41. Vt inducatur, quæ requirantur, n.34. Non inducitur ex contractu facto pro adimplemento, & obſeruantia primi contractus, n.42.

Nouellarum liber an poſſit adduci ad deciſionem cauſarum, & ſit authenticus, dec.50.n.27.

Nouitius antè profeſſionem poteſt diſponere de bonis ſuis, tàm inter viuos, quàm in vltima volũtate, dec.29.n.2. Durante anno probationis non dicitur verè, & propriè Religioſus, dec.118.n.2. Decedenti antè profeſſionem emiſſam an, & quando ſuccedant venientes ab inteſtato, vel monaſterium, n.4.11.33.& 75. Eius renunciatio an ſit valida, vel reuocetur, ſi moriatur antè profeſſionem, n.7.& 8. An, & quando reputetur perſona Eccleſiaſtica, n.9.31.32. Eum percutiẽs incidit in excommunicationem, n.10.

Nouitij ingreſſus debet præcedere profeſſionem per annum, intrà quem à Religione probatur, & ipſe probat Religionem, n.14. Lege Cæſarea cùm notus non erat antè triennium, ad profeſſionem admitti non poterat, n.15.

Nouitius, qui virtute Bullæ Pij V. poteſt in articulo mortis profiteri, non expectato anno probationis, an locum habeat, tàm reſpectu indulgentiarum, quàm ſucceſſionis, ità vt ei monaſterium ſuccedat, n.35. Eorũ profeſſionis circà formam elucidatur decretum S. C. Trid. ſeſſ.15. et 16. de regular. n.36. vide ver. donatio.

Nullitas introducta fauore alicuius, non habet locum, niſi ipſe velit, dec.19.n.11. Idem operatur ac ſi non eſſet contractus, ſuper quo adeſt, dec.23. ſub n.16. Non cadit in articulo dubitabili, Quibus ex medijs proponatur aduerſus ſententias in Regno, & an ex capite notoriæ iniuſtitiæ, dec.36.n.14. Scripturæ an, & quo pacto poſſit per Principem ſanari, quando eſt quæſitum iuſ tertio, dec.68.n.6. & ſub n.24.

Nullitates in iudicio extraordinario formitèr allegari non debent, dec.69.n.25.

Nullitas, quæ ſpectat ad vnum, quando poſſit allegari per alterum, dec.83.n.17.

Nullitatum remedium an detur aduerſus decretũ S.C. in materia Capit. Regni, vide ver. Capitula Regni.

Nullitatis contractus iudicium, vide ver. iudicium.

Nullum quod eſt legis diſpoſitione, confirmari nequit per contrahentes, dec.98.n.13.

Nummularius, vide ver. Bancherius, & ver. debitor primus.

O

Oblatio, vide ver aditio.

Obligatio ſola naturalis cedi poteſt, dec.16.n.48. Omnis tollitur ſolutione eius, quod debetur, dec 20. ſub n.11.

Obligatione principali extincta, extinguitur fideiuſſoria, tanquàm acceſſoria, n.14.

Obligatio generalis bonorum comprehendit etiam rem ipſam venditam, ſeù locatam, dec.24.n.10. & 20. Vbi, quid in annuis introitibus. Non comprehendit merces venales, & quarè, n.12. Declara tamen, vt n.19. & ſeq. Sub ea venit nomen debitoris, n.25.

Obligationes penès acta incuſari poſſunt contrà heredes obligati, qui debent priùs citari ad dicendum cauſam, quarè illæ incuſari non debeant, dec.102. ſub n.20. & n.22. Promptam habent executionem, & quarè, n.21.

Obligatio prohibetur, prohibita alienatione generalitèr, vide ver. alienatione prohibita.

Oeconomi liber, an, & quando probet, tàm prò, quàm contrà ſcribentem, vide ver minor.

Offendens ſcientèr eum, qui eſt ſub ſecuritate, & ſaluoconducto Principis, an, & quando incidat in crimẽ leſæ Maieſtatis, dec 105. à n.66. ad 73.

Officium Actuariatus eſt de Regalibus, non poteſt nec vendi, nec pignorari, dec.6.n.17. & n.27. In eius alienatione requiritur aſſenſus. In eo tanquàm in feudo poteſt cogi hæres ad illud vendẽdum, vt ſatisfiat creditoribus, n.18. & vide ver. debitor, eiuſq; hæres.

Officia, quæ emuntur ſunt in commercio noſtro, accedente tamen aſſenſu Regis. Venduntur ad inſtantiam creditorum, ibid. & vide ver. teſtatoris in hæreditate. Sunt hæreditaria, & in bonis teſtatoris, quamuis à patre precibus, vel gratis fuerint à Principe acquiſita, ibid n.19. Ampliatum eſt idem officium, vt erat à principio acquiſitum, n.20. & dec.26.n.25. & ſub n.32.

Offitium, quamuis videatur habere à Rege concedendi poteſtatem nominandi, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos, abſquè nominatione hæredis, & mediante perſona nominantis, qui ex dicta poteſtate fuerit nominatus, n.21. & dec.26.n.1. & 5. Tamen in eius perſona officium eſt nouum, num.21. Et an, & quando teneatur ad onera per nominantem teſtatorem impoſita, dec.6.n.23. & 24. & dec.26.n.12. & 16.

Officia pecunia empta, quæ, & qualia ſubijciantur hypo-

Digitized by Google

hypothecæ creditorum, ſint in commercio noſtro, tranſeant ad hæredes, & vendi poſſint, ac pignorari, à n.25.

Officium, qui poſſidet, poteſt illud retinere pro ſuo credito, quamuis aſſenſu careat, & præfertur alijs creditoribus non poſſidentibus, n.28. Iudicis cedi poteſt, dec.16.n.40. Emens de pecunia alterius, fit Dominus officij, nec ſupèr illo ius aliquod competit pecuniæ Domino, quamuis ad officium emendum pecunia particularitèr mutuata proponatur, dec.26.n.2.& 3. Nec refert, an pecunia ſit communis, vel propria alicuius, nec ille, de cuius pecunia officium erit emptum, habere poterit ſupèr eo ius, ſiuè hypothecam, aut dominium, abſquè aſſenſu ſuæ Maieſtatis, ſub n.5 vide tamen n.33. Eſt indiuiduum, & vni tãtùm perſonæ poteſt acquiri, & in eo ſuccedit ſolus primogenitus, quando eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, ſub n.3.& n.4. In hoc æquiparatur feudo, n.5. In officijs ſtrictiùs proceditur, quã in feudis, n.6.

Officij, quod eſt de Regalibus, ſupèr emolumẽtis poteſt paciſci, abſquè aſſenſu, idem in officijs Curiæ Romanæ, n.7.& 8.

Officia Curiæ Romanæ, quamuis reſpectu tituli nõ ſint in commercio, abſq; Pontificis licentia, tamẽ reſpectu fructuum poteſt de eis liberè paciſci, ſub n.8.

Officium qui habet, vt nominatus ex conceſſione pro vno hærede nominando, non poteſt illud habere, niſi cum qualitate hæreditaria. ſecus ſi cõceſſio dicat, non pro hærede, ſed pro perſona nominanda, n.15.17.& 36. Habens ex cauſa oneroſa, non tenetùr ad onera per nominantem impoſita, n.37.

Onera hæreditaria ſubire debet, qui ſuccedit in feudo hæreditario, dec.5.n.3. Contracta poſt donationem omnium bonorum, aliquo reſeruato, ſunt deducenda ex quantitate reſeruata, dec.44. n.24. Quæ proueniunt ex feudo, & pro patrimonio feudali, ſolui debent per hæredem in feudalibus, dec.92.n.6. Quæ imponuntur perſonæ pro rebus, dicuntur realia, ac patrimonialia, & quarè, dec.116.n.11.& 13. Soluuntur ſecundùm patrimonij valorem, ibid.

Onus, quod imponitur perſonæ pro rebus, ſequitur poſſeſſorem, ad quem res tranſit, licèt obligatio dirigatur ad perſonam, & quarè, n.14.

Opera hominum tempore variantur, & quæ de cauſa, dec.55.n.3.

Ordo datus à l.à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. carcerationem debitoris, an impediat, & an obſeruetur hodiè in carceratione debitoris pro pœna fiſcali, maximè cùm exequutio demandatur realitèr, & perſonalitèr, dec.72 à n.9. ad 14. Iudicij, vide ver. Iudicij ordo.

Ordinum collatio probatur per Bullas, non per teſtes, dec.73.n.37.

P

PActum de retrouendendo exercendi actio, cedi poteſt, dec.16.n.21.& ſub n.45. Legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, operatur, vt res ſit inempta. In quo differat à pacto de retrouendendo, ſeù reſtituendo, ſub n.31.& 32.& ſub n.54. Reſtrictiuum liberæ facultatis reemendi an reddat contractum nullum, & vſurarium, vel potiùs ipſum pactum vitietur, firmo manente contractu, dec.24.n.1. Exequutiuum in inſtrumento guarentigiato adiectum quanto tempore præſcribatur, dec.58.à n.3. Quomodò exerceatur poſt 20. annos, ſub n.15. Agenti vigore pacti executiui non poteſt opponi exceptio, niſi ſatisfactionis, & terminus impartitur ſupèr ſatisfactione tantùm, & quarè, n.13. Perſonale reſpectu facultatis reſeruatæ, cùm quis venderet, an, & quando tranſeat in emptorem rei, cuius reſpectu erat factum, ſi actio ceſſa non ſit, vel priùs res ſit vendita, quàm actio cederetur, dec.66 n.1. Fieri poteſt, vt dos poſt mortem ad alium, quàm mulierem perueniat, quando ceſſat ratio publicæ vtilitatis, nè mulier remaneat indotata, dec.98. n.49. Contrà ſubſtantialem diffinitionem actus, non valet, dec.104.n.17. Inter partes ſi ſit inhibitum, vt non poſſit prætendi remiſſio mercedis, niſi in duobus caſibus tantùm, & hoc finito tẽpore affictus, & non anteà, an pendente affictu conductor agere poſſit, interim compilari proceſſum, & ſententiam proferri. exequendã poſt cõpletum arrẽdamentũ, & affictũ, d.114. ſub n.16.

Pacta, quòd in caſu non ſolutionis tertiarum, vel alicuius conditionis non adimpletæ, aut aſſertionis non veræ, & ſimilium, poſſit reſcindi contractus, & cogi venditor reſtituere ſortem, de iure ſunt valida, dec.115.n.5.

Pactum exequutiuum tranſit contrà hæredes, ibid. n.35. Quomodò proceditur, cùm aduerſus illud debitor opponit de ſatisfactione, ibid. vide ver. exceptio diſcuſſionis inuentarij. Anticipatæ ſolutionis an vitiet contractum emptionis annui introituum factæ ad rationem decem pro centenario, dec.116.n.27. De retrouendendo, vide ver. annui introitus, ver. dominij tranſlatio, ver. vẽditio facta cum pacto de retrouendendo.

Paragium ingreſſarum Monaſterium quale ſit, dec. 31.n.10.& 11. An, & quando debeatur ſorori ex donatione facta per patrem filiis, etiam ſtante ſtatuto quo proptèr maſculos fœminæ excludantur, dec.38.n.48.& 51. In maritata non excedit legitimam, quid in maritanda, & quomodò tunc debeat arbitrari, dec.59 n.14.& 15. Eſt loco legitimæ, ideò eius æſtimatio eſt facienda, habito reſpectu ad tempus mortis, n.16. Sufficit illud dari in pecunia, n.19.

Parentis appellatione venit Pater, Auus, & Proauus, ſed impropriè, nõ propriè, d.57.n.31.& 32.

Parentes filijs ab inteſtato decedentibus non ſuccedunt, ſi matrimonium ſit contractum ſecundũ vſum Capuanæ, & Nidi, dec 61.n.15.

Parochi fides quando probet mortem alicuius, dec. 14.n.22. Niſi teſtetur de geſtis per eum, vel per ſuum prædeceſſorem in officio, nullam facit fidem, & quarè, ibid.

Paſcua quando dicantur feudalia, dec.93 n.13.

Pater poſſidendo bona vxoris, filio infanti delata, & per retentionem dotium maternarum, an cenſeatur hæreditatem adiuiſſe, dec.13.n.3.& dec.

117.

Digitized by Google

117. n.8. Eius aſſertio, ſeu confeſſio, filium eſſe naturalem, an probet illum eſſe naturalem, vel potiùs is præſumendus ſit ſpurius, maximè ſi illum inſtituat vt naturalem, d.14. à n.18. ad 20.

Pater poteſt plus relinquere filiæ pro maritagio, quàm pro monachatu, quia plus pro illo requiritur, nec poteſt filia monialis conquæri, ſi pater illi aſſignauit dotem de paragio, hoc eſt illam portionem, quam ſolent omnes moniales illius Monaſterij habere, dec.31. ſub n.9. & 11. Non poteſt conſentire donationi cauſa mortis facienda per filiam de eius dotibus promiſſis reſtitui cui ius, & cauſus dederit, in præiudicium eius creditorum, dec.34. n.15. & 18. vbi deciſio. Conſentiens matrimonio filij, & præſens cũ recipit mobilia, & dotes, an, & quando teneatur ad integram dotis reſtitutionem, vel pro portione legitimæ filij, maximè cùm proteſtatus eſt, ſe nolle teneri, vel pro parte legitima tantùm, & in quo differat in hoc ius commune à Conſuet. Neap. dec.36. à n.2. Ad hoc vt obligetur quæ requirantur, & quando conſenſus eius habeatur pro iuſſu, n.3. & 4. Cogi poteſt ad ſe obligandum pro reſtitutione dotis filij, n.7. An pro huius dotis reſtitutione nurus agere poſſit contrà ſoceri bona, & eius hæredes, actione hypothecaria, vel tantùm actione perſonali in hac Ciuitate, ex Cõſuetudine, n.13. & vide ver. filio recipiente dotem, vbi etiam, quid iuris ſit reſpectu matris.

Pater, vel mater dotando filiam, an, & quando cenſeatur dotaſſe de bonis proprijs, vel filiæ, dec.38. n.23. & 26. Si donet filijs, an, & quando debeatur paragium fœminis, etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, n.48. & 51. Dicitur legitimus adminiſtrator filij in bonis, in quibus habet vſumfructum, dec.46. n.8. Non ſuccedit filio decedenti ab inteſtato, attenta Conſuet. Capuanæ, & Nidi, & Cõſuetudine Bareſi, dec.53. n.1. & dec.61. n.15. Non excluditur à ſucceſsione filij in dotibus maternis ex diſpoſitione Conſuet. Barenſis, n.7.

Patre, vel matre exiſtente in medio non habet locũ Conſuetudo, ſed quoàd ſucceſsionem ſeruatur ius commune, dec.61. n.1. Quomodò tamen id intelligendum ſit, & an procedat etiam reſpectu aliorũ proximiorum, n.3. & 4.

Pater tenetur filio, & nurui in recompenſationem dotis recepta donationem proptèr nuptias, & antephatum conſtituere, dec.63. n.9. Stipulans pro ſe, & filiis an, & quando cenſeatur ſtipulari pro filiis vti filiis, vel vti hæredibus, dec.70. à n.7. & n.14. & 23. Eius conteplatione quod datur filiis, dicitur profectitium, idquè eſt hæreditarium, n.12. et 13. Quando tamen conceſsio facta filio, cenſeatur facta contemplatione patris, vel ipſius filii. n.14 In dubio cenſetur ſtipulari, et acquirere pro ſe, et filiis vti hæredibus, quando aliter ex coniecturis non conſtaret, n.23.24 Acquirens pro ſe, et filiis, ac ſucceſſoribus, ex proprio corpore legitimè deſcendentibus, cenſetur familiam contemplare, n.27. Tenetur filiam naturalem dotare cũ dote, cum qua viuere poſsit; ſed non poteſt compelli, dec. 99. n.2.3.4.12.14. et 17. Sed dos non poteſt excedere legitimũ modũ alimentorũ, n.15.

Patre verò melius capit conſilium pro filia, præſumptiuè tamen, & quid cùm conſtat, dotem ei datam non eſſe congruam, an agere poſſit ad ſupplementum, n.5. 21. & 22.

Pater tenetur alere filiam naturalem, ſi tamen aliundè ſe alere illa non poſſit. n.16. Si filiæ ſpuriæ ſupra modum conſuluiſſet, an, & quando poſſet dos reduci ad legitimum modum, ſub n.32. Et vide ver. dos filiæ naturali. Vel frater an, & qñ teneantur iterum dotare filiam, vel ſororem, dec. 109. à n.20. ad 24. An, & quando poſſit præiudicare filijs in emphyteuſi, vide ver. emphyteuſis.

Pax. Pacis pro bono, & ob publica vtilitatem multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, dec.105. n.10.

Peccatum non minuit diuturnitas temporis, vide ver. diuturnitas temporis.

Pecunia an, & quando veniat ſub generali obligatione, dec.24. n.5. & 13. Sed an veniat eadem pecunia, quæ mutuata eſt à creditore debitori, an præferatur mutuans alijs creditoribus, à n.9. ad n.26. vbi affirmatiua deciditur, data decoctione debitoris, & quare. Si mutetur ordine Superioris, ſolutio an debeat fieri, habito reſpectu ad valorem intrinſecum tempore contractus, vel tempore ſolutionis, dec.48. n.4.6. & 7. Mutata in Regno eſt die 2. menſis Martij 1622. antè n.1. Poſita penès Mercatorem, præſumitur depoſita, & an tale depoſitum dicatur regulare, vel irregulare, vel potiùs contractus mixtus, n.3. 8. Quando ea vti poſſit, & vſus ad quid teneatur, ſub num. 12. & 13. Eius in ſolutione quod tempus attendi debeat, ſolutionis, an verò cõtractus, & quid in materia depoſiti, à n.9. ad 11. vbi deciſio. Facienda eſt, prout valebat tempore cõtractus, legis, vel ſententiæ in mutuo, in omnibus alijs contractibus, ſententiis, & pœnis pecuniarijs, ſiuè poſtmodùm habuerit augmentum, ſiuè diminutionem, n.5.

Penſio an, & quando remittatur ob fructuum ſterilitatem, vel damnum in illis, dec.18. n.1. Non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, & eo minus eſt, dec.73. ſub n.13. & n.14.

Perſona mutata, mutatur ſtatus rei, & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris, dec.116. n.47.

Pertinẽtiarũ appellatione quę veniant, d.37. n.20.

Petitorij, & poſſeſſorij cumulatio an, & quando ſit admittenda, dec.101. à n.1. & n.36. vbi deciſio. Quando detur, ſub num.16. Quid in iuribus incorporalibus, in quibus ceſſat ratio ordinis, & repugnantiæ, n.12. 16. & 18. Poteſt vtrũquè cumulari vbi ſe compatiantur, maximè cùm vnico libello cumulantur, etiam in iudicio attentatorum, à n.6. ad 8. Proponi ſimul poſſunt, attento iure Canonico, etiam in poſſeſſorio recuperãdæ, n.14. & 15. Non poteſt intentari cum poſſeſſorio conſeruatiuo, n. 29. Maximè parte opponente, ibid. vide ver. exceptio dominij. Ius ſemper diſcutitur, & attenditur per S.C. in poſſeſſorio, dec.108. n.51.

D. Petrus Iordanus Vrſinus Præſidens R. C. S. Regens Reg. Canc. & Præſ. S. C. laudatur dec.37. n.12. dec.63. ſub n.12. dec.105. ſub n.84. d. 107.



Digitized by Google

ſub n.42. Allegatur,& laudatur,d.99.ſub n.35.

Pignorari ſibimet ipſi non poteſt res propria, dec. 16.ſub n.18.& ſub n.37.

Pignus iudiciale ſit per exequutionem, An tamen poſſit practicari in libero homine,dec.72.n.1.

Pignoris fructus,vide ver.fructus pignoris.

Pœnæ ſecundò nubentium,quæ ſint,ſublatæ de iure Canonico,& an reſpectu filiorum, dec.2.n.24. 25.Eas vt poſſit remittere minor, quæ requiratur,n.45.& ſub n.50.

Pœna non debet egredi ſuos authores, dec.33. ſub n.18. Quotieſcunquè applicatur Fiſco,cauſa dicitur criminalis, dec.45.n. 23. Ab ea qualibet cauſa,etiam ininiuſta excuſat.n.24. Liquidationis inſtrumenti, quæ fuerit olim, & quæ hodiè, vide ver.inſtrumenti liquidationis pœna. Quãuis ipſo iure ſit impoſita, requiritur tamen ſententia declaratoria,d.73 ſub n.6.9.& 10. Quãdo dutè,& an hoc procedat quoad requiſita tradita per Bullam circa fori priuilegium, vide n. 18 19.& 27.& vide ver.ſententia. Fracti carceris an habeat locum, vbi carceratus eſſet innocens,dec. 6.n.1.& 2.Fracti carceris quæ ſit.d n.8. Et quid ſi frangatur cum conſpiratione, n. 18.Contumacia quæ ſit,& quanta de iure communi,& Regni,in ciuilibus,& in criminalibus. Quando locum habeat, & quomodò practicetur, dec 77.n.1.2.9.24.25.& 26 Ius commune reſpectu taxationis pœnæ contumaciæ,eſt correctum per Reg. Conſtit.n.23 Contumaciæ circa exactionem tertiæ partis mobilium hodiè nõ ſeruatur,niſi in Contumace ad Capitula, dec.77.n. 24.& ſeq.

Pœnarum contumacium taxatio, quæ hodiè fit per Reg.Fiſcum in M C. procedit ex particulari cedula Domini Proregis,n.27.

Pœna Fiſcalis, vide ver. exequutio pœnæ fiſcalis, ver.gratia medietatis pœnæ, ver.ordo datus à I. à Diuo Pio.

Pœna l.fœminæ, C.de ſecund.nup.an, & quando mulieri remiſſa cenſeantur à marito, vel filijs primi matrimonij,vide ver.filij primi matrimonij,ver.maritus,ver.mulier.

Pœnitentiæ non eſt locus lite cõteſtata,d.120.n.12.

Pontifex poteſt in præiudicium tertij duas Eccleſias vnire,dec 68.n 30.

Portio hæreditatis eius,qui non adit,vel repudiat, accreſcit alteri,& quarè,dec.1.ſub n.95.Debita proximioribus ex Conſuet.Neap.an iure hæreditario deferatur,vel pacto ciuium,Deducta tamen in pactum, debetur ex pacto abſquè aliqua aditione hæreditatis,dec 8 n.9. A Conſuet.prædicta delata etiam reſpectu filii in dotibus paternis,non acquiritur abſquè petitione, & agnitione,ſed refertur ad ſequẽtes proximiores.n.11. A Conſuet.Neap filiis debita de dote, vel alijs agnatis,aut cognatis de bonis antiquis an titulo hæreditario, an ſingulari, & ex prouidentia Conſuet. peruenire dicatur, & an, & quando tranſmittatur,ea non adita, dec.117.à n 6.ad 7. & n.21.& 22. Qua actione petatur, n. 16. & ſub n.17.& 25.Debetur abſquè onere,n.17.

Poſſeſſio vera dicitur, quæ habetur ex clauſulis conſtituti,& reſeruationis vſusfructus vita durante,dec.2.n.30.& 31.Eſt quid facti, dec.33.n. 11.Rei donatæ quæritur donatario per actus locationis,& perceptionis fructuum, dec.46.n.12. In iuriſdictionalibus acquiritur per actum pertinentem ad illius exercitium, dec. 77.n.12. In poſſeſſoriis vltimus actus attenditur maximè ad conſeruandum aliquem in poſſeſſione in incorporalibus.n 14.In ea manuteneri an,& quando debeat, qui ex iure fundatam habet intentionem, n.15.17.19.20. & 30. & vide ver manutentio, & verb.regula tex.in cap. perſona. Iunior habetur pro turbatione, & non eſt manutenibilis in præiudicium veri poſſeſſoris non habentis ſe pro ſpoliato,n.22.

Poſſeſſione quomodocunquè capta, ſiuè Iudicis, ſiuè propria authoritate,poſſeſſor eſt manutenendus, dec.108.n.21.

Poſſeſſionem propria authoritate capere poteſt, qui titulũ habet,et qui poſſidet eſt manutenendus ib.

Poſſeſſio vitioſa non dicitur, quæ vacans capitur,n. 48 vide ver emptor,ver.fideicommiſſarius.

Poſſeſſor non cogitur reſtituere fructus ſuos, ſed quos tanquam ex fundo alieno ſciens percipit, dec.65.ſub n.14.

Poſſidere dicitur qui ciuilitèr poſſidet, & ei competit remediũ poſſeſſoriũ,dec 101.n 20.Poteſt vnus ciuilitèr, & alius naturaliter poſſidere.n 21.

Poſsidens alieno nomine poteſt dominũ in iudicio nominare,ſi iudicium ſubire nolit,dec 102.n.27.

Poſsidere verè dicitur,qui Iudicis authoritate poſſidet, quamuis decretum Iudicis ſit contra ius litigatoris,dec.108.n.1.

Poſſeſſorium retinendæ an, & quando poſſit cumulari cum petitorio, dec. 101.n 4.& 16. vide ver.petitorium.Prius debet agi,quam petitoriũ, & in Rota Romana,n.31.

Poſſeſſorij ſummariſsimo in iudicio nudum factũ, & ſola detentio attenditur,& quare,n.33.

Poſiti in conditione in contractu donationis, non cenſentur vocati,quamuis ijs iniungatur grauamen,quia id intelligitur, quatenus ipſi ſuccederent dec.2.n.29.

Poteſtas accipiendi pecuniam ad cambium an requirat declarationem quòd ob non factam ſolutionem in tempore, neceſſe ſit pecuniam prædictam accipere,dec.106.n 44

Præceptum, quòd ſoluat tertias,factum compilato proceſſu an,& quando dicatur diffinitiuum, & quando comminatorium, dec.96.n.4 & 15 Antè reſciſſionem contractus fit de æquitate S. C. & dicitur ordinatum ad ſententiam. An appelletur interlocutorium, n.16.17.20. & 23. Ab eis ſi fiant per M.C.an, & quando committatur appellatio in S.C.n. 21. Iudicis factum poſt negationem rei, & probationes factas, ac cauſa cognitionẽ,quòd ſoluat, quãdo dicatur diffinitiuũ, licèt Iudex non dicat,ego condemno.n 5.& 6.

Præfationes libri,& ſcripturæ declarant,& demõſtrant animũ,& mentem ſcribẽtis dec.100.n.27.

Præiudicium vna Pars alteri inferre non poteſt, dec.33.n.21.

Prælatio domino rei emphyteuticæ competit de iure

re

Digitized by Google

re communi, & ex pactis adiectis in instrumento conceſſionis, & exindè præfertur habentibus prælationem vigore ſtatuti, dec.46.n.15.16. Et vide ver.ciuis. Eius tempus non currit aduerſus dominum directum, volentem agere pro iure cõgrui, niſi à die requiſitionis, n.35. In feudis hæreditarijs competit agnato, dec.57.n.51. Eius ius, vide verb. feudo nullitèr alienato, verb. ius prælationis, verb. læſus, ver. minor.

Prælati confeſſio an noceat Eccleſiæ, dec.86.n.3. & dec.88.n.5. Debet, vt & Prior, & Tutor nõ mẽtiri, ſed agnoſcere bonam fidem ſuorum Monachorũ, & quomodò debeat reſpondere in depoſitione, vt principalis, dec.86.n.4.

Prælatus in negotio communi de conſenſu Capituli poteſt conſtituere Sindicum ad agendum n.8.

Præſcriptio etiam longiſſimi temporis non prodeſt aduerſus ſeruitutes, de quibus adſit aliquod inſtrumentum conuentionis, & quarè, dec 65.n.4. Ea non tolluntur, quæ conſiſtunt in mera facultate, dec.77.n.28. Incipit currere à die impedimenti, n.29.

Præſes S.C. ſuſpectus in votando, poteſt cauſas inter Reg. Conſiliarios diſtribuere, nec non ordinare, quòd verbum fiat in S.C dec.87.n.6.

Præſumptiones plures, etiam in cauſa criminali ſimul iunguntur, dec.74.n.14.

Præuentio per ſolam citationem ius tribuit, d.45. n.34. Facta formitèr, ex quibus dicatur, dec.141. ſub n.40. Aduerſus Apocam Banci verificatam, vel recognitã factã, an impediat debitoris carcerationem, vide ver. exceptio nõ numeratæ pecuniæ.

Præuentus an poſſit declinatoriam fori opponere, & quid ſi ſit clericus, dec.89.n.4.

Prag. 2. ſub tit. de citat. non procedit in citationibus ad Capitula, & informandum, & quarè, d. 74.n.15. Sexta §.4. de trigeſimis, & ſalario explicatur, dec.93 ſub n.14. & n.15. Quarta de dilation. quæ erat 77 §.2. de Offic. S. R. C. explicatur, dec.96. ſub n.2. Non militat aduerſus decretũ interlocutoria, vim diffinitiuæ habentia, n.26.

Pragm.64.n.6. de Offic. proc. Cæſ. explicatur, d. 111 à princ. & n.24. & ſeq.

Praxis Curiæ, vide ver. ſtylus.

Preces porrectæ debitori, in dignitate conſtituto ſufficiunt pro interpellatione, dec.106.n.24.

Pretium non ſuccedit loco rei, nec è contrà in particularibus, dec.24.n.26. Secus in vniuerſalibus, dec.43.n.2. Redactum ex re feudali, non dicitur feudale, num.2. deciſ.70. n.22. Liberatur tamẽ creditoribus habentibus aſſenſum, cum redigitur ex re feudali, & quarè, dec.43.n.3. & vide ver. creditores abſq; aſſenſu, dec.44.n.26. & dec.56.n. 1. In particularibus an, & quando ſuccedat loco rei, d.70.n.21.45. & ſeq. ſuccedit tamen in vniuerſalibus, ſub n.48. Eius pars habenda eſt quicquid ſoluit emptor ratione emptionis, maximè ſi onus ſpectaret ad venditorem, dec.116.n.41.42.

Primogenituræ ius, vide ver. ius primogenituræ.

Principum reſcripta interpretari, & concedi debent, dummodò alteri iniuriam, detrimentum, et præiudicium non afferant, dec.3.n.23.

Princeps non præſumitur præiudicare voluiſſe ei, cui fuit ius quæſitum, dec 33.n.2. An poſſit tollere, quæ ſunt iuris poſitiui, dec 68 n.26. An poſſit concedere moratorias debitoribus per aliquod tempus in præiudicium creditorum, n.29. Poteſt ex iuſta cauſa ius alteri quæſitum auferre, n.31. Poteſt reſtituere ad appellandum contrà ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, n. 53. Eius indulgentia conceſſa, pleniſſimè eſt interpretãda, niſi tamen ſit iniqua, & ad nutriẽda crimina promptior, dec 71.n 12.

Principum beneficia, licèt ſint largè interpretanda, literæ tamen beneficiales, maximè quæ ambitionem, ſeu iniquitatem pariunt, ſunt potiùs reſtringenda, n.13.

Principes ſolent ob res proſperè geſtas criminis accuſationem abolere, & concedere ob bonum publicum, ſecuritatem, ſaluũconductũ, & indulgẽtiam abſq; Partis remiſſione, dec.105.n.4 & 5.

Princeps, & non alius poteſt condemnationes caſſare, & id alijs committere ob publicam vtilitatem, n 6. & 7. Eſt ſuprà ius poſitiuum, ob quod poteſt contrà ius reſcribere, & ſtatuere, pœnam voluntarij homicidij remittere, & vrgentibus bellis guidaticum, & ſaluumconductũ concedere, n.8.9. & 11. Non poteſt remittere delicta futura, & quarè, n.39.

Prior, & Abbas qualitèr deponere debeant, & iurare, iuſſi deponere, vt principales, dec.86.n.2. in cauſis eorum Eccleſiarum, & dec.88.n.4. & vide ver. prælatus.

Priuilegijs renunciare nemo poteſt reſpectu iuris tertio quæſiti, dec 33.n.20.

Priuilegia inter priuilegiatos conquaſſantur, dec. 54.n.6.

Priuilegium iuriſdictionis ampliſſimum etiam contrà viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas cõceſſum alicui perſonæ magnæ qualitatis, an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, nõ eiuſdem qualitatis, dec.67.à n.4. & quarè, n.6. & 9.

Priuilegio l.vnicæ, C.quand. Imper. inter pup. & vid. ad hoc, vt derogetur, ſpecialis, & expreſſa requiritur derogatio, & non ſufficit generalis. Nec ſufficit, quòd in priuilegio adſit clauſula, vt comprehendat etiam ea, de quibus oporteret fieri expreſſa mentio, dec.67.n.7. & 8. & quarè, n. 9. & 18. An ſufficiat derogatio per relationem ad aliud priuilegium, in quo derogatio eſſet expreſſa, n.16.

Priuilegium l.vnicæ, C.quand. Imper. eſt conceſſum miſerationis gratia, & proindè multa habet particularia, n.9. Dicitur innouatio vbi aliquid additur, vel detrahitur priuilegio veteri, dec.67.n.11. Et vide ver. inueſtitura. Contra viduas cenſetur reſeruatum ex clauſula in conceſſione iuriſdictionis appoſita, exceptis iuriſdictionibus nobis ratione maioris dominij competentibus, dec.67.n.14. & quarè, n.17. & vide ver. iuriſdictionis prorogatio. Conſirmans etiam ex certa ſcientia non poteſt tertio nocere, dec.70. n.45. Quòd vir poſſit exigere vſuras ab dotes non ſolutas, non tranſit in hæredem, dec.97.n.18. Eius cauſa ceſſante, ceſſat priuilegiũ, d.102.n.8.



Digitized by Google

Probationes ſũt Iudici arbitrariæ, d.1.n.36. Inſufficiẽtes dicũtur ſufficientes in re parui mamẽti, d.12.n.19. In naufragio quo loco fieri debẽt, & facta in loco naufragij, ſi Iudex ſit incõpetẽs, an poſteà probẽt corã Iudice cõpetenti, d.60.n.2. In ciuilibus coniungũtur, num. 6. Inter mercatores, & ubi proceditur, ſola facti veritate inſpecta, probationes non legitimæ an faciant fidem, ac ſi eſſent legitimæ, n.7. & 8. Omnes ſunt arbitraria, & in manu Iudicis eſt, quid, & cui credat, n.9.

Probatio dubia, & repugnantiam habens non prodeſt inquiſito. Debet neceſſariò concludere, dec. 105. à n. 81. ad 83. Dubia non releuat probantem, dec.111.n.39.

Proceres, & Magnati Regni, ſecundùm eorũ vſũ, in dubio contraxiſſe præſumitur, dec. 35. n.1. Quid ſi in aliqua parte contractus dixerint cõtrarium, n.5. & ſub n.20. Vndè originem ſumpſerit mos eorum, qui viget in hac Ciuitate Neapolis, n.2. Continet idem, quod ius commune, ſub n.3. & 11. An extendatur ad capita non expreſſa, & circà ſucceſſionem, ſub n.7. & 22. Vt ſic in dubio præſumatur cõtractum matrimonium, ſufficit, quòd vir, vel vxor ſit de Magnatis, & Proceribus, ſub n.7. & ſub n.23. vbi deciſio. Hoc more, & vſu mater non excluditur à ſucceſſione filiorum, ſub n.9. & ſub n.23. Quid ſit vſus Procerum, & Magnatum ſub n.19. Vbi de erroribus Gamil. Saler. in eius reaſſumptione.

Procerum, & Magnatum mos an, & quando idem ſit, quod ius commune, dec.98.n.11.18.21. & 26.

Procurator in cauſa criminali an, & quando admitti poſſit, dec.45.n.19.20. & 22. Non præiudicat Principali, acceptando decretum, dec.59.n.3. Eius error poteſt à Principali reuocari, verùm antè ſententiam, ſed poſt in cauſa appellationis, n.4. Admittitur ad opponendum nullitatem citationis circunductæ aduerſus ſententiam foriudicationis, dec.69.n.34. Cogitur deponere procuratorio nomine vti Principalis. An tamen, & quãdo noceat Dominò, dec.88.n.6. Efficitur Dominus litis in iudicio ſummario, & vbi non requiritur litis conteſtatio, ab ipſo, quòd cœperit de cauſa tractari, dec.102.n.32.

Prodigus quomodò poſſit liquidare inſtrumentum contrà ſuum debitorem, vel poſſit contrà eum liquidari, vide ver. inſtrumentum.

Profectitium, vide ver. argumentum, ver. patris contemplatione.

Profeſſio, vide ver. animi deſtinatio.

Prohibitio alienationis etiam non expreſſa, quando intelligitur in fideicommiſſis, dec.103.n.11. Alienationis extrà familiam, vide ver. fideicommiſſum. Trebellianicæ, vide ver. trebellianicæ prohibitio.

Promiſſio de renunciando ſufficit ad excluſionem promittentis, abſque effectuali renunciatione, præſertim quando adeſt iuramentum, dec.3.nu.29. De ſoluendo, ſeu acceptatio literarum cambij facta ab eo, cui literæ diriguntur, an, & quãdo, & vbi inducat liberationem debitoris ſcribentis, dec.40.n.4. Et quid in Campſoribus, & literis cambij in Regno, n.7. & 8. [illegible] vide ver. bancherij, ver. campſores. Quamuis furcata, intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, dec.44.n.15.

Prorex ſolet tempore belli delinquentibus, ſaluoſconductus concedere, vt per aliquos annos militia inſeruiant, dec.105.n.12. Quibus criminibus exceptus conceſſerit Excellẽtiſs. Dux de Medina de las Torres, n.14.

Proteſtatio ſolet ius proteſtanti reſeruare, ſi tamen ſit notificata Parti, de cuius intereſſe agit, vt non producit effectum in damnum abſentis, dec.27. n.6. & 7. Contraria facto, nihil operatur, n.8. Et quando operans nullitatem contractus eſſet dolosa, proteſtans tenetur ad reſtitutionem, interreſſe, n. 9. Quòd quis non contentus in literis cambij ſoluit pro honore literarum cambij non acceptatarum ab eo, cui directæ fuerant, producit actionem negotiorum geſtorum contrà illum, qui eas ſcripſerat, dec.83.n.1. Quarè fiat, & quid operetur, dec.106.n.20.21. Per eam non tollitur legis diſpoſitio, ſub n.63. vide ver. literæ cambij.

Prouocans cũ iniurijs, de quibus ex cauſa honeſtatis Prætor adiri nõ ſolet, impunè occidi poteſt. In exceſſus mitiori pœna punitur, dec.75.n.13.

Prouocantes ſe ad inuicem non tenentur ad interreſſe, quàmuis aliquis eorum remaneat in pugna interfectus, n.24.

Prouocatus, ſi occidat prouocantem, mitiùs punitur, maximè data inter perſonas diſparitate, n. 11 & 12. An tamen, & quando teneatur ad interreſſe Partis, maximè ſi excedat in ſe defendendo, n.23.25.

Proximior, qui præcedit in gradu, alijs præferendus eſt in ſucceſſione, dec.4. ſub n.2. & ſub n.3.

Pupillus etiam cum tutoris authoritate non poteſt donare, dec.30.n.31. Ex contractu tutoris obligatur, ſi ille vtile negotium geſſerit, & non ſe obligauit contrà legis diſpoſitionem, dec.107.n. 2. & 3. Non obligatur ad euictionem promiſſam per curatorem, coactè retrouendentem rem emptam, cum pacto de retrouendendo, nec cùm tutor vendit nomine pupilli rem alienam, vel illam diuidit, n.5. & 7. Ad quid tamen teneatur, n.39. Vbi ex contractu tutoris læditur, an, & quando eſt liberatus cedendo actiones contrà tutorem, n.6. & 39. Factus maior debet, vel in totum contractum à tutore factum reprobare, vel in totum approbare, n.30. Re euicta an, & quando teneatur etiam de proprio, ſi tutor vendat rem pupilli pro ſatisfaciendis creditoribus hereditarijs, & promittat euictionem generalem, n.41. 42. & 49.

Q

QVALITAS hereditaria in enunciatiuis [illegible] ſa, cenſetur in diſpoſitiuis repetita, dec. 38. n. 19. Orationi perfectæ poſita inducit modum, dec.105.n.13. Adiecta alicui in conceſſione guidatici an per ipſum ſolum debeat impleri, vel poſſit etiam per alium, n.2.

Qualitates non entis nullæ ſunt, dec.41. ſub n.7.

Quarta ex Conſtit. Diui Pij filiæ arrogatæ debita tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, etiam non agnita, dec.17.n.20.

Que-

Digitized by Google

Querelam Pars offenſa an poſſit ampliùs inſtituere, ſi generali indulgentia per Principem conceſſa ſtatutum ſit, quòd in nullo crimine cōmiſſo poſſit ampliùs procedi, dec.71.n.11.

R

Excell. Ramirus de Guzman Dux de Medina de las Torres, & Sabloneta Prorex memoratur, dec.105 ſub n.13 Laudatur ſub n.84.

Ratificatio ſocietatis, & communionis poteſt fieri re, verbo, & conſenſu tacito, & in contractibus omnibus, qui conſenſu perficiuntur. Inducitur ex ſola petitione fructuum, eorumq; receptione, dec.26 à n.27 ad n.31.

Ratificare facto plùs eſt, quàm verbis, n.28.

Ratificatio nihil operatur, cùm contractus à principio claudicauit, dec.43.n.6. Ex verbis, & ex factis inducitur, dec.57.n.14. Eam an, & quando inducat pretij receptio, vide ver. alienationis ratificationem.

Ratificat contractum, qui ſoluit pretium, in contractu promiſſum, n.17.

Ratihabitio ex ſolo facto, & actu tacito inducitur. Inducitur etiam ex receptione pretij rei ſuę ab alio vendita, dec.104.n.27.28.

Reclamatio admittitur ad eoſdem Iudices, nō appellatio à ſententijs, quę proferuntur nomine Regio, & à S.C. nec poteſt proſequi, niſi ſententia lata, ſit in totum executa. An tamen dicatur executa per carcerationem debitoris, qui ſit condemnatus ſoluere, dec.72. ſub n.17. & n.18. Et ſupplicatio ſatis differunt ab appellatione circà ſententię executionem, dec.100.n.18. & 19. In quibus conueniant, & à pari procedant reclamatio, & appellatio, ſub n.35. A ſententia S.C. admittitur ex benignitate Principis, n.19. Et remedium nullitatum dantur aduerſus decretum Sacr. Conſil. in materia Capit. Regni, vide verb. Capitula Regni.

Recognoſcere quis alienas manus non tenetur, tenetur tamen dominus recognoſcere chirographū ſui Inſtitoris, hęres ſcripturam ſui defūcti, vxor viri, filius patris, & ſimilium, & quādo præſertim, dec.55.n.2.4.6. & 7. & vide ver. dominus, ver. filius, ver. hęres, ver. manus, ver. vxor.

Recognitionis apodixarum, & aliarū ſcripturarum priuatarum materia ſedes indicatur, n.8.

Reconuentio non datur in iudicio vigore Capitulorum Regni, dec.69.n.9.

Refutatione feudi annullata, quia non ſit regiſtrata, ſeruata forma Reg. Pragm. an ſint annullata acta facta cum ipſo refutatario antè Pragm. d. 33 à n.2. & n.16.18.19. & 26. vbi deciſio. Infrà quot mēſes regiſtrari debeat, tā facta antè Prag. quàm facienda, n.4. Eius annullatio eſt pœna, n. 18. Poteſt fieri immediato ſucceſſori in feudo, etiā abſque aſſenſu ſub n.16.

Regens Reg. Cancell. ſi eſt ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, quamuis in delegatione adeſſet aliqualis cognitio, d.87.n.7.8.10.

Regnum Neapolis quot habeat Prouincias, & Ciuitates. Eſt amplum, & habet maximam longitudinem, dec.74. ſub n.15.

Regula text. in cap. perſonæ, de priuil. in 6. quando locum non habeat, dec.77. à n.17. ad 20.

Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, dec.67.n.3. & dec 108.n.19. Eſt in referente, & tunc non attenditur relatum, ſed referens, dec.103.n.20. Si non exhibeatur, non creditur referenti, dec.106.n.70.

Releuij ſolutio pro obtinenda inueſtitura, ſeù confirmatione poſſeſſionis feudi, non eſt onus feudi, ſed feudatarij, & in ea an, & quando contribuant hæredes in burgenſaticis, dec. 92. n. 1.3. & ſub n.7.8. & 10 Non poteſt admitti ad beneficium feudatarij in diſcuſſione inuentarij, n.2. Ex ſolutione feudum non acquiritur, n. 9. Nec dicitur propria inueſtitura feudi, ſed potiùs, & verè confirmatio, ibid. Ex ſolutione oritur præſumptio, & quaſi poſſeſſio qualitatis feudalis. Eius per vnicam ſolutionem quæritur ius domino directo, quod non tollitur ex eo, quòd non continuetur ſolutio, dec.93.n.1. & 3. An autem, & quando contrà hanc præſumptionem admittatur probatio in contrarium, eaq; ceſſet, n.4.5. & 7. Non ſoluitur, niſi à poſſeſſore rei feudalis, n.2. vide ver. Fiſcus.

Religio, vide ver. cōditio, ver. nouitius, ver. vouens.

Religioſus non dicitur qui tria vota, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ non fecit, dec.118.n.3. & vide ver. mulier.

Religioſi dicuntur mortui Mundo, n.17.

Remedium adipiſcendæ hæreditatis ex l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. eſt fauorabile, dec.14. ſub n. 1. Executiuum cedi poteſt, dec.16. ſub n.42.

Remedio ordinario electo an poſſit agi via executiua, dec.120.n.20.

Remedium Capit. Regn. vide ver. Capitula Regni, L. diffamari intentans, vide ver. actor, verb. exceptio declinatoria fori.

Remiſſio Partis an ſit neceſſaria, ad finem, vt quis gaudeat indultu, ſi informatio capta ſit ad inſtātiam Reg. Fiſci, abſq; querela Partis tempore publicati indultus, dec.71.n.5. & 14. Partis offenſa requiſita in abolitionis indulgentia, intelligitur de accuſatore, & an requiratur remiſſio Inſtigatoris, ib.n.6. Requiſita ab indultu, vbi deficit, beneficium indultus deficit ex defectu conditionis, ſub n.14. vide ver. compoſitio, ver. delictū.

Remittere, & dare, paria ſunt quòad iuris effectum, dec.116.n.44.

Renunciatio cùm alitèr reperitur extēſa, quàm fuerit conuentum, & promiſſum, præſumitur ex errore Notarij, per quem cenſentur addita omnia alia, pratèr intentionem renunciantis, quæ tantū voluit obſeruare promiſſa, & non aliter, dec.2. n.34. & 37.

Renunciationum in contractu mulierum cū nubūt, verba, quæ apponi ſunt ſolita ex communi vſu renunciandi in capitulis matrimonialibus, ſi apponantur per Notarium ità, non præſumuntur appoſita ex errore, vt quæ de ſtylo apponi conſueuerunt, & communitèr appoſita cenſeantur, & omiſſa ex errore, ſub n.29. iuncto n.38.

Renunciari l. de his, ff. de tranſact. non poteſt etiam cum iuramento, quia eſt facta ob publicam vtilitatem, n.45.



Digitized by Google

Renunciationes, quæ per filias ſiunt in manibus, patrum, præſumuntur facta metu reuerentiali, qui ita in illis interuenire ſolet, vt abſq; aliqua notitia, & certificatione iurium ſibi competentium renuncient, n. 46.

Renunciantes plerunq; ignorant vltimas voluntates, ſub n. 47.

Renunciatione in generali non cenſetur, filiã renunciaſſe, & retroceſſiſſe bona, quæ pater ipſi ſpecificè donauerat, ſed oportet, quòd ſpecialis fiat retroceſſio, & donatio, n. 50.

Renunciatio matris an, & quando filijs, & hæredibus obſtet, eaq; intelligatur facta fauore maſculorum, qui aderant tempore renunciationis, & poſteà diem ſuum obierint. Ex clauſula, rebus etiam in eo ſtatu non permanentibus renunciatio iudicatur realis. An vires habeat, cũ quis, cui eſt renunciatum fecit teſtamentum, d. 3. à n. 26. Filiæ tunc diſputari ſolet, an ſit perſonalis, an realis, & an ſit facta contemplatione maſculorum, quando pater, vel auus, qui recipit renunciationem, deceſſit ab inteſtato, non quando moritur ex teſtamento, quia tunc nihil refert, an ſit perſonalis, an realis, ſed ſemper filia à ſucceſſione excluditur, nec poteſt venire contra teſtamentum patris, neque vigore Conſuet. Neap. ſub n. 26. & n. 28. Promiſſio de renunciando, ad finem, vt promittens excludatur, ſufficit abſque effectuali renunciatione, præſertim quando adeſt iuramentum, n. 29. Matris dote recepta an, & quando filijs obſtet, ſiuè veniant ex propria perſona cum exiſtentibus in pari gradu, ſiuè cum patruis concurrant, amitis, & auunculis, repræſentantes gradum matris, & locum. Itèm ſiuè tractetur de ſucceſſione in linea aſcendenti, ſiuè in collaterali, dec. 4. à n. 4. ad 10. vbi negatiuè deciditur. Filiæ cùm eſt facta ob dotem receptam, non operatur tacita conditio, quæ ineſt renunciationibus, ſi renuncianti hæreditas deferatur, & quarè, n. 5. & 6.

Renuncianti non datur regreſſus ad iura renunciata, dec. 17. n. 5.

Renunciationes, quæ fieri debent à Nouitijs volentibus emittere profeſſionem, debent fieri infrà duos menſes antè profeſſionem emiſſam, aliàs ſunt nullæ, & inualida, dec. 29. n. 2. Si tamen fiat modico tempore antè, vel poſt duos menſes, non eſt nulla, & quarè, n. 7. & 8. & ſub n. 10. An facta in menſe Februarij qui eſt 28. dierum, duo dies deficientes debeant ſuppleri de menſe ſequenti, ſub n. 5. Facta intuitu profeſſionis, & Religionis, ea non ſequuta, eſt nulla, n. 9. Quomodò tamen intelligendi ſint duo iſti menſes ſtatuti à S. Conc. Trid. vide n. 6. & 10. & vide ver. menſis.

Renũciatio facta à Nouitio infrà duos menſes proximos tempori, quo profeſſio legitimè potuiſſet fieri, non cenſetur inualida, ſi actualis profeſſio per aliquos menſes dilata fuerit, n. 11. Intuitu Religionis facta cùm eſt, an requirat ſolemnitates à S. Conc. Trid. traditas, dec. 31. n. 1. & n. 3. 7. Facta antè ingreſſum Religionis, nulla facta mentione de ipſo ingreſſu, non ſubiacet diſpoſitioni Conc. Trident. ſub titul. de Regular. c. 16. ſeſſ. 25. n. 2. Quid ſi occaſione ingreſſus, & in fraudẽ, ſub n. 4. Et quando dicatur facta in fraudem, n. 9. Pariſicatur renunciatio ingreſſa Monaſterium, & volentis ingredi, n. 5. Matris an, & quando obſtet filijs venientibus ex propria perſona, & an tunc dos debeat conferri, dec. 41. n. 1. 5. 6. 12. & 17. Habet tacitam conditionem, ſi hæreditas ei deferatur, n. 4. 13. & 16. Quid ſi renunciatio fiat ob dotem receptam, n. 6. Ac remiſſio iuris proprij non præſumitur, maximè vbi adeſt ignorantia, & quarè, dec. 98. n. 14. 15. & 17. Abſq; certioratione, præſertim in muliere, an, & quando valeat etiam iurata, à n. 42. ad 48. vide ver. donatio, vel renunciatio, ver. fideicommiſſa conditionali, ver. nouitius.

Repetitio non datur, vbi non viget eadem ratio, dec. 1. ſub n. 108. Subſtitutionis tacitæ reciprocæ, vide ver. ſubſtitutionis tacitæ reciprocæ.

Repræſentatio ex perſona matris ceſſat in filio, cuius mater, quam repræſentat, renunciatione excluſa non poſſet ſuccedere, ſi viueret, d. 9. n. 3. vbi quòd tunc filius non concurret cum patruo.

Res eadem penès duos inſolidum ſtare non poteſt, dec. 28. n. 12. Sua nemini ſeruit, dec. 67. ſub n. 2. Iudicata quæ dicatur, & an pendente reclamatione à ſententia, quæ interim exequi debeat, dicatur res iudicata, dec. 100. n. 29. 31. & 35. Rẽcepta vigore pacti de retrouendendo, reincidit in priſtinam cauſam, dec. 104. n. 13.

Reſciſſionis contractus praxis S. C. traditur, d. 30. n. 17. In ea admittitur moræ purgatio, ibid.

Reſciſſio cõtractus vndè proueniat, d. 125. ſub n. 19. vide ver. cõtractus, ver. intereſſe poſt reſciſſionẽ.

Reipublicæ intereſt, delicta puniri, dec. 105. n. 1.

Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum termini, quæ in Regno vocatur primum, & ſecundum beneficium, competit, nedùm pupillis, ſed etiam omnibus mulieribus maioribus, & poteſt etiam bis peti, dec. 79. n. 1. Poſſunt dari quatuor reſtitutiones, & beneficia in vna cauſa, n. 13. ad 15. Minoribus competens fauorabilior eſt, quàm competens maioribus. Ab ea minor propter dolum excluditur, ſub n. 7. In integrum, quæ minoribus, & alijs perſonis priuilegiatis bis conceditur aduerſus probationes non factas, datur etiã feminis, & nuptis. Conceditur ad ſimplicem priuilegiatorum petitionem, abſque aliqua probatione læſionis, & quarè. Vndè originem habuerit, & quarè primum, & ſecundum beneficium dicta ſit, dec. 91. à n. 1. ad 6. Quo tempore peti debeat, & infrà quantum tempus, n. 7. Quòd certa capitula ſententiam non reſcindit in cæteris, dec. 119. n. 21. vide ver. minor.

Reſtitutus non recuperat bona medio tempore incapacitatis alienata penès tertium, & an ſoluere contractum per poſſeſſorem, dum ipſe erat incapax, dec. 23. n. 12.

Retentio hæreditatis maternæ num filiæ detur pro legitima, & antephato ſibi debito poſt eius mortem, dec. 10. n. 6. Competit filio poſſidenti, donec ſit facta liquidatio eius crediti, dec. 13. n. 11. Datur pro credito abſq; hypotheca, n. 12. Quotieſcun-

Digitized by Google

cunq; poteſt fieri clara ius, & nomen hæredis; & quis poteſt habere iuſtam cauſam retinendo, po- teſt quis non ſoluere, ſub n. 10. Sibi locum non vendicat abſq; poſſeſſione, dec. 25. n. 11. Facilius admittitur, quàm compenſatio, imò dum nō ha- bet locum compēſatio, admittitur retentio n. 24. & ſub n. 33. Quando producat eũdem effectum, ac compenſatio, ibid.

Retractui ſi renunciet tacitè, vel expreſſè proxi- mior agnatus, non prohibetur alius proximior retrahere, dec. 57. n. 34. Eius renũciationem quã- do inducat præſentia, n. 24.

Retractus, vide ver. agnatus, ver. conſanguineus, ver. ius retractus, & ver. Mundualdus.

Retrotractio nō habet locum in poteſtatiuis, d. 25. n. 3. Nō admittitur in præiudiciũ tertij ſub n. 11.

Retrouenditio nominis debitoris eſt vera vendi- tio, ac ceſſio nominis debitoris, d. 16. n. 15. & 28. Si fiat vigore pacti de retrouendendo, inducit id, quod eſt retroſimile primo contractui venditio- nis per viam tranſlationis, non per viam diſſo- lutionis illius, n. 30. & ſub n. 53. Per retrouen- ditionem quo pacto extinguatur actio perſona- lis, n. 37. Eius contractus qualitas inducit trāſ- lationē iuriũ, ſub n. 33. & n. 55. Quid in eo im- portent verba, ceſſit, poſuit, & tranſtulit, ibid.

Retrouendere rem vigore pacti de retrouendendo, tenetur vel liberã retrouendere, prout ſibi conſi- gnata fuit tẽpore venditionis, & quomodò evi- ctionem promittere debeat, dec. 104. n. 10. 11.

Renouatio tacita vigore Conſt. Regni Conſt. di- ue mem. an inducatur ex iudicio moto ſuper nullitate contractus, dec. 45. n. 8. Reſultat ex ta- cito actu, ibid. Hodie non operatur, niſi à dic, quo fuerit Partibus notificata, ſub n. 18.

Reus non diſſentiens alicui actui in ſcriptis in iu- dicio, dicitur conſentire, & ſibi præiudicat, dec. 79. n. 9. Eſt audiendus in exceptionibus ad- uerſus ſententiæ executionem, quotieſcunquè eſt proceſſum, non adhibita cauſa cognitione, & in contumaciam, & quarè, dec. 82. n. 16.

Rex non cenſetur conceſſiſſe, quod eſt maius, vbi nō concederet, quod eſt minus, dec. 67. n. 13. Eius ad Imperium, & eius Procuratorem in Regno ſpe- ctat, viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas in ſua defendere iuriſdictione, dec. 67. ſub n. 17. Eius ſub fide nemo decipiendus eſt, d. 105. n. 28.

Ritus M. C. V. 228 an ſit in obſeruantia, & num procedat in actore agente vigore donationis, dec. 54. n. 8. & 9.

Rota Romana habet arbitrium circà ordinem iu- dicij, regulari tamen debet à iure, & ceſſat in iudicio poſſeſſorij, quod priùs eſt tractandum, quàm petitorij, dec. 101. n. 31.

Rubrica declarat nigrum, dec. 100. n. 26.

S

SAcerdotem percutiens ſiuè manu, ſiuè pede, ſa- crilegus eſt, & excommunicatus, d. 105. n. 78.

Sacerdotis dictum, & teſtimonium, vide ver. con- feſſarius, & ver. teſtis.

Sacrum Conſilium non eſt Iudex competens, quã- do dubitatur, ſi res ſit feudalis, vel burgenſati- ca, ſed deciſio articuli ſpectat ad Regiam Cam- eram. Articulum tamen non remittit, quãdo agi- tur de poſſeſſorio ſummariſſimo, dec. 33. n. 13. & 14. & dec. 93. n. 17. & 18. Eius Tribunal in Re- gno quis inſtituerit, dec. 68. ſub n. 8. Dicitur ma- gnum Conſilium, dec. 100. ſub n. 17. In eo veritas tantùm attenditur. In eo in poſſeſſorio ſemper attenditur bonum ius petitorij, quod tunc etiam diſcutitur, dec. 108. n. 50. & 51.

Salis modius olim cuilibet fumanti ſoluenti colle- ctas in Regno præſtabatur per Reg. Curiã. Quã- do tamen, & aucta collecta fuerit, & Salis præ- ſtatio remiſſa, ac pretium ſalis auctum, recenſe- tur, dec. 116. à n. 5. ad 7.

Salomon Rex ex præſumptione condemnauit mu- lierem ad pueri reſtitutionem, dec. 75. n. 7.

Saluaguardia Vaſallo ſi ſit expedita per Iudicem ſuperiorem, ei nō adimit, ſed limitat iuriſdictio- nem, cùm datur ordo, quòd non procedat ad cap- turam, vel informationem, inconſulto Superio- re, & qualiter ea expedienda ſit, quando, & quo- modò, dec. 90. à n. 19. ad 21.

Saluuſconductus, ſeu moratoria debitori conceſſa, dicitur potiùs beneficium, quàm priuilegium, d. 45. n. 11. Eius verba rectè conſiderare, & ſibi cō- ſulere debet, qui illum impetrat, dec. 105. n. 52. Iuuare illi non debet, qui non multò poſt deli- quit, num. 57. Eo non gaudet inquiſitus de deli- ctis in eo exceptuatis, num. 64. Redditur ſuſpe- ctus, ſi captus cum eo non dicat, ſe non poſſe car- cerari, vel cùm eius ſcriptura contrarietatē conti- net, quæ ad concordiam reduci non poſſit, n. 79. 80. Sub ſaluoconducto carceratus, vide ver. aſ- ſecuratus, ver. carceratus, ver. offendens.

Sanguinis iura trãſeunt ad liberos, d. 70. ſub n. 37.

Scipio Rouitus Regens laudatur, dec. 57. ſub n. 2.

Theodorus Reg. Conſ. laudatur, dec. 8. ſub n. 9. & 23. poſt princip. Eius alleg. 77. n. 22. declaratur, dec. 22. n. 43.

Scriptura eſt de eſſentia contractus, ſi partes con- ueniant, vt conficiatur ſcriptura, vel quòd con- tractus celebrandus ſit in ſcriptis, aliàs non va- leat, & conuentio hæc an poſſit probari per con- iecturas, dec. 7. n. 12. & vide ver. contractus. Si veriſimile eſt, eſſe penès Baronem, vel aliquam aliam partem ex litigantibus, & non exhibea- tur, facit oriri præſumptionem contrà non præ- ſentantem, dec. 77. n. 21.

Securitas, vide ver. gratia, ver. indultus, ver. offen- dens, ver. ſaluuſconductus.

Senex non ità ſcribit, ſicut iuuenis, & robuſtus, dec. 55. ſub n. 1.

Senior in conſilijs dandis tanquàm dignior primò loqui debet, dec. 28. n. 7.

Sententia valet lata, aliquo indefenſo ad ſui bene- ficium, dec. 19. ſub n. 7. Eius verba ſunt referen- da ad iuris intellectum, dec. 25. n. 15. Habet ocu- los retrò, ibid. Quomodò ſint intelligenda eius verba, cùm quis condemnatur ad relaxandum vnà cum fructibus, ad finem inducendi cum illis compenſationem intereſſe, & ſortis, ſub n. 38. Non poteſt ferri niſi conformis libello, dec. 27. n. 16. Lata contrà loci conſuetudinem grauat partes, dec. 28. ſub n. 21. S. C. facit ius in Regno,

dec.

Digitized by Google

*dec.47.ſub n.3.M.C.V.à ducatis 150 infrà præſtita cautione, executioni demandatur, non obſtante appellatione, etiam ſi contineat 150. ducatos, nec plus, nec minus, dec.49.n.12. Reuideri ſolet in S.C. ex eiſdem actis, deſerta appellatione, niſi tamen de deſertione oppoſitum fuiſſet, dec.68 n.5. S.C. profertur ſub nomine Regis, & quarè, n.7.& 20. Lata perempta inſtantia, an ſit nulla, & quid in S.C. n.18.19.& 21. Notoriè nulla, ſe ipſam nullam declarat, dec.69.n.27. Declaratoria licèt in pœnis, quæ ipſo iure imponuntur, requiratur, attamen hoc an, & quando procedat in requiſitis traditis per* Bullam *circà fori priuilegiũ, dec 73.n.18.19.& 27. An tamen, & quando id poterit à Iudice laico vnico decreto determinari, decernendo ſcilicet, cauſam non eſſe remittendam, n.20. Et quid in crimine aſſaſſinij, ibid.& n.21.23.& 24.*

*Sententia lata, citato aliquo, non perſonalitèr, aut domi, ſed per edictum, & proclama, non valet, dec.82.n.19. Non exequitur, ſi lata non eſt ſecundùm ius municipale, & ſtylum Iudicis requiſiti pro imploratione brachij, etiam ſi tempore contractus vterq; litigator domicilium traheret in loco, vbi actus fuiſſet celebratus, & deindè reus illud mutauerit, n.20.21. Et vide ver. inſtrumentum. Lata contrà mortuum, eſt nulla, etiam ſi ſit lata in fauorem mortui, vel data ignorantia mortis, dec.83 à n.2. ad 9.* Non *eſt nulla fauore libertatis, vel* Eccleſiæ, *n 3. Lata contrà plures, quorum vnus ſit mortuus, non eſt nulla, ſi continet plura capita ſeparata, n.8.& 9 Vel ſi plures condemnati eſſent obligati inſolidum, n.16. Refertur praxis ad euitandam hanc nullitatem, n.6.& 20. Dicitur indiuiſibilis, licèt ſumma ſit diuiſibilis, ſi vnica actione ſit petita, & quarè, n.10. Quando tamen dicatur indiuidua, n.11.& ſub n.17. Continens plus debito, non poteſt pro parte ſubſtineri, ſi Iudex habet limitatam iuriſdictionem, n.18. Lata ad fauorem duorum, quorum alter non erat in iudicio, eſt nulla, n.19. Quãdo tamen debeat expediri ex eiſdem actis, poſtquàm iudicata ſit nulla, ſub n.11.*

*Sententia ſuper executione inſtrumenti guarentigiæ non eſt merè interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ, dec.96.n.7. Vbi definit totum negotium, vel partem ſubſtantialem, dicitur ad inſtar diffinitiuæ, n.8. Diffinitiua quæ ſit, & quando dicatur, n.18.19. A ſententia S.C.& alijs, quæ proferuntur nomine Regio, tanquàm prolata à Præfecto Prætorio non appellatur, ſed tantùm ſupplicatur, & ab illis quamuis fuerit reclamatum, nõ retardatur executio, dec.100.n.15.16.17. Executio ſententiæ S.C. qua ratione cõceditur, n.32. Præfecti* Prætorio *an quia habeat executionem paratam, dici poſſit res iudicata, n.31. S.C. à qua ſupplicatur, nõ tranſit in rem iudicatam, niſi poſt biennium, ſecus autem in ſentẽtia Iudicis inferioris, in qua nõ datur tempus, niſi decem dierum ad appellandum, n.36. Reſpectu expenſarum ſuſpenditur per reclamationẽ, n.37. vbi quid in Gallia. Abſolutoria in vna cauſa lata, an pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, dec.101.n.27. Lata contrà vſufructuarium, proprietario non præiudicat, dec.102.n.26. Lata contrà principalẽ, ſtatim exequi poteſt contrà fideiuſſorem vbi fideiuſſio ſit de iudicatum ſoluendo, n.52.& 55. Lata pendente moratoria, & omnia indè ſecuta ſunt nulla, dec.114.n.5. vide ver. decretum S.C. vide ver. reclamatio.*

Sepelientes *cadauera laudantur à Deo d.47.n.14.*

Sequentia *declarant præcedentia, dec.6.n.13.*

Sequeſtrum *bonorum hereditariorũ, refertur duobus de hereditate contendentibus, nè Partes deuenirent ad arma, dec.5.n.1.*

Seruitus *non poteſt dari in re propria, dec.16.n.17.& ſub n.36. vbi quòd res ſua nemini poteſt ſeruire. Non realis, ſed perſonalis inducitur ex facultate alicui conceſſa eundi, dec.66.n.9. Dicitur tamen realis, vbi conſtituitur reſpectu certi, & determinati prædij, n.10. In dubio cenſetur realis, n.11. Eſt ius prædiorum, ſiuè ruſtica illa ſint, ſiuè vrbana, n.12. Impoſita an, & quãdo tranſeat tàm actiuè, quàm paſſiuè in ſingularem ſucceſſorem, n.13.& 14, vide ver. conceſſio an perſonalis, ver. præſcriptio.*

Singula *quæ non proſunt, ſimul iuncta iuuant, dec.1.ſub n.34.& n.89.*

Societas *cùm poteſt tacitè ex factis contrahi, facta debent eſſe, quæ citrà ius, & nomẽ ſocietatis minimè fieri valeant, veluti per contractus communi nomine geſtos vel ex communicatione lucrorum, & ſimilibus, dec.26.n.10.11. Quòd duret etiam poſt mortem ſociorum, pactum eſt de iure inualidum, neque poteſt cogi hæres ad permanendum in ſocietate, n.13. Ità morte finitur, vt ad hæredes tranſire non poſſit, etiam ex pacto, quia ſi tranſiret ad hæredes, impediretur teſtamenti factio, quàmuis ſint plures ſocij, & vnus moriatur, ſi tamen ſocietas ſit vniuerſalis, non rei, & negotij particularis, & vbi adeſt iuramentum, dec.26.à n.20. ad 24. Poteſt tamen continuari ab hæredibus, & cùm continuatur, cenſetur continuata cũ iiſdem qualitatibus, ſub n.24. Cenſetur autem ab hæredibus renouata, & tacito conſenſu repetita, ſi ſuperſtites, hæredeſquè faciant, quod defunctus ſocius facere erat ſolitus, ſub n.25. Item ſi contribuãt in pœnis occaſione ſocietatis, n.34. Quomodo cenſeatur ratificata ex facto tacito, conſenſu, verbis, ſolutione, petitione fructuum, vel eorum receptione, à n.26. ad 31. Poteſt contrahi ſupèr nouo officio emendo, n.34.*

*Socius ſi emat rem de pecunia communi, nomine proprio, cùm eſt conuentum de illa emenda, quando communicari res debeat cum altero ſocio, vel ſocio debeatur rata pecuniarum, n.32.& 33. An, & quando in locatione communis domus præferri debeat, dec.39 à n.1.* Non *præfertur, quando ad æmulationem vellet inhabitare, quod remittitur arbitrio Iudicis, ſub n 4.5.& 6. Et quomodò intelligendi ſunt, qui contrarium tenent, n.7. Vbi deciſio. Vnus ex ſocijs poteſt vti re communi ad vſum deſtinatum, alio ſocio nullo modo vtente ſub n.3. Poteſt totam rem communem locare, ſi vtilitèr locet, n.4. Durante ſocietate non poteſt eſſe Iudex in cauſa ſocii, ſecus ea finita,*

quia

Digitized by Google

*quia tunc non poteſt recenſeri, dec.81.n.3. & 4.*

Solemnitates, *quæ requiruntur in alienatione rerũ minoris, præſertim feudalium, recenſentur, dec.19.n.1. Iuris non ſunt attendendæ circa reſtitutionem faciendam ab hærede fideicommiſſario, vbi de iuſtitia legati, vel fideicommiſſi conſtat, dec.108.n.46.*

Solutioni *adiecto ſolui rectè non poteſt, ſi mutauit ſtatum, puta, quia ſit decoctus medio tempore, & quarè, dec.8.n.4. Cõſideratur iſta ſtatus mutatio, ſi durior, vel difficilior fiat exactio ab adiecto, ibid. & vide ver. mandatum.*

*Solutioni adiectus, pecuniam ſe recepiſſe confiteri non poteſt, accipere pignora, potest, aut nouare, & acceptum ferre, ſed tantum recipere ſolutionem, n.5.6.& 7.*

*Soluere, vel quòd Nummularius, ſiuè Bancherius ſe debitorem conſentiente creditore deſcribat, abſquè tamen dolo, paria ſunt, dec.20.n.3.*

*Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, ſub num. 11.*

*Solutio intelligitur facta à debitore in cauſam, quã à principio expreſſit, dec.21.n.1. Quod ſi debitor non exprimat, an, quando, & quomodò creditor id declarare poſſit, cùm autem nemo exprimit, tunc priùs in cauſam vſurarum facta cenſetur, ſiuè intereſſe, n.2.& 3.& n.11.& ſub n.12 vbi deciſio. Si tamen intereſſe tunc certum debere fuerit liquidatum, n.4. Sed vide contrarium, n.5. & quare, ibid. Debet cedere in cauſam duriorem & grauiorem, ibid. Et pro quo capi poteſt debitor, ſub n.6. Nunquam intelligitur facta in eam cauſam, vbi adeſt controuerſia, n.9. Differt à compenſatione, nam aliquod debitum quis ſoluere poteſt, ſed non compenſare, nec poteſt fieri in tertij præiudicium, cùm requiratur vera, & realis numeratio, dec.25.n.8. Vera, an ficta ſit cõpenſatio. Qui compenſat, ſoluere an dicatur, & per compenſationem impleatur conditioni ſoluendi, n.30.31.*

*Soluere, qui promiſit, an poſſit compenſare, & an incidat in periurium, ſi compenſet, n.32.& 33.*

*Solutum per errorem, falſa compenſatione, repeti poteſt condictione indebiti, n.38. Indebitè ex cauſa intereſſe, & tertiarum computatur in ſortem, dec.28.n.14.*

*Solutionis vna apoca, quamuis plures annos contineat, non probat ſolutionem pro præterito, niſi pro vno anno, dec.27.n.9. Quid ſi per æquipollens conſtaret de ſolutionibus, ibid. Maximè cũ ſolutio non eſt facta creditori, ſed alteri eius nomine, vel procuratori, n.13.*

*Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, ſiuè ſolutio fiat per debitorem, ſiuè per extraneum, etiam ſi ſoluens ſit animus ex nomine debendi, dec.30.n.1.*

*Solutio, de qua moneta ſit facienda, ſi vſus primæ monetæ ſit reprobatus, & ad quam æſtimationẽ, dec.48.n.7. In dubio, an, & quando priùs in cauſam intereſſe, & vſurarum cedat, quàm ſortis, maximè in intereſſe nummario, dec. 106.n.34. 35. Facta per vnum ex pluribus rei debendi ceteros liberat, dec.112.n.6.*

Soror *dicitur maſculiata quotieſcunquè frater dicat, nolo dare paragium, vel cùm interpellatus, nihil dicat, nec admittitur mora purgatio, dec.59.n.6.9.& 12. Si petierit paragium, poterit variare, & petere ſucceſſionem vti maſculiata, n.13. An tamen ſufficiat interpellatio extraiudicialis ad maſculiationem, & quomodò interpellatio, & vbi ſit facienda, n.23. Quid cùm frater interpellatus deceſſerit ibid.*

Sortis *receptio non præiudicat reſpectu intereſſe conuenti, dec.106.n.36. An, & quando illud ex receptione ſortis cenſeatur remiſſum, maximè, ſi adſit proteſtatio, à num.62.ad 66. Et vide ver. intereſſe.*

Specialia *non ſunt multiplicanda, dec.47.n.4.*

Speculator in tit. de iudic. deleg. §. ſupereſt, n.5. *declaratur, dec.85.n.6.*

Spes *ſuccedendi in actu non producta, quãdo tranſmittatur, dec.1.ſub n.83. Actionis conditionalis poteſt donari, dec.2.n.11. Futuræ ſucceſſionis ex contractu debita, an veniat in obligatione in beneficium creditorum, dec. 8. n. 12. Conditionis adimplendæ, vide ver. conditionis adimplendæ ſpes. Fideicommiſſi conditionalis, vide ver. fideicommiſſum.*

Spurius *quis nam dicatur, dec.99.n.19.& 20. vide ver. filij legitimi, & naturales ex ſpurio.*

Statuta *recipiunt interpretationẽ à iure communi, dec.46.n.17.*

*Statutum vocans aliquem per verbum,* ſuccedat, *an, & quando cenſeatur illum vocaſſe vti hæredem, dec.70.n.35. Prohibens ſub pœna aſportationem armorum, non habet locum, quando cum illis quis non fuit apprehenſus, niſi fuiſſet conuictus de vulnere cũ armis à ſtatuto prohibitis, dec.78.n.1.& 2. Laicale an, & quando liget Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & quid in ſaſinis, ſeu ſeruitutibus, dec.95.n.3.& 4. Exorbitãs à iure communi, non extenditur ad caſum non expreſſum, etiam ex identitate rationis, maximè in pœnalibus, dec.96. à n.27.ad 29. Permittẽs ſoluto matrimonio, aliquid annuum vxori ſolui, donec dos reſtituatur, an ſit ſeruandum, dec.97.n.8.& 9. Secundum à primo, regulari debet, vbi ad illius modum, & formam refertur, dec.103.n.21. Dicitur iuſtum, quando exceptiones non excludit in totũ, ſed vel differt, aut formam tradit, & tempus, vel modum opponẽdi modificat, dec.111.n.23. Excludens exceptiones, nõ excludit defenſiones, n.27. Quòd debitor poſſit pro debito carcerari, non habet locum in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, dec.115.n.37.*

Stephanus Gratianus, *diſcep.224.n.44. declaratur, dec.21.n.8.*

Stilus *Notariorum cùm ſit facti probandus eſt, nõ dùm ab vno Notario, ſed etiam de cõmuni aliorum, dec.2.ſub n.39. Curia pro lege ſeruandus eſt, dec.30.n.19.& dec.74.n.17.& vide ver. cõſuetudo iudicandi. Et praxis Curiæ vim legis habent, dec.96.n.14.*

Stipulatio *committitur in cautione præſtita in illis caſibus, in quibus præſtanda non eſſet, dec.25. n.35. Quantumuis generalis, & indefinita, regula-*

gulatur, & limitatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, dec.104.n.15.

Stipulans uidetur ſibi, & hæredibus ſuis velle proſpicere in cõtractu, nõ ſic in teſtamẽto, d.2.n.10.

Stipulari purè uidetur, qui ſtipulatur ſub conditione, quæ eſt omninò exitura, dec.107.n.15. Pro filijs natis, et naſcituris, et ex cauſa dotis, mater, & pater an poſſint, vide ver mater, ver pater.

Stuprum committitur ex coitu cũ virgine, vel uidua, d.14 n.8. & ſub n.23. An purgetur ob diuturnam habitationem, n.26. & 27. Semper committitur, niſi præcedat proteſtatio, quòd ſit retenta ad liberos ſuſcipiendos, n.10. & ſub n.27.

Subfeudum, vide ver feudum quaternatum.

Subhaſtatio cùm declaratur nulla ex cauſa exiſtẽte à principio, habetur ac ſi à principio non eſſet facta, & omnes hypothecæ medio tempore contractæ reſoluuntur, dec.25.ſub n.15.

Subingreſſio in linea collaterali ſcilicet in fratrũ filijs, etiam datur, eaq; cùm datur, omnes in æquali gradu concurrunt ad ſucceſſionem, nulla habita ſexus diſtinctione, dec.4. n.1. & 2.

Subreptio gratiam nullam reddit, dec.105.n.60. Et vide ver. gratia.

Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum eſt facta ſubrogatio, d.38.n.37. & d.100.ſub n.40.

Subſtitutio caducatur, & non trãſmittitur, ſi ſubſtitutus decedat, pendente conditione, dec. n.21. Reciproca an ſit coniectura efficax ad inducendam voluntatẽ teſtatoris, quòd voluerit, filios in cõditione poſitos cẽſeri diſpoſitiuè vocatos, n.40. & ſeq. Reciproca tacita inducitur ex cõiecturis, n.43. Si tñ cõiecturæ neceſſariò cõcludant, ita vt iſtæ quãuis multa ſint nõ coniũgãtur ad inducẽdam tacitam reciprocam, niſi quælibet de per ſe ſit apta ad inducendum fideicommiſſum, n.61. & 62. Reciproca tacita an, & quando inducatur inter nepotes ſubſtitutos quando eſt facta expreſſa reciproca inter filios inſtitutos, maximè vbi poſt filios inſtitutos, & ad inuicem ſubſtitutos eſſent vocati tranſuerſales, à n.44. ad 47. Vbi, quòd inducitur reciproca ſubſtitutio, cùm filijs poſiti ſint in conditione. Item, vbi poſt mortem omnium inſtitutorum eſſet vocatus proximior teſtatoris, n.48. Reciproca tacita inducitur inter nepotes inſtitutos, vbi teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus fuerit, n.49. Et vbi ſubſtitutio eſſet facta poſt mortem plurium, n.50. Quamuis facta non ſit poſt mortem vltimi morietis, quia ſufficit, quòd ſit facta poſt mortem omnium, n.70. Et tantò magis, vbi inſtitutus eſſet magis dilectus teſtatoris, quàm ſubſtitutus, ſub num.50. Et ad excluſionẽ ſubſtituti extranei, & minus, aut nullo modo dilecti, n.51. & 52.

Subſtitutio reciproca tacita inducitur inter nepotes inſtitutos in teſtamento, in quo vel prohibita eſſet trebellianica, vel adeſſet clauſula, omni alio modo meliori, n.53. & 54. Reciproca tacita, vt inducatur inter liberos in conditione poſitos, quæ requirantur, n.56. Vbi quòd non inducitur ex eo, quòd ſubſtitutio ſit facta vltimo decedenti, & in tota hæreditate, ſed neceſſe eſt, vt hi quibus aduiſſent facta eſt ſubſtitutio, ſint diſpoſitiuè vocati. Si ſit facta poſt mortem pluriũ abſq; liberis, euadit conditionalis, & ideò antequam purificetur conditio per mortem filiorum, hæreditas remanet in ſuſpenſo penès filium, vel eius hæredem ab inteſtato, & hic interim facit fructus ſuos, n.57. Reciproca non inducitur inter nepotes, quando ſubſtitutio poſt mortem plurium, ſiuè omnium non eſt facta vltimo morienti, licèt ſit facta poſt mortem vltimi, & in tota hæreditate, num.58. Et vide n.106. Facta poſt mortem plurium, etiam, quòd ſit facta poſt mortẽ omnium, & ſub nomine collectiuo, non cenſetur facta vltimo morienti, ſed tantùm cenſetur reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis, n.59. & 60. ſed vide n.70.71.73. & 74.

Subſtitutio reciproca inter filias inſtitutas, & inter certas perſonas, non extenditur, nec infertur ad alias, ſub n.62. & quare, n.63. Reciproca debet fieri verbis expreſſis, vt operetur, vel ſaltem induci debet ex illis coniecturis; quæ neceſſariò concludant, n.64. Ad finem inducendi tacitam reciprocam, an aliquo modo differat, quòd ſit facta poſt mortem omnium, vel ab vltimo moriente, maximè in deſcendentibus teſtatoris, n.71. & 72. & n.106. Quamuis ſubſtituens ſit auus maternus, & non habeat filios in poteſtate, n.77. Fideicommiſſaria poſt mortem plurium poſitorum in conditione, in caſibus, in quibus poſiti cenſentur vocati, inducit ſubſtitutionem reciprocam inter poſitos in conditione, ac ſi expreſſè fuiſſet facta ſubſtitutio in tota hæreditate, & vltimo morienti, maximè, quando ex veriſimili mente teſtatoris ſupereſt perſona magis dilecta, quæ ſubſtitutum excluderet, n.73. Tacita reciproca, vt inducatur non eſt in conſideratione, quòd nõ ſit facta de tota hæreditate per æquipollens, vel conſtet de volũtate teſtatoris, quòd ſenſit de omnibus bonis, n.75. & 76. Vbi quomodò conijciatur teſtatorem ſenſiſſe de tota hæreditate.

Subſtitutio, ſiuè pupillaris, ſiuè etiam fideicommiſſaria, quando eſt vnita cum iure accreſcendi [illegible] tranſmiſſibilis, ſicut ius ipſum accreſcendi, quia aſſumit illam qualitatem tranſmiſſibilem, quam [illegible] ſub n.95. 96.97. & 98. vbi ratio. Maximè, vbi [illegible] præſeruatur deſcendentibus teſtatoris, n.99. ſed contra n.109. [illegible] ſi ſubſtitutio ſit facta inter deſcendentes, & ſit vnita cum iure accreſcendi, n.110. [illegible] Compendioſa, quia [illegible] licèt tollat ius accreſcendi, non tamen tollit eius effectus, quoad tranſmiſſionem [illegible] ſi, vel ſubſtitutionis conditionalis, [illegible] da ius accreſcendi habuit locum, & dominium [illegible] eius naturam ſubſtitutio [illegible] vnitum antè aditam hæreditatem n.98.

Subſtitutionis pupillaris particulare requiſitum eſt, vt teſtator ſubſtituens habeat filios in poteſtate, n.100.

Subſtitutio pupillaris non valet iure directo; ſed ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, [illegible] perueniat, quæ ſunt [illegible]

Digitized by Google

niunia, n. 102. *Tacita reciproca inter nepotes poſitos in conditione, non inducitur, niſi etiā copulatiuè concurrant, de quibus dec. 1. n. 56. Scilicet, quòd filij poſiti in cōditione ſint vocati, quòd ſubſtitutio ſit facta vltimo ex eis morienti, & quòd ſit facta ſubſtitutio de tota hæreditate, n. 105. Vbi deciſio. Tacita reciproca non inducitur inter liberos in conditione poſitos ex tacita vocatione filiorum, quòd ſcilicet poſiti ſunt in conditione, & quarè, n. 107.*

*Subſtitutionis tacitæ reciprocæ repetitio non præſumitur, cùm ſubſtitutio expreſſa inter inſtitutos facta, eſſet difformis, & in diuerſis caſibus, n. 163. vbi ratio.*

*Subſtitutio vulgaris expirat poſt mortem adita hæreditate, dec. 3 n. 31. Si fiat poſt hæredes, & ſucceſſores alicuius, & in eorū defectū in beneficiū aliorū quorūcunq; hæredū inſtituti, aut donatarij, an ſit vulgaris, an fideicommiſſaria, ſub n. 30. & 31. Qualiſcunq; tamen ſit, ſi inter eos non ſit facta reciproca ſubſtitutio, prout de iure requiritur, filij filiorū ſuccedent in portionē patris, aut matris eorū, nō in portionē patruorū, n. 34. et 35.*

*Subſtitutionis primo gradu caducato ob defectum conditionis, cæteræ ſequentes ſubſtitutiones corruunt, dec. 108. n. 13.*

*Subſtitutio vulgaris facta, ſub conditione, ſi filius non naſcatur, comprehēdit etiā caſū, ſi antè aditā hæreditatem moriatur, vel illi renunciauerit, d. 118 n. 26. Facta, ſub conditione, ſi quis effectus fuerit presbiter, quādo locū habeat, etiā ſi ſacerdos non efficiatur, n. 27 vide ver. conditio in inſtitutione, ver. extenſio in ſubſtitutionibus.*

*Subſtitutum ſuccedere, excluſis liberis teſtatoris abſurdum eſt, dec. 110. n. 13.*

Succeſſionis *prima cauſa eſt liberorum, d. 57. n. 33.*

*Succeſſor in feudo tenetur ad onera, quamuis defūcti hæres non ſit, dec. 70 n. 11. Niſi tamen feudum ſit ex pacto, quo caſu non tenetur ſi confecerit inuentarium, & quarè, n. 34. & 36.*

*Succeſſio eſt ius ſanguinis, ibid.*

*Succeſſores non ſemper veniunt iure ſanguinis, dicuntur etiam hi, qui in rei tantùm dominio ſucceſſerunt ſub n. 37 & 39.*

*Succeſſor* Eccleſiaſticæ *dignitatis, ſuccedit iure electionis, non hæreditario, n. 38. vide ver. verbum ſucceſſor.*

*Succeſſor ſingularis, vide ver. emptor, & ver. inſtantia cœpta.*

*Succedens iure proprio, non tenetur ad debita teſtatoris vltimi grauati, dec. 103. n. 30. Per fideicōmiſſum ſuccedit teſtatori, & non hæredi, n. 31.*

*Succedentes ab inteſtato, dicuntur habere bona ex tacita voluntate defuncti, dec. 8. n. 10.*

Succeſſorium *edictum non habet locum in ſuitate, dec. 84. n. 19.*

Superficiarius *pōt in iudicio abſentē dominū nominare, ſi iudiciū ſubire nolit, dec. 102. ſub n. 18.*

Supplicationes, *quæ porriguntur Præſidi S. C. diriguntur cum titulo,* S. R. Maieſt. *& quarè, dec. 68 n. 9. vide ver. reclamatio.*

Surdus de alim. tit. 1. q. 120. n. 14 *exploditur, dec. 119. n. 13.*

Suſpitio *oritur, ſi detur Iudex nominatus à Parte, dec. 77. ſub n. 19.*

*Suſpitionis cauſa vbi non poteſt abſq; ſcādalo probari, an, et quomodò poſſit, Superior extraiudicialiter de capitibus ſuſpitionis ſe informare, & mandare, vt Iudex non interueniat, dec. 85. n. 1. Iudicis cauſa dicitur ardua, ſed quando, ibid. n. 7. & 15. Non dicitur Iudicis recuſati, ſed inter Partes, n. 12.*

*Suſpitio minor requiritur, ad finem repellendi aliquem à iudicando, quàm à teſtificando, dec. 90. n. 9. Perſonam ſigillat, ſed iuriſdictionē Baroni non tollit, n. 13. vide ver. baro. ver. collegium, ver. epiſcopus, ver. inimicitia, ver. Iudex.*

T

TAbularij *Neapolitani, vide ver. feneſtras.*

Tacens *in iudicialibus habetur pro conſentiente, maximè vbi taciturnitati coniuncta eſſet fraus, & dolus, dec 79 n. 2. & 3. In his caſibus ceſſat dicterium illud,* tacui, quia ſciebam, ius meum duraturum, *n. 4.*

*Tacitum, quod ab expreſſo deducitur, habetur pro expreſſo, dec. 35 ſub n. 22. vide ver. illatio ex vno tacito.*

Tempus *ſtatutum ad aliquem actum perficiēdum, eſt pars formæ actus, qua non ſeruata, actus redditur nullus ipſo iure, dec 29 ſub n. 2. Modicum tamen, ſiuè præcedat, ſiuè ſequatur, non eſt in cōſideratione, ſub n. 7.*

*Tēporis diuturnitas, vide ver. diuturnitas tēporis.*

*Tempus iuris deliberandi, an hæres a dire velit, vel repudiare hæreditatem, vide ver. ius deliberādi.*

Teſtamentum *ratione voluntatis dicitur imperfectum, quotieſcunq; apparet, defunctum voluiſſe aliud diſponere, vel ad aliam ſcripturā cōſignādam ſe remiſerit, dec 5. n 8. Quando tamen valeat diſpoſitio, quæ ſe referat ad aliam ſcripturam, quæ penès aliquem probum virum relinquitur, à n. 10 ad 13. Factum per relationem ad aliam ſcripturam, etiam reſpectu inſtitutionis vniuerſalis, valet, n. 31.*

*Teſtamenti ſcripturæ identitas an probetur ſufficientèr per teſtes deponentes, habere notam manum teſtatoris. Quid ſi nec citati deponant fuiſſe præſentes ſubſcriptioni ſcripturæ, n. 11. 12. 13. Sed quomodò probetur, n. 28. 29. & 31.*

*Teſtamentum an, & quando ſit, vel præparatio ad teſtandum ſcriptura à teſtatore facta, conuocatis Notario, & teſtibus pro conficiendo teſtamentum, dec. 7. n. 1. 2. & 15. Nuncupatiuum de ſui natura ſcripturam non requirit, neq; Notarium, ſed ſufficit, quòd teſtator coràm ſeptem teſtib. nomen hæredis proprio ore nuncupet, n. 3. & n. 6. & 7. Ad quid verò deſeruiat ſcriptura, ſub n. 9. Quādo tamen requirit ſcripturam, n. 11. & 13.*

*Teſtamenti nuncupatiui probandi praxis ponitur ibid. Sufficit, quòd, nedùm à Notario, ſed manu priuati ſit ſcriptum, vt probet in iudicio poſſeſſorio, ſecus in petitorio, & an tunc ſit retardanda immiſſio hæredi ſcripto, n. 4. Eius forma ſubſtantialis eſt hæredis inſtitutio, n. 5.*

*Teſtamentum dicitur compleri, & perfici in vltimo inſtanti, & vltimis verbis, cùm teſtator illud ha-*



Digitized by Google

beat pro perfecto, & completo. Quot requirat ad eius perfectionem, & an dicatur perfectum, ſi teſtator dixit, quòd volebat alium conſulere, n. 18. 21. & 25. Eius pro ſollemnitate publicatio, & relectio ſunt neceſſaria, n. 28. Vbi non eſt abolitum, nec cancellatum, immiſſio concedi debet hæredi ſcripto dec. 10. n. 1. & dec. 14. n. 1. Niſi in continenti probetur, teſtamentum eſſe nullum, n. 2. Vel in eo adſit vitium viſibile, & defectus iuris notorij, & palpabilis, vel aliquis ſcrupulus, dec. 10. n. 14. 15 & 16 Vbi, quòd aliàs immiſſio datur ex ſola inſpectione teſtamenti, nec impeditur ſub prætextu, quòd deficiat in ſollemnitate, quia iſta exceptio reſeruatur in petitorio.

Teſtamenti nullitatis exceptio ex qualitate teſtium dicitur exceptio iuris, non facti, quæ exceptio iuris dubij immiſſionem non impedit, ſed reſeruatur in petitorio, n. 14.

Teſtamento lex magis fauet, quàm cauſæ inteſtati, n. 21.

Teſtamentum an dicatur nullum, ex eo, quòd pater inſtituit filios naſcituros ex filio, quem naturalem appellauit, dec. 14. per tot. Capit vires à tempore mortis teſtatoris, dec. 23. n. 2. Cenſetur reuocatum per ſubſequentem donationē, n. 4. Eius, qui omnia bona ſua donauit, licèt reſeruata ſibi aliqua quātitate ad teſtādū, eſt inane, d. 44 ſub n. 5. Eius vna pars declarat aliam, dec. 108. n. 59.

Teſtatorem veriſimile eſt, magis voluiſſe bona peruenire ad nepotes, quàm ad alios remotiores, dec. 1. ſub n. 48.

Teſtatoris in voluntate interpretanda diuinandum non eſt, nec ſufficit dicere, teſtator ità voluit, ſi non dixit, nec expreſſit, ſub n. 63 & vide ver. voluntas teſtatoris.

Teſtatorem ſenſiſſe de tota hæreditate ex quibus, conijciatur, n. 76. Vbi referuntur decem coniecturæ, quarum duæ exprimuntur. prima quando teſtator inſtituit hæredes in tota hæreditate, & deindè in ſubſtitutione dixiſſet, in dicta hæreditate, ſecunda, vbi eſſet prohibita detractio trebellianica.

Teſtator ponendo filios in conditione, videtur illos prædilexiſſe ſubſtitutis, n. 91. In dubio præſumitur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitiione iuris municipalis, & ſtatutarij, non iuris communis, dec. 3. n. 4. & 9. Confutatis, qui in contrariū recenſentur, n. 6.

Teſtatoris etiam militis voluntas vltima non poteſt in alterius arbitrium, aut declarationem relinqui, quia non poteſt dependere ex alieno arbitrio, præſertim hæredis, & quarè, dec. 5. n. 5. & 6. Poteſt tamen in dote, & in diſpoſitione ad pias cauſas, n. 9. Et reſpectu legatorum, n. 24. Eius verba declarata attendi debent, ſi voluit facere teſtamentum, vel codicillos, n. 15.

Teſtator reſpectu legatorum, & libertatis poteſt ſe remittere ad ea, quæ in ſecreto dixit eius hæredi, ſi aliquo argumento volūtas appareat per ſcripturam propria manus, vel declarationem hæredis cum iuramento. n. 24. & 25. Poteſt item facere legata per relationem ad aliā ſcripturā, n. 26. Sed an inſtituere hæredem vniuerſalem, n. 27.

Teſtatoris in hæreditate, & bonis ſunt omnia vendibilia, etiam ſi per patrem precibus, vel gratis fuerint à Principe quæſita, dec. 6. n. 19. Verba volo, ſeù vellem inducunt diſpoſitionem, maximè cùm à conſtituto in mortis articulo proferuntur, conuocatis amicis, dec. 7. n. 2. Eius voluntas ad hoc, vt perfecta iudicetur, quæ requirantur, n. 5. 6. & ſeq. Voluntas an dicatur imperfecta, quia dixit, quod craſtina die intēdebat ſtipulari teſtamentum, n. 6. 8 9. 24. 26. & ſeq. Vel det ordinem, vt vocentur Notarius, & teſtes, n. 13. Vbi, quid inter liberos, & ad pias cauſas, & n. 26. Eius de voluntate cùm conſtat, ſi quis prætendat hæreditatem ab inteſtato ex defectu ſollemnitatis teſtamenti, tenetur in foro conſciētiæ hæredi ſcripto, vel nuncupato bona reſtituere, n. 10. Sed vide in fine deciſionis. Dicitur imperfectum ratione voluntatis, ſi ſcripto, & publicato teſtamento dicat, quòd intendit in aliam formam redigere, & morte præuentus nihil mutauit, n. 22.

Teſtatorem non habuiſſe voluntatem, & diſpoſitionem pro completa, & explicita, ex quibus colligatur, à num. 16. ad 28. Et an ex verbis dicentis, ſe nolle tunc teſtamentū ſtipulari, che ci voglio penſare meglio queſta notte, n. 16. & 19.

Teſtator ſi ſcripto teſtamento adhibuit Notarium, creditur, voluiſſe publicari teſtamentum ex more, quod niſi publicetur, erit nullum, n. 27. Quomodò poſſit feudatarium grauare, dec. 40. ſub n. 5. Licèt generalitèr diſponat, an, & quando cenſeatur diſpoſuiſſe de bonis donatis, dec. 44. n. 26. Hæredem duplici præſtatione legati non præſumitur voluiſſe grauare, etiam concurrente fauore ſanguinis, & filiationis, dec. 51. n. 5. Secundùm Conſuet. Neapol. non poteſt diſponere de bonis antiquis, niſi de medietate, quid ſi ex bonorum antiquorum, quæ vēdidit, emiſſet alia bona, vel annuos introitus, an, & hæc erunt ſubiecta Conſuet. dec. 70. n. 48.

Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati, dec. 10. n. 20.

Teſtes non probant identitatem ſcripturæ teſtamēti, ſi dicant habere notam manum, vel non citati deponant, fuiſſe præſentes ſubſcriptioni, dec. 5. n. 11. 12. & 13. In teſtamento idonei an ſint Fratres Capuccini, dùm non habent velle, neq; nolle, & ſunt mortui mundo. Itèm Fratres Minores, Monachi, & alij Religioſi Mendicantes, abſq; licentia Superioris. Et qui non habent teſtamenti factionem, dec. 10. ſub n. 2. 4. & 5. & à n. 10. ad 12. ſub n. 15 & 17.

Teſtis deponens in cauſa propria, non probat, & quando ei minuatur ſolùm fides non repellatur, dec. 12. ſub n. 8. & n. 9. Quæ autem dicatur cauſa propria n. 9. Quando autem quis admittatur ad teſtificandum, quamuis aliqualitèr eius interſit, n. 16. & 17.

Teſtium duorum vim habet dictum Sacerdotis, & Religioſi, & tantum valet teſtimonium quatuor Clericorum, quantū ſex laicorū, n. 14. 15. An, & quando fidem faciat Sacerdos non examinatus, ſed ſolùm fidem faciat abſq; iuramento, & non citata parte, n. 18. 19.




Digitized by Google

*Teſtis vnicus dicitur ſufficiens in re parui momenti,ſub n.19.*

*Teſtibus pro examinandis commiſsio in laudis non fit ab Arbitris,& quarè,dec.33.n.15. In eos Arbitri poteſtatem nō habent, ſed inter illos tantùm, qui compromiſerunt,ibid.*

*Teſtes recepti parte non citata in naufragio, an, & quando probent,dec.60 d n.1.ad 4. Recepti, parte non citata regulariter non probant,n.5. Non idonei,ex aliis adminiculis corroborari poſſunt, & ex eorum depoſitionibus coniectura quædam Iudici eſſe poteſt, quæ eius animum inclinet ad ità credendum,n 6.*

*Teſtibus quanta fides ſit adhibenda, eſt arbitrarium Iudici,n.9.*

*Teſtis deponens falſum in vno,an,& quando in omnibus debeat cenſeri falſus,dec.73.n.38.& 39.*

*Teſtium loco ſubrogantur coniecturæ, dec.74.n.12.*

*Teſtes Vniuerſitatis non ſunt idonei in cauſa paſcui, dec.93.n.9. In petitorio recipi nō poſſunt in cauſa poſſeſſorii,dato termino ſuper poſſeſſorio,& ſuſpenſo in petitorio,dec.101.n.34.*

Theſauri *opinio dec.166.non eſt recepta in Regno, dec.32.n.10.* Filij lib.1. quæſt. forenſ. 68.n.13. *declaratur,dec.107 n.34.*

Titulus de ſeparatione bonorum *non habet locū in feudis,dec.44 n 7.*

D. Thomas Carleual *Regius Cōſiliarius laudatur, dec. 10. n 17* De Franchis *Regius Conſiliarius laudatur,dec.87 n.9.*

Tranſactio *ſuper alimentis ad vtilitatem eius, cui relinquuntur,valet abſquè decreto,dec.19.n.7.*

Tranſmiſſionis *iura,quæ tranſmittuntur ad hæredes ſuos, reſpicienda ſunt in tranſmiſſione, vndè iure tranſmiſſionis ſuccedîtur ad omnia ea,ad quæ tranſmittens eſſet ſucceſſurus,ſi viueret,& ſic ſuccedìtur iure tranſmiſſionis, vti ex iuribus tranſmittentis, & non ex propria perſona, aut nomine eius,qui ſuccedit, dec.1. ſub n.82. & n.83. Vbi, quòd non ſolùm tranſmittuntur legata, & fideicommiſſa agnita, & acceptata,ſed etiam agnoſcenda,& acceptanda,& ſic ius illud,ſeu ſpes ſuccedendi in actu non producta.*

*Tranſmiſſio ad hæredes locum habet in contractibus conditionalibus,quia quantumuis ſint conditionales,ſtatim,quòd contrahitur, oritur obligatio, & propterea tempus contractus inſpicitur, non ſic in vltimis volūtatibus,dec.2.ſub n.12. & n.13 Sed vide contrarium,ſub n.27. Spei diſpoſitionis conditionalis ad hæredes, non ſolùm habet locum in contractibus vltrò,citròque obligatorijs,ſed etiam in donatione, maximè quando aliqua hæredis mentio facta eſt, & in rebus ad hæredes tranſmiſſibilibus,n.28. vide.ver.coniecturæ, quæ non ſufficiunt,ver. fideicommiſſum, & ver. filij poſiti in conditione.*

Trebellianicæ *prohibitio, quòd ſubſiſtat etiam in filijs primi gradus, eſt opinio recepta in Regno, dec.1.n.25. Prohibitio ſi nō ſit ſcripta in corpore, & parte diſpoſitiua teſtamenti, ſed in præludijs, cenſetur appoſita potiùs de ſtilo* Notariorum, *& nō alterat uoluntatem teſtatoris, n.26. Prohibitio in filijs primi gradus inducit fideicommiſſum, n. 27. An debitor poſſit renunciare in præiudicium creditorum, dec.8.ſub n.17. Detractio à teſtatore prohiberi poteſt tacitè,& expreſſè,& tacita inducitur ex prohibitione alienationis d.108.n.77.78.*

Tutor *quamuis non adminiſtrauerit,eſt obligatus pupillo inſolidum cum ijs, qui adminiſtrarunt. Alijs non exiſtentibus ſoluendo tenetur in ſubſidium,d.13.n.1. Quo tamen ordine conueniatur, & ſibi conſulatur contra contutores,ibid.n.2. Malè excipit cōtra pupillos,qui poſſideant bona matris,quæ fuit contutrix ex cauſa eorum crediti,n.3.& ſub n.12. vbi deciſio. Quamuis poſſit recipere ſolutiones,& liberare debitorem, nō tamen poteſt pupillo præiudicium aliquod parare,præſertim exigendo annuos introitus ad minorem quantitatem, d.27.n.13. Vel curator ſi promittat dotem vltrà vires patrimonii,an,& quando teneatur de proprio. dec.38.n.16. & 17. Eius cū authoritate nec etiā pupillus donare poteſt, n.31. Non poteſt contractum damnoſum pupillo facere, n.32. Qui poteſt accuſari ſuſpectus ex eo, quòd non confecerit ſolemnia,ſi antequàm accuſetur ſuſpectus ob ſolemnia non confecta,illa conficiat,non poterit accuſari, & admitteretur ad agendum, ſecus ſi poſt accuſationem illa conficiat,& quarè,dec.68.n.2.*

*Tutor non debet mentiri, ſed agnoſcere bonam fidē pupilli ſui,dec.86 ſub n.4. In iudicio cogitur deponere ſuper articulis per alteram Partem præſētatis,vel præſentandis per verbum,*credo,*vel nō* credo,*iuxtà* prag.8.de ord. iud.*dec.88.n.1. & 3. Quando eius confeſſio noceat pupillo,ſub n.3. Vel curator non poteſt pupilli, vel minoris ſui cōditionem deteriorem facere,dec. 104.n.1. Si vendiderit rē nomine pupilli,eaquè euincatur, poteſt contrà pupillū agi,quatènus pretium in eius vtilitatem conuerſum ſit,& pro reſiduo contrà tutorē, ſi ſit ſoluendo, n.38. Vel alius adminiſtrator non ſolùm tenetur librum rationum conficere, ſed ad illum exhibendum cogi poteſt officio Iudicis,dec.113.n.1. Ei non præiudicat introitus,niſi acceptetur exitus,& è contrà,n.2.& 6. Solus an,& quādo poſſit pro ſuo pupillo adire hæreditatē,abſquè actu,& illius voluntate dec. 117.n.28. An ſatiſdando videatur adiiſſe,ibid. vide ver. liber rationum,ver.minor.*

*V*

VAriatio *ſemper admittitur, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia in Curiis ſupremis,d.120.n.29. vide ver. actio, & ver. libellus.*

Vaſallus *inquiſitus cùm eſt Baroni odioſus ſolet ad eius Curiam remitti, cum conditione, vt eligat Iudicem in Ciuitate,qui procedat nomine Baronis, quod an poſſit decernere M.C.V.vel ſolùm S.C. & decreti formula ſit in obſeruantia, & quando, dec.90.n.1.2.11.& 29.*

Vendicare *quis non poteſt,quod poſſidet,d.101.n.5.*

Venditio *facta cum pacto de retrouendendo,continet in ſe conditionem reſolutiuam, vt reſtituto pretio emptori,diſſoluatur, et facta ſolutione pretii, contractus intelligitur reſolutus abſquè alia retrouenditione,dec.26.n.9. et 10. Cùm eſt perfecta,non poteſt abſquè alio nouo contractu fieri infecta,ſub n.11. Rerum minoris, vel Eccleſiæ an*



Digitized by Google

ſit nulla, licèt in vtilitatem pupilli, vbi forma non fuerit ſeruata, dec.19.à n.4 ad 9.& quarè, n.10 Facta cũ pacto de retrouendendo, vel adiectionis in diem, ſi reſoluatur virtute pacti, reſoluuntur omnes hypothecæ medio tempore contractæ dec.23.n.17.

Venditor in re vendita præfertur omnibus creditoribus emptoris, ſi extet, niſi habuerit fidem de pretio, & tunc ſibi non cauerit de reſeruatione dominij pendente ſolutione, vel ſpeciali hypotheca, dec.24 n.14 ad 16.& quarè, n.20.

Venditio, & ſubhaſtatio cùm annullantur ex cauſa exiſtente à principio, habentur ac ſi facta non fuiſſent à principio, & omnes hypothecæ medio tempore contractæ remanent reſolutæ, dec.25. ſub n.5.

Venditis pluribus terris vnico pretio, cum pacto de retrouendendo, vnica ſeparata relui non poteſt, dec.30.ſub n.22.

Venditione quid comprehenſum ſit, iudicatur ex pretio dec.37.n.8.& 10. Præſumitur res vendita iuſto pretio. Interpretatio in dubio facienda eſt contra venditorem ſub n.7.

Venditio rei ſtabilis non impeditur ob aſſecurationem dotium petitam à muliere vbi res commodè non recipiat diuiſionem, & eſſet maioris valoris dotis, & antephati, dec.42.n.10. Feudi abſq; aſſenſu an tacitè reuocetur, cùm idem feudum venditur, vel generalitèr obligatur alteri, dec. 43.n.9.& 18.

Vendere, vel contrahere nemo inuitus cogitur, vel de rebus ſuis facere quod voluerit, niſi fauore Eccleſiæ, dec 50.n.9.10.

Venditioni an, & quando conſentire videatur præſens, & tacens, ſi pretium recipiat, dec 57.n.21. Conſentiens cenſetur hypothecā remittere, n.25.

Vendens ſi ſtatim pretium conuertat in emptionem aliorum prædiorum ex temporis breuitate, videtur rem vendidiſſe, vt aliam emeret, & in locum venditæ ſubrogaret, dec.70.n.47.

Venditio rei alienæ conſentienti præiudicat, licèt in ſubſidium recuperaret pretium actione negotiorum geſtorum n.54.& ſeq.

Venditor cogitur cedere actiones, quas habet pro re vendita contrà authorem ſuum, & quod mihi prodeſt, & ei non nocet, dec 16.n 46. De euictione non tenetur, quando res ex facto emptoris, vel ſui authoris euicta fuerit. dec.104.n.22. Cenſus vide ver. cenſus.

Verbum hæres in donatione à patre facta eius filio pro ſe, & filijs naſcituris legitimis, & naturalibus ex matre procreandis, eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus, intelligitur de hæredibus ex ſanguine, & ſic filijs, dec.3.ſub num.31. Hæres idem importat, quod Dominus, dec.5.n.17. Dominus importat dominium ſecundùm propriam verbi ſignificationem, ſub n.19.& n.23. Aliquādo tamē quis dicitur Dominus ratione cuiuſdā authoritatis, & præeminentiæ, n.21. Hæres quotieſcunq; apponitur in feudo, officio, vel emphyteuſi, ſucceſſor, illa habere non poteſt, niſi cum qualitate hæreditaria, & tenetur ad onera, dec 26.n.16. Soler quid importet, dec.47.n.6. Succeſſor iniunctum filijs qualitatem hæreditariam inducit, dec.70.n.9. Et an, & quando importet hæredem vniuerſalem in feudis, & emphyteuſi, & quando ſit accipiendum de ſucceſſore ſanguinis, n.10.& n.33.37.40.41.& 42. Hæres præfatur ab homine in inueſtitura, vel à lege, quid interſit, n.28. In perpetuum appoſitum in conceſſione an inducat fideicommiſſum, etiam in caſu mortis, n.32. Supplicium an, & quando importet mortem naturalem, dec.76.n.11. Quandocunquè in ſubſtitutione appoſitum importat compendioſam, dec 98.n.36. Operatur, ac ſi ſinguli caſus eſſent expreſſi, ibid. Lego, perueniat, pertineat, habeat, ſit, accipiat, an, & quādo inducat fideicommiſſum vniuerſale, vide ver. fideicommiſſum.

Verba Succedat, & perueniat, ſunt verba communia dec.1.n.101. Vbi quæ ſint verba directa, quæ obliqua, & communia, remiſſiuè. Communia vbi non conueniunt directæ inſtitutioni, obliquantur, d.6.n.10. Sequentia declarant præcedentia, num.13. Illa in contractu poſita, tranſtulit, poſuit, & ceſſit, quid operentur, dec.16.n.14.& 34 Impropriat lex, vt ſequatur intentio contrahētis, n.35.& 38. Extinctiua reſoluūtur in trāſlatiua, vt eueniat id, quod contrahentes intendebant. n.36. In contractu adiecta, quæ tamen Notarijs communia, ac frequentiſſima eſſe ſolent, & mutant actum, quod geritur, præter voluntatem contrahentium cenſentur adiecta, & quarè, dec 23.n.13. Non mens debent attendi, num. 15. Vti ius, & caſus dederit in reſtitutione dotis appoſita quid importent, dec.34.n.2.& 11. Viuere ſecundùm morem Magnatum, prolata inter contrahentes matrimonium, important legem, cū qua contrahentes contrahere volunt, d. 35 ſub n.5. Cū omnibus iuribus, & pertinētijs in venditione, quæ comprehendant, dec.37.n.5.7. 17.& 22. Quid item comprehendat verba cùm omnibus iuribus, & actionibus, n.24. Veniunt omnia, quæ emptor venire credidit, dummodò ex ſignificatione verborum concipi poſſint, n.7.

Verba ſequentia ampliant, limitant, & interpretantur totam diſpoſitionem, dec 70.n.17. Clara dicuntur, quando intellectus non laborat in intelligendo, d.103.n.27. A verbis claris durū eſt recedere propter coniecturas, n.28. Modo, & forma à iure permiſſis, poſita in fideicommiſſo, in quo vocantur fœminæ in defectum maſculorum, quid operentur, n.33. Reſcripti, vel ſaluiconductus per ablatiuum abſolutum an importent conditionem, vel modum, dec.105.n.22.23. 47.& 48. In perpetuum, vel quòd bona in agnatione, ſeu in familia conſeruentur, diſpoſitionem teſtatoris non alterant, dec. 108.n.14. Per altri tanti in apocis, vel hò hauuto io, in literis non concludunt neceſſariò mutuum, vel receptionē pecuniarũ, d.111.ſub n.38.et 40.

Veſtes lugubres, & lectus vidualis debentur viduæ ab hæredibus viri defuncti de conſuetudine, d.94.n.1. Et propterea cum illis compenſatur legatum mobilium vxori factum à viro, & quarè ibid.& n.12.



Digitized by Google

Via non intelligitur vendita, vendita domo, vel agro, quamuis ſine ea res vendita eſſet inutilis, dec.37.n.18.

Vicarius erit ſuſpectus, ſuſpecto Epiſcopo, dec. 90. n.25.

Vicinus poteſt retrahere, vt maiori pretio rẽ deindè vendat, dec.57.n.46. Pro incendio orto in domo alterius vicini an, quando, & ad quid teneatur, ſi domum intermediam deſtruat, vt ſuas ædes ab igne defendat, dec 60.à n.14. Et an tunc alij vicini teneantur contribuere in emendatione domus deuaſtatæ, n.20.

Vidua an licitè poſſit ex cauſa damni emergentis, & lucri ceſſantis aliquid ex bonis viri percipere, & id in pactũ deducere, donec fiat dotis reſtitutio, dec.97.n.13.14.& 15.

Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt, dec.42.n.8.

Vincentius de Franchis dec.51. in interpretatione l.pen.ff.de relig.& ſump.fun confutatur, dec.47. n.12 Laudatur dec.87 ſub n.9.

Virgo an, & quando habeat electionem fori, & priuilegium viduarum, & pupillorũ, præſertim ſi patrem habeat, dec.54 n.4.& 5.

Vitæ periculum, vide ver. honoris periculum.

Vita, & militia ſolui poteſt in pecunia, d.59 n.20.

Vniuerſitas an, & quomodò teneatur deponere vti principalis, dec.88.n.7.

Vniuerſitatis teſtes, vide ver. teſtes vniuerſitatis.

Vniuerſitates Regni olim ſoluebant ducatum vnũ pro quolibet fumante, ſeù foculari, pro quo Reg. Cur. eidem dabat modium vnum ſalis, dec.116. n.5. Quo tamen tempore, & collecta aucta fuerit, & remiſſa ſalis præſtatio, recenſetur, n.6.7 et 8.& vide ver. functiones fiſcales. Et maximè ſubiecta concedere nõ poſſunt immunitatem à collectis, etiam, quando vendunt, nu.46.& 48 Cùm vendunt, bona vendita debent accataſtari, ſub n 47. Si vendant annuos introitus, creditores an teneantur eis ſoluere bonatenentiam, etiam poſt Pragmatic. per quam redacti fuerunt ad rationem ſeptem pro centenario, & quid ſi creditores ſint Neapolitani, n.50 51.& 52. vbi deciſio, & vide ver. annui introitus.

Voluntas tacita teſtatoris, vt fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, elijcitur ex coniecturis, quæ explicantur, dec. 1.n. 80.& 81. Teſtatoris ſemper eſt interpretanda à Iudice ex poteſtate à lege ſibi conceſſa, vt potiùs valeat, quàm pereat, n.104

Voluntatis diſputatio eſt impertinens, quando eſt expreſſa in contractu, dec.2.n.39.

Voluntas, quæ ex actu deducitur, non poteſt extendi vltrà id, quod de neceſſitate infertur ex actu ipſo, dec.3.ſub n.14. Captatoria, quæ dicatur dec.5. n. 7.24. & ſeq. De iure prohibetur, n.7. Admittitur tamen in diſpoſitione ad pias cauſas, & quarè, ſub n.9 Item, quoad legata, & libertatem, ſi voluntas ex argumentis appareat, & hæredis declaratione cum iuramento n.24.& 25.

Voluntatis defuncti declaratio probatur per confeſſionem hæredis, n.29.

Voluntas poteſt adimpleri per æquipollens, dec.27. n.10. Teſtatoris etiam tacita habetur pro legitima ad inducendum fideicommiſſum, dec 108.n. 53. Quibus ex verbis colligatur, n 54. Nemo meliùs declarat, quàm idemmet teſtator, n.55. Quot modis, & ex quibus declarteur, n.57.& ſeq Contrahentium, vide ver. contrahentium intentio, ver contrahentium voluntas. Teſtatoris vide ver. teſtatoris in voluntate interpretanda. Vltima, vide ver. teſtatoris voluntas.

Vouens ingredi Religionem an, & quando ſatisfaciat, ſi profeſſionem non fecerit, dec.118.n.5.& 38. Quid ſi vouerit ingredi Religionem in certo loco, ſi ibi non recipiatur, an teneatur intrare alium locum, vel Religionem, n.29.

Vſuræ debitum eſt odioſum, dec.27.n 3. Veniunt ex bonis, non propter bona, dec.62 ſub n.3. Centeſimæ, quæ ſint, & hodiè an, quando, & quarè, & ob quam cauſam debeantur, & à quo tempore poſt ſententiam, & pro nautico fœnore quam ſummã capiant quolibet anno, dec. 100. à n.1. ad 6.& ſub n.11. Et quid pro eis ſoluatur in ſententijs S.C. & Rota Almæ Vrbis, n.7.& 8. Ea nulla vſura maior in iure, n.3. Rei iudicatæ, & centeſimæ debentur ſolùm reſpectu ſortis principalis, non pro vſuris prioribus, licèt in condemnatione deductis, num.41. Subrogantur in locum vſuræ, quæ priùs currebat ex contractu, & debentur etiam poſt rem iudicatam, licèt in ſententia denegetur, ſi ſint licitæ, n.42.43. Dotis, vide ver. priuilegium, quòd vir poſſit.

Vſus Capuanæ, & Nidi, vſus procerum, & magnatum, vide ver. conſuetudo, ver. nobiles, ver. proceres.

Vſusfructus diuerſus eſt in perſona filij ab eo, qui fuit in perſona patris, dec.6.n. 22. Debitor an poſſit renunciare in præiudicium creditorum, dec.8 ſub n.17 Non poteſt dari in re propria, d. 16.n.18. & ſub n 36. Licèt in perſona filij dicatur nouus, quia per mortem finitur in perſonam defuncti, tamen tranſit ad hæredes cum qualitate hæreditaria, & ideò ponendus eſt in inuentario, dec 26 ſub n.17 ad n.19. Morte vſufructuarij extinguitur, nec eius aliquid remanet in hæreditate, dec.108.n.36.

Vſufructuarius, qui non confecit inuentarium, & non adimpleuit, non poteſt adimplere poſt accuſationem, dec.68.nu.3. Omnium bonorum conuentus à creditore defuncti, an nominando proprietarium, liberetur, & in illum transfundatur iudicium, dec.102.n.23.27.& ſeq.& n.46. Vel ſimul conueniantur, ibid. Omnium bonorum an, & quando ſuſtineat onus ſoluendi æs alienum, vel illud ſpectet ad proprietarium, n.24. 25.33.40.45.47.& 48. Poteſt conueniri ad euitandum circuitum, vel cùm hæres de facili conueniri non poſſet, n.48.49.& 51. Dicitur procurator in rem propriam proprietarij, ſi agat, non ſi conueniatur, n.29 30. Poteſt abſentem dominum in iudicio nominare, cùm iudicium ſubire non vult, n.28. Conuentus actione hypothecaria, ſi nominauerit Dominum, an actor teneatur de nouo contrà proprietarium agere, vel relinquatur id arbitrio Iudicis, n.50.51.& 57. Etiã ſi poſ-

Digitized by Google

ſi poſſideat, debet præſtare patientiam de vendendis bonis pro ſoluendo ære alieno hæreditatis, nedùm ad inſtantiam hæredis, ſed, & creditorum, n 36.37.& 38. Certæ rei, vel quotæ bonorum non tenetur ad æs alienum, niſi ſit vſufructuarius quotæ hæreditatis, qui tenetur pro rata, n.39.& 40.& quarè, n.41.& 43. & vide ver actiones. Omnium bonorum, & hæreditatis quomodò differant quòad ſolutionem æris alieni, nu.42. Poſt mortem cuius alius fuit inſtitutus hæres, an dicatur hæres vniuerſalis, etiam in proprietate, ità vt per fideicommiſſum cenſeatur grauatus reſtituere, n.56.

Vſufructuario æquiparatur beneficiatus, vide ver. beneficiatus.

Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ, dec.50.n. 12.vide ver. pacis ob bonum.

Vulnerans aliquem cum armis prohibitis an, & quando puniatur duplici pœna, aſportationis armorum, & vulnerum, dec.78 à n.3.ad 5.

Vxor relicta domina, & patrona, alio hærede inſtituto, alimenta tantùm, & ſolitam præeminentiam habebit in domo. Intelligetur tamen inſtituta hæres vniuerſalis cum proprietate, ſi nullus alius ſit inſtitutus hæres, dec. 5.n.16.18.& 19. Quæ autem ſit ratio diuerſitatis, vide nu. 20.22.23. Non habet merces, quas maritus habet venales obligatas pro ſuis dotibus, ità vt maritus illas vendere impediatur, & quarè, dec. 24.n.12. Ob vergentiam viri ad inopiam poteſt conſtante matrimonio aſſecurari ſuper bonis illius pro dote, & antephato, & an, & quando ei poſſit offerri dos in pecunia per creditores viri poſteriores, dec.42.n.1.& 2.& vide ver. aſſecuratio, ver. creditor, ver. venditio rei ſtabilis. Ei datur retentio pro aſſecuratione, ſi tamen poſſideat, num.9. Non poteſt intentare remedium l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. aduerſus creditores anteriores, n.11. Conſtante matrimonio acquirit viro, & de ipſius pecunia præſumitur emere ad euitandum turpem quæſtum, niſi habeat bona extradotalia, ſed an tunc vir habeat actionem ad pretium, vel ad rem, dec.46 ſub nu. 30.31.& 32. Tenetur recognoſcere ſcripturam, & ſigillum ſui viri, dec.55 n.6. Quo titulo ſuccedat viro defuncto ab inteſtato, nullis relictis aſcendentibus, deſcendentibus, aut collateralibus. dec.65. antè n.1.& ſub n.8. Percipiens fructus ex bonis viri, donec dos ſibi reſtituatur, illos in ſortem excomputare tenetur, quamuis vir grauaſſet hæredem, aliquid annuum ſoluere, donec fieret dotis reſtitutio, dec.97 n.7.& 12.& ſub n.13. Et vide ver. fructus, ver. ſtatutum, & verb. vidua.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# DECISIONVM NOVISSIMARVM S. R. C. NEAPOLITANI.

AVTHORE

## D. HECTORE CAPYCIO LATRO

I. C. ET PATRITIO NEAP.

MARCHIONE TORELLI

Olim Aduocato famigeratiſſimo, Poſtmodùm S.R.C. nunc Supremi ordinis à Latere Conſiliario, ac Regente Regiam Cancellariam.

## LIBER PRIMVS.

In quo hac Secunda Editione acceſſerunt Obſeruationes, ac vtiliſſimæ Annotationes

MICHAELIS ANGELI GIZZII I. C. NEAP.

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Filij poſiti in conditione an, & quando cenſeantur diſpoſitiuè vocati.

Ex quibus coniecturis inducatur tacita reciproca, & quæ concurrere debeant.

In fideicommiſſis conditionalibus an, & quando ſit locus transmiſſioni, & quando dicatur vnita cum iure accreſcendi.

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum allegans, tenetur probare; ſe eſſe vocatum.*

2 *Subſtitutio efficitur caduca, nec tranſmittitur, ſi pendente conditione decedat ſubſtitutus.*

3 *Filij poſiti in conditione, cenſentur diſpoſitiuè vocati ſed contrarium, nu.4.*

*Limita, vbi alitèr ex coniecturis de voluntate Teſtatoris conſtaret, nu.5.*

6 *Expreſſum dicitur, quod conſtat ex præſumptionibus, & coniecturis.*

7 *Filij poſiti in conditione ad hoc, vt diſpoſitiuè dicantur vocati, opus eſt, vt vna ex quatuor coniecturis concurrat, quamuis ſint deſcendentes Teſtatoris, veluti vbi Teſtator reſpexit fauorem agnationis, vocando maſculos, n 8.*

*Item, vbi Teſtator habuerit animum conſeruandi bona in familia. nu 9.*

*Item, vbi filij in conditione poſiti, eſſent grauati cum pluribus gradibus ſubſtitutionum, num. 10.*

*Item, vbi in aliqua parte teſtamenti, & in aliquo caſu poſiti in conditione eſſent vocati, n. 11. Sed contrarium, n. 12.*

13 *Filij in conditione poſiti, diſpoſitiuè dicuntur vocati, vbi eſſent de deſcendentibus Teſtatoris, dummodò aliæ, licèt leues concurrerent coniecturæ, & nu. 14.*

*Item, vbi eſſet dictum,* ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus, *n. 15.*

*Sed contrarium, n. 16.*

*Prima opinio verior, num. 17*

*Item, vbi Teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſubſtitutionis, num. 18.*

*Sed contrarium, n. 19.*

*Limita, vbi extraneus eſſet ſubſtitutus, n. 20.*

*Vel quando aliæ concurrerent coniecturæ, num. 21.*

*Item, vbi filij non ſemel, ſed pluriès fuerint in conditione poſiti, nu. 22.*

*Item, vbi eſſet prohibita falcidia, vel trebellianica, n. 23.*

*Sed contrarium, n. 24.*

*Item, vbi adeſt clauſula,* omni modo meliori, *licèt in principio teſtamenti ſit appoſita, num. 28.*

*Item, vbi eſſet appoſita in fine teſtamenti, num. 29.*

*Item, vbi inter inſtitutos eſſet facta reciproca ſubſtitutio, nu. 30.*

*Sed contrarium, n. 31.*

*Item, vbi inſtituti nedùm eſſent ad inuicem ſubſtituti, ſed etiam, quando poſt mortem omnium filiorum abſquè liberis legitimis, & naturalibus, in pupillari ætate, vel quãdocunquè ſubſtituti eſſent magis coniuncti. nu. 32.*

25 *Prohibitio Trebellianicæ hodiè ſubſiſtit, etiam in filijs primi gradus.*

26 *Prohibitio Trebellianica poſita in præludijs teſtamenti, teſtatoris voluntatem non alterat.*

27 *Prohibitio Trebellianicæ, fideicommiſſum quando inducat.*

33 *Qualibet coniectura de per ſe non valida, & imperfecta, non coniungitur, ad effectũ inducendi vocationem in filijs, in conditione poſitis.*

34 *Filij poſiti in conditione ad hoc, vt ſint vocati, an vnica ſufficiat coniectura, nonnullæ recenſentur opiniones.*

35 *Coniecturæ, ex quibus ſi ij poſiti in conditione cenſeantur vocati, quæ, & quales eſſe debeant, Iudicis arbitrio remittitur, & n. 37. 38. & ſeqq. & an idem, quod eſt in deſcendentibus, ſit in tranſuerſalibus, n. 42.*

36 *Probationes ſunt Iudici arbitrariæ.*

43 *Tacita reciproca ſubſtitutio ex coniecturis inducitur.*

*Intellige, vt num. 61.*

44 *Tacita reciproca ſubſtitutio inducitur inter nepotes, ex expreſſa ſubſtitutione, facta inter filios inſtitutos.*

*Intellige, vbi poſt filios inſtitutos, & ad inuicem ſubſtitutos, eſſent vocati tranſuerſales, n. 45.*

*Sed contrarium, n. 46.*

47 *Tacita reciproca ſubſtitutio inter nepotes inducitur, vbi filij inſtituti, & ad inuicem ſubſtituti, bis in conditione poſiti ſunt.*

*Item, vbi poſt mortem omnium inſtitutorum eſſet proximior vocatus, n 48.*

49 *Item, vbi Teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus fuerit.*

*Item, vbi ſubſtitutio eſſet facta poſt mortem plurium, n. 50.*

*Item, vbi ſubſtitutus eſſet minus dilectus Teſtato-*

Digitized by Google

*Teſtatoris, n.51. Vel vbi eſſet omninò extraneus, n.52.*

*Item, vbi prohibita eſſet Trebellianica, n.53. vel ſi adeſſet clauſula,* omni alio meliori modo, *n.54.*

*Tacitum reciprocum fideicommiſſum in deſcendentibus Teſtatoris ex qualibet leui coniectura inducitur, num.55.*

*Sed intellige, tribus copulatiuè concurrentibus, ſcilicet primò, vbi filij poſiti in conditione, eſſent diſpoſitiuè vocati. Secundò, quòd ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti. & Tertiò, quòd ſit facta de tota hæreditate, num.56.*

57 *Subſtitutio vbi poſt mortem omnium eſſet facta, antequàm eueniat conditio, portio decedentis remanet in ſuſpenſo.*

58 *Subſtitutio facta poſt mortem vltimi, licèt ſit in tota hæreditate, non ſufficit ad inducendam reciprocam.*

59 *Subſtitutio poſt mortem plurium, ſiue omnium, non cenſetur facta vltimo morienti, ſed tantùm cenſetur reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis.*

*Amplia, quamuis ſubſtitutio eſſet facta ſub nomine collectiuo, n.60.*

*Sed contrarium, n.70.*

62 *Reciprocum fideicommiſſum non inducitur ex coniecturis: ex quibus qualibet de per ſe non ſit ſufficiens ad inducendum fideicommiſſum.*

63 *Extenſio in ſubſtitutionibus fit de perſona ad perſonam, etiam ex maioritate rationis, & ex præſumpta teſtatoris voluntate.*

64 *Reciproca ſubſtitutio debet fieri verbis expreſſis, vel ſaltim ex illis coniecturis, quæ neceſſariò concludunt.*

65 *In dubio pronunciandum eſt, fideicommiſſum non obſtare.*

66 *Filij in conditione poſiti regularitèr non cenſentur ad inuicem ſubſtituti.*

*Amplia, quamuis eſſent teſtatoris deſcendentes, n.67.*

68 *Vulgaris ſubſtitutio, adita hæreditate expirat.*

69 *Conditio in inſtitutione appoſita, non cenſetur repetita in ſubſtitutione.*

71 *Inter ſubſtitutionem factam poſt mortem omnium, & factam vltimo morienti, nulla conſtituitur differentia, ad finem inducendi reciprocum fideicommiſſum, & nu.106.*

*Maximè in deſcendentibus Teſtatoris, nu.72. Quãuis ſubſtitutio eſſet facta ab Auo materno, n.77.*

73 *Fideicommiſſaria poſt mortem plurium, poſitorum in conditione, in caſibus, in quibus poſiti in conditione cenſentur vocati, inducit inter dictos poſitos in conditione reciprocam, ac ſi expreſſè fuiſſet facta ſubſtitutio in tota hæreditate, & vltimo morienti, maximè quando ex veriſimili mente Teſtatoris ſupereſt perſona magis dilecta, quæ ſubſtitutum excluderet.*

*Sed contrarium, num.74.*

75 *Reciproca ſubſtitutio ad hoc, vt inducatur, opus non eſt, vt fiat in tota hæreditate, ſed ſufficit quòd per æquipollens ſit facta de tota hæreditate.*

*Et quando dicatur Teſtator, ſentiſſe de tota hæreditate, nu.76.*

78 *Fideicommiſſa conditionalia non tranſmittuntur.*

*Limita, vbi adeſt tacita teſtatoris voluntas, num.79.*

80 *Coniectura quæ vocationem filiorum in cõditione poſitorum inducunt, in materia tranſmiſſionis conſiderantur.*

81 *Tranſmiſſio potiùs inducitur, quàm vocatio.*

82 *Poſiti in conditione quemadmodùm dicuntur vocati ad portionem patris ſui tantũ, non autem ad portionem patrui, vel alterius tranſuerſalis, ità etiam in tranſmiſſione.*

83 *Vbi ſucceditur iure tranſmiſſionis, non ſucceditur ex propria perſona.*

84 *Fideicommiſſum inducitur ex eo, quòd filij ſunt poſiti in conditione.*

*Sed contrarium, n.85.*

86 *Fideicommiſſum conditionale licèt inducatur ex eo, quòd filij ſint poſiti in conditione, tamen non tranſmittitur.*

*Sed contrarium, n.88.*

87 Text. in l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Treb. *declaratur.*

89 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*

90 *Filij vbi ad inuicem ſunt ſubſtituti, ſub ea cõditione, ſi deceſſerint abſque liberis, & ſi omnes decederent abſque liberis, vel cum liberis, qui decederent in pupillari ætate, vel quandocunquè eſſet inſtituta perſona magis coniuncta, quæ reſpectu deſcendentium diceretur extranea, tunc primus decedens cum liberis tranſmittit in eoſdem liberos ſpem fideicommiſſi.*

91 *Filij poſiti in conditione, cenſentur prædilecti ſubſtitutis.*

92 *Filij poſiti in conditione non dicuntur vocati, nec ſubſtituti per fideicommiſſum.*

93 *Tranſmiſſio locum habet, vbi Teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſubſtitutionum, & vltimò poſt filiorum mortem extraneum, vel alium remotiorem in gradu ſubſtituerit.*

*Item, vbi ſubſtitutio eſſet vnita cum iure accreſcendi, num.94.*

*Amplia, nedùm in pupillari ſubſtitutione, verùm in fideicommiſſaria, nu.96.*

*Item, vbi extraneus præferretur deſcendentibus Teſtatoris, n.99.*

95 *Subſtitutio vnita cum iure accreſcendi, quãdo*



Digitized by Google

*do dicatur ad finem tranſmittendi.*

97 *Compendioſa ſubſtitutio, quæ continet vulgarem, tollit ius accreſcendi.*

*Limita, vbi ius accreſcendi locum habuerit ab initio antè aditam hæreditatem, nam tunc operaretur tranſmiſſionem ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, quamuis ſit extincta vulgaris, nu. 98.*

100 *Auus paternus non poteſt nepotibus pupillariter ſubſtituere.*

101 *Verba*, ſuccedat, & perueniat, *ſunt communia.*

102 *Subſtitutio pupillaris vbi directè non valeret, ſuſtineretur in vim fideicommiſſi.*

103 *Auus paternus licèt pupillaritèr nepotibus ſubſtituere non poſſit, tamen non procedit in bonis, à ſe relictis, & mortuo patre.*

104 *Voluntas Teſtatoris interpretari debet, vt potiùs valeat, quàm pereat.*

105 *Reciproca ſubſtitutio non inducitur, niſi tribus copulatiuè concurrentibus.*

107 *Ex vno tacito non poteſt ad aliud inferri.*

108 *Repetitio non datur, quando eſſet difformis, maximè vbi agitur de tacita repetitione.*

109 *Tranſmiſſio vbi locum obtinet, ceſſat controuerſia vocationis in filijs poſitis in conditione.*

*Amplia, quamuis ſit vnita cum iure accreſcendi, n. 110.*

111 *Filij vbi poſiti ſunt in conditione ad excluſionem penitus extranei, tunc nedùm ad patris, verùm ad patrui, & amitæ portionem dicuntur vocati, & adducitur deciſio. Et contraria reſoluuntur. n. 112.*

# Deciſio I.

DEceſſit in anno 1616. V. I. D. Io. Iacobus de Iacobo, de Ciuitate Rhegij, in Prouincia Calabriæ Vltra; inſtitutis heredibus vniuerſalibus, Iulia, & Lucretia eius filiabus: & voluit, quòd moriente Iulia abſque filijs, ex eius corpore legitimè deſcendentibus quandocunq; aut illis morientibus in pupillari ætate, ſuccedat dicta Lucretia; & è contra, moriente dicta Lucretia abſque filijs ex eius corpore legitimè deſcendentibus quandocunque; aut illis morientibus in pupillari ætate; eo caſu ſuccedat prædicta Iulia, prohibendo ad inuicem detractionem legitimæ, & trebellianicæ, & dictis eius filiabus decedentibus abſquè filijs, ex eorum corporibus legitimè deſcendentibus, aut cum filijs, qui in pupillari ætate, aut quandocunquè deficerent ab inteſtato: dicta hæreditas perueniat ad intimos, magisq; coniunctos ipſi Teſtatori, qui tali caſu fuerint ſuperſtites.

Poſt mortem Teſtatoris obijt Lucretia, relicta Iſabella filia, ſuſcepta in conſtantia matrimonij cum Marcello Bernardo: obijt ſecundo loco Iulia, relicto Philippo filio, ſuſcepto ex Auguſtino Genuenſi eius viro: & demùm deceſſit Philippus in pupillari ætate. Quarè petijt Marcellus de Bernaudo, vti pater, & legitimus adminiſtrator Iſabellæ filiæ, condemnari Auguſtinum Genuenſem ad reſtitutionem bonorum eidem Auguſtino perueniorum ex cauſa dotis prædictæ Iuliæ, vigore prædicti fideicommiſſi, etiam quia in diuiſione inter dictas ſorores ſe ſubmiſerunt prædicto fideicommiſſo, & voluntati paternæ; data tantùm inter ipſos poteſtate diſponendi de ducatis mille per quemlibet, pro legitima, ſic inter dictas ſorores liquidata, & in capitulis matrimonialibus initis cum dicto Auguſtino fuit expreſsè conuentum, quòd decedente Iulia abſque filijs, ex dicto matrimonio procreandis, vel illis morientibus in pupillari, vel minori ætate, vel quandocunquè ab inteſtato; integræ dotes debeant reſtitui, abſquè aliqua diminutione dictæ Lucretiæ, ſuiſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeruata forma fideicommiſſi paterni, cui relatio habeatur, & non aliter: reſeruata tamen poteſtate diſponendi de ducatis mille pro legitima, & tandèm eadem Iulia bona prædicta in caſu mortis filiorum reliquit cui de iure ſpectant, ſeruata forma ſuorum capitulorum; de prædictis autem duc. mille in caſu mortis filiorum diſpoſuit ad beneficium viri; & ſic dicebat Marcellus, quòd tàm vigore dicti teſtamenti, quàm vigore diuiſionis, quàm capitulorum matrimonialium; quàm etiam vigore teſtamenti tenebatur Auguſtinus reſtituere prædicta bona, vnà cum fructibus, ſiue intereſſe.

Dicebatur tamen pro parte Auguſtini ipſum eſſe abſoluendum ab impetitis; cùm Iſabella non appareat in teſtamento nominata; & propterea ſatis eſſe ei obijcere, teſta-
1 mentum non loquitur de te, iuxtà doctrinam *Bal. in l.* 1. ſub *num.* 3. *& in l. ad probationem, num.* 1. *C. de probation. Franch.* qui alios citat *dec.* 615. *num.* 5. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. *Fuſar. de ſubſtitut. q.* 351. *num.* 9. *Seraphin. dec.* 1486. *num.* 1. & quòd ex verbis expreſſis teſtamenti non poſſit Iſabella venire, patet; quia non fuit ipſa expreſsè vocata: ſed Lucretia eius
2 mater, quæ cùm prædeceſſerit Iuliæ, pendente conditione, ſubſtitutio fuit effecta caduca, nec potuit tranſmitti ad Iſabellam filiam, *text.* eſt *in l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & legitim. l. quoties* 2. *ff. de acquiren. hered. glo. in l. vnic. in verb. derelicta,* vbi *Cynus, & Bart. num.* 4. *Bald. num.* 10. *Alberic. num.* 4. *Salyc. num.* 5. *&* 7. *C. de his, qui ante apert. tabul. & glo. in l. hæredes mei, §. cùm ita, in verb. ſuſce-*

Digitized by Google

*ſcepiſſet, ff. ad treb.* vbi etiam *Bal. nu. 2. Paul. de Caſtr. num. 3. Alexan. num. 6. Socin. ſen. num. 9. Rip. nu. 60. Socin. iun. num. 37. Torniell. nu. 59. Fabius Accorambonus num. 27. Bolognet. num. 129.*

Pro parte verò Iſabellæ Actricis ex pluribus iuris articulis dicebatur, eſſe in dicto fideicommiſſo vocatam, & propterea omninò debere obtinere reſtitutionem prædictorum bonorum.

## PRIMVS ARTICVLVS.

## An Iſabella Actrix cenſeatur vocata, tanquàm poſita in conditione.

ERit ergo primò videndum, vtrum Iſabella, quæ non fuit expreſsè vocata, ſed tantùm in conditione poſita, intelligatur diſpoſitiuè vocata, & licèt valdè ſit controuerſus articu-
3 lus, an filij poſiti in conditione, cenſeantur diſpoſitiuè vocati, de quo amplum edidit *tractatum Ioſeph de Ruſticis* I.C. Aquilanus, in tantùm, quòd nonnulli grauiſſimi Authores affirmatiuam ſententiam ſuſtinuerunt, ita vt pro iſta opinione vigintiquatuor Doctores enumeret *Menoch. conſ. 152. lib. 2. n. 13.* inter quos illam communem appellauit *Pariſ. cōſ. 66. lib. 3.* & magis communem, & veriorem exiſtimauit *Socin. iun. in conſ. 158. nu. 57.* qui nonnullis argumentis, & Doctorum authoritatibus eam comprobat, & communem eſſe Doctorum ſententiam dixit *Menoch. in d. conſ. 152. num. 13. & conſ. 173. num. 4. & conſ. 420. & 481.* & veriorem, æquiorem, ac magis ſecundum mentem Teſtatoris eſſe voluit *Alberi. in l. 1. C. de condit. inſert.* & quòd hęc ſit magis communis opinio, & magis æqua, latè defendit *Fab. de Anna conſ. 9. vol. 1. num. 2.* vbi innumeros pro hac opinione Doctores colligit, comprobat *Fuſar. de fideicom. q. 437. num. 3.* vbi dicit, eſſe æquiorem, communem, & magis communem, ac ſæpiùs pro ea iudicatū, pro qua corroboranda quamplures Doctores colligit, & amplius dicit, quòd in Sereniſſimo Statu Veneto hæc opinio tanquàm magis conformis menti Teſtatoris eſt recepta, vt per *Cauallcan. com. contra commun. q. 95.* Ta-
4 men admittendo opinionem negatiuam, quam amplexa fuit *gloſ. in l. Lucius, ſ. ſi con dit. ff. de hæred. inſtit.* quæ reuera magis communis eſt, & rerum iudicatarum authoritate roborata, quam *Gloſ.* opinionem latè defendit, & plurimorum Doctorum authoritatibus comprobat *Ruſtic. in d. tract. lib. 1. cap. 2. n. 1. cum ſeqq. Peregr. de fideic. art. 18.* *num. 1. idem Fuſar. d. q. 437. num. 1. Faber de error. pragm. decad. 26. error. 1. & lib. 17. coniecturar. iur. art. 19. num. 20. Intrigl. de ſubſtitut. centur. 3. q. 26.* & pro hac opinione fuiſſe iudicatum in Camera Imperiali, in Aragonia, in Delphinatu, in Cathalonia, Tholoſæ, & Florentiæ, refert *Anelius Amat. conſ. 91.* & idem fuiſſe iudicatum in Rota Rom. habetur ex *Farin. dec. 100. p. 1. in recent.* ſic etiam fuiſſe iudicatum in Regno Siciliæ, dixit *Caſtil. dec. 18 n. 60. lib. 1.* & in Senatu Dolano refert *Griuel. dec. 125. n. 52.* & pluriès etiam ſecundū prædictam opinionem fuiſſe iudicatum in noſtro Sacro Conſilio, apparet ex *Capyc. dec. 115. n. 7. & 8. Fab. de Ann. in princ. ſecundi volum.* eius *conſil.* vbi teſtatur, fuiſſe iudicatum contra eius *conſilium nonū,* de alia etiam deciſione meminit *Amat. d. conſ. 91. in fi.* quod etiam reaſſumit *Thor.* in ſuo *comp. p. 1. in verb. filij poſiti in conditione,* & ſic etiam de alia deciſione meminit *Viui. dec. 393. lib. 2. Surd. & ibi Hodierna dec. 162.* & ita paſſim fuit in alijs cauſis iudicatum.

Tamen prædicta opinio ab omnibus vno ore limitatur, quando aliter ex coniecturis
5 de Teſtatoris voluntate conſtaret, quia ſatis dicitur expreſſum, quod ſub generali verborum conceptione comprehenditur, *Bart. in l. 1. C. de nouat. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. Menoc. conſ. 210. n. 8.* Sicuti expreſſum
6 dicitur, quod conſtat ex præſumptionibus, & coniecturis, *l. licèt Imperator,* vbi *Bar. n. 2. ff. de legat. 1. Francb. dec. 15. Menoch. conſ. 5. n. 10. & 11.* & ideò ex coniecturis cenſeri vocatos, probat poſt alios, quos allegat *Peregr. conſ. 91. n. 30. lib. 1. Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 2. num. 19. Trentacinq. de ſubſtitut. par. 4. c. 11. n. 23. Ruſtic. d. tract. lib. 2. c. 1. Fuſar. d. q. 437. num. 6.* qui & alios infinitos allegat, & nouiſſimè *Franciſc. de Petr. in conſ. 60. n. 8.*

Quæ quidem concluſio non negabatur ex parte Conuenti, ſed difficultas erat, dignoſcere, quæ nam coniecturæ erant validæ ad interpretandam hanc Teſtatoris volunta-
7 tem, vt filij poſiti in conditione, dicantur diſpoſitiuè vocati, dicebat enim, quòd quotieſcunque cum coniecturis, à Doctoribus conſideratis non concurrit vna ex quatuor infraſcriptis; non habet locum prædicta concluſio; non enim ſufficiunt leues coniecturę, ſed fortes, & vrgentes, etiam in deſcendentibus Teſtatoris, *Decian. conſ. 44. n. 11. lib. 3. Gabr. lib. 4. commun. concl. tit. de fideic. concl. 4. n. 29. Anel. Amat. d. conſ. 91. n. 3. Ioan. Anton. Bellon. conſ. 26.* & propterea dicebat, quòd coniecturæ vrgentes, & à ſupremis Tribunalibus approbatæ, erant. Prima, quando
8 Teſtator reſpexit fauorem agnationis, vocādo maſculos; vt habetur poſt alios per *Farinac.*

Digitized by Google

*rinac.dec.*266.*par.*1.*in recent.& dec.*105.*&* 646 *n.*3.*tom.*2.*in poſthum.Ludouiſ.dec.*315. *&* 337.*Theſ.dec.*96 *Peguer.dec.*100.*Viuius dec.*262.*&* 393.*Rouit.conſ.*54.*num.*7.*lib.* 1. *Cabal.conſ.* 95.*Seſe dec.*65.*n.*26.*p.*1.*Franc. Niger controuer.iur.*96.*lib.*1. *& contr.* 302. *n.*42.*lib.*2.*& Chriſtoph.Mart.deciſ.Senen.*8. Secundam,dicebat,eſſe coniecturam, quan-
9 do teſtator habuit animum conſeruādi bona in familia,ſiue in deſcēdentibus poſitis in conditione,vt habetur ex præcitatis DD. & ex *Corne.conſ.*59.*lib.*2. *Fuſar. q.*441.*n.*20.
10 Tertia verò, quando poſiti in conditione fuerunt grauati, maximè cum pluribus gradibus ſubſtitutionum,*Put.dec.*215.*lib.*3.*Fōtanell.de pact.nupt.tom.*1. *clauſ.* 4. *glo.* 24. *n.*5.Quarta,& vltima coniectura,quando in
11 aliqua parte teſtamenti,& in aliquo caſu poſiti in conditione eſſent vocati, *Ludouiſ.deciſ.*551.*Zanch.in l.hæredes mei*, §. *cùm ita n.* 774 *ff.ad Treb. Ceph.conſ.*476.*n.*11. *lib.*4. *Ruſtic.in alleg.tract.lib.*5.*c.*2.*n.*3.*Menoc.de præſumpt.lib.*4 *præſ.*76.*n.*59.*Intrigl.de ſubſtitut.cent.* 3.*q.*26.*n.*123.*Alexan.Raud.deciſ. Piſan.*27.*n.*94.& alij per *Fuſar. de fideicom. q.*437.*n.*107.quæ quidem coniecturæ,cùm omnes deficiant in caſu noſtro, non poterat dici,poſitos in conditione eſſe vocatos.
12 Quibus tamen pro parte actoris reſpondebatur, quòd nullibi inuenitur iure cautum,quòd iſtæ quatuor tantùm coniecturæ, & non aliæ inducant iuris diſpoſitionem, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati; quinimò, alias, & maiores adhuc eſſe coniecturas,& præſumptiones.Precipuè verò dicebatur, quòd in hoc caſu concurrebant validiſſimæ coniecturæ,ex quibus apparebat,poſitos in conditione eſſe vocatos, inter quas illa ſatis vrgens,imò efficaciſſima ponderabatur,quia hæc Iſabella erat de deſcēdētibus Teſtatoris, quæ quidem eſt tantæ efficaciæ, vt ſufficiat ad victoriam, quemadmodùm habetur ex *Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.*11.*tit.*2. *in fin.* eò enim caſu concurrunt
13 naturæ, & parentum commune votum *l.cùm acutiſſimi*,C.*de fideic.*& proptereà debet ceſſare iuris rigor, *Ruſtic.d.tract.lib.*2. *c.*1.*n.*11.*Surd.dec.*162.*n.*5.vbi etiam *additio Hodier.n.*3.*Rimin.iun.conſ.*739.*n.*0.*Hond. conſ.*54.*nu.*8.*lib.*2.*Roger.conſ.*25.*nu.*2. *lib.*1. *Pancirol.conſ.*69.*n.*71.*Petr.de fideicom. q.* 9. *n.*150.*Fachin.controuer.iur.lib.*4.*c.*51.*Theſaur.iun.in addit.ad deciſ.Theſaur.patr.*96. *Rouit.conſ.*54.*n.*5.*Peguer.dec.*216.*num.*11. *Mantic.dec.*120.*n.*3.&quamuis aliqui contradicant, tamen hæc eſt magis communis opinio,vt teſtatur *Decia.conſ.*28.*n.*11. *lib.*2. *& conſ.*44.*n.*5.*lib.*3.dicit,eſſe æquiorem, & hodiè communem ſic etiam de communi teſtatur *Hond.conſ.*65.*n.*40.*lib.*1.*& conſ.* 54. *n.*8.*&* 58.*vol.*2.*Seraph.deciſ.Rot.Rom.*1329. *n.*2.*Boer.dec.*155.*n.*21.& alij allegati per *Fuſar.d.q.*437. *n.*23. Verùm contraria opinio
14 procedere poſſet ,quando hæc coniectura eſſet ſola,& non coadiuuaretur ab alijs coniecturis,in quo caſu loquutur DD. allegati à *Fuſar d.q.*437.*n.*24.& alij,qui in contrarium adduci poſſunt,vt voluit *Pet.Gregor.Tholo. ſintag.iur.lib.*42 *c.*18.*n.*29.*in fi.* dicēs,quòd vbi nulla alia adeſt mentis coniectura,quàm iſta, quòd filij poſiti in conditione ſint de deſcendētibus, ſtandum eſt concluſioni negatiuæ,& ſic etiam loquuntur *Soc. ſen.conſ.* 216.*n.*8.*lib.* 3.*Rip.in l.Centurio*,*n.* 159. *ff. de vulg.& pup. Alciat. in d. l. Lucius*,*de hæred. inſtit.n.*41.*Clar.lib.*3. §.*teſtamentum*, *q.* 79. *Mant.d.lib.*11.*tit.*3.*n.*1.*Sfort.Od.conſ.*66.*nu.* 25.& alij allegati:quādò verò cum prædicta coniectura concurrerent aliæ,etiam leues, & tunc cenſentur vocati; quæ diſtinctio magis communitèr eſt approbata , vt teſtatur *Soci.iun.conſ.*145.*n.*30.*lib.*3. *& conſ.* 75 *nu.* 1.*lib.*2.*Pariſ.conſ.*5.*n.*35.*lib.*3. *Crauet.conſ.* 24.*n.*13.*Didac.Couar. in cap.Raynuntius*,§. 3.*n.*3. *de teſtam.* vbi à communi opinione recedit, quando aliæ adeſſent coniecturæ, etiam leues, *Achill.Perſonal.de adipiſc. poſſ. n.*296.*verſ.alij*,*Clar.d.*§.*q.*77.*Tob.Non.conſil.*31.*n.*13. & de communi etiam teſtatur *Decian.conſ.*89.*n.*12.*& conſ.*23. *vol.*3.& alij allegati per *Craſſ.in* §.*fideicommiſſum*, *q.* 13. *n.*2.vbi *in fine* hanc ſententiam magis communem, æquiorem, & veriorem iudicat, vt ſufficiat,poſitos in conditione eſſe de deſcēdentibus, vel ſaltim, quòd concurrant leues coniecturæ.

Secunda coniectura ſumebatur, quia te-
15 ſtator in conditione poſuit, non ſimplicitèr filios,ſed filios legitimos,& naturales, quæ coniectura fundatur precipuè,quia ſi filij poſiti in conditione,non venirent tanquàm vocati ex teſtamento, ſed ab inteſtato, concurrerent in ſucceſſione cum naturalibus legitimatis, quod non eſt permittendum , vt traditur in *l.ſi te parentes*,C.*de ſuis*, *& legitimis*,§.*ſi quis igitur*,§ *generalitèr*, *&* §.*illud*, *in auth.quib.mod.natur.effic.legit.Socin.iun. conſ.* 10.*nu.*26.*lib.*3. vbi de communi teſtatur,*& cōſ.*145.*n.*39.*eod.lib.*3.& de communi etiam teſtatur *Surd. d.dec.*162.qui dicit, hāc eſſe vrgentiſſimam coniecturam,& refert, ità in Senatu illo fuiſſe iudicatum , & licèt aliæ concurrebant in ſuo caſu coniecturæ; attamen illam tanquàm vehementiorem extollit *Trentacinq conſ.*1.*ſub n.*29.*lib.*2. *Peguer. dec.*100.*n.*16 *Reg.Rouit d.conſ.*54.*n.*7.*Anell. Amat.in cōſ.*100.*n.*31.*Farinac.dec.*100.*n.*6. qui etiam alios cumulat,& deciſionem Rotæ Romanæ refert, quam etiam efficaciſſimam coniecturam dixit,relatis opinionibus *Menoc de præſumpt.lib.*4.*præſ.*76.*n.*48. *& conſ.* 1017.*n.*3.*& conſ.*1018.*n.*2. & eſſe coniectu-

ram

Digitized by Google

ram maximi pōderis,dixit *Seraph. dec.* 1329. *n.*2.& ex communi DD.ſententia,hoc etiam voluit *Mareſcot.var.reſol. lib.*1. *c.*66.*n.*7. & vrgētiſſimam,& receptiſſimam vocat *Gerius Spin.conſ.*14.*n.*23. *lib.*1. latè etiam per *Fab. de Ann.conſ.*9 *n.*10. & per *Ruſtic.d.lib.*3.*c.*3. *n.*3.& per *Fuſar.d q.*437.*n.*64. vbi alios pro hac opinione refert, & licèt nonnullos DD. pro contraria opinione adducat *num.*65.tamen *in fin.* dicit,quòd cùm has authoritates adduxiſſet pro excludenda hac voluntatis coniectura; attamen his non obſtantibus fuit contra ſuam opinionem iudicatum.

Contra tamen prædictam coniecturam 16 inſurrexerunt *Theſaur.dec.*96.*n.*16.poſt *Petram de fideicom.q.*9.*num.*176.*Anel.Amat.d. conſ.*91.& alij allegati per *Fuſar.d.q.*437.*nu.* 65.& pro iſta contraria opinione adducebātur etiam deciſiones Senatus Pedemontani, vt per *Theſſ.d.dec.*96. Senatus Doiani apud Griuell.*dec.*125.*n.*77.& noſtri S.C. quia fuit iudicatum contra *conſ.*9. *Fab.de Ann.* prout ipſe idem refert in *principio ſecundi voluminis*, quamuis prædicta, & aliæ coniecturæ ponderarentur: & iterùm in cauſa,in qua ſcripſit *Anell. Amat. in d.conſ.*91. vt in *fine conſil.*& pro hac opinione,vltrà adductos per *Fuſar.* ſtant etiam *Berret.conſ.*74.*n.*12.*Burſat conſ.*300 *n.*68. *lib.*3.*& Fontanel.clauſ.*4. *gl.*24.*n.*13. qui de hac opinione ſatis videtur dubitare,dùm dicit,quòd ſi vera eſſet in hoc caſu opinio *Surd.*& *Ruſt.*vix eſſet in Cathalonia de hac difficili materia diſputandum, cùm in omnibus ferè teſtamentis legamus huiuſmodi conditiones conceptas, & quòd nunquàm audiuit,nec vidit, quòd pro vocatione ſit in caſu prædicto declaratum,& hanc ſententiam pluribus DD.authoritatibus cōprobat *Ludouic. Caſanat. conſ.* 4. *n.*298. & præter alios affert etiam *Botta conſ.*4.*&* 97. *n.*14.

Replicabatur tamen prædictis,quòd opinio cōtraria erat magis recepta, imò & idem *Theſſ.d.dec.*96. *n.*16.videtur ſe reſtringere, 17 vt dicta legitimitatis coniectura nō ſit ſufficiens de per ſe,ſed alijs coniecturis concurrentibus videtur cum contraria opinione concurrere, & in ea reſidere etiam videtur *Theſſ.iun.in addit. ad d. dec.*96. dùm allegat *Surd d.dec.*162. *& Borg. Caualc.dec.*5. *p.*3. *Fontanell.* autem nihil concludit,ſed ad DD. pro vtraque opinione allegatos ſe refert, & licèt dicat, nunquàm vidiſſe in illo Senatu per hanc coniecturā fuiſſe poſitos in conditione vocatos;tamen neq; dicit,audiuiſſe,vel vidiſſe contrarium iudicatum,vel erit intelligendus,prout loquitur *Theſaur.*quando hæc ſola adeſſet coniectura,ſecus autem,quando aliæ concurrant,vel intelligendi ſunt in caſu, quo,etiam ſi aliæ coniecturæ concurrant, nō tamen poſiti in conditione ſunt de deſcendentibus teſtatoris,vt eſt in caſu Senat. Dolani,relato per *Griuel.d.deciſ.*125.*n.*77.

Tertia coniectura, quia teſtator digreſſus 18 fuit ad plures gradus ſubſtitutionum. Primò enim,ſubſtituit Lucretiam Iuliæ. Secundò,Iuliam Lucretiæ, quæ ſubſtitutiones cōprehendunt etiam duos caſus.Primus,quando decederent abſquè filijs.Secundus,quando decederent cum filijs, & illi in pupillari ætate decederent. Tertius eſt,ſubſtitutionis gradus,quando Iulia,& Lucretia filiæ,& heredes ſubſtitutæ, & ſibi inuicem ſubſtitutæ, decederent omnes abſque filijs,ex eorum corpore legitimè deſcendentibus, vel cum filijs,qui in pupillari ętate, vel quandocunq; decederent ab inteſtato, quo caſu ſubſtituit magis intimos,ſiuè coniunctos ipſi Teſtatori, quæ coniectura tanquàm ſatis vrgens,& tanquam æquior,& iuſtior, ponderatur ab *Anchar.conſ.*74.*Curt.iun.conſ.*16.*nu.*7. qui hanc ſolam ſufficere dicit,quem ſequuti uerunt innumeri Doctores, relati à *Ruſtic. in d.tract.lib.*3.*c.*1. *n.*1. & à *Fuſar.d.q.*437.*n.*90. & de magis communi teſtatur *Rimin.iun. conſ.*767. *n.*6.*lib.*7. *Menoc.conſ.*173.*n.*54. *& de præſumpt.lib.*4 *præſ.*76. *n.*53. *Decia.conſ.* 103.*n.*17.*lib.*2.*Craſſ in* § *fideicommiſſum, q.* 14.*n.*3.*Gabr.in commun. concl.*4.*n.*14 *tit.de fideicom.Viui.dec.*262. *n.*13. *&* 14 *Rauden. deciſ. Piſan.*27.*n.*88. & fuiſſe approbatam à Rot.Rom.habetur ex *Farinac. dec.*144. *n.*4. *p.*1.*& dec.*146.*n.*8. *Seraph.dec.*1329.*n.*10.

Et quamuis nonnulli grauiſſimi Autho- 19 res hanc coniecturam non admiſerint,quos colligit *Ruſtic in d.c.*1.*n.*5.*& Vinc. Fuſar.d. q.*437.*n.*91. quibus addo *Rip.in l. Centurio, nu.*165 *de vulg. & pup.Claran* § *teſtamentum q.*79.*in* 4.*coniect.Adden.ad Alexa.conſ.* 64.*lib.*5.*Berret.conſ.*74.*n.*13.*Botta conſ.*97. *in fi.*& alios allegatos per *Ludouic.Caſanat.* 20 *conſ.*4.*n.*299. Tamen dicebatur,de hoc non poſſe dubitari ad excluſionem penitùs extranei ipſius Teſtatoris, eo enim caſu, in quo extraneus ſubſtitutus eſt, coniecturam prædictam eſſe validiſſimam,probauerunt *Ripa in loco* ſup.cit.*Pariſ.Torniel.Alb.Ceph. Decian.Honded. Menoc.Gabr.Ruſtic.Intrigl. Mantic.Craſſ.Petra,& Raud.*allegati à *Fuſario d.q.*437.*n.*94.vel quando concurrerent 21 aliæ coniecturæ, vt poſt *Rip. Zanch. Grat. Menoc.Mantic.Ruſtic.* & alios,voluit idem *Fuſar.ibidem,nu.*95. quod maximè attendi debet in deſcendētibus Teſtatoris, vt per *Alex.d.conſil.*64.*lib.*5. *& Socin. iun. d. conſ.* 110.*n.*18.*lib.*3.& alios allegatos à *Ruſt. in d.tract.lib.*3.*c.*1.*n.*2.& per *Fuſar d.q.*437. *n.* 98.*Decian.conſ.*59.*n.*10.*lib.*2. *Petr. de fideic. q.*9.*n.*199.

Quarta adducebatur coniectura, quia 22 non ſemel,ſed plurièś filij fuerunt in conditione poſiti,de qua coniectura per *Ruſtic.in d.tract.*

Digitized by Google

*d.tract.lib.*1.*c.*2.*n.*12.qui DD. enumerat, & acritèr reprehendit *Anto.Gabr. tit.de fideic. concl.*4.*n.*32.contrarium tenentem,ſed dictã coniecturam ſequuntur DD.enumerati per *Fuſar.d.q.*437.*n.*101.per *Maſtril.deciſ.*121. *n.*14.*Barz.dec.*5.*nu.*12.*Seraphi. d.dec.*1329. *Gerium Spin.conſ.*14.*nu.*21.nec eſt facienda vis in deciſione S.C. relata per *Amat. in cõſ.* 91.quia in ea cauſa hec coniectura deficiebat,vt ipſemet fatetur *n.*28.*in fi.*

Quinta coniectura conſiderabatur, quia
23 fuit prohibita falcidia,& trebellianica, *Ruſtic.d.tract.lib.*5.*c.*6.*n.*21. poſt *Gozad.Crau. Marzar.*& cęteros,per ipſum citatos; alios etiam addidit *Fuſar.d.q.*437.*n.*215. *Simon. de Prat.de interpr.vltim.volunt.lib.*3.*f.*300.
24 *num.*5. cui tamen concluſioni contradicit *Menoc.d.lib.*4 *præſumpt.*76.*nu.*80.qui dicit, quòd nunquam ſibi placuit hæc coniectura, & eam refellit etiam *Anell. Amat.dict.conſil.* 91.*n.*33.qui reſpondit *Simon.de Prat.*qui pro validãda coniectura rationem tradidit, quia hæc prohibitio trebellianicæ locum habere non põt in filijs primi gradus,& ideò vt locũ ſibi vendicet,neceſse eſt fateri,quòd filij in conditione poſiti,cenſeantur vocati ad hoc, vt locus ſit prohibitioni trebellianicę,cùmq; in hoc Regno recepta ſit opinio, quòd pro-
25 hibitio trebellianicæ ſubſiſtat,etiam in filijs primi gradus,vt per *Franch.dec.*11. & 612. ſequitur, quòd argumentum *Simonis* corruat; verùm prædicto argumento facilè reſpondetur, nàm data pro vera opinione, quòd valeat prohibitio detractionis trebellianicæ in primo gradu, neceſſariò fateri oportet, filios in conditione poſitos,eſſe vocatos, quid enim operari debet hæc prohibitio, niſi vt ſubſtitutus habeat hæreditatem,abſquè detractione? & ſi hoc ſit cum ſubſtitutis minus dilectis à Teſtatore, quantò magis debet intelligi reſpectu filiorum,in conditione poſitorum, qui abſquè dubio ſubſtitutum excludunt? & propterea videns *Anell. Amatus* difficultatem, non firmat pedes ad hanc reſponſionem, ſed tranſit ad aliam,quòd in caſu ſuo, hæc prohibitio tre-
26 bellianicæ non erat in corpore, & in parte diſpoſitiua teſtamenti, ſed in præludijs potiùs de ſtylo Notarij,vt *num.*35. quo caſu ex doctrina *Bar. in l.*1.*n.*10. *in fi.ff. de iure codicil.*& aliorum fundare conatur, quòd hęc prohibitio non alterat Teſtatoris voluntatem,& quòd ceſſabat in dicto teſtamento,in quo erat dicta prohibitio trebellianicæ, nedùm in corpore teſtamenti, ſed in ipſomet
27 fideicommiſſo, ſiue ſubſtitutione; & quòd hæc prohibitio inducat fideicommiſſum, habetur ex *Menoc.conſ.*1006.*n.*8.& *præſ.*68. *n.*15.*lib.*4. qui alios allegat, & per *Mant.de coniect. vlt.volunt.lib.*4. *tit.*5. *art.*14.*n.*4. & contra opinionem *Menoc.*concludit *Ruſtic.* in *loco* ſuprà citato, qui nequè in iudicando, nequè in conſulendo putat,à prædicta opinione eſſe recedendum,& de communi teſtatur,& addit etiam *Decia. conſ.*103. *n.*27. *lib.*2.& *Bonif.Ruger.conſ.*50.*n.*16.*lib.*1.& ipſe idem *Menoc.* contrarium conſuluit *conſ.* 117.*n.*21.

Sexta coniectura eliciebatur ex clauſula,
28 *omni modo meliori*,quæ quamuis non ſit appoſita in verbis fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, tamen fuit appoſita in principio teſtamenti,ad conſeruationem totius diſpoſitionis, quo caſu porrigitur ad omnia, *Angel. in l.fi.*C.*de codicil.Alexa.conſ.*50. *lib.*7. *in fi. Ruin.conſ.*11.*lib.*2.& alij per *Fuſar.de fideic. ſubſtitut.q.*245.*n.*72.ex qua clauſula, *omni modo meliori*, induci coniecturam vocationis filiorum poſitorum in conditione, voluerunt *Soci.ſen.conſ.*12.*nu.*19. & *conſ.*63. *lib.*3.*Cuma.conſ.*25.*col.*2. & alij adducti per *Sim.de Prat.de interpr.vlti. volunt.fol.*300. *n.*9.& *conſ.*110 *num.*6.cum *ſeqq.lib.*1.& per *Ruſtic.in d.tract.lib.*5.*c.*6. *n.*23. & per *Vincent.Fuſar.d.q.*437.*n.*225. *Honded.conſ.*65. *n.*41.*lib.*1.& *conſ.*54.*n.*47.*lib.*2.vbi reſpondet ad rationes adductas per *Menoch.præſ.* 76.*num.*82. dicens, quòd hæc opinio eſt recipienda,quia eſt communis, & eam approbauit Rota Romana, vt per *Put. dec.*215. *in fi. lib.*3. & quòd in quacunquè parte teſtamenti ſit appoſita, hunc effectum operetur, habetur ex *Pariſ.conſ.*21.*n.*53.*lib.*3. & in terminis,quando eſt appoſita in principio, *Sim.de Prat.d.conſ.*110.ſub *nu.*6.& ſic etiam,
29 quando eſſet appoſita in fine,loquitur *Socin. d. conſ.* 12. quod etiam admittit *Sfort. Odd. conſ.*66.*n.*28.quamuis ipſe ad excludendam hanc coniecturam ſcripſerit; nec poteſt negari,quòd alias coniecturas coadiuuet,*n.*26.

Septima additur coniectura, quia inter
30 inſtitutos fuit etiam facta reciproca ſubſtitutio, quæ coniectura tãquàm efficaciſſima, & ab omnibus recepta,approbatur à *Zanch. in l.hæredes mei,§.cùm ità,n.*779.*ff. ad treb.* & eum ſequuntur DD.enumerati à *Fuſar.d. q.*437.*n.*87.vbi teſtatur,quòd hæc coniectu-
31 ra eſt ab omnibus recepta, & quòd ipſe ſępiùs conſulendo,eam approbauit,& licèt cõtrarium voluerit *Cephal.conſ.*419. *n.*32. & *Anell.Amat.d.conſ.*91.*nu.*22.tamen in caſu,
32 de quo agebatur, nedùm erant filiæ hæredes inſtitutæ,ad inuicem ſubſtitutæ, ſed etiã poſt mortem omnium filiorum, abſq; filijs legitimis,& naturalibus in pupillari ætate, vel quandocunquè ſubſtituit magis coniunctum, quo caſu indubitati iuris eſſe, cenſeri vocatos poſitos in cõditione, nè ſequeretur abſurdum, quòd ſubſtitutus ſuccedat,excluſis liberis teſtatoris,voluit *Socin.ſen. conſ.* 104.*n.*8.& *conſ.*116.*n.*8. *lib.*3. *Rola. conſ.*51. *n.*10.*lib.*3.quos ſequitur *Alex.Trentacinq.de*

*ſubſtit.*

Digitized by Google

*ſubſtit.par.4.cap.11.num.27.* & *Fuſar.* vbi ſuprà, *num.89.* & non contradicit *Amat. d. conſ.91.num.23.* quandò eſt facta alia ſubſtitutio, immò, quòd hoc caſu ſint nedùm poſiti in conditione, ſed vocati, vt in ſequenti quæſtione diſſeremus.

Et ex his dicebatur pro parte Conuenti,
33 quòd quælibet ex dictis coniecturis, habebat *Doctorum* contrarietatem, & quandò quælibet coniectura de per ſe non eſſet valida, ſed imperfecta, eas non coniungi ad hunc effectum, voluit poſt *Pariſ.conſ.15.nu. 37.lib.2.& conſ.79.n.14.lib.3.* & alios, quos allegat *Lud.Caſanat.conſ.4.n.265. Maluaſia conſ.110.n.17. Eugen.conſ.27.n.62.*

Verùm pro reſolutione huius articuli vi-
34 dendum erit primò, an vnica coniectura ſufficiat, vel plures ſint neceſſariæ, & quidèm nonnulli tenuerunt vnicam tantùm ſufficere, vt voluit *Port.conſ.40.num.21.* vel etiam leuem, dixit *Corn.conſ.97.* ſub *num.3. vol.1.* licèt alij voluerint, nõ ſufficere vnam leuem coniecturam, ſed quòd vnica ſufficiat, dummodò ſit vrgens, & neceſſaria, *Cephal.conſ. 476.num.17.& conſ.517.num.66. volum.4. Crauett.conſ.62. Clar. in §.teſtamentum, q. 79.in fin. Petr.Ant.Petra de fideicomm. q.9. nu.190.* Alij verò, & meliùs, quòd vnica non ſufficiat, ſed quòd plures requirantur, vt voluit *Corn. conſ.97.lib.1. & conſ. 101. lib.4. Soc.iun.conſ.110.nu.20. Crau.d.conſ.62.* & alij per *Fuſar.d.q.437.n.9. Magon.dec.Flor. 27.* & quòd quandò plures coniecturæ concurrũt, & vna ab alijs fouetur, abſq; ſcrupulo, & difficultate vocatos cenſeri poſitos in cõditione, poſt *Rip.in l.Centurio, num.165. ff. de vulg.& pup. Grat.conſ.32.num.23. lib.2. Soc.iun. Cephal. Marzar. Port. Corn. Socin. Iaſ. Ruin. Auguſt. Bero. Anch. Sim. de Prat. Clar. Surd.* & alios voluit *Ruſtic. in d.tract. lib.5.cap.8.nu.1.* vt quæ ſingula non proſunt, ſimul iuncta iuuent, *l.ſpadonem, §.qui iura, ff.de excuſ.tut.* & quòd plures coniecturæ præponderent vni tantùm, probat *num.3.* ex *Auguſt.Bero conſ.104.n.13.lib.2.*

Alij deniquè voluerunt, hoc Iudicis arbi-
35 trio eſſe relinquendum, vt dixit *Socin. in d. l.cùm auus, nu.114. Ruin.conſ.108.nu.11.& conſ.111.n.14.lib.2. Curt.iun.conſ.43. nu.7. Menoch.de arbitr.lib.2.cent.2.caſ.148.nu.2.* & alij copiosè allegati per *Ruſtic.in d.tract. lib.2.cap.1.num.7.* per *Petr. Ant. Petr.de fideicomm.d.q.9.num.190.* & hoc ea ratione,
36 quia ſi probationes ſunt Iudici arbitrariæ, *l.3.ff.de teſt. Bart.in l.Lucius Titius, num.3. ff.de his, qui not.infam.* multò magis Iudici arbitraria eſt coniecturalis materia, quo argumento vtitur *Zanch.in d.l.hæredes mei, §. cùm ità, num.728.* Temperatur tamen iſta concluſio, vt Iudicis arbitrio ſtandum non ſit in illis coniecturis, pro quibus claras habemus *Doctorum* deciſiones, & opiniones, ità poſt *Crauett.de antiquit.temp.1.p.§.quid in libro offic.in fin.n.25.* limitat *Ruſtic.d.lib. 2.c.1.n.27. Honded.conſ.54.n.63. vol.2.*

Verùm non modica eſt inter *Doctores* cõ-
37 trouerſia, quales debeant eſſe iſtæ coniecturæ, ex quibus poſſit Iudex arbitrium ſuum regulare ad audiendam vocationem inter poſitos in conditione. Alij enim, leues tan-
38 tùm ſufficere, fuerunt in opinione, & tam ex dictis in ipſo teſtamento, quàm antè, vel poſt teſtamentum, vt voluit *Corn.conſ.97. num.3.vol.1.& conſ.74 num.4. & conſ.119. num.39.lib.2. Dec.conſ.242.* ſub *nu.7. Curt. iun.conſ.87.* & alij relati per *Ruſt. in d.tract. an, & quandò liber.in cond.poſiti, lib.2.c.1. num.5. Molin.de Hiſp.primog.par.1.c.6.n.3. Decian.conſ.41.num.23.lib.1. Surd.conſ.67. num.34.lib.1.* & alij per *Fuſar.d.q.437.n.13.*
39 nonnulli verò, leues non ſufficere, ſed vrgẽtes, & quòd debeant eſſe de expreſſis in ipſo teſtamento, vt dixit *Socin. in d.l. cùm auus, in fin.& conſ.116.lib.3. Lud. de Sardis in al-*
40 *leg.* impreſſa antè *conſ.263. Pauli de Caſtr. lib.2.* & alij longa ſerie allegati per *Ruſtic.* in *loco* proximè cit. *nu.2.* per *Intrigl.de ſubſtit. cent.3.q.26.nu.44.& Decian.conſ.26.nu.87. lib.2.* Alij tandèm diſtinguunt inter deſcen-
41 dentes, & tranſuerſales, vt primo caſu ſufficiant quæcunq; coniecturæ, etiam leues; in ſecundo verò caſu, quandò tractatur de tranſuerſalibus, quòd ſint neceſſariæ coniecturæ reſultantes ex ipſo teſtamento, & potentes, & efficaces, quam diſtinctionem amplectuntur *Ruſt.in loco* ſuprà cit. *n.11. Craſſ. in d.§.fideicommiſſum, n.14. Peregr. Honded.* & alij allegati à *Fuſar.in d.q.nu.16.* & cęteri, quos ſuprà retulimus *nu. 12.* Nec defuerunt,
42 qui dixerunt, quòd quandò eſt vnica coniectura, requiratur, quòd ſit vrgens, & efficax, quandò verò concurſus plurium coniecturarum, tunc etiam leues ſufficiant, *Decian. conſ.26.n.87.lib.2. Ceph.conſ.749.n.3. lib.5. Zanch.in d.§.cùm ità, in 7.p.nu.21. Menoch. conſ.393.lib.4.* relati ab *Honded.conſ. 65.nu. 32. lib.1.* ex quibus facilè cognoſci poteſt, quid ſit dicendum in articulo prædicto, in caſu, de quo agitur.

## SECVNDVS ARTICVLVS.

## An cenſeatur vocata virtute tacitæ reciprocæ ſubſtitutionis.

43 SEcũdò dicebatur pro parte Actricis, quòd ipſa, nedùm erat vocata tanquàm poſita in conditione, ſed etiam vigore tacitæ reciprocæ ſubſtitutionis, quãuis enim expreſsè non

B

non ſit facta reciproca inter ipſos nepotes,
tamen ſufficit, quòd ſit facta expreſſa reci-
proca inter ipſas filias hæredes inſtitutas, ve-
ra enim eſt concluſio, ex coniecturis induci
tacitam reciprocam, Zaneb. in l. hæredes mei,
§. cùm ità, num. 558. & 694. ff ad treb. Gepb.
conſ. 478. num. 14. Peregr. conſ. 47. num. 7. &
conſ. 54. nu. 1. Menoch. conſ. 85. n. 65. & conſ.
462. num. 8. & quandò eſt facta expreſſa re-
44 ciproca inter filios inſtitutos, induci inter
nepotes ſubſtitutos, voluerunt Cravet. conſ.
130. nu. 6. Ruin. conſ. 140. ſub nu 9. verſ. item
vltimo loco, lib. 3 Decian. conſ. 89. n. 25. vol. 3.
Peregrin. conſ. 151. num. 21. vol. 5. Sforz. Odd.
conſ. 45. nu. 45. Farin. dec. 361. ſub num. 12.
par. 1. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 9. art. 5.
num. 7. Caſ. Barz. dec Bonon. 5. nu. 34. Socin.
iun. conſ 110. num. 39. lib. 3. Surd. deciſ. 319.
num. 10. & 11. & alij per Fuſar. de fideicom.
ſubſtit. q 472. num. 26. & q. 475. num. 35. &
conſ. 11. quòd procedere, vbi poſt filios in-
45 ſtitutos, & ad inuicem ſubſtitutos eſſent vo-
cati tranſuerſales, ſcribit Menoch. lib. 4. præſ.
62. n. 39. quamuis nonnulli diſſentiant.

Et quandò hæc opinio aliquam haberet
46 difficultatem, ex quo nonnulli contrarium
ſentierunt, de illa enim dubitat Peregr. de
fideicom. art. 13. num. 90. vbi voluit, quòd ex
hoc inducatur diſceſiuum fideicommiſſum,
prout etiam voluit Franc. Barry de ſucceſſ.
lib. 7. tit. 2. num. 21. ſubdens, hanc eſſe verio-
rem, & receptiorem opinionem. Tamen di-
47 cebatur, ex alijs coniecturis valdè conclu-
dentibus hanc reciprocam tacitam fuiſſe in-
ductam, fuerunt enim filij bis poſiti in con-
ditione, ex qua coniectura probari tacitam
reciprocam, voluerunt Corn. conſ. 74. vol. 2.
Gozadin. conſ. 64. nu. 9. Purpurat. inter con-
ſilia Syluani conſ. 53. num. 4. in 3. coniectura,
Decian. d. conſ. 89. nu. 18. vol. 3. Farinac. dec.
344. num. 14. par. 3. vbi teſtatur de communi
opinione, & quòd ſępiſſimè Rota in nonnul-
lis cauſis per ipſum enunciatis amplexa fuit
hanc ſententiam, & cum hac opinione reſi-
dere videtur etiam Ant. Faber coniect. iur.
lib. 13. c. 18. verſ. & vt dicam apertiùs, poſt
med. vbi ait, quòd prior ſubſtitutio, in poſte-
riori continetur.

Secunda coniectura probatur, quia poſt
48 inſtitutionem filiorum, eis omnibus mo-
rientibus abſquè filiis, voluit, bona tranſire
ad proximiorem ipſius teſtatoris, & ſic ad
vlteriores agnatos, quo caſu cenſetur prædi-
lexiſſe neptes, & propterea inter eas eſſe in-
ductum reciprocum fideicommiſſum, vt vo-
luit Decian. d. conſ. 89. num. 20. ſubdens, hanc
eſſe maximam, & concludentem coniectu-
ram in interpretandis teſtatoris voluntati-
bus, veriſimilitèr enim teſtator magis voluit,
peruenire ad nepotes, quàm ad alios remo-
tiores, quantò minus ad extraneos, Magon.
dec. Flor. 27. nu. 11. quod etiam probant Do-
ctor. allegati à Ruſt. d. tract. lib. 2. c. 6. n. 22. &
per Fuſar. d. q. 437. n. 178.

49 Tertia coniectura elicitur ex his, quæ
tertio loco ſuprà ponderauimus, ad proban-
dum, quòd filij in conditione poſiti, cenſeã-
tur vocati, quia teſtator digreſſus fuit ad plu-
res gradus ſubſtitutionis, nàm ex hac etiam
coniectura reſultat, quòd intelligatur facta
reciproca ſubſtitutio, ità Menoch. conſ. 661.
num. 1. qui alios allegat, & de communi te-
ſtatur, & hanc etiam coniecturam ſequitur
Fuſar. d. q. 472. num. 49. & Farinac. dec. 361.
nu. 13. par. 1. vbi, ſic ſępè Rotam Romanam
determinaſſe aſſerit, Menoch. conſ. 85. n. 118.
qui loquitur, nedùm in vocatis, ſed de in
conditione poſitis, & conſ. 333. nu. 44. Prat.
de interpr. vlt. volun. fol. 900. nu. 8. qui alios
allegat Rot. Roman. apud eundem Farinac.
dec. 320. n. 18. p. 1.

Quarta coniectura, quòd primo loco, Iu-
50 liæ abſquè filijs legitimis, & naturalibus, ex
corpore legitimè deſcendentibus ſubſtituit
Lucretiam, & è contra poſt mortem Lucre-
tię, ſimilitèr abſquè filijs Iuliam, & poſt mor-
tem, tàm Iuliæ, quàm Lucretiæ abſquè filijs.
ſubſtituit proximiorē, & vbi ſubſtitutio eſt
facta poſt mortem plurium, operatur, vt illi,
poſt quorum mortem quis vocatus eſt, cen-
ſeantur inuicem vocati, & ſubſtituti, ità Al-
dobrand. conſ. 68. num. 10. lib. 1. Roſental. de
feud. cap. 6. concluſ. 75. num. 4. verſ. ſecùs fo-
ret, Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 707.
vbi, ſic teſtatur fuiſſe per Rotam Romanam
deciſum, quod tantò magis procedit, quan-
dò eſſet perſona magis dilecta, quàm ſubſti-
tutus, Imola in d. l. hæredes mei, §. cùm ità, ff.
ad Trebell. vbi etiam Socin ſen. nu. 8. & alij
copiosè per Fuſar. d. q. 472. nu. 8. & de com-
muni teſtatur Couarr. in cap. Raynuntius, de
teſtam. §. 8. num. 4. & Crauett. conſ. 328. nu.
32. Menoch. præſumpt. 62. num. 35. lib. 4. qui
num. 36. dicit, quòd perſona magis dilecta
eſt, quandò eſt de deſcendentibus teſtato-
ris, Intrigliol. de ſubſtitut. cent. 2. q. 74. n. 40.
qui n. 43. dicit, quod tantò fortiùs procedit,
quandò ſuccedere poſſet ab inteſtato.

Quinta coniectura ponderatur, quia ſi ad
51 excluſionem ſubſtituti extranei, & minus
dilecti cenſeatur inter magis dilectos indu-
cta reciproca, vt placuit Bart. in l. codicillis,
num. 3. verſ. vel ſolue, ff. de vſufruct. legat.
quem ſequuti fuerunt DD. & præcipuè Alex.
Curt. iun. & Dec. in l. penult. C. de impub. &
alijs ſubſtit. & Socin. ſen. in d. l. hæredes mei,
§. cùm ità, num. 8. ff. ad trebell. vbi etiam So-
cin. nepos, qui de communi teſtatur, & hanc
opinionem æquiſſimam appellat Farinac.
dec. 134. in fin. & 166. Seraph. dec. 934. n. 11.
& alij allegati per Fuſar. d. q. 472. nu. 98. cum
52 ſeqq. quantò magis ad excluſionem peni-
tùs

tùs extranei,& nullo modo dilecti,quod etiã probat *Peregr.in tract.de fideicommiſſ. art.* 13.*num.*38.vbi alios allegat,*Ruſtic.in dict. tract.lib.*5.*cap* 9.*num.*9.*Caſar Barz.dec.Bononia* 6.*nu.*38.

Sexta eſt coniectura,quia teſtaror prohi-
53 buit trebellianicam, *Galiaul.in l.Centurio, n.*101.*ff.de vulg.Prat.d.fol.*300.*n.*5.*Paul.de Caſtr.conſ.*303.*lib.*1.*Fuſar.de fideicommiſſ. quaſt.*472.*n.*65.

Septima, ex clauſula *omni modo meliori,*
54 *Socin.ſen.conſ.* 12.*n.*22.*Prat.d.fol.*300.*n.*6. *Curt.iun.conſ.*73.*n.*15.*Fuſar.d.q.*441.*n.*59.

Et demùm,quia in deſcendentibus teſta-
55 toris ex qualibet,etiam leui coniectura inducitur reciprocum fideicommiſſum,vt per *Clar.q.*38.§.*teſtamentum,* vbi quòd ità ipſe intrepidè conſuleret,& iudicaret,*Craſſ.in* §.*fideicommiſſum,q.*14.*in* 2. *coniectur: in vltimis verbis,* quod etiam optimè probat *Cacher.dec.*110.*nu.*9.*& Barz dec. Bonon.*7. *n.*9.qui alios innumeros allegat.

In contrarium verò facit,quòd recepta
56 eſt apud *Doctores* ſententia, quòd ad hoc, vt inter liberos,in conditione poſitos reciproca inducatur,tria copulatiuè deſiderantur.Primò,quòd ſint vocati. Secundò,quòd ſit facta vltimo ex eis morienti, & deniquè, quòd ſit facta ſubſtitutio de tota hæreditate, vt habetur ex *text.in l.Titia Seio,* §.*Seia libertis,ff de leg.*2.*Peregr.conſ.*157.*nu.*5.*lib.*5. *Socin.in d.l.hæredes mei,*§ *cùm ità,num.*7 *in* 5.*caſu,*vbi ità iudicatum fuiſſe Ferrariæ teſtatur,& eum ſequitur *Socin. nepos ibidem num.*19. *&* 23. qui hanc opinionem communem,& magis communem appellat,& de magis recepta ſententia,teſtatur etiam *Tr. tacinq.de ſubſtit.p.*5.*c.*2.*nu.*23. *Magon.dec. Florent.*71.*nu.*16.*Seraph.dec.*939. *Odd. de ſubſtit.compend.par.*5.*art.*6.*num.*26.*&* 32. *Theſaur.lib.*1.*quaſt.forenſ q.*74.*n.*11.*Theſ. pater dec.*248.*num.*17. *Anton. Faber lib.*3. *coniect.iur.c.*16.*in fin.verſ hoc etiam addito,* vbi quòd tacita reciproca,non ex eo inducitur,quòd ſubſtitutio ſit facta vltimo decedenti,& in tota hæreditate, ſed neceſſe eſt, vt hi, quorum nouiſſima facta eſt ſubſtitutio,ſint diſpoſitiuè vocati,ſubdens,hanc opinionem ſequutum fuiſſe Senatum Sebuſianum.Nec obſtabit,quòd filij inſtitutorum virtualitèr,& interpretatiuè ſint vocati,illud enim procedit quòad portionem patris ſui, & non patrui, vt de magis communi teſtatur *Burſat.conſ.*51.*num.*8. *Theſaur. dec.*48. *num.*16.*Viuius dec.*393.*num.*1. Subſtitutio enim perſonæ magis coniunctæ, eſt facta conditionalitèr, decedentibus filijs inſtitutis,abſquè filijs,vel cum filijs,& illis decedẽtibus in pupillari ætate,vel quandocunq; ab inteſtato.Cùmq; mortuo Philippo ſit ſuperſtes ipſa Iſabella, caſus ſubſtitutionis non euenit,ſed erit expectanda mors ipſius Iſabellæ,& donec purificetur conditio,portio Lucretiæ,peruenta ad Philippum filium, remanebit in ſuſpenſo pęnès Auguſtinum,
57 Philippi patrem,& hæredem ab inteſtato, qui interim fecit fructus ſuos, ſed ipſa Iſabella cum liberis decedente, remanebunt pęnès eum bona libera, tanquàm hæredem Philippi filij, quod probat etiam *Bart.in l. ſed & ſi,n.*2.*ff.de leg.*3.*& in l.codicillis,n.*4. *ff.de vſufruct.legat.* & in proprijs terminis *Socin.ſen.in d.l.hæredes mei,*§ *cùm ità,n.*3. *verſ.primus caſus,& in conſ* 113.*nu.*9.*verſ. quæ tamen,lib.*1.*& conſ.*249.*num.*6.*lib.*2.*& conſ.*104.*nu.*8.*verſ ſed prædictis,lib.*3. *Alex. in l.ſi pater dotem,ff ſolut.matrim.nu.*16.*& in conſil.*91.105.*&* 108.*lib.*1. *& conſ.*202. *lib.*7.*Corn.conſ.*59.*num.*20. *lib.*2. *Roland.à Vall.conſ.*34.*num.*59.*lib.*4. *Ruin. conſ.*96. *num.*7.*conſ.*108.*nu.*2.*& conſ.*111.*n.*7. *lib.*2. *& conſ.*139.*num.*2.*lib.*3. *Crauett.conſ.*161. *n.*7.*Socin.nepos conſ.*151.*n.*11. *& conſ.*176. *num.*15.*lib.*2.*Bellon.conſ.*12.*nu.*11. *Burſat. in conſ.*52.*num.*14.*lib.*1.*Pariſ.conſ.*41.*n.*19. *lib.*2.*Torniell.in d.*§.*cùm ità,num.*25. *Peregrin.art.*12.*num.*6.*& art.*13.*nu.*9. *& conſ.* 30.*num.*12.*&* 33.*num.*6.*&* 108.*nu.*4. *lib* 3. *Ripa in d.*§.*cùm ità,num.*29.vbi *Bologn.nu.* 108.*& in d.l.Centurio,num.*265. *Menoch. praſumpt.*62.*num.*59.*lib.*4. *& conſ.*85.*n.*43. *Zanch.in dict.*§.*cùm ità,par.*6.*num.*241. *&* 246. *Port.Imol.commun.concluſ. lib.*4. *concluſ.*34.*in fin.Sforz.Odd.de ſubſtit.par.*5. *de compend.facta Pagano,art.*3.*nu.*49.*Ruſtic. in d.tract.lib.*4.*cap.*5.*Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.*7.*tit.*8.*nu.*7. *Menoch. conſ.*1028. *num.*20.*lib.*11.

Dicebatur ſecundò,quòd in hoc caſu non
58 poteſt conſiderari reciproca, quia ſubſtitutio non eſt facta vltimo morienti, nàm licèt ſit facta poſt mortem vltimi,& in tota hæreditate,neceſſariò requiritur,quòd ſit facta vltimo decedenti,& in tota hereditate,quod probatur ex *d.l.Titia,*§.*Seia libertis,ff.de leg.* 2.*& in l.poteſt,ff de vulgar. & pupill. Surd.* qui alios refert in *conſ.* 559. *num.*23. *lib.* 4. aliàs autem, quàmuis ſit facta ſubſtitutio poſt mortem plurium,ſiuè omnium, non
59 cenſetur facta vltimo morienti, ſed tantùm cenſetur reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato, ità *Paul.de Caſtr.in l.qui duos,num.*2.*verſ.ſed oppono,ff.de vulgar. & pupill.Alex.in l.penult.num.*8. *C. de impub. & alijs ſubſtit.*vbi etiam *Iaſ.num.*8.*& conſ.* 206.*num.*3.*lib.*2.*Zanch.in d.*§.*cùm ità,num.* 625.in antiquis,&*num.*16.*&* 168. *par* 6. in nouis, vbi etiam *Bologn. num.*120. *Iacob. Mandel.de Alba conſ.*31.*et* 32.*lib.*1.*Anguiſſola conſ.*66.*lib.*6.*Fuſar.* latiſſimè *d. q.*472. *nu.*90.quod etiam procedere, quandò ſub-
60 ſtitutio eſt facta ſub nomine collectiuo, dixit



Digitized by Google

xit *Bart.in dict.§.cùm ità*, vbi etiam *Angel. nu.*10.*Stephan.Gratian.diſcept.forenſ. tom.*3.c.468.*nu.*68.

61 Nec de coniecturis ponderatis dicebant, habendam eſſe rationem, ſiquidèm reciproca non inducitur ex coniecturis, niſi quæ neceſſariò concludant,& quàmuis ſint multę,non coniunguntur ad inducendam taci-
62 tam reciprocam, niſi quælibet de per ſe apta ſit ad inducendum fideicommiſſum, *Burſat.conſ.*372.*num.*12.*lib.*4. *Simon de Prat.de interpret.vltim.volunt.fol.*324.*nu.*28.*Peregrin.de fideicomm.art.*13.*num.*4.& 73.*Fuſar.de fideicommiſſ. quæſt.*471. *nu.*1. Nec refert, quòd ſit facta reciproca intèr filias inſtitutas,nàm non per hoc, quandò eſt facta inter certas perſonas, poteſt inferri ad alias,per regulam *text.in l.ſi vnus,§.antè omnia,ff.de pact. Peregr.d.art.*13.*num.*90. & *conſ.*30.*num.*4.*lib.*3.cùm extenſio in ſub-
63 ſtitutionibus non fiat de perſona ad perſonam,etiam ex maioritate rationis,& ex præſumpta voluntate teſtatoris,*Aretin.in l.Gallus,§.quidam rectè,num.*18. *ff. de liber. & poſthum.Honded.conſ.*56.*nu.*7. *lib.*2. *Surd. conſ.*504.*num.*21.*lib.*4.*Burſat.in d.conſ.*371. *num.*10.& alij per *Fuſar.qu.*458.& *qu.*472. *num.*31.32.non eſt enim diuinandum in interpretanda teſtatoris voluntate, *Fuſar.d. quæſt.*472.*nu.*37.Nec ſufficit dicere, teſtator ità voluit,ſi nõ dixit,nec expreſſit, *l.quotiès,ff.de hæred.inſtit.l.in ambiguis,ff.de reb. dub.l.iubemus,C.de teſtam.*& ideò recipro-
64 ca ſubſtitutio debet fieri, verbis expreſſis, vel ſaltim ex illis coniecturis,quæ neceſſariò concludant,*Menoch.conſ.*489.*num.*10.*in*
65 *fine*, & in dubio pronunciandum eſt, fideicommiſſum non extare,*Honded.conſ.*60. *num.*13.*Peregrin.de fideicommiſſ. art.*1. *nu.*38.*Cæſar Barz.dec.*121.*nu.*58.*Fuſar.quæſt.*291.472.& 615.& ideò pro regula traditur,
66 quòd filij in conditione poſiti,non cenſentur inuicem ſubſtituti,*Bald.in l.ab eo,C.de fideicom.& in l.precibus,C.de impub.& alijs ſubſtit.* & alij per *Fuſar.quæſt.*441. *num.*1. & licèt nonnullos afferat *num.*2.qui contrarium ſentierunt,attamen à prædicta opinione non eſſe recedendum in iudicando,& cõ-
67 ſulendo,exiſtimat, quod procedere etiam in deſcendentibus teſtatoris,ampliat *num.*6. ex *Zanch.in d.§.cùm ità,par.*6.*num.*242.in nouis,*Intrigl.de ſubſtit.cent.*2.*q.*74.*nu.*69. *Menoch.d.præſumpt.*62.*n.*57.*lib.*4.

2 Dicebatur ampliùs pro parte Conuenti, quòd in hoc caſu aderant coniecturæ in cõtrarium,quòd noluit,neptes in conditione poſitas inuicem ſubſtituere. Primò, quia Ioannes Iacobus teſtator erat auus maternus,& ſic non habebat nepotes in poteſtate, & propterea non poterat pupillaritèr ſubſtituere,& vulgaris ſtatim adita hæreditate per filias expirauit, *l.poſt aditam,C.de impub.& alijs ſubſtit.*& ſic non poteſt adapta-
68 ri,niſi fideicommiſſaria; cùm autẽ nepotes non inſtituit,non poteſt dici, eos voluiſſe grauare,*l.ab eo,C.de fideicomm.*

Itèm afferebatur, quia decedente aliquo ex filijs Lucretiæ, & Iuliæ poſt pupillarem ætatem,& cum teſtamento, ſubſtitutio euanuiſſet,vt colligitur ex verbis teſtamenti, & ſic teſtator mãdauit ſolùm reciprocam ſubſtitutionem tantùm inter filias inſtitutas in illo primo caſu,& propterea non poteſt con-
69 ſiderari repetitio reciprocæ intèr nepotes, quia conditio appoſita in inſtitutione,non cenſetur repetita in ſubſtitutione,*l.ſub conditione,ff.de hæred.inſtit.Menoch.præſumpt.*176.*lib.*4.*Fuſar.q.*441.*n.*3.

Prædictis tamen replicabatur pro parte Actoris,& primò,quòd non eſt neceſſarium
70 requiſitum,quòd ſubſtitutio fiat poſt mortem vltimi morientis,ſed ſufficit,quòd ſit facta poſt mortem omnium,ſicut in caſu prædicto,in quo eſt facta,in caſu, quo decede-
E rent omnes filiæ inſtitutæ abſquè filijs, vel illis extantibus,& decedentibus in pupillari ætate,vel quandocunquè,cùm reciproca tacita inducatur inter honoratos, dummodò ſit de tota hæreditate facta ſubſtitutio,quod probat *Bart.in l.quidam cum teſtamento,ff. de vulgar.& pupill.ſubſtit.* vbi etiam *Bald. Aretin.& Curt.iun.in apoſtill.ad Alex.* qui etiam de communi teſtatur, & à iudicando, & conſulendo,dicit,non eſſe recedendum, proùt etiam ſic teſtatur in *conſ.*43. & *conſ.*111.& 156.*num.*1. affirmando,quòd nulla debet conſtitui differentia, quòd ſit facta
71 ſubſtitutio poſt mortem omnium,vel quòd fiat ab vltimo,& de communi etiam teſtatur *Pariſ.conſ.*43.*num.*23.*lib.*2.& *Iaſ.in l.penult.C.de impub.& alijs ſubſtit.* & hanc veriſſimam eſſe concluſionem, dixit *Alciat. conſ.*80.*num.*4.*lib.*9. & *conſ.*110. *num.*35. *lib.*3.*Cephal.conſ.*383. *num.*26. & *conſ.*166. *num.*23.& 31.*Ioann.Maria Riminald.conſ.*189.*num.*17.*Peregrin.conſ.*33.*num.*7.*lib.*3. *Decian.conſ.*1.*num.*275.*lib.*1.& *conſ.*44.*nu.*61.*lib.*3. *Sforz.Odd.de compendioſa ſubſtit. part.*5.*art.*6.*num.*31.*Vincentius Fuſar.*latè diſputato articulo cum hac opinione, tanquàm magis communi reſidet *conſ.*45. & *conſ.*46.vbi *Doctores* affert, & pro hac opinione quinquaginta tres *Doctores* recenſet, contra verò vigintiquatuor,& tandèm dicit *num.*3.non eſſe in conflictu opinionum, ab
72 opinione *Bartoli* recedendum, maximè, quia ſumus in deſcendentibus teſtatoris, quod etiam latè comprobat *d.conſ.*46. videndus,quam opinionem amplexa fuit,etiã *Rota Romana* in recollectis per *Farinac. in dec.*361.*nu.*16.*part.*1. vbi hanc veriorem, & magis communem appellat, latè etiam

hanc

Digitized by Google

hanc opinionem fundat *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 9. art. 5. num. 13. & Barz. dec. 6. per totam*, qui *num.* 17. poſt *verſ. his ac-* 73 *cedat*, pro abſoluto tradit, quòd fideicommiſſaria poſt mortem plurium poſitorum in conditione, in illis caſibus, quòd poſiti in conditione, cenſentur vocati, inducit inter dictos poſitos in conditione reciprocam, ac ſi expreſsè fuiſſet facta ſubſtitutio in tota hæreditate, & vltimo morienti, maximè quandò ex veriſimili mente teſtatoris ſupereſt perſona magis dilecta, quæ ſubſtitutum excluderet, *Simon de Prat. d. lib. 3. ſolut. 1. num. 27. fol. 323. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. tit. de ſubſidiar. ſubſtitut. §. 25. num. 43. Rota Romana* in nouiſſ. *dec.* 141. *par.* 1. cum alijs per *Mart. de ſucceſſ. legal. art.* 5. *nu.* 13. & cum hac opinione reſidet etiam *Oſaſch. dec.* 110. *num.* 9. *& Barz. dec.* 7. *num.* 9. quic- 74 quid contradicat *Franc. de Barry de ſucceſſ. lib. 7. tit. 2. num.* 9. qui tenuit, quòd non veniant vigore reciprocæ tacitæ, ſed legitimæ ſucceſſionis, cum quo etiam pertranſit *Faber coniect. iur. lib.* 13. *c.* 17. cùm ex prædictis contra eos ſit magis communis opinio.

Nec etiam erit in conſideratione, quòd non ſit facta de tota hæreditate expreſsè, nã 75 ſufficit, quòd ſit facta per æquipollens de tota hæreditate, & quòd conſtet de voluntate teſtatoris, quod ſentijt de omnibus bonis, vt probat idem *Franc. de Barr. de ſucceſſ. lib. 7. tit.* 2. ſub *num.* 3. vbi decem enumerat 76 modos, ſeù coniecturas, ex quibus infertur, teſtatorem ſenſiſſe de tota hæreditate, inter quos applicabiles ſunt caſui prædicto, quãdò teſtator inſtituit hæredes in tota hæreditate, & deindè in ſubſtitutione dixiſſet, *in dicta hæreditate*, de qua etiam per *Mart. de ſucceſſ. legal. d. q. 9. art. 5. num. 31. verſ. & tenendo hanc opinionem*. Secundò, vbi eſſet prohibita detractio trebellianicæ, quæ omnia ſunt in caſu noſtro, quia adeſt prohibitio falcidiæ, & trebellianicæ, & facta inſtitutione de omnibus bonis ipſius teſtatoris, ſubſtituit in dicta ſua hæreditate.

Quibus ſtantibus, coniectura, quòd ſit 77 auus maternus, & non habeat filios in poteſtate, à *Doctoribus* non conſideratur, ſed tantùm, quòd ſit de deſcendentibus teſtatoris, nec quòd eos non vocauit, nàm tacita reciproca eo caſu poteſt cenſeri inducta, quòd ex coniecturis poſiti in conditione, cenſentur vocati, nec etiam, quòd poteſt dari caſus, quòd non ſit locus ſubſtitutioni, nã certum eſt, teſtatorem voluiſſe proſpicere beneficium eius deſcendentium, & in eorum defectum ſubſtituit magis intimos, & ſic reciproca ſubſtitutio tacita, erit ſubſtitutio conditionalis in illo caſu. Nec valet argumentum, poteſt dari caſus, quòd ſubſtitutio non habeat locum; ergò euaneſcit in totum, quia dicitur facta in illo caſu, in quo teſtator voluit, & pro hac opinione tacitæ reciprocæ admiſſa, nulla erit conſideratio, quòd Iſabella non poteſt ſuccedere, niſi in portione ſuæ matris, ſi enim admittitur reciproca, ſuccederet Philippo, & per conſequens Auguſtinus pater Philippi eſſet excluſus.

### TERTIVS ARTICVLVS.

## An veniat iure tranſmiſſionis.

VErùm, quandò prædicta opinio aliquam haberet difficultatem, dicebatur tertio loco per Actorem, quòd ipſa Iſabella tanquã filia Lucretiæ, debet ad hæreditatem Philippi admitti, iure tranſmiſſionis, ſiquidèm ſi adhùc viueret Lucretia, abſquè dubio ſuccederet Philippo filio Iuliæ, tanquàm expreſsè ſubſtituta, nedùm Iuliæ abſquè liberis decedenti, ſed etiam eis exiſtentibus, & in pupillari ætate quandocunquè decedentibus, & ſic illa ſpes ſuccedendi, quæ erat Lucretiæ, fuit trauſmiſſa ad ipſam Iſabellam, eius filiam, inſimul cum eius hæreditate, & alijs 78 eius bonis; quamuis enim regularitèr fideicommiſſa conditionalia non tranſmittantur, iuxtà *tex. in l. vnica, §. ſin autem ſub conditione*, vbi *gloſ. & Doctores, C. de caduc. tollend. l. ſi ità legatum, §. ſi is volet, et l. ſi cui legetur, §. hoc autem, ff. de leg.* 1. cum alijs adductis per *Nicol. Noal. de tranſmiſſ. caſu* 1. *num.* 2. *Ruſtic. in conſ.* 2. poſt *tract. an liberi in condit. poſiti, num.* 54. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. antè *nu.* 1. latiſſimè *Vinc. Fuſar. de fideicommiſſ. quæſt.* 490. *in princip.* tamen hæc concluſio limitatur, quãdò adeſt 79 tacita teſtatoris voluntas, vt fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, & fuit opinio *Bald. in l. vnica, num.* 10. *C. de his, qui antè apert. tabul.* vbi etiam *Corneus in fin.* ſequitur *Socin. in l. hæredes mei, §. cùm ità, ff. ad trebell. & in conſ.* 6. *num.* 12. *Natta conſ.* 551. *num.* 10. *lib.* 4. & de communi teſtatur *Socin. nepos conſ.* 141. *num.* 22. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 28. *num.* 5. *vol.* 2. alios congerit *Gabr. commun. concl. tit. de hæred. inſtit. concluſ.* 2. *num.* 15. *Ruſtic. in d. conſ.* 2. *num.* 55. *Fuſar. d. quæſt.* 490. *num.* 49. quæ tacita teſtatoris voluntas, ex coniecturis elicitur, & in hoc caſu tranſmiſſionis, per *Doctores* ponderantur omnes 80 ferè coniecturæ, quæ vocationem filiorum poſitorum in conditione arguunt, licèt facilius ex coniecturis inducatur tranſmiſſio, 81 quàm vocatio, & ideò vbi coniecturæ non ſufficerent ad effectum vocationis, aut inducendæ ſubſtitutionis, ſufficere debent ad effectum tranſmiſſionis, vt per *Crauett. conſ.* 62. *in fine, & in l. cùm filiofamilias,* 2. *part. n.* 394.

Digitized by Google

nu. 394. ff. de leg. 1. Zanch. in d. §. cùm ità, num. 242. Cephal. conſ. 16. num. 64. & 65. vol. 1. quos refert, & ſequitur Nicol. Noalis de tranſmiſſ. caſu 1. num. 112. qui num. 113. reſpondet ad obiectum; quòd quemadmo-
82 dùm poſiti in conditione, dicuntur vocati ad portionem patris ſui tantùm; non autem ad portionem patrui, vel alterius tranſuerſalis, Menoch. præſumpt. 76. num. 86. lib. 4. & Ruſtic. in d. tract. an, & quandò liberi, in condit. poſiti, lib. 5. cap. 9. num. 1. & alij, quos ſuprà allegauimus, ità etiam dicendum ſit in tranſmiſſione, quia in tranſmiſſione reſpicienda ſunt iura tranſmiſſionis, quæ tranſmittuntur ad hæredes ſuos, & ſic iure tranſmiſſionis ſucceditur ad omnia ea, ad q̃ tranſmittens eſſet ſucceſſurus, ſi viueret, & ſic ſuc-
83 ceditur iure tranſmiſſionis, vti ex iuribus tranſmittẽtis, & nõ ex eius propria perſona, nec ſuo nomine, Ruin. conſ. 22. num. 16. lib. 3. Torniell. in d. §. cùm ità, num. 62. vbi quòd non ſolùm tranſmittit legata, & fideicommiſſa, iam per ſe agnita, & acceptata, ſed etiam agnoſcenda, & acceptanda, & ſic ius illud, ſeù ſpes ſuccedendi in actu non producto, ſequitur Socin. ſen. conſ. 61. num. 12. verſ. præterea, lib. 1. et conſ. 67. num. 12. lib. 4. Socin. nepos in l. cùm filiofamilias, in vltim. part. num. 66. verſ. vnum circà prædicta, ff. de legat. 1. Zanch. in dict. §. cùm ità, num. 343. & alij allegati per Nicol. Noal. d. caſu 1. num. 114.

Ex coniecturis autem, alijs omiſſis, illa conſideratur, quòd filiæ Lucretię, & Iuliæ, ex quibus ſola ſupereſt Iſabella, fuerunt expreſſè in conditione poſitæ, & dato pro nunc,
84 abſquè veri præiudicio, quòd non eſſent diſpoſitiuè vocatæ, attamen ex hoc fuiſſe fideicommiſſum conditionale tranſmiſſum, apertè deciditur à Bald. in l. vnica, num. 10. C. de his, qui ant. apert. tabul. ex gloſ. in d. l. Lucius, ff. de condit. & demonſtrat. quem ſequitur Socin. ſenior in d. §. cùm ità, ſub num. 10. & in conſ. 6. num. 12. lib. 3. Decius conſ. 397. & clarius conſ. 594. num. 7. Cuman. conſ. 13. & Fulgoſ. conſ. 15. Pariſ. conſ. 77. nu. 13. lib. 2. & conſ. 50. lib. 3. & de communi teſtatur Menoch. conſ. 325. nu. 58. & conſ. 421. n. 27. & 793. num. 21. vbi dicit, ab ea non eſſe recedendum, tãquàm in foro, & praxi receptam, Sforz. Odd. conſ. 37. num. 9. & de compend. ſubſtit. part. 6. quæſt. 1. art. 2. num. 21. Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 68. Alex. Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap. 14. num. 21. Prat. de interpr. vltim. volunt. fol. 214. ſolut. 1. num. 34. Intrigl. centur. 3. quæſt. 47. nu. 23. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 15. Ruſtic. in d. conſ. 2. antè nu. 56. Viuius commun. opin. 844. num. 7. vbi etiam Cõs. Alex. Trentacinq. poſt dictam communem opinionem, & idem Viuius dec. 398. num. 5. Ludouic. decis. Peruſin. 102. num. 12. Rot. Rom. in collectis per Farinac. dec. 380. n. 4. p. 2. Mant. dec. 319. n. 2. & alij allegati per Vinc. Fuſar. de fideic. ſubſtit. d. q. 490. n. 147. & per Noal. d. cas. 1. n. 111.

Et licèt contrà hanc coniecturam ſatis
85 vrgere videatur text. in d. l. hæredes mei, §. cùm ità, ff. ad Trebell. per quem nonnulli Doctores contrariam tenuerunt ſententiam, quòd non tranſmittatur fideicommiſſum
86 conditionale, quamuis filij ſint in conditione poſiti, non concurrentibus alijs coniecturis, vt per Grauett. in l. cùm filiofamilias, in 2 part. num. 334. ff. de leg. 1. & conſ. 367. num. 6. Ripa in d. § cùm ità, nu. 66. Torniell. ibidem, num. 67. Dec. cons. 416. nu. 23. Ruin. cons. 181. num. 7. lib. 2. Gabr. cons. 91. num. 3. lib. 2. Natt. cons. 551. num. 11. Laderch. cons. 142. num. 6. Ias. cons. 142. in 12. argum. lib. 2. Socin. iun. cons. 14. lib. 4. Ripa de ſubſtit. reſpons. 6. num. 6. Peregr. de fideicomm. art. 31. num. 16. Fachin. controu. iur. lib. 10. c. 20. Seraph. dec. 1014. n. 3. & dec. 1479. n. 6. cum qua opinione pertranſit, alijs relatis Fuſar. d. q. 490. n. 148.

Tamen ad text. prædictum reſpondet
87 Noalis ſub d. nu. 115. quòd ideò fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur eo caſu ad filios poſitos in conditione, quia ſubſtituta erat ex liberis, & ſic ex deſcendẽtibus teſtatoris, ad cuius præiudicium non præſumitur, teſtatorem voluiſſe, tranſmitti ad beneficium tranſuerſalium, ſecus tamen eſt, quandò excluderetur extraneus à poſitis in conditione, quæ reſponſio eſt Socin. in d. l. hæredes mei, § cùm ità, num. 13. vers. & ad iſtum tex. quem ſequitur ibidem Zanch. num. 306. & num. 309. Grauett. in d. l. cùm filiofamilias, in 2. part. num. 335. ff. de leg. 1.
88 & quòd opinio, vt tranſmittatur, ſit magis communis, teſtatur idem Fuſar. d. q. 490. num. 149. & quòd contra cons. Socin. iun. 14. lib. 4. qui pro contraria opinione in cauſa Brixienſi ſcripſit, fuiſſe iudicatum, habetur ex eodem Fuſar. ſub num. 148. & hanc coniecturam defendit etiam Ruſt. in cons. 2. ſub num. 57. vbi reſpondet ad conſil. Nattæ 551. Anton. Gabr. de hæred. inſtit. lib. 4. conclus. 2. n. 35. vers. nona coniectura eſt, & receptiſſimam teſtatur Mantic. dec. 120. n. 3.

Quæ quidèm concluſio, ſi adhùc aliquam
89 haberet difficultatem, quandò nulla alia adeſſet coniectura, ſecùs tamen cum alijs vnita, quia quæ ſingula non proſunt, multa collecta iuuant, iuxta not. in l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. in princip. & in l. ſi inſtrumenta, C. de prob. & in proprijs terminis hoc aduertit Mantic. de coniect. vltim. vol. d. lib. 11. tit. 20. num. 10 in fin. Ludouis. dec. 551. num. 6. vbi Beltraminus.

Adeſt etiam in hoc caſu coniectura, quòd filiæ

Digitized by Google

filiæ fuerunt à teſtatore ad inuicem ſubſtitutæ,ſub ea conditione,ſi deceſſerint abſquè liberis,& ſi omnes decederent,abſquè liberis,vel cum liberis,qui decederent in pupil-
90 lari ætate, vel quandocunq; fuit inſtituta perſona magis coniuncta, quæ reſpectu deſcendentium diceretur extranea, quo caſu primus decedens cum liberis tranſmittit in eoſdem liberos ſpem fideicommiſſi, *Soc. in d.§.cùm ità,num.13. verſ. cogita, & conſ.6. lib.3. Iaſ. Ruin. Dec. Curt.iun. Bald.Natt. Anchar. Alex. Cranett. Gabr. Mant. Cephal. Grat. Zanch. Sfor. Odd.* & alij allegati à *Nicol. Noal.in d.tract.de tranſmiſſ.caſu 1.nu.102. & Ioſeph de Ruſt. conſ.2.num.*56. dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum,traditur
91 autem ratio,quia teſtator,ponendo filios in conditione,videtur,illos prædilexiſſe ſubſtitutis, argumento *l.Lucius,la 2.ff.de hæred. inſtit.l.cùm acutiſſimi, C.de fideicomm.* & licèt *Torniell. in d.§.cùm ità* hanc rationem
92 reprobet,quia poſiti in conditione non dicuntur vocati, nec ſubſtituti per fideicommiſſum,de cuius quæſtionis veritate latiùs ſuprà tractauimus,tamen reſpondetur,quòd data opinione pro vera,quòd in conditione poſiti,veniant tanquàm vocati ex propria perſona,fruſtrà quæritur de tranſmiſſione, cuius virtute , non ex perſona propria, ſed eius patris,vel matris ſuccedit, & proptereà hanc opinionem etiam comprobat *Fuſar. d. q.490.num.*173.& licèt *num.*174.*DD.* contrarium tenentes enumeret, attamen ſe remittit ad ea,quæ dixit in ead.*quæſt. nu.*142. & 143.vbi diſputando de alia coniectura, etiam in hoc caſu concurrente, quandò teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſub-
93 ſtitutionis,& in vltima poſt filiorum mortem,extraneum , vel remotiorem in gradu ſubſtituit , prout fecit noſter teſtator, qui poſt mortem omnium,ſubſtituit magis cõiunctum ipſius teſtatoris,*d.num.*142. innumeros *Doctores* affert,quòd tranſmiſſio fiat, inter quos teſtantur de communi *Menoch. conſ.*333.*nu.*35.*& conſ.*661.*n.*22. *Rota in collect.per Farinac.dec.*380.*in fin.par.*4. & licèt de more alios paucos pro contraria opinione alleget, tamen & ipſe prædictam opinionem pro tranſmiſſione,tanquàm magis communem ſectatur.

Oritur etiam & ſecunda tranſmiſſionis coniectura,quia ſubſtitutio facta in beneficium Lucretiæ in caſu mortis Iuliæ,abſquè filijs,vel cum filijs,illis tamen decedentibus in pupillari ętate,vel quandocunquè eſt vni-
94 ta cum iure accreſcendi. Quòd autem ſit vnita,probatur, quia Lucretia, & Iulia fuerunt à Io.Iacobo de Iacobo communi patre inſimul inſtitutæ,& quandò ſunt inſimul
95 inſtituti,dicuntur coniuncti , quia per vnitatem ſermonis quaſi dicuntur,in vnum corpus redacti,& funguntur vice vnius perſonæ,*l.re coniuncti,ff.de leg.3.l.vnica, §.his ità,C.de caduc.tollen.* hinc fit,vt portio hæreditatis non adeuntis,vel repudiantis,alteri accreſcat, *l.vnica,C.quand.nõ pet.part.& d. §.his ità,C.de caduc tollen.* cùm portio portionem ſequatur, *l.ſi ex pluribus,ff.de ſuis, & legitim.l.hac ſcriptura, §.1. ff.de cond. & demonſtr.Gomez.var.reſol.tom.1.c.10.n.*35. hoc autem ius accreſcendi ad hæredes tráſmitti,habetur ex *tex.in l.qui ex duabus, ff. de acquiren.hæred.* & ex *d.l.ſi ex pluribus,* quandò autem ſubſtitutio eſt vnita cum iure accreſcendi , aſſumit illam qualitatem tranſmiſſibilem,quod probatur ex *text.in l.qui patri, ff.de acquir. hæred.* per quem text.ità voluerunt *DD.in l. vnica, §.ſin autem ſub conditione,C.de caduc.tollen. Angel. Aretin.in §.ex conditionali,Inſt.de verb.oblig.* & de communi teſtatur *Crauett. conſ.* 567.*num.*3.*Cephal.conſ.*16.*num.*45. *Burſat. conſ.*71.*num.*12.*lib.*1. *Menoch. conſ.*95.*nu.* 111. *Ioſeph de Ruſt. d.conſ.*2. ſub *num.*62. *verſ. vlteriùs, Handed. conſ.*70.*nu.*40. *lib.*1. vbi quòd in iudicando,& conſulendo,ab ea non eſt recedendum , *Viu.comm.opin.opin.* 843.*num.*17.& 844.*num.*9. *Gabr. de hæred. inſtit.lib.*4.*concluſ.*2.*num.*46. *Craſſ. in §.fideicommiſſum,q.*68.*num.*4. *Prat de interpr. vltim volunt.fol.*216.*num.*34. *Farinac.dec.* 502.*num.*7.*in recollect.nouiſſ.par.*4. & *dec.* 380.*num.*6.*part.*2. & hanc opinionem latè comprobat *Fuſar. in conſ.*31. & latiùs in *d.q.*490.*n.*95.vbi alios penè innumeros *DD.* collegit,qui relatis etiam contrarijs,cum hac opinione,tanquàm magis communi reſidet *num.*96.*in fin.*

96 Quod procedere,nedùm in pupillari ſubſtitutione, ſed etiam in fideicommiſſaria, quandò eſt vnita cum ipſo iure accreſcendi,habetur ex *Bart.in d.l.vnica,§.ſin autem ſub conditione,in vltima oppoſitione, in fin.* vbi ait, caſum in *d. l. qui patri* eſſe ſingulariſſimum,& mirabilem,*Socin.in d.l. hæredes mei,num.*13.*& d.conſ.*6.*num.*13.*lib.*3. *Iaſ. conſ.*154.*lib.*4.*& in l.*1. *ff.de acquir. poſſeſſ. & in l.Lucius,§.fin.num.*2.*ff.de vulg.& pupill.& in l.emancipatus,num.*4.*C.qui admitti,Curt.iun.in conſ.*16.*num.*6.*& in rubr.* C. *quand.non petent.part.Cephal.conſ.*283.*nu.* 26.*lib.*2.& alij per *Ruſtic.d.conſ.*2.*n.*64. &
97 quamuis compendioſa ſubſtitutio, quæ cõtinet vulgarem,tollat ius accreſcendi,*l.vnic. §.in primo,et §.pro ſecundo, C.de caduc.toll.* tamen ſufficit,quòd ius accreſcendi habue-
98 rit locum , & communicauerit eius naturam ſubſtitutioni ab initio , antè aditam hæreditatem , nàm quamuis ſit extincta vulgaris per conditionem, operatur tranſmiſſionem ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, etiam poſt aditam, vt per *Socin. in d.§.cùm ità,*

Digitized by Google

ità, *num.* 13. vbi etiam Zanch. *num.* 284. per *text. in d. l. qui patri, & l. qui ex duabus, ff. eod. tit. Mantic. de conect. vltim. volunt. d. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 12. ſequitur *Noalis de tranſmiſſ. in loco* ſuprà citato, *nu.* 108. quod etiam ex pluribus rationibus, & *Doctorum* authoritatibus comprobat *Ruſtic. d. conſ.* 2. *n.* 70. & præcipuè ea ratione, quia cùm ius accreſcendi ortum fuerit, & initium habuerit inſimul cum ipſa ſubſtitutione ante aditam hæreditatem, poſtquàm fuerit informatum, & veſtitum vnione quadam hypoſtatica, illa non poteſt omninò perdi, aut ſeparari per ipſam aditionem, tanquàm indiuidua cum ipſa ſubſtitutione, & ſic ſubſtitutio ob vim, & qualitatem quandam, cum iure accreſcēdi contractam, & in ipſa ſubſtitutione, non ſolùm impreſſam, ſed immixtam, atquè miniſterio iuris inſitam, non eſt mirum, vt etiā poſt aditam hæreditatem tranſmiſſio fiat, & ideò, reiectis contrarijs, dicit, non eſſe recedendum ab opinione *Bart. in d. §. ſub conditione*, quæ magis communis eſt, vt *num.* 68. & hanc etiam opinionem amplectitur latè diſcuſſo articulo *Noalis vbi ſuprà*, ex *n.* 105. vſquè ad 111. & dixit *Bald. conſ.* 9. ſub *nu.* 1. *lib.* 2. quòd iſte paſſus eſt de apicibus iuris, quod eſt mirabile, & intelligi non poteſt, niſi à *Doctoribus* in iure benè fundatis.

Adſtipulatur & quarta coniectura, quia in hoc caſu extraneus præferretur deſcen-
99 dentibus teſtatoris, ex quo deducitur, teſtatorem voluiſſe tranſmiſſionem ad incluſionem deſcendentium, & excluſionem extraneorum, vt voluerunt *Bart. in d. §. cum ità, in fine*, vbi *Alber. & Alex. Mantic. d. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 21. *Noalis in d. caſ.* 1. *nu.* 154. & alij per *Fuſar. d. q.* 490. *num.* 100. qui hoc indiſtinctè admittit, quandò poſt plures gradus ſubſtitutionum vocauit extraneum, vt *nu.* 102. & latiùs *num.* 142. & hoc plenè probauerunt *Ancbar. conſ.* 74. ſub *num.* 2. *Trentacinqu. d. quaſt.* 14. *num.* 23. *Ruſtic. d. cons.* 2. *num.* 67. & de communi teſtatur *Anton. Gabriel. d. conclus.* 2. *de hæredib. inſtit. num.* 33. *in fine*, & receptiſſimam eſſe ſententiam, teſtatur *Theſaur. dec.* 96. *num.* 17. qui etiam contrarijs reſpondet, *Ioſeph Ludouic. decis. Perus.* 102. *num.* 11. *Gaual. decis.* 59. *n.* 101. *part.* 3. *Farinac. dec.* 380. *in fin.* 4. *par.* qui hoc abſq; difficultate admittit, alijs coniecturis concurrentibus.

Et demùm conſiderabantur plures caſus ſubſtitutionis, de quibus teſtator loquutus fuit, & primus eſt, in quo Iulia, vna ex filiabus inſtitutis decederet abſq; filijs, & in hoc caſu per compēdioſam ſubſtitutionem erat vocata Lucretia altera ſoror, & ſic è conuerſo per mortem Lucretiæ quandocunquè abſquè filijs, erat vocata Iulia per reciprocam ſubſtitutionem. Secundus eſt caſus, quandò vna ipſarum filiarum moreretur cum filijs, & illi decederent in pupillari ætate, ſuperſtite altera ſorore, & in hoc caſu per pupillarem ſubſtitutionem erant etiam reciprocè ſubſtitutæ. Tertius eſt caſus, in quo vna ex ſororibus inſtitutis decederet cum filijs, poſteà verò decederet altera ſoror ſimiliter cū filijs, poſtmodùm verò filij vnius ex ſororibus decederent in pupillari ætate, & hic caſus eſt, de quo diſputatur, nàm deceſſit Iulia, relicta Iſabella actrice, deindè deceſſit Lucretia, ſuperſtite Philippo filio, qu deindè obijt, exiſtens in pupillari ætate. Quartus eſt caſus, in quo omnes iſtæ ſorores deceſſiſſent abſquè filijs, & in hoc caſu per compendioſam ſubſtitutionem vocauit magis intimum, magiſquè coniunctum ipſi teſtatori. Quintus, & vltimus eſt caſus, in quo prædictæ ſorores decederent cum filijs, ſed illi morerentur in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocunquè, & in iſto caſu etiam magis coniunctum ipſius teſtatoris ſubſtituit; hinc dicebat Auguſtinus pater Philippi vltimi decedentis, quòd vltrà quòd hic caſus eſt omiſſus à teſtatore, qui nullam fecit ſubſtitutionem in caſu prędicto, quamuis eam feciſſet, eſſet inutilis, quia eſſet facta ſubſtitutio pupillaris nepotibus. quos non habebat in poteſtate, tanquàm auus maternus; & particulare requiſitum in ſub-
100 ſtitutione pupillari eſt, vt habeat teſtator filios in poteſtate, vt ex *text. in l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi latè *Doctores*, *Fuſar.* plenè *quaſt.* 118. vbi ampliationes, & limitationes.

Verùm prædictis replicabatur, quòd immò hic erat caſus prouiſus à teſtatore, tùm quia, eos poſuit in conditione, tùm ob tacitam reciprocam inter eos, tùm deniq;, quia hæc ſpes fuit tranſmiſſa, vt ſuprà diximus, & quòad ſubſtitutionem pupillarem erit aduertendum, quòd teſtator loquutus fuit per
101 verba, *ſuccedat*, & *perueniat*, quæ ſunt verba communia, vt voluit *Bart. in l. Centurio, num.* 48. & 52 *ff de vulg. & pupill. Sfor. Odd. de compendios. ſubſtit. art.* 1. *in verbo perueniat, & verbo ſuccedat*, *Craſſ in §. ſubſtitutio, par.* 5. *num.* 14. & 20. *Intrigl. de ſubſtitut. cent.* 3. *quaſt* 30. vſquè ad 35. vbi plenè de verbis directis, obliquis, & cōmunibus, *Peregrin. art.* 44. quo caſu quamuis ſubſtitutio
102 pupillaris iure directo valere non poſſit, ſuſtinetur tamen in vim fideicommiſſi, vt plenè, diſputato articulo, reſoluit *Gomes. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 4. ſub *tit. de pupill. ſubſtit. num.* 6. & fuit opinio *Gulielm. de Benedictis in cap. Raynuntius, nu.* 36. *in ver. ſi abſq; liberis* 2. & eam validis rationibus confirmat *Ludou. Morot. in conſ.* 56. ſequitur *Paschal. de vir. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 38. Inſupèr hodiè non tractatur de bonis paternis

Phi-

Digitized by Google

Philippi, cùm adhuc viuat Auguſtinus pater;
103 ſed de bonis à ſe relictis, quo caſu poſſe ſubſtineri pupillarem, tenet etiam *Ripa in l.2.ff.de vulg.& pupill.num.24.Intrigl.* vbi ſuprà, *quaſt.66.num.21. Fuſar. quaſt.118. num.31.* immò intrà pubertatem, quamuis non valeret iure ſubſtitutionis pupillaris, eſſet valida iure fideicommiſſi, vt ex communi reſoluunt *gloſ.* & *Doct.in l.verbis ciuilibus, ff.de vulg.& pupill.* infrà tamen tempora pubertatis, & de communi teſtatur *Gulielm.de Benedict.in repet. cap. Raynuntius, in verb ſi abſquè liberis moreretur 2. nu.36.* ſemper enim Iudex debet interpretari ex poteſtate ſibi à lege conceſſa, vltimam teſta-
104 toris voluntatem, vt potiùs valeat, quàm pereat, *l. vtrum ff.de reb.dub.l.voluntatis, C. de fideicom.& l.fin. ff.de teſtam.manum.* & hanc opinionem ſequitur etiam *Bald. in conſ.114.lib.2.* quam amplectitur etiam *Vaſquez de ſucceſſ.progr.lib.2.§.13.num.3.* vbi etiam, quòd finitur pubertate, *Intrigl. de ſubſtit.cent.1.quaſt.65.n.5.Vinc.Fuſar. de fideicom.ſubſtit.q.8.n.5.& 35.* & alij per ipſos allegati.

Diſcuſſis, & examinatis articulis prædictis in Sacro Conſilio, fuit valdè dubitatum de tacita reciproca inter ipſos nepotes, de-
105 ficiebat enim requiſitum neceſſarium de tribus ſuprà, ex *text.in l.Titia Seio, §.Seia libertis, ff.de leg.2.* & alijs ſuprà allegatis, admiſſa enim opinione, quòd idem iuris ſit,
106 quandò ſubſtitutio eſt facta poſt mortem omnium, ac ſi eſſet facta vltimo morienti, & quòd ſubſtitutio ſit facta de tota hæreditate, tamen deficit, quòd iſti nepotes ſint vocati, & ſi admittimus opinionem, quòd poſiti in conditione, dicantur vocati ſaltem ex
107 coniecturis, eſſet tacita eorum vocatio, *Bald.in l.precibus, num.9.& 23.C.de impub. & alijs ſubſtit.* & ex tacita hac vocatione non debet inferri ad aliam tacitam reciprocam inter eos, quia ex vno tacito non poteſt inferri aliud, prout ex *text.in l.ſi partem ff. quemad.ſeruit.amitt.* & ex *Bart.in l.ſeruum filij, §.fin.ff.de legat.1.* & ex *Rimin.iun. Menoch.* & alijs hoc probat *Peregrin.conſ.33. num.10.vol.3.*

Inſupèr, ſi diceremus, ex expreſſa reciproca inter filias inſtitutas, quòd inducatur etiã inter nepotes in conditione poſitos, adhùc ceſſare deberet hæc coniectura in hac cauſa, quia filias inſtituit, & eas inuicem ſubſtituit per compendioſam ſubſtitutionem, in caſu, quo abſquè filijs decederent, quandò autem decederent cum filijs, & ipſi in pupillari ætatę tantùm diem clauderent extremum, & ſic cùm ſubſtitutio ſit facta in diuerſis caſibus, non poteſt repetitio tacitè re-
108 ciprocè præſumi, quia repetitio non datur, quandò eſſet diffformis, *Bart.in l.in repetendis, ff.de leg.3.& in l.Seio, §.Caio, ff.de fundo inſtructo, Zanch.in d.§.cùm ità, in 10.par.num.79.* maximè quandò tractatur de tacita repetitione, vt per *Socin.in l.fin. ff. reb. dub. & Zanch.* vbi ſuprà, *num.83.* Nec datur repetitio, vbi non viget eadem ratio, *Peregr.conſ.30.num.13.lib.5. Menoch.conſ. 585.num.6.lib.6.* & ſatis diuerſa ratio militat in filijs, & nepotibus, quia reſpectu filiarum nunquàm poterant diſponere, quia inter eas filias fuit facta compendioſa ſubſtitutio, nepotibus verò non ſemper erat prohibita alienatio, ſed tantùm, durante pupillari ætate.

Sic etiam fuit dubitatum de tranſmiſſio-
109 ne, nàm ſi tranſmiſſionem admitteremus in deſcendentibus, ceſſaret quidèm articulus, an filij in conditione poſiti, cenſeantur vocati, & ideò ex *text.in d.l.hæredes mei, §. cùm ità,* tranſmiſſionem negauerunt *Mant. d.lib.11.tit.20. Peregrin.* & alij ſuprà citati, quibus addo *Facbin.controuer. iur. lib.10. cap.20.& 21.* vbi ampliat, etiam ſi ſit vnita
110 cum iure accreſcendi, & contrà tranſmiſſionem latiſſimè, & fundatiſſimè ſcripſit *Faber de error.pragm.decad.31.error.3.4.& 5.* vbi latiſſimè ſolidiſſimis rationibus probat, non admitti tranſmiſſionem, etiam quòd ſit vnita cum iure accreſcendi.

Verùm, ex coniecturis ſuprà expreſſis viſum fuit, iſtos nepotes in conditione poſitos fuiſſe vocatos, maximè quia tractabatur de nepte teſtatoris ad excluſionem pęnitùs ex-
111 tranei, & nedùm eſſe vocatos ad portionem matris, ſed etiam amitæ, ex latè fundatis per *Burſat.conſ.202.ſub num.42.* & per *Fuſar.conſ.51.nu.14.& conſ.54.nu.25.* vbi quòd eo caſu, quo ex reciproca, ſi pater eſſet viuus, admitteretur, filius in conditione poſitus eo mortuo admittitur, *Gabr.conſ.115. lib.1.Peregr.conſ.65.n.6.lib.5.Mantic.d.lib. 11.tit.20.nu.15.* & per *Surd. dec.162. Peguer. dec.100 Rouit.conſ.76.lib.1.*

Et proindè die 14.Ianuarij 1636.me referente communi voto deciſum fuit: Bona in actis deducta ſpectauiſſe, & ſpectare ad Iſabellam de Bernaudo, & pro eà ad Marcellum eius patrem, & legitimum adminiſtratorem. Et propterea condemnauimus Auguſtinum Genuenſem ad relaxandum bona prædicta, vnà cum fructibus liquidandis, retenta tamen legitima liquidata inter ſorores in ducatis mille, & ſolutis meliorationibus.

Nec fuit habita ratio de *deciſionibus* eiuſ-
112 dem Sacri Conſilij, relatis à *Capycio, Fabio de Anna, & Anello Amato*, non enim ſunt in eo caſu, quo includuntur deſcendentes ad excluſionem pęnitùs extraneorum. Nec etiam de *deciſionibus Seraphin.956.et 1479.* quæ videbantur ſatis vrgere, ex quo *ibi* non fuit habita ratio de aliquibus ex coniectu-

ris ſuprà conſideratis, quia non poterat veriſimilis mens teſtatoris adaptari ad excluſionem eius filiorum; hìc autem tractamus de excluſione penitùs extranei ad beneficium neptis;& fuit etiam habita ratio in deciſione cauſæ prædictæ ab aliquo ex Dominis, quòd ipſæmet ſorores inſtitutæ, tàm in diuiſione, quàm tempore, quo ſe nuptui tradiderunt; ac etiam in diſpoſitione facta in teſtamento per dictam Iuliam, Philippi vltimi præmortui matrem, ità intellecta fuit teſtatoris voluntas, & licèt in contrarium replicabatur, quòd omnes prædictæ ſcripturæ ſe referebant ad teſtamentum; tamen dicebatur, quòd hæredes ità teſtamentum ſunt interpretati, penès Sperã S.C. Act. Mag.

## OBSERVATIO
## In Deciſione I.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutio efficitur caduca, ſubſtituto præmoriente antè conditionis euentum, et hæditas non tranſmittitur ad hæredes, nec etiam ad ſuos, n. 2.*

3 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur diſpoſitiuè vocati, eſt controuerſa quæſtio, immò difficillima, num. 4. vbi de ratione, ac ardua ab alijs nuncupatur, num. 5. ità vt Cæſarea deciſione opus eſſe, alij affirment, num. 6. negatiua opinio adducitur, n. 7. niſi tamen ex coniecturis contrarium appareat, n. 8.*

9 *Filij in conditione poſiti, cenſentur vocati, ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionis, item ſi pluriès fuerint in conditione poſiti, nu. 10. ac etiam ſi ſit prohibita falcidia, ac trebellianica, n. 11.*

12 *Trebellianica etiam filijs primi gradus prohiberi poteſt, & ad inſtar falcidiæ ex bonis alienari prohibitis non detrahitur, nu. 13. quia cenſentur prohibiti ex prohibitione alienandi, ibid. fallit regula prædicta in filijs primi gradus, num. 14. & ſecundùm hanc opinionem iudicatum per S.C. adducitur, n. 15.*

16 *Coniecturæ etiam leues ſufficiunt, vbi agitur de deſcendentibus, ſi verò de tranſuerſalibus, requiruntur coniecturæ reſultantes ex ipſo teſtamento potentes, ac efficaces, vt filij cenſeantur vocati.*

17 *Tranſmiſſio, etiam ſi ſit vnita cum iure accreſcendi, ceſſat in deſcendentibus.*

§§§§§§§

1 TRadit Illuſtriſs. Dominus meus *hic num. 2.* quòd ſubſtitutio efficitur caduca, ſi ſubſtitutus præmoriatur pendente conditione, ità vt nec ad hæredes hæreditas tranſmittatur, allegat plura iura, & *DD.* quibus addo *Capyc. dec. 115. nu. 6. 7. & 8. Anna ſing. 487. D. Præſ. de Franchis*, cuius deciſiones ſemper præ manibus ſunt habendæ, *dec. 525. nu. 1. & 13. Peregrin. de fideicomm. art. 22. n. 4. D. Reg. Lanar. conſ. 60. num. 88. Caſtill. dec. 152. nu. 135. & ſeq.* vbi hanc eſſe veram opinionem teſtatur, comprobat hoc idem *D.* meus *dec. 127. num. 55. lib. 2.* & antè ipſum ſic etiam docuit *D. Præſid. Amat. conſ. 20. num. 18. & 19.* vbi etiam probat, quòd nec ad ſuos
2 tranſmittatur, idquè etiam affirmat *Peregr. art. 31. n. 6. & 7. de fideicomm.*

Sed *num. 3.* agit de celebri illa quæſtione,
3 an filij in conditione poſiti, cenſeantur diſpoſitiuè vocati, quam ſatis controuerſam eſſe affirmat, ſed, vt Ego obſeruaui ex doctiſſimo, ac perſpicaciſſimo viro *Petro Fon-*
4 *tanella dec. Cathal. 172. num. 15. lib. 1.* quæſtio prædicta difficillima viſa fuit omnibus Tribunalibus, nàm aliquibus abſquè vlla coniectura, præſumptio vocationis admiſſa fuit, & admittitur; in alijs alio modo, prout praxis *ibi* permiſit, quandoquè cum vrgentibus, & quandoq; cum leuibus coniecturis, adeò vt non ſit dare certam regulam in ar-
5 ticulo prædicto, ſed Iudicis arbitrio ſit terminanda quæſtio, quam arduam dicit *Ciarlin. controu. 166. num. 1. lib. 2. controu. foren.*
6 immò nonnulli tenent, deciſione Cæſarea opus eſſe, vt teſtatur *Dom. Donat. Anton. de Marinis*, multis nominibus præclariſſimus *lib. 1. quotid. reſol. c. 141. nu. 1.*
7 Et negatiuam opinionem, quòd non cenſeantur vocati, de qua *D.* meus *num. 4.* quam etiam refert *Farinac.* vir ſanè doctiſſimus in *repertor. vltim. volunt. quæſt. 6. num. 2.* eam amplexa eſt *Rota* apud eundem *Farinac. in d. repert. dec. 6. num. 8. & dec. 13. num. 3.* ac etiam *Fontanell. dec. 40. num. 7. lib. 1. Rubeus dec. 62. num. 2. lib. 2. Andreol. controu. 161. num. 1. & controuerſ. 179. num. 1. lib. 2. Dominus Donatus Antonius de Marin.* memor de noſtro *Authore vbi ſuprà, num. 1. Franc. Cenſal. in obſeru. ad Peregr. de fideicom. art. 28. in princ. D. Præſ. D. Franciſcus Merlinus* Marchio Ramontis, integerrimus, ac Iuris peritiſſimus *centur. 2. controu. forenſ. cap. 1. & cap. 62. num. 9.* vbi *D.* meum citat, & nouiſſimè *D. Ioann. Bapt. Hodierna*, vir quidèm laborioſiſſimus, ac Aduocatus valdè doctus *lib. 1. controuer. forenſ. cap. 10.*
8 *num. 1. 4. & 33.* niſi tamen ex coniecturis contrarium conſtaret, ex traditis per *Dom.* meum *n. 5.* qui coniecturas enumerat *nu. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 18. 22. 23. 28. & 30.* ſic etiam plu-

Digitized by Google

plures refert *Farinac.d.q.6.nu.5. Coccin.dec.* 265. *num.* 5. eandemq; opinionem ſequuti ſunt *Farinac.ibid.nu.*2.*Coccin. dec.*267. *nu.* 4.*& deciſ.*325.*num.*30. *Buratt.dec.*385. vbi *Additio num.*10.*in deciſ.*397.*num.*3. *& dec.* 897.*num.*7.*& ſeq.Fontanell.d. dec.*40. *num.* 7.*Andreol.controu.*99.*nu.* 1.*& controu.*174. *num.*4.5.*&* 6.*lib.*2. *Ludouic.Bell.conſ.*118. *num.*4.*conſ.*121.*num.*13.*conſ.*167.*num.*8.*& ſeq.conſ.*174.*num.*9.*&* 10.*conſ.*181. *num.*3. *conſ.*188.*num.*1.*&* 2.*& conſ.*205.*nu.*1. *Caualer.dec.*496.*n.*13. D.Conſil.*Staibanus*, veridicus,ac ſubtiliſſimus I.C.*lib.* 1.*reſol foren. reſol.*58.*num.*39.*&* 53.qui etiam coniecturas recenſet à *num.*41.ad 47. *D.Hodierna* vbi ſuprà,*num.*3.

Tertiam coniecturam,de qua per *D.* meũ *num.*18. quandò ſcilicèt teſtator digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionis, etiam probant *Ciarlin.d.contron.*166.*num.*3.*D.de Marin.d.cap.*141.*num.*7. *Duran. dec.* 126. *num.*15.qui *num.*16.comprobat quartam coniecturam,relatam per *D.*meum *num.*22.
10 quandò filij pluriès fuerint in conditione poſiti, licèt contrarium teneat *D. Hodiern. ibid.num.*8.& quintam etiam coniecturam,
11 quandò fuit prohibita falcidia, & trebellianica,de qua *nu.*23.probat *D.de Marin.ibid. num.*8.quam coniecturam non admittit *D. Hodiern.*vbi ſuprà,*n.*24.

12 Hinc dùm *D.*meus *num.*25.tradit, prohibitionem trebellianicæ, etiam in filijs primi gradus ſubſiſtere,ex *D.de Franch dec.*11. *&* 612.velim obſerues,quòd concluſio prædicta cum diſtinctione admittitur per *D. Hodiern.loc.*cit.*nu.* 27.*& ſeq.*vbi *D.*meum
13 citat,& licèt trebellianica ex bonis alienari prohibitis non detrahatur,ad inſtar falcidię, cùm ex dicta prohibitione alienandi,cenſeatur prohibita detractio trebellianicæ, vt in *auth.ſed in ea re,C.ad leg.falcid.* per quem *text.*ità iudicatum refert *D.de Franch.dict.*
14 *deciſ.*612.*in fine*,hæc tamen regula fallit in filiis primi gradus, vt per *Ripam in l.filiusfamilias,§.diui*, *num.*30. *ff.leg.*1. cum alijs adductis per *D.Conſil.de Anna*, eloquentia, & doctrina eminentiſſimum *conſ.*116.*num.* 13.*lib.*2.& licèt contrarium defendat, ac de-
15 ciſum referat *D.de Franch.vbi ſup.*attamen ſecundùm opinionem *Ripæ* fuit per S. C. iu-
* dicatum die 14.Iulij 1561.in cauſa Alphonſi Coppulæ cum eius creditoribus,in Banca Mancuſij,ideò dùm caſus acciderit, cogita propter conflictum opinionum, ac deciſionum.

Diſtinctionem tamen, quam adducit *D.* meus *num.*41.vt ſi agatur de deſcendenti-
16 bus,quæcunquè coniecturæ, etiam leues ſufficiant,ſi verò de tranſuerſalibus,requirãtur coniecturæ,reſultantes ex ipſo teſtamento potentes,ac efficaces,ad hoc, vt filij cenſeantur vocati,illam ſequitur *Buratt.d.deciſ.* 385. *num.*2. vbi *Additio num.* 10. ac *deciſ.* 387.*num.*2.

Tranſmiſſio autem,etiam ſi ſit vnita cum
17 iure accreſcendi,ceſſat in deſcendentibus, vt poſt *D.*meum *num.*110.probat *D.Merlin* qui latiùs concluſionem comprobat, & *D.Authorem* citat *d.cent.*2.*c.*1.*n.*32.

*Michael Angelus Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Nùnquid fideicommiſſum in contractu factum per mortem ſubſtituti antè euentum conditionis, tranſmittatur ad ipſius hæredes, ad explicationem *text.in §. ex conditionali, Inſtit.de verb.oblig.*& *l.quod de paritèr,ff.de rebus dubijs.*

Et an generalis renunciatio facta in contractu matrimonij, comprehendat ius fideicommiſſi conditionalis, ſi ſinè filijs deceſſerit.

### SVMMARIVM.

1 *Spes fideicommiſſi per mortem ſubſtituti antè euentum conditionis non tranſmittitur.*
*Amplia,etiam ſi in contractu factum eſſet, num.*5.
*Sed contrarium verius,n.*9.27.*&* 28.
*Limita,vbi conditio eſſet poteſtatiua, n.*17.
*Item limita in his, quæ ex eorum natura non eſſent ad hæredes tranſmiſſibilia,n.*19.
*Item,vbi perſona contrahentis tantùm conſiderata eſſet,n.*20.
2 *Fideicommiſſum fit etiam in contractu, præſertim in contractu donationis,n.*3. *& vbi eſt fideicommiſſum particulare,n.*4.
6 §.ex conditionali,Inſt.de verb. oblig.*procedit antequàm conditio deficiat.*
*Item,vbi conditio perſonam ſtipulatoris non concerneret,n.*7.
*Item,vbi contractus eſſet vltrò, citròq; obligatorius,ſecùs in donatione,n.*8.
*Sed contrarium,n.*27.*&* 28.
10 *Fideicommiſſum nùm ſit factum in contractu,*



Digitized by Google

ctu, vel in vltima voluntate, ſatis differt, & nu. 13.
11 Spes actionis conditionalis donari poteſt.
12 Creditor conditionalis, verè, & propriè creditor dicitur.
14 Text. l. quod de paritèr, ff. de reb. dub. plures intellectus referuntur, & n. 15. & 16.
18 Spes conditionis ad hæredes transmittitur, vbi non ab ipſo ſtipulatore, ſed ab alio eſſet adimplenda.
21 Clauſula, ex nunc pro tunc, in vltimis voluntatibus poſita, conditionalis diſpoſitionis tranſmiſſionem operatur.
Sed contrarium, n. 22.
Limita in contractu, n. 23.
24 Actio donatario quæritur, licèt abſenti, ſi Notarius pro eo ſtipulatus ſit.
Amplia, etiam in hæredibus donatarij, n. 25.
Item etiam, vbi Notarij ſtipulatio defeciſſet, num. 26.
29 Poſiti in conditione in contractu, non cenſentur vocati.
30 Poſſeſſio vera ex clauſulis conſtituti præſumitur.
31 Poſſeſſio vera ex clauſula reſeruationis vſuſfructus, vita durante præſumitur.
32 Donatio euaneſcit, deficiente conditione.
33 Actus præſumitur geſtus, iuxtà præcedētem tractatum.
Amplia, etiam ſi ex interuallo, præſertim ſi fieret in executionem primi, n. 35.
34 Error præſumitur, vbi alitèr, quàm fuerit promiſſum, reperiatur renunciatum.
36 Clauſula, non alitèr, eſt limitatiua, & reſolutionem inducit.
37 Clauſula, non alitèr, in renunciatione appoſita, cenſetur per Notarium, prætèr intentionem renunciatis addita.
38 Omnia, quæ communitèr, & de ſtylo apponi conſueuerunt, cenſentur in contractu appoſita.
39 Renunciatio, vbi in contractu fuit expreſſa, non recipit interpretationem.
40 Ad hoc, vt fideicommiſſo conditionali renuncietur, quæ requirantur.
41 In dubio quis non præſumitur fideicommiſſo renunciare.
42 Amplia, quamuis fideicommiſſum eſſet purificatum, & in contractu fieret mentio de fideicommiſſo in genere.
43 Item, vbi adeſſent verba importantia iura de futuro, & de nouo ſuperuenientia.
Et quid, interueniente iuramento, n. 44.
45 L. de his, ff. de tranſact. iuramento renunciari non poteſt.
46 Renunciationes, quæ per puellas in manibus parentum fiunt, præſumuntur metu reuerentiali facta.
47 Gloſ. in l. de his, ff. de tranſact. reprobatur.
48 Diſpoſitio l. de his, ff. de tranſact. procedit, tā in contractu, quā in vltimis voluntatibus.
49 Fideicommiſſo conditionali ad hoc, vt ſit renunciatum, an ſufficiat, renunciantem in genere fuiſſe certioratum.
50 In generali renunciatione non comprehenduntur ea, quæ ipſi renuncianti donata fuerunt ab eo, cui fit renunciatio.
51 Gloſ. in l. Paulo Callimaco, §. Pompeius, ff. de leg. 3. declaratur.
52 L. qui Romæ, §. fin. ff. de verb. obligat. declaratur.
53 Regularitèr fideicommiſſum conditionale non cenſetur ademptum in generali ademptione.
54 Deciſio cauſæ adducitur.

# Deciſio II.

IN cauſa Hæredum Aureliæ Saracenæ cum Hæredibus Marij Tarallo, & Vincentio Maria Zimara eius creditore fuit dubitatum, an fideicommiſſum factū per quondam Policarpum Tarallum in contractu donationis fundi, dicti *delle Pera* factæ Mario eius filio, eoquè decedente abſquè filijs in beneficium Liuiæ, ſimilitèr eius filiæ, ſtante morte ſequuta Liuiæ, antequàm eueniret caſus conditionis mortis dicti Marij abſquè filijs, ſit caducatum, itá vt nullum ius competat Aureliæ Saracenæ filiæ, hærediquè dictæ Liuiæ: Et quidèm ſi fideicommiſſum eſſet factum per Policarpum in vltima voluntate, nullum eſſet dubium, ſiquidèm morte
1 ſubſtituti antè euentum conditionis, fideicommiſſum euaneſcit, eſt *text. in l. vnica, §. ſin autem aliquid, C. de caduc. toll. gloſ. in l. 1. C. de his, qui antè apert. tabul. l. hæredes mei, §. cùm ita, vbi Scribentes, ff. ad Senatuſconſultum trebellian.* Verùm quia fideicom-
2 miſſum prædictum fuit factum in contractu donationis, in quo certiſſimum eſt, fieri poſſe, vt generalitèr in cōtractibus magis communitèr receptum eſt, per *textum in l. vt hæredibus ff. de legat. 2. l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. l. quotiès, C. de donat. quæ ſub mod. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes,* Vbi *Bart.* & alij *Scribentes, ff. de verb. obligat. l. 3. C. de donat. quæ ſub mod. Peregrin. de fideicomm. art. 51. num. 2. Petra de fideicommiſſ. q. 4. num. 1. Couarr variar. reſolut. lib. 1. cap. 14 num. 2. Clarus in § donatio, q. 13. verſ. ſecundus eſt articulus, Fabius de Anna conſ. 39. nu. 63. Maſtrill. dec. 190. num. 9. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9 part. 3. num. 34. & gloſ. 25. num. 1. Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 47. error. 10. num. 8. Argel. de acquirend. poſſeſſ. q. 8. num. 176. Fuſarius de fideicomm. q. 14. num. 8. Surdus dec. 144. num. 6. & 22. latè Antoninus de Amato reſolut. 12. num. 1. lib. 1. var. reſolut. D. Theodorus allegat. 24. nu. 2.*

Digitized by Google

nu. 2. Marta de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 21. art. 9.
3 num 1. vbi num. ſequen. ſatisfacit Menoch. contrarium aſſerenti, Cutell. dec. 5. num. 51. & præſertim in contractu donationis deciſum legitur in d. l. quotiès, vt reſoluit Cacher. dec. 85. num. 6. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. nu. 19. & cap. 5. num. 40. Antonius Faber d. decad. 47. err. 7. Robles de repræſent. lib. 3. cap. 12. num. 1. vbi alios congerit, Peregrin. D.
4 Theodor. & alij ſuprà citati, eò fortiùs in fideicommiſſo particulari, Peregr. art. 1. num. 16. Surd. conſ. 247. num. 4. lib. 2. Ideò fuerunt plures articuli in hac cauſa diſcuſſi: Et primò, vtrùm hoc fideicommiſſum, ſiuè ſubſtitutio facta in dicto contractu antè euentum conditionis, transferatur ad hæredes Aureliæ. Secundò, vtrum ex verbis donationis poſſit dici, ipſam Aureliam tanquàm filiam, & hæredem quondam Liuiæ Tarallo fuiſſe diſpoſitiuè vocatam, & ſic poſſe reiuẽdicare fundum prædictum iure proprio. Tertiò, vtrum ei, vel eius hæredibus obſtet renunciatio facta tempore, quo Liuia eius mater fuit à patre nuptui tradita, & dotata.

Quoad primum Alciat. in conſ. 3. lib. 8. pro Illuſt. Marchione Vaſti diſputat plenè articulum, fundando opinionem pro caducatio-
5 ne, & extinctione fideicommiſſi, & hanc ſententiam plenè, diſputato articulo ſequitur Peregrin. de fideicommiſſ. d. art. 51. num. 20. Auendan. in l. 40 Taur. glo. 10. num. 23. Surdus conſ. 403. num. 46. Valaſc. conſult. 122. fundatur hæc opinio ex text. qui videtur ſatis punctualis in l. quod de paritèr, ff. de reb. dubijs, vbi mater dotando filiam, fecit pactum, quòd ea in matrimonio decedente, maritus ipſi dotanti dotem reſtituere teneatur, & tamen ea præmortua, diſponitur, hæredibus matris actionem ex ſtipulatu non competere: Et ratio, quæ in text. ponitur, eſt, quia mater filiæ non ſuperuixit, & ſic probatur, requiri ſuperuiuentiam ſtipulatoris; & quamuis videatur aduerſari textus in §. ex conditionali, Inſtitut. de verbor. obligation. attamen prææallegati Doctores intel-
6 ligunt, generalitatem illius textus procedere, antequàm conditio deficiat, ſed quòd ea pendente tranſmittitur ad hæredes, & quòd ſecùs ſit, quando conditio defeciſſet, ex doctrina Bar. in d. l. quod de paritèr, quod etiam ſequitur Aluar. Valaſc. dict. conſult. 122. volum. 2.

7 Secundò reſpondent, quòd diſpoſitio tex. in d. §. ex conditionali, procedit, quandò cõditio non concernit perſonam ſtipulatoris, veluti ſi nauis ex Aſia venerit, vel alia conditio, quæ non deficit per mortem ſtipulatoris; at quandò conditio per eius mortem deficit, tunc tranſmiſſio locum habere non poſſet, veluti, ſi ſuperuixeris, ſi ab hoſtibus captus non fueris, vel poſt ipſius mortem quia tunc deficit conditio, & tranſmiſſioni locus non erit, ità Faber in d. §. ex conditionali, num. 2. verſ. item non obſtat, vbi etiam Angel. Tob. Non. Cuman. & alij allegati per Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 24. n. 30.

Tertiò dicunt, diſpoſitionem text. in d. §. ex conditionali, procedere in eo contra-
8 ctu, qui duorum requirit conſenſum, vltrò, citròque obligatorium, non autem in donatione, prout poſt alios firmat Menoch. conſ. 388. num. 47.

Cæterum, contraria opinio pro tranſmiſſione fuit amplexa per Sacrum Conſi-
9 lium in hac cauſa, cùm frequentiori Doctorum calculo verioribus rationibus, ac rerum iudicatarum authoritate roboretur, eam enim probauerunt Bald. in l. quotiès, in fin. C. de donat. quæ ſub modo, Oldrad. conſ. 224. nu. 27. Cacher. dec. 24. num. 2. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, ver. ſi abſquè liberis moreretur, tit. de fideicomm. ſubſtit. num. 71. de teſtam. Aretin. in d. §. ex conditionali, Zaneh. in repetit. l. hæredes mei, §. cùm ità, in 4. part. num. 19. ff. ad Senatuſconſ. Treb. Ferd. Bereng. in cap. vnico, de filijs natis ex matrimonio ad Morganat. contract. cap. 10. nu. 6. Lara in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, num. 21. ff. de liber. agnoſc. Couarr. pract. quæſt. cap. penult. & alij allegati per Cancer. qui ſtrenuè hanc opinionem fundat lib. 1. variarum reſolut. cap. 2. nu. 38. & lib. 3. cap. 21. num. 95. Fuſarius conſ. 41. num. 132. & 175. Valaſc. d. conſult. 122. nu. 22. Nicolaus Noalis de tranſmiſſ. caſu 5. nu. 1. & ſeq. Ferrer. in Conſtitut. Cathalon. gloſ. 1. num. 207. Ioannes Gratian. de Falcon. reg. 23. num. 5. Petrus de Gregorio ſyntagm. iur. vniuer. part. 3. lib. 42. cap. 28. num. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 24. num. 23. Gomeſ. var. reſolut. tom. 2. cap. 11. num. 36. Alexan. Galuan. in conſ. 13. Valaſc. de iur. emphyteut. quæſt. 50. & ſecundùm hanc opinionem refert, poſt longam diſcuſſionem Cancer. in Senatu Cathaloniæ fuiſſe iudicatum, citato lib. 3. var. reſol. cap. 21. num. 103. contrà opinionem Peregrin. & Alciat. tanquàm falſam, Peguer. in dec. 263. part. 2. & ità in caſu magis arduo fuiſſe deciſum refert Fontanell. in d. clauſ. 4. gloſ. 24. ſub nu. 38. qui licèt vti Aduocatus in illo caſu contrarium ſubſtinuiſſet, non potuit obtinere, latè etiam Surd. deciſ. 144. num. 24. & ibi plenè Hodierna in addition. Franciſcus de Petris conſ. 51. num. 1.

Fundatur autèm hæc opinio ex generalitate text. in d. §. ex conditionali & in l. ſpem, C. de donat. qui loquitur in terminis donationis, & in l. neceſſariò, §. quid ſi pendente, ff. de peric. & comm. rei vend. & ex l. vnica vbi gloſ. in l. antiquitas, C. vt action. ab hæred. & contra hæred. & in l. quotiès, C. de donat.

Digitized by Google

*nat.quæ ſub mod.* Ea præcipua ratione, quia
10 in contractu interuenit factum ſtipulatoris, qui voluit, ſibi, & hæredibus ſuis proſpicere, *l.ſi pactum, ff.de probat. Intrigliol.deciſ.39. Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.1.tit. 7. Alexand.Trentacinq.variar. reſolut. lib.3. tit.de empt.& vendit.reſolut.*10. *num.*2. ſecùs autèm in teſtamentis, prout diſtinguit *gloſ.in d.§.ex conditionali,in verbo contigerit*,& in *l.ſi vxorem*,C.*de cond.inſert. Mart. in ſumma ſucceſſ.legal.p.1.q.24.art.5.nu.*11. Secunda ponderatur ratio, quia in vltima voluntate non conſideratur illa ſpes conditionis adimplendæ, quod ſecus eſt in con-
11 tractibus, nàm ſpes actionis conditionalis poteſt donari, vt eſt *text. in d. l.ſpem*,& *ibi Bald.C.de donat.* quod ex eo procedit, quia is, cui ſub conditione legatum eſt, pendente conditione non eſt creditor, ſed tunc erit creditor legati, cùm conditio extiterit; in contractibus autem etiam pendente condi-
12 tione creditor eſt; nàm creditor ſub conditione, verè creditor dicitur, vt apertis verbis habetur ex *Vulpiani* reſponſo in *l.is,cui* 41. *ff.de act.& obligat.* vbi *gloſ.in verbo creditor*, quo loci notabiliter aſſerit, creditorem eſſe, ad hoc, vt ſpem tranſmittat, *d.§.ex conditionali*, quod optimè explicat *Crot. in d. l.ſi is,qui pro emptore,num.*31.*ff.de vſucap.* procedere etiam in donatione conditionali facta abſenti, nàm veniunt hæredes, vt habetur ex *Antonio* Fabro *de error. pragm. d.decad.*47.*error.*5.*num.*6.& ex *Gomeſ.lib.*2.*var. reſolut.cap.*11.*num.*36.*verſ.ſed hoc non obſtante*, quod quidèm ſatis perbellè explicat idem *Anton.*Faber *coniect.iur.lib.*15. *cap.*6. & 7.per totum, vbi aſſerit poſt alias rationes, quòd ideò in contractibus conditionalibus locum habet tranſmiſſio ad hæredes, quia quantumcunquè ſint conditionales, ſtatim quòd contrahitur, oritur obligatio; &
13 ideò verè creditor dicitur, *d.l.is,cui*, & proptereà tempus contractæ obligationis inſpicitur, vt per *Paul. de Caſtr.in l.filiusfamilias* 78.*ff.de verb.oblig.* quod ſecus eſt in vltimis voluntatibus, vndè ſequitur, quòd in contractibus conditio nihil aliud dici poſſit, vt illius verbis vtar, niſi priuatio puritatis, ideſt vt illa obligatio pura dici non poſſit, eueniente tamen conditione, illa priuatio tollitur, & obligatio remanet pura, & ſic per euentum conditionis, illa puritas retrotrahitur ad tempus contractæ obligationis, *l.potior, ff.qui pot.in pign.habean.* vbi *gloſ.*

Verùm, quia prædictæ concluſioni ſatis in contrarium vrget diſpoſitio *text. in d.l. quod de paritèr, ff.de reb.dub.* ideò *DD.* ma-
14 ximè inſudarunt ad illius *text.* intelligentiam, ex illo enim clariſſimè deducitur, requiri ſuperuiuentiam ſtipulatoris, & ſic aduerſatur generalitati *text.in d.§.ex conditionali*, cum alijs concordantibus ſuprà adductis; Proptereà *Bart.* poſt *gloſ.in d.l.quod de paritèr*,& in *l.qui duos,§.penultim, ff.de reb. dub. textum* prædictum intellexerunt, vbi mater filiam dotando ſtipulata erat, dotem ſibi reddi, ea in matrimonio mortua, ſi contingat, ipſam matrem ſimul cum filia perire, dicit *Iure Conſultus*, hæredibus matris actionem ex ſtipulatu non competere, nec eſſe commiſſam ſtipulationem, ea ratione, quia mater filiæ non ſuperuixit, addendo literæ, ſeù pacto, nedùm ſi in matrimonio filia dotata moreretur, ſed ſi mater ſuperuixerit, quam *Bartoli* opinionem poſt longam diſputationem ſequuntur Fontanell. *de pact. nupt.clauſ.*4.*gloſ.*24.*nu.*35.& Cancer. *in d.lib.*2.*cap.*21.ſub *num.*98. vbi *in fine* dicit, quòd iſte eſt verus intellectus *d.l.quod de paritèr*, & dictam opinionē ſequitur *Mich. Craſſ.receptarum ſentent.§.legatum, quæſt.* 47. quam tamen ſuppletionem reijciendam, exiſtimauit *Paul.de Caſtr.* in eadem *l.quod de paritèr,num.*2. quia illa conditio, & quòd *mater ſuperuixerit*, in *textu* non legitur, neque quandò talis conditio ſuppleretur, adeſſet aliquid dubij, & ideò *textum* prædictum ſimpliciter, ait, eſſe ſecundùm literam intelligendum, & quòd illa tacita conditio, *ſi mater filiæ ſuperuixerit*, ſuperintelligenda ſit in dicto caſu, quam intelligentiam vti ſatis ſingularem, & à *gloſ.*& *Doctoribus* non deguſtatam, exagerat, & *Paulum de Caſtro* ſequuti fuerunt *Socin.in l.ſed in illo, num.*2. *ff.eod.titul.de rebus dubijs, Couarr. variar. reſolut.cap.*2.& *cap.*7.*num.*8. *Menoch.de præſumption. lib.* 6. *præſumpt.*50. *num.*17.
15 Tertia fuit opinio *Petri Barboſæ in l. Caius* 46.*num.*16.*ff.ſoluto matrimon.* qui concordando *text.in d l.Caius,& l.auia*, *C. de iure dotium*, vbi etiam in contractu dotis ſuperuiuentia ſtipulatoris non conſideratur, & *text.in d.l.quod de paritèr* intelligit, quandò quis ſtipulatur, dotem ſibi reſtitui, mortua
16 in matrimonio filia. Quarta opinio fuit *Ferrerij in commentar. ad Conſtitution. de los Impuberes, gloſ.*1. *num.*209. qui *textum* prædictum intelligit in pacto perſonali, & ex multis fundare intendit ex litera *text.* prædicti, perſonalem fuiſſe ſtipulationem matris, & in his terminis dicit, fuiſſe locutum *Iureconſultum Marcianum*, illius legis conditorem; Vtcunquè tamen ſit, omnes concludunt, per illum *textum* non limitari diſpoſitionem dicti *§.ex conditionali*, ſed loqui in caſu ſpeciali, vbi vel expreſsè, ſecundùm opinionem *Bartoli* ſit appoſita conditio, *ſi mater filiæ ſuperuixerit*, quod ſatis ſe conformat cum litera *text.* quamuis enim in ſui diſpoſitione hæc conditio non legatur: attamen in ratione exprimitur, quia mater filiæ non ſuperuixit, & ſic ſupponit,

pa-

Digitized by Google

pactum fuiſſe iam conceptum,aut verò conditio ſubintelligitur,ſecundùm *Paul.de Caſtro* opinionem,aut dicimus,eſſe intelligendum,mortua in matrimonio filia,ſecundùm opinionem *Barboſæ*, aut demùm cum *Ferrerio*,pactum eſſe perſonale,ſemper erit caſus ſpecialis,ex quo nullo modo poteſt generalitas tot iurium reſtringi , & propterea magis communis omnium ſententia eſt, tranſmiſſioni illius ſpei locum eſſe in fideicommiſſis,& in contractibus,ſecùs verò in vltimis voluntatibus,ſicuti etiam hanc diſtinctionem comprobat *De Marinis cap.* *86.quotidian.reſolution.lib.1.* per tot. Quæ concluſio in contractibus quamuis multiplicitèr limitetur.

Et primò, vt non procedat in conditione
17 poteſtatiua,quæ ex mera voluntate ſtipulatoris dependet,tunc enim per mortem ipſius ſtipulatoris euaneſceret,nec ad hæredes tranſiret,*l.qui Romæ,§.Augerius,ff.de verb.obligat.Bart.in l.ſi decem cùm petiero nu.6. ff.eod.titul.Couarr.pract.quæſt.cap.39.Barboſa in rubr.ſolut.matrimon.par.1.num 34. Ferrer.*vbi ſuprà,*gloſ.1.num.25 5. Nicolaus Noalis de tranſmiſſ.cap.5. num.8.* Verùm
18 quandò non eſſet adimplenda ab ipſo ſtipulatore,ſed ab alio,& tunc etiam transferri ſpem conditionis ad hæredes,docet *Gomez. var.reſolut.lib.2.cap.11.*ſub *nu.36.* & quòd conditio, *ſi ſine filijs deceſſerit,* ſit caſualis, probat *Peguer.*in alleg. *dec.263. & Ferrer.* vbi ſupra,*n.255.*

Secundò declaratur, non habere locum
19 in his, quæ ex eorum natura non ſunt ad hæredes tranſmiſſibilia , *Angel. in l.ſi ità ſtipuler,ff.de verb.oblig.Noal.*vbi ſup.*n.7.*

Tertiò temperatur, vbi perſona contra-
20 hentis tantùm cōſiderata eſt, nā eo mortuo conditio omninò deficit, *Angel. in d.l.ſi ità ſtipuler,ff.de verb.obl. & Noal.*vbi ſup.*n.6.*

Tamen prædictæ limitationes minimè applicari poſſunt ad caſum , de quo agitur , in quo fuit conſiderata etiam clau-
21 ſula illa, in prædicto contractu donationis appoſita,*ex nunc,pro tunc* ,per quam etiam in vltimis voluntatibus diſpoſitionem conditionalem ad hæredes tranſmitti,voluerunt multi relati à *Mantica de coniectur.vltim. volunt.lib.11.tit.20.num.11. Raudenſ. in reſponſ.52.num.59.lib.1.& Fontanell.clauſ. 4.gloſ.3.num.26.* Et licèt in vltimis volun-
22 tatibus contrarium teneat *Bart. in d.l.ſi is, qui pro emptore*, tamen in contractibus om-
23 ninò hanc opinionem eſſe ſequendam, affirmat,eumquè ſequuntur omnes,proùt per *Mantic.*vbi ſuprà,*Menoch.de præſumpt.lib. 4.præſumpt.201.n.104.*

Nec aliqua eſt facienda vis in eo , quòd
24 Liuia in contractu nō interuenit, ſed Notarius pro ea ſtipulatus eſt, ad *tex.in §.alteri, Inſt.de inutil.ſtipul.*etenim *tex.in d.§.alteri* nō procedit in donatione , quæ etiā abſenti fieri poteſt,alio extraneo pro eo ſtipulante, iuxtà *text.in l.quotiès, C.de donat. quæ ſub modo*,& in *l.ſi quis argentum, §.ſi autem hoc,C.de donat.* Clarus in *§.donatio,quæſt. 14.*& notat *Antonius Faber de error.pragm. d.decad.47.error.1.num.3.& error.7.nu.5.* latè explicat *Molina de iuſtit. & iure, tom. 2.diſput.265.*præſertim accedente iuramento,*Couarr.lib.1.var.cap.14.num.10. & 13. Surdus* latiſſimè *conſil.179.num.2.* quos ſequitur *D.Regens Rouitus dec.85.num.21. & De Marinis d.cap.86.num.5. quotid.reſolut.*
25 quod etiam procedere ad beneficium hæredum donatarij,notat idem *Faber.d.error.* 5.per tot.& ſignantèr *num.6.* & hoc proce-
26 dit, etiam ſi ſtipulatio Notarij defeciſſet, quod etiam ſatis punctualitèr tradit *Gomez. lib.2.variar.cap.11.num.36.* & in terminis donationis factæ,ſub conditione,*ſi ſine liberis deceſſerit*, quòd acquiratur ius abſenti, abſq; ſtipulatione Notarij, habetur ex allegata *dec.Peguer.263.p.2.*

Ex quibus apparebant ſatis claræ,& lucidæ reſponſiones ad rationes in contrarium
27 adductas.Prima enim,quòd *text.in d. §.ex conditionali* procedat,quandò mors ſuperuenit antè aduentum conditionis, facilè reſoluitur , per mortem enim Liuiæ Tarallo non expirauit conditio mortis Marij,abſquè liberis,ſed remanſit in hæreditate Liuiæ illa ſpes conditionis implendæ, vt ſuprà fundatum eſt,ſic etiam reſoluitur ſecunda conſideratio,in contrarium ponderata, quia non eſt verum , quòd iſta conditio deficiat per mortem ſtipulatoris, & ſic per mortem Liuiæ,nec demùm, & vltimò reſiſtit id, quod deſumitur ex *Menoch. conſ.* 388. *num.* 47.
28 quòd habeat locum ius tranſmiſſionis in contractu,in quo duorum exigitur conſenſus vltrò,citròquè obligatorius,non autèm in donatione,cùm in contrarium ſit cōmunis opinio,vt locū habeat,etiam in donatione,vt per *Gomez.in d.cap.11.lib.2.var.n.36.* & alios ſuprà citatos, & ipſemet *Menoch.* contrarium tenuit, quandò aliqua hæredis mentio facta ſit,proùt in caſu noſtro, & in rebus ad hæredes tranſmiſſibilibus idem tenuit *Surd.in conſ.403.n.45.vol.3.*

Quò verò ad ſecundum articulum,fuit ſimilitèr abſquè difficultate concluſum, nullum ius competiiſſe Aureliæ ex propria perſona,quia in donatione non erat nominata;nequè vocata intelligitur,ex grauamine impoſito ſuper dicto fundo *Perano*,nedùm Liuiæ,ſed eius hæredibus , quia hoc intelligendum eſt,quatènus ipſis fideicommiſſum
29 veniret,& in ipſo fundo ſuccederent, quod probauerunt *Dec.conſ.515.Ruin.conſ.244. & Menoch.lib.4.præſumpt.201.*ſub *n.87.*

To-

Digitized by Google

Tota verò difficultas huius cauſæ remanſit in tertio articulo reſpectu renunciationis factæ per Liuiam Tarallo tempore, quo fuit nuptui tradita, vbi in ſpecie renunciauit omnibus iuribus ad ipſam ſpectantibus ex teſtamento, donationibus inter viuos, fideicommiſſis, & ab inteſtato, de cuius renunciationis validitate non dubitabant heredes Aureliæ, ſed replicabant, non comprehendere hunc caſum; & primò dicebant, quòd in renunciatione nòn erant comprehenſa bona fraterna, cùmq; fundus *Peranus* donatus fuerat à Policarpo Mario Tarallo eius filio, prædictæq; Liuiæ fratri, ab anno 1585. erat effectus ipſius Marij, per quem ex clauſulis
30 *conſtituti* poſſidebatur, ex *Bart. in l. interdùm*, per illum *text. ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent.* 1. *caſu* 89. *nu.* 14.
31 ſic etiam per clauſulam *reſeruationis vſusfructus vita durante*, ad *text. in l. ſi quis argentum, § penul. C. de donat. & l. quiſquis, C. eod.* & ſic ad hæredes, & creditores matris, & non ad Liuiam, & ſucceſſiuè ad Aureliam fundus prædictus ſpectabat; verùm huic motiuo replicabatur, quòd quàmuis dominium, & poſſeſſio prædicti fundi eſſet ipſius Marij; attamen Liuia, & ſucceſſiuè Aurelia non ſuccedebat in dicto fundo ex diſpoſitione Marii, quia eo abſquè liberis decedente, erat eidem Liuiæ donatus, & clauſulæ prædictæ *conſtituti, & reſeruationis vſusfructus* per mortem Marij extinguebatur,
32 neque ad eius hæredes poterant tranſmitti, quia deficiente conditione, deficit donatio, *l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* & ideò nihil intererat reſpectu huius fundi renunciatio in bonis fratris, dùm in eius hæreditate non remanſit.

Secundò dicebatur, quòd in capitulis matrimonialibus fuerat renunciatio promiſſa quoad bona deuoluenda ab inteſtato tantùm, & ad deuoluta ex cauſa vltimæ voluntatis, vel donationis cauſa mortis, & nulla fuit facta mentio de contractibus inter viuos, & licèt in contractu renunciationis poſteà fuit extenſa renunciatio, etiam ad contractus inter viuos, tamen hoc præſumitur ex errore Notarij, cùm fuerit extenſa vltrà promiſſa in capitulis matrimonialibus, cum quibus in principio inſtrumenti renunciationis dixerunt partes, ſe velle conformes
33 reddere, actus enim præſumitur geſtus in exequutionem præcedentis tractatus, *l. 3. §. verùm, ff. de manum. vindict. Surd. conſ.* 202. *num.* 17. & cùm alitèr reperiatur extenſa re-
34 nunciatio, quàm fuerit promiſſum, & conuentum, præſumitur ex errore, *Bart. in l. Titia, §. idem reſpondet, ff. de verb. obligat.* vbi *Imol. num. 2. verſ. tu potes dicere*, vbi habe-
35 tur, quòd per actum ſubſequentem, etiam ex interuallo non præſumitur receſſum à conuentione præcedenti, etiam ſi adſit forma diuerſa, præcipuè quandò actus ſequens fit in exequutionem primi, ad cuius confirmationem pòderabantur etiam illa verba poſita in principio contractus renunciationis, *non alitèr, nec alio modo*, quaſi quòd nolue-
36 rit Liuia renunciare, niſi prout erat promiſſa renunciatio, clauſula enim illa, *non alitèr* eſt limitatiua, & reſolutionem inducit, *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 76. num. 7.* cum *ſeqq. Surd. d. conſ. 202. num. 19.* & omnia alia
37 cenſentur addita per Notarium, præter intentionem renunciantis, quę tantùm voluit, promiſſa obſeruare, & non alitèr, *Barbat.* inter *conſ. Curt. conſ.* 47.

Sed prædictis etiam replicabatur, quòd potiùs erat præſumendum, in capitulis matrimonialibus ex errore non fuiſſe appoſita verba illa, etiam ex contractu inter viuos, cùm ex communi vſu renunciandi in capitulis matrimonialibus ſemper apponi ſo-
38 leant, & quæ cõmunitèr, & de ſtylo apponi conſueuerunt, cenſentur appoſita, & ex errore fuiſſe omiſſa, *Menoch. præſumpt. 3. nu. 36. lib.* 5. & propterea renunciatio rectè fuit ex-
39 tenſa, nec eſt diſputandũ de volũtate, quandò eſt expreſſa in contractu, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* verùm ſtylum prædictum, cùm ſit facti, probari debuiſſe, replicabant actores, vt per *Menoch. conſ.* 464. *num.* 27. & nedùm de vno Notario, ſed etiam commune aliorum, *Dec. conſ. 11. nu. 12.* idem *Menoch. conſ. 996. n.* 31.

Tertiò dicebatur, in renũciatione, quamuis generali non cenſeri renunciatum fideicommiſſo conditionali, maximè quandò de dicto fideicommiſſo non præceſſit certificatio; debebat enim certificari ſpecificè renuncians, & maximè puella de dicta dona-
40 tione, ſiuè fideicommiſſo conditionali, per *text.* apertum in *l. de his*, vbi omnes ferè *DD. ff. de tranſact.* quod ſatis doctè, & diffusè exornat nouiſſimè *Sforz. Odd* alios referens in repetitione *l. qui Romæ, §. duo fratres*, impreſſa poſt *tract. de fideicomm. q.* 4. præſertim quandò tempore celebrati contractus fideicommiſſi ipſa non fuit præſens, vt tradit idem *Sforz. Odd. quæſt. 3. num.* 87. & 88.
41 non enim præſumitur quis velle renunciare fideicommiſſo, de quo notitiam non habebat, vt fundat idem *Oddus in d. repetitione, quæſt. 2. art.* 5. ex diſpoſitione *text. in d. l. de his, & num.* 55. ampliat, etiam in fideicom-
42 miſſis iam purificatis, etiam quòd eſſet facta mentio de fideicommiſſo in genere, li-
43 cèt non in ſpecie, & etiam ſi adeſſent verba importantia iura de futuro, & de nouo ſuperuenientia, vt fundat *num.* 61. cum pluribus *ſeqq.* & ſimilitèr, ſi adeſſet iuramẽtum,
44 quia cùm non fuerit certificata, deficit conſenſus, quo caſu non obeſt iuramentum, im-

mò

Digitized by Google

mò, quòd non poſſit cum iuramento renun-
45 ciari diſpoſitioni *text. in d. l. de his*, quia eſt facta ob publicam vtilitatem, latè probat *Oddus* loco citato, *quæſt. 4. art. 5. num. 43. & art. 6. & 7. per tot. & art. 14.* vbi etiam loquitur de renunciationibus, quæ fiunt à
46 puellis in manibus parentum tempore contracti matrimonij, & aſſerit, faciliùs id procedere in dictis renunciationibus, propter patris metum reuerentialem, qui in illis interuenire ſolet, ità, vt abſquè aliqua notitia, & certificatione iurium eis competentium, renuncient, & licèt *gloſ. in d. l. de his* teneat,
47 quòd diſpoſitio illius *text.* procedat in vltimis voluntatibus, quæ pierùnq; à renunciantibus ignorantur, attamen contra eam tenet *Alberic. in d. l. de his, num. 2.* quandò
48 eadem viget ratio, ſicuti in caſu, de quo agitur, in quo donatio erat facta ipſi Liuiæ abſenti, & quòd diſpoſitio *text.* prædicti procedat, etiam in fideicommiſſis, in contractibus relictis, poſt *Franc. Marc. in dec. 245.* tenet idem *Sforz. Oddus d. quæſt. 4. art. 9. num. 98. verſ. ſed quid*, & idem etiam tenet *Iſern. in cap. contra omnes, hic finitur lex, & Oddus quæſt. 4. art. 16. num. 174.* & licèt *Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 9. nu. 13.* ex *text. in l. ſub prætextu 29. C. de tranſaction.* teneat, quòd
49 ſufficiat, in genere fuiſſe renunciantem certioratam, quamuis non in ſpecie; attamen contra eum eſt magis communis opinio, & eius opinioni obſtat expreſſus *text. in d. l. de his.*

Et demùm dicebatur per hæredes Aureliæ, quòd quatenus opinio *Gallerati* militaret, non poterat habere locum in caſu præſenti, nàm renunciatio non poteſt includere
50 bona donata ipſimet Liuiæ renuncianti à Policarpo patre, ſatis enim inuerſimile eſt, vt eadem bona, quæ pater ipſi ſpecificè donauerat, per generalem filiæ renunciationem cenſeantur patri retroceſſa, & donata, ſed neceſſe erat, quòd ſpecialis etiam fieret retroceſſio, & donatio, *Bald. in conſ. 54. lib. 1. Dec. in conſ. 195. volum. 2. verſ. ſed tamen, Menoch. in conſ. 307. num. 30. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 37. num. 20.* & vnus ex Dominis
51 ponderauit *text.* punctualem in *l. Paulo Callimaco 27. §. Pompeius, ff. de leg. 3.* vbi ponitur caſus, quòd pater in ſuo teſtamento inſtituit filium in nouem vncijs eius hæreditatis, & in reliquis tribus vncijs inſtituit filiam fœminam, & cuilibet ipſorum legauit certa prædia, deindè reſpectu alterius prædij fecit fideicommiſſum, quòd ſi filius maſculus decederet abſquè liberis, fundus hæreditarius perueniret ad dictam eius filiam fœminam; fecit poſteà codicillos, in quibus prædictæ filiæ fœminæ certa prædia legando, voluit, vt eſſet contenta dictis prædijs pro omni hæreditate, & his, quæ in teſtamẽto eidem reliquerat; quærebatur, an per dictum legatum factum in codicillis pro omni eo, quod in teſtamento relictum erat, cẽſerentur ademptæ, non ſolùm tres vnciæ, & prælegatum eidem factum, ſed etiam prædium relictum, ſub conditione, *ſi frater maſculus abſquè filijs decederet*; & concluditur, humaniùs interpretari, ea ſola, quæ viuente fratre acceptura erat, adempta videri, non etiam, quæ poſt mortem eius reliquerat, ſi ſine liberis decederet, & ità fuit per *Paulum Iureconſultum* pronunciatum, qui videtur propriè caſus noſter, quamuis enim pater poſt donationem receperit renũciationem, quantùmuis generalem, non debet extendi ad ea, quæ ipſi filiæ peruentura erant poſt mortem Marij Tarallo fratris, abſquè liberis decedẽtis, & *gloſ.* dat rationẽ ex enixo, & ardenti deſiderio parentum, trãſmittendarum ad liberos facultatum, argumento *C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. generalitèr, §. cùm autem*, & quamuis *gloſ.* prædicta reſpondendo
52 ad *text. in l. qui Romæ, §. fin. ff. de verbor. obligat.* quæ videtur poſſe in contrarium afferri, vbi duo fratres diuidentes bona hæreditaria promiſerunt, prædictæ diuiſioni non contrauenire, etiam ratione fideicommiſſi futuri; tamen tribus modis reſpondet. Primò, quòd ibi de rigore, hìc de æquitate. Secundò, hìc benignior fit interpretatio inter filios, quàm inter fratres. Tertiò, aliud in contractu, vt ibi, aliud in vltima voluntate, vt hìc, ſecundùm quam tertiam reſponſionem non militaret hæc diſpoſitio in caſu præſenti, in quo ſumus in contractibus, licèt prædicta tertia reſponſio non ſit approbata, & præſertim, quandò eadem viget ratio in contractu, quæ in vltima voluntate, vt dixit *Alberic. in d. l. Paulo Callimaco*, & dicta diſtinctio eſt impugnata à *Bart. ibidem*, de cuius *legis* intellectu plenè per *DD. in d. l. qui Roma, §. duo fratres*, & præcipuè per *Iaſonem, num. 30. & 48.* hinc ex *text. in d. l. Paulo Callimaco, §. Pompeius*, deſumitur regula,
53 quòd in ademptione generali non cenſetur ademptum fideicommiſſum conditionale, vt per *Roman. in ſing. 585.* qui hunc *text.* ſingularem vocat.

Et ideò plenè diſcuſſo articulo ad relatio-
54 nem Reg. Conſil. Andreæ Prouenzalis, legũ ſcientia præſtantiſſimi, ac omni virtutum genere ornatiſſimi, fuit per S. C. deciſum in beneficium Heredum Aureliæ Saracenæ, de menſe Nouembris 1633. penès Iacobum Figliolam Act. Mag. S. R. C.

§§§§§§§§



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## In Deciſione II.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum, ſiuè ſubſtitutio euaneſcit, ſubſtituto decedente antè euentum conditionis, etiam ſi ſubſtitutus ſit ex deſcendentibus teſtatoris, num. 2. ſi tamen ſit factum in contractu, transmittitur ad hæredes antè euentum conditionis, num. 3. & 4. eo, quòd in contractu fieri poteſt, d. num. 3.*

5 *Renunciatio vbi reperitur extenſa per Notarium vltrà promiſſa, & conuenta, ex errore præſumitur.*

6 *Renunciatio promiſſa per vxorem, vel virum, eius nomine in ampla forma, & ad conſilium Sapientis in capitulis matrimonialibus, eſt extendenda quoàd bona paterna, materna, fraterna, zierna, & alia, & rationes adducuntur num. 7. 8. 9. 10. & 11. & ità deciſum domi per* D. Conſil. de Piccolellis, *num. 14 fallit, ſi partes intellexiſſent ſolummodò de renunciatione legitimæ, eiuſq; ſupplementi ex verbis promiſſionis de renunciatione facienda, n. 12. & ità deciſum per S. C. n. 15. ratio adducitur n. 16. & n. 21.*

13 *Stylus Notarij probari debet.*

17 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi expreſſa, & bonorum paternorum, vel maternorum non extenditur ad bona fraterna, n. 18.*

*Tranſactio ad incogitata non extenditur, ſub d. nu. 18.*

19 *Hæreditas paterna, vel materna differt ab hæreditate fraterna.*

*Filia, quæ renunciauit hæreditatem paternam, poteſt ſuccedere in hæreditate fraterna, ibid.*

20 *Sapiens non addit in facto, à partibus non conuenta, nec expreſſa, ſed tantùm in iure, vt contractus cautior reddatur.*

22 *Renunciari nō poteſt* l. de his, ff. de tranſact. *& quarè, nu. 23.*

24 *Scientia ſpecialis, ac indiuidua contrahentium in teſtamento requiritur, vt renunciari poſſit fideicommiſſum in eo appoſitum.*

25 *Fideicommiſſum an cenſeatur renunciatum per diuiſionem, famoſa, ac celebris eſt quæſtio, omnes tamen conueniunt, vt per ſimplicem diuiſionem non cenſeatur renunciatum fideicommiſſum, niſi ex verbis diuiſionis alitèr conſtet, & proindè ſunt conſideranda verba, ac clauſula inſtrumenti diuiſionis, n. 26.*

27 *Clauſula,* ità quòd bona diuiſa tranſeant in perpetuum in dominio, & poſſeſſione *facit, vt fideicommiſſum, data illius ſcientia ſit renunciatum, de ratione, num. 28. item clauſula* ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum, *nu. 29. ſic etiam, vbi eſt data poteſtas alienandi, num. 30. maximè ſi ſit data hæredibus, nu. 31. item, quandò fuit promiſſa euictio, nu. 32. & quandò adeſt pactum de non contrauueniendo, n. 33.*

1 Fideicommiſſum, ſiuè ſubſtitutio euaneſcit, ſi ſubſtitutus decedat antè conditionis euentum, ex iuribus citatis per Dominum meum *nu. 1.* & Nos *DD.* cumulauimus in *deciſ. 1. num. 1.* & nunc etiam addo *Frāc. Steph. dec. Aquenſ. 39. num. 29. & dec. 51. num. 4. Bardellon. conſ. 106. num. 44. lib. 2.* & latiùs *Farinac. in repertor. vltim. volunt. quæſt. 18. num. 3.* nouiſſimè infinitos alios citat *D. Praſ. Merlin. cent. 2. controu. forenſ. cap. 1. num. 1.* qui *nu. 3.*
2 ampliat, etiam ſi aliquis ex deſcendentibus teſtatoris ſit ſubſtitutus, quod etiam voluit *Farinac. vbi ſuprà, num. 4.* tranſmittitur autem fideicommiſſum, ſiuè ſubſtitutio fa-
3 cta in contractu antè euentum conditionis ad hæredes, vt concluſum refert per S. C. conſ. *D.* meus *num. 9.* & comprobat vſque ad *nu. 28.* eo, quòd in contractu fieri poteſt, vt annuit *num. 2.* & latiſſimè comprobat *D. Franciſcus Maria Pratus* laborioſiſſimus, ac perdoctus Aduocatus *obſeru. 80. per tot.* vbi *D.* meum citat, & bis iudicatum etiam refert *num. 10. & 11. cent. 1. pract. obſeruat.* quod etiam admittit doctiſſimus, ac copioſiſſimus *D. Marius Cutell. in tract. de donat. contempl. matrim. lib. 2. tract. 2. diſcur. 1. ſuper. 37. num. 1.* vbi agit, ſi donatio tranſmittatur
4 per filios, & ſubſequentes donatarios antè agnitam hæreditatem in hæredes ſuos, vel extraneos, vel potiùs accreſcat condonatario, vel redeat ad donantis hæredes, & poſt longam diſcuſſionem circà intellectum *§. ex conditionali, Inſtit. de verbor. obligat.* de quo etiam *D.* meus à *num. 6.* per tot. 27. & concludit, quòd tranſmiſſio fiat in filios vocati in donatione, non obſtante patris præmorientia, vt *nu. 5.* & ſub *num. 6.* dicit, ità ſe obtinuiſſe, & etiam habetur ex eius *dec. 25. n. 9.*

Et ex traditis per *D.* meum *num. 34.* ha-
5 betur illa concluſio, quòd ſi renunciatio reperiatur extenſa per Notarium, alitèr, quàm fuerat promiſſum, & conuentum, præſumatur ex errore, hinc obſerua, quòd ſi dicta renun-
6 ciatio fuerit promiſſa in capitulis matrimonialibus per mulierem, vel per eius virum, nomine illius in ampla forma, & ad conſilium Sapientis, an ſit extendenda, quoàd bona paterna, materna, fraterna, zierna, & alia in ampla forma, iuxtà ſtylum obſeruari ſolitum per Notarium, qui capitula ſtipulauit, & videtur dicendum, quòd ſit extendenda,

da,

Digitized by Google

da,iuxtà ſtylum prædicti Notarij.

7 Primò,nàm fuit promiſſum,fieri *in ampla forma ad conſilium ſapientis*, ex traditis per *Grat.dict.88.in tract.de dictio. Anton.Theſſ.* multis nominibus cõmendandum, ob eius ſingularem doctrinam *dec.58.num.7.* ac per
8 eruditiſſimum *Surdum dec.223.* cùm Notarius cogi poſſit extendere capitula ſecundùm eius ſtylum,*Grat.vbi ſuprà*,qui allegat *Bald.conſ.309.lib.5.*

9 Secundò,quia renunciatio *in ampla forma*,intelligitur illa propria,quæ tàm de conſuetudine Regionis,quàm de ſtylo vniformi fieri conſueuit, ad tradita per præſtantiſſimum I.C.*Franc.Viuium Aquilan.dec.508. nu.25.& 26.*

10 Tertiò,clauſula illa *ad conſilium ſapientis* eſt tantæ potentiæ,vt Sapientes poſſint apponere ea,quæ ſunt de conſuetudine,quàmuis non ſint de natura contractus, vt poſt *Oldrad.conſ.139.nu.13. verſ.& quod etiam, Honded.conſ.44.nu.17.lib.2.Mantic.* videndus *de tacit.& ambig.lib.2.tit.5.nu.4. verſ. ſecundò etiam intelligitur.*

11 Quartò, quia alias renunciatio eſſet fruſtratoria, dùm filia dotata de paragio eſt excluſa à ſucceſſione paterna,fauore maſculorum,iuxtà *Conſtit.Regni In aliquibus*, vt conſiderat *Pariſ.conſ.68. lib.1.*

Hic caſus accidit diſputandus in S.C. inter hæredes quondam Lucæ Baſilici, & Blaſium Colucciam virum Brigidæ Baſilicæ, promiſerat namq; dictus Blaſius in capitulis matrimonialibus, inhitis cum dicto Luca, patre dictæ Brigidæ,curare,quòd eadẽ Brigi-
12 da eius futura vxor renunciare habuiſſet *in ampla forma, ad conſilium ſapientis, alla legitima,ſupplemento de legitima,paraggio, & ſupplemento di quello,& à qualſiuoglia altra legge,& attione, che le competeſſe à beneficio di detto Luca,& di ſuoi figli nati, & naſcituri*; quarè prædicta Brigida volebat renunciare bona paterna tantùm,& è contrà Prudentia Ciampolillo mater, ac tutrix hæredum dicti Lucæ petebat, renunciationem fieri *in ampla forma*, proùt promiſerat *ad conſilium Sapientis*, & ſecundùm ſtylum
13 eiuſdem Notarij,qui quidèm ſtylus cùm probari debuiſſet,iuxtà tradita per *D.Marchionem* ſub *num.39.*tamen de dicto ſtylo in proceſſu apparebat per alias renunciationes factas de omnibus bonis paternis, ma-
14 ternis,fraternis, ziernis,&c. propterea auditis partibus per *D. Conſiliar.de Piccolellis*
✱ fuit domi ordinatum ſub die 15. Ianuarij 1625.quòd renunciatio fieret,& extenderetur per Notarium, qui capitula ſtipulauerat in ampla forma,iuxtà ſtylum eiuſdem Notarij,à quo decreto interpoſita appellatione
15 per dictum Blaſium,& facto verbo de menſe Martij 1627.per S.C. fuit contrarium déciſum,fuit enim ordinatum,quòd renunciatio fiat reſpectu legitimæ ſupplementum tantùm,& omnium iurium competentium tempore contracti matrimonij, *in ampliſſima forma*,& non alitèr,nec alio modo,vt ex actis in Banca de Martino.

16 Quæ quidem deciſio S.C.fundatur in illis verbis *alla legitima,& ſupplemento di legitima,paraggio,& ſupplemento di quello, & ad ogni altra raggione,che le compete*, & ſic contrahentes cogitauerunt ſolummodò de ſupplemento legitimæ,& paragij, ac aliorum iurium,tunc competentium, non autem bonorum futurorum ex alienis hæreditatibus;
17 renunciatio enim eſt ſtricti iuris,& in ea non veniunt, niſi expreſſa, vt poſt alios fundat *Surd.dec.2.n.16.*vt etiam de tranſactione loquens,edocet *D.Franc.Maria Prat.*Aduocatus primarius *obſer.35.*ideòq; renunciatio
18 bonorum paternorũ,vel maternorũ nõ extenditur ad bona fraterna, *Guid. Papa conſ.15.*ex *Bart.in l.2.§.illud,ff.de hæred.vel act.*
19 *vend.* alia enim eſt hæreditas paterna, vel materna, alia fraterna,& propterea filia,quæ renunciauit hæreditatem paternam,non excluditur ab hæreditate fraterna, vt deciſum refert *Guid.Pap.dec.231.*vbi omnes *Addentes*, & quamuis fuerit dictum, quòd exten-
20 deretur *ad conſilium ſapientis*, tamen Sapiens non addit in facto,à partibus non conuenta,nec expreſſa,ſed tantùm addit in iure, vt cautior contractus reddatur, vt per *gloſ.* ſingularem in *l.ſi mandato Titij,§ fi.ff.mandat.Oldrad.d.conſ.139.in fine*, cum alijs adductis per *D.Camill.de Medic.* qui fuit ſua tempeſtate diligentiſſimus veritatis,in oc-
21 culto latentis inueſtigator, ac propagator acerrimus *conſ.144.num.40.*& ſic decretum domi latum per *D. de Piccolellis* procedit iuxtà per Nos adducta *n 8.9.10.&11.* quæ limitantur in caſu propoſito,*n.17.*

22 Renunciari minimè poteſt diſpoſitioni *text.in l.de his,ff.de tranſact.* cùm ſit facta ob publicam vtilitatem, vt innuit *D.*meus *num.45.*quod comprobat *D.Merlinus*,alios adducens *cap.61.num.10.centur.2.controu. forenſ.*ex ratione adducta *num.11.* nàm pu-
23 blicus in ea verſatur fauor, vt deficientium voluntates exequutioni demandentur, *l.vel negare, ff. quemadm. teſtam. aperiant.* vel ob aliam rationem,quam *ibid.* addit, cùm ſit inducta in odium occultantium teſtamenta,licèt ipſe teneat,maiorem rationem illam eſſe,quæ deſumitur ex *lege Regia 1.tit. 2.part.6.* quia ſcilicèt non dùm viſis tabulis teſtamenti ſolet veritas ignorari,ideòq; facilè tranſigentes decipiuntur, vt tradit *nu.13.*
24 quarè ſpecialis,ac indiuidua ſcientia requiritur cõtẽtorũ in teſtamẽto,nã nec generalis ſufficit,vt probat *D.*meus *nu.39.*& latè proſequitur *D.Merlin.ibid.à n.15.per tot.n.27.*



25 Sed

Digitized by Google

25 Sed an per diuiſionem cenſeatur renun-
ciatum fideicommiſſum, ad intellectum
*l. qui Roma* 122. §. *duo fratres, ff. de verb. ob-
ligat.* quam adducit *D.* meus *num.* 52. dic.
quòd quæſtio eſt famoſa, & celebris, nàm
*DD.* variè loquuti ſunt, vt per *Cuiac. ibi*, &
per grauiſſimum C*onnanum lib. 6. comment.
iur. ciuil. cap.* 3. *num.* 1. omnes tamen con-
ueniunt, vt aduertit F*achin. lib.* 5. *controuer.*
26 *iur. cap.* 20. vt per ſimplicem diuiſionem
non cenſeatur renunciatum fideicommiſ-
ſum niſi verba, ac promiſſio, diuiſioni adie-
cta, tàm generalibus verbis concepta ſit, vt
reſtringi, ſalua ratione recti ſermonis, ne-
queat ad ſolam diuiſionem, nàm ſi verba
adeò generalia ſint, vt contrà manifeſtam
calumniam reſtringi non poſſint, verbis ipſis
ſtandum ſit, *l. ſub pretextu ſpecierum*, *C. de
tranſact.* vndè ponderanda ſunt verba, &
clauſulæ inſtrumenti diuiſionis, quæ vt plu-
rimum infraſcriptæ eſſe ſolent, ex quibus
data ſcientia fideicommiſſi, renunciatum
illud cenſetur.

27 Prima eſt clauſula, *ità quòd bona diuiſa
in perpetuum tranſeant in dominium, &
poſſeſſionem eorum hæredum*, vt poſt alios
probat *Gabriel. lib.* 4. *commun. concluſ. tit. de
fideicomm. concluſ.* 1. *num.* 21. *Merquech. de
diuiſ. bon. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 7. *Menoch. conſ.*
323. *num.* 15. *volum.* 4. nàm ſi fideicommiſ-
28 ſum extaret, non poterant bona fideicom-
miſſo ſubiecta deuolui ad eorum hæredes,
nàm alienari prohibentur in contractu, & in
vltima voluntate, *l. peto*, §. *prædiũ, ff. de leg.* 2.

29 Secunda eſt clauſula *ad habendum, tenen-
dum, & quicquid placuerit faciendum*, vt
eſt communis opinio, de qua *Menoch. de
præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 115. *num.* 65. *Pe-
tra de fideicomm. quæſt.* 14. *num.* 71. *Peregr.*
in ſimili *tract. art.* 52. *n.* 41. *Barz. dec.* 96. *n.* 4.
F*uſar.* qui omnes citat *quæſt.* 593. *num.* 11.
30 *de fideicomm. ſubſtit.* & vbi eſt data poteſtas
alienandi, nec etiam cadit difficultas, vt fi-
deicommiſſum renunciatum cenſeatur. *Ca-
cheran. dec.* 164. *Caualc. dec.* 36. *num.* 7. *par.* 1.
vbi de communi opinione teſtatur, *Magon.
dec. Florent.* 92. *num.* 4. *Barz. d. dec.* 96. vbi *in
fine* ſic iudicatum refert, F*uſar.* qui longa
ſerie alios adducit *d. quæſt.* 593. *num.* 21.
31 maximè ſi poteſtas alienandi ſit data hære-
dibus diuidentium, *Menoch. conſ.* 323. *n.* 15.
& *d. præſumpt.* 115. *nu.* 66. *Pret. de interpret.
vltim. volunt. fol.* 372.

32 Tertia clauſula oritur ex *promiſſione
euictionis bonorum diuiſorum*; ad tradita
per F*uſar. d. q.* 593. *n.* 61. *Cacher. dec.* 112. *nu.*
17. *Caualc. d. dec.* 36. *n.* 10.

33 Quarta clauſula eſt *pactum de non cõtra-
ueniendo*, quę ex *d.* §. *duo fratres* deſumitur,
*Ruin. conſ.* 119. *n.* 21. *& conſ.* 123. *n.* 14. *lib.* 2.
*Handed. conſ.* 33. *n.* 25. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Nùm donatio cenſeatur facta iuxtà iuris diſpoſitionem, vel ſtatuti.

Et an legitimatus per Principis reſcriptum, excludat ſubſtitutum.

Et nùnquid renunciatio matris noceat filijs.

Et an filia ſubingrediatur locum, & ſexum patris, ad excludendam amitam, ſtante *Conſuetudine Neapol.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Appellatione filiorum de iure communi ve-
niunt fœminæ.*
*Et quid de iure* Conſtit. Regni, *n.* 2.
3 *Donatio in dubio an intelligatur facta
iuxtà diſpoſitionem iuris communis, vel
potiùs Statutarij, varia recẽſentur opinio-
nes, & n.* 5. 6. *&* 9.
4 *Teſtator præſumitur ſe conformare cum
diſpoſitione iuris ſtatuti, & nu.* 9.
*Licèt contrarium voluerint aliqui, n.* 6.
7 *Iudex in dubio leges Romanas attendere
debet.*
8 *Ius ſi intèr contrahentes nominetur, de iure
communi Romano intelligi debet.*
10 *Stante ſtatuto excluſiuo fœminarum, extã-
tibus maſculis, fœmina conditionem fidei-
commiſſi,* ſi ſine liberis deceſſerit, *non facit
deficere, & nu.* 13.
*Intellige in vltimis voluntatibus, & non in
contractibus, nu.* 11.
*Sed contrarium verius, n.* 12.
*Declara, vbi fœminæ in totum non eſſent ex-
cluſæ, n.* 14.
*Vel vbi in verbo* filijs *eſſet appoſitum verbũ*
hæredibus, *nu.* 16.
15 *Voluntas, quæ ex actu deducitur, non poteſt
extendi vltrà id, quòd de neceſſitate infer-
tur ex actu prædicto.*
17 *Appellatione filiorum non veniunt legitima-
ti per reſcriptum Principis in Terris Ec-
cleſiæ, ex* Bulla Pij Papæ IV. *Sic etiam in
Dominio Veneto.*
*Intellige cum diſtinctione, nu.* 21.
18 *Legitimati per reſcriptum Principis an fa-
ciant deficere fideicommiſſum, nonnullæ
recenſentur opiniones, & n.* 19. 20. 21. *vbi
di-*

Digitized by Google

*diſtinctio, ſi antè, vel poſt fideicommiſſum facta ſit legitimatio, & nu. 22.*

23 *Principum reſcripta interpretari, & concedi debent, dummodò alijs præiudicium, & detrimentum non afferant.*

24 Bulla Pij IV. *circà reuocationes legitimatorum, & facultatis legitimandi in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo habere debet locum, etiam in Terris Imperij.*

25 *Appellatione filiorum legitimè natorum, vel ex legitimo matrimonio procreatorum non veniunt legitimati per reſcriptum Principis, ad excluſionem ſubſtituti.*

26 *Filia renuncians poteſt patri ab inteſtato ſuccedere, ſed contrarium, n. 30.*

27 *Filia ob renunciationem patri factam, accepta dote eſt excluſa ab illius ſucceſſione, vbi teſtator condito teſtamento deceſſiſſet, etſi extraneus ſit inſtitutus & maſculi, quorum contemplatione facta ſit renunciatio, præmortui ſint.*

*Amplia, etiam ſi perſonalis eſſet renunciatio, num. 28.*

29 *Promiſſio de renunciando, interueniente iuramento, pro renunciatione habetur.*

31 *Vulgaris ſubſtitutio per aditionem hæreditatis euaneſcit.*

32 *Filij cum qualitate hæreditaria dicuntur vocati, vbi in conditione fieret mentio de filijs, & hæredibus.*

33 *Hæredes debent habere ratum factum defuncti.*

34 *Reciproca ſubſtitutio vbi non adeſt, intelligitur fideicommiſſaria.*

35 *Filij, ceſſante reciproca ſubſtitutione non ſunt vocati, niſi ad portionem matris ſuæ.*

36 *Deciſio articuli adducitur.*

# Deciſio III.

DOnauerat Ioannes Bernardinus de Bonohomine Lancellotto eius filio contemplatione matrimonij contracti cum Aloyſia de Conſtantio, de Ciuitate Puteolorum pro ſe, & filijs naſcituris legitimis, & naturalibus, ex eodem matrimonio procreandis, eorumquè hæredibus, & ſucceſſoribus, & in eorum defectum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunquè quoddam Territorium modiorum duodecim, nominatum *Luciano*, cum domo in eadem Ciuitate, pacto expreſſo, quòd dictus Lancellottus donatarius non poſſet bona prædicta donata aliquo modo alienare; Et quàmuis ex prædicto matrimonio plures eſſent nati filij, tñ ſtante morte maſculorum, abſquè filijs legitimis, & naturalibus, remanſit ſuperſtes Victoria, quæ cùm fuiſſet in anno 1595. nuptui tradita Nicolao Ruſſo, fuit dotata ab eodem Ioanne Bernardino donante eius auo, & ab Aloyſia de Conſtantio matre, ex quo matrimonio orti fuerunt Hieronymus, & Ianuarius Ruſſo, qui quidẽ fratres inſtituerunt in S.C. contra Andream Carreſe, & Bartholomæum de Bonohomine iudicium reiuendicationis prædicti Territorij, & domus donatæ Lancellotto eius auo paterno.

Pro cuius cauſæ deciſione quatuor veniebant decidendi articuli, & Primò, vtrum Victoria mater actorum ſit vocata, & contemplata in dicta donatione facta à q. Ioan. Bernardino eius auo.

Secundò, dato, quòd eſſet vocata, an excludatur per Bartholomæum de Bonohomine, filium maſculum naturalem dicti Lancellotti, ſed legitimatum per reſcriptum Principis, etiam quoad ſucceſſionem.

Tertiò, vtrum prædictis fratribus de Ruſſo obſtet renunciatio facta per Victoriam eorum matrem tempore, quo fuit maritata, & dotata.

Quartò, vtrum ſtantibus prædictis, poſſint Victoria, & per conſequens eius hæredes reuocare alienationem factam à Iacobo de Bonohomine, filio maſculo legitimo, & naturali dicti Lancelloti donatarij.

Quoad primum articulum non dubita-
1 uimus, quòd appellatione filiorum veniant etiam fœminæ, & hoc probat *text. in l. iuſta, & l. non eſt, & l. quiſquis ff. de verb. ſignific.* Sed dicebatur, hoc eſſe de iure communi, verùm in hoc Regno per *Conſtitutionem*
2 *Regni In aliquibus* diſponitur, fœminas non ſuccedere, ſtantibus maſculis; cùmq; prædicta Victoria erat iàm dotata de paragio, & maritata, erat excluſa à ſucceſſione.

Et ſic neceſſariò veniebat diſcutiendus
3 articulus, an donatio intelligatur facta ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, vel ſtatutarij, in quo articulo *Anchar. conſ.* 120. *num.* 3. ex *l. ſi ità ſcriptum, ff. de leg.* 2. tenuit opinionem, ſtante ſtatuto, quòd fœminæ non ſuccedant, ſtantibus maſculis, filias non ſuccedere, ſed filios maſculos videri inſtitutos, quam opinionem ſequũtur *Iaſ. in l. tres fratres, ff. de pact. in 6. limit. & Alex. in l. Gallus, §. 1. nu. 10. ff. de lib. & poſth. & l. hæredes mei, §. cũ ità, ff. ad Trebell. Bal. in d. l. tres fratres, Barbat. in l. cũ acutiſſimi, pag. pen. C. de fideicomm. Brun. in tract. ſtantib. maſcul. fœmin. non ſucced. art. 5. quæſt. 12. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 38. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 7. Menoch. lib. 4. præſumpt. 84 num. 3.* & alij, quos longa ſerie recenſet *Fuſar. de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſt.* 311. ſub *num.* 42. Quod ea ra-
4 tione fundatur, quia præſumitur, voluntatem teſtatoris fuiſſe conformem diſpoſitioni ſtatuti, *l. hæredes mei, §. cùm ità, ff. ad Trebell.* vbi

Digitized by Google

vbi *Bart.* & alij, *Farin.dec.Rot.Rom.*508.*n.*8. *Menoch.conſ.*95.*nu.*93.late *Peregr.de fideic. art.*25.*n.*50.*& conſ.*44.*n.*13.*lib.*1.

5 Secunda fuit opinio *Socin.in d.l.Gallus.*§.1.*num.*4.qui *Ancharan.* intelligit, fœminas excludi ſtantibus maſculis, ſed illis non exiſtentibus fœminam eſſe incluſam, quæ opinio fundatur ex *Bald.in l.maximum vitium, colum.*4.*C.de lib.prater.* & in *l. in ſubſtitutione,ff.de vulg.& pupil.*& hanc opinionem ſequuntur *Decius*,& alij allegati ab eodem *Fuſar.in d.q.*311.*n.*45.

6 Tertia opinio fuit *Pilei* gloſſatoris, relati à *Socin.conſ.*73.*volum.*4.qui tenuit, teſtatorem præſumi, ſe voluiſſe conſormare cum diſpoſitione iuris communis, & non ſtatutarij, & eam ſequuntur *Bald.in l. quicunquè, num.*12.*C.de ſeru.fugit.Ioan.Andr. ad Specul.in §.excipitur,verſ.item quòd corruptus, in addit.* quæ incipit *Guid.in tit. de arbitr. Ant.Capyc.in* Conſuet.*Si moriatur,in prima addit.fol.*69.quæ opinio fundatur in *l. rem non nouam,C.de iudic.*vbi habetur, Iudices
7 in dubio debere leges Romanas attendere, & in *§.ſed ius quidèm, Inſtit.de iur.natur. gent.& ciuil.* vbi ſi inter contrahentes no-
8 minetur ius, debet intelligi, de iure communi Romano, quod etiam ſuadetur ex *d.l.maximum vitium,C.de liber.prater.* ibi *nè videamur eſſe natura accuſatores.*

9 Verùm, primam opinionem eſſe communitèr receptam, relatis opinionibus dicit *Peregrin. dict. art.*25.*num.*53.vbi, quòd prior recepta opinio tenenda eſt, vt teſtatorum, & hominum diſpoſitiones, ad mentem iuris ſui municipalis redigantur, vt dixit *Bart.in d.l.hæredes mei,§.cùm ità,ff.ad trebell.*quem ſequuntur alij in *l.iusiurandi, §. ſi liberi,ff.de oper.libert.Bald.in l.ſi duo,ff.de acquir.hæred.*& hanc eſſe communem opinionem, teſtatur etiam *Iacob. Mandell.de Alba conſ.*19.*Craſſ. in §.fideicommiſſum, quæſt.*12.*num.*3.& ſecundùm hanc opinionem pluriès conſuluiſſe, & obtinuiſſe refert *Fuſar.in d.q.*311.*num.*43.*in fin.*& ità etiam conſuluiſſe in cauſa fideicommiſſi Mauri de Gardanzonis de Gardono, & in cauſa de Salis refert *q.*357.*n.*4.*in fin.*

Sic etiam in ſimili caſu, quòd fœmina non faciat deficere conditionem fideicommiſſi, *ſi ſine liberis deceſſerit*, quandò extaret ſta-
10 tutum prædictum ad excluſionem fœminarum, maſculis extantibus; tenent *Alex.in d.l.hæredes mei,§.cùm ità,num.*10.*ff.ad Trebell.Iaſ.in l.qui filiabus, num.*13.*ff.de leg.*1. *Menoch.conſ.*95.*num.*60.*&* 91.*et conſ.*150. *num.*39.*& conſ.*1202.*num.*11. vbi hanc eſſe magis receptam ſententiam teſtatur, *Oddus Sfor.in tract.de compend.ſubſtit.part.*6.*art.*4.*num.* 6. vbi etiam de communi dicit, *Alex.Trentacinq.de ſubſtit.p.*4.*nu.*12.*verſ. quartus caſus*, vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, *Theſ.dec.*188.*n.*14. *Magon.dec.Lucenſ.*7.*n.*24.*Rot.Roman.in nouiſſ.dec.*790.*par.*1. & alij copiosè, allegati per *Vinc.Fuſar.de fideic.ſubſt.q.*402.*num.*61.cum *ſeqq.*

Nec obſtare videbatur reſponſio, quę prędictis ab Aduocato prædictorum de Ruſſo afferebatur, quòd prædicta procedunt in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſecùs autem in contractibus, in quibus appella-
11 tione filiorum fœminæ continentur, dùm in eis lata ſit interpretatio, *Iaſ.in l.ſi quis id,quod,ff.de iuriſd.omn.iud.colum.*5. *Corn. conſ.*177.*colum.*2.*volum.*4. *& Gabr.* in ſuis *comm.concluſ.de verbor.ſign. concluſ.*6.*nu.*106.ſiquidèm *Iaſ.in d.l.ſi quis id,quod,n.*23.
12 tenet totum contrarium, ſcilicèt, quòd in contractibus appellatione filiorum non veniant fœminæ, & fuit opinio *Guid. de Suzar. in l.veteribus,ff.de pact.*& in *l.quicunquè,C. de ſeru.fugitiu.*& eum ſequuntur etiam *Archid. Imol.* & alij, ab ipſo allegati ſub *num. prædicto,verſ.conclude ergò*, qui dat pro regula, quòd in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, & licèt regulam prædictam limitet quatuor modis, & inter alios, quandò ſumus in contractu donationis, & alijs, ex mera liberalitate procedentibus, attamen eius opinio non eſt tuta, & contrarium tenuit *Corn.in conſ.*199. *col.* 7. *vol.* 2. quod videtur etiam approbare *Gabr.* in *loco* proximè citato, & quòd in fideicommiſſis, in contractibus conſtitutis fœminæ non veniant, communem eſſe opinionem teſtatur *Socin.iun.conſ.*10.*num.*10.*lib.*4.& innumeros cumulat *Peregr.conſ.*23.*num.*11. *lib.*3. qui communiorem opinionem eſſe dicit, & ſic etiam *Gabr.loco* cit.*nu.*93. & alij allegati per *Fuſar.d q.*311.*n.*89.qui refert, in caſu ſibi contingenti ità tenuiſſe.

13 Verùm, attentà prædicta communi opinione, quòd ſtante ſtatuto fœmina non ſit incluſa ſub diſpoſitione, *ſi ſine filijs deceſſerit*, nec faciat deficere conditionem fideicommiſſi, in qua etiam reſidet *Fuſar.dict.q.*402.ſub *num.*64.*in fine*, vbi dicit, quòd nec in iudicando, nequè in conſulendo auderet, à prædicta opinione recedere, nihilominùs recipit aliquas declarationes ab ipſo *Fuſar.* adductas, & primò, quandò fœminæ non
14 ſunt in totum excluſæ, ſed tantùm maſculi eis præferuntur, tunc enim illa coniecturata mens teſtatoris, ſtante ſtatuto non debet extendi vltrà excluſionem, de qua in ſtatuto, quoniam voluntas, quæ ex actu deducitur,
15 non poteſt extendi vltrà id, quod de neceſſitate infertur ex actu prædicto, *Bart. in l.*1. *§.hoc interdicto,ff.de itin. act.priuat. Surd. conſ.*52.*num.*73.*& dec.*84.*num.*9.*in fine*, & propterea loquendo in caſu, in quo filij

eſſent

Digitized by Google

teſſent diſpoſitivè vocati, quandò maſculi nō extant, vel ſi extant, non ſunt ſucceſſibiles, fœminas contineri, ex authoritate *Bald. in d.l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* & ex alijs hoc fundat *Fuſar. d.q.402. num.65.* ſic in propoſito dicebant Actores in caſu prædicto, quòd ex eo, quia dicti fratres ſuccedere non poterant, vti morte præuenti, iudicari debebat, ipſam Victoriam eſſe inclusam in donatione.

16 Dicebatur & ſecundò, quòd quando in verbo *filijs* eſſet appoſitum verbum *hæredibus*, vt ſi dictum ſit, *ſi deceſſerit ſine filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus*, tunc fœmina excluderet ſubſtitutum, non obſtante ſtatuto, *Alex. in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de in ius vocando, Iaſ. in d.l. ſi quis id, quod, colum. 5. & conſ. 155. col. fin. vol. 1. Decius conſ. 32. Gozad. conſ. 20. Ruin. conſ. 178. col. 3. vol. 2. conſ. 43. col. 5. & conſ. 51. col. 5. vol. 3. Gabr. comm. concl. tit. de verb. ſignif. lib. 6. concl. 6. nu. 104.* & hanc opinionem pluribus medijs, & Doctorum authoritatibus comprobat *Bardell. conſ. 81. n. 13. & ſeq.* & eum ſequitur *Fuſar. d.q.402. n.95.*

Quoad ſecundum articulum principalem,
17 ſi eſſemus in ſtatu Eccleſiaſtico, eſſet abſolutum, legitimatos per Principis reſcriptum non venire appellatione filiorum, ex *Bulla Pij Papæ IV.* & ſic etiam in Dominio Veneto, ex eius *Senatuſconſulto* de anno 1567. de quo per *Peregrin. de fideicomm. art. 23. nu. 27. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 8. num. 27.* ſi verò attendi debet ius commu-
18 ne, ſatis famigerata eſt quæſtio, ſi legitimati per reſcriptum Principis, faciant deficere fideicommiſſum, de qua vſquè ad ſaturitatem per *Vinc. Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. quæſt. 408.* per totam, qui omnes ferè ampliationes, & limitationes affert, ac *in fin.* *Bullam Pij IV.* inſerit: Et hæc quæſtio fuit tractata à *Doctoribus in l. Gallus, §. ſi eius, ff. de liber. & poſthum.* vbi *Bald.* tenet, quòd deficiat cōditio fideicommiſſi, licèt dictum ſit, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus*, & dictam opinionem ſequuntur *Aret. Socin. ſen. & Ruin. ibidem, Alber. de Roſat. in l. generalitèr, §. cùm autèm*, vbi etiam *Alex. & Iaſ. C. de inſtit. & ſubſtit.* & alij allegati ab eodem *Fuſar. à num. 1.* vſquè ad *num. 7.*
19 Et licèt contraria opinio habuerit graues Authores, inter quos primus fuit *Riccard. Malhumbr.* relatus ab *Alex. in d.l. generalitèr*, vbi etiam *Salyc. num. 4.* & magis communem opinionem eſſe, teſtatur *Emmanuel Coſta in cap. ſi pater, part. 1. in verbo ſi abſq; liberis, num. 50. de teſtam. in 6.* & alij, tamen
20 prima opinio verè magis communitèr approbatur, & etiam eam amplectitur *Fuſar. in d.q.408.* ſub *n.17.*
21 Vera tamen videtur diſtinctio *Fachin. controu. iur. lib. 4. cap. 55.* quòd aut legitimatio fuit facta Principis reſcripto, ante fideicommiſſum, & tunc niſi contrariæ voluntatis coniecturæ appareant, locum habebit prima opinio, nam legitimati dicuntur verè legitimi, & nihil à legitimis differunt, aut verò legitimatio ſubſequitur diſpoſitionem, & tunc habebit locum ſecunda opinio, ea ratione, quia legitimationes nihil ſubſtituto præiudicare debent, & hoc eſt, quod voluit
22 *Bulla Pij IV.* quæ licèt locum habeat in Terris Pontificis Maximi Dimoni ſubiectis, attamen ex quo fundata eſt in ratione; quia reſcripta Principum interpretari, & concedi
23 debent, dummodò alij iniuriam, detrimentum, & præiudicium non afferant, *l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. nè quid in loco publ. cap. quamuis, de reſcript. in 6.* propterea dicendum eſt, eam *Conſtitutionem*, ea ratione conditam, habere locum generalitèr in omnibus locis, ſatis enim eſt, iudicaſſe Summum Pontificem, non eſſe iuri, nec rationi conſentaneum, legitimatum excludere ſubſtitutum, & ſic *Fachin.* tenet in caſu prædicto, *Conſtitutionem Pij* habere locum etiam in Terris Imperij, ac contrarijs reſpondet.

24 Fuerunt tamen ponderata verba dictæ donationis, nàm *Io. Bernardinus donauit Lancellotto eius filio, tunc præſenti, recipienti, & ſtipulanti, pro ſe, eiuſq; filijs procreandis, & naſcituris, Deo dante, ex dicto matri-*
25 *monio*, quo caſu clara eſt donantis voluntas, non voluiſſe includere legitimatos; quotiès enim teſtator vtitur illis verbis, *legitimè natis, vel legitimo matrimonio procreatis*, clarum eſt, non loquutum fuiſſe de legitimatis per reſcriptum Principis, & ideò in caſu prædicto non excludunt ſubſtitutum, ità *Alex. in d.l. generalitèr, §. cùm autem, num. 2. & ibid. l. acobinum. 4. C. de inſtit. & ſubſtit. & conſ. 172. num. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 80. nu. 10. & 11. & conſ. 103. num. 5. volum. 4.* & in *d.l. Gallus, §. ſi eius, num. 78. in fin. ff. de liber. & poſthum. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primogen. c. 3. n. 31. Sfort. Odd. de compend. ſubſt. 6. par. art. vlt. pag. 209. verſ. tertius caſus eſt*, & alij allegati per *Menoch. præſumpt. 79. lib. 4. nu. 11.* vbi plenè de articulo.

Quoad tertium articulum dicebant Cōuenti, quòd quando prædicta non militarent ipſi Victoriæ, & per conſequens ipſis de Ruſſo, ipſius filijs, & hæredibus obſtabat renunciatio facta per ipſam, tempore, quo fuit nuptui tradita ab eodem Io. Bernardino donante, recepta dote duc. 800. hoc eſt, duc. 500. à dicto Io. Bernardino dotante, reliqui verò ab Aloyſia de Conſtanzo eius matre; quæ renunciatio fuit facta cum ampliſſimis clauſulis, *cum pacto de non petendo, ſiuè non ſuccedendo, cum quauis actione, etiam per Aquilia-*

Digitized by Google

*lianam ſtipulationem, etiam, rebus in eodem ſtatu non permanentibus*, & in ſpecie cum renunciatione donationis inter viuos, & cũ pacto, quòd eius filij, & deſcendentes, non poſſint venire, neque ex propria perſona; & quamuis dicta renunciatio ſit poſteà facta, non dicto Io. Bernardino, ſed Abbati Iulio eius filio, & hæredi; attamen fuit facta in exequutionem promiſſionis, de renunciando factæ in capitulis matrimonialibus, in quibus promiſit renunciare dicto Bernardino, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus. Verùm quia ob mortem ipſius Io. Bernardini, non potuit in ſui beneficium fieri, ideò eam fecit in beneficium Abbatis Iulij eius hæredis. Nec poteſt hoc caſu dubitari, quin renunciatio ſit efficax, & valida, quamuis filij maſculi, qui aderant tempore renunciationis, fuiſſent iàm mortui, quaſi quòd intelligatur facta ad beneficium maſculorum, quia vltrà, quòd renunciatio fuit cum clauſula, *etiam rebus in eodem ſtatu non permanentibus*, ità vt ſit iudicanda realis, non perſonalis; attamen in hoc caſu ceſſat motiuum, quia Ioan. Bernardinus fecit teſtamentum, in quo inſtituit hæredem Abbatem Iulium, & poſteà inſtituit Bartholomæum, nunc cõuentum, quo caſu, ſecundùm veriorem, & magis communem opinionem filia eſt excluſa per renunciationem, quod probat *Zenzelinus* antiquus Doctor in *cap. quamuis pactum, de pactis in 6.* vbi dicit, quòd filia
26 renuncians patri, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus, poteſt patri ſuccedere ab inteſtato, ea ratione, quia cenſetur tacitè vocata, videtur enim, donatarium inſtituiſſe venientes ab inteſtato, *ex text. in l. conficiuntur, ff. de iure codicill.* & ſic difficultas à *Doctoribus* conſiderata, eſt, quandò pater, vel auus, qui recepit renunciationem, deceſſit ab inteſtato; tunc enim diſputari ſolet, an renunciatio ſit realis, vel perſonalis, & an ſit facta contemplatione maſculorum; quandò autem moritur, teſtamento condito, & tunc magis
27 communis eſt opinio, quòd filia non poſſit ſuccedere, contra patris voluntatem, quotiès accepta dote renunciauit, vt conſuluit *Ang. in conſ. 52. incipiente Dominus Giglius, Aretin. conſ. 17. Pariſ. conſ. 26. num. 51. & conſ. 69. num. 15. lib. 3. Roland. conſ. 26. num. 36. lib. 3. Lanar. conſ. 49. num. 1. Puteus in conſ. vnico*, poſt *conſil. Sfor. Odd. nu. 4. De Ponte conſ. 39. & 40. lib. 1.* Faber in ſuo *Cod. tit. de pact. conuent. diffin. 12.* maximè, quandò in renunciatione adeſt iuramentum, *Piſtorius quæſt. iuris, lib. 4. quæſt. 5. nu. 6. & 15.* quod procederet etiam, quandò tempore renunciationis aderat maſculus, qui tamen præmortuus eſſet, tempore mortis patris, teſtamento condito, etiam extraneo inſtituto, *Anton. de Alexand. in addit. ad Conſuetudin. Si moriatur, in verb. ipſi ſucceſſores, fol.* mihi 81. *in verſ. aduerte*, & eum ſequitur *Io. Ang. Piſanellus in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua*, ſub *num. 195. fol.* mihi 130. *Afflict. & ibi Vrſill. dec. 161.* nouiſſimè *Caputus in Conſuet. Si moriatur, part. 3. §. 4. num. 8.* Et quòd iſto
28 caſu, quandò pater fecit teſtamentum, nihil referat, an ſit perſonalis, vel realis renunciatio, & proptereà, quòd filia à ſucceſſione excludatur, deciſum refert in Sacro Conſilio *Capyc. dec. 190.* & habetur etiam à *Piſanell. in loco* proximè citato, *Guid. Pap. deciſ. 192. num. 2. de Ponte d. conſil. 40. num. 6. Maranta* in ſua *diſput. 10. num. 16.* diffuſè *Laurentius de Pinu conſ. 69. num. 6. Franciſc. Barry de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 11. tit. 25. num. 28. D. Conſiliarius Theodorus* latè, diſcuſſo articulo *alleg. 36.* ſub *nu. 26. D. Conſiliar. Merlinus cap. 5. num. 8. controuiur. Molfeſ. de renunc. quæſt. 13. num. 2. & quæſt. 17. nu. 6. tom. 2. D. Reg. Rouit. conſ. 43. vol. 1. Maſtrill. dec. 65. num. 16. Tell. Fernand. in l. 6. Tauri, num. 45. verſ. ſin autem efficaciori, Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 92. num. 32.* quod etiam probauerunt *Capyc. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua*, ſub *nu. 195. & ibid. Marin. Frecc.* qui dixit, quòd hæc filia non poſſet venire contra teſtamentum patris, neque vigore *Conſuetudinis Neap.* & *D. Reg. Rouit. dec. 22. n. 7.* & *Ego* dixi *conſult. 76. n. 52.*

Nec dicatur, quòd Victoria non renunciauit in beneficium Ioan. Bernardini ſui Aui dotantis, ſed ad beneficium Abbatis Iulij eius patrui, & hæredis ipſius. Ioan. Bernardini, nàm certum eſt in facto, quòd ipſa fuit nuptui tradita à dicto eius Auo, tempore, quo viuebat, à quo dotem recepit, & in ca-
29 pitulis matrimonialibus fuit promiſſa renũciatio, ad beneficium eiuſdem Ioan. Bernardini dotantis, & eius hæredum, & ſucceſſorum, vt ſuprà notatum fuit, & promiſſionem de renunciando ſufficere, abſquè effectuali renunciatione, præſertim quandò adeſt iuramentum, poſt *Conarr. in d. c. quamuis pactum*, diſputato articulo tenuit *Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 81. Gallerat. de renunc. tom. 2. cent. 1. q. 25. n. 25.* licèt hic non cadat articulus, quia in exequutionem prædictorum capitulorũ matrimonialium fuit facta renunciatio ipſi Abbati Iulio, tãquàm hæredi dotantis. Quamuis non defuere grauiſſimi Authores, qui etiam ab inteſtato fi-
30 liam renunciantem eſſe excluſam, tenuere, de quibus latè per *Menoch. conſ. 6.* & per *Put. in d. conſ. vnic.* poſt *conſ. Sforz. Odd.* qui alios allegant.

Inſupèr dicebatur, quòd ipſi fratres de Ruſſo neq; poterant ex propria perſona venire, quia donatio fuit facta Lancellotto, pro ſe, & filijs procreandis ex dicto matrimonio, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus dictorum fi-

filiorũ, & in eorum defectum, in beneficium aliorum quorumcunq; hæredum ipſius Lācellotti, & ſic per vulgarem tantùm ſubſtitutionem, quod clariſſimè probatur, quia prohibitio alienationis fuit facta tantùm dicto Lancellotto, quòd non poſſit vendere, nec alienare, ſed integrum dominium bonorum donatorum ſit, & eſſe debeat filiorum, ex dicto matrimonio procreandorum, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, quæ vulgaris ſta-
31 tim poſt mortem Lancellotti expirauit, adita eius hæreditate, *l. poſt aditam*, vbi *Doctores, C. de impub. & alijs ſubſtit.* aliàs enim, ſi eſſet fideicommiſſaria prohibitio alienandi, non ſolùm eſſet facta ipſi Lancellotto; ſed etiam eius filijs. Quatenus autem eſſet ſubſtitutio, non vulgaris, ſed fideicommiſſaria, vt placuit *Dec. conſ. 607. n. 10. tom. 2. & Pontan. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 1. in princip.* Tamen, quia ſunt vocati poſt Lācellottum filij ex dicto matrimonio procreandi, & hæredes, & ſucceſſores prædictorum filiorum; admiſſa opinione, quòd illud verbum, *Hæredibus*, in hoc caſu debeat intelligi de hæredibus ex ſanguine, & ſic de eorum filijs, tamen ex eo, quòd donatio fuit facta Lancellotto, pro ſe, & filijs, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus; iſti filij filiorum
32 cenſentur vocati, ſed cum qualitate hæreditaria, ità vt ſint filij, & ſint etiam hæredes, vt voluerunt *Bart. in l. ex pacto, § final. in fin. ff. ad Senatuſconſul. trebell. Bald. in l. 1. num. 1. C. de condit. inſert.* & in *l. filiusfamilias, § cùm quis, ff. de legat. 1. Guid. Pap. dec. 457.* & alij per *Menoch. conſ. 958. num. 13. & conſ. 158. nu. 12. Decian. conſ. 98. vol. 3. nu. 6. Bertrand. conſ. 1. num. 114. lib. 2. Sforz. Odd. conſ. 46. n. 15.* latè *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 32. num. 34. Surd. dec. 322.* ac idem *Peregrin. dec. 151. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 15. ex n. 28.* vſq; ad *finem*, qui latè diſputato articulo, tandem concludit, hanc opinionem eſſe communiorem, ità vt ab ea non ſit recedendum, latè etiam *Molfeſ. conſ. 2. per tot.* & ſic iſti filij Victoriæ, non eſſent vocati, niſi vt hæredes, nedum Victoriæ, ſed etiam prædictorum Bartholomæi, & Iacobi, eorum auunculorum, qui tempore mortis Lancel-
33 lotti ſuperuiuebant, & propterea, debent habere ratum id, quod ab ipſis diſpoſitum fuit, vulg. *l. cùm à matre, C. de reiuendic.*

Et quatènus iſti deſcendentes, non per vulgarem, ſed per fideicommiſſum eſſent vocati, quia non adeſt inter ipſos filios Lan-
34 cellotti reciproca ſubſtitutio, proùt de iure requiri, habetur ex *tex. in l. poteſt, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & in *l. hæredes mei, § cùm ità, ff. ad Senatuſconſult. trebell.* vbi etiam *Doctores, Surd. conſ. 554. num. 24. volum. 4.* ſequitur, quòd deſcendentes Victoriæ, eſſent vocati tantùm ad portionem Victoriæ, non
35 autem ad portionem Iacobi, & Bartholomæi, *Ripa in l. 1. num. 11. C. de pact. Fuſar.* latè *quæſt. 440. in princ. & n. 8. Anell. Amat. conſ. 91. n. 14. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. c. 27. n. 5. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. c. 371. nu. 3. Seraphin. dec. 1281. n. 3. et dec. 1479. Farinac. dec. 100. par. 1. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 4. c. 9. n. 87.*

Et propterea ex prædictis, & præſertim,
36 ſtante dicta renunciatione, die 6. Februarij 1635. ad relationem Regij Conſiliarij D. Franciſci Sauij fuerunt Conuenti abſoluti, penes Magiſtrum Actorum, De Martino pro Borrello.

# OBSERVATIO
## In Deciſione III.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fœminæ de iure communi veniunt appellatione filiorum, & tàm in vltimis voluntatibus, quàm in cōtractibus, etiam lucratiuis, num. 2. Contrarium de iure Regni per* Conſtit. In aliquibus, *vbi extantibus maſculis fœminæ excluduntur, n. 3.*

*Maſculinum concipit fœmininum in contractibus, dict. n. 2.*

4 *Teſtator præſumitur, ſe conformem reddere diſpoſitioni ſtatuti.*

5 *Facultas, ſiuè licentia teſtandi alicui data, intelligitur, ſecundùm ſtatuta loci, vbi ſit teſtamentum.*

6 *Solutio, vel reſtitutio dotis fieri debet ſecundùm ſtatutum loci, in quo ſolutio, vel reſtitutio fieri debet.*

7 *Filius legitimatus per reſcriptum Principis an faciat deficere fideicommiſſum.*

8 *Remedium* l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll. *competit filio legitimato per reſcriptum Principis, et ità ſępiùs reſolutum per S.C. traditur, n. ſeq.*

10 *Filius legitimatus per reſcriptum Principis non excludit ſubſtitutum, vbi teſtator vſus eſt verbis,* legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, *æquiparatur legitimato per ſubſequens matrimonium, num. 24.*

11 *Filius legitimatus per reſcriptum Principis venit appellatione liberorum, in materia* Conſuetud Neapol. *Contrarium cum diſtinctione, num. ſeq. & 13. ſed legitimatus per ſubſequens matrimonium venit, illorum appellatione, n. 15.*

16 *Legitimatio eſt de Regalibus, & ſolet Proregi communicari.*

17 *Priuilegia legitimationis expediuntur à Prorege, vno Regente, ac à Præſide S.C.*



Digitized by Google

18 *Præſes S.C. non poteſt interponere decretū, dare formam, vel apponere clauſulas in legitimatione, nàm ſpectat ad Principem.*

19 *Filius legitimatus per reſcriptum* Principis, *ac reſtitutus natalibus, cum omnibus clauſulis derogatorÿs, gaudet nobilitate paterna, & ſic deciſum quòad honores Sedilium, ibid & nu.21. contra opinionem* Minadoi, *qui contrarias deciſiones refert, nu.20. ideò cogitandum* Author *reliquit, num.22. & an admittatur ad* Collegium Doctorum *Neap. remiſſiuè, num.23. ſed prodeſt patri in immunitate duodecim liberorum, & ità deciſum traditur ibid.*

25 *Filius legitimatus per reſcriptum Principis excludit fœminas, quandò in precibus eſt facta mentio legitimæ prolis, & ſuccedit in allodio, & in feudo per patrem acquiſito, num. 26. & continetur ſub Statuto excluſiuo fœminarum, nu.27. excluditur tamen à bonis* Conſuetudini *ſubiectis, nu. 28. vbi de ratione.*

29 *Filia, quæ cum iuramento, dote accepta renunciauit, poteſt contra patris voluntatem ſuccedere.*

30 *Renunciatio ſemper intelligitur facta ab inteſtato; quamuis pactum ſimpliciter loquatur de non ſuccedendo.*

31 Promiſſio *de renunciando cum iuramento ſufficit, etiam non ſequuta renunciatione, contrarium, nu. ſeq.*

32 *Renunciare differt à promiſſione de renunciando.*

33 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio, eò magis, ſi agitur de re feudali.*

34 *Aſſenſus requiritur in promiſſione de vendendo, ſic etiam in ipſa venditione. & vnicus non ſufficit, quia non extenditur de vno ad alium caſum, nu.35.*

35 *Locatio differt à promiſſione locandi.*

36 Promiſſio *accipiendi ad cambium differt à cambio.*

37 *Maritus promittens, curare, & facere,* ità quòd ſuum poſſe non excuſetur, *quòd vxor renunciet propter dotem habitam, ſi factis diligentÿs vſquè ad minas, teneatur ad intereſſe, ſic etiam ſi adſint verba* realiter, & cum effectu, *num.38. ſed ſi mulier renunciet, & aduerſus renunciationem reſtituitur, non tenetur maritus ad intereſſe, num.39. & ità deciſum adducitur, n.40. contrarium, n.41.*

1 FIliorum appellatione venire fœminas de iure communi habetur hic *nu.1.* per *D.* meum, & probatur in *l. qui duos, ff. de legat.3. in l. ſi quis ità, ff. de teſtam. tutel. et in l. ſi ità ſcriptū, ff. de leg.2.* quæ quidèm iura licèt loquantur in vltimis

2 voluntatibus, tamen procedunt, etiam in contractibus, maximè lucratiuis, & ſic in contractu donationis, *Burgos de Paz conſ. 29. nu.33. & 34.* Mantica *de tacit. & ambig. lib.13. tit.21. à num.7. ad 21.* nàm in contractibus maſculinum concipit fœmininum, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.311. num.90. D. de Marin. cap.126. nu.4. & 5. lib.2. quotid. reſol.* de qua quæſtione latè F*arinac. in repert. vltim. volunt. quæſt.16. cap.2. num.2. Ludouic. Bell. conſ.23. num.6.* D. *Hodiern. lib.1. controu. forenſ. cap.11. nu.3. cum ſeqq.* vbi latè, *Fuſar. conſ.31. num.1. & conſ.68. num.1.* vbi

3 limitationes tradit, de iure autē Regni, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, iuxtà C*onſtit. Regni In aliquibus, de ſucceſſ. maſcul.* fœminæ non veniunt appellatione maſculorum, vt pluribus adductis latè fundat *D.* meus *num. 3.* quibus addo *Gall. except. 26. num. 87. & ſeq. partic.2. de except. Andreol. controu.138. & 139. lib.2.*

4 nàm teſtator præſumitur, ſe conformem reddere diſpoſitioni ſtatutariæ, vt innuit D. meus *num.4.* & poſt ipſum D. *Conſil. Prouenz. ad Conſuet. Neap. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. in Conſuet. 1. obſeru. 10. num.7. et 10.* cui ſemper credendum, & præcipuè in materia *Conſuetudinum Neap.* quam rationem comprobat *Alder. Maſcard. de ſtat. interpr. concl.7. n.17.* immò *nu. ſeq.* concludit, quòd

5 facultas, ſiuè licentia teſtandi alicui data, intelligitur, ſecūdùm conſuetudinem loci, vbi ſit teſtamentum, ſic pariter ſolutio, vel reſti-

6 tutio dotis fieri debet, ſecundùm ſtatutum loci, in quo ſolutio, vel reſtitutio fieri debet, vt ſcripſimus pro Excellentiſs. M. Comeſtabulo Columna contra Excellentiſs. Principiſſam Biteræ, ex *Marchiſell. pract. quæſt. tur. quæſt.86. nu.2.* qui allegat *Bald. Afflict. & Cagnol.*

Et dùm D. meus hìc *num.18.* agit de illo

7 articulo, an filius legitimatus per reſcriptum Principis, faciat deficere fideicōmiſſum, vltrà *DD.* adductos, vide etiam *Baldaſſ. Thomaſ. in tract. de vltim. volunt. tract.1. tit.14. cap.11. num.89. & ſeq. D. Conſil. de Anna conſ.106. Afflict. dec.195. Ludouic. conſ.23. per tot. Stephan. Gratian.* doctiſſimum, ac eruditiſſimum I.C. *cap.237. num.71. lib.2. diſcept. forenſ. D. Merlin. cent.1. controu. forenſ. cap.1. num.28. & centur.2. cap.85. n.7. ac cap.89. num.2. & 7. Gall. except.3. num.11. part.1 tit.1 in tract. de except. Andreol. controu.150. num.21. Peregrin. de fideicommiſſ. art.23. num.29. & 39.* vbi *Cenſal. in obſeru. colum.37. verſ. ſecundà non prætermittam, fol.103. & ſeq.*

Hinc idem *D. Merlin. d. cap.85. n.8. & ſeq.*

8 neruoſè defendit, filio legitimato competere remedium immiſſionis, vigore *l. fin. C. de edict. Diui Hadrian. tollend.* ac *tituli, quorum bonorum*, & comprobat *D. de Marin.*

9 *c.10. per tot. lib.2. quotid. reſol.* & ità ſępiùs per

per Sac.Conſil.reſolutum fuiſſe, habita matura diſcuſſione, refert inſignis vir doctiſſimus, ac ſummus practicus, præſertim circa Conſuetudines Neapolitanas *D. Conſil. Andreas Prouenzalis ad Conſuetud. Neapol. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. in Cõſuet. 2. obſeru. 10.*
10 *num.* 18. & quòd filius legitimatus non excludat ſubſtitutum, de iure communi, vbi teſtator vſus fuerit verbis, *legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis*, vltrà adductos per D. meum *nu.* 25. probant etiam *Ioan. Petr. Molign. de appellat. vtriuſq; iur. exten. ver. filiorum legitimorum, num.* 447. *Fuſar.* laborioſiſſimum, ac perſpicaciſſimum virum *conſ.* 152. *n.* 3.

11 An autem filij legitimati veniant appellatione legitimorum, in materia *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſtat.* & quamuis plura adduci poſſent argumenta pro legitimatis, de quibus *D. Conſil. Prouenz. d. obſeruat.* 10. *à num.* 2. *per tot. num.* 5.
12 tamen *num.* 6. *& ſeq.* ſic diſtinguit, aut loquimur de legitimatis per reſcriptum Principis, & illos non venire appellatione legitimorum, & non comprehendi in dicta *Conſuetudine*, ſi tamen bona nõ adſint à patre quæſita, ex cuius precibus fuerint legitimati, aut Princeps nominatim in priuilegio legitimationis expreſſerit, vt cenſeantur, & habeantur proximiores ex parte patris, ex certa ſcientia, ex *Napod. ibid. num.* 170. *& Piſanell. in addit. in Apoſtill.* incip. *nota, quòd legitimatus*, & alijs *Additionatoribus ibid.*
13 quotiès enim propria Genitoris bona non adſunt, nec clauſula in legitimationis priuilegio, *vt cenſeantur, et habeantur proximiores ex parte patris*, tunc legitimati per reſcriptum non ſuccedunt, & per conſequens non comprehenduntur in *Conſuetud. Neap.*
14 quæ conſiderat agnationem, & cognationem, aut verò loquimur de legitimatis per ſubſequens matrimonium, & illos venire appellatione legitimorum, ac comprehen-
15 di in dicta *Conſuetudin.* ex *cap. tanta eſt vis matrimonij, qui filij ſint legitimi*, ac *D. Præſ. Vrſin. de ſucceſſ. feud. par.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 2. qui fuit vir doctiſſimus, ac timoratæ conſcientiæ, quem etiam alijs laudibus extollit *D. Conſil. Prouenzal. in Conſuet.* 1. *de ſucceſſ. ab inteſtat. obſeru.* 29. *n.* 18. *&* 20.

16 Obſerua tamen, quòd legitimatio eſt de Regalibus, vt aduertit D. meus *dec.* 166. *n.* 1. *lib.* 2. & ſolet Proregi communicari poteſtas legitimandi, vt tradit *num.* 2. ideòq; per
17 Proregem, ac vnum Regẽtem, ac Præſidem S.C. expediuntur priuilegia legitimationis,
18 vt habetur *num.* 3. qui quidèm Præſes non poteſt interponere decretum, & dare formam, vel apponere clauſulas in legitimatione, nàm ſpectat ad Principem, ex traditis *ibi n.* 170. 171. *&* 173.

19 Sic etiã filius legitimatus per priuilegium Regis, & reſtitutus natalibus, cum omnibus clauſulis derogatorijs, gaudet nobilitate paterna, vt affirmat *Afflict. dec.* 195. *num.* 9. &
* ſecundùm eius dicta fuit per Sac. Conſil. iudicatum ſub die 17. Nouembris 1580. in cauſa N.N. naturalis legitimati quòad honores tantùm, & die 23. Nouembris 1588. iunctis Aulis ad relationem D. Conſiliarij Fatigni quòad honores Sedilis Montaneæ in cauſa N. N. qui etiam erat clericus, & filius N.N. militis Hieroſolymitani, in Banca de Capua, hodiè de Amico, Idemquè fuit determinatum in fauorem N. N. filij N. N. filij legitimati N.N. contrà Nobiles Sedilis Nidi, referente D. Conſiliario Petro Paulo Theodoro, viro nedùm doctiſſimo, ſed om-
20 nium virtutum ornatiſſimo, ac digniſſimo Patre Dom. Conſiliarij Scipionis, contrà opinionem *Minadoi in Conſtit. In aliquibus, verb. filiorum, num.* 3. *fol.* 15. vbi dicit, quòd vſus inoleuit, vt naturales licèt legitimentur, non admittantur ad Sedilium honores, vbi plura exempla adducit, etiam ſi à matre nobili nati ſint, ad tradita per *Dom. Conſil. Paſchalem de vir. patr. poteſt. par.* 2.
21 *cap.* 4. *num.* 127. ſic etiam fuit iudicatum in
* cauſa N.N. filij naturalis N. N. cum Sedili Portæ Ciuitatis Surrenti, ſtante legitimatione, & in cauſa N.N. naturalis ſimilitèr legitimati, & in legitimatione erat clauſula *citrà honorem Sedilis*, quæ clauſula reducta ad ius, & iuſtitiam; fuit pro ipſo iudicatum, nomina tamen ipſorum conſultò tacui, ſed illorum exempla habentur in proceſſu in S.C. inter Camillum Branciam, cum dicto Sedili Portę Ciuitatis Surrenti, in Ban-
22 ca Turini, & ſic in hoc articulo adſunt deciſiones pro vtraquè parte, ideò dùm caſus euenerit, cogita.

23 An autem admittatur filius legitimatus per reſcriptum Principis ad Almũ Collegiũ Doctor. Neap. vide *Ann. in repet. rubr. de vaſſal. decrep. ætat. n.* 421. vbi diuerſimodè practicatum refert, & *D. Mut. Recc. de priuil. d. Alm. Colleg.* §. 3. *n.* 94. ſed prodeſt patri in immunitate duodecim liberorum, *D. Reg.*
* *de Ponte conſ.* 16. *n.* 20. *lib.* 1. & ità fuit deciſum per S.C. in anno 1613. in cauſa Ciuitatis Bitonti cum Michaele Angelo de Veritate.

24 Et dùm filius legitimatus per Principem de mente teſtatoris æquiparatur legitimato per ſubſequens matrimonium, vt notat D. meus *d. decis.* 166. *num.* 19. ac filias fœminas
25 excludit, quandò in precibus eſt facta mentio legitimæ prolis, vt tradit *ibid. num.* 119.
26 *& ſeqq.* & non ſolùm ſuccedit in allodialibus, ſed etiam in feudo, per patrem acquiſi-
27 to, vt probat *nu.* 148. ac continetur ſub ſtatuto excluſiuo fœminarum, vt *num.* 151. ex-
28 cluditur tamen à bonis *Conſuetud. Neapol.*



Digitized by Google

ſubiectis,quia in illis ſunt vocati agnati, ac
cognati, vt tradit *num.* 172. & nos cum di-
ſtinctione diximus *d.n.* 12.
29 Agit D.meus hic *num.* 27. de illa quæſtio-
ne,an filia, quæ cum iuramento,dote acce-
pta renunciauit,poſſit ſuccedere contrà pa-
tris voluntatem,in qua affirmatiuè reſpon-
det,eamquè comprobat *cons.* 76. *n.* 50. *lib.* 2.
30 quæ quidèm renunciatio intelligitur facta
ab inteſtato,quamuis pactum ſimplicitèr lo-
quatur de non ſuccedendo, vt egregiè pro-
bat D. *de Marin. cap.* 189. *num.* 27. *lib.* 2. *quo-*
31 *tid. reſolut.* & licèt ſufficiat promiſſio tan-
tùm de renunciando, præſertim cum iura-
mento,etiam non ſubſequuta renunciatio-
ne,vt voluit D.meus *ibidem, nu.* 29. verùm
32 tamen de hoc dubito,nàm aliud eſt,renun-
ciare,aliud renunciare promittere, *Boer. dec.*
3. *Gargiar. conſ.* 35. *num.* 19. *lib.* 1. & promiſ-
33 ſio de vendendo non eſt venditio, idem
*Gargiar. d. cons.* 35. *num.* 4. *Theſaur. dec.* 233.
& D.meus optimè probat *conſult.* 29. *nu.* 39.
*lib.* 1. eò magis,ſi agatur de re feudali,vt pro-
bat D. *Reg. de Ponte conſ.* 85. *&* 86. *lib.* 1. &
alij apud D.meum *ibid. num.* 43. quod adeò
34 verum eſt,nàm expedito aſſenſu ſuper pro-
miſſione de vendendo rem feudalem,facta
deindè venditione alius requiritur aſſenſus
ſuper dicta venditione, vt poſt alios tradit
*Frecc. de ſubfeud. in* 12. *limit. ad Conſtit. Re-*
*gni, Conſtitutionem Diuæ memoriæ, nu.* 29.
& nouiſſimè D. meus *conſult.* 23. *nu.* 67. *&*
*conſult.* 24. *n.* 14. *lib.* 1. vbi quòd aſſenſus im-
petratus ſuper promiſſione de vendendo,
non extenditur ad ipſam venditionem, nec
35 è contrà,& aliud eſt,infeudare, & aliud in-
feudare promittere, *Ias. cons.* 24. *col.* 8. *lib.* 3.
aliud eſt,fideiubere,aliud promiſſio de fide-
iubendo, vt probat *Triuis. dec. Venet.* 69.
*cauſ. ciuil. nu.* 4. *vers. his tamen non obſtan-*
*tibus*,& in *fine dec.* ſic iudicatum refert *lib.* 1.
aliud eſt,locatio, aliud promiſſio locandi,
*Boer. dec.* 48. *num.* 93. itèm promiſſio acci-
36 piendi ad cambium, differt à cambio, *Alex.*
*Sperell. dec.* 40. *num.* 82. vt hæc,& alia habes
in *reſponſa* per me edito pro Marchione
Cilentiæ, & Principe Macchiæ cum Duce
Limatulæ,impreſſo pèr laborioſiſſimum, ac
multis nominibus laudandum *Io. Bapt. de*
*Thoro in ſupplem. compend. dec. par.* 1. *verb.*
*debitor, fol.* 145. licèt ſub alio nomine ſit im-
preſſum *cap.* 21. *diſcept. forenſ. lib.* 1.
Et dùm ſuprà *nu.* 29. verba fecimus, obi-
37 tèr emergit alia quotidiana quæſtio,an ma-
ritus,qui promiſit curare,& facere, *ità, quòd*
*ſuum poſſe non excuſetur*, quòd vxor renun-
ciet proptèr dotem habitam, bonis pater-
nis,& maternis,ſub pœna,& iuramento,ſi fa-
ctis diligentijs vſquè ad minas, vxor renun-
ciare recuſet,an teneatur ad pœnam, & ſic
ad intereſſe,& *Afflict. dec.* 295. probat; quòd
ſic,& ità iudicatum per Sac. Conſil. teſtatur
*num.* 5. & ſimilitèr in alio conſimili caſu
38 *num.* 6. ſic etiam,ſi vltrà prædicta verba
adeſſent etiam alia,ſcilicèt, *realitèr, & cum*
*effectu*,tunc etiam maritus ad intereſſe te-
netur,vt fuit per Sac. Conſil. deciſum, teſte
*D. de Francb. dec.* 624. vbi *in princ.* mentio-
nem facit de ſimili deciſione, in cauſa Fabij
Baraptutij cum eius Sororibus, die 14. Iulij
1562. referente D. Ioanne Andrea de Curte,
in qua etiam ipſe ſcripſit, & *allegationes ibi*
inſerit, de qua deciſione meminit *D. Con-*
*ſiliar. Staiban. reſolut.* 28. *n.* 42. *in fin. lib.* 1.
Sed difficultari etiam poteſt,ſi vxor ratam
39 habeat promiſſionem factam per virum,
verùm ex cauſa reſtituatur aduerſus dictam
renunciationem, an maritus teneatur, & *Ca-*
*pys. dec.* 93. *num.* 6. *&* 7. arguit pro, & con-
trà in ratificatione facta per Vniuerſitatem,
ſed ſine decreto,& ſic nullitèr, nihilominùs
in prædicta quæſtione *Ripa in l. ſi vnquàm,*
40 *quæſt.* 4. *C. de reuoc. donat.* negatiuam ſub-
ſtinet ſententiam,& ſecundùm eius opinio-
* nem iudicauit Sac. Conſil. in cauſa Portiæ
Brancatiæ cum eius Fratribus, & in cauſa
Dominici della Foreſta,referente eruditiſſi-
mo, ac perſpicaciſſimo viro D. *Conſiliario*
*Felice de Rubeis*, quem fuiſſe doctiſſimum
teſtatur *D. de Francb. dec.* 411. ſub *num.* 2.
vt etiam refert *D. Conſil. Prouenzal. obſeru.*
20. *num.* 12. *in Conſuet.* 2. *de ſucceſſ. ab inteſt.*
è cuius familia viuit hodiè Pat. D. Scipio in
Congregatione Patrum Oratorij, vulgò *delli*
*Gelormini* Neap. cum maxima opinione
bonitatis,& doctrinæ, cui plurimùm me de-
bere profiteor. Deciſio fuit ſub die 3. Apri-
lis 1563. vt habetur ex *Apoſtilla* eiuſdem
41 D. *Conſiliar. ad Afflict. dec.* 215. ſed contra-
rium contrà maritum ſubſtinet D. *Conſiliar.*
*Staiban. d. reſol.* 28. à *num.* 47. *per tot. nu.* 69.
qui *num.* 72. refert, cauſam fuiſſe tranſactio-
ne finitam. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Renunciatio matris an, & quan-
dò noceat filijs venientibus ex
propria perſona: Et an filia ex
maſculo deſcendens, amitæ
præferatur, nedùm in ſucceſ-
ſione lineæ aſcendentis; ve-
rũ in ſucceſſione lineæ colla-
teralis. Et quid ſtante *Conſuet.*
*Neap.* latè examinatur.

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Subingreſſio in filijs fratrum datur etiam in linea collaterali.*

2 *Diſtinctio ſexus in conſideratione habenda non eſt, vbi datur ſubingreſſio.*

3 *Repræſentatio filiæ ceſſat, ſtante matris renunciatione.*

4 *Renunciatio matris quandò noceat filiæ, venienti ex propria perſona.*

5 *Interpretatio non fit, an hæreditas renuncianti deferatur, vbi dote recepta renunciaſſet.*

6 *Renunciatio matris non nocet filijs venientibus ex propria perſona, quamuis gradum matris repræſentarent.*

*Amplia, quamuis adeſſet patruus, auunculus, vel amita, qui eos præcederent in gradu, n. 7.*

*Intellige, in ſucceſſione lineæ aſcendentis, ſecùs in ſucceſſione lineæ collateralis, num. 9. & 16.*

*Contrarium indiſtinctè, n. 10.*

8 *Filius ex exhæredatione matris non repellitur ſuccedere Auo, vnà cum Patruo.*

11 *Stante ſtatuto, quòd maſculi fœminas excludant, an fœmina deſcendens ex maſculo, amitæ præferatur, etiam in materia* Conſuetud. Neapol. *recenſentur diuerſæ opiniones, & n. 14.*

12 *Filia ſubintrat, non ſolùm in locum, ſed etiam in ſexum patris, etiam in materia fideicommiſſi, n. 13.*

15 *Caſus omiſſus in ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

17 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio IV.

Concurrebant in hæreditate quondam Scipionis Rendinæ Franciſca, Hylaria, & Hieronyma Rendina, neptes ex Ioanne Baptiſta fratre præmortuo, & V.I.D. Ludouicus, & Hieronymus Follerij ex Laura ſorore, ſimiliter præmortua, & quamuis ſuperſtes eſſet Fauſtina ſoror, quæ renunciauerat in beneficium Ioannis Baptiſtæ fratris, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, attamen, quia etiam in linea collaterali datur ſubingreſſio in fratrum fi-
1 lijs, vt in *auth. vt fratrum filij, de hæred. ab inteſt. venien. §. ſi autem, & §. ſi igitur defunctus, auth. in ſucceſſione, C. de legitim. hæred.* vbi *Doctores*; per ſubingreſſionem poſſunt omnes in æquali gradu concurrere ad
2 ſucceſſionem, vnà cum Fauſtina ſorore, *Franch. dec. 149.* latè *Fuſar. de fideicom. ſubſtit. quæſt. 485. num. 16.* nulla habita ſexus diſtinctione, *auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. §. 1 auth. de hæred. ab inteſt. venien. Grat. diſcept. for. c. 709. n. 29.*

Opponebatur tamen per Sorores de Rendina, de renunciatione facta per Lauram, recepta per ipſam dote, tempore, quo nuptui tradita fuit Petro Antonio Follerio, patri prædictorum Ludouici, & Hieronymi, aut enim prætendunt, venire ad ſucceſſionem ex eorum propria perſona, & quia ſupereſt Fauſtina, quæ eos præcedit in gradu, ipſis præferenda eſt, *l. 2. §. hæredes, ff. de ſuis, & legitim. hæred. l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vndè cogn.* aut verò intendunt, per remedium repræſentationis matris perſonam ſubingredi, & quia ſi ipſa viueret, ſuccedere non poſſet,
3 ſtante renunciatione, repræſentationi non erit locus, ex doctrina *Bald. in l. venia, nu. 5. C. de in ius voc. Lanar. conſ. 1. num. 78. Emanuel à Coſta in quæſt. 10. patr. & nepotis, pagina 69. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 7. concluſ. 1.* & hoc in terminis renunciationis factæ à matre, vt non poſſit filius renunciantis concurrere cum patruo, voluit *Napodan. in Conſuet. Si moriatur, num. 39.* eſtquè ratio, quia per ſucceſſorium edictum, qui præcedit in gradu, eſt proximior, & præfertur in ſucceſſione filij renunciantis, ſi autem vult venire ex propria perſona, excludi-
4 tur per Fauſtinam proximiorem in gradu, & ſic oportet, vt perſonam Lauræ matris repræſentaret, quæ per renunciationem reperitur excluſa, vt per *Alex. Paul. de Caſtr.* & ceteros in *l. pactum, quod dotali, C. de pact.* quod ſecus eſſet, quandò non eſſet ſuperſtes Fauſtina, quæ eſt proximior in gradu, nàm tunc prædicti de Follerio reperiuntur in eodem gradu cum ipſis Sororibus de Rendina, & iſto caſu renunciatio matris non afficeret ipſos, qui venirent ex propria perſona, vt habetur in *l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & poſthum.* eò magis, quia Laura ſoror, tempore renunciationis recepit dotem, nàm tali caſu filij renunciantis non poſſunt venire ex propria perſona, neq; po-
5 teſt fieri interpretatio, communiter recepta, ſi eidem renuncianti hæreditas deferatur, fundat *Mart. in voto 250. num. 13.* vbi dicit, bis fuiſſe hoc deciſum, & per *Caſſan. conſ. 47.* & alios, quos allegat, & hoc idem latiſſimè firmauit idem *Mart. in tract. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 14. art. 2.* vbi refert *deciſ. Maynar. 23. p. 4.* qui alias deciſiones etiam adducit, & *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. n. 52.* diffusè hanc quæſtionem tractando *nu. 61.* plures deciſiones ſui Senatus, ad excluſionem nepotum affert, ità vt in tanta *Doctorum*, & deciſionum contrarietate coactus eſt, exclamare *nu. 62.* *quis po. eſt litigare, ponendo in tanto diſcrimine bona ſua?* & pro hac opinione contrà nepotes filiæ renunciantis, recepta dote iudicatum fuiſſe, re-

ſtatur

ſtatur *Ann.Robert.ver.iudic.lib.2.c.1.*

In contrarium facit doctrina *Bar.in l.qui ſuperſtitis,ff.de acquir.hæred.* qui tenuit,re-
6 nunciationem matris non nocere filijs, venientibus ex propria perſona,quamuis gradum matris repræſentent; illa communi ratione, quia renunciatio matris habet tacitam conditionem, ſi eidem hæreditas deſeratur,quod magis apertè tenet *Bald.in l.fin. C.de pact.* quem ſequitur *Paul.de Caſtr.in dict. l.qui ſuperſtitis.* Ratio autem huius rationis eſt, quia quòd filij ſubintrent matris gradum,non habent à matre,ſed à lege,certum eſt enim,matri iam mortuæ hæreditatem deferri non poſſe, ſed ex iuris diſpoſitione defertur filijs ipſius,qui gradum matris repræſentant,nec conſtituenda eſt differentia,ſi adſit patruus,auunculus,vel ami-
7 ta,qui præcedunt in gradu nepotes, quia eadem ratio eſt, ſi tempore delatæ ſucceſſionis adſint,ſiuè non adſint,ſed eorum filij, in vtroq; enim caſu, gradum matris eodem modo repræſentant.

Quod etiam optimè fundat *Cancer. var. reſol.tom.3.c.15.nu.44.* & in *tit.de ſucceſſ.ab inteſt.c.5.tom.1.* qui alios congerit, *Ant.Faber* in ſuo *Cod.lib.2.tit.3. de pact. diff.1. & diffin.14.* optimè, & punctualitèr ad caſum, *Maranta conſ.104. & in diſput.10.n.9 Gratian.diſcept.forenſ.lib.4.diſcept.785. Piſtor. lib.4.q.7.n.3.Gabr.* in ſuis *concluſ.tit. de iur. dot.concl.1.nu.43.Fontanell.de pact nupt.d. clauſ.9.gl.vnic.p.1. Alex.Trentacinq.in conſ. 49.* ſubſcripto à quindecim alijs cauſarum Patronis Neapolitanis, *Robles de repræſ.lib. 2.c.16 n.66.& n.99.& 100.Iaſ.in l.ſi arrogator,n.19.in fin.ff.de adopt. Viſcont.* in ſuis *comm.concluſ.ver.filia,fol.93. Menoch cōſ. 269.n.56.Craſſ.de ſucceſſ.ab inteſt.in §.legitima, q.4.in fin.verſ.& prædicta concluſio, Gramm.dec.63.* & fuit deciſum in S.C. in cauſa Comitis Muri, licèt contra ſcripſiſſet *Minadous in conſ.1?.* prout ipſemet teſtatur in *Conſtit.In aliquibus,in tertio notab. num.11.* de qua deciſione mentionem facit *Franch.in dec.67.Morot.conſ.22.* videndus eſt etiam *Ann.Robert.ver.iudic.lib.2.c.5.* qui hanc concluſionem optimè alio modo fundat, non minus enim excluditur filius per renunciationem, quàm per exhæredationem, & tamen nepos ex matris exhæreda-
8 tione non repellitur ſuccedere Auo, vnà cum Patruo, *l.ſi ex patrono, ff.de bon. liber. l.3 §.ſi emancipatus,ff.de bon.poſſ.cont.tabul.* & pro hac opinione fuiſſe iudicatum per Senatum Cathaloniæ,refert *Cancer.var. reſol. tit.de renunc.n.68.tom.3.* & alias eiuſdem Senatus deciſiones recenſet *Fontan.de pact. nupt.d.clauſ.9 gloſ.vnic.par.1.* qui teſtatur, eſſe magis communem opinionem, & quòd ipſe vix contra prædictam opinionem conſulere auderet.

Quam tamen concluſionem; quia vix
9 poterant Sorores de Rendina effugere,dicebant,prædicta procedere poſſe, quandò tractatur de ſucceſſione in linea aſcendentium, vt de patre,auo,vel proauo,ſecùs verò, quādò ſumus in ſucceſſione collaterali; vt in patruo,ex ijs, quæ tradidit *Theſaur.ſenior in dec.138.& Theſaur.iunior quæſt.forenſ. 90.lib.2.* quod fundat etiam *Io. Andr. de Georg.in alleg.30.nu.35.& Mart.de ſucceſſ. legal.par.1.quæſt.14.art.2.nu.9.* ex doctrina *Bart.in d.l.qui ſuperſtitis,* ſed prædictis dicebatur, nullam rationabilem diuerſitatem
10 poſſe inter vnum, & alterum caſum conſtitui,& ideò paſſim *Doctores* caſus prædictos parificant, prout optimè dixit *Faber* in ſuo *Cod.diffin.1.tit.3.de pact.lib.2.* qui apertè dicit,non eſſe diſtinguendum,an de aſcendentium, vel collateralium ſucceſſione quæratur,dùm vtroq; caſu eædem militant rationes, & in linea collaterali loquitur deciſio Sacr.Conſil.relata per *Franch. d. dec.67.* & cum ipſo tranſit *Theſaur.vbi ſupr.n.25.* qui aliam eiuſdem Senatus refert deciſionem de anno 1605.& in linea collaterali loquuntur paſſim omnes ferè *Doctores*, vt *Crauett. conſ.127.lib.1.num.1.Maranta conſ.104. & diſp.1.Morot.conſ.22. D.Reg. Rouitus conſ. 23.lib.1. Minadous in Conſtit.In aliquibus, n°43.* ſub *num.11. Anell. Amat.conſ.15.* & alij per *Viſcontum* in ſuis *commun. concluſ. in verb.filia.* Et propterea,pro hac opinione fuit per omnes Dominos deciſum, renunciationem Lauræ non obſtare filijs, quin poſſint inſimul cum Fauſtina, & filijs fœminis Io. Baptiſtæ concurrere ad ſucceſſionem Scipionis patrui.

Secundus articulus fuit,in hac eadem cauſa diſcuſſus,reſpectu bonorum,in diſtrictu huius Fideliſſimę Ciuitatis exiſtentium, prætendebant enim Sorores de Rendina tanquàm ex maſculo deſcendentes,eſſe præferendas, cùm ex diſpoſitione *Conſuetudinis Neapolitanæ* maſculi ſemper fœminis præferantur,& propterea maxima fuit controuerſia inter *Doctores*,ſi ſtante ſtatuto præ-
11 dicto fœmina ex maſculo deſcendens concurrat cum amita,vel præferatur in ſucceſſione; Nonnulli enim voluerunt,quòd fœmina, non ſolùm ſubingrediatur locum, & gradum patris,ſed etiam ſexum, & propterea amitam excludat; dicitur enim de linea maſculina,*l.lege 12.tabularum, C. de legit. hæred.§.cæterùm,Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.* quod etiam apertè tenuit *Napod.in Conſuet.Sed ſi morienti, num.273. & in Conſuetud. Si moriatur, num.102. & 111.* vbi ex diſpoſitione *tex.in d l.Gallus, §.nunc de lege Velleia,ff.de liber.& poſthum.* voluit,
12 quòd filia ſubintret,non ſolùm gradum, ſed etiam

Digitized by Google

etiam ſexum patris,& pro hac opinione adducitur etiam *Minad.in Conſtit.Regn. In aliquibus,in 3.notab.num.84.verſ.nunc videndum*,vbi plenè diſputat quæſtionem, & *num.*118.concludit pro nepte,& dicit, ſemper vidiſſe,hanc opinionem in Regno receptam, & dictam opinionem etiam ſequitur *Regens Rouit.in conſ.*74.*nu.*8.aſſerens,quòd eſt conſiderandum,quòd prædictus *Minad.* exercuit munus primarij Aduocati, & iudicandi in Sacro Conſilio, cum æterna eius memoria,& nouiſſimè *P.Molfeſ.in Conſuet. Neapol.par.*4.*q.*32.qui allegat *Vincent. de Franch.in dec.*32.licèt loquatur in caſu,quo
13 hæreditas eſt delata,patre viuente,quàmuis adita,*Marta* latè *voto* 71.ex *num.*12.*cum ſequent.*idem *Franch.dec.*586. vbi concludit, quòd neptis ex filio, excludit ſubſtitutum,plenè *Paſchal.de virib.patr.poteſt.par.* 4.*cap.*9.*num.*20.cum *ſequent.* vbi *Doctores* cumulat,& ampliationes,& limitationes refert.Alij verò voluerunt, fœminam, ex maſculo deſcendentem,in materia ſtatuti non ſubingredi locum patris, ad finem excludendi amitam,ſed concurrendi, & pro iſta
14 opinione latè, diſcuſſo articulo fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium , refert *Capyc. in deciſ.*21. vbi dicit, quòd quàmuis articulus fuiſſet dubitabilis, tamen æquior viſa fuit hæc opinio, quæ deciſio eſt communitèr recepta,eam enim ſequūtur *Grammatic.deciſ.*63.*Vrſill.ad Afflictum deciſ.*161. *Ioannes Bologn.conſ.*9. *num.* 47. & 57. qui pro ea ſępiſſimè fuiſſe iudicatum teſtatur, *De Ponte de poteſtat.Proreg. tit. de ſucceſſ. mulier.num.*38. qui dicit, quòd hæc opinio à Regnicolis noſtris amplectitur, *Reg. Rouit.conſ.*16. *Molfeſ.in dict.*4.*part.* qui licèt in *quæſt.*32. de prædicta opinione videatur dubitare, attamèn *quæſt.*28. dicit, quòd in Regno opinio *Capycij*, & præcipuè in hac Ciuitate eſt vſu recepta, & nedùm prædicta opinio eſt à noſtris Regnicolis approbata, verùm etiam ab Exteris, & opinionem prædictam latè ſequuntur *Coſta de port. rata, quæſt.*169. vbi alios refert,*Velaſquez in l.*40.*Tauri,in gloſ.*9. *num.* 68.qui dicit, hanc opinionem eſſe communem, veriorem, ac vſu receptam, *Robles de repræſentatione, lib.*1.*cap.*12.*num.*58, cum *ſequentibus,Michael ab Aguir.de ſucceſſ.Regn.Portugall.in* 2.*part. num.*106. & *num.*126.& in 3.*part.num.*82. *Alexan.Raudenſ.* qui in eadem cauſa ſcripſit *conſil.* 1. ſub *num.*61.& ità reſoluit *Rota Romana* in collectis per *Farinac. deciſ.* 104. *num.* 3. *part.* 1. vbi concludit, repræſentationem non poſſe dari, niſi cum qualitate muliebri, & iterùm fuit reſolutum per eandem Rotam Romanam, vt per *Seraphin. deciſ.* 496. Fundatur autem hæc opinio, quia eſt caſus omiſſus à ſtatuto, & proindè remanet in diſpoſitione iuris communis,quo
15 caſu neptis ex filio maſculo repræſentat gradum, non ad finem excludendi, ſed ad finem concurrendi,ità *Cynus in l.*1. *C. de adult.* quem ſequuti fuerunt *Bart. in l.liberorum,num.*13. *ff. de verbor. ſignificat. Alberic. & Angel.in d.l.*1. *C. de adult.* & *ibidèm* etiam *Salycet.* & hanc opinionem indubitabilem dicit *Iaſon in l.ſi arrogator, verſ.pro pleniori,num.*19. *ff.de adopt.Franciſc. Marcus deciſ.* 544. *num.* 4. *part.* 1. & *deciſ.* 545. *num.*3. *Gratian. diſceptat.forenſ. lib.*1.*cap.*15.& *lib.*4.*cap.*653.*num.*47. *Maranta diſputat.*10. *Lanar.conſil.*1.*num.*59. *Calcan.conſil.*81. qui dicit, pro hac opinione obtinuiſſe, & mille florenos lucratum fuiſſe, & prædictam opinionem ad fauorem amitæ tenuit *Afflict. in Conſtitut. In ali-*
16 *quibus, num.*65. maximè in ſucceſſione tranſuerſali,& omnes ferè *Addentes ad Conſuetudin.Neapolitan. Scipio Bucin. in Conſuetud.Si moriatur,fol.*71. & in *Conſuetud. Sed ſi morienti,fol.*151. *Colut. Cappul. ibidem,num.* 171.*fol.*153. *Anton. Capyc.in Conſuetudin. Quod autem, fol.* 156. *verb. nota,liter.B.Piſanell.in dict. Conſuetud. Sed ſi morienti,fol.*153.idem *Capyc. in Conſuetud.Si moriatur,fol.*74. *in verbo nota, Camill. Salern.in Conſuetud.Si qua moriens, fol.*204. *Mart.de ſucceſſ.legal.tom.*1. *quæſt.* 22.*art.*1.*num.*6.& in *voto Piſan.* 102. *Caualcan.deciſ.* Fiuizan.13. *part.*3. & fuiſſe deciſum in Rota Romana,habetur ex *deciſionibus nouiſſimis in* 4.*tom.deciſ.*385.quæ in fortiori caſu loquitur,ſcilicèt in nepote, & fratre, *Mieres de maiorat.*2.*part.quæſt.*6.*num.* 226.Et proptereà Sacrum Conſilium in hac
17 cauſa, ſecundùm opinonem prædictam *Capycij* iudicauit,& proindè, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum ſub die 10. Iulij 1633.fuit iudicatum, ſpectare ad Fratres de Follerio tertiam partem hæreditatis quondam Scipionis Rendinæ, tàm intrà,quàm extrà diſtrictum huius Fideliſſimæ Ciuitatis,vnà cum fructibus,à die mortis dicti Scipionis,interuenientibus Domino Præſide Petro Iordano Vrſino, ac Dominis Regijs Conſiliarijs Carauita, Riccolellis, Carleual. cauſæ Commiſſario, Mendiecta,Conſtantio,Franchis, & me Hectore,pœnès Actor.Magiſtr. De Scacciauento.



Digitized by Google

# OBSERVATIO
## In Deciſione IV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nepos ex filia, quæ dote accepta renunciauit, non poteſt venire ex propria perſona, contrarium, num. 2. ratio adducitur, nu. 3. idquè procedit, tàm in ſucceſſione aſcendentium, quàm tranſuerſalium, num. 4. & 6. & ſic iudicatum adducitur in linea tranſuerſali, n. 5. 7. 10. 11. 12. 13. & etiam vbi nepos concurrit in pari gradu, n. 8. & traditur deciſio, n. 9.*

3 *Renunciatio habet tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur, & nu. 15. intellige, vt procedat, quandò filia renunciat ſimpliciter, pro ſe, & hæredibus, num. 17. ſecus, vbi renunciat pro ſe ipſa, & eius filijs, qui ex propria eorum perſona venirent, quandò caſus ſucceſſionis fortè ſuccederet poſt mortem renunciantis, num. 14. 18.*

15 *Renunciatio eſt intelligenda de hæreditatibus delatis tempore renunciationis, non autem de deferendis poſt mortem renunciantis filijs.*

17 D. de Franch. dec. 67. *declaratur.*

19 *Renunciatio matris non obſtat filijs, ex propria perſona venientibus, quandò non eſt de hæreditatibus deuoluendis, & n. 21. ſed ſi hæreditatibus prædictis renunciauit, obſtat filijs, ex propria perſona venientibus, n. 20. & 21. & deciſum adducitur, n. 26.*

22 *Cautela adinuenta, vt nepos ex filia renunciãte ſuccedere nõ poſſit, adducitur, et n. 23. Filia non poteſt ſuccedere, vbi mater renunciauit pro ſe, & filijs, etiam quòd venirent ex propria eorum perſona, cum promiſſione de non contrauueniendo, tàm ob ipſa, quàm ab eius hæredibus, ibid. eò magis, ſi mater pro obſeruantia renunciationis obligauit eius dotes, eius filios, & hæredes, & bona eorum omnia, n. 23.*

23 *Bona hæredum ſpecialiter obligari poſſunt.*

24 *Filia, & hæres matris renunciantis repellitur à ſucceſſione, vbi contrauenit renunciationi maternæ, quia de euictione tenetur, vti hæres matris.*

25 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

1 NEpotes ex filia renunciante, recepta dote non poſſunt venire ex propria perſona ad ſucceſſionem, vt tradit D. meus *hic, num.* 5. eandemquè opinionem refert *conſult.* 77. *n.* 69.
2 *lib.* 2. vbi alios adducit, ſed contrariam ſententiam probat, & ſequitur *hic, num.* 6. 7. *et* 8. ac ità deciſum refert *num.* 10. *in fine,* & 17.
ipſamquè comprobat *dec,* 127. *num.* 46. &
3 *dec.* 135. *n.* 6. *lib.* 2. quoniam habet renunciatio tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur, vt per *D. de Franch. dec.* 67. cui adſtipulatur *D. Reg Rouit.* iuris ſcitiſſimus, ac magnus practicus *conſ.* 23. *num.* 24. & 25. vbi dicit, ſic ſemper in Supremo Regni Senatu iudicatum, & proinde, ſtantibus tot continuatis deciſionibus, non eſſe ampliùs de hac quæſtione dubitandum, ſequitur, alios referens *D. de Marin. cap.* 189. *num.* 91. *lib.* 2. *quotid. reſolut.* & antè ipſum *Pappon. lib.* 14. *tit.* 4. *arreſt.* 17. D meus *dict. conſult.* 77. *nu.* 73. *in fine,* & nos dicemus *infrà, nu.* 15. 17.
4 Quæ quidèm concluſio procedit, tàm in ſucceſſione aſcendentium, quàm tranſuerſalium, vt annuit D. meus *num.* 10. & probat etiam *Crau. conſ.* 127. *nu.* 1. & 2. *lib.* 1. *Maranta Venuſinus conſ.* 104. *per tot. Morot. conſ.* 27. *D. Reg. Rouit. d. conſ.* 23. à *num.* 24. *lib.* 1. qui conſuluit in eadem cauſa illorum de Naſtaro, in qua pro contraria parte ſcripſit *D. Conſil. Georgius,* maximus feudiſta, *alleg.* 30. *num.* 38. & 39. ſubſtinens, non ha-
5 bere locum in linea collaterali, & nihilominùs fuit deciſum per Sacrum Conſilium ſecundũ opinionem *D. Reg. Rouit.* vt ipſe teſtatur *ibid. in fine,* & pro indubitato admittit *D. de Franch. d. dec.* 67. *num.* 1. ſequitur *Anton. Faber* perſpicaciſſimus iuris Interpres in *Cod. tit.* 3. *de pact. defin.* 1. *lib.* 2. *P. Diana tom.* 1. *in tract. de opin. probab. reſol.* 5. *D. Præſ. Amatus,* ſuo tempore Aduocatus celebris *conſ.* 15. *num.* 12. loquens in linea tranſuerſali, ſic etiam *deciſiones* relatæ per *D. Ioannem Angelum Piſanellum,* ſua tempeſtate Aduocatum, nemini ſecundum in *Conſuetud. Si moriatur, fol.* 89. *at.* & 90. loquuntur etiam in linea tranſuerſali, D. Ca-
6 *put.* optimus Conſuetud. Neap. Interpres in *d. Conſuetud. Si moriatur,* §. 5. *par.* 3. *num.* 2. & 3. loquitur generalitèr in qualibet ſucceſſione, idem *Marant. diſput.* 10. *in princip.* ponit caſum in ſucceſſione tranſuerſalium,
7 & fuit ſolemnitèr deciſum in cauſa Elionoræ Brancaciæ cum illis de Pignatello per DD. Arbitros, videlicet DD. Conſiliarios Palatium, Alderiſium, & Rouitum, vt teſtatur *D. Caput. ibid. num.* 6. & *P. Molfeſ.* doctrina, & Religione inſignis ad *Conſuetud. Neap. de renunciat. quæſt.* 5. poſt *num.* 18. & meminit etiam *D. Taſſon.* qui optimè in Aduocationis officio ſe geſſit, & poſtmodùm fuit Iudex cauſarum ciuilium M.C.V. in *tract. de anteſat. verſ.* 5. *obſeruat.* 1. *num.* 51. *in fine,* poſt doctiſſimas *allegationes ibi* impreſſas pro dicta Elionora, pro qua obtinuit, non obſtãte matris præmortuæ ampliſſima renunciatione.
Et tandèm *D. Gaſp. Anton. Theſ. lib.* 2. *qq.*

fo-

Digitized by Google

forenſ.q.90.vbi num.24. allegat D.Conſil.de Georgio d.alleg.30.nu.35.& ſeq.facientem dictam diſtinctionem reſpectu ſucceſſionis collateralium, non tamen facit mentionem de D.Reg.Rouit.d.conſ.23.quia eo tempore
8 liber nõ erat impreſſus,nec quòd fuerat iudicatũ contrà opinionẽ D.Georgij, attamen num.25.admittit opinionem D.mei,vbi nepotes concurrunt in pari gradu,vt eis non obſtet matris renunciatio in ſucceſſione tranſuerſalium,ſicquè deciſum refert de an-
9 no 1605.prout fuit iudicatum in hac cauſa de Follerio,vt per D.meum num.10. in fin. & 17. de qua deciſione meminit D. de Marin.cap.212.num.4.in fin.lib.2. quotid. reſol. ac Dom.Ioan.Baptiſt.Hodierna Aduocatus perdoctus lib. 1. controuerſ. forenſ. cap. 23. num.12.in fine, & D.Conſil.Prouenzal.obſer.5. n.21.ad Conſuet.1.de ſucceſſ.ab inteſt.

Sic etiam in ſucceſſione tranſuerſalium fuit ſolemnitèr, præuia maxima diſcuſſione
10 determinatum per M.C.V.in cauſa præambuli quondam D.Antonij de Palma mortui ab inteſtato, in qua ſucceſſione concurrebant D.Carolus,& D.Vincentius de Palma, fratres conſanguinei tantùm,pro quibus patrocinium præſtabat D.Horatius Palumbus, Aduocatus doctus, ac etiam concurrebat D.Indicus de Palma, nepos ex D.Ioanne fratre vtrinquè coniuncto præmortuo, cui opponebatur de renunciatione facta per dictũ eius patrẽ,in tranſactione inter eos inhita,de omni parte,& portione, quæ ad dictũ D.Ioannem ſpectaret,aut ſpectare potuiſſet per mortem eius fratrum,tamen quia D.Indicus petiebat ſucceſſionem ex perſona propria,ideò per dictam M.Cur. iunctis Aulis
* Die 27.Nouembris 1632. fuit interpoſitum decretum præambuli in beneficium dicti
11 D. Indici, cuius partes neruosè tuebatur D.Lelius Gizzius germanus meus, vir ſanè doctiſſimus,ſtudioſiſſimus, ac laborioſiſſimus,prudẽtia,charitate, pietate clariſſimus, vt omnibus innoteſcit, qui animam Deo reddidit,cum omnium dolore, & mœrore die Sabathi Sancti 23.Aprelis 1639. à quo
12 decreto præambuli cùm fuiſſet appellatum
* ad Sacrum Conſilium per dictos fratres de Palma, tandèm ſub die 13.Iulij 1635.iunctis etiam Aulis ad relationem D. Conſil.Franciſci Antonij Muſcettulæ mei Domini, ac nunquàm ſatis laudandi, cum interuentu D. Præſidis Vrſini,ac DD.Conſiliariorum Varela,Theodori,Apicella,Soria, & Exguerra fuit declaratum, benè fuiſſe prouiſum per M.C.V. & proindè eſſe expediendas prouiſiones in beneficium dicti D.Indici, cùmq; à dicto decreto Sacr.Conſil.fuiſſet reclamatum per eoſdem fratres minores;per viam
13 reſtitutionis in integrum fuit iudicatum,fa-
* cto verbo,iunctis etiam Aulis,ſub die 18. Aprelis 1636. non eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni, interuenientibus D.Præſide Vrſino,ac DD.Conſiliarijs Varela,Theodoro,Marciano,Exguerra, & Muſcettula cauſæ Commiſſario,in Banca Caroli Strinæ,hodiè Burrelli.

Et quòd in ſucceſſione aſcendentium ne-
14 pos ex filia, quæ recepta dote renunciauit, pro ſe ipſa, & filijs naſcituris, qui venirent ex propria eorum perſona, ſi fortè caſus ſucceſſionis eueniret poſt mortem renunciãtis,non poſſit concurrere,eſt indubitatum,
15 nàm licèt ſatis vulgata ſit concluſio,de qua ſuprà num.3. ſcilicèt, quòd renunciatio eſt intelligenda de hæreditatibus,quę fortè delatæ fuiſſent renuncianti,non autèm de hæreditatibus deferendis filijs,poſt mortem matris renunciantis,tunc enim filij veniunt ex propria eorum perſona, non obſtante dicta matris renunciatione, vt deciſum refert D. de Franch.d.dec.67.in fine, cui addo Marantam d.diſput.10.num.8. 9.& 13.Morot. conſ.22.num.5. Surd.conſ.133. num.18. 19. & ſeq.volum.1.Theſ.iun.d.q.90. num.11.D. Conſil.Georg.d.alleg.30.num.34. D.Reg.de Pont.conſ.40.num.6.volum.1.D.Conſil. de Anna conſ.92.nu.43.& D.Reg.Capyc.Galeot.
16 Ducem Reginæ oculatiſſimũ,& vigilantiſſimum virum,ac iuris ſcitiſſimum controu.16. num 11.& ſeq.volum.1. controu. Illuſtr. D. Præſ.Merlin.centur.1.controuer.forenſ.cap. 11.n.10.alioſq; citat D.meus hic,n.5.
17 Attamen,concluſio prædicta procedit in caſu ſuo,quandò.ſ. renunciatio fit per filiàm ſimplicitèr,pro ſe,& hæredibus,& ità intelligi debet D.de Frãch.d.dec.67.& eius aſſeclæ,
18 ſecùs verò in caſu propoſito,vbi filia renunciauit prò ſe ipſa,et eius filijs,qui ex propria eorum perſona venirent,quandò caſus fortè ſuccederet poſt mortem filiæ renunciantis, tunc enim filij adeundo hæreditatem matris,tenentur habere ratam dictam renunciationem,& per conſequens, à ſucceſſione ipſis delata repelluntur,vt expreſsè colligimus ex traditis per eundem D.de Franch.ibid.nu.7.
19 vbi dicit,quòd in caſu ibi propoſito, matris renunciatio non obſtabat filijs,ex propria perſona venientibus,quia mater non renunciauerat hæreditatibus filijs deuoluendis;
20 ergò à contrario ſenſu, ſi mater renunciauerat hæreditatibus filijs deuoluendis, talis renunciatio obſtaret filijs,etiam ex propria perſona venientibus,quod in puncto voluit Theſaur.iun.videndus d.quæſt.90.num.11.
21 dicens,quòd vbi hæreditas ad nepotes ſpectat per legitimam ſucceſſionem, renunciatio matris non comprehendit iſtum caſum, niſi expreſsè dictũ fuiſſet, quòd iſti nepotes adueniẽte caſu in eorũ perſonas nihil petãt.

Hìnc ad tollendam omnem dubietatem
22 circà hunc articulum,fuit adinuenta caute-



Digitized by Google

la, quam ponit D. *Reg. de Ponte lect. feudal.* 19. ſub *num.* 9. ibi, *& propterea hodiè in renunciationibus, quæ fiunt à mulieribus, dùm à parentibus maritantur, non ſolùm promittitur per ipſas, ipſiuſquè hæredes non contrauenire, ſed apponitur clauſula neceſſaria, etiã, quòd illi ius prætendant ex proprijs eorum perſonis*, ſubdens, *notate, quia eſt ſatis quotidianum*, de hac etiam cautela meminit *D. Minad.* vigilantiſſimus, ac doctiſſimus Præſidens R.C.S. in *Conſtit. In aliquibus, in 3. notab. num.* 12. eandemquè ſententiam in proprijs terminis ſequuti ſunt *Vrſill.* laborioſiſſimus, ac ſubtiliſſimus Additionator ad *Afflict. dec.* 161. *num.* 7. *Surd. conſ.* 355. *n.* 41. *& ſeq. lib.* 3. *D. Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *q.* 14. *art.* 3. *n.* 18.

23 Eòque magis concluſio prædicta procedit, ſi filia renuncians pro obſeruantia renunciationis obligauit eius filios naſcituros, eorumquè bona omnia, ac etiam eius dotes, à patre receptas, cùm omnibus pateat, obligationem hæredum ſpecialiter factam, validam eſſe, vt ſepiùs determinatum referunt *Afflict. dec.* 111. *num.* 15. 16. *&* 17. *& deciſ.* 200. *D. de Franch. dec.* 53. *num.* 7. *&*
24 *deciſ.* 321. *in princip.* & proindè, vbi filia, & hæres matris renunciantis, contraueniret renunciationi, repellitur à ſucceſſione, cùm teneatur de euictione, etiam in bonis proprijs,
25 ex vulgata regula, *quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l. vindicantem, ff. de euict.* D. meus *deciſ.* 23. ſub *num.* 1.

Et ſecundùm prædicta fuit ſolemniter determinatum per M.C.V. in cauſa præambuli ex teſtamento quondam V.I.D. Ioſephi
26 Santolia, nàm ad excluſionem Annicchæ Santolia, filiæ, & hæredis inſtitutæ, concurrebat neptis ex Victoria Santolia, ſimilitèr eius filia præmortua, quæ renunciauerat, recepta dote duc. 2000. nedùm *pro ſe ipſa*, ſed etiam *pro filijs naſcituris, etiã quòd venirent ex propria eorum perſona, quandò caſus ſucceſſionis eueniret poſt ipſius Victoriæ renunciantis obitum*, promittendo, *non contrauenire, & quòd nec etiam eius filij, & hæredes*, obligando pro obſeruantia dictæ renunciationis *nedùm ſeipſam, & eius dotes, ſed etiam dictos filios, & hæredes naſcituros, eorumquè bona omnia*, & proindè ſtante dicta renunciatione, quia caſus ſucceſſionis patris euenit poſt mortem Victoriæ renunciantis, fuit per Mag. Cur. interpoſitum de-
* cretum præambuli, ex teſtamento in beneficium prædictæ Annicchæ, excluſa dicta nepte, de anno 1646. in Banca Albani, patrocinante pro dicta Annicchà D. meo *Ioſepho Magaldo*, viro nũquàm ſatis laudando, Aduocato perſpicaciſſimo, & vitæ bonitatis inſigni, à quo prædicta percepi.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Teſtamentum nuncupatiuum an, & quandò dicatur perfectum, tàm ratione voluntatis, quàm ſolemnitatis; Et an poſſit fieri per relationem ad aliam ſcripturam. Et quæ dicatur voluntas captatoria.

### SVMMARIVM.

1 *In controuerſia teſtamenti, nemine poſſidente bona ſequeſtrentur, nè Partes veniant ad arma.*

2 *Vocatus ex inueſtitura, ſuccedit in feudo, non obſtante teſtamento.*

*Et quid reſpectu fructuum, n.* 4.

3 *Succedens in feudo hereditario, tenetur ad onera.*

5 *Diſpoſitio, in arbitrium alterius relinqui non poteſt.*

*Amplia, etiam in milite, n.* 6. *Limita in dote, & ad pias cauſas, n.* 9.

7 *Captatoria voluntas, quæ dicatur.*

8 *Teſtamentum ratione voluntatis, imperfectum dicitur, vbi teſtator aliud diſponere voluerit.*

10 *Diſpoſitio teſtatoris, remittentis ſe ad aliam ſcripturam, an, & quandò valeat, & num.* 13.

11 *Probatio teſtium, habẽtium notam manum teſtatoris, non eſt ſufficiens.*

12 *Teſtes deponentes de ſubſcriptione apocæ, parte non citata, non probant.*

14 *In claris non debet fieri interpretatio.*

15 *Verba declarata per teſtatorem, attendi debent, an teſtamentum, vel codicillos facere voluerit.*

16 *Inſtitutio inducitur ex verbis prolatis à teſtatore, relinquente eius vxorem Dominam, & patronam, ſuper omnibus, & quibuſcunquè bonis mobilibus, & ſtabilibus, præſentibus, & futuris, iuribus, & actionibus, maximè, nullo hærede inſtituto, num.* 18.

17 *Verbum* dominus *à teſtatore prolatum, idem eſt, ac* hæres.

19 *Mulier relicta Domina, & patrona, alio hærede inſtituto, alimenta tantùm, & ſolitam præeminentiam habebit in domo, & n.* 22. *&* 23. *& de ratione, n.* 20.

21 *Verbum* Dominus *aliquandò inducit dominium, aliquandò authoritatem, et præeminentiam.*

22 *Do-*

Digitized by Google

22 *Dominium penès duos inſolidum eſſe non poteſt.*

24 *Declaratio voluntatis, commiſſa per teſtatorem alicui, de eo, quod ſibi in ſecreto dixit, iure recipitur.*

*Et ſtatur iuramento illius, n. 25.*

26 *Teſtator non prohibetur, legare per relationem ad aliam ſcripturam.*

*Et quid, reſpectu inſtitutionis hæredis, n. 27.*

28 *Comparatio literarum ad iuſtificandam ſchedulam, ad quam ſe remittit teſtator, ſufficit reſpectu legatorum.*

29 *Declaratio voluntatis defuncti, probatur per confeſſionem ipſius hæredis.*

30 *Donatio fieri poteſt in teſtamento.*

31 *Teſtamentum factum, per relationem ad aliam ſcripturam, etiam reſpectu inſtitutionis vniuerſalis valebit, vbi Deciſio.*

# Deciſio V.

Deceſſit Thomas de Vincentijs Baro terræ Pizuti, abſque legitimis deſcendentibus, relicto Tiberio de Vincentijs, ex fratre vtrinq; coniuncto nepote, ac Tarquinia Marracone eius vxore, qui de hæreditate prædicti Thomæ contendebant, Tarquinia enim prætendebat, ſe eſſe hæredem ex teſtamento, vigore cuius per Curiam Terræ Palazoli fuit hæres, mediante decreto præamboli declarata; & Tiberius prætendebat, ſe hæredem ab inteſtato, & ſic declarare fecit, mediante decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, & introducta cauſa in S.C. facta per Me relatione, ſub die 7. Iulij 1632. fuit dictum, quòd infra quatuor dies audiantur partes ſuper omnibus, hinc inde prætenſis, & interim omnia

1 bona burgenſatica, remanſa in hæreditate prædicti quond. Thomæ, ſequeſtrentur, iuxtà alias deciſa per S.C. vt per *Franch. dec.* 264. nè Partes venirent ad arma; ad tradita per *Gayll. lib.* 1. *obſeru.* 5. *num.* 2. circa *med.* de feudo enim Pizuti non fuit dubitatum, quòd in eo ſuccedere debebat Tiberius, tanquam vocatus ex lege inueſtituræ, etiam quandò

2 teſtamentum eſſet validum; iuxtà tradita per eundem *Franch. dec.* 1. *&* 159. *De Ponte conſ.* 13. *&* 52. *volum.* 1. *Lanar. conſ.* 80. vbi

3 etiam habetur, quòd, quis tractatur de feudo hæreditario, hæres teneatur ad onera, & quamuis contrarium attentaſſet *Reg. Camill. de Curtis* in ſuo *diuerſ. cap.* 34. *num.* 60. *fol.* 49. *Conſil. de Georg. alleg.* 30. Tamen contrarium pluriès fuit deciſum, vt per *De Pont. in loco* proximè alleg. & fuit etiam deciſum in cauſa Reg. Conſil. ac Præſidentis R.C. doctiſſimi, & meritiſſimi Fabij Capycij Galeotæ cum Aſcanio Como, in qua cauſa ſcripſerunt prædicti *De Curt.* *&* *Georg.* fuit tamen aliqua controuerſia de fructibus, &

4 ideò fuit dictum: Salua prouiſione facienda quoad fructus, ob diuiſionem faciendam intèr hæredem in feudalibus, & burgenſaticis, ad *text. in cap.* 1. §. *ſi quis per triginta, hic finitur lex.* Compilato proceſſu, fuit dubitatum de validitate teſtamenti dicti quon. Thomæ; dicebat enim Tiberius nepos, ſcripturam, in actis præſentatam pro parte Tarquiniæ, in qua ſe fundabat, non eſſe teſtamentum, ſed cùm Thomas eius zio diſcedere intendiſſet, vxori bonorum adminiſtrationem relinquere voluit, & ideò eam hæredem minimè inſtituit, ſed tantùm ipſam reliquit dominã, & patronã ſuper omnibus bonis ipſius Teſtatoris mobilibus, & ſtabilibus, præſentibus, & futuris, cum ampla poteſtate, ac ſi eſſet propria perſona ipſius, his verbis. *Laſcia Tarquinia Marracone ſua moglie, Donna, e Padrona ſopra tutti li beni di eſſo Teſtatore mobili, ſtabili, preſenti, & futuri, cenſi, ragioni di qualſiuoglia ſorte, con tutte ragioni, & attioni, e poteſtà, come ſe fuſſe la perſona di eſſo Tomaſo.* Quod ſatis declarari dicebatur ex ſcriptura, in qua prouidet, in caſu ſuæ mortis, quid ſit faciendum, dùm declarauit, quòd exequi debeatur id, quod eadem Tarquinia voluerit, prout ex ſcriptura ſuæ propriæ manus, in poſſe eiuſdem Tarquiniæ relinquenda apparuerit, ibi: *Et ſuccedendo morte di eſſo teſtatore, che l'intentione di eſſo Tomaſo ſtia in arbitrio della detta Tarquinia, e della ſcrittura, la ſcierà eſſo Tomaſo fatta di ſua propria mano, quale reſterà in potere della detta Tarquinia, & à quella, & alla detta Tarquinia s'habbia d'hauere piena fede:* Et ſic ſua diſpoſitio, & vltima voluntas in caſu eius mortis erat commiſſa arbitrio Tarquiniæ, & ſcripturæ per ipſum eidem relinquendæ; ſi ergò voluntas teſtatoris erat declaranda arbitrio alterius, dicebat Tiberius, quòd de declaratione facienda nulla erat habenda ratio,

5 cùm vltima diſpoſitio non poſſit in arbitrium alterius relinqui, nam iura ſunt clara, & hoc probat *text. in l. illa inſtitutio, & in l. captatorias Sempronium, ff. de hæred. inſt.* quod

6 etiam procedit in milite, *l. captatorias, C. de teſtam. milit.* non poteſt enim vltima voluntas dependere ex alieno arbitrio, vt per *Bal. in d. l. illa inſtitutio*, vbi etiam *Bart. Paul. de Caſtro, Alber.* & alij, *Iaſ. Angel. & Imol. in d. l. captatorias, Canoniſt. in cap. cùm tibi, de teſtam.* idem *Iaſ. in l. frater à fratre, ff. de condit. indeb.* eſſet enim in poteſtate hæredis, facere quicquid vult, ſed vltima voluntas dependere debet ex vero, & abſoluto arbitrio teſtatoris, & propterea diſpoſitio peccaret in forma, vt per *DD. in locis* ſuprà allegat. & idem firmauerunt *Soc.* & alij in *l. vtrũ*,



Digitized by Google

§. illi quidam, ff. de reb. dub. Peregr. de fideic.
7 art. 33. n. 51. dicitur enim hæc voluntas captatoria, quæ de iure prohibetur.

Secundò, quatenus in ſcriptura prædicta voluiſſet Thomas facere teſtamentum, adhuc dici debet teſtamentum imperfectum; tàm ratione volũtatis, quàm ratione ſolemnitatis; nam teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, quotieſcunquè ap-
8 paret, defunctum voluiſſe aliud diſponere, *Imolæ in l. ſi is, qui ex teſtamento, in fin. ff. de teſt.* latiſſimè *Caſtill. quotid. controu. lib. 4. cap. 21. num. 14. & ſeq.* dùm ergò ad voluntatem vxoris, & ad aliam ſcripturam conſignandam ſe remiſit, non erat integra voluntas, & per conſequens, diſpoſitio peccat in forma, quamuis enim ad arbitrium alterius poſſit diſpoſitio remitti, ad *text. in l. Theopompus, ff. de dot. prælég.* vbi *DD.* & in *cap.*
9 *cùm tibi, ff. de teſt.* tamen hoc procedit in dote, ac in diſpoſitione ad pias cauſas, vt per *Afflict. dec. 371. num. 4.* & probatur in *d. l. captatorias ff. de hæred. inſtit. & in d. c. cùm tibi*, vbi *DD.* Ratio autem differentiæ inter cauſam piam; & profanam, ponitur à *Bart. in l. 1. num. 64. verſ. nunc ad propoſitum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicit, voluntatem captatoriam ideò in pijs cauſis valere, quoniam reperitur lex ità diſponens, vt fiat diſtributio ad honorem Dei, ſalutem animæ, & ad redimendum peccata, quod ſecùs eſt in voluntate concernente actum profanum, nec vlla lex reperitur, quæ talem voluntatem, & diſpoſitionem admittat, ſequitur *Card. Pariſ. conſ. 38. col. 3. n. 24.* & per tot. *conſ.* vbi plenè de materia.

Quatenùs autem eſſet admittenda opinio, quòd valeat diſpoſitio, quæ ſe refert ad
10 aliam ſcripturam, quæ penès aliquem probum virum relinquitur per teſtatorem, attamen hoc procedere poteſt, quandò concludentèr conſtat de identitate ſchedulæ, vt per *Aret. in l. hæredes palàm, ff. de teſtament. Alex. in d. l. hac conſultiſſima, num. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & in *l. vlt. Prætor, §. ſi Iudex, num. 2. in fin. ff. de re iud.* vbi de communi teſtatur, hoc idem voluit *conſ. 76. num. 5. volum. 3. Paul. de Caſtr. conſil. 414. num. 3. volum. 2. Corn. in d. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, C. de teſtam.* & in *conſ. 324. num. 3. verſ. non ſic in terminis, volum. 1.* & vti communem amplectitur *Surdus in l. ſi ità ſcripſero, n. 3. ff. de condit. & demonſt.* & in *conſ. 146. num. 6. volum. 1. Laur. Calcan. in conſ. 15. num. 32. Alciat. conſ. 116. num. 1. lib. 9. Couarr. in cap. cùm tibi, de teſt. num. 5.*

Nec ſcriptura erat ſufficientèr probata; quam-
11 uis enim aliqui teſtes deponebant, habere notam manum teſtatoris, hæc probatio non eſt de per ſe ſufficiens, quia de facili poſſunt teſtes decipi, vt in *auth. de inſtrum. caut. & fid.* & ideò teſtes deponere debent, fuiſſe præſentes, *Aretin. conſ. 64. Alex. conſ. 181. num. 3. volum. 2. Bart. in auth. et ſi contractus, C. de fid. inſtrum.* & eſt vulgata deciſio S. R. C. relata per *Afflict. in deciſ. 181.* vbi *Addent. Pariſ. conſ. 19. lib. 3. Grammat. dec. 84. Theſaur. lib. 1. quæſt. foren. quæſt. 24. num. 5. Ludou. dec. Peruſ. 7.*

Nequè teſtes prædicti erant recepti, Par-
12 te citata, quo caſu, quamuis deponerent, fuiſſe præſentes in ſubſcriptione ſcripturæ, nihil probarent, ad *text. in l. ſi quandò, C. de teſt.* vbi *Bald.* & in *l. Iudices, C. de fid. inſtr. cap. in nomine Domini, de teſt.* & alij adducti per *D. Reg. Tap. dec. 2. Supremi Ital. Senat. num. 109.* multa ad propoſitum per *D. Reg. Rouit. decis. 95.* & propterea, ſtante defectu
13 probationis identitatis ſcripturæ, nulla erit habenda ratio de dicta diſpoſitione, *Surd.* poſt alios, quos allegat *conſ. 187. num. 31. Cęuall. pract. quæſt. commun. cont. commun. quæſt. 44. Gutierr. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 41. Maſtrill. dec. 197. num. 3. Craſſ. §. inſtitutio, quæſt. 16. Peralt. in rubr. ff. de hær. inſt. num. 76. Tell. Fernan. in l. 3. Taur. par. 5. nu. 34. Petr. Magdal. de num. teſt. par. 2. cap. 27. n. 9. Mieres de maior. p. 1. q. 48. n. 219. & ſeq.* & in *d. l. 3. Tauri, p. 1. n. 808. Caſtill. quotid. controu. iur. lib. 4. cap. 20. nu. 30. cum ſeqq.*

Verùm pro parte Tarquiniæ Marracone vxoris dicebatur, quòd in hac cauſa non intrabant articuli, pro contraria parte excitati, habebat enim pro ſe teſtamentum nuncupatiuum, ex omni ſui parte perfectum, nequè vlla imaginaria adeſſe poterat captatoria voluntas; nec aliquid faciebant illa verba poſita in teſtamento, in quibus dixit, quòd volebat poſt mortem, obſeruari id, quod ipſa Tarquinia, & ſcriptura, penès eam propriis manus teſtatoris relicta, ordinabant. Quia non erat verum, quòd ſcriptura, de qua agebatur, non erat teſtamentum, ſed quòd tantùm per eam adminiſtratio bonorum vxori dabatur, quia certiſſimum eſt, quòd teſtator voluit, in dicta ſcriptura teſtamentum nuncupatiuum facere, quod ſatis apertè probatur ex eadem ſcriptura in principio, vbi expreſſis verbis dixit, velle facere teſtamentum, & completa poſteà diſpoſitione declarauit, quòd hac erat ſua vltima voluntas, quam valere voluit, iure teſtamenti, codicillorum, & donationis cauſa mortis, & ex tota dicta diſpoſitione clarè habetur, quòd voluit teſtari, non autem vxorem adminiſtratricem, durante eius ab-
14 ſentia relinquere; & cùm ſimus in claris, non eſt recurrendum ad mentis interpretationem, *l. continuus, §. cùm ita,* vbi *Bart.* notat, *ff. de verb. obligat. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 11.* vbi quòd omittere ſenſum, & certitudinem, & quærere indicia,

cia,

cia,& coniecturas in re manifeſta, eſt infirmitas intellectus, & idem *Mant.lib.2.tit.3.*
15 dicit, quòd debent attendi verba declarata per teſtatorem,ſi voluit facere teſtamẽtum, vel codicillos, *Natta conſ.123.num.1. Socin. ſen.in l.1.num.37.ff.ſolut.matrim.* & eſt *tex. in l.ſi alij,ff.de vſufr.leg. & Angel.conſ.191. in fin.* non poteſt ergò diſputari de intentione teſtatoris, an voluerit in dicta ſcriptura facere teſtamentum, videndum tantùm eſt, ſi in ea adſint ſolemnitates teſtamenti nuncupatiui,& certum eſt, quòd in ea ſolemnitates non deficiunt, & quamuis dicebatur, quòd deficiebat inſtitutio hæredis, tamen
16 fuit dictum,quòd illa verba,quòd *relinquebat Tarquiniam eius vxorem dominam, & patronam ſuper omnibus, & quibuſcunque bonis mobilibus, ſtabilibus, præſentibus, & futuris, iuribus, & actionibus quibuſcunque* importabant hæredis inſtitutionem, quod probat *text.in l.his verbis,ff.de hæred.inſtit.* ibi, *hæreditatis meæ Dominus eſto, rectè inſtitutio fit,* concordat *text. in §.pro hærede, Inſtit.de hæred.qual. & differ.* idem enim
17 importat verbum, *hæres*, quod *dominus*, *Mantic.de coniect.vltim.volun.lib.12.tit.11. num.6.Ludouiſ.dec.7.num.2.* & in ſpecie, quòd mulier relicta à viro Domina, & patrona ſuorum bonorum,nullo alio hærede inſtituto, ſit hæres,& quòd ea verba impor-
18 tent hæredis vniuerſalis inſtitutionem, etiam in proprietate,voluerunt *Imol.& Bal. in d.l.his verbis,* & idem *Bald.in l.fin. nu.6. verſ.hoc etiam patet,C.de indic. viduit. toll.* & in *conſ.294.num.1.verſ.quid dicemus,lib. 5.Bart.in l.Titia,§.Titia autem cum nuberet,num.6.*vbi etiam *Picbus num.22.73.& 95.ff.de legat.2.Gabr.in* ſuis *concluſ.tit.de vſufr.concluſ.3.nu.37.Menoch.de præſumpt. lib.4.præſumpt.141 num.6.Rot.Roman.per Farinac.dec.162.num.6.part.2.in recentior.* optimè *Surd.de alim.tit.2.quæſt.8. num.8.* qui alios recenſet,& licèt hærede inſtituto,ſi fuerit relicta mulier Domina,& patrona,ha-
19 bebit tantùm alimenta, cum ſolita præeminentia in domo,iuxtà doctrinam *Bald. in d.l.fin.num.6.verſ.quid ſi teſtator,C.de indic.viduit.toll.* nàm ſecundùm vulgare Italicum,verbum *Domina* importat,eam eſſe caput domus,& penès ſe habere regimen, tamen hoc limitatur, alio hærede non relicto,quoniàm tunc verbum *Domina* importabit dominium,ſecundùm propriam verbi
20 ſignificationem,ratio autem diuerſitatis eſt, quia hærede inſtituto,adita hæreditate, in eum tranſit dominium omnium rerum hæreditariarum, *Menoch.* poſt alios *conſ.733. num.29.* & licèt aliquandò quis appelletur Dominus in propria ſignificatione, cui etiã
21 competit rei vendicatio, vt in *l. Quintus Mutius,la ſeconda,§.argento, ff. de aur. & arg. leg.* aliquandò verò ratione cuiuſdam authoritatis, & præeminentiæ, *l.3.§.qui ait, ff.de public.l.creditor,§.penultim.ff.mandat. & l.interdùm,§.qui tutelam, ff.de furt.* ta-
22 men quia dominium non poteſt eſſe penès duos inſolidum, *l.ſi vt certo,§.ſi duobus, ff. commod.Specul.de feud.§.2. verſ. & è contra,& verſ.12.Bart.in l.non ſolùm,ff.ſolut. matrimon.* ideò hæres erit Dominus,& mulier habebit alimenta, & præeminentiam in domo,vt per *Signor.de Homod.in conſ.175. num.6.in fine,*& alij per *Surd.in d.tract.de alim.quæſt.8.num.8.tit.2.* quandò verò hæ-
23 res non reperitur inſtitutus, tunc verbum *Dominus* remanebit in ſua propria ſignificatione,vt in *d.l.his verbis*, & alij ſuprà allegati,& probat *Surd.d.n.8.in fin.*

Ad obiecta autem facilè reſpondetur, nõ enim poteſt dici captatoria diſpoſitio, reſpectu inſtitutionis,quia iàm ex dicto teſtamento apparet,fuiſſe vxorem hæredem inſtitutam, & ſic non eſt in alterius arbitrio voluntas collata, reſpectu hæredis, ſed tantùm legata,reſpectu quorum poteſt teſtator
24 remittere ſe ad ea,quæ in ſecreto ſuæ vxori dixit,vt habetur ex *tex.in l. quem hæredem, ff.de reb.dub.* vbi dicitur, quòd valet diſpoſitio,vt ſit liber,quem ex ſeruis dixerit hæredi ſuo,& licèt dicatur *in fine*,ſi hæc voluntas ex quibuſdam argumentis apparebit; quod maius argumentum eſſe poteſt, quàm ſcriptura propriæ manus teſtatoris? hinc *Ruin.conſ.19. vol.2.* dixit, quòd ſatis erit, ſi
25 hæres cum iuramento,ità declarauerit, ex quibus ità in terminis voluit etiam *Peregr. de fideic.art.33.ſub n.58.*

Secundò reſpondebatur, quòd hìc non tractatur de diſpoſitione relicta in arbitriũ alterius,non enim ſimpliciter teſtator, ſe remiſit ad Tarquiniam eius vxorem; ſed ad ipſam, & ſcripturam, penès ipſam relinquendam,ad quam verè teſtator ſe remiſit, & ſic debent intelligi ea verba,quamuis dicat, ad Tarquiniam, & ad ſcripturam, nihil enim declarauit ipſa Tarquinia, ſed tantùm præſentauit ſcripturam, penès ſe exiſtentem, & ideò non poteſt dici voluntas captatoria, tanquàm in alterius arbitrium collata,ſed ad ſcripturam propriæ manus teſtatoris.

Nec dubitari poteſt, quòd poſſit teſtator
26 facere legata per relationem ad aliam ſcripturam, ex doctrina *Bart.* communitèr recepta in *l.ſi ità ſcripſero, ff.de condit.& de-*
27 *monſtrat.* fuit tamen de hoc dubitatum in inſtitutione hæredis vniuerſalis, & quamuis *Iaſ.in l.certum,in princ.ff.ſi cert.petat.* dicat, quòd non, tamen communis opinio eſt in contrarium, de qua teſtantur *Clar. lib.3. in §.teſtamentum,quæſt.4.num.3.& quæſt. 36.num.2.& Mantic.de coniect.vltim. volunt.lib.1.tit.7.num.7.* vbi concludunt, poſ-
ſe

Digitized by Google

ſe valere, vt teſtamentum nuncupatiuum,
nàm ſufficit ſaltèm implicitè, teſtatorem
nominaſſe hæredem per relationem ad
aliam ſcripturam, iuxtà diſpoſitionem *text.*
*in l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit.* quod ex
multis *DD.* authoritatibus confirmat *Ri-*
*minald. iun. conſ.* 439. *num.* 24. vbi quòd
in legatis talitèr relictis ſufficit compara-
tio literarum, ad iuſtificationem ſchedu-
28 læ, ad quam ſe remittit teſtator, *Surd. conſil.*
378. *num.* 15. *volum.* 3. vbi innumeros cu-
mulat, hoc etiam voluit *Craſſ. in* §. *teſta-*
*mentum, quæſt.* 16. *& in* §. *inſtitutio, quæſt.*
16. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.*
12. *tit.* 16. *num.* 20. vbi, quòd ſufficit com-
paratio literarum, vel alia legitima conie-
ctura, & ſic non requiritur plena proba-
tio, ſed coniecturæ ſufficiunt, & quæ ma-
ior probatio potuit eſſe in caſu, de quo
agebatur, quàm quòd eadem hæres ſcri-
pta, de cuius intereſſe tractabatur, pœnès
quam ſcriptura fuit relicta, eam exhiben-
29 do, eius identitatum confitebatur? *Pariſ.*
*conſ.* 75. *nu.* 52. *&* 56. *vol.* 2. *Mantic. vbi ſu-*
*prà, num.* 22.

Et tandèm in teſtamento prædicto ade-
rat etiam donatio cauſa mortis, qua me-
30 diante Notarius acceptauit, *nomine om-*
*nium, &c.* quo caſu per ſe donatio ſubſi-
ſtit, ità vt irrito teſtamento, donatio non
irritetur, quia habet vim contractus, & de-
betur donatum, etiam hæreditate non
adita, ità punctualitèr *Decius conſ.* 195. *num.*
3. *Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib.*
12. *tit.* 7. *num.* 5. *&* 6. & licèt in caſu præ-
dicto non agebatur de validitate legato-
rum, ſed tantùm de validitate teſtamenti,
31 & hæredis inſtitutione; Tamen Sacrum
Conſilium habuit pro vera dicta ſcriptu-
ra exhibita per Tarquiniam, non tantùm
ex illa probatione, habere notam manum,
quantum ex ipſo tenore ſcripturæ, in qua
aderant nonnulla legata pia, immò lega-
tum ad beneficium eiuſdem Tiberij de
Vincentijs, eius nepotis, & quod plus, erat
approbata, & confeſſata per eandem hære-
dem, de cuius intereſſe principalitèr tracta-
batur. Et ſic die 19. Decembris 1634. iun-
ctis Dominis Conſiliarijs duarum aularum,
ad mei relationem fuit iudicatum, diſpoſi-
tionem Thomæ de Vincentijs fuiſſe, & eſſe
validam, & proindè hæreditatem ipſius bur-
genſaticam ſpectauiſſe, & ſpectare ad Tar-
quiniam Marracone eius vxorem, & hære-
dem, cum oneribus tamen contentis in
ſchedula, per ipſam præſentata, pęnès Actor.
Magiſtr. Spera.

§§§§§§§§

# OBSERVATIO
## In Deciſione V.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sequeſtrum in principio litis non fit, fallit pendente iudicio petitionis hæreditatis, nu.* 2. *& de ratione, num.* 3. *ideòq; antè litis conteſtationem fieri poteſt, num.* 7. *maximè vrgente ſuſpitione conuenti, concurrente vna ex quatuor circumſtantijs requiſitis, num.* 5. *& vna cauſa ſufficit, num.* 6. *vel ſi conuentus ſit forenſis, n.* 8. *& ità deciſum refertur, n.* 9. *&* 10.

4 *Poſſeſſor præſumitur litigare; cauſa differendi iudicium, vt interim capiat fructus.*

10 *Sequeſtrum hodiè indiſtinctè fit, & eſt derogatum* l. ſi fideiuſſor, §. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. *quamuis conuentus non ſit ſuſpectus.*

11 *Conſuetudo eſt ſeruanda in materia ordinandi ſequeſtrum.*

12 *Sequeſtrum factum pro eodemmet credito, ſuper bonis, in duobus Regnis diuerſi Dominij ſitis ab vnoquoquè Iudice illius, an tolli poſſit per Iudicem vnius Regni, refertur deciſio, quòd conuentus procuret, vt tollatur ſequeſtrum, præſtita cautione per debitorem de ſoluẽdo, quidquid fuerit iudicatum, & tollitur per ſatiſdationem, num.* 13. *fallit, vbi eſt factum ſuper re hypotecata, & pro exequutione ſententiæ, ſiuè rei iudicatæ, n.* 14.

15 D. Marchio Torelli *conſuluit pro validitate teſtamenti Antonij Bonelli.*

16 *Vltima diſpoſitio non poteſt dependere ab alieno arbitrio.*

17 *Captatoria diſpoſitio, fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, dummodò non ſit tollata ſub certa forma, quæ ad piam cauſam adaptari nequeat, nec poteſt partium conſenſu, neq; ex pacto approbari, quia publicam, non priuatam diſpoſitionem continet, & n.* 19. *intellige, vt n.* 20.

18 *Approbans teſtamentum, poterit nihilominùs improbare captatoriam diſpoſitionem circà legata.*

21 *Inſtitutio hæredis inducitur, quandò teſtator relinquit eius vxorem dominam, & patronam ſuper omnibus eius bonis, nullo alio inſtituto hærede, ſecùs ſi alius inſtituatur hæres, tunc enim legatum prædictum reſoluitur in alimenta, cum ſolita præeminentia in domo.*

22 *Vxor hæres inſtituta à viro inſimul cum filijs pro æquali parte, & portione, non habet partem hæreditatis in proprietate, & vſufructu, ſed ſolùm alimenta, eius vita durante, iuxtà* Conſuetudinem Bul-

geri

Digitized by Google

gari *per totam Italiam obſeruatam, ſed contrarium, quòd habeat partem hæreditatis in proprietate, & vſufructu, nu.23. & 31. & ità deciſum adducitur, n.33.*

24 Mantica, & Gabriel. *fugienti oculo legerunt* Gozadin. conſ.80.

25 *Vxor ſi ſit inſtituta hæres vniuerſalis, quouſquè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, ſi in eodem teſtamento in fine idem teſtator nepotes generalitèr, ac ſimplicitèr hæredes inſtituerit, tunc habebit tantùm vſumfructum, & nepotes proprietatem, ſtantibus coniecturis, ex teſtamento naſcentibus.*

26 Mantica *reprehenditur.*

27 Conſuetudo Bulgari *locum habet, vbi filij inſtituuntur hæredes, non autem ſi extranei, & n.28.*

28 D. Marchio Torelli dec.5. num.18. in fine, *& ſub* num.22. *declaratur.*

29 Dec. conſ.270. *declaratur.*

30 *Vxor inſtituta hæres à marito, ſua vita durante, ac relicta domina, et vſufructuaria, durante lecto viduali, ſi poſtmodùm maritus inſtituit filios hæredes, vnà cum dicta eius vxore, ſua vita durante, non habebit partem in proprietate, & vſufructu hæreditatis, ſed tantùm alimenta, ſtantibus filijs.*

31 Gabriel. commun. concluſ. lib.5. tit. de vſufruct. concluſ.2. n.10. *declaratur.*

1 QVamuis in principio litis non poſſit de ſequeſtro tractari, ad *text. l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pecu.* vbi *gloſ.* & *DD.* quos, & alios longa manu cumulat D. meus *dec.* 197. *n.*1. *lib.*2.
2 tamen pendente iudicio petitionis hæreditatis S.C. ſolet ſequeſtrum ordinare, iuxtà *deciſ. D. de Franch.* 204. *in fine*, quam ſequun-
3 tum eſt idem S.C. in præſenti cauſa, ea ratione, nè partes veniant ad arma, iuxtà *l. æquiſſimum, ff. de vſufruct.* vt refert *hic* D. meus *num.* 1. & aliam rationem aſſignat *D. de Franch.* vt ſcilicèt vtraquè pars expeditioni
4 vacaret, præſumptio enim eſt contrà poſſeſſorem, vt litiget, cauſa differendi iudicium, & interim capiat fructus, vt tradit *D. Reg. Sanfelic.* pietate, doctrina, ac moribus omnibus nemini ſecundus *dec.*211. *la ſeconda*,
5 vbi ſic etiam practicatum refert in cauſa Marchionis Montisfalcionis *lib.*2. idquè indubitantèr procedit, ob ſuſpitionem conuenti, per *text. in l. ſi fideiuſſor, §. vltim ff. qui ſatiſd. cogan.* concurrente tamen vna ex quatuor circumſtantijs, *ibi* per *gloſ.* adductis ad fundandam ſuſpitionem, & in alijs caſibus relatis per *Coler. de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.*2. à *num.*81. cum *ſeqq.* & per D. meum
6 *d. dec.*197. *num.*2. & vnamquanquè ipſarum ſufficere, dicit *Bart. in d. §. vltim.* ac etiam *Abb. in cap.*2. *num.*1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. &*
7 *fruct.* ideòq; cùm agatur de iudicio vniuerſali, petitione hæreditatis fieri poteſt antè litis conteſtationem, per *text.* vbi *gloſ. in l. Diuus, ff. de petit. hæred.* immò ſtante ſuſpitione decerni poterit, etiã parte nõ citata, nè per citationẽ inſtruatur, *Bal. in l. ſi fideiuſſor, §. ſatisdatum, nu.*3. vbi *Alex.* eod. *num* & *Iaſ. nu.*10. *ff. qui ſatiſd. cogan. Carroc. de ſequeſt. par.*3. *quæſt.*3. *verſ. limitatur*; & eò magis
8 ſequeſtrum ordinari poterit, ſi conuentus ſit forenſis, ex doctrina *Bart. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. Rebuff. ad Conſt. Gall. tit. de lit. oblig. art.*6. *gloſ.*3. *num.*48. optimè *Caualc. dec.*3. *vol.*1. *Carroc. d. p.*3. *q.*9.

Hinc in cauſa petitionis hæreditatis quondam Antonij Bonelli Anconitani, mota in
9 S.C. per Andream, & Iacobum Bonellos cõtrà Io. Baptiſtam, & Auguſtinum Bonellos,
* qui inceperant poſt litem motam capitalia alienare, & erant exteri huius Regni, ad relationem D. Conſiliarij *Iacobi de Franchis* Marchionis Tauiani, viri amabiliſſimi, per S.C. ſub die 12. Februarij 1621. fuit iudicatum, quòd ſequeſtrum factum ad inſtantiam actorum ſuper bonis exiſtentibus Neap. firmum remaneat quòad capitalia, in Banca de Martino.

Licèt hodiè ſit derogatum *d. l. ſi fideiuſ-*
10 *ſor, §. fin.* nàm Iudices noſtri temporis communitèr, & indiſtinctè faciunt ſequeſtrationes, quamuis conuentus non ſit ſuſpectus, vt teſtatur *Iacob. de Aren. de ſequeſtrat. n.*8. *in* 3. *tom. tract. par.*2. quem refert, & ſequitur *Alexan. Rauenſ. reſponſ.* 14. *num.*107. vbi,
11 à dicta conſuetudine non eſſe recedendum, tradit ex *l. minimè*, cum ſimil. *ff. de legib.* à qua opinione diſſentit perſpicaciſſimi ingenij vir *Camillus Borrellus*, olim Iudex Mag. Cur. Vic. in *ſumm. dec. tit.*37. *n.*27. *in fin. lib.* 2. vt refert D. meus *d. dec.*197. *n.*32.
12 Et in eadem cauſa Bonelli fuit ſimilitèr diſceptatum, ſi ſequeſtrum factum in Ciuitate Anconæ per Iudicem illius Ciuitatis contrà dictum Andream, & Iacobum pro duc. 10. m. debitis vigore inſtrumenti, poſſit per S.C. tolli, ſtante, quòd pro eodem met credito erat factum ſequeſtrum ſuper bonis Neap. ſitis de ordine D. Conſiliarij Petri Antonij Carauitæ ad eorum inſtantiam, quarè
* diſcuſſo negotio per S.C. eodem die 12. Februarij 1621. in Banca de Amico, fuit ordinatum, quòd conuenti curent, vt tollatur ſequeſtrum factum in Ciuitate Anconæ, præſtita tamen cautione de ſoluendo, quidquid fuerit iudicatum.
13 Sequeſtrum enim tollitur per ſatiſdationem, nàm cautio eſt medicina ſequeſtri, *l. fin. §. fin. C. de ord. cognit. cap.*2. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* D. meus *d. dec.*197. *num.*30. vbi omnes *DD.* adducit, qui *num.*32. limitat in

ſe-

Digitized by Google

ſequeſtro facto ſuper re hypothecata, illud
14 enim per ſatiſdationem non tollitur, ſicuti nec etiam, quandò fit in exequutionem ſententiæ, ſeù rei iudicatæ, vt latè fundat D. *Pratus obſeruat.96. num.5. & 6. cent.1. pract. obſeruat.* qui etiam *obſeru.76. num.7.* refert bis iudicatum per Sacr. Conſil. vt pendente diſcuſſione nullitatum propoſitarum à decreto S.C. poſſit fieri ſequeſtrum, ex doctrina D. *Reg. Rouit. in pragm.5. num.29. de*
15 *offic. S.R.C.* & circà validitatem teſtamenti dicti Antonij cōſuluit D. meus *conſult.14. &* 15. *lib.1.* & deciſionē habes *d. cōſul.15. n.140.*

16 Vltima diſpoſitio non poteſt ab alieno arbitrio dependere, vt probant iura per Dom. meum adducta *num.5.* ex ratione tradita, *num.6.* hanc opinionem latè tuendo, alia iura, & *DD.* citat *D. de* Marin. *lib.2. quotid. reſol. cap.121. num.3.* eamq; limitando *num.4.*
17 probat, vt fauore piæ cauſæ ſubſtineatur captatoria voluntas, & antè ipſum dixerat *Ripa* in doctiſſimo *tract. de actis in mortis artic. cap.20. nu.5.* quod tamen intelligit idem *D. de Marin. nu.6.* dummodò diſpoſitio non ſit collata ſub certa forma, quæ ad piam cauſam nullatènus adaptari poterit, & principalis concluſio procedit, etiam in legatis, & particularibus relictis, *l. captatorias, ff. de leg.1. l. vtrum, §. cùm quidam, ff. de reb. dub. l. Senatus, §. legatum, l. fideicommiſſa, §. ſi fideicommiſſum, vers. quamquàm, ff. de legat.3. l. non nunquàm, ff. de condit. & demonſtrat. l.1. ff. de legat.2.* ſub captatoria autem diſpoſitione continentur caſus enumerati per *glo. in d.l.1.* & in *l. captatorias, C. de teſtam. milit.* & per Mantic. *de coniect. vltim volunt. lib.4. tit.3. per tot. Barry de ſucceſſ. tit. de captat. diſpoſit. lib.2.* ac *Peregr. de fideicomm. art.33. nu.51. & ſeqq.*

18 Hinc heres, quamuis teſtamentum approbauerit, poterit nihilominùs captatoriam diſpoſitionem circa legata improbare, vt in *l. non dubium 16. C. de teſtam.* nec poteſt
19 partium conſenſu conualidari captatoria diſpoſitio, nàm publicam, non priuatam vtilitatem continet, *l. pacto priuatorum, ff. de pact. Surd. dec.53. num.12. & 14.* vbi D. *Ioa. Baptiſt Hodierna* additionator laborioſiſſimus, ac multis laudibus extollendus, *nu.1.* qui *num.2.3. & 11.* tradit, in quibus etiam caſibus habeat locum captatoria diſpoſitio, quæ nec etiam ex pacto approbari poterit, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. Surd. ibid. num.17.* Immò, quandò con-
20 traria opinio poſſet ſubſtineri, ad hoc, vt approbari poſſet diſpoſitio captatoria, requiritur non ſolùm, quòd ſit facta ex certa ſcientia approbatio prædicta, vt per *Surd. loco* cit. *num.20.* ſed etiam in præſentia ipſius legatarij recipientis, vt optimè per *Simon. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib.1. interpr.3. dub.3. fol.6. Surd. d. n.20. & 21.*

21 Inſtitutio hæredis inducitur, quandò teſtator reliquit eius vxorem dominam, & patronam ſuper omnibus eius bonis, vt tradit *hic* D. meus *num.16.* quod intelligit procedere, nullo alio hærede inſtituto, vt *num. 18. 19. & 23.* nàm alio hærede inſtituto vxor habebit tantummodò alimenta, cum ſolita præeminentia in domo, vt probat *d. nu.19. & n.22.*

22 Hinc quæri poteſt, an vxor inſtituta hæres à marito inſimul cum filijs pro æquali parte, & portione, habeat integram hæreditatis partem in proprietate, & vſufructu, vel ſolùm alimenta, vita eius durante, iuxtà *Conſuetudinem Bononiæ*, receptam, & deſcriptam in Curia *Bulgari*, qui fuit Vicarius Imperatoris, & per totam Italiam obſeruatam, & pro alimentis reſpondet *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.9. tit.7. num. 8.* in impreſſione Veneta, de anno 1587. vbi allegat *Dec. cons.278. col.3. Gozad. cons.80. n.1. & 2. Gabr. comm. conclus. lib.5. tit. de vsufr. concl.2. nu.10.*

23 Sed contrarium eſt verius, vt habeat vxor eius portionem in hæreditate, tàm in proprietate, quàm in vſufructu, vt etiam dicemus infrà *num.33.* ſiquidèm *DD.* per ipſum *Mantic.* allegati, ſuam opinionem haùd pro-
24 bant; ideò dicam cum doctiſſimo *Surd. in tract. de alim. tit.7. q.15. num.81.* Manticam, ac *Gabriel.* fugienti oculo vidiſſe *Gozadin. loco* citato.

Siquidèm *Dec.* falsò allegatur *d. cons.278.* nàm materiam pertractat *cons.277.* in quo
25 quæritur, ſi ſit inſtituta vxor vniuerſalis hæres, quouſquè vixerit, & vidualem vitam caſtam, & honeſtam ſeruauerit, & in eodem teſtamento in fine idem teſtator, aliam pleniorem fecerit inſtitutionem de nepotibus ſuis ſimplicitèr, quis nàm in hæreditate prædicta ſuccedat? & relatis opinionibus à *num.1.* ad *num.3.* tamen reſidet in opinione, quòd vxor ſit vſufructuaria, vita durante, & quòd nepotes ſint hæredes proprietarij, authoritate *Bart. in l. Titia, §. fin. vers. ſed quæro, ff. de legat.2.* vt eſt videre *d. num.3. in fin. vers. vndè poſtremò, & num. ſeq.* non obſtante, quòd vſusfructus erat relictus per viam inſtitutionis, non autem legati, eo, quòd ex decem coniecturis, ex teſtamento deſumptis, & relatis *num.4.5.6.7. &* 8. comprehendebatur, teſtatorem voluiſſe ſolummodò legare vſufructum vxori, quàmuis eam inſtituiſſet vniuerſalem hæredem, modo, quo ſuprà, & eò magis miratus ſum de hac opinione
26 *Manticæ*, dùm in *addit. loco* cit. in impreſſione Coloniæ de anno 1614. dicit, *Decium*, licèt concluſionem prædictam ex pluribus coniecturis confirmaſſe, tamen eo potiſſimū moueri, quòd dùm eadem ratio *Conſuetu-*

*dinis*

Digitized by Google

dinis Bulgari locum habeat, eadem conſuetudo obſeruari debeat, nam, vt legentibus patebit, nunquam *Dec. d. conſ.* 277. de conſuetudine prædictâ loquutus fuit, nec de ea
27 loqui poterat, illa ſiquidèm locum ſibi vendicat, quotiès maritus reliquit vxorem dominam, & patronam, vel vſufructuariam, filijs hæredibus inſtitutis, tunc enim vſusfructus reſtringitur ad alimenta ex dicta *Conſuetudine Bulgari*, ad not. per *Bart. in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cùm nuberet, ff. de leg. 2.* ſed quotiès extranei inſtituuntur hæredes, ceſſat conſuetudo prædicta, & vxori debetur integer vſusfructus, ei legatus, *gloſ.* eſt ſingularis in *auth. hoc locum*, vbi *Odofred. Alber. Bart. Bald. Angel. Salyc.* & alij, *C. ſi ſecun. nupſer.* quam diſtinctionem admittit, & latè comprobat idem Mantica
28 *loco* citat. *num.* 1, à qua opinione non diſcedit D. meus *hic num.* 18. *in fin.* & ſub *nu.* 22. nàm licèt generalitèr loquatur, tamen erit intelligendũ de filijs, nõ de extraneis hæredibus inſtitutis, iuxtà dictam diſtinctionem,
29 & ſic *Dec.* loquitur de hæredibus extraneis inſtitutis, dùm non alimenta, ſed vſumfructum concedit vxori, & ſic extrà caſum *Conſuetudinis Bulgari*, & vſumfructum, & non proprietatem, quia ex coniecturis apparebat, teſtatorem voluiſſe legare vſumfructũ, & non proprietatem, immò contrà opinionem ipſius erat in caſu prædicto iudicatum, vt refert antè *nu.* 12.

Nec *Gozad.* meruit allegari, quia loqui-
30 tur in caſu ſatis diuerſo, ibi enim maritus inſtituit vxorem hæredem in vita tantùm, dominam, & vſufructuariam, donec vitam vidualem fecerit, & poſtmodùm inſtituit heredes tres filios, vna inſimul cum dicta eius vxore, vita tamen eius durante, ideoq; concludit, quòd etſi in hac vltima parte inſtitutionis non ſint repetita illa verba *dominam, & vſufructuariam*, quia aderant verba illa, *vita tamen durante*, ac intelligerentur repetita, ac proindè non poſſe prætendere vxorem quartam partem hæreditatis in pro-
31 prietate, ſed tantùm alimenta, ſtãtibus filijs hæredibus inſtitutis, vt tradit *num.* 2. & 3. ſed ſecùs, ait, eſſe *num.* 1. & *d. num.* 3. *verſ. & per hoc*, vbi mulier ſimplicitèr inſtituitur hæres cum filijs, tunc enim pro virili portione in proprietate, & vſufructu ſuccedit, ad *text. in l.* 2. *ff. de hæred. inſtit.* vt etiam diximus ſuprà *n.* 23.
32 *Gabriel* ad rem non facit, quia loquitur, vbi vxori fuit relictus vſusfructus, deindè fuit inſtituta hæres in proprietate cum filijs, & allegat *Gozad. d. conſ.* 80. & ſic nõ eſt caſus noſter, vel intelligi debet ſecundùm *Gozad.* quem allegat.

Ideoq; concludendum eſt, vxori deberi portionem hæreditatis, etiam in proprieta-
33 te, non autem quoad alimenta, vel vſumfru-
* ctum, & ita fuit per S.C. iudicatum in cauſa Claudiæ de Amato vxoris V.I.D. Ioan. Andreæ Bonauogliæ, cum Aurelia Bianca eius matre, fuerat enim Aurelia inſtituta hæres à Veſpaſiano de Amato eius viro, vnà cum Didaco, Honufrio, & Ioſepho de Amato filijs pro æquali parte, cum ſubſtitutione, quòd decedentibus omnibus filijs, abſquè filijs, ac dicta Aurelia, in eius hæreditate ſuccederent dicta Claudia, & Martia eius filiæ, cùmque deceſſiſſent prædicti filij, abſque filijs fuit prætenſum per dictam Claudiam, eſſe factum caſum ſubſtitutionis reſpectu portionum dictorum trium filiorum, in beneficium ipſius, & Martiæ, vel ſaltèm, quòd inſtitutio reduceretur ad alimenta, ſtantibus filijs, nihilominus in anno 1628. fuit abſoluta dicta Aurelia à petitis per dictam Claudiam, ad relationem D. Regentis Brancia Ducis Beluederij, tunc Regij Conſiliarij, in Banca de Litto.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

**Teſtator ſi mandauit hæredi, vt ſatisfactis operibus pijs, & creditoribus, illud, quod ſupereſt, reſtitueret, an hæres facta reſtitutione, teneatur creditoribus hæreditarijs, ad intellectum *text. in l. cogi, §. generalitèr, ff. ad Senatuſconſult. Trebellian.***

**Et an officium ampliatũ, ſit idem officium, & an veniat ſub generali hypotheca.**

### S V M M A R I V M.

1 *Debitor poteſt cogi ad vendendum officium, vt de pretio poſſit creditor ſatisfieri, & ſic etiam eius hæres, quamuis creditor aſſenſu careat, n.* 18.

2 *Onus legatorum, & æris alieni, ad fideicommiſſarium ſpectat, & non ad hæredem, vbi eſſet factum legatum de eo, quod ſupereſt, deductis legatis, & ære alieno.* *Diſtingui, vt n.* 3.

4 Text. in l. cogi, §. generalitèr, ff. ad treb. explicatur.
5 *Mens potiùs, quàm verba in fideicommiſſis attendi debet, & n. 8.*
6 *Fideicommiſſum inducitur ex verbo,* lego, *uniuerſalitati bonorum adiecto, & nu. 7. 11. & 12.*
7 *Fideicommiſſum uniuerſale quandò cenſeatur inductum, affertur diſtinctio, an quis legat hæreditatem ſuam, an legat hæreditatem, quam ab alio habuit, & n. 12.*
9 *Verbum,* ſit, *vel,* perueniat, & accipiat, *eſt commune.*
10 *Verba communia vbi non conueniunt directæ inſtitutioni, obliquantur.*
13 *Sequentia declarant præcedentia.*
14 *Hæres, facta reſtitutione quomodò deſinat eſſe hæres, & ad debita hæreditaria non teneatur, & n. 16. & 26.*
15 *Fideicommiſſarius teſtatoris eſt hæres.*
17 *Officium Actuariatus eſt de Regalibus, & in eius alienatione requiritur aſſenſus.*
19 *Officia ſunt hæreditaria, quamuis precibus, & gratis fuerint acquiſita.*
20 *Officium ampliatum, eſt idem officio à principio acquiſitum.*
21 *Nominatus in officio, cenſetur habere officium à Rege.*
22 *Vſusfructus diuerſus reputatur in perſona filij, eius, qui fuit in perſona patris.*
23 *Nominatus in officio, non tenetur ad onera, per nominantem facta.*
*Limita, vbi conceditur poteſtas nominandi vnum hæredem, nu. 24.*
25 Conſtitutio, Scire volumus *non procedit reſpectu hypothecæ officij pecunia empti.*
27 Text. in §. optimum, auth. de exhib. & introd. reis *procedit in officijs, quæ ſunt in totali noſtro commercio, non autem in officijs, quæ morte extinguntur.*
28 *Retentio officij, vel fructi datur pro aliquo credito, etiam abſque aſſenſu.*
29 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio VI.

CVM eſſent creditores hæredes Franciſci Antonij Vulpicellæ qu. Ioann. Baptiſtæ Criſpi, egerunt in S.C. contra Conſtantiam Criſpam eius filiam, &
poſſeſſorem officii Magiſtri Actorum Re- 1
giæ Cameræ Summariæ, quod fuit prædicti quond. Ioan. Baptiſtæ, inſtando, eam com-
1 pelli ad vendendum dictum officium, vt de pretio poſſent ſatisfieri iuxta tradita per *Lanar. conſ. 12. & per Franch. in dec. 704. & Reg. Rouit. conſ. 104. lib. 2.*

Dicebat Conuenta, ipſam eſſe abſoluendam, cùm officium prædictum poſſidebat titulo dotis, non autèm hæreditario; licèt enim fuiſſent aſſignati quond. Conſiliario Gaſpari Palacio eius viro, per Ioannem Baptiſtam eius patrem quædam bona ſtabilia, ſita in loco, vbi dicitur *Nazaret*, & prædictus eius pater in teſtamento, virtute priuilegij Suæ Maieſtatis, nominandi in vita, vel in morte ſibi ſucceſſorem in dicto officio, nominaſſet D. Romualdum Criſpum, eius ex fratre nepotem, tamen in ſuis codicillis reuocauit nominationem prædictam, & vigore eiuſdem poteſtatis nominauit dictam Conſtantiam, cum conditione, vt tam ipſa, quàm dictus Regius Conſiliarius Palacius eius vir renunciare deberent in beneficium dicti D. Romualdi, & fratrum de Criſpo, dicta bona ſtabilia, in dotem aſſignata, & ſic fuit exequutum. Fuit tamen inter Partes prædictas conuentum, vt liceret retinere dictum officium pro duc. 12. mil. pro complemento dotium ipſius Conſtantiæ, & ſic dicebat dicta conuenta aduerſarios perperàm iudicium intentaſſe contra ipſam; ſi enim obtinere prætendebant contra eam, tanquàm hæredem in dicto officio, ipſa non erat hæres; nàm quamuis fuiſſet inſtituta hæres vniuerſalis à patre, & ſic declarata, mediante decreto præambuli Magnæ Curiæ Vicariæ, tamèn penès ipſam nihil remanſit ex hæreditate paterna, cùm coacta fuerit, virtute dictæ diſpoſitionis, illa reſtituere in beneficium dictorum D. Romualdi, & fratrum; immò dicebatur, ex verbis Teſtatoris non eſſe ampliùs hæredem, dùm voluit, *quòd ſatisfactis operibus pijs ordinatis, & ordinandis, ac etiam ſatisfactis creditoribus, quæ ſuperfuerint, ad quamcunque ſummam aſcendentia, eſſent D. Romualdi, & aliorum Fratrum, applicanda vnicuique eorum pro rata*; Ex quibus verbis voluit grauare dictam Conſtantiam, de reſtituendo, hæreditatem dictis eius nepotibus, ex diſpoſitione
2 *text. in l. cogi, §. generalitèr, & §. inde quæritur, ff. ad trebell.* vbi probatur, quòd quandò eſt factum legatum de eo, quod ſupereſt, deductis legatis, & ære alieno, onus legatorum, & æris alieni ſpectat ad dictum fideicommiſſarium, non autem ad hæredem, quod tamen diſtinguit *glo. in verb. cùm con-*
3 *ueniretur*, nàm aut præceſſit reſtitutio, & hæres non deducit, aut præceſſit petitio legatorum, & creditorum, & tunc hæres, ſi vult, poteſt deducere, ſed tenetur cauere de eximendo fideicommiſſarium indemnem, nec in hoc ſunt attendenda verba, quibus Teſtator diſpoſuit; ſufficit enim, quòd hæres vniuerſam hæreditatem reſtituere cogatur, *d. §. generalitèr*, quod etiam corroboratur ex *text. in l. ſi certarum, ff. de milit. teſtamen.* vbi *Bart. & Bald. in l. ſi quis ità hæres inſtitutus 74. in princip. ff. de hæred. inſtit. Ruin.*



Digitized by Google

*conſ.* 130.*num.* 11. *lib.* 3.*gloſ. in l.ſi hæredis ſeruus* 50.*in verb.in factum, in princ. ff. de leg.* 1.*Paul.de Caſtr.conſ.* 177.*lib.* 1.

4 Et quàmuis pro parte creditorum diceretur, quòd *text.* in dict.*l.cogi* loquatur in eo, qui fuit rogatus reſtituere, quicquid ſupererat de hæreditate, deductis oneribus, & legatis, non quandò Teſtator alitèr grauauit hæredem de reſtituenda hæreditate, faciendo legatum ad beneficium nepotum de eo, quod ſupererat, nàm cùm Teſtator factum hæredis non implorauit, fidem eius ſequutus non cenſetur, *Sfort.Odd.conſ.* 29. *num.* 7. *Cuiacius tit.de fideicommiſſ. tom.* 2. *fol.* 163.*lit.D.* & eſt *gloſ.in* §. *noſtra conſtitutio,Inſtit.de legat.* Tamen replicabat prædictis Conſtantia Criſpo Conuenta, quòd

5 ad inducendum fideicommiſſum, potiùs attenditur mens Teſtatoris, quàm verba, *l.vnum ex familia* 69.§.*ſi omiſſa,ff.de leg.* 2.

6 Et in terminis, quòd per verbum *lego*, adiectum vniuerſalitati bonorum, inducatur fideicommiſſum, habetur ex *text.in l.cùm filius* 78.§.*Lucio Sempronio*, *ff. de legat.* 2. quod diſtinguit *Bart.ibid.* quòd aut quis legat hæreditatem ipſius legantis, & tunc videtur fideicommiſſum vniuerſale, *l.mulier,*

7 §*fin.ff.ad trebell.* aut verò legat hæreditatem, quam ab alio habuit, non ſuam, & tunc non dicitur fideicommiſſum vniuerſale, *d.l. cogi,*§.*ſed & ſi miles*, *eodem titul.* ſequitur *Bald.in l.ex legato*,C.*de legat.* de quo verbo plenè per *Fuſar.de fideicommiſſ. ſubſtitat. quæſt.* 247. qui alios allegat, idem etiam, quandò vtitur verbo, *perueniat*, *habeat*, vel *pertineat*, *l. fideicommiſſa*, *l.hæc verba*,§.*ſi filio*,*ff.de legat.* 3.*l.fideicommiſſum* 85.*ff.eod. tit.* plura per dict.*Fuſar. quæſt.* 244. & 479. nec eſt neceſſarium, quòd teſtator loquatur cum eo, quem honorat, *glo.in l peto* 71.*verſ. fideicommiſſum,ff.de leg.* 2. dùm enim con-

8 ſtat de mente, de verbis minimè eſt curandum, *Bald.in l.quoniam indignum*, *C.de teſt. Iaſ.in l.cùm poſt omnes*, §.*ſi quis filiū*,

9 *ff.de liber.præt.* verba autem, *ſit*, vel, *perueniat*, quibus vſus fuit teſtator, ſunt verba communia, ſicuti verba, *accipiat*, *pertineat*, & ſimilia, *Bar.in l.Centurio,in fin.ff.de vulgar.& pupill.nu.* 29.& 49. quæ verba, quan-

10 dò non conueniunt inſtitutioni directę, obliquantur, vt per *Doctor. in d.l. Centurio*, quod in codicillis, & ex clauſula codicillari procedere, probat *Burſat.conſ.* 88. *n.* 21. *lib.* 1. latè *Fuſar.de fideicom.q.*7.*per tot.*

Et licèt *Imola* etiam in caſu, quo non

11 loquitur teſtator de vniuerſalitate, prout de verbo, *hæreditatis*, & ſimilibus, teneat, ſufficere, quòd dicat teſtator, *id, quod ſupereſt*, in *d.l.cogi,*§.*vndè quæritur*, & *in repet. l.* 1. §.*ſi ex fundo,ff.de hæred.inſtit.* per *tex.in l.Titius,ff. ad Trebell.* etſi contrarium tenuerit *ibi Bart.& Caſtr.in d.* §. *vndè quæritur*, tamen in caſu noſtro ceſſat diſputatio,

12 cùm in ſpecie teſtator dixerit, *ſolutis omnibus legatis pijs, ac creditoribus meæ hæreditatis, illud, quod ſupereſt, &c.* & ſic adeſt verbum vniuerſale, *hæreditatis*, & idem replicatur. *Id, quod perueniet ex mea hæreditate*; per quod verbum inductum eſſe fideicommiſſum vniuerſale, voluit *Alex.in d.* §. *indè quæritur*, & inferiùs magis declarat, quòd id, quod ſupereſt, erat relictum nepotibus, & in ſpecie declarat de hæreditate, ibi: *à beneficio de quali hò diſpoſto dell'auanzo della mia heredità.* per quæ verba declaratur, quòd voluntas teſtatoris ſub illis verbis, *quod ſupereſt ſit prædictorum D. Romualdi, & Fratrū*, voluit dicere, quod ſupe-

13 reſt de mea hereditate, verba enim ſequentia declarant præcedentia, *l.ſi ſeruus plurium*, §.*fin.& l.qui filiabus,ff.de leg.* 1.

Quamuis ergò Conſtantia ſit hæres inſtituta, & ſic declarata per M.C.V. non ideò tenetur ſoluere creditoribus hæreditatis,

14 hæres enim facta reſtitutione non deſinet eſſe hæres, ſed erit nomine, & non effectu, §.*reſtituta,Inſtit.de fideic.hæred.Sfort.Odd. de reſtit.in integr.part.*2.*q.*62.*art.*2. *nu.* 18. *Intrigliol.de ſubſtit.cent.*1.*quæſt.*47.*num.*9. facta autem reſtitutione totius hæreditatis, onera ad fideicommiſſarium tranſeunt, & ipſe hæres ad nihilum tenetur, ſi pœnès ſe aliquid de hæreditate non remanſit, eſt *text. in l.*1.& *l.ita tamen* 27.§.*qui ex Trebell.& in l.qui totam,ff.ad Trebell.*§*ſed quia ſtipulationes,Inſtit.de fideicomm.hæred. Salycet. in l.*2.*C.eod.tit. Peregr.de fideicomm. art.* 4. *num.*2. quia reſtituta hæreditate ordinatione teſtatoris, fideicommiſſarius ex *Trebel-*

15 *liani* authoritate in locum hæredis ſuccedit, eiuſquè locum ingreditur, *l.poſtulante*, §.1.*l.qui quadrigenta*, & *l. ex aſſe, eod.tit.* cum concordantibus.

Verùm prædicti de Vulpicella creditores, forſan ſentientes difficultatem, ſe reſtringebant, quòd ad minus non poterat negari, quin teneretur Conſtantia ſoluere, ſtante, quòd pœnès ipſam remanſit officium Magiſtri actorum R.C. ſuper quo debebat creditoribus ſatisfacere, nàm poteſt hæres, etiam hæreditate reſtituta conueniri à credito-

16 ribus pro quantitate, pœnès ipſum remanſa, *Aretin.in d.*§.*reſtituta,nu.*1. *Inſt.de fideic. hæred.gloſ.Bart. Alber.& Caſtr.in l.*2.C.*ad Trebell.* quamuis enim officium non poſſet nec vendi, nec pignorari, quia cùm officia

17 ſint de Regalibus, in eorum alienatione requiritur aſſenſus, vt habetur ex *Conſtitut. Regn. Scire volumus*, vbi *Iſern. Afflict.* & alij, *De Pont. dec.Collater.*28. *De Georgio in repet.feud.cap.*54.& in ſpecie de officio Actuariatus, quòd ſit de Regalibus, *Medic. conſ.*

 169.

Digitized by Google

169. *De Pont.conſ.*137.2.*vol.Amat.conſ.*49.
in quo tanquàm in feudo poteſt cogi hæres
ad illud vendendum, vt ſuprà, ex *dec.de Frã-
chis* 704.& aliorum authoritate fuit funda-
18 tum, ità etiam poterat cogi iſta hæres in di-
cto officio ad illud vendendum,& in vendi-
tione poterat aſſenſus impetrari, quia iſta
officia, quæ emuntur, ſunt in commercio
noſtro, accedente tamen aſſenſu Regis, quod
quotidiè practicatur , quia ad inſtantiam
creditorum venduntur, omnia enim vendi-
bilia ſunt in hæreditate , & bonis teſtatoris,
19 etiam ſi per patrem, precibus, & gratis fue-
rint à Principe acquiſita, *Bald.in l.ſtipendia.
C.de exeq.rei iudic.l.illud,*C.*de collat.bonor.
Gomez.* alios cumulans in *l.Tauri* 29.*nu.*21.
*Reg.Moles in q.*48.ad pennam.

Nec poterat dubitari in hoc caſu, prædi-
ctum officium teneri ab ipſa Conſtantia, vti
hæreditarium eius patris, tùm quia, officium
20 ampliatum, vnum, & idem eſt officium, à
principio acquiſitum, *De Ponte de poteſtat.
Proreg.tit.*10.*de diuerſ.prouiſ.rubr.de pote-
ſtate ſubſtituendi in officio,num.*6.ſequitur
*Reg.Rouit.cons.*104.*vol.*2.*n.*12.tũ etiã, quia
in facultate conceſſa Ioanni Baptiſtæ Criſpo,
nominandi, in ſpecie dicitur, nominandi hę-
redem in dicto officio, & quamuis in pote-
ſtate nominandi conceſſa alicui , tàm inter
viuos, quàm in vltima voluntate, abſq; men-
tione hæredis, facta nominatione, idem no-
minatus videatur habere officium à Rege
21 concedente , mediante tamen perſona ip-
ſius nominantis, iuxtà tradita per *Iſern.in
c.*1.*num.*50.*de pac.iur firm.De Ponte de po-
teſt.Proreg.tit.de aſſenſ.Reg.§.*2.*num.*50.*&
in conſ.*109.ſub *num.*4.*&* 5.*vol.*2.*Frecc.de
ſubfeud.lib.*2.*quæst.*53.*Georg.in repet.feud.
cap.*54.*nu.*77.quos refert, & ſequitur *D.Reg.*
22 *Rouit.d.conſ.*104.*num.*3.& dicitur nouum
officium in perſonam nominati , ad inſtar
vſusfructus, qui eſt diuerſus in perſona filij,
ab eo, qui fuit in perſona patris, vt per *Roui-
tum,* qui ceteros colligit in *loco* ſuprà cit.*n.*2.
23 & ex his, non teneri ad onera, per patrem
impoſita, ad tradita per *Gamm.dec. Luſitan.*
29.*Maur.ſen.alleg.*75.*num.*3. *De Georg. in
repet.feud.d.cap.*54.*num.*82.quandò tamen
conceditur poteſtas nominandi vnum hæ-
24 redem in dicto officio , prout fuit in caſu
noſtro, tunc ceſſat difficultas, quia non po-
teſt, illud habere , abſquè qualitate hæredi-
taria , vt in puncto dixit *Frecc.de ſubfeud.
auth.*1.*lib.*2.*quæſt.*53.*num.*4. *Regens Tapia
in Conſtit.Officia,quæ perſon.nu.*10.*part.*2.
*Monton.in repetit.cap.Imperialem,§.pręterea
Ducatus,n.*31.quos allegat idem *Rouit.*
in *loco* citato, ſub *nu.*7. à quo diſſentire non
poteſt *Io.Camill.Cacacius,* olim Fiſci Patro-
nus Regiæ Cameræ Summariæ, nunc verò
digniſſimus Præſidens eiuſdem R.C.qui tùc
pro Dominico Guadagno patrocinabatur,
vt in eius *Allegatione* inſerta per dictum
*Reg.Rou.in conſ.*105.*nu.*7.*vol.*2.

Dicebant etiam vltimo loco creditores,
quòd *Conſtit. Scire volumus* non procedit,
reſpectu hypothecæ officij , pecunia empti,
25 quia ſubijcitur hypothecæ creditorum, vt
habetur ex *text. in l.ſuper hypothecas,C.de
pignor. & hypoth.*vbi *Bald.& Salyc.* & hoc
in terminis tenet *Gutierr.canon.quæſt.lib.*2.
*cap.*5.*n.*47.*De Curte in* 2.*par.sui Diuerſor.
cap.*5.*num.*153.*Bambacar. in tit.ſi de feud.
defunct.milit.controu.fuer. in cap. in gene-
rali,num.*5.*fol.*209.quod probat etiam *tex.
in §.optimũ,in auth.de exhib.& introd.reis.*

Diſcuſſo negotio in S.C.fuit habitum pro
vero , Conſtantiam non eſſe vti hæredem
26 obligatam, ſtante reſtitutione hæreditatis,
& reſpectu prædicti officij, quòd nulla in eo
cadere poterat hypotheca, nàm *tex.in d.§.
optimum,*& alia ſuperiùs allegata loquuntur
in officijs, ſeù militijs, quæ ſunt in totali no-
ſtro commercio,& vendi poſſunt,& tranſeũt
ad hæredes, non autèm in officijs, quæ mor-
27 te extinguntur; quia ſicut non poſſunt vẽ-
di, ità nec etiam pignorari, ſeù obligari, vt in
terminis dixit *Franciſc. Connan. in Com-
mentar.iuris ciuilis,lib.*4. *cap.*15. *lit.K. fol.*
mihi 259.*à terg.* in magnis , impreſſis Lute-
tiæ per *text.in l.fin.*C.*de pignor.* à contra-
rio ſenſu, nàm generalitèr prohibita aliena-
tione, prohibita eſt obligatio, *Camerar.in
cap.Imperialem,de probib.feud.alien.per Fe-
deric.fol.*15.*lit. E.* verùm, quia prædicta Cõ-
28 ſtantia retinebat , & poſſidebat officium
prædictum pro eius credito dotium, quam-
uis ipſa carebat aſſenſu , ei competebat re-
tentio, *l.*1.C.*etiam ob Chirografariam pecu-
niam,*vbi *Bald.Capyc.dec.*11.*n.*2.*& dec.*119.
qui dixit, hoc procedere, etiam in feudis,
cùmq; creditores neq; habebant officium
obligatum, per ſupradicta; in pari cauſa me-
lior eſt conditio poſſidentis, *l.ſi debitor, ff.
de pignor.Franch.dec.*550.*num.*13. Et ideò
29 die 21.Februarij 1633.ad relationem Reg.
Conſil.Didaci Bernardi Zufia, tũc mei Col-
legæ, poſtmodùm proprijs meritis ad ſupre-
mum munus in hoc Regno Regentis Reg.
Cancellariam, & deindè ad ſupremum Ita-
liæ apud Catholicam Maieſtatem, vbi nunc
reſidet, fuit digniſſimè promotus, maiora
ob eius doctrinam, & inſignes animi dotes
promeritus, fuit Conuenta abſoluta ; penès
Cioffum S.R.C.Actorum Magiſtrum, in pro-
ceſſu intitulato. Pro Creditoribus Ioannis
Alphonſi Criſpo, fol.288.

§§§§§§§§



Digitized by Google

# OBSERVATIO In Deciſione VI.

## *SVMMARIVM.*

1 *Hæres grauatus reſtituere quidquid ſupererit, ad quæ teneatur, & n. 2.*

3 *Hæres grauatus, ſi ſit creditor, tempore reſtitutionis poteſt ſuum creditum retinere, quamuis aliàs regularitèr per aditionem hæreditatis confundantur actiones, & non tenetur reſtituere rem, quam habuit ex cauſa ſeparata à teſtamento, n. 4.*

5 Creditor *in actione perſonali, & ſine aſſenſu, nedùm exequi poteſt ſuper fructibus feudi, ſed ſuper ipſo feudo, & immitti in poſſeſſionem, etiam ex ſecundo decreto, contrarium reſpectu feudi, num. 6. & etiam reſpectu fructuum in ſubſidium, dempta portione pro feudatario, tàm pro præſtatione ſeruitij, quàm pro alimentis, n. 7.*

8 F*eudatarius ſi fuerit renitens, cogi poteſt per creditorem in actione perſonali, ad vendendum feudum, & ità deciſum adducitur, n. 10. quod procedit, etiam in hærede feudatarij debitoris, n. 9.*

11 *Deciſio, de qua per* D. Marchionem hìc nu. 27. in fine *non aduerſatur* deciſioni 26. *eiuſdem, vt* ibi *ipſe aduertit*, nu. 37.

1 DE duobus agit D. meus *hic*, primò, an hæres grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, ad quæ teneatur, de qua materia prolixiùs agunt *D. Marta de ſucceſſ. legali, par. 4. q. 12. art. 8. per tot. & Gall. de except. contra teſtamen. tit. 4. except. 23. ſect. 2. par. 1. num. 56. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 545. Caualc. dec.*
2 *13. num. 27. part. 3.* ſecundò, de officio in dotem dato, in quo conuenit, quod tradit *Peregrin. de fideicomm. art. 40. num. 40.* vbi quòd hæres reſtituere rogatus quidquid ſupererit, tenetur vſquè ad dodrantem alienare, quadrantem verò in dotium cauſas, & redemptionis captiuorum alienare valebit, *Fuſar. d. q. 545. n. 20. & ſeq. Torniol. conſ. 12.*
3 *num. 24. & 25.* immò hæres grauatus, ſi ſit creditor, poteſt ſuum creditum retinere tempore reſtitutionis faciendæ fideicommiſſario, quamuis aliàs regularitèr per aditionem confundantur actiones, vt probat *D. Marcellus Marcianus* ſua tempeſtate Aduocatorum Princeps, & poſteà digniſſimus Regius Conſiliarius *conſ. 5. nu. 3. lib. 2.* è cuius veſtigijs nõ degenerauit *D. Io. Franciſcus* eius filius, meus particularis Dominus, cui multum me debere fateor, & ob eius merita fuit ad Reg. Conſiliarij officium
4 aſſumptus, & quòd grauatus ſimplicitèr fideicommiſſo vniuerſali, non teneatur reſtituere rem, quam habuit ex cauſa ſeparata à teſtamento, vbi nominatim non rogatur, vt illam reſtituat, probat *Bellon. iun. conſ. 30. num. 60.*

Et materiam *deciſionis* proſequendo, & præcipuè ex traditis per D. meum *num. 1.*
5 dicimus, quòd creditor in actione perſonali, & ſine aſſenſu, nedùm exequi poteſt ſuper fructibus feudi, ſed ſuper ipſomet feudo, & immitti in poſſeſſionem, etiam ex ſecundo decreto, ſecundùm concluſionem DD. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto*, refert, & ſequitur *D. Reg. Rouit. in pragm. 3. nu. 13. de ord. iudic.* cuius laudes ad nauſeam referuntur per *D. Io. Laganar. in princ. operis* ſeù *Addit.* ad eundem *D. Ro-*
6 *uit. ſuper prag.* vbi quoad executionem ſuper corpore feudi falſam eſſe concluſionem tradit, infinitos adducens pro eius opinione,
7 immò reſpectu fructuum feudi intelligit, procedere in ſubſidium, & in defectum aliorum bonorum, & tunc, dempta portione neceſſaria feudatario pro præſtatione ſeruitij directo Domino, ac pro alimonia, & ſubſtentatione vitæ ipſius feudatarij, vt probat *num. 14.*
8 Hinc, quandò ex reliquis fructibus non poteſt creditor ſine aſſenſu ſatisfieri, vtitur remedio, vt cogat feudatarium debitorem ad vendendum feudum, vt ex illius pretio ſatisfieri poſſit, ità nos docet *D. Rouit. vbi ſuprà, num. 15.* ex *D. de Franch. dec. 704.* & *D. Conſil. de Anna conſ. 4. num. 73.* & ità practicatum teſtatur in cauſa Iuliæ Piſcicellæ contra D. Fabium Capycium Galeotam, qui poſteà fuit digniſſimus Regens, ac Dux Rheginæ, mediante decreto S.C. iunctis au-
9 lis, facta relatione in Collaterali Conſilio die 10. Iulij 1600. in Banca de Fœlice, quod etiam in hærede feudatarij debitoris procedit, iuxtà tradita per *D. de Franch. d. dec. 704. num. 4.* quem ſequutus eſt D. meus *hic, num. 1. & 17. in fine*, atque ità etiam deciſum tradit idem *D. de Franch. ibid. num. 6.*
10 *in fine*, vbi in alia cauſa iudicatum teſtatur, quòd renuente vendere, carceratur, ſicque ſimilitèr fuit determinatum per idem S.C.
* referente *D. Ferdinando Fornario* ſub die 2. Iunij 1581. in cauſa Fabritij de Vicarijs cum hæredibus Ioan. Laurentij de Vicarijs, fuit námque ordinatum, quòd hæres prædicti Ioannis Laurentij cogatur, etiam per capturam perſonæ, ad vendendum terram feudalem, vt in proceſſu inter Ioannem de Vicarijs cum Fabritio de Vicarijs fol. 319. & ſeq. pœnès Roppolum, nunc Speram, ſic etiam fuit pronunciatum, referente *D. Pom-*
* *peo Salernitano*, iunctis tribus Aulis S.C. in cauſa Creditorum abſq; aſſenſu Illuſt. Ducis Populi, in Banca Milonis, nunc . . . .

11 Ob-

Digitized by Google

11 Obſerua tamen, quòd *deciſio* relata per D.meum in hac cauſa *num.27.in fin.* non aduerſatur *deciſioni 26.*eiuſdem, nàm,vt *ibi n.37.*aduertit, termini non ſunt pares.

*M.A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Teſtamentum an imperfectum dicatur,ratione ſolemnitatis, vel voluntatis, vbi teſtator illius ſtipulationem in alium diem diſtulerit,ex quo intendebat meliùs cogitare.

### SVMMARIVM.

1 *Scriptura à teſtatore facta,conuocatis Notario,& teſtibus,an,& quandò dicatur præparatoria ad teſtandum,& n.15.*

2 *Verba Teſtatoris,*volo,*ſeù,*vellem,*inducunt diſpoſitionem,maximè vbi Teſtator in mortis articulo erat conſtitutus.*

3 *Teſtamentum nuncupatiuum de ſui natura ſcripturam non requirit.*

4 *Teſtamentum in ſcriptura priuata ſcriptum, probat in iudicio poſſeſſorio, ſecùs in petitorio.*

5 *Voluntas Teſtatoris,ad hoc vt perfecta iudicetur,quæ requirantur.*

6 *Teſtamentum an dicatur imperfectum, nedùm ratione ſolemnitatis, ſed voluntatis,vbi illius ſtipulationem teſtator in craſtinam diem diſtulerit, & num. 8.9. 24.26.& ſeq.*

7 *Stipulatio an, & quandò requirat contractum pro validitate illius.*

10 *Teſtamentum ratione ſolemnitatis non corruit in foro conſcientiæ.*

11 *Scriptura de eſſentia contractus dicitur,vbi in ſcriptis contrahentes contrahere voluerunt.*

*Sed contrarium,niſi fuerit dictum,quòd aliter non valeat,n.12.*

13 *Teſtator,ſi facta ſcriptura eius diſpoſitionis ex omni parte perfecta,det ordinem, vt vocetur Notarius,& teſtes, tamen ſi ipſa voluntas à Notario in publicam formam non redigatur, actus non dicitur perfectus,quamuis ad pias cauſas, vel inter liberos facta ſit diſpoſitio.*

14 Oltrad.*opinio in* cõſ.119. *à cõtrarijs tuetur.*

15 *Conuocatio Notarij quandò diſpoſitionem ſuſpendat.*

16 *Voluntas imperfecta dicitur,vbi Notarius volens teſtamentum ſtipulari, teſtator dicat,quòd meliùs intendebat cogitare, & num. 9.*

17 Memoria *hominum labilis eſt.*

18 *Teſtamentum dicitur compleri, & perfici in vltimo inſtanti, & in vltimis verbis, cùm teſtator illud pro perfecto habeat.*

20 *Actus dicitur perfectus, vbi contitus de perfectione reſpectu voluntatis inclusiua.*

21 *Teſtamentum,ad hoc vt ſit perfectum quadruplex perfectio requiritur.*

22 *Teſtator, ſi teſtamento ſcripto, & publicato coràm Notario, & teſtibus, deindè dicat, quòd intendit illud in aliam formam adaptare,tamen ſi morte præuentus, nihil mutauerit,imperfectum ratione voluntatis diceretur.*

23 *Non dicitur eſſe actum,vbi quid ſupereſt ad agendum.*

25 *Teſtamentum non dicitur perfectum,vbi teſtator voluiſſet amicum, vel conſanguineum conſulere.*

27 *Teſtator, ſi adhibuit Notarium, regulariter creditur, voluiſſe ex more publicare teſtamentum, quo non publicato, non valet,tanquàm imperfectum ratione voluntatis.*

28 *Publicatio, ſeù relectio teſtamenti eſt de eſſentia ipſius.*

29 *Deciſio cauſæ refertur.*

# Deciſio VII.

Graui morbo oppreſſus q. Franciſcus Tipaldus, vocari fecit Notarium pro conficiendo teſtamento, interim autem quidam eius amicus incœpit ſcribere, deindè Notario ſuperueniēte completa fuit ſcriptura, cum hæredis inſtitutione in perſonam Leonardi eius patrui,cum legatis, & toto teſtamento,vocatiſquè teſtibus pro eo ſtipulando, & accenſit tribus luminibus pro ſeruanda ſolemnitate noctis tempore,dùm Notarius incipere volebat ſtipulationem,prædictus teſtator ſe voluit ad aliam partem cubilis, dicendo: *Che tanta preſſa, volete, che mora queſta notte venite domani mattino,che lo ſtipularemo.* Cùmq; in eadem nocte diem clauſiſſet extremum,prætendebat Leonardus Tipaldus hæres ſcriptus in teſtamento, ſe declarari facere hæredem ex teſtamento. E contra prætendente Aurelia Romana defuncti matre,ac Beatrice Tipalda ſorore,ipſas debere declarari hæredes ab inteſtato, iuxtà diſpoſitionem *text. in auth. defuncto, C.ad Senatuſconſ.Tertull.*datoquè termino in cauſa,ac receptis probationibus, dicebat Leo-

Digitized by Google

Leonardus, ipſum habere pro ſe teſtamentum, ex omni ſui parte perfectum, & ſtipulationem non eſſe de eſſentia in teſtamento nuncupatiuo, teſtatoremquè non diſtuliſſe diſpoſitionem, nàm omnia iàm compleuerat, ſed tantùm ſtipulationem teſtamenti; valdè enim erat, ex ipſius confeſſione tempore magnæ febris, & nouæ acceſſionis fatigatus, & magno calore oppreſſus, etiam ex illis tribus luminibus, antè eius oculos poſitis, & ideò ſe voluit ad aliam partem, prædicta verba proferendo, & propterea dicebatur, prædictam eſſe veram diſpoſitionem perfectam, non autem præparationem ad teſtandum, quia conſtat, nedùm fuiſſe vocatum Notarium, ſed etiam teſtes, vt dicto teſtamento intereſſent, quo caſu non poteſt dici, eſſe præparamentum ad teſtandum, ſed veram diſpoſitionem, ex *text. in l. Pamphilo, §. propoſitum, ff. de leg. 3. & l. diuus, ff. de milit. teſtam.* in quo *text. Bart.* & alij notant,
2 quòd quandò à teſtatore, vocatis amicis, proferuntur illa verba, *volo*, ſeù *vellem*, inducitur diſpoſitio, quod eo magis procedit, quandò teſtator eſt in mortis articulo conſtitutus, & imminebat mortis periculum, tunc enim non præſumitur, teſtatorem voluiſſe præparare eius diſpoſitionem, ſed perfectè diſponere, *Ruin. conſ. 15. num. 10. vol. 2.* cum alijs per *Mart. vot. 8. n. 10.*

Continet autem hoc teſtamentum omnia neceſſaria in teſtamento nuncupatiuo,
3 quod de ſui natura ſcripturam non requirit, neq; Notarium, ſufficit enim, quòd teſtator coràm ſeptem teſtibus nomen hæredis proprio ore nuncupet, vt eſt *text. in l. hæredes palàm, in princip. ff. de teſtam. & in l. hac conſultiſſima, §. per nũcupationem, C. eod. tit.* ad cuius teſtamenti probationem inoleuit practica, quòd teſtes poſt teſtatoris mortem, ad futuram rei memoriam, citatis omnibus, quorum intereſt ordine Iudicis examinentur, quibus examinatis publicantur eorum depoſitiones, *Durant. de art. teſtan. tit. 2. de teſtam. caut. 7. Ludouic. Laua de form. teſtam. num. 2. & ſeq.* & eſt *text. in l. cùm antiquitas*, vbi *Doct. C. de teſtam.* & ſufficit, quòd
4 nedùm à Notario, ſed manu priuata ſit ſcriptum, & tunc probaret in iudicio poſſeſſorio, ſecus tamen in petitorio, vt habetur ex doctrina *Bald. in l. quæſtionem, num. 15. in fin. C. de fideicom.* ſequitur *Alex. in conſ. 101. in fin. lib. 5.* & hoc caſu, non eſſe retardãdam immiſſionem hæredis ſcripti, dixit *Crauett. conſ. 508. num. 14. lib. 3. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 101.* Inſupèr in hoc teſtamento omnia fuerunt perfectè declarata, & proindè voluntas perfecta iudicari debet, *l. ſi quis, & l. ex ea, ff. de teſtam.* adeſt enim
5 in eo formula ſubſtantialis, quæ eſt hæredis inſtitutio, *l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. §. antè hæredis, Inſtit. de legat.* adeſt etiam perfectus numerus teſtium, *d. l. iubemus, & d. l. hac conſultiſſima*, quæ omnia efficere teſtamentum perfectum, docet *Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius, de teſt. in verb. teſtamentum 1. num. 93.* de quibus conſtare dicebat per teſtes, iam ordine Iudicis examinatos in M. C. V. in cauſa præambuli, qui licèt ſint recepti, Parte non citata; attamen idem conſtare dicebat ex teſtibus examinatis, parte citata in S. C.

Nec prædictis dicebatur obſtare, quòd teſtamẽtum non fuit perfectum ex illis ver-
6 bis à teſtatore prolatis, quòd craſtina die intendebat illud ſtipulari, quia non per hoc poteſt dici voluntas imperfecta, prout poſt *Ant. de Prato Veteri* inter *conſ. Alex. conſ. 73. 1. vol. & Alex.* in ſequenti *conſil. 74. & Ruin. d. conſ. 15. num. 12. 2. vol.* fundat latè *Doctor Mart. d. vot. 8. nu. 7.* qui tenet, quòd teſtator, qui ordinato, & publicato teſtamento coràm teſtibus, & Notario, poſteà ei dixit, nihil aliud facias vſq; cras, quòd ſi in illa die ſequenti nihil fuerit factum, non poteſt dici teſtamentum imperfectum.

Neque etiam, quia non adeſt ſtipulatio, nec publicatio, nam Leonardus non ſe fundat in ſcriptura, in qua fuit ſcripta diſpoſitio, ſed in teſtamento, à teſtatore, Notario ſcribente coràm teſtibus dictato, & per eoſdem teſtes legitimè probato, cùmq; non agat ex ſcriptura, ſed ex teſtium depoſitionibus, ſtipulatio ſcripturæ non eſt neceſſaria, *Couarr. in cap. relatum, num. 11. de teſtam.* & quamuis teſtator videbatur ſtipulationem deſiderare, quia dixit, *lo ſtipularemo domani*, attamen in hoc caſu potiùs ad probationem, quàm ad validitatem actus ſtipulationem
7 voluiſſe, præſumitur, cùm non ſimus in contractu, de quo loquitur *Paul. de Caſtr. in l. contractus, num. 9. C. de fid. inſtrum.* vbi videtur velle, contrahentes ſuſpendere ſubſtantiam contractus, vſq; quo fiat ſtipulatio, ſed ſumus in teſtamento nuncupatiuo, in quo de ſui natura ſcriptura non requiritur, & proindè ſemper præſumendum eſt pro validitate actus, vt fundat plenè *Doctor Mant. in d. voto 8. num. 21.* & reſpondet ad *conſil. Oldrad. 119.* qui contrarium tenuit, etiam
8 in teſtamento nuncupatiuo, quandò teſtator diſtulit publicationem ipſius in aliud tempus, ea ratione, quia eſt defectus voluntatis, vbi dicit, quòd etiam opinio *Oldrad.* eſt communiter reprobata, vt *num. 25.* vel loquitur in caſu diuerſo; in caſu enim, de quo agebatur, apparet ex teſtibus de integra voluntate teſtatoris, & ſic illa verba,
9 quòd craſtina die intendebat ſtipulari teſtamentum, ſonant, quòd tunc teſtabatur, ſed ſequenti die volebat ſtipulari, vt poſt *Corn. conſ. 215. nu. 6. vol. 2. & Hotheman. conſ. 56. num. 7.*

Digitized by Google

*num.*7.tenuit idem *Marta loco* ſuprà citato, *num.* 26. videnda eſt moderna *Additio ad Surd.dec.*292, *Ioannis Baptiſtæ Hodiernæ*, vbi plenè articulum diſputat, & *Doctores* pro vtraquè parte cumulat, & demùm diſtinguit, quòd aut conſtat, teſtatorem voluiſſe in ſcriptis teſtari, & tunc teſtamentum erit nullum, tanquàm ex imperfecta voluntate; aut verò ſumus in teſtamento nuncupatiuo, & hoc caſu voluntas videtur perfecta, & ad faciliorem probationem potiùs requiri ſtipulationem, argumento *l.contrahitur, ff.de pignor. Natt.in d.l.hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, num.*147. *Honded. conſ.* 77. *num.*17.*lib.*1.*Manent.dec.*59.*num.*24. & ex alijs per ipſum allegatis, quod etiam plenè probat *Peregrin.dec.Patau.*80.*num.* 10. qui *in fine* refert, ità fuiſſe deciſum; & ità etiam fuiſſe deciſum tradit *Sim. de Prat. de interpret.vltim.voluntat.lib.*2. *interpret.* 1. *dub.*2. *ſol.*1.*num.*49. quæ diſtinctio cum nonnullis declarationibus habetur ex *Paſchal.de virib.patr.poteſt.part.*2.*cap.*8.*num.*63.vbi pleniſſimè.

Et demùm dicebatur, quòd cùm conſtet
10 de voluntate teſtatoris, is, qui prætendit hæreditatem ab inteſtato ex defectu ſolemnitatis teſtamenti, tenetur in foro conſcientiæ hæredi ſcripto, vel nuncupato bona reſtituere. *Mart.voto* 92. vbi refert *Ancharan.* cõſuluiſſe quatuor peritiſſimos Viros in Sacra Theologia, qui ſic reſponderunt, & ſic etiam tenent *Fachin.lib.*4.*controuer.iur.cap.*5. *per tot. Molin.Ieſuita tom.*1.*de iuſtit. & iur.diſput.*81.*num.*16.*&* 22.& nouiſſimè *Vincen. Filliuc.tom.*2.*quæſt.moral.tract.*34.*p.*1.*c.*7. *n.*148.cum plurib.*ſeqq.*

Pro parte verò Aureliæ Romanæ matris, ac Beatricis Tipaldo ſororis dicebatur, omninò ipſas eſſe declarandas hæredes ab inteſtato, nulla habita ratione de prætenſis per dictum Leonardum, tùm ex defectu voluntatis teſtatoris, tùm etiam ex defectu ſolemnitatis, quamuis enim teſtamentum nuncupatiuum poſſit fieri abſquè ſcriptura, attamen quan-
11 dò teſtator voluit, in ſcriptis redigi, tunc antequàm ſtipuletur, non dicitur teſtamentum perfectum, & abſolutum, ſecundùm opinionem *Pauli de Caſtr. in l.contractus, C.de fid.inſtrum.& in l.qui bis idem, num.*2. *ff.de verb.oblig.& in l.cùm res, C.de donat.* vbi ait, antè inſtrumentum eſſe locum pœnitentiæ, & eum ſequitur *Decius in conſ.* 159. *num.*4. *Iaſ. conſ.*151.*lib.*2. *Natt.conſ.* 357.*colum.*2.

12 Et quàmuis multi contrarium teneant, quòd non ſufficiat, quòd partes conueniant, vt conficiatur ſcriptura, ſed quòd expreſſè dicatur, quòd contractus ſit celebrandus in ſcriptis, aliàs non valeat, de quibus latiſſimè per *Theſaur.dec.*197.*num.*2.& per *Menoch. de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*148. nàm admiſſa prædicta opinione, quòd neceſſe ſit paciſci, quòd fiat ſcriptura ad ipſius contractus perfectionem, adhùc hoc poſſe probari per coniecturas, habetur ex eodem *Menochio num.*4.cum *ſeqq.* vbi coniecturas refert, in caſu, quo voluerunt, fieri ſcripturam ad probationem, ſiuè ad contractus perfectionem, & validitatem, & latiſſimè per *Antonin. de Amat.reſolut.*8.*nu.*16.vbi innumeros *Doct.* congerit.

Immò plus dixit *Oldrad.in conſ.*119.propriè ad materiam teſtamenti, quòd quamuis quis faciat diſpoſitionem ad pias cauſas,
13 vel inter liberos, & faciat ſcripturam ex omni ſui parte perfectam, quòd ſi deindè dicat, vt vocetur Notarius, & teſtes, niſi ea voluntas à Notario in publicam formam redigatur, quòd actus non dicatur perfectus, videtur enim, ſuam voluntatem ſuſpendiſſe, vſq; quo fuerit per Notarium in ſcriptis de more redacta, & *Oldrad.* opinionem ſequuti fuerunt *Dec.in conſ.*159.ſub *num.*3 qui eam communè refert, & ità deciſum dixit *Surd. dec.*292.*Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.* 2.*tit.*4.*num.*6.*Magdalen.de num.teſtium in teſtamento requiſit.par.*2.*cap.*5.*nu.*8. cum *ſeqq.*& alij allegati per *Amat.d.reſol.*8. *n.*18. & per *Paſchal.de vir.patr.poteſt. p.*2.*c.*8. *nu.* 61.*Couarr.in c.relatum, lo primo, extrà de teſtam.nu.*9.

Nec eſt verum id, quod dixit *Doct. Mart.*
14 *d.vot.*8.*num.*25.quòd opinio *Oldradi*, & ſequacium ſit communitèr reprobata, nec deciſiones *Putei, Peregrini*, & aliorum ſunt contra caſum *Oldradi*, vt eſt videre, nàm pro opinione *Oldradi* concludit *Fachin. controu.iuris, lib.*4.*cap.*4. quandò non agitur de teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas, *Zuntus in reſponſo pro vxore, num.*290. qui
15 diſtinguit, quòd aut conſtat, teſtatorem diſpoſitionem ſuam in ſtipulationem Notarii voluiſſe differre, & tunc licèt ſuam diſpoſitionem coràm teſtibus explicaſſet, videtur potiùs fuiſſe præparationem ad teſtandum, & procedit opinio *Oldradi*, aut verò teſtator habuit diſpoſitionem pro perfecta, & abſoluta, & iſto caſu procedit altera opinio, quòd teſtamentum valeat, quam diſtinctionem ſequitur etiam *Giurb.ad Conſuet.Meſſan.c.*6. *gloſ.*2.*p.*1.*n.*14.

In caſu verò, de quo agebatur plura concurrebant, ex quibus apparebat, teſtatorem
16 non habuiſſe diſpoſitionem pro explicita, & perfecta, quod colligitur, nedùm ex illis verbis, *che tanta preſſa, che hò da morir queſta notte, venite domani matino, che lo ſtipularemo*, verùm ex depoſitione Notarij examinati in M.C.V. in iudicio præambuli ad inſtantiam eiuſdem Leonardi Tipaldi, qui depoſuit, quòd cùm ipſe replicaſſet, quòd

pote-

Digitized by Google

poterat tunc ſtipulari, quia iàm aderant om-
nes teſtes, ipſe noluit illud ſtipulari, ſed ite-
rùm dixit, quòd intendebat in craſtinum
diem ſtipulari, *che ci voglio penſare meglio
queſta notte*, & ſic dùm meliùs illa nocte
intendebat cogitare ſuper ſua diſpoſitione,
non poteſt dici, habuiſſe illam ſcriptam à
Notario pro abſoluta, & perfecta, & licèt idē
Notarius poſteà examinatus in S. C. dicat,
non benè recordari, attamen non deponit
contrarium, & ex interuallo temporis ferè
vnius anni inter vnam, & alteram depoſi-
17 tionem, potuit obliuiſci, memoria enim ho-
minis labilis eſt, *l. peregrè 44. ff. de acquiren.
poſſeſſ.* item fuit probatum, quòd nec erat
certus, quem hæredem facere intendebat,
factis enim aliquibus legatis, interrogatus
à Notario, quem hæredem inſtituere vellet,
reſpondit, *quem vultis hæredem inſtituam, ſi
de omnibus meis bonis diſpoſui?* & cùm
replicaſſet Notarius, quòd hæredis inſtitu-
tio erat neceſſaria, & quidam Maſſentius de
Dominico amicus teſtatoris, qui præſens
erat, dixit, quòd aderat Aurelia Romana
mater, ac Leonardus patruus, replicauit,
quòd Leonardus non erat ibidem præſens,
& quòd neſciebat, ſi vellet hæreditatem ſic
oneroſam acceptare, & ſic eius voluntas non
fuit perfecta, volebat enim cum prædicto
eius patruo alloqui, & ideò voluit in craſti-
nū diē ſtipulationē differre, & ea nocte me-
liùs cogitare, & teſtamentum dicitur perfi-
18 ci, & compleri in vltimo inſtanti, & vltimis
verbis, cùm teſtator habet illud pro perfe-
cto, & completo, *Bal. in l. ſi quis, ff. de teſtam.*
in hoc autem caſu non habuit illud pro cō-
19 pleto, dùm dixit, quòd volebat meliùs co-
gitare, & dixit idem *Bald. in l. contractus, C.
de fid. inſtrum.* actum dici perfectum, quan-
20 dò conſtat de perfectione reſpectu volunta-
tis concluſiuæ, & in *l. 1. circa princip. ff. de
teſtam.* quem ſequitur *Iaſ. conſ. 196. vol. 2.*
vbi dixit, quòd in teſtamento requiri-
21 tur quadruplex perfectio. Prima eſt in ma-
teria, quæ eſt, vt voluntas teſtatoris ſit com-
pleta, & perfectè enunciata, per *text. & ibi
Doctores in d. l. ſi quis*. Secunda perfectio eſt
in forma ſubſtantiali, quæ conſiſtit in inſti-
tutione hæredis, ſine qua teſtamentū ſubſi-
ſtere non poteſt, §. *antè hæredis, Inſtit. de
legat.* Tertia perfectio eſt in ſolemnitate le-
gali, *l. codicillis, §. fin. ff. de legat. 2.* Quarta
perfectio eſt quoad confirmationem, quæ
eſt mors teſtatoris, & idem *Iaſ. d. conſ. 196.*
cōſuluit in caſu, quo teſtator poſt ſcriptum,
22 & publicatum teſtamentum coràm Nota-
rio, & teſtibus, rogauit eundem Notarium,
& teſtes, quòd reuerterentur, quia intende-
bat reficere illud ſuum teſtamentum in aliā
formam, quandò meliùs ſe haberet, quòd ſi
poſteà morte præuentus, nihil mutauerit,
dicit, teſtamentum fuiſſe imperfectum, ra-
tione voluntatis, quia non dicitur eſſe actū,
23 cùm quid ſupereſt ad agendum, *l. pen. C. de
his, quib. vt indign.* & *Iaſ.* ſequitur *Menoch.
conſ. 45. num. 19. vol. 1.* qui alios congerit, in
caſu autem, de quo agebatur, videbatur,
quòd omnia ferè ad actus perfectionem de-
ſiderabantur, nedùm enim dixit, quòd redi-
rent Notarius, & teſtes, quia intendebat me-
liùs cogitare, ſed dubius erat circà hæredis
inſtitutionem, niſi priùs alloqueretur Leo-
nardum patruum, prætenditur etiam defe-
ctus circà numerum teſtium, quia ſex tan-
tùm teſtes deponebant circà hæredis inſti-
tionem, nàm duo alij examinati in S. C. qui
ſunt nonus, & decimus, non alitèr depone-
bant de prædicta inſtitutione, & ſic deficie-
bat etiam numerus ſeptem teſtium, iuxtà
diſpoſitionem *text. in d. l. hac conſultiſſima*,
quæ eſt ſolemnitas legalis, & ſic omnia de-
ficiebant, & reſpondebatur ad ea, quæ dixe-
runt *Doctores*, pro contraria parte allegati
24 contrà opinionem *Oldradi*, quòd loquun-
tur, quandò teſtator ſuam voluntatem per-
fectè declarauit coràm Notario, & teſtibus,
& ea publicata coràm eiſdem, poſteà dixit,
quòd venirent cras pro ſtipulatione, nàm ſi
poſteà nihil diſpoſuit, & abſquè ſtipulatione
deceſſit, validum erit teſtamentum, ſecùs au-
tem, quandò illud non habuit pro abſoluto,
25 veluti, ex quo intendebat amicum, vel con-
ſanguineum conſulere, vt poſt *Paul. de Ca-
ſtro conſ. 450. lib. 2. Natt. in d. §. ex imperfe-
cto*, dixit *Paſchal. de vir. patr. poteſt. d. cap. 8.
part. 2. num. 66.* & in proprijs terminis ait *D.
Rouit. in conſ. 41. lib. 2. num. 9.* quòd etiam ſi
teſtator proprio ore Notario ſcribenti, in
26 præſentia teſtium animo teſtandi in ſcri-
ptis, & illud teſtamentum ſtipulandi, ſuam
diſpoſitionem narrauerit, ſtipulationem ve-
rò diſtulerit vſquè ad aliam horam, quòd ſi
interim moriatur teſtator, teſtamento non
ſtipulato, quòd talis diſpoſitio non valet, nec
inter liberos, nec ad pias cauſas, eſt enim
imperfecta voluntas, pro qua opinione plu-
res DD. cumulat, & ex *Mantic. de coniect.
vltim. volunt. lib. 2. tit. 4. num. 6.* poſt *Ruin.
& Socin. iun.* tradit pro regula, quòd ſi teſta-
27 tor adhibuit Notarium, creditur, voluiſſe
ex more publicari teſtamentum, & ideò ſi
non fuit publicatum, non valet, tanquàm im-
perfectum ratione voluntatis, & in dicto te-
ſtamento, nedùm deficiebat publicatio, ſed
28 relectio, quæ neceſſaria ſunt pro ſolemnita-
te teſtamenti, iuxtà diſpoſitionem *text. in
l. fideicommiſſa, §. quotiēs, ff. de legat. 1.* vbi
etiam *Bart. l. ex ea ſcriptura. ff. de teſt. Ma-
ſcard. concl. 1359. n. 74.* & alij allegati per di-
ctum *D. Rouit. d. conſ. 41. lib. 2.* ſub *num. 9.
verſ. his addo.*

Diſcuſſo negotio prædicto in S. C. me re-

ferente die 5. menſis Maij 1635. fuit deci-
29 ſum : Hæreditatem quondam Franciſci Tipaldi ſpectauiſſe, & ſpectare ad Aureliam Romanam eius matrem, & Beatricem Tipaldam eius ſororem vtrinquè coniunctam ab inteſtato. Nec nos diſputauimus, quid in foro conſcientiæ, quia nõ ad Nos, ſed ad Cõfeſſarios attinet, etiam, quia ceſſante diſpoſitione ex defectu voluntatis, omnia corruũt.

# OBSERVATIO
## In Deciſione VII.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ſpectat ad matrem ab inteſtato, vbi teſtamentum à filio ordinatum, non fuit, nec ſtipulatum, nec ſubſcriptum, morte prauento; ſic etiam vbi teſtamentum fuit oratènus conditum, & probatum tantummodò per teſtes ſingulares, num. 2. Sed quid in teſtamento in ſcriptis conditonon tamen ſtipulato, & teſtator expirauit, dùm Notarius incepit illud ſtipulari, num. 3. debetur tamen ex teſtamento nuncupatiuo ſcripto, etſi non ſtipulato filia in eo inſtituta, mortua matre teſtatrice repentè, tempore, quo Notarius illud ſtipulari cepiſſet, & ità deciſum refertur, n. 4.*

4 *Præambulum poteſt interponi ex voluntate teſtatoris, per teſtes probata.*

5 *Teſtamentum nuncupatiuum ſine ſubſcriptione, ſigillo, & ſcriptura fieri poteſt.*

6 *Voluntas teſtatoris per teſtes probari poteſt, & n. 8.*

7 *Scriptura in teſtamento nuncupatiuo, etſi fieri ſoleat, tamen fit ad euitandam probationem per teſtes.*

9 Deciſio 7. D. Marchionis Torelli *procedit, quia teſtatoris voluntas erat imperfecta, dùm nolebat teſtamentum ſtipulari ea die, & ſic erat præparatio teſtandi, ſecùs in caſu relato, at deciſo ſuprà n. 4.*

10 *Teſtamentum in ſcriptis conditum, ſed per teſtatorem per inciſionem filorum apertum, cauſa accomodandi aliquas res, illiſq; accomodatis, repertum inter eius ſcripturas magis importantes, valet, non obſtante deciſione relata per* Maſtrill. dec. 132. *& per* Caſtill. dec. 59. *præſertim inter liberos, nu. 11.*

11 *Deciſio relata per* Maſtrill. dec. 132. *& per* Caſtill. dec. 59. *non procedit in teſtamento inter liberos, & ità deciſum adducitur, n. 12. & non probatur per omnes* DD. *per ipſos adductos, nu. 13. at proceſſit ex coniecturis ibi concurrentibus, n. 14.*

15 *Legatum factum vxori in teſtamento inter liberos, debetur, contrarium num. 17. & 21. ſed prima opinio eſt verior, num. 18. & 22.*

16 *Vxor dicitur perſona extranea.*

19 Text. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. *loquitur in inſtitutione facta in perſonam extranei inſimul cum filijs, & num. 23. & corrigitur per* auth. quod ſine, C. eod. *ibid.*

20 Text. in auth. quod ſine, C. de teſtam. *loquitur in legatis.*

21 *Legatum factum vxori in teſtamento imperfecto, ratione ſolemnitatis non debetur, ſed contrarium, n. ſeq.*

22 *Deciſio relata per* Gaſpar. Theſ. lib. 4. qq. forenſ. quæſt. 34. num. 8. *fundatur in diſpoſitione* text. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. *& limitatur, num. ſeq.*

24 *Legatum factum perſonæ valdè dilectæ, quãuis extraneæ in teſtamento imperfecto ratione ſolēnitatis, valet, & n. 26. & ità deciſum adducitur, nu. 27. & 28. & factum in teſtamento inter liberos coniūctæ perſonæ ſubſtinetur, n. 25.*

COnſimiles deciſiones huic habemus apud D. *Thorum par. 3. Compend. deciſ. verb. teſtamentum extenſum*, vbi per S.C. iunctis Aulis
1 deciſum refert, hæreditatem ſpectare ad matrem hæredem ab inteſtato, nulla habita ratione de teſtamento à filio ordinato, non tamen ſtipulato, neque ſubſcripto; quia morte præuentus non potuit, ſic etiam in in *d. par. 3. ver. teſtamentum oretènus*, vbi
2 fuit deciſum in beneficium hæredis ab inteſtato per M.C.V. non obſtante teſtamento oretènus condito per moribundum, probato per teſtes ſingulares, inſtituendo Hoſpitale, in quo reperiebatur infirmus, & aliã deciſionem refert idem *D. Thorus in ſupplem. Compend. verb. teſtamentum ſi ſit con-*
3 *ditum*, vbi agebatur de teſtamento, in ſcriptis condito, & antequàm ſtipularetur Notarius interrogauit teſtatorem, ſi vellet addere, vel minuere? cui reſpondit, *benè ſcriptum*, & dùm Notarius incepiſſet illud ſtipulari, teſtator expirauit, & cùm per M.C. fuiſſet deciſum in beneficium hæredum ab inteſtato, tamen commiſſa cauſa in S.C. ad inſtantiam alterius hæredis ſcripti in alio teſtamento per priùs condito, dùm diſceptabatur de validitate vltimi teſtamenti, remiſſa cauſa eidem M.C. fuit datus terminus in cauſa, in qua fuerunt plura in iure allegata, & deſumpta ex hac *deciſione D.* mei, vt legentibus patebit, & ad ipſarum comprobationem, nè deſinas videre *D. Conſ. Staiban. lib. 1. reſolut. forenſ. reſolut.* 68. vbi *num.* 45.

de

de D. meo *hic* meminit, conſimilem caſum exarantem, & illius opinionem ſectatum.

Sicuti fuit determinatum per M.C.V. in
4 alio ſimili caſu; cùm enim Eugenia Vitaliana in extremis conſtituta voluiſſet teſtari, vocatis Notario, Iudice, ac teſtibus, ſuam vltimam voluntatem ſcribere fecit per dictum Notarium in illorum præſentia, inſtituendo hæredem vniuerſalem eius filiam, & dùm Notarius volebat dictum teſtamentum ſtipulari, teſtatrix de facto, ac repentè obijt; quarè cùm fuiſſet inſtatum pro decreto præambuli in dicta M.C. in perſonam dictæ filiæ, ex voluntate prædicta per teſtes probanda, illaque demùm per illos proba-
* ta, fuit ſub die 3. Maij 1637. referente D. Iudice *Archamonio* per dictam M.C. interpoſitum decretum præambuli, ex voluntate per teſtes probata in perſonam dictæ filiæ, ſub patrocinio *D. Ioſephi Magaldi* mei Domini, in Banca Ioſephi Albani, quæ deciſio
5 ex eo fundatur; non enim dubitari poterat, teſtamentum nuncupatiuum fieri poſſe ſine ſubſcriptione, ſigillo, & ſcriptura, *l. hac conſultiſſima, §. per nũcupationem, C. de teſtam.* Eminentiſſ. *Tuſch. concluſ.* 121. *num.* 5. *lib.* 8. *lit. T. commun. concluſ. Gratian. lib.* 3. *diſceptat. forenſ. cap.* 550. *nu.* 40. *& ſeq.* ideoquè
6 per teſtes probari poteſt teſtatoris voluntas, *Bald. in l. Lucius* 41. *ff. de milit. teſtam.* qui loquitur in proprio caſu noſtro, *Tuſch. d. lib.* 8. *concluſ.* 109. *num.* 5. & licèt ſcriptura
7 fieri ſoleat, attamen fit pro faciliori probatione ad euitandam probationem per teſtes, idem *Tuſch. concluſ.* 97. *num.* 5. *d. lib.* 8. *lit. T.* per *text. in l. contrahitur, ff. de pignor. Craſſ. de ſucceſſ. tit. de teſtam. quæſt.* 10. *nu.* 2.
8 *&* 3. quo fit, vt deficiente ſcriptura, vel quia non fuit ſcripta, vel ſi ſcripta, non tamen lecta per Notarium, & ſic non ſtipulata, validum remanet teſtamentum, ſi probetur per teſtes, ità in puncto probant *Caſtr. conſ.* 307. *volum.* 1. *Parlador.* videndus in *ſeſquicent. different. quotid. differ.* 15. *nu.* 11. & ità deciſum refert in Rota Roman. Eminentiſs. *Seraphin. dec.* 581. *&* 623. *Gratian. d. cap.* 550. *in fin. Rota in nouiſſ. diuerſ. dec.* 173. *lib.* 2. vbi alia deciſio refertur, & ex his non vide-
9 tur obſtare hæc *deciſio* D. mei, *ibi* n. manifeſtè apparet, teſtatoris noluntatem fuiſſe imperfectam. dùm ille nolebat teſtamentum ſtipulari ea die, & ſic erat præparatio teſtandi, hîc autem de ipſo actu teſtandi.

Hìnc etiam cùm tractaretur in M.C.V. de
10 interpoſitione decreti præambuli q. Caroli Gambacurtæ Principis Macchiæ, Marchionis Cilentiæ, ac Monterij maioris huius Regni ex teſtamento in ſcriptis condito, ſed ab ipſo aperto per inciſionem filorum tantùm, cauſa illud accomodandi in certis partibus, & idem accomodato, & reperto inter eius ſcripturas magis importantes, latiſſimè ſcripſi pro validitate teſtamenti contra *deciſionem* relatam per *Maſtrill. dec.* 132. *&*
11 *Caſtill. dec.* 59. quam non procedere in teſtamento inter liberos ſubſtinui, ex *text. in auth. hoc inter liberos, C. de teſtam.* & ſexdecim *DD. ibi* adductis, inter quos ſunt *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynuntius, in verbo teſtamentum, il ſecondo, num.* 14. *par.* 1. *Gayll. lib.* 2. *obſeru.* 112. *num.* 13. *verſ. ſeptimò amplio,* vbi *Greua. num.* 30. *& ſeq. Muta in cap.* 114. *Sicil. num.* 20. *verſ. & ſic videmus, lib.* 4. *Koppen. dec. German.* 45. *num.* 30. *lib.* 1. *Chriſtinæus deciſ. Belg.* 119. *num.* 11.
12 *lib.* 5. ac ità pluriès deciſum retulimus ex *Hieron. Leo. dec. Valen.* 32. *num.* 14. *&* 30. *in fine, lib.* 1. *Fontanell. dec.* 51. *num.* 14. *Marco Salon. de Pace in l.* 3. *Tauri, par.* 2. *concluſ.* 3.
13 *num.* 1127. ac etiam fundauimus, non omnes *DD.* adductos per *Maſtrill. & Caſtill.* pro reuocatione teſtamenti inter liberos hoc fundare; ſed tantùm nouem ex ipſis, & ſic *Odofred. Caſtr. Couarr. Aluarad. Suarez, Vaſq. Oldrad. Nattam, & D. Rouit.* ac rationes adductas per hos *DD.* non militare, & paritèr *deciſionem* prædictam fuiſſe latam
14 ex coniecturis concurrentibus in caſu *ibi* relato, & adductis per *Maſtrill. ibid. num.* 27. *&* 28. & per *Caſtill. loc.* citat. *nu.* 44. 46. 47. *&* 51.
15 Quarè, ſtante validitate teſtamenti inter liberos, ſubſtinui in eadem cauſa, haud tergiuerſari poſſe, deberi legatum annuorum ducat. 2520. factum per Principem ad beneficium Principiſſæ vxoris Fauſtinæ Caracciolæ, pro tempore, quo lectum vidualem
16 ſeruauerit, & cum communibus filijs permanſerit, nàm quamuis vxor ſit extranea, ad *text. in l. vnica, §. extraneum, C. de rei vxor.*
17 *act.* quo caſu nonnulli dixerunt, illud non deberi, inter quos *Menoch. conſ.* 288. *nu.* 36. *lib.* 3. *Gratian. cap.* 219. *num.* 24. *lib.* 2. per *tex. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto,* vbi etiam *Natt. quæſt.* 26. *& ſeq. C. de teſtamen.*
18 attamen contrarium eſt verius, vt legatum factum extraneæ perſonæ, debeatur, ad *tex.* expreſſum in *auth. quod ſine, C. eod.* ibi, *ex quo, & alijs legari, & fideicommitti, & libertas relinqui poteſt,* & *text. in d. §. ex imper-*
19 *fecto* non obſtat, loquitur enim in inſtitutione facta in perſonam extranei, inſimul
20 cum filijs, non autem in legatis, de quibus loquitur *text. in d. auth. quod ſine,* quæ ſubſequitur poſt dictum *§. ex imperfecto,* vt *ibi* optimè tradit *Gilkenius num.* 25. & in *d. auth. quod ſine, n.* 3.
21 Nec paritèr obſtabit deciſio relata per *Theſaur. iun. lib.* 4. *quæſt. forenſ. quæſt.* 34. *num.* 8. vbi quòd non debetur legatum vxo-
22 ri relictum in teſtamento imperfecto, ratione ſolemnitatis, quandoquidèm *deciſio* illa



Digitized by Google

fundatur in *d.* §. *ex imperfecto*, qui, vt diximus *num.* 19. loquitur in inſtitutione, non
23 autem in legato, eoquè magis, quia *d.* §. *ex imperfecto* corrigitur ex *d. auth. quod ſine*, quæ ſubſequitur, vt tradit idem *Theſ. d. lib.* 4. *quæſt.* 37. *num.* 3. & comprobat D. meus *conſult.* 132. *num.* 22. *& ſeq. lib.* 2. Item ex
24 alio deciſio *Theſauri* non officit, ſiquidèm ipſemet eam limitat, vt non procedat, ſi legatum ſit factum perſonæ valdè dilectæ, quamuis extraneæ, qualis eſt dicta Principiſſa, dùm eam teſtator vocat chariſſimam, & dilectiſſimam, vt tradit *ibidem num.* 2. &
25 quòd legatum relictum in teſtamento inter liberos coniunctæ perſonæ, ſubſtineatur, probat *Cephal. conſ.* 294. *nu.* 15. *&* 16. *lib.* 2. & ità deciſum refert *Hieronym. de Laurent. dec.* 87. *in fine.* Sic etiam debetur, ſi ſit
26 factum perſonæ dilectæ in teſtamento minus ſolemni, vt per *Garc. à Toledo dict.* 164.
27 proùt in terminis terminantibus fuit ſimilitèr iudicatum in eadem cauſa præambuli quondam Eugeniæ Vitalianæ, quæ in teſtamento, vt ſuprà ſcripto, ſed non ſtipulato legauerat eius Viro decimam partem eius dotium, de qua diſponere poterat, ſtantibus filijs vigore *Conſuetud.* incip. *Si qua moriens, de mulier. hab. fil.* & propterea dùm agebatur de legato facto dilectæ perſonæ, & ſic Viro in teſtamento inter liberos, per
* dictam M. C. fuit deciſum, deberi dicto eius Viro legatum prędictum, cum intereſſe à die petitionis, iuxtà voluntatem per teſtes probatam, ſub die 8. Februarij 1645. ad relationem D. Iudicis *Muſcettulæ* in eadem Banca Ioſephi Albani, patrocinante pro dicto viro *D. Ioſepho Magaldo*, quarè legatum
28 prædictum fuit tranſactum ad beneficium dictæ Principiſſæ, iuxtà tradita per *Magon. deciſion. Florent.* 58. *in fin.* in ann. duc. 500. ſoluendis pro tempore, quo lectum vidualem ſeruauerit, ac cum filijs permanſerit, iuxtà inſtrumentum ſtipulatum per Notarium Alexãdrum Grimaldum, præuio de-
* creto M. C. interpoſito, *quòd expedit*, ad relationem D. Iudicis *Apicellæ* viri probiſſimi ſub die 14. Iunij 1650. in Bãca Marci Salerni pro Anaſtaſio, in quo quidèm inſtrumento dicta Principiſſa contenta remanſit, vt dictus eius filius poſſet ſe declarari facere heredem ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti quondam Principis, proùt ſibi meliùs viſum fuerit. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio ex quibus probetur, & an, & quandò poſſit repudiari hæreditas in fraudem creditorum. Et an vigore *Conſuetudinis* huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis bona tranſeant in ſucceſſores, abſquè aditione, ad interpretationem *text.* in *l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ſemel adita, repudiari non poteſt.*
2 *Hæreditas ſola animi deſtinatione acquiritur.*
3 *Aditio hæreditatis probatur per actum, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non poteſt, & n. 7.*
4 *Solutio adiecto fieri non poteſt, ſi pauper factus eſſet.*
5 *Mandatum reuocatum cenſetur, per mutationem ſtatus.*
6 *Adiectus ſolutioni, confeſſionem ſolutionis, accipere pignora, & acceptũ facere nequit, ſed tantùm ſolutionem recipere, n. 7.*
8 *Diſpoſitio* l. qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum *procedit in iuribus quærendis, ex vltima voluntate, ſecùs in iure, ex contractu perueniendo.*
9 *Portio* Conſuetudinis *in pactum deducta, debetur ex pacto, abſq; alia aditione.*
10 *Succedentes ab inteſtato, dicuntur habere bona ex tacita voluntate defuncti.*
11 *Portio à* Conſuetudine *delata non acquiritur, abſq; petitione, & agnitione.*
12 *Futura ſucceſſio, ex contractu debita, an veniat in obligatione fauore creditorum.*
13 *Debitor renunciando hæreditatem, vel aliud ſimile in præiudicium creditorum, peccat mortalitèr.*
14 *Cauſidici, & Aduocati conſulentes debitoribus, vt hæreditatem repudient, peccant mortalitèr.*
15 *Aditio hæreditatis difficilis eſt probationis.*
16 *Aditio hæreditatis quomodò probetur.*
17 Text. *in* l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit. *expenditur.*

De-

Digitized by Google

# Deciſio VIII.

FVit diſcuſſum in Sacro Conſilio, an in fraudem ſuorum creditorum potuerit Bartholomæus Griffus repudiare hæreditatem Mariæ ſororis, iuxta terminos *text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* & *deciſ. D. Præſ. Vincent. de Franch.* 101. qua repudiatione ſtante hæreditas ad filios Bartholomæi veniret, iuxta *text. in l. 1. C. de ſucceſſor. edict.*

Pro parte eius creditorum plura opponebantur, & Primò, quòd hæreditas non po-
1 tuit repudiari, ſtante ipſius aditione prius facta, *l. ſicut maior, C. de repud. hæredit.* hæ-
2 reditas enim ſola animi deſtinatione acquiritur, *l. ſi pro hærede, ff. de acquir. hæred. Dec. conſ* 652. & eò ipsò, quò quis facit actum,
3 qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non poteſt, hæreditatis aditio probatur, ad *text. in l. gerit*, vbi *DD. ff. eod. tit.* & ſemel hæres, nunquàm deſinit eſſe hæres, *l. ei, qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit.* cum ſimil.

Hæc autem hæreditatis Mariæ ſororis aditio præcipuè fundabatur, quia exegit nomen debitoris, & quamuis diceretur, prædictam exactionem fuiſſe factam per dictum Bartholomæum, non vti hæredem Mariæ, ſed vti adiectum ſolutioni, nàm debitor Mariæ promiſit ſolutionem, tàm dictæ Mariæ, quàm etiam dicto Bartholomæo, & cuilibet ipſorum inſolidum. Tamen pro parte creditorum replicabatur, quòd prædictus Bartholomæus iam ab anno 1624. dedit con-
4 tractus pro reſcitiſſis, mole creditorum granatus, & ſic per mutationem ſtatus non poſſet ei rectè ſolui, vti adiecto, vt per *Alexandr. in l. eum, qui ità, §. qui ſibi, ff. de verb. obligat. Stracc. de adiect. par. 3. num.* 110. quod probat *text. in l. cùm quis, ff. de ſolut.*
5 eò enim ipsò, quò quis mutat ſtatum, mandatum cenſetur reuocatum, quod probat idem *Stracc. in tit. de decoct. in 3. par. num.* 50. *Felin. in cap. ex parte Decani, extrà de reſcript.* quod procedit ex præſumpta voluntate mandantis, quia ſi deteriorationem conditionis ſciuiſſet, vtiq; reuocaſſet, idem *Stracc. in d. 3. part. de adiect. nu.* 59. vbi quòd in iſta ſtatus mutatione tantùm conſideratur, ſi durior, vel difficilior fiat exactio ab ipſo mandatario, vel adiecto.

Secundò, quia iſte adiectus, nedùm rece-
6 pit quantitates à debitore hæreditario, ſed confeſſus fuit, recepiſſe, quod facere non potuit; adiectus enim, nec petit, nec nouat, nec acceptum facere poteſt, ſed tantùm ſolutionem recipere, *Angel. in l. quod ſtipulatus, ff. de ſolut. Strac. in d. tract. de adiect. par. 3. num.* 125.

Tertiò, quia accepit pignora, quod nec fa-
7 cere potuiſſet, vt habetur ex *text. in l. is, qui promiſit, ff. de pignor. & Stracc. vbi ſuprà, num.* 171. & quotieſcunquè quis agit vltrà adiecti facultatem, videtur adire, *l. duo fratres 77 ff. de acquir. hæred. Vrſill. ad Affl. dec.* 360. *num.* 9.

Quartò, conſiderabantur nonnulli actus poſitiui, ex quibus animus Bartholomæi colligebatur, hæreditatem Mariæ per ipſum eſſe aditam, interrogatus enim in iudicio, an eſſet hæres? reſpondit, ſuo tempore petiturum hæreditatis partem, item ſe oppoſuit litteris monitorialibus expeditis ad inſtantiam creditorum, paſſus etiam fuit, reconueniri, & preces porrexit S. E. vt mandaret, expediri cauſam, quam habebat cum Regio Conſiliario Theodoro eius cognato ſuper recuperatione dotium eiuſdem Mariæ.

Inſupèr dicebatur, quòd diſpoſitio *text. in d. l. qui autem*, procedit in iuribus quærendis, quorum acquiſitio dependet à voluntate acquirere volentis, in caſu verò, de
8 quo agebatur, prætendebant creditores, ius fuiſſe quæſitum, abſquè aditione, ex quo tempore, quo Maria nuptui fuit tradita per Ioannem Franciſcum Griffum, communem patrem quondam Pompeo Strambone eius primo viro, fuit conuentum in capitulis matrimonialibus, quòd dotes reſtitui deberent eidem Mariæ, eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, cùmq; ipſe Bartholomæus ſit hæres Io. Franciſci patris in ducat. quinque mille, eidem promiſſis, ſtatim quòd Maria obijt, abſquè filijs; quæſitum fuit ſibi ius pro portione dotis ad ipſum ſpectante, quamuis enim magna ſit inter *Doctores* controuerſia, an portio debita ex *Conſuetudine*, iure hæreditario deferatur, vel pacto ciuium, tamē cōmunitèr reſoluitur, ꝙ ſi vltrà legem fuerit in pactum deductū, debetur ex pacto
9 abſquè alia aditione, vt habetur per *Doctor. in l. cum antiquioribus, C. de iur. delib.* vbi *Alex. num.* 6. *Iaſ. num.* 6. & alij relati à *Phanuc. de lucro dotis, gloſ.* 4. *num.* 6. *Roland. à Valle* in eodem *tract. quæſt.* 45. *Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neap. par.* 7. *de iure quartæ, quæſt.* 13 *num.* 24. *D. Reg. Rouitus* latè in *deciſ.* 87. poteſt enim, quod ex iuris diſpoſitione venit, in pactum deduci, *l. non impoſſibile* 50. *ff. de pact. l. qui mutuam, ff. mand. & l. qui dubitationis* 81. *ff. de reg. iur.* ſi igitur ex pacto ius fuit quæſitum Bartholomæo, conditionalitèr tamen adueniente conditione, ea purificata per mortem Mariæ, abſquè filijs, ſtatim fuit ius quæſitum Bartholomæo abſquè alia aditione, & in cōſequentiam hoc ius erat creditoribus obligatum, & proindè non poterat in eorum præiudicium repudiari.

Cui motiuo replicabatur pro parte filiorum

Digitized by Google

rum Bartholomæi, quòd hoc pactum fuit factum tempore, quo Maria nuptui fuit tradita q.Pompeo Strambone, per cuius mortem fuerunt dotes reſtitutæ Mariæ, ſicquè dùm in capitulis matrimonialibus promiſerat Pompeus reſtituere eidem Mariæ, & in eius defectum Ioa.Franciſco Griffo dotanti,eiuſquè hæredibus, & ſucceſſoribus, ſtatim quòd fuit facta reſtitutio Mariæ, pactum fuit adimpletum,iuxtà diſpoſitionem *text.in l.haues,§.hac ſermone,ff. de verb.ſignif.*latè per *Iaſon.in l.diuortio, §.quod in anno.ff.ſolut.matrimon.* tantò magis, quia dicta Maria tranſijt ad ſecunda vota cum Regio Conſiliario digniſſimo, & meritiſſimo D.Scipione Theodoro,& fuerunt auctæ dotes,vſquè ad ſummam ducat.decem mille,& promiſſa fuit reſtitutio prædictæ Mariæ,& eius hæredibus,& ſucceſſoribus,mortua tandèm dicta Maria abſquè filijs, Bartholomæus frater potuit,non adire eius hæreditatem,& creditoribus præiudicium inferre, ipſoquè de medio ſublato,hæreditas Mariæ per ſucceſſorium edictum perueni-
10 re debebat ad filios Bartholomæi, qui nepotes videntur, hoc caſu habere hæreditatem ex tacita voluntate Mariæ, *Surd. deciſ.272.*

Inſupèr dicebatur,quòd ſi pars inſtiterat
11 in pacto prædicto,& quòd non eſſet extinctum per reſtitutionem factam Mariæ, adhùc reſpectu bonorum *Conſuetudini* ſubiectorum requiritur animus acquirere volentis,aliàs ad ſequentes proximiores deferuntur,vt ex *Napod.* & aliis probat *D. de Franchis dec.89.num.2.3.& 5.*qui dicit,hoc procedere etiam in filio reſpectu dotium maternarum, nàm illas debet habere titulo ſucceſſionis,licèt re vera *D.de Franchis* non loquatur,quandò fuit in pactum deducta *Conſuetudo*,& ſic ceſſabat motiuum.Secundò dicebatur. quòd quamuis hoc ius eſſet quæſitum Ioanni Franciſco,cui fuit promiſſa reſtitutio,& eius hæredibus, hodiè non concurrunt creditores Ioannis Franciſci, qui prætendere poſſent,habere obligatam
12 hanc ſpem futuræ ſucceſſionis,de qua queſtione per dictum *de Franch. in dec. 525.* & latiſſimè *Pariſ.conſ.56.vol.3.*ſed agitur de creditoribus Bartholomæi, qui potuit non acquirere, nequè creditores de hoc conquæri poſſunt,*l.nemo 77.ff.de reg.iur.*idem *Praſ. de Franch. dec.339. Theſaur. dec.70. Molin.de iuſt.& iur.tom.2. diſp.264.n.11.*

Verùm prædictis reſpondebatur,quòd eò ipſò, quòd Bartholomæus adijt hæreditatem Ioannis Franciſci patris, vel etiam Iſabellæ Capyciæ matris Mariæ,quæ etiam interuenit in dotatione, quæſiuit idem ius, quod & ipſe Ioannes Franciſcus, & Iſabella habebant,& idem ius, quod competebat Ioanni Franciſco,& Iſabellę,competit etiam eius hæredibus, cùm hæres perſonam defuncti repræſentet, vt in caſu magis arduo conſuluit *Dec.in conſ.259.*aliàs 260. vbi ex profeſſo tractat articulum,an maritus poſſit remittere lucrum dotis ad eundem ſpectās, vigore ſtatuti in præiudicium ſuorum creditorum, vbi quamuis *Decius* concludat, quòd poſſit,quia tractatur de lucro,& non de diminuendo patrimonio,quandò tamen adhùc acquiſitio non eſt perfecta, attamen *Addentes ad* Decium *in d.conſ.* dicunt, quòd malè *Decius* conſuluit, & quòd poſſet procedere *d.conſil.* quandò ſtatutum poſt matrimonium contractum ſuperueniſſet, & ad iàm contracta extenderetur,ità vt non competeret,niſi conditio ex ſtatuto, quod magis vltimæ voluntati,quàm contractui ęquiparatur,ſecùs tamen,quandò ſtatutum præcedit, quia tunc competit actio ex contractu,& nouiſſimè poſt hæc ſcripta à me viſus hoc idem alios referens fundat *Hodierna in l.hac edictali, quæſt.35.C.de ſecund.nupt.* & proindè ceſſantibus motiuis prędictis,dicebatur,omninò eſſe in beneficium creditorum iudicandum. Vnus ex Dominis,quia non fuerat præſentatum ſolitum decretum preambuli, in quo Bartholomæus fuiſſet hæres declaratus Io.Franciſci patris,ſed ſolùm Iſabellæ Capyciæ matris, & pendebat diſcuſſio articuli, in cuius beneficium debebat fieri ceſſio à creditoribus, ſi in beneficium filiorum Bartholomei, de quorum pecunia prætendebatur fuiſſe ſatisfactos, vel dicti Bartholomæi,& per conſequens in beneficium eius creditorum,fuit voti,quòd ceſſio fieret in beneficium Bartholomęi pro rata ad eum ſpectante,vtì hæredem qu.Iſabellæ Capyciæ,pro rata verò, quæ competebat Ioan.Franciſco Griffo, ſtante,quòd non aderat hæreditatis aditio, ceſſio fieret ad beneficium filiorum Bartholomæi.Ceteri verò omnes dixerunt,ceſſionem eſſe faciendam in totum ad beneficium Bartholomæi,habuit enim Sacrum Conſilium pro vero,hæreditatem dictæ Mariæ fuiſſe iàm aditam per Bartholomæum, ex actibus ſuprà ponderatis;& ego admonerem Iudices, nè ſint tàm procliues ad admittendum huiuſmodi repudiationes in damnum creditorum, quia etſi locus ſit repudiationi in foro exteriori; tamen in foro conſcientiæ
13 peccat talitèr repudians læthalitèr,vt dixit *Molina de iuſt.& iur.tract.2. diſput.426. in fine*,quod pleniſſimè probat *Sanchez de matrimon.lib.6.cap.4.*ſub *nu.9.*& poſt ipſos *Gratian.diſcept.forenſ.cap.271.tom.2. nu.26.*
14 vbi aduertit,nè Cauſidici,& Aduocati conſulant debitoribus,vt repudient, quia peccarent,& ex eorum conſilio debitores efficiuntur impotentes ad ſoluendum, quod

etiam

Digitized by Google

etiam aduertit *Franc. de Petr. conſ. 59. n. 15.*
& propterea cùm caſus acciderit, valdè co-
gitandum erit, quia multotiès, quamuis de-
bitores adiuerint hæreditatem, tamen ad
fraudandum creditores, dicunt, eam non
adiuiſſe, & q a creditores, actus poſitiuos adi-
tionis habere non poſſunt, remanentes eorum
iuribus priuati, in detrimentum animæ re-
15 nunciantis, aditio enim hæreditatis eſt diſ-
ficilis probationis, vt habetur ex *l. 2. & 19. ff.*
*de interrog. act.* quia in nuda, & occulta ve-
ritate cõſiſtit, cuius ſcrutator eſt ſolus Deus,
vt in *§. fin. Inſtit. de hæred. qual. & different.*
16 ideò pluribus modis probari, tradiderunt
latè *Cardin. Tuſch. concluſ. 190. & ſeq. tom.*
*1. Maſcard. concluſ. 40.* cum pluribus *con-*
*cluſ. ſequent. Franciſc. Barry de ſucceſſ. lib.*
*11. tit. 5.* de materia autem repudiationis
17 hæreditatis, fideicommiſſi, legati, & aliorũ
ſimiliũ in præiudicium creditorum, ad or-
natum dictæ *l. qui autem, ff. quæ in fraud.*
*credit.* videndi ſunt *Fab. de Anna conſ. 76.*
*Franc. de Amic. de his, qui feud. dar. poſſ. §.*
*prodeſt, fol. 134. num. 9.* latè *Paſchal. de virib.*
*patr. poteſtat. cap. 4. num. 170.* cum pluribus
*ſeqq. Alph. collect. 2. Camill. de Medic. conſil.*
*98. Cutell. de donat. contempl. matrimon. fol.*
*284. & ſeq. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*
*4. gloſ. 9. part. 5. num. 100. Franciſc. Niger*
*Cyriac. controuerſ. 319. lib. 2.* qui loquitur
in renunciatione vſusfructus, *Marin. Frecc.*
*de ſubfeud. ad Conſt. Diua memoria, nu. 73.*
qui ampliat diſpoſitionem *d. l. qui autem*,
etiam in feudis, diffusè idem *Fab. de Anna*
*collect. 209.* vbi, an diſpoſitio *d. l. qui autem*
procedat in dote, Fiſco, legitima, trebellia-
nica, & in hærede debitoris.

# OBSERVATIO
## In Deciſione VIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Debitor poteſt non acquirere in præiudi-*
*cium creditorum, nàm ſuum patrimo-*
*nium non diminuit, ſed tantùm locupleta-*
*ri recuſat, ideoquè poteſt repudiare hære-*
*ditatem, & legitimam, & nu. 23. ac lega-*
*ta, in præiudicium illorum, etiam con-*
*tra creditores hypothecarios, num. 3. con-*
*trarium circà legitimam, num. 5. & 6. ſed*
*prima opinio eſt approbata, n. 16. & 17.*
2 *Edictum prætoris de reuocand. his, quæ*
*in fraud. credit. facta ſunt, nõ habet locum*
*in repudiatione hæreditatis, legitimæ, &*
*legatorum.*
4 Text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. cre-
ditor. *procedit etiam in portione debitæ*
*vigore* Conſuetud. Neapol. *& ità bis de-*
*ciſum adducitur in S.C. & procedit con-*
*tra creditores ex cauſa lucratiua, num. 12.*
*contrarium, n. 16.*
5 *Filius non poteſt in præiudicium credito-*
*rum, tàm ex cauſa lucratiua, quàm onero-*
*ſa acceptare onus per patrem iniunctum*
*ſuper legitima, nec etiam in præiudicium*
*matris, cui poſt filij mortẽ debetur legiti-*
*ma in bonis illius, nu. 6. & ità iudicatum*
*refertur, num. 7. limita, vbi mater eſſet ex-*
*cluſa à legitima, quia matrimonium eſſet*
*contractum ſecundùm* vſum Capuanæ,
& Nidi, *& ità determinatum adducitur.*
9 *Debitor non poteſt in præiudicium Fiſci*
*repudiare hæreditatem, legitimam, legata,*
*& ſimilia, nedùm ex diſpoſitione iuris cõ-*
*munis, ſed etiam Regni, num. 10. nec etiam*
*in præiudicium dotis, nu. 11. contrarium*
*in Fiſco, & in dote, nu. 12. ſed prima opi-*
*nio eſt amplectenda, nu. 16. & 17.*
10 *Pactum de conſeruanda ſucceſſione, in Fi-*
*ſci præiudicium non admittitur de iure*
*Regni.*
11 *Fraus in Fiſci præiudicium non committi-*
*tur, ſi quis non acquirat.*
14 Text. in l. in fraudem 45. ff. de iure Fiſc. *pro-*
*cedit quòad creditores ex cauſa oneroſa,*
*contrarium, n. ſeq.*
17 *D. Conſil.* Carleual, *ac D.* Pratus *non habue-*
*runt notitiam de* Cap. Regn. Emergen-
tium.
18 *Hæres debitoris poteſt in præiudicium cre-*
*ditorum illius non acquirere hæredita-*
*tem, & ſimilia.*
19 Text. in l. ſi mihi, & tibi, ff. de leg. 1. *ſecundùm*
*diſtinctionem* Bartoli *habet locum, vbi*
*hæres nullum ſentit commodum, & alij*
*damnum patiuntur*, text. *verò in* l. liberto,
ff. de bon. libert. *verificatur, quando hæ-*
*res ſentit commodum, & alij incommodũ*
*habent, nu. 20. ſed hæc diſtinctio reproba-*
*tur, n. 21. de ratione, n. 22.*
21 *Repudiatio videtur fundata in præſumpta*
*fraude.*
23 *Fraus ceſſat in caſu* l. liberto, ff. de bon. li-
bert. *& adeſt in caſu* l. ſi mihi, & tibi, ff.
de leg. 1.
*Debitor commodũ nullum ſentit in caſu* l. qui
autem, ff. quę in fraud. credit. *& ſimil. ibid.*
24 *Hæres liberti non poteſt repudiare, quia*
*nullum ſentit commodum, contrarium,*
*nu. 25. & ſeqq.*
25 *Patronus de iure* Digeſtorum *habebat in*
*bonis liberti morientis abſquè filijs di-*
*midiam bonorum, quod intellige, vbi ha-*
*bebat in bonis, vltrà centum, alioquin ni-*
*hil habebat, nu. ſeq.*
27 Text. in l. liberto, ff. de bon. libert. *declara-*
*tur, & num. 34. eſtquè ſpecialis fauore*
*patroni, num. 28. & procedit in repudia-*
*tio-*

Digitized by Google

*tione, quæ fit in fraudem legis, non autem hominis, nu.34.*

29 *Repudiatio valet, ſed repudiatum imputatur quoad computationem patrimonij, in beneficium patroni, in caſu* l. liberto, ff. de bon. libert. *& ratio adducitur, nu.30. & non admittitur poſt aditam hæreditatem, vel acceptationem legati, nu.35. de ratione, nu.36.*

31 *Legata dicuntur eſſe in bonis legatarij à die mortis teſtatoris, & licèt per repudiationem fingatur, nunquàm fuiſſe legatarij, n.32. tamen non procedit in præiudicium tertij, & ſic patroni, cui eſt ius quæſitum, num.33.*

36 *Repudiatio admittitur in quærendis, non in quæſitis.*

37 *Iudices non debent eſſe procliues ad admittendam repudiationem, in damnum creditorum, nam debitor etſi poſſit repudiare in præiudicium creditorum in foro exteriori, non tamen permittitur in foro conſcientiæ, ibid. contrarium, n.39. ſed prima opinio comprobatur, nu.40.*

38 *Cauſidici, & Aduocati non debent conſulere debitoribus, vt repudient hæreditatem, ad excluſionem creditorum.*

40 Theologis *magis, quàm* Doctoribus Iuris Cæſarei, *etſi eminentibus in materia peccati credendum eſt.*

41 *Debitor quando nõ omnibus creditoribus ſatisfacere poteſt, pro remedio exquirere debet opiniones* Theologorum, *non* Legiſtarum.

42 *Contractus à muliere geſtus, abſquè ſolemnitatibus ſtatuti, eſt nullus de iure Ciuili. Lex poſitiua non attenditur in foro conſcientiæ, ibid.*

43 *Mulier quandò in nihilo læditur ex contractu, abſq; ſolemnitatibus geſto, tenetur illum ſeruare.*

*Aduocatus conſulens pro muliere, quæ in nihilo fuit læſa in contractu, abſq; ſolemnitatibus inito, peccat, ibidem, ſic etiam ſi conſuluit pro filiofamilias, vt vtatur exceptione Macedoniani, quamuis mutuum ſit verſum in illius vtilitatem, n.45. et pariter, ſi conſulat ædificare volenti, vt vicino noceat, n.47.*

44 *Filiusfamilias vtitur exceptione Sen. Conſ. Macedoniani, à iure Ciuili introducta, in mutuo recepto, fallit, vbi pecunia verſa fuit in vtilitatem ipſius, tunc enim peccat, ſi eam proponit.*

45 *Cauſidicus proponens exceptionem Macedoniani, vbi mutuum eſt verſum in vtilitatem filijfamilias, lethalitèr peccat.*

46 *Ædificare quis poteſt vſq; ad Cœlum, etiam in præiudicium vicini.*

48 *Via magis certa, & tutior eſt eligenda in materia peccati.*

1 VVlgatum eſt dicterium, debitorem non acquirendo, fraudem non facere eius creditoribus, quia ſuum patrimonium non diminuit, ſed tantùm locupletari recuſat, & proindè poſſe repudiare hæreditatem, legitimam, vel honorariam, vel teſtamentariam, ac legata, in illorum præiudicium, vt habetur in vulgata *l. qui autèm, ff. quæ in fraudem creditor.* & etiam in *l. 1. §. vtrum, ff. ſi quis in fraudem patron. in l. cùm quidã, ff. de iur. fiſci, in l. non fraudantur, ff. de reg. iur.* ad quod etiam facit regula *text. in l. alienationis, ff. de verbor. ſignif. in l. cùm alienat, ff. de reg. iur. in l. item, §. poteſt, ff. de alien. iud. mut. cau. fact. in l. profectitia, §. ſi pater, ff. de iur. dot. in l. nemo, §. 1. ff. pro ſoc. in l. 1. §. ſi quis 51. verſ. confeſtim, ff. de collat. bonor. in l. ſponſus, §. ſi maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* ideoquè

2 ceſſat *edictum* Prætoris *de reuocandis, quæ in fraudem creditorum facta ſunt*, de quo in *l. 1. ff. eod. tit.* vt benè explicatur in *d. l. qui autèm.* Hinc D. *Præſ. de Franch.* quem I.C. benè eruditum appellat *Menoch. præſumpt.* 50. *num.* 18. circà *fin. lib.* 2. & eruditiſſimum vocat *præſumpt.* 10. *num.* 24. *& præſumpt.* 121. *num.* 15. *in fin. & præſumpt.* 139. *nu.* 15. *lib.* 3. doctiſſimum enunciat *præſumpt.* 83. *num.* 3. *in fin. & præſumpt.* 99. *num.* 2. *in fin. lib.* 4. latiſſimè articulum pertractans

3 *dec.* 101. tandèm ſub *nu.* 32. determinatum adducit per Noſtrum Sac. Conſil. potuiſſe debitorem repudiare hæreditatem non aditam, in præiudicium eius creditorum hypothecariorum, qui agebant iure aſſiſtendi, de qua deciſione meminit D. meus *hic num.* 1. *& dec* 34. *num.* 1. *& dec.* 117. *nu.* 2. ac etiam D. *Thor. in Compend. dec. par. 1. verb. debitor an poſſit*, vbi DD. hoc idem affirmantes citat, quod etiam lato calamo comprobat D. *Franciſcus Maria Pratus* doctiſſimus, laborioſiſſimus, ac primi nominis Aduocatus *obſeruat.* 15. à *num.* 1. ad 12. *cent.* 1. *pract. obſeruat.* ac deciſum paritèr refert *Veſſembec. conſ.* 17. *lib.* 2. eandemquè opinionem ſequuti ſunt *Gallerat.* in ſuo doctiſſimo *tract. de renunciat. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 1. *D. Mart.* Neap. conciuis digniſſimus *de ſucceſſ. legal. part. 4. queſt.* 14. *art.* 1. *num.* 5. ad 8. eruditiſſimus *D. Larrea deciſ. Granat.* 10. ſub *num.* 46.

Et nedùm *text. in d. l. qui autèm* procedit in legitima, vt ſuprà *num.* 1. notauimus, ſed

4 etiam in portione debita, vigore *Conſuetudinis Neap.* vt alijs relatis probat D. *Pratus ibid. num.* 7. 8. & 9. & antè ipſum *D. Conſil.* D. *Ferdinand. Arias de Meſa* veſpertinæ lectionis Iuris Ciuilis in floridiſſimo Gymnaſio Neapol. interpres facundiſſimus *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 42. *num.* 22. vbi ſic per S.C. iudicatum tradit, idquè etiam fuiſſe habi-

tum

Digitized by Google

tum pro abſoluto in eodem S.C. in cauſa creditorum Vincentij Bombini, refert *D. Prouenzal.in Conſuet.1.obſeru.26.nu.7.de ſucceſſ. ab inteſtat.*

E' contrà verò ſunt obſeruanda ea, quæ
5 aduertit D.Conſil.*Carleual.* I.C.clariſſimus, ac Theologus doctiſſimus, quem laudibus etiam extollit D.meus *deo.10.num.17.in tract.de iudic.et concur.cred.lib.1.tit.3.diſp.25.n.18.& 19.tom.2.*vbi ex rationibus per ipſum adductis ſubſtinet, filium non poſſe in præiudicium eius creditorum, tàm ex cauſa lucratiua, quàm oneroſa acceptare onus,ſiuè ſubſtitutionem, aut fideicommiſſum per patrem impoſitum ſuper legitima
6 ei debita, ſicut nec etiam poſſe in præiudicium eius matris, cui legitima debetur ſuper bonis filij,ità vt illo mortuo poſſit mater legitimam petere, non obſtante ſubſtitutione,ſiuè fideicommiſſo,per patrem impoſito ſuper dicta legitima filio debita, ac etiam non obſtante acceptatione talis oneris per ipſum facta, vt pluribus medijs tradit idem D.*Carleual.ibid.n.*20.per *tot.n.*28.
7 vbi *in fin.*refert, fuiſſe per Sacrum Conſilium iunctis tribus Aulis in cauſa illorum de Valignano cum Maria Strina, in Banca Scacciauenti,iudicatum,deberi matri legitimam in bonis filiæ,non obſtante grauamine fideicommiſſi impoſito à patre in omni ſua hæreditate,& prætenſa fideicommiſſi ac-
8 ceptatione;quam deciſionem limitat, vbi matrimonium eſt contractum ſecundùm *Conſuetudinem Capuani,& Nidi*,per quam mater excluditur etiam à legitima, tunc enim mater nullatènus petere poterit legitimam in bonis filij, & ità determinatum fuiſſe in eadem cauſa annuit *n.*21.*in fin.*

9 Non tamen poterit debitor in præiudicium Fiſci creditoris talem repudiationem hæreditatis,legitimæ,vel legati, ac ſimilium facere, vt probat *text.* ad id communitèr ponderatus,& adductus in *l.in fraudem* 45. *ff.de iure fiſci*, quem nos etiam citauimus ſuprà *num.*1.poſt *D.Prouenzal.ibid.nu.*10. ex *Peregrin.* ac D.*de Medic.* qui *num.* 11.
10 hoc,ait,eſſe abſolutum in Regno per *Capit. Regis Caroli III.*incip. *Emergentium*, ſub *tit.de tollend.caut.de bon.dat.pro bonor.vita ducend.*vbi pactiones de conſeruanda ſucceſſione in Fiſci præiudicium damnantur,ſi-
11 ne Regis aſſenſu, ſicut nec etiam contra dotem, vt probat *Gozadin.conſ.97.num.7.& 12.*circà *finem*,ipſoq; relato tenet *Dom. Conſil.de Ann.conſ.76.n.6.*

12 Sed contrarium,tàm in Fiſco, quàm in dote per quatuor columnas ſubſtinet *Dom. Pratus d.obſeruat.*15.à *n.*13. per *tot.nu.*43. vbi valdè miratur de D.*de Anna*,quòd ſententiam prædictam ſubſtinuiſſet pro Fiſco, & dote ſatis ieiunè, re minimè diſcuſſa, ac articulo non degustato,& pro eius opinione
13 adducit *text.in l.cùm quidam 26.ff.de iure fiſc.*vbi nō videtur in fraudem Fiſci factum, quod acquiſitum non eſt, pluresquè intellectus adducit à *n.*17.cum plurib.*ſeqq.*

14 At in diſcrimine intellectus tàm *d.l. qui autèm*,quàm *d.l.in fraudem* erit obſeruandus D.*Carleual.loc.*cit. nàm poſt longam diſputationem ad partes concludit *nu.* 15. *& 17.text.in d.l.qui autèm* procedere contrà omnes creditores ex cauſa lucratiua, *text.* verò in *d. l.in fraudem* quòad omnes
15 creditores ex cauſa oneroſa, ſed,vt verè fatear,omnia tradita,tàm per D.*Pratum*, quā per D.*Carleual.* reſpiciunt ſubtilitatem eorum ingenij,cùm veritas ſit in contrarium, & per tot deciſiones à noſtris Tribunalibus amplexa,vt ſuprà ponderauimus, eò magis, quia D.*Pratus* non conſiderauit, articulum
16 illum de iure Regni nullam habere difficultatem,ex *d.cap.Emergentium*,& ſic ceſſat diſputatio de iure communi,in quo ipſe larga manu elaborauit,parum expreſsè defendendo D.*de Anna*, ac tacitè D.*Prouenzal.* ipſo non citato,quem *text.* nec D.*Carleual.* nec ipſe D.*Pratus* adduxerunt,neſcio cau-
17 ſam,& D.*Carleual.*loquitur contrà opinionem ſimilitèr receptam in S. Conſil. in tot deciſionibus relatis, ac in alijs exteris Tribunalibus.

18 Benè tamen poterit hæres debitoris in præiudicium creditorum illius non acquirere hæreditatem,vel legatum relictum, ad *text.in l.ſi mihi,& tibi,ff.de legat.*1.& licèt
19 *Bart.*faciat diſtinctionem, vt *text. in d.l.ſi mihi,& tibi* habeat locum, vbi hæres nullum ſentit commodum,& alij damnum patiuntur,*text.*enim,qui in contrarium adduci poteſt in *l.liberto, ff.de bon.libert.* verifi-
20 catur,vbi hæres ſentit commodum, licèt alij ſentiant incommodum,cum qua diſtinctione tranſeunt *Dyn.in d.l.qui autem*, & *Iaſ.in § item ſi quis,nu.*122. *Inſt.de action.* alijq; paſſim in iuribus citatis.

21 Attamen,pace *Bartoli*,& Aſſeclarum hæc diſtinctio mihi non placet; illa enim repudiatio videtur fundata in præſumpta fraude, quæ ceſſat in caſu *d.l.liberto*, dùm ex dicta repudiatione hæres ſentit commodum, & videtur adeſſe in caſu *d.l ſi mihi,& tibi*,nàm
22 ſi verum eſſet,procederet, tàm in principali debitore,quàm in ipſius hærede, cùm non adſit diuerſitatis ratio, & proindè deſtrueret pęnitùs regulam *d.l.qui autèm*, cum ſi-
23 mil.in quibus & ſi nullum debitor ſentiat commodum ex repudiatione, poteſt liberè
24 eam facere,& de ea non poſſunt conquæri creditores.Item,quia *Bart.*dicit,ideò in *tex. in d.l.liberto* habetur,hæredem non poſſe repudiare,quia hæres ex tali repudiatione non ſentiret commodum; quandoquidèm

I hoc

Digitized by Google

hoc eſt falſum, de iure enim *Digeſtorum*
25 patronus habebat in bonis liberti morien-
ris abſquè filijs dimidiam bonorum, vt in
*l. 2. ff. de bon. libert.* & hoc, ſi habebat in bo-
26 nis vltrà centum, alioquin nihil habebat, ex
regula *l. libertus, ff. de iure patron.* ideòque
dùm in *d. l. liberto* fingitur caſus, quòd liber-
27 to habenti octuaginta, fuerunt legati alij
quadraginta; & ſic erant in totum duc. 120.
dùm ipſe agnoſcebat legatum, efficiebatur
maior centenario, & proindè deducta me-
dietate, hoc eſt duc. 60. ad beneficium pa-
troni, remanebant ad beneficium hæredis
alij duc. 60. pro alia medietate, quòd ſi re-
pudiaſſet legatum, vtiquè ipſe hæres inte-
gros duc. 80. habuiſſet, & ſic ſecundùm deci-
ſionem illius *text.* hæres ſentijſſet commo-
dum, quarè ceſſat diſtinctio *Bartol.* & Aſſe-
clarum.
28 Et proindè dicendum erit, quòd *tex. in*
*d. l. liberto* eſt ſpecialis fauore patroni, vt te-
net *Bald. in l. vnica, num. 9. C. de his, qui antè*
*apert. tab.* quam opinionem etiam ſequitur
*Raphael Cuman. in d. l. qui autèm, num. 2.*
videndus, & in *d. l. ſi mihi, & tibi, num. 1.* ſi-
29 quidèm in *d. l. liberto* diſponitur, quòd valet
repudiatio, ſed tale legatum, quamuis repu-
diatum, imputabitur quòad computatio-
30 nem patrimonij in beneficium patroni, ra-
tioquè, quam licèt non adduxerint *Bald. &*
*Cuman.* colligitur ex eodemmet *text.* & in
*l. ſi patronum* 44. circà *finem, ff. eod. tit.* vbi
patronus debet habere portionem ex ijs
bonis, quæ fuerunt tempore mortis liberti,
& proindè dùm in *d. l. liberto* aſſignat ratio-
nem ſui dicti, per hæc verba videlicèt, *nàm*
31 *videri defunctum mortis tempore amplio-*
*rem habuiſſe rem centum, cùm hæreditas*
*eius propter computationem legati pluris*
*venire poſſit*; legata enim dicuntur eſſe in
bonis legatarij à die mortis teſtatoris, ex re-
32 gula *l. à Titio, ff. de furt.* D. meus, qui alia iu-
ra, & DD. citat *dec. 107. num. 1. in fin.* & licèt
per repudiationem fingatur, nunquàm fuiſſe
rem legatarij, *l. 1. §. vtrũ, ff. ſi quid in fraud.*
33 *patron.* tamen hoc non poteſt fieri in præ-
iudicium tertij, & ſic patroni, cui eſt ius quę-
ſitum, ex regula *l. qui balneum, & l. potior,*
*ff. qui pot. in pign. hab.* & hunc intellectum
ad *l. liberto* tenet *Socin in d. l. ſi mihi, & tibi,*
*num. 3.* vbi *Ruin. num. 8. & Iaſ. num. 22.* qui
addit alium intellectum ad illum *text.* vt ſci-
34 licèt loquatur in repudiatione, quæ fit in
fraudem legis, & proindè ſit ipſo iure nulla,
ſecùs de illa, quæ fit in fraudem hominis,
iuxtà *text. in l. libertus, ff. de iur. patron.*
35 Non tamen ſubſtinetur repudiatio poſt
aditam hæreditatem, vel legati acceptatio-
nem, vt probat D. meus *hìc num. 1.* ex *l. ſicut*
*maior, C. de repud. hæredit.* ac deciſum refert
ſub *num. 12. verſ. cęteri verò omnes*, & aliam
ſimilem deciſionem refert D. *de Franch. d.*
36 *dec. 101. in fin.* Repudiatio enim admittitur
in quęrendis, non autem in quæſitis, D. *Lar-*
*rea dec. Granat. 10. num. 46.* D. *Merlin. de*
*pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 5. quæſt. 134.*
qui ſic iudicatum adducit per Rotam *n. 5.*
Hìnc D. meus *num. 13.* admonet Iudices,
37 nè ſint procliues ad admittendam huiuſ-
modi repudiationem in damnum credito-
rum, nàm etſi id liceat in foro exteriori, ta-
men in foro conſcientiæ læthalitèr peccat
repudians hæreditatem, & ſimilia lucra, vt
ex *Molina, Sanchez, & Gratian.* probat, &
38 vlterius aduertit, nè Cauſidici, & Aduocati
conſulant debitoribus, vt repudient hære-
ditatem, quia peccarent, quod etiam voluit
D. *Franciſcus de Petris* variarum litterarum
ſcitiſſimus *conſ. 59. num. 15.* quem etiam
allegat D. *Carleual.* vbi ſuprà *num. 16.* id ta-
39 men ſatis luculentèr impugnat D. *Pratus*
*d. centur. 1. obſeruat. 16. per tot.* vbi confir-
mando, quæ dixerat *lib. 1. diſcept. forenſ. cap.*
*34. num. 39. & 40.* ſatis inuehit contrà *Moli-*
40 *linam, & Sanchez*, & tamen *Theologis* in
materia peccati magis creditur, quàm *Do-*
*ctoribus Cæſarei iuris.* Hìnc dixit *Ala in*
*tract. de Aduoc. & Cauſidic. Chriſtian. p. 2.*
41 *quæſt. 51.* quòd quandò debitor non po-
teſt omnibus creditoribus ſatisfacere, non
exquirat opiniones *Legiſtarum*, ſed *Theolo-*
*gorum*, vt etiam in ſimili voluit D. meus
*dec. 7. num. 29. in fin.* & ſic opinio D. *Prati*
ex omni parte eſt deſtituta, & ex infraſcri-
ptis etiam conuincitur.
42 Primò, nàm contractus à muliere geſtus
ſine ſolemnitatibus ſtatuti de iurę ciuili eſt
nullus, & tamen in foro cõſcientię non attẽ-
43 ditur lex poſitiua, ideoquè quandò mulier
in nihiló lęditur ex dicto contractu, illum
obſeruare tenetur, & Aduocatus alitèr con-
ſulens, peccat, vt optimè probat *Ala in d.*
*tract. q. 67. p. 1.*
44 Secundò, filiusfamilias, quandò accipit
mutuo pecuniam, poteſt ſe tueri exceptio-
ne Senatus Conſult. Macedoniani, à iu-
re ciuili introducta, *l. 1. & toto tit. ff. &* C. *ad*
*Maced.* Sed ſi pecunia mutuata re vera ver-
ſa ſit in vtilitatem filijſfamilias, non poteſt
ſine peccato proponere memoratam exce-
ptionem, *Gutierr. de iuram. confirm. cap. 44.*
*num. 6. Anton. Gomez in l. 3. Tauri, nu. 124.*
*Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 7. c. 3. verſ. ſed*
45 *re vera.* Quarè Aduocatus conſulens, vt il-
lam proponat, peccat, ſicut Procurator, qui
eam proponit, *Ala d. tract. par. 2. quæſt. 26.*
vbi DD. citat.
46 Tertiò, quis poteſt in ſuo ſolo ædificare,
& in altum extollere vſquè ad Cœlum, *l. al-*
*tius, C. de ſeruit. & aqua*, etiam ſi lumina
vicini officiantur, *l. Proculus, ff. de damn. in-*
*fect.* vt etiam retulimus in *deciſ. 50. n. 1.*

47 Et

Digitized by Google

47 Et tamen Aduocatus peccat, ſi patrocinium præſtat ædificare volenti, vt vicino noceat, vt benè probat *Ala d.par.2. quæſt.73.* & ſic quamuis lege Ciuili permittente, prædicta facere poſſit, non tamen in foro conſcientiæ conſulere poteſt, quia in materia
48 conſcientiæ magis certa, & tutior via eſt eligenda *cap. iuuenis 3. de ſponſal. & matrim. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 88. n. 4.*

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Teſtamentum nùnquid irritetur, ſi teſtator dixerit, *inſtituo filios quondam talis*, & ille adhùc viueret.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio*, quondam, *tempus præteritum denotat, ſed contrarium, & præſens, & futurum. n. 8.*

2 *Dictio*, quondam, *denotat, quem eſſe mortuum.*

3 *Error in nomine, diſpoſitionem non vitiat, & hoc indiſtinctè, ſiuè à teſtatore, ſiuè à Notario ſcribente ſit prolatum, n. 4.*

5 *Teſtamentum non irritatur, ſi dicatur*, inſtituo Titium olim filium talis, *& adhùc pater viueret.*

6 *Error potiùs, quàm dolus præſumendus, ſi in inſtrumento quis viuus nominetur, cũ dictione*, quondam.

7 *Inſtrumentum non vitiatur, ſi Notarius in eo dicat*, Titius filius quond. Petri, *& Petrus adhùc viueret.*

9 *Legatum non vitiatur ex errore alicuius qualitatis legatarij, vbi teſtator notas haberet perſonas.*

10 *Frater dicitur quaſi ferè alter, ſiuè alter ipſe.*

11 *Error in nomine tunc vitiat diſpoſitionem, vbi conſtat de errore.*

12 *Deciſia cauſæ adducitur.*

# Deciſio IX.

Hieronymus de Helia in ſuo vltimo teſtamento inſtituerat hæredem pro tertia parte filios quondam Martiæ de Helia eius ſororis, cùmq; fuiſſent mediante decreto præambuli per Magnam Curiam Vicariæ hęredes declarati, ſeruata forma teſtamenti, appellauerunt ad S.C. filij quond. Fęlicis de Helia, eiuſdem teſtatoris ſororis, prætendentes, ex errore fuiſſe ſcriptos hæredes filios quondam Martiæ, ex quo Martia tunc viuebat, nec poterat illa dictio, *quondam*, in eis verificari,
1 cùm dictio prædicta denotet tempus præteritum, ad notata in *l. 1. §. hoc autem, ff. de oper. nou. nunciat.* & per iſtam dictionem,
2 *quondam*, probatur, quem eſſe mortuum, vt dixit *Imola in cap. cùm contrà, extrà de pignor.* per illum *text.* quod etiam benè probat *Iacob. Butrig in l. cùm aliquis, C. de iur. deliber. Riminald. iun.* poſt alios in *conſ. 107. num. 18. volum. 1. conſ. 167. nu. 11. & conſ. 171. num. 111. vol. 2. Eminent. Cardin. Tuſchus concl. 356. lit. D.* ideò dicebatur, quòd non poterat intelligi de filijs Martiæ, tunc viuentis, ſed potiùs de ipſis filijs dictæ Fęlicis iàm mortuæ, tantò magis, quia iſtæ erãt fœminæ, illi autem maſculi, & quòd Notarius errauit in nomine, & per conſequens
3 præambulum debere expediri in eorum beneficium, ex diſpoſitione *text. in l. ſi in nomine, C. de teſtam. §. ſi quis in nomine, Inſt. eod.*

Pro filijs autem Martiæ dicebatur, non poſſe præſumi, teſtatorem voluiſſe errare in nomine ſororum, cùm dicta Martia, nedùm erat nominata in hæredis inſtitutione, vbi inſtituit filios Martię, adiungendo dictionem, *quondam*, ſed in alijs partibus eiuſdem teſtamenti eandem Martiam pluriès nominauit, ſemper dicendo, dictam Martiam, & proindè Notarij errorem potiùs pręſumendum eſſe in dicta dictione, *quondam*, quàm in nomine ſororis, & propterea, ſiuè dicamus, fuiſſe appoſitam ex errore Notarij ſcribentis teſtamentum, non vitiat teſtamẽ-
4 tum, *l. ambiguitates, C. de teſtamen.* ſiuè conſideremus, fuiſſe appoſitam ex errore ipſiuſmet teſtatoris, nec inualidaretur diſpoſitio, *l. qui habebat ff. de manumiſſ. teſtam.* & in *l. ſeruo, in fin. ff. de adimend. legat. cap. ex parte*, vbi *gloſ.* magiſtra *de fid. inſtr.* fuit etiam ab aliquibus ex Dominis conſideratum, quòd illa dictio, *quondam*, non vitiat diſpoſitionem, etiam quòd loquatur de perſona adhùc viuente, hinc *Bart. in l. 1. §. hoc autem, ff. de oper. nou. nunciat.* ſub *num. 2.* dicit, ſubſtinuiſſe inſtrumentum Notarij, vbi
5 dicebatur, *Titius olim talis*, cùm pater ejus adhùc viueret, quia iſta dictio, *olim*, ſeù, *quõdam*, poteſt plura temporá complecti, *Fulgoſ. conſ. 21. & Corn. conſ. 163. lib. 1.* quam *Bart.* doctrinam communitèr *Doctores* ſequuntur, & ab ea non eſſe in iudicando, neq; conſulendo recedendum, dixit *Bertaz. de clauſ. gloſ. 1. clauſ. 3. num. 5.* & antè ipſum *Iaſ. in d. §. hoc autem, num. 8.* qui addit, quòd in-



Digitized by Google

inſtrumentum prædictum, in quo nominatur quis viuens, cum illa dictione, *quondam*, poteſt etiam ex alio ſaluari, nam potius er-
6 ror, quam dolus eſt præſumendus, *l. qui adhibitis, in fin. C. de his, qui in teſt. ſibi adſcribunt*, & quotieſcunque falſitas, ſiue error nō eſt circa ſubſtantialia, inſtrumentum ſubſtinetur, nec Notarius poteſt de falſo puniri, *Iacob. Butrig in l. Lucius ff. de his, qui not. infam.* & idem *Iaſ. in l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet num. 6. in fin.* refert quęſtionem, quam ponit *Bart. in l. 2. in fin. ff. de aur. & argent. legat.* quid ſi Notarius in inſtrumento diceret, *Titius filius quondam Petri*, &
7 Petrus adhùc viueret, an per hoc vitiaretur inſtrumentum, & dicit, quòd *Bart*, indeciſam hanc quæſtionem reliquit, ſed quòd communiter concluditur, quòd non, quia iſtæ dictiones, *quondam, olim*, & ſimiles, non
8 ſolùm important præteritum, ſed etiam præſens, & futurum tempus, *gloſ.* eſt ordinaria in *l. nec emptor, in princ. ff. de contrah. empt.* idem *Bart. in d. l. 1. §. hac autem, ff. de nou. oper. nunc.* quam opinionem ſequuntur etiam *ibi Roman.* & alij communitèr, & *Ann.* in proprijs terminis in *ſing.* 146. Inſupèr dicebatur, quòd quotieſcunq; teſtator notas habet perſonas, quamuis errauerit in aliqua qualitate, non vitiatur legatum, ſed potiùs præſumitur, teſtatorem erraſſe in
9 qualitate, quàm in nomine, quod probat *text. in l. penult. ff. de reb. dub.* vbi ponitur caſus, in quo teſtator duos habebat ſeruos, Philonicum ſcilicèt, & Flaccum, quorum vnus erat Piſtor, alter verò Fullo, legauit Titio Philonicum Piſtorem, cùm re vera non eſſet Philonicus Piſtor, ſed Flaccus, & decidit *ibi Iureconſultus*, quòd ſi teſtator notas habet perſonas ſeruorum, ſenſiſſe de illo, quē nominauit per nomen proprium, etiam quòd illud artificium adiectum nomini proprio non ſit verum, ad quod etiam eſt vidēdus *Paulus de Caſtro in l. ſi in nomine, C. de teſtam.* non enim de facili præſumitur, teſtatorem errare in nomine perſonarum, tàm coniunctarum, conſanguinitas enim facit præſumi ſcientiam, nedùm nominis proprij, ſed etiam factorum, *l. penult. in fin. ff. vnd. cognat. l. de tutel. C. de in integr. reſtit.*
10 *minor.* quantò magis in fratre, qui dicitur quaſi ferè alter, ſiuè alter ipſe, *Napod. in Conſuetud. Sed ſi morienti,* antè *num.* 287.
11 & quamuis vera ſit regula, quòd error in nomine vitiat diſpoſitionem, *dicta l. ſi in nomine, C. de teſtament. & §. ſi quis in nomine, Inſt. eod. tit.* tamen hoc intelligendum eſt, quandò conſtat de errore, vt habetur ex *text. in d. l. ſi in nomine*, & probat *text.* ad literam in *l. non alitèr, ff. de legat.* 3. vbi habetur, non alitèr à ſignificatione verborum eſſe recedendum, niſi certū ſit, aliàs teſtatorem ſenſiſſe, & propterea cùm nulla appareat certitudo, teſtatorem voluiſſe inſtituere filios Fœlicis, & non filios Martiæ, niſi per illam coniecturam dictionis, *quondam*, cui ſuprà fuit reſponſum. Idcircò die 24. Octobris 1631. ad relationem Eru-
12 ditiſſimi, ac omnibus numeris abſoluti Regentis Didaci Bernardi Zufia, tunc Regij Conſiliarij, confirmatum fuit decretū præambuli M. C. V. in beneficium filiorum Martiæ. Verùm ex conſenſu Partium, in Aula declarato fuerunt dati prædictis filiabus Fœlicis duc. 300.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione IX.

### SVMMARIVM.

1 *Dictio*, quondam, *denotat tempus præſens, præteritum, & futurum, & verificatur, tàm in mortuo, quàm in viuo, n. 2.*

3 *Diſpoſitio qualibet regularitèr intelligitur de perſona viuentis, non de mortuis.*

4 *Error in nomine, vel cognomine legatarij non arguit mentis teſtatoris perturbationem, intellige, vt num. 5. & non vitiat, quandò conſtat de ſubſtantia diſpoſitionis, n. 6.*

7 *Legatum relictum per teſtatorem ignorantem mortem legatarij, pro non ſcripto habetur, quod procedit, etiam data ſcientia teſtatoris, n. 8. & ità deciſum adducitur per S. C. n. 9.*

1 COmmunis eſt *Doctorum* concluſio, dictionem, *quondam*, denotare tempus præſens, præteritum, & futurum, vt ex pluribus docet doctiſſimus, ac laborioſiſſimus *Barboſ. dict.* 283. *in tract. de dict. & Grat.* in eod. *tract. dict.* 219. vbi inter alios citat *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat.* quem etiam allegat
2 D. meus *hic, nu.* 5. & 8. hæc namquè dictio, tàm in mortuo, quàm in viuo verificatur, vt tradit *D. Aeliſeus Danza*, olìm in Audientia Principatus citrà Aduocatus doctiſſimus, nunc ob eius merita, Excellentiſſimi Proregis munificentia in M. C. V. Pauperum Patronus in *tract. de pugna Doctor. & gloria Aduocat. tom. 2. tit. de dict. in dict. quondam, fol.* 613. *col.* 1.
3 Hinc, oritur vulgata cōcluſio, quòd quælibet diſpoſitio dubia regularitèr intelligitur de perſona viuentis, non tamen de mortuis, vt per plura exempla declarat *Alber. Brun. in tract. de reb. ſeù diſpoſ. dub. in 2. concluſ. diſpoſ. circà perſon. an intelligatur,*

tàm

*tàm de viuis, quàm de mortuis*, quarè ſi error
4 in nomine, vel cognomine legatarij contigerit, mentis perturbationem nõ arguit, ità *Gerius Spin. conſ. 66. num. 6.* ſed contrarium tenet D. meus *num.* 11. quam concluſionem
5 intelligit veram, quandò conſtat de errore, vt tradit *num.* 12. vbi iura ad id citat, & in ſimili caſu, de quo hìc conſuluit *D. Marta*
6 *conſ.* 106. vbi *n.* 10. probat, quòd error nominis non vitiat, quandò conſtat de ſubſtantia diſpoſitionis.
7 Sic etiam legatum relictum per teſtatorem ignorantem mortem legatarij, pro non ſcripto habetur, *l.* 1. *§. & cum triplici*, ibi, *fortè hoc ignorantibus teſtatoribus*, & in *§. ſeq.*
8 *C. de caduc. toll.* idemquè procedit, ſcientibus teſtatoribus, ad tradita per *gloſ. in princ. Inſtit. de inutil. ſtipul. in verb. credebat*, & per *Dec. in l. Neratius, ff. de reg. iur.* & data ſcie-
9 tia teſtatoris fuit per S. C. iunctis Aulis ad
* relationem D. Conſiliarij *Quadra* ſub die 20. Februarij 1573. iudicatum, legatum haberi pro non ſcripto, in cauſa Ioſephi Piſani cum Coletta Piſano, in Banca Roppoli, nunc de Spera, vt habeo ex apoſtilla manuſcripta eiuſdem D. Conſil. *Quadra* in calce *Allegat.* in dicta cauſa, licèt alio modo hanc deciſionem referat *D. Thor. in Compend. tom. 3. p. 2. in verb. mortuus hæres*, nàm ego volui etiam videre proceſſum.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Teſtamentum an dicatur nullum, ex eo, quòd in teſtes fuerunt adhibiti Fratres Capuccini. Et an pro legitima filiæ competenti detur retentio.

*SVMMARIVM.*

1 *Immiſſio concedi debet hæredi ſcripto, vbi teſtamentum non eſt abolitum, nec cancellatum, nec in eo aliquod vitium viſibile apparet, nu.* 13. *&* 15. *cum ſeq. vbi deciſio S.C.*

2 *Immiſſio eſt deneganda, vbi incontinenti probatur, teſtamentum eſſe nullum.*

3 *Fratres Capuccini non ſunt idonei teſtes in teſtamento.*
*Contrarium, n.* 10. *&* 11. *Etiam abſq; Superioris licentia, n.* 12.

4 *Teſtis eſſe non poteſt, qui teſtamenti factionem non habet.*

5 *Fratres* Capuccini, *& alij* Minores *habentur pro mortuis in* Mundo.

6 *Retentio hæreditatis maternæ num filiæ detur pro legitima, & antephato, ſibi debitis poſt eius mortem.*

7 Mater *in antephato habet ſolùm vſumfructum, qui poſt eius mortem cum proprietate conſolidatur, in beneficium filiorum.*

8 *Fideicommiſſarius poteſt legitimam de hæreditate retinere.*

9 *Retentio pro legitima datur filio poſſidenti, etiam repudiata hæreditate.*

10 *Religioſi etiam* Mendicantes *poſſunt in teſtamento pro teſtibus adhiberi.*

11 Faber in §. teſtes autem, Inſtit. de teſtib. *impugnatur.*

14 *Exceptio nullitatis teſtamenti ex qualitate teſtium dicitur exceptio iuris, quæ non impedit immiſſionem, ſed in petitorio ſeruatur.*

16 Antonius Caracciolus *Præſidens Reg. Cam. Summ. laudatur.*

17 D. Thomas Carleual. *Regius* Conſiliarius *commendatur.*

18 Marcellus Marcianus R*egius* Con*ſiliarius laudatur.*

19 *Mandatum, quòd debitores hæreditatis ſoluant, an, & quandò inducat poſſeſſionem, & præiudicet hæredi.*

20 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

21 *Lex magis fauet teſtamento, quàm cauſæ inteſtati.*

22 *Filius pro legitima in poſſeſſionem ingredi non poteſt, cum nu. ſeqq.*

23 *Retentio an, & quandò detur pro legitima, & nu.* 24.

26 *Hæres immittitur in poſſeſſionem, præſtita cautione reſpectu legitimæ filij, vbi hæres inſtitutus non fuiſſet.*

# Deciſio X.

DEfuncta D. Lauinia Feltria de Runere Marchioniſſa Vaſti, ac Piſcariæ, & Sereniſſimi Ducis Vrbini ſorore vtrinquè coniuncta in eadem Ciuitate Vrbini; D. Iſabella de Aualos Marchioniſſa Vaſti, & Piſcariæ eius filia, ſe declarari fecit hæredem vniuerſalem ab inteſtato dictæ eius matris, mediante decreto præambuli M.C.V. quo ſtante obtinuit ab eadem M.C. decretum, quòd omnes debitores, & rendentes prædictæ eius matris, ipſi correſponderent, ipſamquè in dominam, & patronam recognoſcerent; & cœpit exigere à debitoribus hæreditarijs. Poſt hæc omnia comparuit in S.C. D. Alphonſus Gonzaga filius ſecundogenitus Comitis Nouellariæ, ac ex D. Catharina de Aualos Comitiſſa Nouella-

uella-

Digitized by Google

uellariæ,ſimilitèr eius filia, nepos, & hæres
inſtitutus in teſtamento à prædicta quond.
D.Lauinia,& producendo teſtamentum,in
quo hæres erat inſtitutus,inſtitit in S.C. tol-
li inhibitionem M.C.V. factam à S.C,vt nõ
procederet ad confectionem decreti præ-
ambuli ex teſtamento , & ità obtinuit de-
cretum,per quod,reuocata inhibitione fuit
interpoſitum ſolitum decretum præambuli
ex teſtamento in eius beneficium, petijtquè
1 in S.C. immitti in poſſeſſionem omnium
bonorum,ex teſtamento non abolito, nec
cancellato,iuxtà terminos *tex.in l.fin.C.de*
*edict.Diu.Hadr.toll.*

Pro parte Marchioniſſæ duo opponeban-
tur, & primò, non poſſe procedi ad præten-
ſam immiſſionem,ſtante nullitate teſtamen-
ti,quæ apparebat ex ipſius lectura,& immiſ-
ſio vigore *l.fin.C.de edict.Diu.Hadrian.*non
2 competit , quandò incontinenti probatur,
teſtamentum eſſe nullum, vt multorum au-
thoritate hoc comprobat *Cæſar Argel. de*
*acquir.poſſeſſ.quæſt.3.num.264.& n.1022.*
3 hec autem nullitas dicebatur apparere,quia
teſtes adhibiti in teſtamento erant omnes
Fratres Capuccini, qui non ſunt idonei te-
ſtes,abſquè Superioris licentia, vt animad-
uertit *Ioann.Faber in §.teſtes autem,Inſtit.*
*de teſtament.num.5. Speculat. in tit.de te-*
*ſtib §.1.num.36.* quia non habent nec vel-
le,nec nolle,*cap.ſi religioſi,de elect.in 6.Bald.*
*in l.quoniam liberi,num.4. C. de teſtib. Al-*
*ber.de Roſat.in §.videndum,de teſtib.nu.15.*
*Nellus à S.Gemin.in tract.de teſtib.num.22.*
*Lanfranch.*in eod.*tract.num.87. Aretin. in*
*cap.cùm nuncius, num.11. extrà de teſtib.*
*concluſ.*49.Campeg.*regul.*94 eod.*tit.Rota*
*Roman.diuerſ.dec.77.num.12.volum.2.* op-
timè *Gomez in l.3.Tauri,num.*28. *Caſtr. in*
*auth.ingreſſi,num.11. C.de ſacroſanct.Eccl.*
qui loquitur propriè in Fratribus Minori-
bus,& alij recollecti per Farinac. *de teſtib.*
*q.61. n.130.*

Fundatur hæc opinio alia ratione , quia
4 qui non habet teſtamenti factionem, teſtis
in teſtamento eſſe non poteſt,*§.teſtes,Inſt.*
*de teſtib.*Monachi autem,& Religioſi,& præ-
5 ſertim Fratres Capuccini, cùm ſint mortui
Mundo,teſtamentum facere non poſſunt, vt
in *d.auth.ingreſſi,*& *ibi gloſ.C.de ſacroſanct.*
*Eccl.clem.exiui de Paradiſo, de verb.ſignif.*
*l.cum lege,ff.de teſtam.*vbi *gloſ. Azo , Bart.*
*Paul.de Caſtr.*& alij *DD. Alciat. in l. inte-*
*ſtatus,ff.de verb.ſignif.Craſſ.recept.ſentent.*
*§.teſtamentum,q.34. Caſſan.in Conſuetud.*
*Burg.tract.des ſucceſſions,rubr.7.§.3. glo.1.*
*Ferd.Vaſq.controu.illuſt.c.102.n.1.*ſequitur
ergò,quòd cùm ſint inteſtabiles, nec teſtes
eſſe poſſunt in teſtamento.

Secundò , dicebat Marchioniſſa , quòd
quamuis teſtamentum eſſet validum,tamen
quia iam ipſa prætendebat hæreditatem
6 poſſidere vigore dicti decreti M. C. V. per
quod fuit prouiſum,quòd debitores hære-
ditarij ipſi correſponderent,eidem compe-
tebat retentio pro legitima ad ipſam ſpe-
ctante ſuper bonis eius matris,ac pro ante-
phato , cuius ipſa erat durante eius matris
vita proprietaria, poſt cuius mortem vſuſ-
7 fructus conſolidatus fuit cum ipſa proprie-
rate,& integrè ſpectabat ad ipſam Marchio-
niſſam,vt eſt *text.in auth.hæres,C.de ſecund.*
*nupt.*& in *l.fœmina , eod. tit.* & habetur ex
*Conſuetudine* huius Ciuitatis, incip. *Quar-*
*tam autem,* & licèt *Afflict. dec.* 314. referat
deciſum, in dicto antephato filios ſuccede-
re,non vti hæredes patris, ſed ex propria
perſona ; tamen contraria opinio eſt verior,
ſecundùm *Conſuetud.Neap.* vel etiam, vbi
eſt contractum matrimonium more Ma-
gnatum,vt deciſum,& ſic indiſtinctè practi-
cari in S.C.refert *De Franch.dec.106. Mol-*
*feſ.par.7.quæſt.2.* pro quibus creditis dice-
bat,ſibi competere retentionem, ſicuti dici-
8 mus,quòd fideicommiſſarius poteſt legiti-
mam retinere,*Peregrin.de fideicommiſſ. art.*
*35.num.14.& art. 36.num.147. Gomez va-*
*riar. reſolut. cap.5.* ſub *tit.de fideicommiſſ.*
*ſubſtit.num.12.* quod etiam probat *Paulus*
*de Caſtro conſ.186.num.1. volum.2.*& in
9 terminis,quòd detur retentio pro legitima
filio,qui poſſidet etiam repudiata hæredita-
te,*Aretin.in §.tàm autem,num.14.ff.de inoſ-*
*fic.teſtam.Natt.conſ.*156. quos refert *Bal-*
*daxar Thomaſ.de imput.in legitima , tract.*
*4.tit.3.num.36.Cæſar Argel.de legitim.con-*
*trad.q.13.art.5.*& pluriès in Rota Rom.fuiſ-
ſe iudicatum,refert *Merlin.de legitim.lib.5.*
*tit.4.q.10.n.5.*

In contrarium verò dicebatur, nullo mo-
do poſſe impediri, quin D.Alphonſus hæres
ſcriptus,immiſſionem habere poſſit, nulla
habita ratione prætenſæ nullitatis teſtamẽ-
10 ti, ex defectu qualitatis teſtium Capucci-
norum,quia ſecundùm veriorem , & magis
approbatam opinionem non prohibentur
Religioſi,etiam Mendicantes eſſe teſtes in
teſtamento,vt per *Zabar.in conſ.97.*loquen-
tem in teſtamento,vbi erant adhibiti teſtes
Patres Minores,*Guid. Pap.dec.517. Signor.*
*de Homod.conſ.78.Iaſ.in d.auth.ingreſſi,*vbi
etiam *Reg.Carol. Tap.* Marchio Belmontis,
*num.63.C de ſacroſanct.Eccl.Lanfranc.de*
*Orian.de arbitr.par.2.num.9 Thob. Nonius*
*in §.teſtes autem,num.5.de teſtament. Clar.*
qui de communi teſtatur in *§.teſtamẽtum,*
*quæſt.55.Natt.in l.hac conſultiſſima , §.ex*
*imperfecto,*ſub *num.181. C.de teſtam. Crot.*
*in tract.de teſtib.num.27.Simon de Prat. de*
*interpret.vltim.volunt.lib.2.interpret.1.dub.*
*2.ſolut.3.num.10.Surd.*qui etiam de com-
muni teſtatur *dec.129.Pract.Papien.tit.de*
*form.*

Digitized by Google

*form. iur. teſt. in verb. proteſtante*, *num.* 32. *Iacob. de Graff. de ſentent. excommunic. conſ.* 9. *lib.* 2. *Aret. in* §. *ſed neque, Inſtit. de teſtam.* *Farinac.* qui alios allegat *de teſtib. quæſt.* 61. *num.* 126. *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.* 4. *quæſt.* 35. *Molfeſ. in ſumma, tract.* 73. *cap.* 2. *nu.* 532. *Carauit. in rit. Magnæ Curiæ Vicariæ* 144. *nu.* 4. qui itá, dicit, ſeruari in hoc Regno, latiſſime *Laurent. Syluan. conſ.* 16. *nu.* 4. *Napod. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, nu.* 252. *Sanchez in ſumma, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 10. immò *Rodriquez quæſt. regul. lib.* 3. *quæſt.* 71. *art.* 2. dicit, abſit, quòd teſtamenta infirmentur, ex eo, quòd Religioſi, etiam Mendicantes adhibiti fuerint, & quòd Religioſi pro teſtibus in teſtamentis adhibeantur, eſt cō-
11 munis obſeruantia, reprobata opinione *Ioannis Fabri in d.* §. *teſtamentum*, nouiſſimè *Marta conſ.* 44. *num.* 3. & antè eum *Dec. conſ.* 448. *n.* 36. & *Aretin. conſ.* 159. *n.* 19. *verſ. venio ad octauum*, dicit, quòd huiuſmodi Religioſi ex communi, & notoria conſuetudine admittuntur in teſtes, tanquàm legaliores, & de quibus magis confidunt homines, quòd eorum voluntates non reuelent, & proindè admittuntur, etiam abſquè licentia.

12 Et ex his dicebatur, quòd aut eſt clara hæc communis opinio, aut ſaltim dubia, & ad impediendum immiſſionem virtute beneficij *l. fin. C. de edict. Diu. Hadr.* requiritur,
13 quòd in teſtamento adſit vitium viſibile, & quòd nullo careat ſcrupulo, *Peregrin. de fideic. art.* 48. *nu.* 29. *Bertaz. conſ. ciuil.* 55. *nu.* 28. aliàs enim datur immiſſio ex ſola inſpectione teſtamēti, nec impeditur, ſub prætextu, quòd deficiat in ſolemnitate, quia reſeruatur in petitorio dicta exceptio, *Menoch. remed.* 4. *adipiſc. nu.* 683. *Caſtill. lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 118. *controu. iur.* hæc autem exceptio nullitatis teſtamenti, ex qualitate te-
14 ſtium dicitur exceptio iuris, & non facti, & exceptio iuris dubij æquiparatur dubio facti, *Seraphin. dec.* 271. *nu.* 6. *Statil. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect.* 2. *cap.* 2. ex *nu.* 86. quæ exceptio iuris dubij immiſſionem non impedit, ſed reſeruatur in petitorio, oportet enim, quòd defectus ſit iuris notorius, & palpabilis, vt poſt *Bart. in l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. Ruin. conſ.* 87. *nu.* 28. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicomm. art.* 48. *nu.* 55. *Gozadin. conſ.* 6. *nu.* 88. *Georgius alleg.* 47. *De Ponte conſ.* 20. *n.* 23. *lib.* 1. *Burſat. conſil.* 89. *nu.* 21. vbi de communi teſtatur, alios congerit *Caſtill. d. lib.* 3. *controuer. iur. cap.* 24. *num.* 123. & dùm eſſem Aduocatus incidit ſimilis quæſtio inter Ioannem Baptiſtam Bonellum quōdam Bernardi Anconitanum, cuius par-
15 tes ego tuebar, & Iacobum Bonellum, qui Neapoli degebat, ſuper teſtamento confecto per q. Ioannem Bonellum, cui prætendebat ſuccedere ab inteſtato dictus Iacobus, tanquàm proximior, ſtantibus prætenſis nullitatibus oppoſitis aduerſus dictum teſtamentum, inter quas illa præcipuè fuit, quòd teſtes fuerant Religioſi, & omnes Mendicantes, & tamen die 22. Decembris 1618. præuia maxima diſcuſſione, cùm partes prædicti Iacobi ſatis neruosè ſubſtinuiſſet *Anto-*
16 *nius Caracciolus* Aduocatus longè primarius, orator facundiſſimus, ac doctrina, & morum ſuauitate nemini ſecundus, nunc digniſſimus Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, meus compater dilectiſſimus; fuit determinatum in Sacro Conſilio ad relatio-
17 nem Regij Conſiliarij *D. Thomæ de Carleual.* Hiſpani eruditiſſimi, & doctiſſimi, nedùm in legali diſciplina, ſed etiam in Philoſophia, & Theologia, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim hæredes quondam Ioannis Baptiſtæ Bonelli manuteneantur in poſſeſſione bonorum quondam Ioann. Bonelli, tàm intrà, quàm extrà Regnum, in Banca tunc Iacobi Antonij Izzo S.C. Actorum Magiſtr. & fuit latum decretum ad beneficium hæredum Ioann. Baptiſtæ, ex quo ipſe, lite pendente erat mortuus, & iterùm poſt paucos menſes incidit ſimilis quæſtio ſuper teſtamento quondam Marchionis Baſilicis inter Ludouicum Roduiſium eius fratrem, qui fuerat in teſtamento hæres inſtitutus, & Nicolaum ſimilitèr eius fratrem, qui prætendebat, ſtante nullitate teſtamenti debere inſimul cum fratre ſuccedere, & intèr ceteras nullitates propoſitas, ea fuit præcipua, quòd interfuerant in dicto teſtamento Fratres Religioſi, & tandèm iunctis Reg. Conſiliarijs duarum Aularum, ad relationem Regij quondam Conſiliar. *Marciani* doctiſſi-
18 mi, ac integerrimi, qui vti primarius Aduocatus maximam negotiorum frequentiam habuit, vt eius ſcripta demonſtrant, poſtmodùm verò ad Conſiliarij munus euectus, digniſſimè inter ampliſſimos Senatores connumeratus fuit, & ſimilitèr pro validitate teſtamenti fuit deciſum, & ſic dicebatur, de hac prima oppoſitione non eſſe hodiè ampliùs dubitandum.

Ad ſecundam verò oppoſitionem prætenſæ retentionis legitimæ dicebatur, nullam habuiſſe, nec habere poſſeſſionem Marchioniſſam, ſiquidèm illa, quæ fundatur in man-
19 dato facto rendentibus hæreditatis, non eſt in conſideratione, multa enim requiruntur, ad hoc, vt ex tali mandato præiudicium inferatur hæredi, & Primò, quòd ſuper mandato ſit accuſata contumacia, & poſt contumaciam per Iudicem interpoſitum decretum. Secundò, quòd ſit factum decretum, & mandatum, audito eo, de cuius intereſſe principalitèr agitur, vt fundat plenè *D. de Franch. in dec.* 204. *nu.* 11. & meliùs *nu.* 18.

neque

Digitized by Google

neque ſi poſſideret, eius poſſeſſio eſſet in conſideratione, quia aut dicit, poſſeſſionem
30 habuiſſe tanquàm hæredem ab inteſtato, & quidèm poſſeſſio nulla eſſet, ſtante teſtamento, quia cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati, *l. quandiù, ff. de acquir. hæred. l. quan-*
31 *diù, ff. de neg. iur.* & lex magis fauet teſtamẽto, quàm cauſæ inteſtati, *l. vel negare, ff. quẽadm. teſtam. aperiant. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 4. nu. 134.* aut verò dicit, poſſeſſionem
32 ingrediſſe pro legitima, & filius non poteſt poſſeſſionem ingredi pro legitima, *Bar. in l. non dubium, C. de leg.* & in *l. 2. C. quomod. & quib. quarta pars, lib. 10. Iaſ. in l. 3. §. incertum, ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 134. 4. volum.* Rot. Roman. *de Saluian. interd. dec. 60.* latè poſt *Curt. ſen. & iun. Crot. Bertrand. Crauett.* & alios *Surd. conſ. 423. nu. 39. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 198. lib. 1. Baldaxar Thomaſ. de imputa. in legitim. tract. 4. tit. 14. cap. 3. n. 30.* quod tamen limitatur, quandò hæreditas conſiſteret in pecunia, & erit declaratio eorum, quæ in contrarium adducta fuerunt, tunc enim, quia legitima eſt certa, datur retentio, *Mareſcott. lib. 1. cap. 1. nu. 32. var. reſolut.* quod autem diximus, non
33 poſſe retineri, procedit in ſtabilibus, nàm ratione incertitudinis quantitatis legitimæ non datur retentio; oportet enim, vt priùs liquidetur, *Rot. Roman. dec. 115. nu. 12. part. 1. in recentior. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 694. nu. 11. Statil. Pacif.* poſt *tract. de* Saluian. *interdict. d. dec. 60. Baldax. Thomaſ. d. tract. 4. tit. 14. cap. 3. nu. 37. Mareſcott. vbi ſuprà, nu. 31.* latè Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 4. quæſt. 10. Oliuer. Beltramin. ad deciſ. Ludouiſij 206. n. 13.* vbi dicit, quòd quandò hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, quãuis legitima eſſet certa ratione quantitatis, tamen eſt incerta ratione loci, vt reſpondit Rot. Roman. *dec. 565. in fin. part. 1. diuerſ. & d. dec. 115.* ſub *num. 12. in recentior.* ſecùs autem, quandò ſunt certæ detractiones reſpectu qualitatis, & quantitatis bonorum, quia tunc *Rota* ſeruat, dare immiſſionem pro indiuiſo, vt de obſeruantia Rotæ Romanæ teſtatur idem *Beltramin. loc. cit.* & *Merlin. d. lib. 5. tit. 4. quæſt. 10. n. 14.* quod tamen eſt intelligendum, quandò fi-
34 lius non eſſet hæres inſtitutus vniuerſalitèr cum onere fideicommiſſi, quia tunc competeret retentio, vt dixit *D. de Franch. d. deciſ. 204. nu. 28. & Peregr. art. 47. nu. 66.* qui cæteros allegat, vbi etiam, quòd legitimus contradictor non erit fideicommiſſarius, ſi hæres ſcriptus habeat detractionem legitimæ, ſeù trebellianicæ, ſecùs verò, quandò non
35 eſſet hæres inſtitutus, & erit ſecunda limitatio ad regulam, vt ſuprà firmatam, & in proprijs terminis hæredis petentis immiſſionem, & filij ſe opponentis pro legitima, & meliorationibus factis in rebus hereditarijs fuiſſe immiſſum heredem, data cautione duc. duodecim mille, tàm pro legitima, quã pro meliorationibus, fuit deciſum in Rota Auenion. vt per *Hieronym. de Laurent. dec. 104.* Et propterea ad mei relationem fuit deciſum, eſſe immittendum dictum Illuſtr. Alphonſum Gonzaga heredem in omnibus bonis remanſis in hereditate dictę Illuſtr. D.
26 Lauiniæ Feltrię, verùm, quòd remaneant ſequeſtrati ducat. quindecimmille capitalis pro pretenſis per dictam Marchioniſſam, & infrà quatuor dies audiantur partes, in quibus tamen non includebatur antephatum, ex quo de partium conſenſu fuit aſſignari prouiſum, ſtante, quòd erat certum, & aderat corpus, quod fuit emptum de pecunia peruenta ex ipſo antephato. Penès de Martino Actor. Magiſtr.

## OBSERVATIO In Deciſione X.

### *SVMMARIVM.*

1 *Religioſi, & præſertim* Capuccini *poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, abſq; licentia Superioris.*

2 *Sacerdotibus magis creditur, quàm ſæcularibus.*

*Teſtimonium quatuor Clericorum tantum valet, quantum ſex laicorum, ibid.*

3 *Retentio pro legitima an, & quandò competat.*

4 *Hypotheca non datur pro legitima, fallit ſi fuerit legata in quantitate.*

5 *Filius repudians hæreditatem ex teſtamento, vel ab inteſtato, non poteſt retinere bona pro legitima.*

*Retentio non datur pro legato, ibid.*

6 *Retentio non competit hæredibus viri contrà mulierem petentem dotem, quamuis ſit debitrix ex cauſa adminiſtrationis, & ità deciſum adducitur, tàm reſpectu antephati, quàm intereſſe dotis, n. 7. ſed contrarium ſimilitèr deciſum habetur, quòad antephatum, & intereſſe dotis, nu. 8.*

1 DVO articuli diſcutiuntur in hac deciſione, primus eſt, an Religioſi, & præcipuè Capuccini poſſint eſſe teſtes in teſtamentis, abſq; licentia Superioris, & pro negatiua opinione loquitur D. meus à *nu. 2.* per totum *num. 5.* ſed affirmatiuam ſententiam ſubſtinet *num. 10. & ſeq.* ſecundùm quam ità deciſum refert, ipſo patrocinante, tempore, quo Aduocati munus exercebat *num. 15. 16. 17. & 18.* & tandèm in caſu deciſionis *nu. 26.* & quòd Su-

Superioris Regularium non requiratur licẽ-
tia, quandò Religioſi pro teſtibus in teſta-
mentis interueniunt, vltrà *DD.* per D. meum
adductos addo *Syluan. conſ.* 16. *ex nu.* 4. *Ro-
land. conſ.* 24. *nu.* 77. *lib.* 1. *Maſcard. de pro-
bat. concluſ.* 260. *in fin. Ant. Fabric. de beneſ.
tit. de ſæcul. & regular. beneſic. nu.* 34. *lit. R.*
vbi multis Gallicanorum Arreſtorum no-
minatim *Papony*, ac *Guid. Pap.* authoritate
2 confirmat, immò teſtibus Sacerdotibus ma-
gis creditur, quàm ſæcularibus, & tantum
valet teſtimonium quatuor clericorum,
quantum ſex laicorum, vt per *Giouagn. reſp.
6. nu.* 113. *lib.* 1. *Caualcan. dec.* 46. *nu.* 338. *p.* 1.
quod comprobat D. meus *dec.* 12. *nu.* 15. vbi
alios ad id adducit *DD.*

Secundus articulus eſt, ſi datur retentio
3 pro legitima, & quamuis pro affirmatiua
opinione adducat argumenta *nu.* 6. 8. & 9.
attamen negatiuam ſententiam cum diſtin-
ctione amplectitur à *nu.* 19. per totum *n.* 25.
ſcilicèt, vt ſi hæreditas in pecunia conſiſtat,
procedat contraria opinio, concedens reten-
tionem, ſi verò in ſtabilibus, & tunc ratione
incertitudinis quantitatis legitimæ denege-
tur retentio, cùm requiratur liquidatio, ac ità
deciſum refert cum ſequeſtro tantùm ſuper
capitali duc. 15. m. pro prætenſis pro legiti-
ma, vt habetur *nu.* 26. quæ deciſio compro-
bari poteſt, nàm pro legitima quis non ha-
bet bona hypothecata, vt per *Merlin. de
legitim. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 6. quia pro
4 legitima non datur hypotheca, *Andreol. lib.
2. controu. forenſ. cap.* 187. *nu.* 4. *Molin. de
primogen. lib.* 3. *quæſt.* 97. *nu.* 1. poſt *D. de
Franch. dec.* 374. *in fin. & Afſl. dec.* 162. *nu.* 4.
*& D. Reg. Rouit. in pragm.* 25. *de feud. nu.* 14.
vbi limitat, ſi fuerit legata legitima in quan-
titate à patre, vel alio aſcendente, tunc enim
pro dicto legato non denegatur actio hypo-
thecaria.

Hinc dixit *Molignat. de retent. q.* 34. quòd
5 filius repudiata hæreditate, ſiuè ex teſtamẽ-
to, ſiuè ab inteſtato non poteſt retinere di-
ctam hæreditatem pro legitima, ex *Alber.
ibi* relato, & in retentione pro legato loqui-
tur *D. Thor. in ſupplem. Compen. verb. reten-
tio, col.* 2. *f.* 574.

6 Sic etiã retentio non competit hæredibus
viri contra mulierem petentem dotem, ſub
prætextu, quòd illa ſit debitrix ex cauſa tu-
telæ adminiſtratæ, ad *text. in l. vnica*, §. *ta-
ceat, C. de rei vxor. act.* & propterea fuit per
Sacrum Conſilium deciſum, retentionem
non dari quòad dotem tantùm, vt per *D. de
Franch. dec.* 642. ſub *nu.* 3. ſed demùm fuit
7 iudicatum, dari etiam quòad intereſſe dotis,
vt tradit *ibid. in fin.* ſic etiam fuit determina-
* tum per idem Sacrum Conſilium, tàm re-
ſpectu antephati, quàm intereſſe dotis, ſub
die 26. Iunij 1627. in cauſa Ioannæ Longhæ
cum Mario Prignano, ad relationem D. Cõ-
8 ſiliarij *Camilli de Petio*, in Banca de Marti-
no, ſed anteà contrarium reperio iudicatum
in eodem Sacro Conſilio, vt ſcilicèt diſpoſi-
tio *d.* §. *taceat* non habeat locum in intereſſe
dotis, nec in antephato, ſub die 21. Maij
* 1614. in cauſa Lucretiæ Saidiæ cum hære-
dibus quondam Ioann. Andreæ Barrilis, in
Banca de Mondellis, referente *D. Marco An-
tonio de Morra*, milite Sedilis Capuanæ, viro
inſigni, nobilitate, ac doctrina præclariſſimo,
ex cuius familia hodiè ſuperſunt D. *Goffre-
dus de* Morra Marchio Montis Rocchettæ,
D. *Dominicus*, & D. *Michael de Morra*, qui
vt plurimùm degunt in Ciuitate Beneuenta-
na, vbi magnas opes habẽt, & alijs præualẽt.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Legato vino ad electionem legatarij, ſi vellet album, vel rubeum, an intelligatur de meliori, vel de mediocri.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legato vino, vel frumento, hæres præſtando minimum liberatur.*

2 *Legata domo, ſi plures in hæreditate ſint domus, hæres præſtando vnam ex eis, liberatur, dummodò aliter de teſtatoris voluntate non conſtaret.*

3 *Electio legati, hæredis, & non legatarij eſſe debet.*

4 *Legatum factum alicui de annuis quindecim ſalmis vini muſti, dicitur adimpletum, & ſolutum, ſi hæres legatario conſignauerit vineam, quæ ſit ſufficiens ad legatum, arbitrio boni viri.*

5 *Electio rei legatæ, vbi erit legatarij, poterit meliorem eligere.*
*Sed contrarium, ſcilicèt, quòd debet eſſe regulata. n.* 10.

6 *Electio rei legatæ, vbi conceditur legatario, intelligitur tàm circà formam, quàm circà qualitatem.*

7 *Electio rei legatæ, vbi hæredis erit, debet eſſe regulata.*

8 *Legatum factum vxori, maximè ſub conditione,* ſi viduitatem ſeruauerit, *latè interpretari debet, ſcilicèt de meliori.*

9 *Legatarius dicitur magis dilectus in re legata, quàm hæres, & propterea debet præferri hæredi.*



Digitized by Google

10 *Legatarij electio debet eſſe regulata.*
11 *Electio legati differt, an ſit data ab homine, vel à lege.*
12 *Deciſio articuli adducitur.*

# Deciſio XI.

IN cauſa Lucretiæ de Thoro viduæ relictæ
quondam Octauij de Maria fuit dubita-
tum in M.C.V. ſi annuum legatum eidem
Lucretiæ relictum per dictum Octauium
virum, de duobus dolijs vini, perueniendis
ex eius Rure, albi, vel rubei, ad eius electio-
nem, ſi debebat vinum recipere de primis
dolijs, quæ extrahuntur ex eo loco, vbi vua
præſſa currit, de quo per *Proſp. Rendell. de vinea, vino, & vindemia, part.1.cap.3.fol.* mi-
hi 22.*à ter.* quem Nos Palmentum voca-
mus, aut verò de vltimis. Dicebat Matthæus
de Maria hæres, quòd erat in eius electione,
ex doctrina *Alex. in l. legato generalitèr, n.4.*
1 *de leg.1.* vbi, ſi legatur vinum, frumentum, vel
aliquid ſimile, liberatur hæres, præſtando
minimum vinum, & frumentum, per *text. in l. fideiuſſorem, ff. mandat.* electio enim ſemper
debet eſſe debitoris, vulgata *l. plerunq; ff. de*
2 *iur. dot.* & ideò, ſi teſtator leget domum, &
in hæreditate plures domus remanſerunt,
hæres poteſt eligere, & conſignare legatario
vnam ex eis, quæ remanſerunt in hęreditate,
niſi tamen alitèr de teſtatoris voluntate
conſtaret, eſt *text. in l. ſi quis à filio 32. §. ſi quis plures, ff. de leg.1.* & eſt *gloſ.* ſingularis in
*l. hæredes, §. ſi in certo, in verb. ſed res, ff. fam. erciſc.* & *tex. in l. ſi domus 74. eod. tit.* ad quod
3 fundandum adducebatur etiam doctrina
*Bald. in l. ſi quis argentum,* ſub *nu.6. in verſ. pone, teſtator, C. de donat.* vbi habetur, quòd
legatum factum per teſtatorem de annuis
ſalmis quindecim vini muſti alicui loco Re-
ligioſo, poteſt adimpleri per hæredem, aſſi-
4 gnando vineam, quæ ſit ſufficiens pro adim-
plendo dicto legato, arbitrio boni viri, quam
*Bald.* opinionem ſequuti fuerunt *Gerard. in ſing.34. &* Cott. in ſuis *memorab. in ver. ſolui non poteſt,* & ſic electio videbatur eſſe hære-
dis, & non legatarij.

Ex aduerſo pro parte legatarię dicebatur,
quòd in caſu noſtro ſumus in claris, ex quo
teſtator dixit, ad eius electionem, & propte-
5 reà electio eſt ipſius legatariæ, vt probat *Pa-
riſ. conſ.26.nu.27.vol.4.* & ſic poterit eligere
melius, *Bald. in l.2. §. ſed ſi quis, col.5. C. comm. de leg.* nec poteſt dici, quòd electio ſit
data hæredi, quia ex verbis legati apparet,
electionem eſſe legatarij, ſi vellet vinum al-
bum, vel rubeum, & quotieſcunq; concedi-
6 tur legatario electio, debet intelligi, tàm cir-
cà formam, quàm circà qualitatem rei reli-
ctæ, *Paul. de Caſtr. in l. quod traditur, n.4. ff. de condit. & demonſtr.* immò in dubio ele-
ctio ſemper eſt legatarij, *l. ſi duos 20. ff. eod. tit. de leg.1.* & quatènus eſſet admittenda
7 opinio, electionem eſſe hæredis, tunc arbi-
trium debet eſſe regulatum, ità vt non poſſit
de peiori dare, vt de vino putrido, & ſimili-
bus tradidit *Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib.1. dubit.3. ſolut.4.* ſub *nu.18.* Immò, hoc
caſu ex voluntate teſtatoris debet intelligi
de meliori, quia legatum eſt factum vxori, &
ſic perſonæ dilectæ, quo caſu debet intelligi,
teſtatorem diſpoſuiſſe ad eius beneficium
de melioribus vinis, vt ex multis probat *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.107. n.27.*
8 & legatum non eſt ſimplicitèr gratuitum, ſed
ſub conditione viduitatis, *& donec lectum vidualem ſeruauerit, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.19. nu.25.* & proindè tantò
fortiùs debet in eius fauorem interpretari.
Et tandèm dicebatur, quòd iſta legataria
erat creditrix pro ſuo legato, *gloſ. in l. vnum ex familia, in princ.* vbi *Bart. ff. de leg.2.* & in
9 re legata dicitur magis legatarius dilectus,
quàm hæres, *Bald. in l. ſi quis hæres, ff. de condit. & demonſtr. Surd. conſ.236. n.55. vol.2. & conſ.319. n.18. vol.3.* & propterea tanquàm
creditrix magis dilecta debet præferri ipſi
hæredi debitori. Ex quibus per M.C.V. ad re-
lationem laborioſi I.C. Ioan. Dominici Taſ-
ſoni, ipſius M.C.V. Iudicis fuit determinatũ,
prædictæ legatariæ deberi prædicta duo do-
lia vini quolibet anno ex primo, quod extra-
hitur à Palmento. A quo decreto cùm pro
parte dicti Matthæi hæredis fuiſſet appella-
tum ad S.C. fuit ponderatum, quòd electio
verè non fuit data legatariæ, niſi, ſi vellet vi-
num album, vel rubeum, & ità ſonant verba
legati, & quòd caſus decidebatur ex *tex. in l. legato generalitèr 37. & ibi DD. ff. de leg.1.*
10 vbi ſtatuitur, quòd electio legatarij debet
eſſe ità regulata, vt non debeat accipere op-
timum, vel peſſimum, ſed de mediocri, quia
re vera in hoc caſu non fuit data electio ab
11 homine ipſi legatariæ, niſi de vino albo, vel
rubeo, ſed reſpectu, ſi debet accipere de
principio, vel fine Palmenti, dependet à lege,
quo caſu non poterit eligere, niſi de medio-
cri, *Cuiac. obſeru. lib.23. c.24. Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib.1. d. ſolut.3. n.8.* & poſt ip-
ſos *Franc. de Barry tit. de legat. lib.9. tit.8. de legato generis, & electione rei, nu.6.* Et pro-
12 ptereà per S.C. fuit reformatum decretum
M.C. & deciſum, electionem competere le-
gatariæ reſpectu vini albi, vel rubei, verùm
quòd non accipiat vinum, nec de primo, nec
de vltimo Palmenti, ſed de medio. In Banca
Mag. Act. S.C. de Spera.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## In Deciſione XI.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum aureorum indiſtinctè factum, intelligitur de exiguis, niſi alitèr ex conſuetudine, vel de mente teſtatoris conſtet; Limita in viro petente, & in vxore dotem repetente, n.3. & in cauſa pia, n.5.*

2 *In dubio minimum attenditur.*

4 *Dos æquiparatur cauſæ piæ.*

5 *Electio in cauſa pia eſt facienda de meliori.*

6 *Legatum equi morelli, ſi in hæreditate reperiatur tantùm albus, valet legatum, & albus debetur.*

7 *Electio eſt legatarij, non hæredis, vbi duo equi ſunt legati, vnus vni, & alter alteri, & inter ipſos legatarios electio eſt primi nominati.*

8 *Moniales præferuntur Religioſis maſculis in diſtributione eleemoſynæ legatæ per teſtatorem Religioſis pauperibus.*

9 *Electio eſt hæredis, vbi teſtator legauit domum, & duas in hæreditate reliquit, niſi aliud de teſtatoris voluntate appareat, limita, nu.10. Sed quid, vbi teſtator habet duas domos, vnam in loco ordinarij domicilij, aliã in alia Ciuitate, & affirmatiuè de domo, in qua obijt, reſpondetur, nu.11. & ità deciſum, tàm per Magnam Curiam, quàm per S.C. adducitur, nu.12. de rationibus vide n.13. & 14. et quid in electione Capellæ, n.15.16. 17. & 18.*

19 *Domicilium tempore mortis, non autem conditi teſtamenti attenditur, & ità deciſum traditur, num. 23. quamuis fuiſſet facta paritas per priùs, n.21. & 22.*

20 *Domicilium acquiritur, etiam quòd non effluxerit tempus decennij, quando conſtat de animo perpetuò commorandi.*

24 *Vino legato, debetur & doliũ; intellige, vt ibi.*

1 PRacticabilis, & curioſa eſt materia huius deciſionis, ipſaq; benè fuit explicata per D. meum; ad ornatum tamen illius obſeruo, quòd legatum aureorum indiſtinctè factũ, interpretatur de exiguis, niſi alitèr ex conſuetudine, vel ex teſtamento legantis appareat, vt ad literam decidit *text.in l.nummis 73.ff.de leg.3.* & alia iura citat D.meus *nu.1.& 2.* nàm in dubio,
2 quod eſt minimum, ſequimur, *l.ſi ità relictum 44.§.vlt.ff.de legat.2. l.in obſcuris, ff. de reg.iur.* optimè *Gratian.lib.4. diſcept.forenſ.cap.700.nu.*8. Limitatur tamen *tex.in*
3 *d.l.nummis* in viro petente, & in vxore dotem repetente; tunc enim, non de minimis; ſed de maioris pretij dos ſoluenda erit, vt per *Boſſ.in tract.var.tit.de monet.nu.15.* eò
4 quòd cauſa dotis æquiparatur cauſæ piæ, *Gratian.* vbi ſuprà, *nu.11.* & tamen in cauſa
5 pia electio eſt facienda de meliori, *l.Titia 40.§.Seio,* vbi *Bar.n.2.* de cõmuni teſtatur, *ff. de aur.& arg.leg.Grat.ibid.nu.12.13.& ſeq.*
6 Si tamen teſtator legauit equum morellum, & in hæreditare reperiatur tantùm vnicus albus, valet legatum, & equus albus debetur, vt per *Mantic.de coniect.vltim. volunt.lib.9 tit.3.nu.16.Barry de ſucceſſ. tit.de erron. inſtit.lib.2 nu.4.Craſſ.de ſucceſſ.§.legatum, quæſt.65.n.10.* verùm tamen ſi duos
7 habeat equos, & vnum legauit Patribus Prædicatoribus, & alterum Fratribus Minoribus, tunc legatarij, non hęredis erit electio, & inter ipſos legatarios primò nominatus eligebit, vt de cõmuni opinione teſtatur *Craſſ. in d §.legatum, quæſt.63.nu.7.Euerard.in lib.de locis legal.in loco de ordine*, pro quo allegat D*in.Bald.Angel. & Imol. in l.ſi ità ſcriptum, ff.de legat.1.* & *Bart.in l. qui duos 20 ff.eod.tit.* quem *text.* allegat etiã D. meus
8 *nu.6.* Sed ſi teſtator legauit, vt Exequutores teſtamenti diſtribuant inter pauperes Religioſos certam pecuniæ quantitatem, ſi in electione diſcordant, quia vnus pauperes eligit, alter verò pauperes religioſas, & ſic Moniales, tunc eleemoſyna eſt danda Monialibus, vt optimè probat *D. Prat.obſeru. 39.* per *tot.cent.1. pract.obſeru.*

Et dùm D.meus *hic nu.2.* tradit, quòd le-
9 gata domo, ſi in hæreditate plures domus remanſerunt, quòd electio erit hæredis, niſi tamen alitèr de teſtatoris voluntate conſtet,
10 ex iuribus *ibi* adductis, id tamen limitatur, vbi exequutio legati dirigitur legatario; tũc enim ipſius erit electio, *l.planè,§ pen.& l.legato generalitèr, in princ. ff.de legat.1.l.Lutio,* vbi *Bart.*& cęteri, *ff.de leg.2. Couarr.in cap.indicante, nu.3.de teſtam.* Sed quid di-
11 cendum, vbi teſtator duas habens domos, vnam in loco domicilij, & aliam in alia Ciuitate, ſi legauerit habitationem domus, de qua domo intelligi debeat legatum habitationis, & pro domo domicilij erit reſpondendum, ex *text.in l.quæ conditio, §.1.ff. de condit.& demonſtr.* & in proprijs terminis habitationis probant *Bald.*& alij in *l.ſi domus, ff. de legat.1. Cepoll.de ſeruit.vrban.præd. cap.6.n.5.* Quarè dùm in anno 1585. Ioann. Vincentius Longus duas habens domos, vnam in Ciuitate Neap. vbi continuò cum vxore, & familia habitabat, aliam in Ciuitate Vici, vbi infirmus pro mutatione aeris ſe transtulerat cum vxore, & familia, vbi teſtamentum condidit, legando Siluiæ de Aiello vxori habitationem eius domus, ibiq; etiam
12 deceſſit, & dùm vxor petierat habitationem domus Neap. ſiſtentis; tamen per M.C. fuit
* deciſum, deberi habitationem domus in Ciuitate Vici, à qua ſententia cùm Siluia

appellaſſet ad Sacrum Conſilium, reaſſumptis actis, ad relationem Dom. Conſil. *de Morra* fuit confirmata ſententia Mag. Cur. in Banca Burrelli, nunc de Martino, in proc. pro Siluia de Aiello, cum Claudia Cioffo. Et
13 ratio deciſionis fuit, quia dùm teſtator fecit teſtamentum in Ciuitate Vici, ibiquè deceſſit, de ea domo ſentiſſe credendum eſt, iuxtà tradita per D. meum *nu. 2.* & per *Me nu. 11.*
14 *&* 19. eò magis, quia tunc domicilium etiã habebat cum vxore, & familia in dicta Ciuitate Vici, vbi teſtamentum condidit, ex traditis *d. nu. 11.* & in legato prædicto habitationis continetur etiam vſus ſuppellectiliũ, etiam ſi de eis facta mentio non eſſet, *Barry lib. 9. de ſucceſſ. tit. 11. nu. 3.* ſequitur *D. Arias de Meſa lib. 2. var. c. 3. n. 3. & c. 6. nu. 4. in fin.*

Et dùm de electione hìc agitur, obſeruãdum quoquè erit, Liuiam Spinulam in anno 1602. in eius teſtamento condito in Liguria,
15 in Ciuitate Noui, iuſſiſſe, eius corpus loco depoſiti reponi in Capella S. Hiacynti in Eccleſia S. Dominici Ciuitatis Ianuæ, ibiq; ædificari Capellam cum dote, arbitrio Philippi Spinulæ eius viri, & heredis, & caſu, quo prædicta Capella haberi non potuiſſet, poſſet dictus Philippus procurare, & habere aliam Capellam in alio Monaſterio, ei meliùs viſo; at quia Liuia teſtatrix nõ deceſſit Noui, vel Ianuæ; ſed Neap. in anno 1606. & dictam Capellam Fratres S. Dominici concedere noluerunt; ſed obtulerunt aliam ſub vocabulo S. Bartholomei, appellandam in futurum, ſub nomine S. Hiacynti, quam oblationem admiſit Sacr. Conſil. de anno 1618. à quo decreto reclamauit dictus Philippus, qui poſt paucos menſes de anno 1619. deceſſit, & vigore poteſtatis ei tributæ in eius elogio elegit Capellam in Eccleſia Sanctæ Mariæ Angelorum Patrum Theatinorum Ciuitatis Neapolis, & dùm cauſa erat decidenda iunctis Aulis, fuit diſputatum, ſi po-
16 terat eligi Capella in Ciuitate Neap. nam Fratres S. Dominici prætendebant, eſſe eligendam in alio Monaſterio in Ciuitate Ianuæ, ex *text. in §. ſi quis in nomine, auth. de Eccleſ. tit.* at pro parte Patrum Theatinorum
17 dicebatur, *text.* prædictum non poſſe adaptari caſui, de quo agitur, nàm *ibi* tractatur de legato facto Eccleſiæ, quæ ſi non reperitur in Ciuitate, vel Territorio, illud de-
18 beatur Eccleſiæ domicilij teſtatoris; ſed hìc agebatur de abſoluto arbitrio, & poteſtate conceſſa viro eligendi Capellam; at etiam admiſſa opinione, in contrarium adducta, dicebatur, quòd admiſſa Eccleſia domicilij teſtatoris, erit videndum, an intelligatur de domicilio tempore teſtamenti, vel mortis; &
19 quòd attendatur tempus mortis, non teſtamenti, fuit determinatum de anno 1522. per Parlamentum Burdegalenſe, teſte *Boerio dec. 176. num. 4.* vbi dicit, fuiſſe approbatam opinionem *Anchar. in c. 2. de ſepultur. in 6.* Et dùm dicta Liuia poſt teſtamẽtum, relicta Patria ſe tranſtulit Neap. cum omnibus eius bonis, vbi plures emptiones etiam fecit cum
20 Reg. Cur. & domicilium habuit per plures annos, vſquè ad mortem, etiam, quòd decennium non effluxerit, tamen ſufficit animus perpetuò manendi, vt per *D. Reg. Rouit. in prag. 1. n. 9. de immun. Neap.*

21 Propterea facto verbo in S.C. iunctis Au-
* lis per D. Conſiliarium *Paganum* ſub die 25 Februarij 1621. fuit in cauſa prædicta facta paritas, ad quam dirimendam fuerunt dati adiuncti Dom. Conſiliarij *Brancia, Pa-*
22 *tignus,* & *Nicueſa,* & ſimilitèr remanſerunt
* in paritate ſub die 9. Martij 1622. ſed dati fuerunt alij adiuncti, pro illa etiam dirimen-
23 da, videlicèt Dom. Conſil. *Santiago, Saluus,*
* & *Sanfelicius,* & demũ de menſe Maij 1622. fuit reſoluta paritas in beneficium Patrum Theatinorum Cler. Regular. in Banca Cioffi.

Vltimò erit obſeruandum, quòd vinum
24 legatum, debetur vnà cum vaſe, in quo reponitur, non tamen intelligas de vaſis, ſiuè dolijs magnis, vulgò *fuſti*, quæ ad perpetuũ vſum reſeruantur in cella vinaria, & in ijs vinum conſeruatur, ſed tantùm dolium paruũ duodecim cadorum, cum quo communitèr venditur, ità deciditur in *l. ſi cui vinum, §. ſi vinum, in l. vino legato,* & in *l. vinum, ff. de tritic. vino, & oleo legato,* vbi vino legato, vaſa quoquè legata videri, non quia pars vini vaſa ſint; ſed quia credibile eſt, eam eſſe teſtatoris mentem.

*M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

## Legatum pium an, & quandò patiatur diminutionem, quandò hæreditas non eſt ſoluendo. Et quæ probationes ſufficiant ad probandum, quòd ſit factum pro exoneratione conſcientiæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mulier habens filios, poteſt tantùm diſponere de decima parte, de iure conſuetudinario Ciuitatis Neapolis, & in alijs nouem partibus habet labia clauſa, & manus ligatas.*

2 *Ha-*

2 *Hæreditas, quandò non eſt ſufficiens pro omnibus legatis, eſt facienda diminutio per as, & libram.*

3 *Legatarius poteſt repetere ſolutum per hæredem alijs legatarijs, quandò hæreditas non eſt ſoluendo pro omnibus.*

4 *Legatum pium patitur diminutionem, quãdò patrimonium non ſufficit omnibus.*

5 *Legatum ſpeciei venit in contributionem, ſi hæreditas non eſt ſoluendo.*

6 *Legatum pro exoneratione conſcientiæ, vel pro malè ablatis, vel pro vſuris extortis, an patiatur diminutionem, quandò vires patrimonij non ſufficiunt pro omnibus legatis, & quid ſi debitum probetur per teſtes, vel per ſcripturas, n.7.*

8 *Declarationi Confeſſarij an ſit ſtandum, quandò legatum eſt ipſi ſoluendum.*

9 *Cauſa propria dicitur etiam illa, in qua quis aliquod commodum, aut intereſſe aliquo modo, etiam ſi ſecundariò, & in conſequentiam habet.*

10 *Lex ſatis confidit de Confeſſarijs, & curam animarum habentibus.*

11 *Quandò magis ſit confidendum Confeſſario, quàm Parocho.*

12 *Confeſſarij à Deo poteſtatem habent, vt veluti Iudices peccata remittant.*

13 *Confeſſarius optima vita, & fama præſumitur verax.*

14 *Dictum Sacerdotis, & Religioſi habet vim duorum teſtium.*

15 *Teſtimonium quatuor Clericorum, tantum valet, quantum ſex Laicorum.*

16 *Teſtes legales, & fide digni, quamuis eorum interſit, admittuntur ad teſtificandum, & quandò id procedat, n.17.*

18 *Atteſtatio ſine iuramento, & non citata parte, quandò probet.*

19 *Probationes inſufficientes, dicuntur ſufficientes in re parui momenti, & vnicus teſtis dicitur ſufficiens.*

20 *Res, quæ diuidi non poſſunt, diminutionem non patiuntur.*

21 *Refertur deciſio cauſæ.*

# Deciſio XII.

ORta fuit controuerſia inter Legatarios Illuſtr. Iuliæ de Duce Duciſſæ Rhodij, ſi legatum aliquarum margaritarum factum Fratri Matthæo de Salerno eius Confeſſario, ad hoc, vt de illis faceret illud, quod in confeſſione ſibi communicauerat, debebat integrè ſolui, vel cum diminutione. Dicebat enim Illuſtr. Dux fi-
1 lius, quòd dicta eius mater non poterat diſponere de dotibus, niſi de decima, in alijs enim nouem partibus habet os clauſum, & manus ligatas, ex *Conſuetudine Neapolitana*, incipiente *Si qua moriens*, vbi *Napodan.* & alij *Addentes*, quæ decima pars, quia non
2 erat ſufficiens pro omnibus legatis, quòd meritò erat facienda diminutio per æs, & libram, iuxtà *text. in l. ſi quis teſtamento* 82. *§. apud Iulianum, ff de leg. 1. & text. in l. ſi vera compoſita, §. 1. ff de milit. teſtamen.* pulchrè *Gaſpar Theſaur. quæſtion. forenſ. lib. 3.*
3 *quæſt.* 114. immò ſi fuerunt per hæredem ſoluta, poſſunt per alios legatarios repeti, *Boer. dec.* 145. *num.* 5. quod procedere etiam
4 in legatis pijs, quia etiam diminutionem patiuntur, ob patrimonij defectum, niſi conſtet de contraria teſtatoris voluntate, voluerunt *Bart. in auth. ſimilitèr, nu.* 4. *C. ad l. falcid.* & alij allegati per *Tiraquell. de priuileg. piæ cauſa, priuil.* 72. vbi etiam fundata contraria opinione videtur, in hac reſidere, quicquid in contrarium tenuerit *Surd. de aliment. priuileg.* 30. *num.* 3. & fundauerit *P. Molfeſ. conſ.* 13. *num.* 16. *cum ſeqq.* & per *Federic. de Sen. conſ.* 250. *in fin.* & per *Bald. Nouell. in l.* 1. *num.* 471. *ff. ſolut. matrimon.* quia contraria opinio, quòd etiam legata pia veniant in diminutione, eſt magis in Regno approbata, & pro hac opinione fuiſſe iudicatum in Sacr. Conſil. inter Legatarios Comitis Murconi, refert *Illuſtr. Epiſc. Ricc. dec. Archiep. Neap. par.* 1. *dec.* 221. qui etiam teſtatur, quòd ſic practicatur in iſtis Tribunalibus, & hanc opinionem ſequitur *Franch. dec.* 236. *num.* 2. vbi allegat *text. in l. ſi poſt miſſionem*, vbi *Bart. ff. ad l. falcid.* & *Peregrin. in tract. de fideicomm. art.* 4. *num.* 63. *in fine*, *Marta part.* 4. *de ſucceſſ. legali, quæſt.* 18. *art.* 9. *num.* 11. & per totum, vbi latè de hac materia, & nouiſſimè *D. Reg. Rouit. dec.* 87. *nu.* 2. 3. & 4. & fuiſſe ſic practicatum in cauſa, in qua ſcripſit *Molfeſ.* ipſe idem teſtatur in *d. conſ.* 13. *in fin.* & incidentèr fuiſſe ità etiam deciſum in Curia Archiepiſcopali, refert idem *Ricc. in d. dec.* 221. ſub *num.* 4. *in fine*,
5 & quamuis in caſu, de quo agebatur erat legatum ſpeciei, tamen legatum ſpeciei venire in contributione, ſicuti & alia legata, ſimilitèr deciſum fuit in S.C. vt refert *Præſ. de Franch. in d. dec.* 236. qui *DD.* pro vtraq; parte refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 646. *num.* 12. licèt contrariam opinionem defendat *Io. Bapt. Coſt. de portion. rata, q.* 107. *n.* 5. *& q.* 140. *n.* 5.

Sed pro parte dicti Fratris Matthæi dicebatur, quòd hoc legatum, nedùm erat legatum ſpeciei, & fauore piæ cauſæ, ſed erat pro
6 exoneratione conſcientiæ, quo caſu legatum deducitur tanquàm æs alienum, nec patitur diminutionem, quia legatum eſt gratuitum, exoneratio autem conſcientiæ eſt debitum, *Feder. de Sen. d. conſ.* 250. *num.* 3. Verùm in contrarium allegabatur doctrina *Bart. in*

*l. qui*

Digitized by Google

*l.qui vxori,num.2.ff.de aur.& argent.legat.* vbi etiam legatum pro malè ablatis, vel pro vſuris extortis,patitur diminutionem,quandò vires patrimonij non ſufficiunt pro omnibus legatis,& eum ſequitur *Paul.de Caſtr. in d.l.ſi quis teſtamento* 82. §. *apud Iulianum,ff.de legat.1.num.5.Alex.conſ.45.num. 11.vol.1.& conſ.*18.*volum.*4. verùm idem *Paul.de Caſtr.* & alij hoc communitèr limi-
7 tant,niſi per teſtes,vel per ſcripturas probetur debitum,per illum *text.in d.l.qui vxori,* quam concluſionem probant etiam *Peregr. art.4.num.14.de fideicomm. & Merlinus de legitima lib.2.tit.1.quæſt.10.num.15.& ſeq. Rota Auenion.dec.*105. *& Giurba in Conſuetud. Meſſan.cap.2.gloſ.12.part.1.num.*15. qui omnes fatentur,non ſufficere ſimplicem aſſertionem teſtatoris, ſed debere aliundè probari per teſtes,aut alias probationes, & latè *Hodiern.in l.hac edictali,quæſt.37.n.16.* ſed dubium erat,quia hoc non conſtabat,nequè conſtare poterat, nàm & ipſa teſtatrix hoc tantùm fidei Confeſſarij commiſit,ille autem declarauit,ſibi fuiſſe relictas pro exoneratione conſcientiæ,vt pretium peruenturum ex dictis margaritis, ſolueret aliquibus perſonis pro exoneratione eius conſcientiæ,
8 cui declarationi Confeſſarij, dicebat Illuſtr. Dux filius, & hæres , quòd non debebat ſtari,quia ipſi erat ſoluendum legatum,& ſic in cauſa propria ferebat teſtimonium , & proptereà non probat,*l.nullus,ff.de teſtib.l. omnibus,*vbi etiam Doctores,*C.eod.tit. Affl. dec.*400.*num.*7.Magon.*dec.*Lucenſ.75. *n.*12.
9 Et dicitur cauſa propria , etiam illa, in qua quis aliquod commodum, aut intereſſe aliquo modo habet, *l.1.§.in propria cauſa, ff.quand.appell.ſit, Farinac. de teſtib.q.60. num.4.*& etiam,quòd ſit ſecundarium,& in conſequentiam,*gloſ.in l.omnibus,in verb. in re propria,C.de teſtib* quo caſu , quamuis in totum non repellatur,attamen fides minuitur,vt declarat Farinac.*loco* cit.*n.9.* vbi plenè de materia .

Verùm in contrarium dicebatur,quòd ex hoc legato nullum commodum conſequebatur Confeſſarius,erat enim ſimplex diſtri-
10 butor,& cùm lex ſatis confidat de Confeſſarijs,curam animarum habentibus, vt habetur ex *Corneo conſ.*261.*num.*31.*volum.*4. eò magis,vbi eſſet deputatus Iudex animæ ipſius teſtatoris,nàm dicit , maiorem eſſe rationem confidentiæ in ipſo Confeſſario teſtatoris,quàm in Parocho, quia ipſi in ſpecie eſt commiſſa cura ipſius teſtatoris animæ,cùm eum actu in Iudicem aſſumpſerit, & locum Dei,actualitèr illam iudicando, &
11 proptereà tenet,quòd magis confidendum ſit de Confeſſario,quàm de Parocho,& *Corneum* ſequitur *Reg.Rouit. dec.95. num.16.*
12 qui quidèm Confeſſarij poteſtatem à Chriſto habuerunt,vt veluti Iudices , & Miniſtri peccata remittant, & gratiam iuſtificantem, nomine,& authoritate Chriſti conferant , vt ex *Diuis Athanaſio,Ambroſio,Chryſoſtomo, Cyrillo,Hieronymo,*& alijs hoc probat *Layman.in Theologia moral.lib.5. tract.6.cap.5.*
13 *num.2.* qui quidèm Confeſſarius erat optimæ vitæ,& famæ , & proptereà verax eſſe præſumitur,*cap.principium* 45.*de pœnitent. diſtinct.2. Soc.ſen.conſ.15.verſ.item quia, lib.5.Menoch.conſ.39. num. 17.* & dictum
14 Sacerdotis,& Religioſi habet vim duorum teſtium,*gloſ.in cap.Monachus 77. diſtinct. Ruin.conſ.127.num.2.& 13. lib.2. Roland. conſ.24.num.54.lib.1.*Menoch.*conſ.91.n.89.*
15 & tantum valet teſtimonium quatuor Clericorum,quantum ſex Laicorum, vt probat *Crauett.conſ.267.num.2. & 272. num.16. verſ.tertiò probatur,*poſt *gloſ.in d.cap.Monachus,in verb.quorum,*& ſi hæc procedunt in ſimplici Clerico, quid dicendum in Sacerdote Confeſſario, qui teſtatur de diſpoſitione facta pro exoneratione conſcientiæ? & in proprijs terminis, quòd Confeſſarij dicto ſit ſtandum,dummodò veriſimile ſit, & non irrationabile, poſt *Couarr.in cap cùm tibi, num.23.de teſtam.Nauarr.conſ.16.lib.3.de teſtam.Layman.loco* ſuprà *cit.lib.3. tract.5. de pactis,cap.11.num.15.*fundat *Franciſc. de Petris conſil.64.num.21.* & quandò teſtes
16 ſunt multum legales,& fide digni, quamuis aliqualitèr eorum interſit, admittuntur ad teſtificandum,*Imol.conſil.58.Anchar.iunior Rhegienſ.quæſt.32.num.5.part.1.*& alij per *Farinac.in loco* proximè allegato, *num.54.* quòd tantò magis procedere ait *num. 58.*
17 cùm alitèr veritas haberi non poſſit, quod indubitantèr aſſeuerat *num.61.* ſi actus eſt talis de ſui natura,vt in eo non ſoleant interuenire,niſi ij, qui commodum,& intereſſe habent,*Felin.in cap.veniens,il ſecondo,num. 21.extrà de teſtib.*& quamuis hic Sacerdos
18 non erat examinatus, ſed tantùm fidem fecerat,& atteſtatio ſine iuramento, & non citata parte non releuat,vt in *l.iuſiurandi,C. de teſtib.*& atteſtationi vnius tanquàm teſtis ſingularis non adhibeatur fides,*d.l.iuſiurandi,verſ.ſimili modo,*tamen quia in hac cauſa tractabatur de iudicio ſummarijſſimo cōſecutionis legati,dùm pro eo poteſt etiam agi via executiua, ſecundùm veriorem opinionem,ſecundùm quam fuit plurièes iudicatum,vt per *Viuium dec.464.& Maria de ſucceſſ.legali,par.4.quæſt.16.art.1.nu.68.* ac etiam,quia tractabatur de duobus anulis, & de quadam Corona Lapislazoli, quorum valor non aſcendebat ad ducatos ſeptuaginta,vel octuaginta,nec de tota quantitate legati,ſed tantùm de prætenſa diminutione,
19 & ſic erat res parui momenti, quo quidèm caſu etiam probationes inſufficientes dicuntur

tur

Digitized by Google

aut ſufficientes,& vnicus teſtis dicitur ſufficiens, vt probat *Calcan.conſ.99.col.penult.* & eum ſequuntur *Hippol. de Marſil.ſingul.* 433. *Maſcard.de probat.quaſt.*11.*num.* 19. *Gabriel. de teſtib. concluſ.*1.*num.*41. & alij per *Farinacc.in tract.de teſtib.quaſt.*63.*nu.* 30.& dicebatur etiam, quòd hæ margaritæ
20 diuidi non poterant, & propterea diminutionem non patiebantur,vt habetur per *D. de Franch.d.dec.*236.*num.*12. Proinde fuit
21 deciſum, eſſe ſoluendum legatum prædictum,abſquè diminutione, me relatore, confirmando aliud decretum per me domi latum,apud acta de Martino Actor.Magiſtr. Sacr.Conſil.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legata pro rata ſunt diminuenda, quandò hæreditas nō eſt ſufficiēs pro omnibus legatis,quod procedit, etiā ſi legata ſint pia, n.2.contrarium,n.3.4.5.6.7.& 8.*

3 *Legatum piū integrè ſoluitur, & alijs præfertur,vbi bona non ſufficiunt,ſic etiam vbi fuit factum pro obtinēda peccatorum remiſſione, vel pro celebratione miſſarum pro anima teſtatoris,nu.4.*

5 *Legatum dicitur pium,ſi fiat conſanguineo, vel amico pauperi pro eius anima ,ſecus ſi fiat diuiti,etiam quòd ſit conſanguineus.*

6 *Legatum factum Confeſſario,nedùm exiſtimatur pium , ſed etiam anteponitur alijs legatis,ac creditoribus chirographarijs, nō tamen diminuitur vbi eſt ſpeciei, n.7.*

8 *Mulier cum liberis decedens,de dotibus, & alijs obuenientibus ab agnatis, & cognatis in vltima voluntate non poteſt diſponere,niſi de decima parte,de paratè autem à marito donato, & quarta à primo viro lucrata,liberis non exiſtentibus poteſt ad libitum diſponere,ſin autem illis extantibus,aut aſcēdentibus bonorum ſubſidium reſeruare tenetur, idq; procedit etiā in acquiſitis per eam,n.9.*

10 Napodan.*traditiones pro textu ſeruantur.*

11 *Legitima non debetur filijs in decima parte, de qua mulier diſponere poteſt.*

12 *Filij habent duplex bonorum ſuſibdium, & ſic duplicē legitimā in bonis maternis,vnā ſ. de iure communi in bonis* Conſuetudini *non ſubiectis,& ità deciſum,nu.*15. *alteram de iure conſuetudinario ſuper bonis* Conſuetudini *ſubiectis,d.n.*12.*ſed contrarium,nu.*13.*& habent portionem dotis,de qua mulier diſponere non poteſt, vigore ſtatuti,non vti heredes, ſed de iure ſtatuti,num.*14.

16 *Actio exequutiua datur pro conſequutione legati,& ſecundùm alios requiritur præceptum Iudicis per interloquutoriam, & duplici modo datur,vel per liquidationem inſtrumenti , ſecundùm* Ritum M.C.V. *vel per præceptū Iudicis ſummariè , n.*17.

18 *Legatum factū pauperibus in genere, intelligitur de illis,qui ſunt de patria teſtatoris,& dicitur pium,ſi ſit factum pro amore Dei,vel anima teſtatoris,nu.* 19.

1 Certiſſimum de iure eſſe dicimus,legata pro rata eſſe diminuenda, quandò hæreditas ſoluendo nō eſt, & ſic quandò omnibus legatis non eſt ſufficiens,vt probat D.meus *hic n.*2. quæ concluſio comprobatur ex *l.is,cui,* §.*ſi plures,ff.vt in poſſeſſ. legat.* cum alijs congeſtis per *Andreol.controu.forenſ. tom.*2. *cap.* 139. *n.*10.*& cap.*166.*n.*18.vbi infinitos cumulat poſt *Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.*12. *tit.* 2.*num.*24.*& lib.*6.*tit.*3.*nu.*39.etiam ſi lega-
2 ta ſint pia,vt per D.meum *nu.*4. *Andreol.vbi ſupr.*& tradunt *D.Thor.in addit.ad Tiraq.de priuil.piæ cauſæ,priuil.* 19.*&* 71.vbi etiam *in addit.*doctiſſimus,ac perſpicaciſſimus *D. Epiſc.Riccius,*qui citat deciſionem factam inter Legatarios Comitis Murconi, quam etiam refert D.meus ſub *d.nu.*4. idemq; refert *D.Epiſc.Genuenſ.practic. Eccleſ. q.*330. licèt contrariam ſententiam ſequatur *ibid.*
3 *in fin.*ſed contrarium defendunt *Feder.de Senis conſ.*250.*Caſtr.in l.qui teſtamenta,* §. *apud Iulianum,n.*5.*ff.de leg.*1. *Bertachin. in tract.de Epiſc.lib.*4.*p.*4.*n.*84 *Bald.Nouell.in l.*1. *num.*471.*ff.ſolut.matrim. Surd.de alim. priuil.*30.*nu.*3.*Molfeſ.conſ.*13.*n.*16. *& conſ.* 30.per *tot.* D.Camill.Larath. olim M.C.V. Iudex integerrimus *conſ.*70.*n.*48.*Velazq.de priuil.miſerab.perſon.par.*3.*q.*8.*nu.*288. *Nouar.*in ſimili *tract.priuil.*22. & hæc opinio
4 indubiè ſeruatur,vbi legata pia non ſimpliciter facta ſunt,ſed pro obtinenda peccatorum remiſſione,tunc enim integrè præſtantur,quamuis non adſint bona, quæ ſufficiāt pro ſoluendis alijs legatis,ità perbellè tradit *Card.Tuſch.pract.concl.iur.tom.*5.*lit.L.concluſ.*111.*&* 112.ex *Feder.de Sen.d.conſ.*250.
5 ſic etiam dicimus, quotiès legatum ſit factum pro celebratione miſſarum , ad hoc,vt anima teſtatoris ab atrociſſimis pœnis Purgatorij liberetur ; nàm præcipuum erit perſoluendum, vt in praxi ſeruatum tradit *D. Thor.de pia cauſ.priuil.*56. non tamen dicitur legatum pium,ſi ſit factum diuiti, vel cōſanguineo,etiam quòd teſtator dicat,facere pro anima ipſius,vel amore Dei,ad tradita per *D.de Franch.dec.*565.*n.*5.quem refert,& ſequitur *D. Conſil.Staiban.reſol.*23.*nu.*27. *lib.*1.

Digitized by Google

lib. 1. & ità deciſum refert nu.49. secùs verò,
ſi fiat conſanguineo,vel amico pauperi,tunc
enim ſi fiat pro anima,dicitur pium, vt pro-
6 bat num.47.& legatum factum Confeſſario,
nedùm exiſtimatur pium, vt tradit D. meus
conſult.103.n.29.lib.2. ex l ſi quis vitio,ff.de
legat.2.& DD. ibi citat. ſed etiam alijs pijs
legatis, & creditoribus chirografarijs ante-
ponitur,vt docet D.Epiſc.Maranta,vir ſanè
acutiſſimi ingenij reſponſ.15.nu.36. lib.1. ſic
7 etiam deciſum refert Faber in Cod.de Sacroſ.
Eccleſ.defin.38.hinc quãdò legatum eſt ſpe-
ciei,vt in caſu huius deciſionis,non diminui-
tur:ſed integrè debetur,vt in hac cauſa de-
ciſum habetur ex n.21.

Tractat etiam D.meus num.1. de decima
8 parte dotium,de qua mulier diſponere po-
teſt,iuxtà Conſuet. Si qua moriens,de mulier.
haben.filios,idcircò erit obſeruandum,quòd
ex diſpoſitione dictæ Conſuet. Mulier cum
liberis decedens,de dotibus, & alijs obue-
nientibus ab agnatis, vel cognatis in ſua vl-
tima voluntate non poteſt diſponere niſi de
decem partibus vnam;de parato autem do-
nato à marito,& quarta à primo forſan viro
habita,liberis non exiſtentibus poteſt diſpo-
nere pro arbitrio voluntatis, ſalua liberis,&
9 parentibus debito bonorum ſubſidio, &
idem procedere in acquiſitis per ipſam,& in
alijs ſibi ab extraneis obuenientibus, vt poſ-
ſit ad libitum diſponere,ſaluo filijs bonorum
ſubſidio,vt tenet doctiſſimus,ac ſubtiliſſimi
ingenij Napod.gloſat.in d. Conſuet. in verb.
10 cognatis,num.4. cuius traditiones pro textu
habentur,vt ipſum extollendo tradit D.Con-
ſil.Prouenzal.in Conſuet. 2. de ſucceſſ. ab in-
11 ſtat.obſeru.8.num.2.in illa tamen decima
parte filij nullatènus legitimam conſequun-
tur,vt per Boer.dec.189.vol.1. quem allegat
D.de Franch.in d.Conſuet. verſ.an autem in
12 hac decima parte, idcircò ſolummodò filij
habent duplicem bonorum ſubſidium in
bonis maternis,vt notat Napodan.ibid.in
verbo ſaluo,num.47. vnam ſcilicèt de iure
communi, & iure naturæ,& eſt legitima
in bonis Conſuetudini nõ ſubiectis,alteram
verò de iure conſuetudinario de bonis Con-
ſuetudini ſubiectis, ſequitur D.de Franch.
dec.667. circà fin. & eſt de decem partibus
13 nouem,licèt hoc vltimum malè bonorum
ſubſidium vocetur,cùm iure conſuetudina-
rio,& ex pacto, & prouidentia ciuium de-
beatur,vt ipſemet Napod.admittit in dicta
Conſuet.verbo ſubſidio,num.51.ideóq;dixit
Dec.conſ.386.num.7. quòd ſi ſtatuto cauea-
14 tur,vt mater filijs exiſtentibus poſſit diſpo-
nere ſolùm de quarta parte dotis, aliæ verò
tres inter liberos diuidantur, quòd in illis
tribus filij cenſeantur vocati ex diſpoſitione
ſtatuti, & non tanquàm hæredes matris,
idemquè tenet D.Conſil.de Bottis in d.Con-
ſuetud.remiſſiuè ad Alex.in l.ſi vir,ff.ad leg.
falcid.fol. mihi 196.& proindè mortua D.
15 Angela Coſcogliana,natalibus, & moribus
* præclariſſima fuit per S.C. ad relationem D.
Conſiliar. Morra,in Banca Sarri, hodiè de
Venditto,iudicatum,deberi,nedùm nouem
partes dotium, ſed etiam legitimam ſuper
bonis liberis,Conſuetudini non ſubiectis D.
Dianæ de Mari dulciſſimæ, ac meritiſſimæ
eius filiæ.

Et licèt actio exequutiua concedatur Le-
16 gatario pro legati conſequutione,vt per An-
dreol. cap.140.num.29. lib.2. controuerſ.&
tradit D.meus ſub num.18. attamen ſecun-
dùm alios præceptum Iudicis per interlo-
quutoriam exquiritur, vt per Menoch. de
adipiſc.poſſeſſ.rem.4.num.697. Borrell.in
ſumm.deciſ.tit.22.nu.17.lib.3.quod quidèm
17 idem eſt,nàm actio exequutiua duplici via
experitur,vel per liquidationem inſtrumen-
ti via Ritus M.C.V.vel per præceptum Iudi-
cis,ſummariè ordinando,quòd conuentus in
biduo ſoluat,aliàs exequatur, ad tradita per
D.Conſil.Carleual.lib.1.de iudic. tit.1.diſp.
2.quæſt.7.ſect.3.ſub num.913.& legatum fa-
18 ctum pauperibus in genere,intelligitur de
illis,qui ſunt de patria teſtatoris, vt probat
Andreol.lib.1.controuerſ. cap.5. num.3. &
19 cap.23.num.38. ſic paritèr legatum dicitur
pium,ſi ſit factum pro amore Dei,vel anima
teſtantis,vt tradit Ciarlin. lib.1. c.7. num.7.

*M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

## Ex non facto quandò hæreditatis aditio inducatur.

### SVMMARIVM.

1 *Tutor quamuis non adminiſtrauerit, alijs exiſtentibus non ſoluendo,tenetur in ſubſidium,& n.2.*
3 *Ex non facto aditio hæreditatis inducitur.*
*Sed contrarium, nu.7.*
*Limita,vbi hæreditas eſſet ſuſpecta,nu.8.*
4 *Delictum non præſumitur, vbi alia interpretatio ſumi poſſet.*
5 *Pater poſſidendo bona vxoris, filio infanti delata,cenſetur hæreditatem adiuiſſe.*
6 *Hæredes non conficientes inuentarium, tenentur inſolidum.*
7 Bart.in l.gerit,n.28.ff.de acquir.hæred. *impugnatur.*
*Declara,vt nu. 8. & 9.*
10 *Filius retinens bona hæreditaria, præſumptio-*

Digitized by Google

*ptionem aditionis non inducit.*
11 *Retentio datur filio poſſidenti, donec ſit facta liquidatio eius crediti.*
12 *Retentio datur pro credito abſq; hypotheca.*
13 *Deciſio cauſæ refertur.*

# Deciſio XIII.

PER ſententiam Curię Ciuitatis Troię fuit condemnatus Vincentius de Baldis ad reddendum computum adminiſtrationis tutelæ filiorum, & hæredum quondam Marcelli Sanſone; quamuis enim ipſe non adminiſtrauerit, ſed Pellegrinus, & Alexandra Giralda: Attamen cùm Tutores, qui adminiſtrauerunt, eſſent
1 non ſoluendo, fuit dictus de Baldis cõdemnatus in ſubſidium, iuxtà terminos *text. in l. 1. §. ſi curatoris, ff. de magiſtr. conueniend. & toto titul. C. ſi tutor, vel curator non geſſerit, Paul.* Montan. *tract. de iur. tut. & cur. c. 26. n. 64 & c. 39. n. 180. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 5. n. 8.*

Cùmq; poſteà cauſa eſſet introducta in Sacro Conſilio, dicebant filij, & hæredes prædicti Tutoris, quòd prædictis de Sanſone obſtabat exceptio, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, ad *textum in l. vendicantem, ff. de euiction. & in l. exceptione doli,* C. *eod. tit.* ex eo, quia cùm eſſet creditrix dicta Alexandra predictorum pupillorum in ducatis ſexcentum capitalis, vnà cum tertijs ad rationem ſeptem pro cẽtenario, quæ quidèm Alexandra abſquè dubio debebat ipſis de Sanſone reficere omnia damna; & ſi enim omnes Tutores, tàm qui adminiſtrauerunt, quàm illi, qui non adminiſtrauerunt, ſint pupillo inſolidum obligati, *l. tres tutores. ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutor. & ration. diſtrab. Fulgoſ. conſ. 177. & 283. & Boer. dec. 59.* attamen reſpectu ordinis primò conueniri debet is, qui adminiſtrauit, ſi ſit ido-
2 neus, & ſoluendo, *l. fin.* vbi *gloſ. C. ſi tut. vel curat. non geſſ.* & ideò ſoluendo Tutor, qui non adminiſtrauit, poteſt repetere ab eo, qui adminiſtrauit, & dùm bona prædictæ Tutricis erant pęnès ipſoſmet pupillos, dolo facerent, petere, quod ſtatim reſtituturi erãt; dicebatur etiam, quòd dùm ipſi pupilli erãt hæredes dictæ Alexandræ, eò ipſo, quòd pęnes ſe retinebant ipſius bona, fuit inducta
3 hæreditatis aditio, ex doctrina *Bartoli in l. gerit. num. 28. ff. de acquir. hæred. & in 10. quæſt.* ſeù *diſput.* incipien. *Debitor in diem,* vbi decidit, quòd etiam ex non facto adeuntis voluntas inducitur, & dat exemplum, quandò debitor in diem ſuccedens ſuo creditori, adueniente die non ſoluit illi, qui ſuccederet, ipſo repudiãte, ꝙ ex hoc aditio inducitur, ea ratione, quia aliàs eſſet in mora, quod eſt delictum, *l. quod te, ff. ſi cert. petat.*
4 *& l. qui ſine, ff. de regul. iur.* & ſic ad excluſionem delicti potius debet præſumi aditio, *l. meritò ff. pro ſocio,* hoc idem voluit *Bart. in conſ. 207. 1. volum.* incip. *quæſt. vertente inter Franciſcum Piccioli,* vbi loquitur de
5 patre poſſidente bona vxoris delata filio infanti; ex eo enim, quòd dotem non reſtituit, aditio hæreditatis inducitur, hoc idem ſenſit *Imola in d. l. gerit, num.* 10. quam opinionem magis communem eſſe, aſſerit *Alciat. conſ. 20. num. 3. lib. 9.* & veriorem eſſe, dixit *Natt. conſ. 74. num. 10. lib. 1.* & etiam diſputato articulo ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ. 44. num. 52. & 53. & concluſ. 51.* & veriſſimam hanc ſententiam appellat, articulo diſcuſſo *Fachin. controuerſ. iur. lib. 6. cap. 51.* per *tot. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 13.* & veriſſimam eſſe opinionem, tradit *Ioan. Bapt. Coſt. de portione rata, quæſt. 205. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 101. num. 88.* qui etiam alios *Doctores* cumulant, & ſic etiam *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 14. n. 45.* Cùmq; prædi-
6 cti filij Alexandræ inuentarium non confecerint, tenentur, nedùm pro dictis duc. 600. ſed inſolidum, ad *text. in l. fin. §. etſi præfatam, C. de iur. delib.*

Sed hæc *Bartoli* ſententia impugnatur à
7 *Bald. in l. ſi certis annis, num. 22. C. de pact. & in l. cùm antiquioribus, num. 1. C. de iur. deliber. in l. non hoc, C. vndè legit. & in l. dos à patre, C. ſolut. matrimon. & in l. 1. num. 40. C. qui admitt.* & alijs in locis, & eum ſequuntur *Alexander, & Decius in d. l. non hoc, C. vndè legitim. & Salycet. in d. l. cùm antiquioribus, num. 3. C. de iur. deliber. Aretin. in d. l. gerit, num. 20. & 21. ff. de acquir. hæred. Imol. ibidem, nu. 14. & in l. recuſare, ff. eod. Menoch. d. præſumpt. 101. num. 89.* & latiſſimè, diſcuſſo articulo idem *Aretin.* conſuluit in *conſ. 160. num. 4. & conſ. 161. Andr. Barbat. conſ. 5. vol. 3. Corn. in d. l. non hoc, & in conſ. 321. num. 3. volum. 1.* vbi etiam inter alias rationes ponderat, quia hodiè debitores rarò ſoluunt in tempore, niſi fuerint à creditoribus requiſiti, immò etiam requiſiti, ſolutionem differunt, & experientia docet, quòd nedùm requiſiti non ſoluunt, ſed cum maxima difficultate, captis pignoribus adhùc ſolutiones negant, vel differunt, & hanc opinionem, contrà *Bartolum* eſſe veriorem, dixerunt *Dec. in d. l. non hoc, nu. 12.* & ſic etiam *Zaſius in l. etſi contra tabulas, in fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* quod etiam pluribus *Doctorum* authoritatibus confirmat *Menoch. conſ. 121. num. 84. volum. 2. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 23.* & licèt *lib. 4. præſumpt. 101. num. 88.* dixerit, opinionem *Bar-*

poli eſſe magis receptam, quia alias allegat rationes, ideò non repeto, cùm diffusè à prędictis *Doctor.* afferantur, & ſic articulus videbatur pro vtraq; parte ſatis dubius.

Verùm dicebatur pro parte prædictorum de Sanſone, quòd etiam admiſſa pro nunc opinione *Bartoli*, adhùc debet procedere in caſu ſuo, & ideò plures caſus conſiderantur pro conciliatione opinionum à *Mantica de coniectur. vltim. volunt. d. lib.* 12. *tit.* 13. & nouiſſimè à *Franciſc. Barry in tract. de ſucceſſ. teſt. & inteſt. lib.* 11. *tit.* 5. inter alios autem caſus, in quibus opinio *Bartoli* limita-
8 tur, eſt, quandò hæreditas eſt ſuſpecta, vt fundat *Mantica in loco* citato, *num.* 15. & *eod. lib.* 12. *tit.* 9. *Alciat. d. conſ.* 20. *lib.* 9. *Magon. dec. Florent.* 148. *num.* 11. non enim ſic de facili eſt præſumendum, quòd quis ſe voluerit litibus, & oneribus implicare, quod etiam placuit *Fachin. controu. iur. lib.* 6. *c.* 51. *lit. C.* nàm in iſto caſu in dubio ſtari debet eius delarationi; ex ipſa enim ſola mora in non ſoluendo, aditionem non præſumi, voluit *Franciſc. de Barry vbi ſuprà*, ſub *num.* 2. quod ſecus tamen eſſet in caſu, quando maritus ab vxore inſtitutus, dotem retineret, quæ conſiſteret in rebus immobilibus, quorum fructus perciperet, *Menoch. d. præſumpt.* 101. *lib.* 4. *num.* 87. & Mantica *vbi ſuprà*, dicebatur etiam, quòd iſta præſumptio aditionis conſiderata per *Bartolum* eſt, vt in fauorem filiorum aditio hæreditatis præſu-
9 matur, non autem ad beneficium creditorum, vt poſt *Mantic. Gomeſ. Simon. de Prat. Menoch. & Alexand.* reſoluit idem *Franciſc. de Barry in loco* proximè citato, *in fin.* Tertiò dicebatur, quòd *Doctores* conſiderant, quandò adfuit longa mora annorum decem, quæ in dicta cauſa non poterat conſiderari, etiam quia erant pupilli. Et demùm ponderabatur, quòd ceſſabat omnis ſcrupulus, quia iſti pupilli erant creditores eiuſdem Alexandræ, ex cauſa adminiſtrationis prædictæ tutelæ, quo caſu ex retentione bonorum
10 hæreditariorum non inducitur præſumptio aditionis hæreditatis, nàm præſumitur, illa bona retinere eo titulo, quo ſibi vtilior eſt. Quotieſcunquè enim retentio poteſt fieri citrà ius, & nomen hæredis, poteſt quis non ſoluere, vt habetur ex deciſione Rotæ Roman. per *Caualer. dec.* 504. *num.* 6. vel poteſt habere aliam cauſam retinendi, vt ex deciſ. Rotæ *Ludouiſij dec.* 460. *num.* 6. quod probatur ex *l. pro hærede*, §. *Papinianus, ff. de acquir. hæred. & l. ſi pupillus*, §. *fin. eod. tit. Alexan. & Decin d. l. non hoc, C. vndè legit.* ybi latè de materia, quod pluribus rationibus, & authoritatibus comprobat *Maſcard. concluſ.* 45. *num.* 29. cum *ſequent.* & in caſu, de quo agebatur, dicebant illi de Sanſone, potuiſſe retinere creditum, etiam ex cauſa debiti adminiſtrationis prædictæ tutelæ, & in computo dando per dictos de Baldis eis bonificare in quantitate prædicta, eamq; re-
11 tinere; datur enim retentio filio poſſidenti, donec ſit facta liquidatio eius crediti, *Bald. conſ.* 171. *verſ. ſi mulier, & filij, lib.* 1. & alij allegati per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 731. *num.* 22. Prætendebant etiam, eſſe creditores pro alimentis præſtitis cum matre, pro-
12 ùt probauerunt per teſtes, & retentionem dari etiam pro credito abſquè hypotheca, habetur ex *text. in l. vnica, C. etiam ob chyrographar. pecun. Surd conſ.* 7. *num.* 22. *lib.* 1. *Neguſ. de pignor. p.* 3. *memb.* 1. *num.* 17. idem *Surd. deciſ.* 46. & *Ludouiſ. dec.* 254. Et pro-
13 pterea die 9. Iunij 1634. iunctis Reg. Conſiliar. duarum Aularum, ad relationem Reg. Conſil. D. Flaminij de Conſtantio, viri Patritij nobiliſſimi, integerrimi, ac doctiſſimi fuit deciſum, prædictam exceptionem non obſtare, & confirmatum decretum primo loco latum, penès Carbonum Act. Mag. S. C.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XIII.

### SVMMARIVM.

1 *Tutor, & omnis, qui adminiſtrauit bona alterius, rationes reddere tenetur, etiam non requiſitus, n.* 2.

3 *Tutor quilibet inſolidum adminiſtrare poteſt, limita, ſi ſit datus cum alijs coniunctim, non diuiſim, tunc enim ſolus adminiſtrare nequit. num.* 4. & *hoc caſu nō tenetur pro culpis, & defectibus alterius, num.* 6.

5 *Tutores dati coniunctim, vbi diſcordant, debent adire Iudicem pro determinatione, & vbi ſimpliciter dati ſunt, cenſentur cōſtituti inſolidum, & diuiſim, n.* 7.

8 *Tutores, qui non omnes adminiſtrauerunt, tenentur inſolidum, etiam pro alio, tantò magis, ſi ille non ſit ſoluendo, num.* 9. & *ſufficit, quòd ſit ſoluendo tempore finita tutelæ, licèt antequàm conueniatur ad reddendum computa per adultum, efficiatur non ſoluendo, n.* 10.

11 *Tutor, qui vult ſe eximere à parte contutoris non ſoluendo, debet probare illum fuiſſe ſoluendo tempore finita tutelæ.*

12 *Rationes tutelæ ſemel diſpunctæ, iterùm reuideri non debent.*

13 *Error calculi licèt allegari poſſit poſt diſpunctas rationes, non tamen hoc habet locum, ſi ſuper dicta redditione computorum fuit iudicatum, num.* 14. & *ità deciſum adducitur, nu.* 18.

15 *Sen-*

Digitized by Google

15 *Sententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, non debet reſcindi propter calculum malè ſummatum.*

16 *Sententia continens errorem calculi, abſquè appellatione eſt reſcindenda, intellige, vt num. 17.*

Text. in l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. *declaratur, d. n. 16.*

19 *Aditio hæreditatis ſolo animo fit, & ex quibus actibus inducatur, n. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*

20 *Animus adeundi in extraneis hæredibus conſtare debet per actus poſitiuos, & eſt quid occultum, ac latens, & non poteſt percipi, niſi per extrinſeca, n. 21.*

21 *Extrinſeca vel verbis, vel facto exprimuntur.*

*Voluntas hominis cognoſcitur vel verbis, vel facto, ibid.*

1 TVtor, omniſq; qui aliena negotia gerit, tenetur ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, vt ex iuribus, & *DD.* probant *Muta dec. 32. n. 1. D.*
2 *Gallus conſ. 83. num. 3.* etiam ſi non fuerit requiſitus, ex traditis per *Marcell. Conuerſ. de tutel. tit. de attil. tutor. §. 2. num. 20.* & licèt re-
3 gularitèr quilibet tutor habeat officium inſolidū. *l. fin. C. de auct. præſt. l. 1. C. ſi ex plur. tutor.* cum alijs adductis per *Cancer. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. de tutor. num. 16.* hæc ta-
4 men concluſio limitatur; quandò tutores ſunt dati coniunctim, & non diuiſim, tunc enim vnus ſine alio agere non poteſt, *l. Titiū in princ.* vbi *DD. ff. de admin. tut. Muta dec. 33. nu. 15. & ſeq. Cancer. d. nu. 16.* vbi quòd
5 tutoribus diſcordantibus recurrendum eſt ad Iudicem, vt pro vtilitate pupilli decernat, argumento *l. vtilitatē, ff. de confir. tut. Spec. de tutor. §. fin. num. 19.* & hoc caſu, quandò
6 ſunt dati coniunctim, vnus non tenetur pro culpis, & defectibus alterius; vt tradit *Muta d. dec. 32. num. 2. & ſeq.* ſed quilibet pro rata, & facto proprio, *Viſcont. in concluſ. iur. verb. tutor, in fin.* vbi allegat *Marant. conſ. 110. & Maſtr. deciſ. 42.* poſt *Mut.* vbi ſuprà, *nu. 5. & ſeq.*
7 Sed quandò ſunt dati plures tutores, in dubio cenſentur conſtituti inſolidum, & ſic diuiſim, non coniunctim, vt habemus ex *Muta d. deciſ. 32. num. 13. & 14.* & quandò
8 non omnes adminiſtrant, tenentur inſolidū, etiam pro adminiſtratis per alium, vt per D. meum *hic num. 1. in fin.* & habetur per *In-*
9 *trigl. dec. 10. nu. 15.* tantò magis, quandò alter non eſt ſoluendo, vt *ibi* probat, & habetur per D. meum *d. num. 1. in princip.* quibus addo *Cancer. loc. citat. num. 35.* ſed vbi
10 aliquis ex tutoribus, qui adminiſtrarunt, finita tutela fit ſoluendo, & poſteà priuſquàm adultus petat rationes, efficiatur non ſoluendo, cęteri contutores non tenentur pro eius parte, ſed morę adulti imputatur, *l. 1. C. de diuiſ. tutel. l. tutores, qui poſt, §. tutoribus, ff. de adminiſtr. tutor.* tutor autem, qui vult
11 ſe eximere à parte alterius contutoris effecti nō ſoluendo, debet probare, dictum contutorem finita tutela fuiſſe ſoluendo, ità egregiè probat *Cancer.* vbi ſuprà, *num. 45.*
12 Hinc etiam ſcias, quòd rationes tutelæ ſemel diſpunctæ, iterùm reuideri non debent, *l. ſemel, C. de apoc. public. lib. 10. Auendan. de exeq. mandat. par. 1. cap. 9. nu. 2.* & licèt poſt
13 redditas legitimè rationes poſſit allegari error calculi, *l. 1. C. de error. calcul.* hoc tamen
14 fallit, quandò ſuper computorum redditione iàm fuit iudicatum, nàm propter authoritatem rei iudicatæ nec etiam de errore calculi dici poteſt, vt clarè habetur in *d. l. 1.* ibi, *ſi res iudicatæ non ſunt,* & probatur etiā in *l. 2. C. de re iudic.* cuius verba ſunt, videlicèt. *Res iudicata ſi ſub prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis,*
15 ideóq; *Caſtr. text.* prædictum ità ſummat, *propter calculum malè ſummatum non debet reſcindi ſententia, quæ in rem iudicatam*
16 *tranſiuit.* Nec obſtat *text. in l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind.* vbi ſententia con-
17 tinens errorem calculi, abſquè appellatione eſt reſcindenda, ſiquidèm *text.* prædictus procedit, quando error calculi eſt expreſſus in ſententia, ſecùs verò ſi nulla fuit facta computatio in ſententia, quia tunc ſub prætextu erroris calculi reſcindi non debet, vt patet ex verbis in *d. §. 1.* ibi, *ſi calculi error in ſententia eſſe dicatur, appellare non eſt neceſſe, &c.* & probat etiam *gloſ. in d. l. 1. C. de error. calcul. & in d. l. 2. C. de re iudic.* & rationem diuerſitatis inter vtrumq; caſum aſſignat *Barz. dec. 33. nu. 6.* Hìnc cùm fuiſſent præſentata computa, ac illa viſa de mandato M. C. tutelæ adminiſtratæ per Medicū Seba-
18 ſtianum Zambarellum Ianuarij, & Aloyſij Amatruda; cùm fuiſſet repertus creditor di-
* ctus Sebaſtianus in duc. 439. pro exitu ſuperante introitum, fuerunt prædicti de Amatruda condemnati per dictam M. C. ad ſoluendum dictos duc. 439. illiſq; ſolutis fuit inſtatum pro reuiſione computorum, ſub prætextu erroris calculi, tandèm per M. C. ſub die 18. Nouembris 1634. fuit declaratum, obſtare exceptionem rei iudicatæ, ad relationem D. Iudicis Io. Baptiſtæ Muſcettulæ, nunc Reg. Conſil. lepidiſſimi, ac meritiſſimi, in Banca Seraphini.

Sed verum eſt, quòd ſi tutor obtinuerit quietationem adminiſtrationis tutelæ adminiſtratæ, & appareret, rationes rei veritatę nō fuiſſe redditas, vel nō ritè, tunc iterū cogi poterit tutor ad rationes reddendas, & ità
* fuit per S. C. determinatum in cauſa Pauli Coſciatæ cum hęredibus Saluatoris Coſcia-

tæ, confirmando ſententiam Regiæ Audientiæ Aprutinæ, per quam fuerat confirmata ſententia Curię Ciuitatis Aquilæ, ad relationem D. Conſil. Iacobi de Franchis, in Banca Galterij, hodiè de Litto, vbi non erat confectus liber rationum, quo caſu tutor tenetur ad intereſſe declarandum per iuramentum in litem, *DD. in l. tutor, qui repertoriũ, ff. de admin. tutor.*

Quò verò ad aditionem hæreditatis, ex quibus illa præſumatur, egit D. meus *decis. 8. nu. 2. 3. 15. & 16.* & *hic* à *nu. 3.* per *tot. n. 10.*

19 ego tamen obſeruo, quòd aditio ſola animi deliberatione acquiritur, vt per D. meum *d. dec. 8. n. 2.* & *dec. 137. n. 27. lib. 2.* etiã q̃ nihil hæreditatis attingatur, *D. Merlin. cent. 1. controu. forenſ. c. 89. n. 11.* & quandò ſumus
20 in extraneis hæredibus, de hoc animo cõſtare debet per actus poſitiuos, ad tradita per *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99.* à *n. 6.* ad *fin.* ſequitur *D. Thor. vot. 70. nu. 20.*
21 cùm enim animus ſit quid occultum, & latens, non poteſt percipi, niſi per extrinſeca *l. quidam ſuo, ff. de cond. inſtit. D. Franc. de Petr. conſ. 59. n. 2. verſ. animi autem*, quæ ex-
22 trinſeca, vel verbis, vel factis cognoſcuntur, nàm iſtis modis poteſt voluntas hominis declarari, *l. reprehẽdenda, C. de inſtit. & ſubſtit. D. Merlin. vbi ſup. d. nu. 9.* Hinc primus
23 actus poſitiuus eſt, ſi hæres inſtitutus in ſcriptis inſtet, declarari hæredem in M. C. V. tunc enim adijſſe cenſetur *l. ſi filius 12. ff. de interrog. act.* D *Borrell. conſ. 57. nu. 2.* & ſuffi-
24 cit, ſi procuratorem conſtituat ad adeũdam hæreditatem, nàm ex tali conſtitutione procuratoris cenſetur adita hæreditas, *Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 101. num. 26. D. Borrell. d. conſ. 57. n. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 94.*
25 ſic etiam, quandò quis in aliqua ſcriptura nominet ſe hęredem, tunc enim etiam, quòd non ſit expeditum decretum præambuli, cẽſetur adita hæreditas, vt probat, & deciſum refert *D. Thorus tom. 3. Compend. deciſ. verb. hæres confitendo, colum. 2. ſect. 1. fol. 503.* ſe-
26 cundus actus, eſt retentio bonorum; tunc enim ex tali retentione hæreditas quoquè adita iudicatur, vt probat D. meus *hic, nu. 3.* poſt *Marantam in l. is poteſt, num. 57. ff. de acquirend. hæredit.* tertius actus, eſt exactio
27 nominis debitoris hæreditatis, *l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquirend. hæreditat. Menoch. d. præſumpt. 101. num. 18. Niger Ciriac. controu. 244. num. 12. lib. 2.* & hoc caſu
28 ſufficit, quòd quis conſtituat procuratorem ad exigendum bona hæreditaria, *Maranta obi ſupr. num. 49. Rota Genuæ decis. 105.*
29 *D. Borrell. d. num. 1.* vel ſi procurator ſit conſtitutus ad vendendum bona hæreditatis, *l. pro hærede, l. proindè, ibi, res tempore perituras* à contrario ſenſu, & *l. ſi quis bona. §. ſed ſi mandauit, ff. de acquirend. hæredit. Verall. dec. 26. par. 2. D. de Franch. dec. 80. nu. 1.*
30 quartus actus, eſt ſolutio debiti hæreditarij, *l. 2. C. de iur. delib. Farinac.* qui ſic deciſum teſtatur *deciſ. 638. num. 5. par. 2. Ludouiſ. decis. 98. num. 5. Surd. dec. 303. num. 16. Magon. dec. Lucenſ. 24. num. 20. & dec. Flo-*
31 *rent. 34. num. 5.* quod procedit etiam per ſolutionem legatorum teſtatoris, *Seraph. dec. 1407. n. 4. Coccin. dec. 168. n. 1.*

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Teſtamentum an dicatur nullum, ex eo, quòd pater inſtituit filios naſcituros ex filio, quem naturalem appellauit. Et an reſpectu eorum habeat locum *text. in l. fin. C. de edict. Diui Hadriani tollend.* Et quandò filius ortus ex coitu illegitimo dicatur ſpurius, vel naturalis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Immiſſio hæredi ſcripto concedi debet.*
2 *Naturalis inſtitui poteſt, non exiſtentibus legitimis, & naturalibus.*
3 *Spurius potiùs, quàm naturalis præſumitur, quàmuis naturalis à patre appelletur, & nu. 4.*
*Intellige, vt n. 5.*
*Sed contrarium, n. 6. & 11.*
*Limita, vbi pater vti naturalem eum inſtituat, nu. 20.*
*Maximè de iure Canonico, n. 7.*
8 *Natus ex virgine, vel vidua dicitur ex ſtupro ortus.*
9 *Concubinatus qualitèr cõtrahatur, & quomodò conſtituatur, n. 10.*
12 *Naturalis, ad hoc, vt talis dicatur, ſufficit, vt oriatur ex illis, cum quibus matrimonium conſiſtere poſſit, attento iure Canonico.*
13 *Adminiſtratoribus hæreditarijs immiſſio abſq; Iudicis decreto non conceditur.*
*Præſertim, vbi de inualiditate teſtamenti, & hæredis inſtitutionis dubitatur, n. 14.*
15 *Filio ſpurio hæredi inſtituto immiſſio non conceditur, quamuis pater eum naturalem, vel legitimum appellaſſet.*
*Limita, vbi de legitimatione conſtaret, quæ* 



Digitized by Google

*nis contra eum aliquid opponeretur, n. 16.*
17 *Dubietas iuris æquiparatur dubio facti.*
18 *Confeſſio patris filium eſſe naturalem, non probat illum eſſe talem.*
*Amplia, vt potius ſpurius præſumatur, n. 19.*
21 *Martius non præſumitur mortuus, niſi probetur.*
22 *Mors an, & quandò probetur ex fide libri Congregationis, & nu. ſeq.*
24 *Filius ortus ex vidua, non præcedente proteſtatione, dicitur ſpurius, & nu. 25.*
26 *Stuprum purgatur per diuturnam habitationem.*
27 *Diuturnitas temporis, peccatum non minuit.*
28 *Filÿ legitimi, & naturales ex filio ſpurio inſtitui poſſunt.*
*Limita, ſi fieret in fraudem, n. 29.*
30 *Nepos in dubio præſumitur contemplatione filÿ inſtitutus.*
31 *In non natis nulla cadit affectio.*
32 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XIV.

DEceſſit Hieronymus de Falco, nullis
relictis liberis legitimis, & naturali-
bus, ſed tantùm Franciſco Innocen-
tio Antonio eius filio, quem in teſta-
mento vocauit naturalem, natum ex eo, &
Iulia Marrao, quam aſſeruit per nonnullos
annos domi retinuiſſe, & ideò in dicto teſta-
mento inſtituit filios naſcituros ex dicto
eius filio, quibus abſquè filijs decedentibus
aliquas fecit ſubſtitutiones, & voluit prædi-
ctum eius filium eſſe legitimandum, eiquè
fructus dictæ hæreditatis, cùm ad ætatem
peruenerit perfectam legauit, aliaquè legata
ad eius beneficium reliquit; Cùmq; compa-
ruiſſent in Sacro Conſilio Martia de Falco
eius ſoror vtrinquè coniuncta, & Hierony-
ma Vitalis ex alia ſorore neptis, & obtinuiſ-
ſent ſolitum decretum, quòd Magna Curia
Vicariæ non procedat ad interpoſitionem
decreti præambuli, inconſultò Sacro Conſi-
lio, ſeù cauſæ Commiſſario, quod ſolet fieri
abſquè Partis citatione, comparuerunt Exe-
cutores teſtamenti, quibus etiam erat reli-
cta adminiſtratio prædictorum bonorum, &
præſentando teſtamentum prædictum, non
abolitum, nec cancellatum, inſtiterunt, tolli
inhibitionem Magnæ Curiæ Vicariæ factam,
ad hoc, vt poſſet interponere decretum præ-
ambuli; habet enim hæres ſcriptus intentio-
nem fundatam ex ipſo teſtamento, ad finem
1 adipiſcendi hæreditatem defuncti, ex diſpo-
ſitione *text. in l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian.
tollend.* & ſufficit hæredis inſtitutio in teſta-
mento, *Salycet. ibidem, num. 29.* vbi etiam
*Corneus,* ſub *num. 24.* quod quidèm reme-
dium eſt fauorabile, *Menoch. de adipiſcend.
remed. 4. num. 38.* publicè enim intereſt, de-
functorum voluntates quamprimum ſuum
effectum ſortiri, *l. vel negare, ff. quemadmod.
teſtam. aper. l. fin. in fin. C. comm. de legat.*

Pro ſorore verò, & nepte dicebatur, nullo
modò poſſe expediri decretum præambuli
ex teſtamento, quoniam ipſæ erant hæredes
declarandæ ab inteſtato, nulla habita ratio-
ne prædicti teſtamenti, in quo ex eius lectura
2 apparebat, fuiſſe inſtitutum incapacem, quã-
uis enim filius naturalis poſſit hæres inſti-
tui, quandò teſtator non habet filios legiti-
mos, & naturales, *l. 1. & fin. C. de natur. liber.*
Attamen in caſu noſtro conſtabat ex lectu-
ra, & facie teſtamenti, prędictum Franciſcum
Innocentium Antonium non eſſe de legiti-
mo matrimonio natum, pater enim, illum fi-
lium naturalem appellat, & ſic clarè apparet,
ortum fuiſſe ex coitu illegitimo, & eò ipsò,
quòd conſtat ex lectura teſtamenti, non eſſe
3 legitimum, præſumendum eſt in dubio, eſſe
ſpurium, non naturalem, vt habetur ex *gloſ.
penul. in cap. lator, qui fil. ſint legitim. Bald. in
l. 3. in princ. ff. de liber. & poſthum.* vbi etiam
*Paul. de Caſtr. & Alexand.* optimè *Alciat.
in conſil. 53. & 51. lib. 5.* vbi loquitur in eo
4 caſu, in quo pater filium vocauit naturalem,
& in *regul. 2. præſumpt. 5. Cardinal. Paleot.
de not. & ſpur. cap. 20. num. 8. Maſcard. de
probation. concluſ. 799. num. 3. Honded. conſ.
68. num. 8. lib. 1. Natta conſ. 421. num. 8. &*
10. vbi plenè contrarijs ſatisfacit, *Gozadin.
conſ. 21.* vbi loquitur etiam in caſu, quo pa-
ter filium naturalem vocat, latè *Menoch. in
conſ. 66. num. 12 & de præſumpt. lib. 6. præ-
ſumpt. 54.* vbi hanc opinionem firmat, quan-
5 dò conſtat, eſſe ex illegitimo coitu natum,
ſecus tamen, quando ex teſtamento non
conſtaret, & eſſet in poſſeſſione, & hanc opi-
nionem fundat etiam *Peregrin. de fideicom-
miſſ. art. 22 num. 90. & de iure Fiſci, lib. 3. tit.*
18. *num. 22.* licèt, quòd præſumatur natura-
6 lis, & non ſpurius, tenuerunt *Crauett. conſil.*
166. *Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 10. nu. 37.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 6. tit.*
11. *num. 33.* & hanc opinionem tanquàm
benigniorem, & æquiorem amplectitur *Fa-
chin. controuer. iur. lib. 3. cap 43. Polyd. Rip.
obſeru. 390.* qui *deciſionem Rot. Roman. 808.
part. 1.* affert, *Barry de ſucceſſ. lib. 1. tit. 8. nu.*
11. vbi dicit, quòd quamuis prima opinio
poſſit eſſe vera de iure ciuili, quia hoc iure
multa requiruntur ad concubinatum; atta-
men, quòd iſta eſt tenenda de generali con-
ſuetudine, & ab ea non recedendum in iudi-
cando, & conſulendo, & communem, & ma-
gis communem eſſe, teſtatur *Merlin. de le-
gitima, lib. 1. tit. 2. quæſt. 5. num. 40.* licèt ſe-
7 cus teneat de iure Canonico, & quandò
poſſidet.

Pri-

Digitized by Google

Prima opinio corroboratur, quia mulier, 8 cum qua commercium habuit teſtator, præſumitur virgo, ad *textum in cap. 1. extra de adulter. Albenſ. conſ. 37. & 692.* & propterea partus exinde natus, præſumitur, ex ſtupro ortus; *l. inter liberos, §. ſtuprum, & l. ſtuprũ, §. adulterium, ff. ad leg. Iuliam, de adult.* idem eſt in vidua, *Petr. Placen. de fideicomm. q. 11. num. 213.* Inſupèr concubinatus non 9 poteſt contrahi cum ea, cum qua ſtuprum committitur; *l. 1. §. cum Atilicino, ff. de concubin.* niſi inter eos proteſtatio præceſſerit, vt habetur in dicta *l. in concubinatu, & ibi gloſ. Ludouic. de Sardis in tract. de legitim. tit. de concubin. Grammat. in vot. 4. cauſ. criminal. num. 16. & 17.* & idem eſt in vidua, nàm tàm in virgine, quàm in vidua requiritur animi declaratio, *l. inter, §. ex l. Iulia, ff. de adulter. & l. inter, ff. de verbor. ſignific.* quod etiam, alijs rationibus comprobat *Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 18.* ſub *num. 5.* multa enim deſiderantur, ad hoc, vt concubinatus 10 conſtituatur, non enim ſufficit, vt ſint tales, cum quibus contrahi poſſit matrimonium, ſed quòd vnica ſit mulier, item, quòd ſit domi retenta in ſchemate concubinatus, & ità publicè retenta, & ſicut propria vxor dilecta, & tractata, cum proteſtatione ad liberos ſuſcipiendos, *Bermond.* C*boueronius in tract. de public. concub. in verb. concubinam dimittat, Lucas de Penna in l. cohortales, C. de cohortal. lib. 12. Paleoth. de noth. & ſpur. cap. 12. nu. 3. Peregr. de iure fiſci, d. lib. 3. tit. 18. num. 5.* cum *ſeqq.* ità vt ſi altera ex dictis conditionibus deficiat, nec concubina dici poteſt, nec ex ea orti poſſunt filij naturales appellari, vt ex *Bermond. Paleoth.* & alijs firmat Marta *de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 16. art. 1. num 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit. 11. lib. 11. num. 22.* qui addit, vt ſtet vice vxoris in eadem menſa, & in eodem lecto, non vt ancilla.

Verùm pro ſecunda opinione facit, quòd 11 in dubio ad excluſionẽ delicti potiùs præſumi debet naturalis, vt probat Mantica *de coniect. vltim. volunt. d. lib. 6. tit. 11. n. 33. & Farbin. controu. iur. lib. 3. c. 43. Polydor. Ripa d. obſeru. 390.* & alij ſuprà citati. Dicitur ſecundò, quòd hodiè non eſt ampliùs in 12 vſu concubinatus, & ideò quamuis de iure ciuili requiſita ſuprà narrata deſiderantur, tamen de iure Canonico ſufficit, vt filius naſcatur ex eis, cum quibus poteſt matrimonium conſiſtere, ad hoc, vt naturalis dicatur, vt dicunt *Mantic. d. lib. 11. tit. 9. num. 22. Craſſ. in §. inſtitutio, quæſt. 7. n. 7. de teſtam.* qui dicunt, hoc eſſe de conſuetudine approbatum, & proindè, non eſſe recedendum ab ea, *Didac. Spin. in ſpec. teſtam. tit. de filijs legitimis, n. 117. Surd. de alim. q. 9. tit. 1.*

Et ſic apparet, quòd pro vtraq; parte ſunt authoritates DD. & valida fundamenta, in qua iuris ambiguitate cùm eſſet prouidendum, ſi erat expediendum decretum præambuli, quod deſumitur ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian. toll.* dubitauimus valdè, ſi abſq; termino poterat concedi immiſſio, quamuis enim pro parte Adminiſtratorum relictorum in dicto teſtamento prætendebatur, eſſe captam poſſeſſionem aliquorum bonorum, tamen de ea non fuit 13 habita aliqua ratio, non enim ità de facili conceditur immiſſio Adminiſtratori, abſq; quòd ſit per Iudicis officium declaratum, vt ex *Angel. Rol. Specul.* & alijs tradit *Argel. de acquir. poſſeſſ. q. 15. nu. 83.* maximè quandò 14 dubitatur de validitate teſtamenti, & hæredis inſtitutionis. Et reſpectu immiſſionis non concedi filio à patre naturali vocato, voluit *Goz. ad. d. conſ. 21.* ſub *num. 26.* Immò 15 filio ſpurio non concedi immiſſionem, quãuis pater eum legitimum appellaſſet, ex *Menoch. Pariſ. Lup.* & alijs probat *Baldax. Thomaſ. tract. 2. c. 23. num 477. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 758.* & alij per *Cæſar. Argel. de acquir. poſſeſſ. q. 3. art. 4. nu. 540.* cum pluribus *ſeqq.* quamuis dubitet, 16 quandò in promptu conſtet de legitimatione, & ſi contra eam aliquid opponatur, *Goz. ad. d. conſ. 21.* Inſupèr iſta opinionum altercatio inter *Doctores* reddit articulum iuris 17 valdè intricatum, & controuerſum, & dubietas iuris controuerſi æquiparatur dubio facti, *Put. dec. 233. num. 3. par. 3. Capyc. dec. 10. num. 19.* & ità deciſum in Rota Romana refert *Argel. de acquir. poſſ. q. 19. art. 5. nu. 133. Baldax. Thomaſ. tract 2. cap. 23. num. 477.* qui alios allegat.

Et quamuis, in caſu prędicto pater nominauerit filium naturalem, ortum ex Iulia Marrao, domi retenta, attamen cùm ſimus 18 in prohibitis, de dicta eius confeſſione nulla eſt habenda ratio, vt dicunt *Doctores*, pro iſta opinione ſuprà citati, & poſt *Bar.* & alios hoc optimè fundat *Surd. conſ. 177. num. 41. & Alciat. d. reſponſ. 51. num. 6.* iam ſuprà allegato, quod in alia impreſſione eſt 268. *Couarr. in Epitom. de ſponſal. cap. 8. §. 4. n. 2. Merlin. de legitim. d. lib. 1. tit. 2. quæſt. 5. n. 43. Menoch d. præſumpt. 54. num. 7. lib. 6.* qui dicit, potiùs ex iſta patris denominatione filij naturalis deſumi contrarium argumentum, cùm ex hoc conſtet, non eſſe ex legitimo 19 coitu natum, & proindè ſpurium eſſe præſumendum, vt probat *Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 10. num. 96.* qui licèt contrariam opinionem defendat, quòd in dubio præſumatur naturalis, & non ſpurius, tamen dictam 20 opinionem limitat, quandò pater filium inſtitueret tanquàm naturalem, eo enim caſu non ſtatur eius aſſertioni, ſed qualitas illa debet probari per inſtitutum, *Laderch. conſ.* 67.

Digitized by Google

67.n.11.Coſta tract.de fact.ſcient. & ignor. cent.1.diſt.17.n.12.& 13.Merlin. de legit.d. lib.1.tit.2.q.5.n.43.

Sed in caſu prædicto fuit producta fides matrimonij inter dictam Iuliam Marrao, & Fœlicem de Meſſere,& ſic dicebatur, quòd
21 nedùm erat filius ſpurius ex ea natus, ſed adulterinus,maritus enim adhùc præſumitur viuere,gloſ.in l.fin.C.de ſacroſanct.Eccl. & qui dicit,maritum eſſe mortuum,probare debet,l.2.§.ſi dubitetur,ff.quemadm.teſtam. aper. Nec de fide producta,de morte prædicti Fœlicis dicebatur probari mortem,quia
22 Parochus non teſtatur, fuiſſe Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum, proùt ſolitum eſt fieri, ſed perquiſitis libris Congregationis Sanctiſſimi Roſarij fidem facit,quòd inter alios Confrátres aderat ſcriptus dictus Fœlix, & reperitur additum,mortuus eſt,& Parochus, qui non teſtatur de geſtis per eum, neq; ſui prædeceſſoris ratione officij, nullam fidem facit, quia habetur, ac ſi eſſet particularis perſona,vt in Notario hoc tradiderunt Bar. & alij DD.in auth.ſi quis in aliquo, C. de edend.Maſcard.de probat.concl.1101. immò
23 ad hoc,vt mors probetur ex libris Plebanorum,ſeù Rectorum alicuius Eccleſiæ, oportet,vt reperiatur in libro,in illa Eccleſia fuiſſe ſepulturæ traditum, & quòd ſit conſuetudo,quòd dictis libris credatur, vel vbi non adeſt conſuetudo,poſſet credi, vbi agitur de modico præiudicio,ſecus verò, quando agitur de magno, Grauett.de antiquit.tempor. part.1.§.vidimus,num.1.Ioſeph Ludouic. concluſ.29.ampliat.24.& deciſ.Peruſ.12.nu. 17.par.1. Maſcard.de probat.concluſ.672. num.13.& 1077.num.4. Nicol.Genua de ſcript.priuat.lib.5.quæſt.2. Et dato, quòd mors Fœlicis eius viri eſſet probata, adhùc neceſſe erit fateri,eſſe viduam,cum qua etiā ſtuprum committitur, vt ſuprà diximus, & probat text.in l.inter liberos,§.ſtuprum, ff. ad l.Iul.de adult.Cagnol.in l.ſi qua illuſtris, C.ad Senat.Conſult.Orfician. & cum vidua
24 non poteſt concubinatus conſiſtere, niſi à principio interuenerit proteſtatio, l.in concubinatu,vbi gloſ.ff.de concub. l.1.§.cum Atilicino,vbi gloſ.ff.eod.tit. Bart.in l.pacta nouiſſima,in 2.lect.ſub nu.6. C.de pact. Napod.in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in verb.præterquàm,n.196.Gramm. vot.4.n.8. qua proteſtatione non præcedente filius ex
25 tali concubitu cum vidua ortus,dicitur ſpurius,Couarr.de ſucceſſ. ab inteſt. 2.part. cap. 8.num.17.verſ.adijciam, Peregr.de iur. Fiſci,lib.3.tit.18.num.5.& 20.Ludou.à Sardis de natur.liber.in tit.de concub.num.2. & illud,quod dicitur de coitu damnato punibili,vel non punibili,procedit reſpectu ſucceſſionis maternæ,non autèm paternæ, Natt. d.conſ.421.num.4.Alex.Trentacinq. var.reſolut.lib.1.reſol.2.de noth.& ſpur.n.17.

Et quamuis pro validitate teſtamenti di-
26 cebatur,in hoc caſu adeſſe diuturnam habitationem,per quam purgatur ſtuprum, vt dixit Peregr.de iure Fiſci,d.lib.3.tit.18.nu. 6.Ludou.de Sardis de concub.num.2. tamen replicabatur,quòd huic opinioni contradicunt ea,quæ diſponuntur à Summo Pontifice in cap.cùm haberet, de eo, qui duxit in vxor.eam,quam poll.per adult. cùm diutur-
27 nitas temporis peccatum non minuat, & multiplicitas prolis ſuſceptæ in dicto caſu crimen exageret, cap.non debet, de conſang. & affin.& quòd ſemper committitur ſtuprū, niſi præcedat proteſtatio, deciſum refert Gramm.vot.4.n.18.Menoch.de præſumpt.lib. 3.præſumpt.1.n.67.& conſ.199.n.49.

Ceterùm dicebatur,quòd in caſu, de quo agebatur non erat inſtitutus filius naturalis,
28 ſed filij ex eo naſcituri,& quòd poſſint inſtitui filij legitimi,& naturales nati ex filio ſpurio; habetur per Scribentes in l.Gallus, §. quòd ſi bis,ff.de lib.& poſthum. quando tamen legitimis,& naturalibus caret, Surd.de alimen.tit.5.q.7.n.24.Gamm.dec.Luſit.136. Barboſ.in l.1.p.4.ſub n.76. ff.ſolut. matrim. Graue. ad Gayl lib.2.q.115.n.1.

Verùm,hoc limitatur,dummodò non fiat
29 in fraudem inſtituendi prædictos nepotes contemplatione ipſius ſpurij,nam tunc quia relictum contemplatione alicuius,illi acquiritur,ex vulg.diſpoſitione tex.in l.ſed ſi plures,§.in arrogato,ff.de vulg. per indirectum veniret incapax inſtitutus, & ſic fieret fraus, l.1.& fin.C.de natur.liber.& poſt Couarr. & alios fundat Craſſ.de ſucceſſ. in §.inſtitutio, q.8.nu.2.Peregr.d.lib.3.tit.18.nu.48.de iure Fiſci,Gayl.lib.2.obſeru.115.num.8.vbi,quòd
30 in dubio præſumitur nepos inſtitutus contemplatione filij,Valent. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt.lib.6.cap.47.num.42. Menoch.lib. 4.præſumpt.96.num.19.Surd. de alim.d.tit. 5.q.7.num.25.

Euidentiſſima autem eſt coniectura,contemplatione filij ſpurij fuiſſe relictum,quan-
31 dò nepotes ex eo nondùm ſunt nati, nulla enim cum eis poteſt cadere affectio, Surd. conſ.177.num.43. & latiſſimè hanc opinionem defendit Auguſt.Berous q.127. per tot. Bonacin.de teſtam punct.3 num.3. & alij allegati per Thomaſ.in d.tract.2.c.23.ſub nu. 552.ex quibus rationibus reddebatur dùbitabilis iuſtitia vtriuſq; partis.

Facta igitur de prædictis relatione per me vti Commiſſarium in S.C. cum interuentu Domini Præſidis,fuit prouiſum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim
32 bona remanſa in hæreditate quondam Hieronymi de Falco ſequeſtrentur, verùm adminiſtratio dictorum bonorum detur Maſſimino Paſſero Reg.Curiæ Notario, qui ſe ob-

ob-

Digitized by Google

obliget, de deponendo fructus, & introitus in publico Banco, diſponendos, ordine S.C. ſiuè Magnif. cauſæ Commiſſarij, qui quidèm Maſſiminus erat vnus ex tribus Adminiſtratoribus relictis, & ità viſum fuit S.C. quia bona prædicta indigebant adminiſtratione, & dare illam omnibus tribus relictis in teſtamento, videbatur, quòd eſſet quodammodò diſpoſitionem approbare, & quamuis omnes tres Adminiſtratores eſſent perſonæ habiles, tamen fuit electa perſona Maſſimini, tanquàm magis Sacro Conſilio nota, die vltima Februarij 1635. in Banca Fabritij Sollatij, ſiuè de Mondellis, à quo decreto cũ fuiſſet reclamatum pro parte aſſerti teſtamenti Executorum, & obtentum, verbum fieri in S.C. per viam reſtitutionis in integrum, cùmque fuiſſet ordinatum per S.E. & Collaterale Conſilium, eſſe decidendam iunctis Reg. Conſiliarijs duarum Aularum; die 7. menſis Nouembr. 1636. ad mei relationem, iunctis Aulis fuit determinatum, nõ eſſe deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte dictorum Executorum.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Immiſſio vigore* l.fin.C.de edict.Diu.Hadr. toll. *coràm quo Iudice ſit petenda, & conceditur filio legitimato, n. 19.*
*Iudex competens in iudicio petitionis hæreditatis, eſt illius loci, vbi maior pars bonorum adeſt, ibid.*
3 *Iudicium petitionis hæreditatis, vbi fieri debeat, & num. 12. & 13.*
4 *Conuentus in loco domicilij non habet, nec poteſt opponere, eſſe conueniendum alibi, vbi maior pars bonorum ſita eſt.*
5 *Agens vigore immiſſionis, vel petitionis hæreditatis, quæ probare debeat.*
6 *Iudiciũ ibi fieri debet, vbi actor bona adeſſe proponit.*
7 *Actio realis proponi debet in loco rei ſitæ.*
8 Text. in l. ſi fideicommiſſum 50. ff. de iudic. *quandò procedat.*
9 *Reſtitutio vniuerſalis vbi agi debeat, et n. 10.*
11 *Domicilium habitationis attenditur, ad finem ſortiendi forum.*
14 *Clericus habens licentiam à S.P. teſtandi, vel donandi, non poteſt donare concubinæ, & nu. 19. nec in teſtamento legare poteſt, nec donare, n. 15. & 17.*
16 Capyc. dec. 102. in fin. *reprehendit* Roman. conſ. 179. col. 1.
18 *Meretrices vti impudicæ cogitant de quæſtu, & corpora eorum conducunt.*
20 *Dos, & antephatum an reſtituantur vxori, ob concubinatum, & adulterium per virum commiſſum, & n. 21. vbi deciſio.*
22 *Immiſſio vigore* l.fin.C.de edict. Diu.Hadr. toll. *an concedatur Adminiſtratoribus hæreditatis, nu. 23. & an Exequutoribus teſtamenti, n. 24.*
25 *Teſtamentum non dicitur nullum, vbi teſtator nullum inſtituit hæredem, ſed omnia eius bona voluit per Executores teſtamenti implicari in Collegio per ipſum in vita erecto.*

1 INter alia in hac deciſione, agitur *num. 1.* de immiſſione vigore *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. toll.* ideòque quæro, coràm quo Iudice immiſſio ſit petenda, & videtur dicendum, quòd Iudex competens in iudicio petitionis hæreditatis ſit illius loci, vbi maior pars bonorum hæreditariorum adeſt, *l. ſi fideicommiſſum* 50. *ff. de iudic.* ſed
2 contrarium verius puto, quia vel iudicium eſt immiſſionis, & debet fieri in loco, vbi res
3 ſitæ ſunt, in quorum poſſeſſionem actor petit immitti, aut eſt petitionis hæreditatis, & eſt agitandum in loco, vbi bona hæreditaria, quæ petuntur, ſunt; aut in domicilio conuẽti, vt expreſsè deciſum habemus in *l. vnica, C. vbi de hæred. aga.* vbi ſic expreſsè reaſſumit *Salyc.* & optimè *Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſ. c. 19. n. 91.* immò quandò quis
4 conuenitur in loco, vbi habet domicilium, non habet, nec poteſt ſe tueri exceptione, quòd maior pars bonorum hæreditatis ſit alibi, vt optimè *Barboſa* tradit in *l. hæres abſens, in princ. ff. de iudic.* vbi latiſſimè de hac
5 materia, nec eſt neceſſe probare, quòd bona petita ſint hæreditaria; ſufficit enim, quòd proponantur in ſupplicatione, licèt in ſpecie non deſcribantur, & in exequutione ſententiæ deindè iuſtificabuntur, eſſe hæreditaria, vt optimè poſt alios probat *Alexan. conſ.* 101. ſub *num. 9. verſ. nec etiam, volum. 5. Perſonal. vbi ſuprà, num. 89. Duran. de arte teſtan. tit. 11. caut. 20. num. 5.* & propterea
6 vbi actor proponit, bona adeſſe, ibi iudicium fieri debet, *d. l. vnic.* ibi *vbi res hæreditarias eſſe proponis,* vbi *gloſ. in verb. degit* ſic decla-
7 rat: nàm ſicut actio realis proponi debet in loco rei ſitæ, *l. fin. C. vbi in rem act.* ſic etiam actio petitionis hæreditatis, & *text. in d. l. ſi fideicommiſſum* non obſtat, procedit enim
8 in caſu ſuo, vbi fideicommiſſarius vniuerſalis agit contrà hæredem grauatum pro reſtitutione bonorum fideicommiſſi; reſtitu-
9 tio ſiquidèm vniuerſalis actitari debet, vbi eſt maior pars bonorum hæreditatis reſtituendæ, vel in domicilio hæredis, quamuis maior pars hæreditatis ſit alibi, vt etiam ad limitationem *d. l. ſi fideicommiſſum* tradit

Mo-

Digitized by Google

*Molina de primogen. lib.3. cap.13. num.74.*
10 quod procedit, etiam ſi petitio eſſet fideicommiſſi, tunc enim domicilium præualet, vt in *dict. l. ſi fideicommiſſum, §. penult.* &
11 hoc caſu domicilium intelligitur habitationis, ad finem ſortiendi forum, vt explicat *Petin. in cap. dilectus, il ſecondo,* antè *nu.12. de reſcript.*
12 Sed in iudicio petitionis hæreditatis, in quo actor præſumitur dominus omnium effectuum hæreditariorum, in quocunque loco, vbi eſt corpus hæreditarium, ad inſtar actionis realis, vt ſuprà *num.7.* poteſt iudicium proponere, vt declarat *gloſ. in d. l. unica, d. verb. digit.* Accidit de hoc diſputari in Sacr. Conſil. in cauſa Andreæ, & Iacobi Bonelli cum Ioanne, & Auguſtino Bonello ſu-
13 per petitione hæreditatis quondam Antonij Bonelli Anconitani pro bonis in hoc Regno Neapol. ſitis, quamuis fuerit petita
* remiſſio cauſæ ad Ciuitatem Anconitanam, vbi maior pars hæreditatis erat, tamen quia agebatur de bonis Neap. ſitis, vbi dictus Ioannes etiam habitabat, per Sacr. Conſil. ad relationem D. Conſiliar. *de Franchis* Marchionis Tauiani, ſub die 12. Februar. 1621. fuit deciſum, quòd cauſa remaneat in d. S. C. pęnès de Amico Act. Mag.

Et dùm de concubina in hac deciſione D. meus verba fecerit, erit ſciendum, quòd
14 clericus habens licentiam à S. P. teſtandi, vel donandi, etiam à iure prohibitis, & incapacibus perſonis in pios, vel non pios vſus,
15 non tamen poteſt donare concubinæ, illi. n. clericus ligare in teſtaméto haud poteſt, *Coler. dec. German.* 246. *n.* 10. nec etiam donare, *Gughelm. de Benedict. in cap. Raynuntius, verbo & vxorem, nomine Adelaſiam, num. 161. de teſtam. Dec. conſ.* 132. *colum.* 1. *Capella Tholoſ. deciſ.* 141. *Ciarlin. lib.* 2. *controuer. cap.* 184. *num.* 39. loquens in legato, & donatione, quod procedit, etiã ſi donatio eſſet iu-
16 ramento firmata, *Capyc. dec.* 102. *in fin.* qui reprehendit *Romanum* aliter ſentientem *conſ.* 43. *in* 4. *dub.* & propterea non valet ſtatutum diſponens, quòd relinqui poſſit filijs ſpurijs, quia contrà bonos mores, *Ruin. conſ.* 179. *volum.* 1. *& conſ.* 70. *n.* 9. *vol.* 3. *Rol. conſ.* 98. *n.* 29. *lib.* 1. & tamen ſi clericus con-
17 cubinæ, vigore talis licentiæ legare, vel donare poſſet, aperiretur via clerico faciliùs de-
18 linquendi, & inueniendi concubinas, quæ vti impudicæ cogitatione futuri quæſtus, ſolent corpora ſua conducere, *l.* 4. *§. ſed quod meretrici, ff. de cond. ob turp. cauſ.* quæ non conducerent, ſi munera, & pecunias non aſſequerentur, vt tradunt *Crauett. conſ.* 229. *colum.* 2. *& Rol. vbi ſuprà, num.* 31. & ità iu-
19 dicatum fuit per Sacr. Conſil. referente D.
* *Scalaleone*, ſub die 13. Iulij 1575. in cauſa Pauli Oliuæ cum Eliſabetha Vertunna, in Banca de Longo, hodiè Burrelli, an autem & quandò laicus poſſit donare, vel legare concubinæ, vide *Ciarlin. lib.* 2. *controuer. cap.* 184. *&* 185.

20 Sic etiam ob concubinatum, & adulterium commiſſum per maritum fit reſtitutio dotis, ac antephati vxori, vt in *cap.* 1. *de donat. inter vir. & vxor.* vbi DD. & in *§. mitiores, auth. de nupt. D. de Marin. cap.* 130. *nu.* 1. *lib.* 2. *quotid. reſol.* & fuit deciſum quòad dotem per S. C. ad relationem meritiſſimi, ac nunquàm ſatis laudandi D. Regentis *Fului de Conſtantio*, tunc Reg. Conſiliar. ſub die 24. Decembris 1591. in cauſa Lauræ de Loffredo cum Horatio Granuccio eius
21 viro, cùmque dicta Laura petijſſet etiam antephatum fuit mediante ſententia S. C. ad relationem eiuſdem ſub die 31. Ianuarij 1594.
* excluſa prædicta Laura à dicta petitione antephati, quamuis poſteà ob mortem prædicti Horatij fuerunt condemnati hæredes illius ad ſoluendum antephatum prædictum dictę Laurę, ad relationem D. Cõſil. *Freccia*, in Banca Ciuitellę, hodiè Solatij.

22 Hinc, tandem D. meus *n.* 13. *&* 14. fundat, immiſſionem vigore *l. final. C. de edict. Diui Had. toll.* non concedi Adminiſtratoribus hæreditatis, abſq; Iudicis decreto, ex *Argil. de acquir. poſſ. q.* 15. *nu.* 83. maximè quandò
23 de validitate teſtamenti, & hæredis inſtitutione dubitatur, requiras *D. Franciſcum Balboam*, olim Iudicem M. C. V. maleficiorũ *diſquiſ.* 10. *in ſemicent. diſquiſ. legal.* vbi la-
24 tiſſimè fundat, teſtamentum non dici nullum, vbi teſtator nullum inſtituit hæredem, ſed omnia bona ſua, per Executores teſtamenti voluit, implicanda eſſe in beneficium
25 cuiuſdam Collegij in vita erecti, ideòq; eſſe concedendam immiſſionem vigore *d. l. fin.* prædictis Executoribus, excluſis venientibus ab inteſtato, contemnit.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Eccleſia hæres inſtituta, an teneatur facere inuentarium. Et an eius ceſſionarius totius hęreditatis teneatur vltrà vires, quando antè ceſſionem ipſa Eccleſia inuentariũ non confecit, licèt ipſe ceſſionarius deindè illud fecerit.

M SVM-

## *SVMMARIVM.*

1 *Hæreditas eſt quid vniuerſum, continens in ſe onera, & commoda.*
2 *Beneficium inuentarij dicitur perſonale, & non tranſit in ceſſionarium, vel emptorem.*
*Declara, vt n. 3.*
4 *Ceſſionarius non poteſt à creditoribus hæreditatis perſonali actione conueniri.*
*Amplia idem in donatario, n. 5.*
*Amplia, quamuis iudicium ſuſcepiſſet. n. 6.*
7 *Emptor hæreditatis non poteſt, nec in bonis ſuis, nec in perſonam moleſtari, ex cauſa inuentarij non confecti.*
8 *Eccleſia hæres inſtituta, non conficiendo inuentarium tenetur vltrà vires.*
*Intellige idem in qualibet perſona, ſiuè priuata, ſiuè priuilegiata, n. 9.*
*Sed contrarium, n. 10. 20. & 25.*
*Diſtingue inter legatarios, & creditores, num. 17.*
*Contrarium, n. 18.*
*Quicquid ſit in Clerico, vel alia Eccleſiaſtica perſona, n. 11. 15. & 20.*
12 *Beneficium inuentarij ad quid introductum.*
13 *Hæres non conficiens inuentarium, de iure Canonico non tenetur vltrà vires.*
*Contrarium, n. 14.*
*Declara, vt n. 16.*
19 *Ad impoſſibile nemo tenetur.*
21 *Eccleſia, ſi eſt læſa in hæreditate, ob non confectionem inuentarij, poteſt in integrum reſtitui, nè ſit in damno.*
*Amplia idem in minore, n. 22.*
23 *Minori currit tempus conficiendi inuentarium, quàmuis poſſit reſtitui.*
24 *Eccleſia reſpectu reſtitutionis in integrum, habet omnia priuilegia, quæ competunt minoribus.*
25 *Cedens hæreditatem ſi non tenetur ex cauſa inuentarij, neq; tenetur eius ceſſionarius, vbi deciſio adducitur.*

# Deciſio XV.

CVM eſſet V.I.D. Iacobus Protanus creditor hæredum quondam Camillę Magnellę, ac Cæſaris de Auitabulo ex cauſa patrocinij, ac pro alimentis præſtitis, prætendebat, contrà Doctorem Iulium Cæſarem Galluppum ceſſionarium eius hæreditatis eſſe exequendum ſuper bonis proprijs, non obſtante inuentario per ipſum cōfecto, ea ratione, quia mortua Camilla, relicto hærede Cæſare viro, eoquè demùm præmortuo instituit hæredem Venerabilem Eccleſiam Diuæ Mariæ *della Stella* Patrum Minimorum Diui Franciſci de Paula, per quam fuit ceſſa hæreditas ipſi Galluppo, in quem ceſſionarium, trāſierunt omnia iura, tùm ex ipſa ceſſione, tùm etiam, ex iuris diſpoſitione, quamuis expreſſè non fuiſſet dictum,
1 cùm hæreditas dicatur quid vniuerſum, & de ſui natura contineat omnia iura actiua, & paſſiua, & emptor, vel ceſſionarius, ſicuti habet omnia commoda hæreditatis, ſubijcitur etiam omnibus oneribus *l. 2. §. non ſolùm, & §. ſiquidèm, ff. de hæred. vel act. vend. Bald. in l. 1. num. 3. C. eod. tit.* vbi *Salycet. Iaſon in l. 1. num. 2. C. de pact.* vbi etiam *Salycet. num. 4.* hinc dicebatur,
2 quòd cùm beneficium inuentarij, inductum ex diſpoſitione *text. in l. final. C. de iure deliber.* ſit perſonale, non poteſt à perſona hæredis tranſire in eius ceſſionarium, vt probauit *Laurent. Calcan. conſ. 18.* ſub *num. 27. & 28.* ex *text. in l. ex pluribus,* vbi *Bart. ff. de adminiſtr. tutor. Iaſ. in l. quominùs, ff. de flumin. num. 202. Roland. à Vall. de inuentar. in tract.* cum alijs vnito *quæſt. 180. & Phanuc. de inuentar. quæſt. 239. num. 59. verſ. decimoquartò,* in eodem *tract.* vnito, quod eſt in alijs in *2. part. in* 8. *volum. tract. in cap.* incip. *præterito inuentarij faciendi tempore,*
3 qui plenè tractat articulum, & concludit, quòd quandò hæres poſt factum inuentarium hæreditatem cedit, vel vendit, quòd tunc in ceſſionarium trāſit hoc beneficium; quandò verò adhùc, eo non facto hæreditatem vendit, & tunc emptor non poteſt inuentarium nomine proprio conficere, ſed nomine hæredis, cum expreſſo, & ſpeciali mandato venditoris, licèt ad ſuimet emptoris commodum, quod etiam probauit *Ioa. Faber in § extraneus, num. 4. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* & ſic dicebat creditor, quòd cùm Monaſterium, inuentarium non confecerit, nec apparet, Galluppum ceſſionarium, illud feciſſe nomine Monaſterij, nec ab illo habuiſſe ſpeciale mandatum, ſuo nomine illud conficiendi, non poterat illius beneficio iuuari, ſed debebat de proprio ſoluere.

Pro Ceſſionario tamen licèt nihil allegaretur,
4 tamen fuit per nos cōſideratum, quòd ipſe erat conuentus in actione perſonali, & de iure non poterat à creditore conueniri tali actione, ſed debebat ius ſuum dirigere contrà hæredem cedentem, ſeù vendentem, *text.* eſt in *l. 2. §. ſi venditor, ff. de hæred. vel act. vend.* & in *l. 2. C. de pact.* quod etiam ob-
5 tinet locū in donatario, *l. hæreditatem, ff. de donat.* quicquid dixerit *Faber in d. § extraneus, Inſt. de hæred. qual. & differ.* vbi nouū, & abſurdum ſibi videtur illud dictum, quòd emptor hæreditatis tutus ſit aduerſus creditores, quia benè reprehenditur à *Coraſio in quæſt. 256. num. 27. in d. tract. de inuentar.*

cum

Digitized by Google

cum alijs vnito, vbi ampliat, quamuis iudi-
6 cium ſuſcepiſſet, quia non teneretur credi-
toribus, vel legatarijs, niſi in ijs caſibus, in
quibus venditor teneretur, & hanc opinio-
nem tenuit Rota Romana in *recentior. Fa-
rinac. tom. 2. dec. 747.* vbi emptor hæredita-
tis, conuentus ad ſoluendum nomine pro-
7 prio, quia non confecerat inuentarium, fuit
abſolutus quoad perſonam, & bona propria,
reſeruando aduerſario ius agendi ſuper hæ-
reditate. Et propterea conſiderabatur, quod
quando Eccleſia hæres eſſet conuenta, vi-
dendum eſſet, vtrum teneretur vltrà vires;
nam iſte emptor aſſumpſit in ſe illa onera,
quæ ad hæredem ſpectabant, & quidem ſa-
tis controuerſa eſt quæſtio à *Doctoribus*, an
Eccleſia hæres inſtituta, non conficiendo in-
8 uentarium, teneatur etiam vltrà vires, & pro
opinione affirmatiua, quod illo non confe-
cto teneatur, ſtat *gloſ. in clement. 1. de re iu-
dic. & in clement. nè Romani, de elect. Bar-
bat. in cap. 1. in fin. de teſtam. Bald. Alexand.
Roman.* & alij allegati per *Roland. à Valle
de inuentar. quæſt. 26.* ſub *num. 3. verſ. ſed
præmiſſis non obſtantibus*, qui hanc ſenten-
tiam veriorem appellat in *tract. de inuentar.*
cum alijs vnito, & hanc opinionem ſequitur
in *quæſt. 200. num. 9. & Michael Craſſ. in
eod. tract. de inuentar. quæſt. 280. num. 8.*
præſertim, ſi adſint, contrà quos Eccleſia
regreſſum habere poſſit, quod ob illorum
negligētiam damnum ipſa paſſa fuerit, quod
fundat ſpecialiter ex *Nouella Conſtitutione
in auth. de hæred. & falcid.* vbi vult, etiam
9 obtinere locum in omni perſona, ſiuè Pri-
uata, ſiuè Militari, ſiuè Sacerdotali, ſiuè Im-
periali, ſiuè alterius cuiuslibet, & hanc opi-
nionem, diſputato articulo amplectitur *Fa-
chin. controu. iuris, lib. 6. cap. 20.* & hanc ſen-
tentiam ſequitur *Molin. de iuſtit. & iur. di-
ſput. 217. tract. 2.* & eam tenet etiā *Couar. in
c. 1. n. 14. de teſtam. Gutierr. canon. quæſt. lib.
1. cap. 18. in fin.*

Cęterum, ab hac opinione diſſentiunt
10 *Bart. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 46. Abb.
& Cardin. in d. cap. 1. de teſtam. Io. de Anan.
in cap. in litteris, de raptor. Rebuff. in cap. 4.
de præſumpt. Bald. & Angel. in l. final. C. de
iure delib.* & alij allegati per *Couarr. loco*
ſuprà citato, & per *Roland. à Valle in d. q. 26.*
& hanc opinionem ſequitur *Monticula
quæſt. 228. num. 12.* latiſſimè *Tiraquell. de
priuileg. piæ cauſæ, priuil. 88. & ibi Addentes,
Aluar. Valaſc. conſult. 52. num. 47.* qui di-
cit, quod in iudicando ipſe ſequeretur opi-
nionem *Bart.* quia eſt humanior, & quod in
illo Regno *Regio ordinamento* eſt tenenda,
& ſecundùm hanc opinionem iudicatum
fuiſſe in Rota Romana, habetur ex *Puteo
dec. 379.* licèt loquatur de legatarijs, & hanc
etiam opinionem amplexatus fuit moder-
nus *Carol. de Graſſ. de effect. clericor. effect. 1.
num. 253.* licèt contrarium ipſe dicet in
11 Clerico, qui non conficiens inuentarium,
tenetur vltrà vires hæreditarias, vt *num. 252.
Marta de iuriſd. par. 4. cent. 1. caſu 75. nu. 4.*
qui *num. 5.* idem etiam tenet in Clericis, &
alijs Eccleſiaſticis, & eum ſequitur *P. Leonard.
Duar. in Bulla Cœnæ Domini, lib. 2. canon.
13. quæſt. 17. nu. 8. & P. Anton. Diana* eiuſ-
dem Religionis *tom. 1. in tract. de immun.
Eccleſ. reſolut. 70. Squillant. de priuil. cleric.
cap. 7. dub. 3.* ſub *num. 60.* licèt quoad Cleri-
cos non facilè ſit admittenda hæc opinio,
12 cùm hoc inuentarij beneficium ſit à lege
ciuili introductum, ad hoc, vt hæres adeun-
do, non ſit in damno; aliàs enim abſq; huius
legis beneficio teneretur de proprio, & ſic
ceſſat regula, à dictis *Modernioribus* tradi-
ta, quod ſtatuta laicorum non ligent Cleri-
cos, niſi dicamus, quod ex benignitate iuris
13 Canonici hæres, licèt inuentarium non cō-
ficiat, non teneatur vltrà vires hæreditarias,
prout ex doctrina *Hoſtienſ. in ſumm. in tit.
de teſtam. & Bald. in tit. de acquir. hæred.*
tenet *Marta in loco* ſup. cit. ſub *num. 6.* &
hanc opinionem tenuit etiam idem *Bald. in
l. cùm à matre, in fin. C. de rei vendic. & Ant.
de Butr. in d. c. in litteris, de rapt.* qui omnes
mouentur, ea ratione, quia ius Canonicum
14 ſequitur æquitatem; quod tamen fundamē-
tum valdè infirmum viſum fuit *Andreæ Fa-
chin. controuer. iur. d. lib. 6. c. 23.* & ideò ipſe
contrarium tenuit, cùm iure ciuili cautum
reperiatur, non conficientem inuentarium
inſolidum teneri per *Nouella Iuſtiniani de
hæred. & falcid.* nec iure Canonico contra-
rium reperitur conſtitutum, & hanc opinio-
nem pleniſſimè fundat *Roland. à Valle de in-
uentar. q. 115.* & idem *Bald.* ſibi contrarius,
*Panormitan. Angel. Alexand.* & alij, ab ipſo
*Roland.* allegati, *Vaſquez de ſucceſſ. creat.
lib. 1. §. 1. num. 27. Vital. in tract. clauſul. in
verb. nil nouari, inuentario confecto*, hoc
idem tenet *Sebaſt. Monticul. de inuentar.
quæſt. 226. num. 8. & 9.* quia ius Canonicum
loquitur de inuentario in *cap. Raynaldus, in
fin. de teſtam.* vbi *Anton. de Butr. Imol. Abb.
Guglielm. de Benedict. & Couarr. Marta de
ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 12. art. 5. num. 13.* &
15 ideò tenenda eſſet opinio, quod quamuis
Eccleſia, nō confecto inuentario non tenea-
tur vltrà vires, non tamen hoc procedit in
Clerico, vel Eccleſiaſtica perſona, quandò
vti particularis fuit inſtituta hæres, quam
opinionem approbat idem *Monticul. in d.
quæſt. 228. nu. 12. & q. 223. nu. 66.* ità intel-
ligendo *gloſ. in d. cap. 1. de teſtam.* & quæ *ibi*
dicunt *Butr. Imol. Abb. Bald. in auth. ſicut
alienatio, C. de ſacroſ. Eccl. & Capra conſ. 68.*
Quod tamen erit intelligendum, in foro
16 contentioſo, ſecùs autem, in foro interiori,

 in

Digitized by Google

in quo ceſſante fraude non tenetur vltrà vires, etiam non confecto inuentario, vt fundat *Guid. Pap. quaſt. 571. nu. 9. & Doctor Marta de iurisdict. d. c. 65. lib. 1. nu. 10.* Fachin. controu. iur. d. lib. 6. c. 24. quicquid tenuerit *Vaſq. de ſucceſſ. creat. d. lib. 1. §. 1. ſub nu. 26.* qui etiam communem appellat opinionem, quòd non teneatur, licèt ipſe contrariam amplectetur ſententiam, etiam reſpectu peccati, & in foro animæ, *Marta vbi ſuprà num. 14.*

Alij autem diſtinxerunt, quòd reſpectu
17 legatariorum Eccleſia non teneatur, reſpectu verò creditorum ſic, & cum hac opinione videtur tranſiſſe Rot. Roman. in *d. dec. Putei 379. lib. 1.* & eam ſequitur *Couarr. in d. cap. 1. de teſtam. ſub num. 16.* ſed hanc diſtinctionem reprobat *Fachin. in d. cap. 20. & 23.*
18 ea ratione, quia hæres adeundo, contrahit, tàm cum legatarijs, quàm cum creditoribus, & etiam, quia hæres non tenetur, niſi in quantum defunctus tenebatur, ſed defunctus non
19 tenetur vltrà vires in foro conſcientiæ, quia nemo tenetur ad impoſſibile, *can. fin. c. 16. quaſt. 6. D. Thom. 2. 2. quaſt. 62. art. vlt.* ergò nec eius hæres, & ideò fundatur neque reſpectu creditorum, neque legatariorum teneri in foro conſcientiæ; contrarium tamen tenuit *Molina in d. diſput. 217.* vbi indiſtinctè dicit, quòd poſt latam ſententiam tenetur etiam legatarijs; modò tamen in culpa fuerit, inuentarium non conficiendo. Eſt igitur magis communis opinio, vt Eccleſia, vel Hoſpi
20 tale non teneatur vltrà vires hæreditarias, quamuis inuentarium non confecerit, perſona verò Eccleſiaſtica tenetur etiam de iure Canonico; verùm quandò contraria opinio, quòd etiam Eccleſia teneatur inuentarium conficere, eſſet admittenda, adhuc
21 omnes tenent, quòd quandò eſt læſa, poteſt per viam reſtitutionis in integrum non eſſe
22 in damno, & ſic non ſoluere vltrà vires hæreditarias, ſicut minor, prout poſt alios latè fundat *Mocla in Emporio vtriuſque iuris, quaſt. 16. num. 12. in fine, Petr. Greg. Tholoſan. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 46. cap. 3. n. 19. Franc. de Barry de ſucceſſ. lib. 11. tit. 10. in*
23 *princ.* nàm minori, quàmuis currat tempus confectionis inuentarij, *Vaſquez de ſucceſſ. creat. d. lib. 1. §. 10. num. 55. Sforz. Odd. de reſtitut. in integr. par. 2. quaſt. 88. num. 45.* tamen reſtituitur, prout latè fundat, alios allegans idem *Sforz. quaſt. 89. nu. 51.* Et quan
24 dò agitur de reſtitutione in integrum, Eccleſiæ competunt omnia priuilegia, quæ competunt Minoribus, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. in quaſt. de reſtitut. in integr. §. fin. num. 9. Card. in cap. auditis, quaſt. 4. de in integr. reſtit. & Sforz. eod. tract. par. 1. q. 3. num. 17. & 18.* ſiue ergò attendamus opinionem, quòd Eccleſia non teneatur facere inuentarium, quam etiam ſequi videtur *D. de Franch. dec. 336. num. 29. & D. Rouitus in pragm. 1. nu. 11. de legatis pijs,* & idem *Galluppi in prax. S. C. par. 3. cap. 3. num. 3. verſ. tertiò ampliatur,* ſiue attendamus opinionem negatiuam. Verùm, quòd reſtituitur, quandò eſt læſa, ſemper erit concludendum,
25 Eccleſiam non poſſe adſtringi ad ſoluendum vltrà vires, & proindè cùm non teneatur Eccleſia cedens, neque etiam tenebitur ceſſionarius, *Bald. in l. 3. ff. de hered. vel act. vend.* quicquid in contrarium deciſum referat *Galluppus loco citat.* in ceſſionario Sacri Hoſpitalis A. G. P. re non benè perpenſa. Et ideò in Aula Reg. Conſiliar. Salinas, vbi tàquàm adiunctus interueni, ad relationem Reg. Conſiliar. integerrimi Franciſci Antonij de Angelis die 11. Februar. 1636. fuit prouiſum, quòd exequatur in bonis hæreditarijs, & fuit habitum pro vero, non eſſe exequendum ſuper bonis proprijs, penès Actorum Magiſtr. Fabritium Sollatium, & de hac deciſione meminerunt nouiſſimè *Golinus de procurat. par. 2. c. 5. n. 224. & Thor. p. 3. comp. verb. ceſſionarius, fol. 151.*

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XV.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius Eccleſiæ inuentarium conficere non tenetur, adeò vt illo non confecto, vltrà vires hæreditarias non tenetur, & n. 4. de ratione, n. 2.*

2 *Eccleſia hæres inſtituta inuentarium conficere non tenetur, vel quatinus contraria opinio ſuſtineri poſſit, in integrum reſtituitur ad inuentarij confectionem, n. 3.*

5 *Fiſcus inuentarium facere nō cogitur, quia vltrà vires non tenetur.*

6 *Fideicommiſſarius vniuerſalis inuentarium conficere nō cōpellitur, et inducendū admittitur, num. ſeq. intellige, vbi hæres illud fecit, nàm illo per hæredem non confecto, tenetur intrà tres menſes à die factæ reſtitutionis illud conficere, n. 8.*

9 *Hæres illius, qui bonis ceſſit, ad confectionem inuentarij non compellitur.*

10 *Inuentarium factum per procuratorem cum ſpeciali mandato an valeat, & n. 13. per tot. n. 23. & deciſum adducitur, nu. 26.*

11 *Hæres abſq; beneficio inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti.*

12 *Inuentarium non eſſe factum, vel factum ſed nullitèr paria ſunt, illudque per hæredem, non autem per procuratorem fieri debet, n. 23. contrarium, n. 14. 15. 17. & 19.*

ma-

Digitized by Google

*maximè ſi hæres eſt abſens, nu. 18. vel vbi mulier eſt Titulo decorata, n. 20. & 21.*

18 *Geſta per procuratorem cum ſpeciali mandato, habentur, ac ſi geſta ſint à principali. Actus attribuitur ordinanti, non autem exequenti, ibid.*

19 *Tutor poteſt conſtituere procuratorem ad conficiendum inuentarium.*

20 *Perſonæ, quæ excuſantur ire ad conficiendũ inuentarium de perſonis enunciantur.*

22 *Conſuetudo in materia confectionis inuentarij attenditur.*

23 *Ratificatio principalis requiritur, vbi inuentarium fit per procuratorem generalem, vel negotiorum geſtorem, ſecùs vbi fit per procuratorem ſpecialiter cõſtitutum.*

24 *Mandatum procurationis in confectione inuentarij, ſufficit, ſi fiat per epiſtolam, non autem per inſtrumentum publicum.*

25 *Prælatio conceditur filiæ in feudo hæreditario, ſub haſta vendito, & ità deciſum adducitur.*

1 POſt longam diſputationem concludit D. meus, quòd ceſſionarius Eccleſiæ inuentarium conficere non tenetur; illoquè non confecto vltrà vires hæreditatis ſibi ceſſæ non tenetur, vt habetur *num.* 4. per tot. *num.* 7. & *num.* 25. ea ratione,
2 quia Eccleſia cedens, ad inuentarij confectionem minimè compellitur, nec de proprio tenetur, ſi illud omittat, ex traditis à *nu.* 10. per totum *nu.* 20. addo *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. & *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 81. D. *Conſil. Stathan. reſol.* 23. *num.* 18. 28. & 29.
3 *lib.* 1. vel quatènus contraria opinio ſubſiſtere poſſet, in integrum tunc reſtituitur Eccleſia aduerſus omiſſam confectionem inuentarij, vt aduertit *num.* 21. cum *sub. ſeqq.* quam etiam ſententiam ſequitur *Guid. Pap. dec.* 333. *nu.* 1. *verſ. ſed quid de Eccleſijs.* &
4 *dec.* 571. *n.* 4. Et proindè ceſſionarium ſuper bonis proprijs, nullo confecto inuentario ab Eccleſia, vel ab ipſo non eſſe moleſtandum; ſed tantùm ſuper bonis hæreditarijs, fuit per Sacr. Conſil. deciſum, vt refert D. meus
5 *num.* 25. ſic etiam Fiſcus inuentarium facere non cogitur, eo quòd vltrà vires haùd tenetur, *l.* 1. §. *non bona,* vbi *Bart.* & *bonorum poſſunt, ff. de iur. fiſci.* & ità iudicatum in Curia Parlamenti, teſtatur *Guid. Pap. d. dec.* 333. *nu.* 1. *ibiq; Mattheus in annotat.* qui alia iura, & DD. citat, & *dec.* 571. *num.* 3. ſicut nec pari-
6 tèr fideicommiſſarius vniuerſalis, ex tradita per *Cancer. d. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. qui ſic iu-
7 dicatum tradit per Senatum 28. Octobris 1555. & comprobat *d. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 75.
8 intellige, vbi hæres confecerit inuentarium, illud enim fideicommiſſario prodeſt, ex tradita per *Ferrer. in annotat. ad Guid. Pap. d. dec.* 571. ideòque ſi hæres illud non confecerit, tenetur fideicommiſſarius vniuerſalis intrà tres menſes à die factæ reſtitutionis inuentarium conficere, nè teneatur vltrà vires hæreditarias, vt concludit *Cancer. d. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 118. nec proindè hæres illius, qui
9 bonis ceſſit, vt voluerunt *Iaſon.* & alij in *l. fin.* §. *etſi præfatam, C. de iur. delib.* ac ità cenſuiſſe Senatum de anno 1599. teſtatur idem *Cancer. ibid. n.* 121.

10 An autem inuentarium factum per procuratorem hæredis cum ſpeciali mandato ſit validum; de hoc articulo dubitari contingit in S. C. in cauſa prælationis petitæ per D. Deliciam Caraſam Principiſſam Sepini, filiam, hæredemquè cum beneficio inuentarij quõ D. Franciſci Principis eiuſdem terræ, nàm ex parte Marchionis S. Iuliani emptoris dictæ terræ Sepini ſub haſta S. C. vrgentibus creditoribus paternis dicebatur, D. Princi-
11 piſſam vti hæredem, abſq; beneficio inuentarij teneri habere ratam venditionem prædictam, ex *l. cùm à matre, C. de rei vindicat.*
12 cùm paria ſint, non adeſſe inuentarium, vel adeſſe, ſed nullitèr, tanquàm factum contra formam *l. fin. C. de iure deliber.* & præcipuè,
13 quia non fuit factum per hæredem, ſed per procuratorem, cõtra diſpoſitionẽ *d. l. fin.* §. *ſin autem dubius,* ibi *omni tamen modo inuentarium ab ipſo conficiatur,* & habetur etiam in §. *ſancimus, auth. de hæred. & falcid.* ibi *fiat igitur inuentarium ab hærede metuente,* & poſt alios videtur tenere *Montic. de inuent. q.* 128. *num.* 69. niſi hæres principalis ratum habuerit, vt ibi tradit, ſequitur *Duran. dec.* 337. *n.* 99. *lib.* 1.

14 At nos, qui iura D. Principiſſæ tuebamur, dicebamus, quòd licèt in iuribus prædictis dicatur, inuentarium eſſe ab hærede conficiendum; non tamen illud pro forma fuiſſe inductum, cùm hoc non dixerit, neq; vltrà ſit proceſſum, annullando actum alitèr confectum; tunc enim eſſet de forma, nec poſſet
15 per æquipollens adimpleri, ſed tantummodò Imperator dixit, vt ab hærede fieret, quod intelligitur illo modo, quo fieri poteſt, & conſequentèr etiam mediante procuratore,
16 non enim id minus ab hærede fieri dicitur, quod per ſpecialem procuratorem geſtum eſt; nàm qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, *l.* 1. §. *deiectum, ff. de vi, et vi arm. l.* 1. §. *omnia, C. de vet. iur. enucl. Rom. conſ.* 94. *num.* 3. actus enim attribuitur ordinanti, non exequenti, *l. item eorum,* §. *decurionem,*
17 *ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom.* hinc dixerunt *Odofred.* & *Bal. in d. l. fin.* §. *cùm igitur,* poſ-
18 ſe hæredem inuentarium per procuratorem conficere, quos ſequuntur *Iaſ. ibid.* & *Salycet. nu.* 12. Immò eadem *l. fin.* §. *ſin autem actionis, in fin.* expreſsè conceſſit hæredi
19 abſenti, poſſe fieri per procuratorem inſtructum, quod etiam hæredi præſenti concedit

dit *Phanuc. de inuent. q. 240. par. 5. num. 69.* vbi etiam allegat *Alber.* tenentem, quòd tutor poteſt conſtituere procuratorem ad cõficiendum inuentarium in *d. §. ſin autem dubius, in fine,* & tenet etiam *Berous q. 64.* & tàm in abſente, quàm in præſente tenet *Gratian. diſcept. for. lib. 5. cap. 988. nu. 4.* poſt *Burſat. conſ. 370. nu. 11. lib. 4.* & deciſum refert *Theſaur. dec. 155.* præcipuè in muliere
20 huius qualitatis, quam minimè decebat, adire ad locum confectionis inuentarij, cum conuentibus Virorum, & Iudicis, vt conſiderat in ſimili materia *Iuſtin. in d. §. ſancimus,* vbi excuſat illos, quibus fortè perſonarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, aut quælibet neceſſitas, facultatem non dat
21 ad inuentarij præſentiam, vbi *gloſ. in verbo natura* exponit, in muliere; & ità paſſim abſque ſcrupulo quotidiè ſeruari videmus, quæ cõ-
22 ſuetudo, quatènus de iure hoc non procederet, in hac materia inuentarij præcipuè attendi debet, *Rota Ianua dec. 35. in fine,* & poſt alios refert *Gratian. vbi ſup. n. 19. & 20.*
23 Ratificatio autem, quam requirit *Montic.* procedit, vbi inuentarium fit per procuratorem generalem, vel negotiorum geſtorē, vt *ibi* per eum; & ità etiam loquitur *Berous d. q. 64.* vbi loquitur de negotiorum geſtore; ſecùs autem, quandò fit per procuratorem ſpeciale mandatum habentem, vt per *Gratian. vbi ſup.* & *Mandell. de Alba conſ. 253. num. 3. & 4. & Theſaur. d. dec. 155.* nec mi-
24 nus obſtare dicebamus, quòd procuratio fit per epiſtolam, non per inſtrumentum publicum, quia hoc fieri benè poteſt, *l. 1. in primo. ff. de procur. Paris. conſ. 91. num. 1. vol. 2. D. Reg. Rouit. in rubr. de procurat. num. 51.*
25 & ità per Sacr. Conſil. fuit in cauſa prædicta
* iudicatum, cùm quamuis primo loco fuiſſet excluſa à prælatione prædicta ex cauſis in S. C. diſcuſſis ſub die 21. menſis Maij 1644. tamen in gradu reclamationis fuit conceſſa prælatio prædicta eidem D. Principiſſæ, iuxtà per nos larga manu ſcripta die 7. Iunij 1649. in Banca Figliolæ. De quo determinationem etiam dicemus in *deciſ. 57. M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Retrouēditio annuorum introituum facta in beneficium tertij ceſſionarij iuris luendi, an transferat ad beneficium ipſius iura anteriora, nedùm pro capitali, verùm etiam pro tertijs maturatis poſt retrouenditionem. Et an extinguantur hypothecæ creditorum, habentium prędictos annuos, introitus obligatos.

## SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior præfertur poſteriori, nedùm pro principali debito, ſed etiam pro omnibus acceſſionibus, penſionibus, aut intereſſe.*
2 *Annui introitus habent eandem anterioritatem, quam habet capitale, & ità deciſum traditur ſub n. 29.*
3 *Ceſſionarius in locum cedentis ſuccedit, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
4 *Ceſſionarius annuorum introituum, an, & quandò habeat anterioritatem pro capitali pretio, per eum ſoluto, recenſentur nonnulli caſus, & n. 4. 5. & 6.*
7 *Ius luendi cedi poteſt.*
8 *Retrouenditio facta in beneficium ceſſionarij iuris luendi, an, & quandò extinguat venditionem, vigore pacti de retrouendendo, ità vt dici poſſit nouus contractus.*
9 *Venditio cum pacto de retrouendendo, continet in ſe conditionem reſolutiuam.*
10 *Contractus venditionis annuorum introituum, facta ſolutione pretij dicitur diſſolutus, abſque alia retrouenditione.*
*Sed contrarium n. 23.*
11 *Contractus retrouenditionis annuorum introituum, vbi exercetur à tertio ceſſionario iuris luendi, non inducit extinctionem primi contractus, ſed translationē, & n. 22.*
12 *Inter translationem dominij, quæ fit ex pacto de retrouendendo, & ex pacto legis cõmiſſoriæ, vel addictionis in diem differentia conſtituitur, & n. 31.*
13 *Dominium ipſo iure diſſoluitur in venditione cum pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem per lapſum tēporis ſoluēdi.*
14 *Verba illa in contractu retrouenditionis poſita ſi tranſtulit, poſuit, & ceſſit, quid operentur, & nu. 34.*
15 *Retrouenditio dicitur vera venditio, ac ceſſio noui iuris vendit, & n. 28.*
16 *Differentia non conſtituitur inter retrouenditionem, quæ fit ad beneficium ipſiuſmet venditoris, et eam, quæ fit tertio ceſſionario iuris luendi, & n. 20.*
17 *Seruitus in re propria dari non poteſt.*
18 *Vſusfructus in re propria dari non poteſt.*
19 *Debitori non fit ceſſio.*
21 *Actio exercendi pactum de retrouendendo cedi poteſt.*
24 *Eadem ſolemnitas, quæ requiritur in conſti-*

*ſtitutione cenſus, requiritur in illius diſſolutione.*

25 *Ceſſio iuris luendi cenſum, non inducit illius extinctionem, ſed translationem, non ex voluntate retrouendentis, ſed ex neceſſitate pacti de retrouendendo, & n. 39.*

26 *Ceſſionarius iuris luendi eſt anterior creditoribus, qui contraxerunt cum retrouendente poſt ipſum pactum de retrouendendo, & potior reſpectu creditorum, antè initum pactum contractorum, & n. 40.*

27 *Hypotheca creditorum retrouendentis extinguitur per retrouenditionem, quàmuis ipſe debitor ex ſua ſoluiſſet pecunia.*

29 *Per ceſſionem iuris luendi factã fideiuſſori, qui ſoluit vẽditori cenſus, nõ extinguitur.*

30 *Retrouenditio vigore pacti de retrouendendo inducit id, quod eſt retroſimile primò contractui venditionis, non per viam diſſolutionis primi contractus, ſed translationis.*

31 *Pacta legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, contrahendo purificãtur, nõ reſoluũtur in contractu, ſed in diſtractu, ſecùs in pacto de retrouendendo.*

33 *Dominus cum pacto de retrouendendo non tenetur fructus, antè moram perceptos reſtituere.*

35 *Verba impropriari debent, ad hoc, vt contrahentium verba ſequantur.*

36 *Verba extinctiua quandò in translatiuis reſoluantur.*

37 *Retrouẽditio, actionem perſonalẽ extinguit.*

38 *Lex operatur ſecundùm intentionem contrahentium.*

39 *Ceſſionarius iuris luendi ſuccedit in locum, & anterioritatem cedentis.*

40 *Actio, nedùm cedi poteſt, ſed etiam officium Iudicis, & naturalis obligatio.*

41 *Ceſſio ſẽper fieri poteſt, præter aliquos caſus.*

42 *Statutum, quòd ad inſtantiam creditoris debitor capi poſſit; locum habet, etiam in ceſſionario.*

43 *Ius intrãdi, propria authoritate cedi poteſt.*

44 *Item ius expellendi incontinenti inuaſorem.*

45 *Verba,* ponens eum in locum ſuum, *in ceſſione poſita, quid important.*

46 *Ius pacti de retrouendendo cedi poteſt.*

47 *Venditor cogitur cedere actiones, quas habet pro re vendita contrà ſuum authorem, ſinè quibus non poteſt emptor contrà authorem venditoris agere, & n. 49.*

48 *Creditor etiam ex interuallo poteſt eius iura cedere.*

50 *In ceſſione iurium veniunt omnes actiones, tàm reales, quàm perſonales, & hypothecaria.*

51 *Hypotheca ceſſa tranſit cum ſuo priuilegio.*

52 *Retrouenditio annuorum introituum facta ad beneficium ceſſionarij iuris luendi, non extinguit venditionem primo loco factam, vbi deciſio.*

53 *Ceſſio iuris luendi non aliud operatur, quàm translationem actionis ad acquirendum dominium.*

54 *Retrouenditio an, & quandò diſſoluat contractum, vel alium nouum inducat.*

55 *Verba,* ceſſit, poſuit, & tranſtulit, *in ceſſione appoſita, translationem iurium inducunt.*

56 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

# Deciſio XVI.

FRequentiſſimi ſunt in hoc Regno, ſicuti etiam in Regno Siciliæ vltrà Farum contractus venditionis annuorum introituum, ſeù reddituum ad formam *Bullæ Apoſtolicæ*, & *Regiæ Pragmaticæ de Cenſibus*, & ideò plures in hac materia ſunt ortæ controuerſiæ circà anterioritatem hypothecæ, ſiquidèm certiſſimum eſt, quòd non ſolùm præfertur creditor antiquior poſteriori creditori pro principali de-
1 bito, ſed etiam pro omnibus acceſſionibus, penſionibus, aut intereſſe, *l. grege, § fin. ff. de pignor. l. inſulam, & l. Lucius, ff. qui pot. in pign. habeant.* quod etiam habere locum in
2 iſtis annuis introitibus, vt eandem habeant anterioritatem, poſt *Monteroſo in pract. tabellion. tit. 7. fol. 153.* tenuit *Amator Rodriq. de concurſ. credit. par. 2. ar. 1. num. 11.* quod quidèm procedit, nedùm reſpectu eiuſdemmet creditoris, qui priùs contraxit, ſed etiam ad beneficium eius ceſſionarij, cui ex ceſſione iura fuerunt translata, nàm ipſe in locum
3 illius ſuccedit, cum omnibus ſuis qualitatibus, iuxtà tamen terminos *text. in l. 1. C. de his, qui in prior. credit. locum ſucced.* vbi *gloſ.* per *tex. in l. Ariſto*, vbi etiam ipſa *gloſ. in verb. pignus, ff. quæ res pign. oblig. poſſ.*

Poteſt autem iſta translatio iurium fieri vno de tribus modis. Primò, per viam ſim-
4 plicis ceſſionis, ſeù venditionis prædictorum annuorum introituum emptorum, vnà cum eorum capitale, & hoc caſu, quamuis omnes actiones tranſeant in beneficium tertij, cui fit ceſſio, ſeù venditio, vnà cum omnibus anterioritatibus, & hypothecis, attamen hoc nomen debitoris ceſſum, ſeù venditum, ſẽper erit hypothecatum creditoribus ipſius cedentis, ſeù vendentis, & ſic iſte tertius non erit cautus, nè ſibi euincatur ab ipſis creditoribus, qui prædictum annuum reditum habent obligatum, & hypothecatum antè ceſſionem. Secundus eſt modus, practicari ſolitus, quandò quis dat pecuniam venditori annuorum introituum, ad hoc, vt illam ſoluat emptori ipſorum, facta ceſſione ad
5 eius beneficium, & iſtæ venditiones annuorum

Digitized by Google

rum redditumum ad formam *Bullæ* fiunt cum pacto de retrouendendo quandocunquè ad beneficium venditoris, quamuis enim pecunia principalis pretij ſit demortua reſpectu emptoris, cùm illa à venditore nunquàm petì poſſit, tamen poteſt idem ipſe venditor quandocunq; pretium prædictum reſtituere, & annuum reditum venditum redimere, vt probat *Petr. de Gregor. de cenſib. quaſt. 5. num. 33. & 34. Couarr. var. lib. 3. cap. 9. nu. 4. Andreas Gayll. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 7. num. 14. Io. Lupus de vſur. comm. 3. § 2. n. 69.* quæ quidèm redimendi perpetua facultas neceſſariò requiritur, ad hoc, vt contractus tolerari poſſit, *Rodriq. de annuis reddit. lib. 1. quaſt. 6. num. 44.* qui etiam *num. 46. in fin.* tradit, quòd ſemper redimi poſſunt à venditore, quàmuis id cautum non ſit, quia hoc pactum redimendi eſt de eſſentia cõtractus, & ineſt ipſi contractui venditionis annuorum introituum, poterit ergò tertius, qui vult in locum creditoris ſubintrare, dare pecuniam venditori, vt ex ea annuum cenſum venditum redimat, ceſſis iuribus ad beneficium ipſius, & iſto caſu reſoluitur venditio, ac iſte tertius habebit anterioritatem pro capitali pretio, per ipſum exburſato, verùm ſi ipſe idem debitor nouam faciet ad beneficium ipſius tertij venditionem annuorum introituum, quàmuis hypothecæ prioris creditoris, in cuius locum ipſe ſubintrauit, ſint extinctæ, ex vulgata regula, quòd reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor.* tamen, quia tertiæ, ſeù annualitates debentur ex iſto nouo contractu, non habebunt eandem anterioritatem cum principali, ſed ex nouo contractu venditionis; ſicuti pluriès fuit iudicatum, tàm in Reg. Cam. quàm in S. R. C. & hoc iure vtimur, & de deciſione facta per S. C. in cauſa Ducis Sicignani, & aliorum creditorum, ad relationem Reg. Conſiliar. Ioan. Andreæ de Georgio meminit *Thor. in 2. part. compend. in verb. creditor, qui pecuniam*, & conferunt tradita per *D. Praſ. Galeot. lib. 1. controu. illuſtr. contrõu. 56. n. 32.*

6 Quarè fuit inuentus tertius modus, quòd venditor annuorum introituum, illud ius
7 luendi, ſeù reemendi cedat illi tertio, quod fieri poſſe, habetur ex *Cagnol. in l. 2. num. 37. C. de pact. inter empt. & vend. Farinac. dec. 502. num. 2. & dec. 547. tom. 2. par. 2. Grat. diſcept. foren. tom. 5. c. 903. n. 4. & 978. nu. 6.* & ipſe quidèm tertius tanquàm ceſſionarius debitoris, exercendo prædictum pactum de retrouendendo, ſoluat pecuniam creditori, animo extinguendi priores hypothecas, contractas ſuper illo annuo reditu per dictum creditorem, qui primo loco emit, & transferendi emptionem ad ſui beneficium, cum pacto expreſſo, quòd ipſe ſoluit, ad finem ſubintrandi in locum ipſius.

Sed iuxta hoc pluriès fuit dubitatum, an iſto caſu iſte tertius reemens nomine principalis debitoris, acquirat anteriorem hypothecam, nedùm pro ſorte principali ſoluta; verùm etiam pro tertijs, ſeù annualitatibus poſt ſolutionem, & retrouenditionem prædictam, ad ſui beneficium decurſis; & quia caſus quàmuis in dies accidit, & aliquandò deciſus, non tamen plenè diſcuſſus, ideò fuit de nouo hoc dubitatum in cauſa nobiliſſimi Reg. Conſiliar. doctiſſimiquè, & acutiſſimi ingenij Andreæ Marcheſij, & D. Annæ Marcheſiæ eius vxoris, cùm enim q. Illuſtr. Marcus Anton. Caracciolus Marchio Mottulæ eſſet debitor q. Lauræ Criſpanæ ann. ducat. 380. 4. 12. eidẽ venditorũ ab anno 1598. pro capitali pretio duc. 5250. in anno 1617. ad finem, vt reduceret prædictos annuos introitus venditos ad ſeptem pro quolibet centenario, ceſſit ius luendi prædictorum annuorum introituum prædictis coniugibus de Marcheſio, de quorum pecunia fuit facta ſolutio hæredibus dictæ Lauræ Criſpanæ prædictæ ſortis principalis, qui fecerunt retrouenditionem, ac ceſſionem in beneficium dictorum coniugum, & ipſe idem Marchio Mottulæ facta dicta retrouenditione, non derogando, neq; præiudicando prioribus cautelis, & anterioritatibus pro maiori cautela; item cautelam cautelis addendo, vendidit eiſdem coniugibus tot annuos introitus ad rationem ſeptem pro centenario, ſuper quibus omnibus contractibus non fuit dubitatum, eſſe præſtitum Regium aſſenſum, & ideò vendita prædicta Terra Mottulæ, fuit in dubium reuocatum, an dicti coniuges eſſent referendi creditores cum anterioritate de anno 1598. nedùm pro dicto capitali, ſed etiam pro tertijs poſteà decurſis.

Difficultas autem huius articuli in eo cõſiſtere videbatur, quia aut dicimus, per retrouenditionem factam ad beneficium ceſ-
8 ſionarij iuris luendi, venditionem fuiſſe extinctam vigore pacti de retrouendendo, ad *text. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* aut verò non fuiſſe extinctam, ſed translatam in beneficium reementis, ex illis verbis apponi ſolitis in ſimilibus contractibus, *ceſſit, transtulit, renunciauit*, &c. ſi primus contractus venditionis eſt extinctus; certum eſt, hunc reementem non poſſe agere, niſi ex nouo contractu, & proindè non poterit habere anterioritatem pro tertijs, ſeù annualitatibus, niſi de anno 1617. à die ſecundi cõtractus: aut verò dicimus, fuiſſe translatum dominium prædictorum annuorum introituum, primo loco venditorum in tertium reementem, & contractum primum venditionis non fuiſſe reſolutum, & quidèm hoc caſu hypothecæ contractæ ſuper iſtis annuis

in-

Digitized by Google

introſtibus per prædictum creditorem, qui
illos acquiſiuit, non erunt extinctæ, ſed hoc
eſt falſum, quia per retrouenditionem fue-
runt extinctę, ergò ſequitur neceſſariò, quòd
non eſt eadem venditio, ſed nouus contra-
ctus; implicat enim contradictionem, quòd
idem contractus venditionis ſit quoad quę-
dam extinctus, & quoad quædam non, & ſit
quòd pro extinctione hypothecarum primi
emptoris ſit extinctus, & quoad anteriorita-
tem pro tertijs maneat idem contractus.

Pro parte moderni Marchionis, ac aliorum creditorum, qui contraxerant poſt annum 1598. & antè annum 1617. non diſputabatur, ſi hypothecę creditorum quondam Lauræ Criſpanæ erant extinctæ, vel non; ſed tantùm dicebatur, quòd contractus venditionis annuorum introituum erat iam reſo-
9 lutus, nàm, vt ſuprà diximus, venditio facta
cum pacto de retrouendendo, continet in
ſe conditionem reſolutiuam, vt reſtituto
pretio emptori diſſoluatur; *ex text. in l. 1.* vbi *gloſ. C. quand. liceat ab empt. diſced.* *Molina de iuſt. & iur. tom. 2. diſput. 374. Poller. in pragm. de cenſib. verſ. huiuſmodi, num. 54. Io. Bapt. Coſta de retrotract. c. 8. caſ. 1. nu. 4.*
10 Immò facta ſolutione pretij, contractus in-
telligitur diſſolutus, abſq; alia retrouenditione, ex doctrina *Paul. de Caſtro in l. ſi cùm venditor, num. 6. ff. de pign. act. Cuman. in l. 1. in fin. ff. de donat. Dec. conſ. 614. num. 24. vol. 2. Boer. dec. 182. num. 38. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. num. 17.*

Et demùm prò parte creditorum, & Marchionis dicebatur; hunc caſum bis fuiſſe deciſum in S.C. & vltimo loco in anno 1613. ad relationem Reg. Conſiliar. Didaci Salinas in cauſa Sacri Montis Pietatis cum D. Carolo Siſcar ſuper liberatione depoſiti facti per Illuſtr. Principem Scillæ, in Banca Borrelli, quam deciſionem refert idem *Thor. in d. Compend. dec. tom. 2. in verb. ceſſionarius iuris luendi*, vbi etiam dicit, in eodem proceſſu apparere, idem fuiſſe in alia cauſa per S.C. iudicatum.

Pro parte verò dicti Reg. Conſiliar. Andreæ Marcheſij, & eius coniugis dicebatur, quòd contractus retrouenditionis in iſto
caſu, quando exercetur à tertio ceſſionario
11 iuris luendi, non inducit extinctionem pri-
mi contractus, ſed tranſlationem, quia ipſa
retrouenditio, quæ fit vigore pacti de retrouendendo, inducit id, quod eſt retroſimile primo contractui venditionis, & hoc fit, non per viam diſſolutionis primi contractus, ſed ex nouo contractu retrouenditionis, interuenit enim pretium, conſenſus contrahentium, & res, quæ retrouenditur, cùm enim prima venditio ſit iàm perfecta, non poteſt abſquè alio nouo contractu fieri infecta, *l. ab emptione, ff. de pact. l. ſi quam rem, in fin. ff. de reſcind. vend. l. 1. C. quando liceat ab empt. diſced. Pedrocch. in reſponſ. quando liceat ab emptione diſcedere, num. 640. tom. 2. Rot. dec. 687. part. 1. in nouiſſ. Seraphin. dec. 890. num. 1. Ludouiſ. dec. 156. num. 3. Ignat. Laſar. de las Alcaual. par. 1. cap. 14. num. 40.* & hoc ſentit apertè *gloſ. in l. 1. C. de pact. int. empt. & vendit.* quæ ponit differentiam in-
12 ter tranſlationem dominij, quæ fit ex pacto
de retrouendendo, eò, quòd nouum contractum facit; & eam, quæ fit ex pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, quia hæc inducunt tranſlationem per modum diſſolutionis primi contractus, pactum verò de retrouendendo per viam noui contractus; quod etiam probari videtur ex *text. in d. l. ab emptione, in fin. ff. de pact.* & ex *d. l. ſi quam rem*, vbi non tàm hoc agitur, vt à principio negotij diſcedatur, quàm, vt nouæ quædam obligationes inter contrahentes conſtituantur, quod etiam ſatis apertè ſequitur *Paul. de Caſtr. in d. l. ſi cùm venditor, ff. de pign. act. num. 5.* ibi: *Nàm in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem agitur, vt res ſit inempta*, & ſic tendit ad reſolutionem contractus, ſed pactum de retrouendendo, vel de reſtituendo, non ſic, vt notat *gloſ. in d. l. 1. & 2. C. de pact. inter emptor. & vendit. in final. verb.* vbi etiam idem *Caſtr. num. 2. & 3.* dicit, quòd pacta legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, contrahendo parificantur, nec nouum faciunt cõtractum, in retrouenditione verò, quæ fit vigore pacti, non diſtractus, ſed nouus cõtractus creatur, & aſſertur, faciunt dicta per *Franc. de Petris conſ. 45. num. 3.* ratio, quia in pactis
13 reſolutiuis adiectionis in diem, vel legis
commiſſoriæ, ſtatim, quòd tempus ſoluendi præterijt, vel melior conditio aſſertur, reſoluitur titulus venditionis, per cuius reſolutionem ipſo iure dominium ſtatim diſſoluitur, vt declarat idem *Caſtrenſ. in d. l. 1. num. 8. Alber. in l. commiſſoriæ, & Cyn. in l. qui ea lege, C. de pact. inter empt. & vendit.* & propterea concludendum erit, quòd ex iſto nouo contractu retrouenditionis in beneficium tertij inducitur tranſlatio iurium,
14 quod etiam important illa verba, in ſimili-
bus retrouenditionibus apponi ſolitis, *ceſſit, poſuit, & tranſtulit*, & quòd ex hoc nouo
15 contractu retrouenditionis vera venditio,
& venditi nominis ceſſio inducatur, tenent *Felician. de cenſ. to. 1. lib. 3. c. 2. n. 19. et Franc. de Petr. loco* cit.

Secundò dicebatur, quòd magna eſt differentia in retrouenditione, quæ fit ad beneficium ipſiuſmet venditoris, & in ea,
16 quæ fit tertio ceſſionario iuris luendi, in
primo enim caſu, quàmuis retrouenditio ſit nouus contractus, & retrouendens vtatur verbis aptis ad tranſlationem iurium, ta-



Digitized by Google

men non poterit hoc operari per viam tranſlationis, ea ratione, quia non poteſt transferri in eum dominium annuorum introituum conſtitutorum per ipſummet venditorem ſuper rebus proprijs, quia daretur actio, &
16 paſſio in eodem ſubiecto, non enim poteſt dari ſeruitus in re propria, *l. ſi quis ædes, ff. de ſeruit. vrb. præd. & l. quicquid, ff. comm. præd.*
17 nec etiam poteſt dari vſusfructus in re propria, *l. vſusfructus, ff. ſi vſusfruct. petat.* nec res propria pignorari, *l. ſi rem alienam, la ſe-*
18 *cunda, ff. de pign. act.* nec debitori fit ceſſio, *gloſ. in l. a. §. cùm interdùm, ff. de pignor. Rot. dec. 96. num. 1. & 2.* in impreſſis poſt *addit. ad Cenc. de cenſib.* diffusè *Anton. de Amato reſol. 7. num. 32.* ead. *Rot. Rom. dec. 18.* num. 1. in impreſſis poſt *tract. Cencij de cenſib.* & *del Caſtill. dec. Reg. Sicil. 137. lib. 2. Miluenſ. dec. 9. nu. 52. par. 1.*
19 In ſecundo verò caſu, quandò retrouenditio fit ad beneficium tertij, ceſſat hæc incompatibilitas, & retrouenditio poteſt operari per modum tranſlationis, tranſlatiuè, & non extinctiuè, aliud eſt enim vendere, & in hoc venditor dicitur pati, aliud verò acquirere pactum de retrouendendo, nàm in hoc dicitur acquirere actionem redimendi rem venditam, & ideò dùm cedit tertio iſtud ius redimendi, ceſſionarius non repræſentat venditorem in illa actione paſſiua; ſed in illa actione actiua, quatenus vti agens poteſt
21 exercere pactum de retrouendendo, quæ actio eſt ceſſibilis, vt per *Gozadin. in l. 2. C. de reſcind. vendit. nu. 104.* vbi etiam *Cagnol. num. 54.* & propterea exercendo pactum prædictum, transferuntur in eo omnes actiones, quas idem emptor tempore contractus
22 acquiſiuit, & primus cenſus non remanebit extinctus, ſed tranſlatus in hunc tertium redimentem, & pretium exburſantem, & hoc in puncto fuit deciſum per eandem *Rot. in dec. 44.* in impreſſis poſt *addit. ad Cencium*, vbi ex verbis contrahentiũ concludit, quòd cùm nullo modo voluerit cenſum extinguere, ſed in alium transferre, quamuis pretium ſolueretur pro extinctione cenſus, attamen quia re vera inter partes poſteà actum fuit, non de extinctione, ſed de tranſlatione, potiùs attendi debet, quod factum fuit, quàm quod fieri debuit.

Ex quibus omnia contraria remanent reſoluta, quod enim dicitur, quòd per ſolutio-
23 nem abſque alia retrouenditione intelligitur actus reſolutus, non eſt opinio approbata, ſiquidèm omnes Doctores dicunt, requiri actum veriſimilem, qui fit per retrouenditionem, vt pluriès iudicauit Rota Romana; vt habetur in deciſionibus eorum *Ludouiſio dec. 556.* vbi etiam alias refert *Oliuer. Beltramin. in addit.* ac innumeras deciſiones affert etiam *Cenc. de cenſib. par. 3. q. 1. in q. 3. art. 1. nu. 14.* Sicuti enim in conſtitutione
24 cenſus requiritur ſolutio pretij, & conſenſus contrahentium, ità etiam in eius diſſolutione, *Seraphin. dec. 890.* quod etiam probatur ex *Bulla* bonæ memoriæ *Gregor. XIII.* nec in caſu de quo agebatur poterat hoc dubitari, cùm pecunia ſoluta Lauræ Criſpanæ fuerit ipſorum coniugum, & in actu ſolutionis fuit expreſsè conuentum, vt retrouenditio fieret ad eorum beneficium, prout ſolitũ eſt obſeruari in ſimilibus contractibus.

Nec obſtabit etiam illa incompatibilitas conſiderata, quòd cenſus ſit extinctus reſpectu hypothecæ creditorum, qui contraxerunt cum ipſa bona retrouendente, & quòd non ſtatuat reſpectu ipſorum coniugum, quia ceſſio actionis redimendi retrouenditionis excludit ipſos creditores; non ex eo, quòd iura retrouendentis ſint extincta, ſed quia ſunt in ipſum tranſlata non vti ex voluntate retro-
25 uendentis de præſenti, ſed ex neceſſitate pacti de retrouendendo, & habetur, ac ſi à die initi pacti de retrouendendo fuiſſent in hunc tertium iura tranſlata, & proindè iſte tertius creditoribus, qui cùm retrouendente contraxerunt poſt ipſum pactum de retrouendendo erit anterior creditoribus ve-
26 rò, qui contraxerunt cum retrouendente antè initum pactum, erit potior, ex *l. licèt, C. qui pot. in pign. hab.* quod fit ea ratione, quia tempore, quo retrouendens acquiſiuit annuos redditus, ipſo actu acquiſitionis ſe obligauit ad retrouenditionem, quod etiam probant *Bart. & Bald. in l. ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict.* vbi dicunt, hos creditores excludi, ex eo, quòd id fit ex neceſſitate prioris contractus; nec ex ipſo actu aliquod præiudicium infertur creditoribus retrouendentis, quia hypothecæ
27 eorum extinguerentur, etiam ſi ipſe debitor de ſua pecunia ſoluiſſet, *l. ſi res, & l. ſi debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* & ſic parum refert, fit per veram extinctionem cenſus, vel per tranſlationem in tertium ceſſionarium illius pacti de retrouendendo, de cuius pecunia fuit facta ſolutio retrouendenti. Hinc dixit *Anton. de Amato var. reſol. cap. 7.* vbi plenè tractat articulum ſub *n. 36. verſ. pro qua opinione,* quòd ſi hoc caſu diceremus, hypothecas prioris creditoris ipſius cenſus non extingui, totus Mundus litibus inuolueretur, & teſtatur, quòd in illo Regno per huiuſmodi reluitiones, quæ fiunt à tertijs ceſſionarijs ad effectum ſubintrandi, & animo faciendi fructus ſuos, tàm de annuis redditibus debitis per Ciuitatem Panormi, quàm per Particulares, conſuetudine eſſe approbatum, vt hypothecæ creditorum retrouendentis cenſum ſint reſolutæ, & extinctæ, quamuis cenſus pro reluente adhùc currat, & quamuis quandoque fuerit iten-

tentatum contrarium, tamen nunquàm id fuit admiſſum.

Et tandèm pro parte dictorum coniugum dicebatur, hanc opinionem eſſe *Doctorum* authoritatibus, ac deciſionibus Supremorum Tribunalium approbatam, ſiquidèm de Regnicolis eam in terminis ſequitur *Camill. de Medic. conſ.* 165. *num.* 35. *&* 44. hoc etiam in puncto tenuit *Anton. de Amat. d. reſol.* 7. *num.* 37. ſic paritèr *Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſib. q.* 5. *num.* 141. cum *ſeqq.*
28 dicens, quòd iſta non dicitur vera retrouenditio, ſed potiùs venditio, quæ fit iſti tertio, qui pretium ſoluit, eandem opinionem ſequitur *Giurba dec.* 87. *num.* 21. *&* 34. *Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 50. cum *ſeqq.* vbi plenè de materia, *Ludouic. Caſanat. conſ.* 10. *num.* 75. & hoc in terminis fuit deciſum iunctis Aulis, & in Collat. Conſil. die 22. Iunij 1573. in cauſa Ioa. Baptiſtæ Piſcicelli cum Io. Aloyſio Saraceno, de qua deciſione meminit *Reg. Reuerter. in dec.* 39. *par.* 7. in qua cauſa ſcripſit acutiſſimi ingenij Vir doctiſſimus *Fabritius Brancatius*, ſua ætate nemini ſecundus, cuius Allegationes habuimus tèmpore deciſionis huius cauſæ, & ideò viſum fuit, illas tanquàm eruditiſſimi, & doctiſſimi ſua tempeſtate viri, in fine huius *deciſionis* inſerere, & ſic etiam *deciſionem Reg. Reuerter.* licèt non adhùc impreſſam, factam in eadem cauſa, in qua ſcripſit *d. Brancatius.* Inſupèr, fuerunt adductæ pro hac opinione plures Rotæ Romanæ deciſiones, & præſertim *deciſ.* relatæ per *Farinac. in poſthum.* 236. *&* 364. *tom.* 2. qui ponit caſum in fideiuſſore cenſus, qui ſoluit creditori, & obtinuit ceſſionem iurium, & tamen fuit deci-
29 ſum, cenſum non eſſe extinctum, ea ratione, quia non ſoluit animo cenſum extinguendi, ſed in ipſum transferendi. & eſt caſus fortior, quia fideiuſſor eſt obligatus ſoluere, tertius verò non. Nec vis eſt facienda in dicta deciſione Sacr. Conſil. relata per *Thor.* ad relationem Reg. Conſil. Salinas, qui vltrà quod ponderatur, quòd in eo caſu non aderat reſeruatio iurium, idem Reg. Conſiliar. Salinas, qui prædictæ cauſæ fuit Commiſſarius, votauit in hac cauſa prædictorum coniugum de Marcheſio, & dixit, quòd in illa cauſa non fuerunt multa conſiderata, quæ in hac cauſa fuerunt examinata, & diſcuſſa; Nec tandèm fuit habita aliqua ratio de noua venditione facta per dictum Marchionem Motulæ prædictis coniugibus de Marcheſio, prout vidi obſeruatum etiam in omnibus alijs ſimilibus contractibus, qui modernis temporibus fiunt, quia vltrà clauſulas reſeruationis priorum iurium aderat expreſſum pactum, quòd eatènus intelligatur facta noua venditio, quatènus eſſet neceſſaria, & non alitèr, & intelligatur facta in eo, quod poteſt creditoribus prodeſſe, & non nocere. Ex quibus omnibus die 9. Iulij 1634. ad relatioñe Reg. Conſil. D. Flaminij de Conſtantio in Aula præfati Cõſil. Didaci Salinas, vbi etiã interfuit D. Thomas de Carleual. de eadem Aula, ac cum interuentu Reg. Conſiliar. Andreæ Prouenzalis, & mei adiunctorum in dicta cauſa, fuit deciſum, prædictos coniuges eſſe referendos creditores, tàm pro capitali, quàm pro tertijs ab anno 1598. à die, quo contraxit prædicta Laura Criſpana, pęnès Iacobum Figliolam S.R.C. Act. Mag.

---

*Conſilium Celeberrimi Aduocati Fabritij Brancatij pro Ioanne Baptiſta Piſcicello in eodem articulo.*

PActum, ſeù contractus de retrouendendo, quòd inducat translationem iurium, præſertim in illum, qui redimit, vt ceſſionarius iuris redimendi, teneo, & proindè firmo mihi quatuor concluſiones in præſenti diſcurſu, in quo volui penitùs omittere *Conſulentes*, vt veritas queſtionis habeatur. Prima illa eſt, quòd qualitas contractus retrouenditionis, & verba ipſius inducunt translationem, & non extinctionem, quia retrouenditio vigore pacti
30 inducit id, quod eſt retroſimile primo contractui, ſcilicèt venditioni; ſed non per viam diſſolutionis primi contractus, ſed per viam noui contractus, iſtud voluit ſentire *gloſ.* ſub *ver. pertineret in l.* 1. *C. de pact. inter empt. & vendit.* quæ dat hanc differentiam inter
31 translationem dominij, quæ fit ex pacto de retrouendendo, eò, quòd nouum contractum facit, & eam, quæ fit ex pactis legis cõmiſſoriæ, & adiectionis in diem, quia hæc introducunt translationem per modum diſſolutionis primi contractus. Pactum verò de retrouendendo per viam noui contractus, & hinc tendunt verba *l. ab emptione, in fin. ff. de pact.* ibi: *non tàm hoc agitur, vt à principio negotij diſcedatur, quàm vt noua quædam obligationes inter nos conſtituantur,* id etiam intendit *text. in l. ſi quam rem, ff. de reſcind. vend.* qui *textus* demonſtrat iſtos duos modos declaratos. Alium, quando fit noua emptio per modũ diſſolutionis primi contractus. Et alium, quandò per viam noui contractus, & iſtud dictũ *gloſ.* in *d. l.* 1. declarauerunt, & ſequuti ſunt *DD.* inter cęteros *Paul. de Caſtr. in l. ſi cùm venditor, ff. de pignor. act. num.* 5. apponens hæc verba, *nàm in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem agitur, vt res ſit inempta*, & ſic tendit ad reſolutionem contractus, ſed pactum de retrouendendo, vel reſtituendo, non ſic, vt *gloſ.* notat in *d. l.* 1. *&* 2. *C. de pact. inter empt.*



Digitized by Google

& vend. in final. verb. Inſupèr idem *Paul. in l. 1. C. de pact. inter empt. & vend, n. 2. & 3.* declarans hanc differentiam, dicit, quòd pa-
32 cta illa legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem contrahendo purificâtur, non reſoluũtur in contractum, ſed in diſtractum, vt pactum de retrouendendo, quandò in retrouenditione non diſtractum, ſed nouum procreat contractum. Ratio eſt, quia in illis verbis, ſeù pactis reſolutiuis ſtatimatq; tempus ſoluendi præterijt, vel melior eſt allata conditio reſoluunt titulum venditionis, & proindè ſicut à principio nuda poſſeſſio non transferebat dominium, *l. nunquàm, ff. de acquir. rer. domin.* ità vt ſi ex poſt facto nuda remaneat per diſſolutionem illius tituli, ipſo iure non eſt habilis ad conſeruationem dominij, ità declarabat idem *Paul.* in ead. *l. 1. num.* 8. *Alber. in l. commiſſoria, & Cyn. in l. qui ea lege, C. de pact. inter empt. & vendit.* nimirùm ſi iſte caſus inducit diſſolutionem, vti pactum de retrouendendo, quia ſonat in retranslationem, & ſic in nouum cõtractum, non in diſſolutionem primi, nimirùm ſi de ſe inducit translationem, & illi non applicãtur ea, quæ de pactis legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem dicuntur, proùt præſertim *DD.* id dicunt in quæſtione fructuum perceptorum per dominum cum pacto de
33 retrouendendo, qui reſtitui non debent, ſi antè moram percepti ſunt, & tandèm hanc eandem differentiam ſentijt *Gloſ. in l. ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus,* ſub *verbo deſinere, ff. de in diem addict.* quòcirca vera erit concluſio, quòd qualitas contractus retrouenditionis inducit translationem, inducũt etiam translationem verba, quæ in retrouẽditionibus conſueuerunt apponi, & in noua
34 retrouenditione ſunt appoſita, videlicèt, *ceſſit, poſuit, & tranſtulit,* remanet proindè vera hæc prima concluſio.

Verior erit ſecunda concluſio, quòd lex
35 impropriat verba, vt ſequatur intentio contrahentium, vndè ſi creditor ex contractu ceſſionis velit transferre actionem, quam contra ſuum debitorem habet, & vtatur verbis inducentibus translationem; tamen quia in debitore aderat paſſio, & ſic in eum non poteſt fieri translatio, ex *l. debitori, C. de pact. l. Stichum, §. aditio, ff. de ſolut.* ex eo, quòd actio, & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, lex producit effectum, quem
36 contrahentes intendebant, non per viam translationis, ſed per viam extinctionis, ſeù liberationis; è conuerſo ſi quis dùm vult transferre portionem hæreditatis ſibi competentem in alium, vtatur verbis repudiatiuis, ſeù extinctiuis, & is, in cuius fauorem proferuntur talia verba extinctiua non ſit habilis ad acquirendum per viam extinctionis, vtputà quia ipſe non erat cohæres, lex reſoluit illa verba extinctiua in translatiua; *l. ſi actionem, C. de pact.* Hinc ſequitur, quòd licèt retrouendens in retrouenditione vtatur, & contractu, & verbis aptis ad translationem, ſi quid ſit, quòd non poſſit operari per viam translationis, operabitur per viam extinctionis, vtputà quis retrouendit eidem venditori annuos duc. 100. quos emerat ſuper domo venditoris, quia non poteſt transferri dominium ipſorum introituum in ipſum venditorem, cùm non poſſit eſſe dominus annui redditus ſuper domo propria, & quòd res ſua non poteſt ſibi ſeruire, & non pòt dari vſusfructus in re propria, *l. vti frui, ff. ſi vſusfruct. petat.* nec poteſt in re propria habere ſeruitutẽ, *l. ſi quis ædes, ff. de ſeruit. vrb. præd.* & *l. quicquid, ff. comm. præd.* extinguitur ille annuus redditus, & per viam extinctionis proderit venditori redimenti, quia habebit rem liberam, & poſſidebit illum annuum reditum, non tamen de per ſe, ſed vt fructum dominij domus, quod habet, & habebit illum reditum, non formalitèr, ſed cauſalitèr, proùt id optimè declarauit *Franc. Conn. cap. 3. lib. 4.* ſui *comm. num. 6,* vltrà *Senenſem in l. vſumfructum, ff. de verb. oblig.*
37 & hoc eo modo extinguitur actio perſonalis, quam hic retrouendens habebat pro ſorte, & pro tertijs contrà venditorem, poſtquã non poterat idem homo pro ſemetipſo apud ſemetipſum eſſe obligatus, vt ſuprà, & tandèm eo modo extinguitur actio, quam habebat ſuper bonis venditoris, poſtquàm res propria non poteſt ſibimetipſi pignorari, *l. ſi rem alienam, la 2. de pignor. act.* & adeò lex
38 operatur ſecundùm intentionem contrahentium, vt licèt in pacto legis commiſſoriæ lex operetur per modum diſſolutionis, tamen quia ſecundùm hunc modum non potuiſſet venditor vti interdicto, quod vi, aut clàm, acquiſito emptori propter opus à vicino conſtructum, antequàm fuiſſet reſoluta talis emptio, lex diſpoſuit, quòd teneatur talis emptor transferre hanc actionem in venditorem, *l. eum, qui emit, ff. de in diem addict. & l. ſi is, qui in puteum, §. ſi fundus, ff. quod vi, aut clàm.*

Remanet tertia concluſio, quòd quandò
39 hæc retrouenditio poteſt operari per modum translationis, translatiuè operatur, non extinctiuè, vtputà quia ſit habilis ad acquirendum per viam translationis is, in quem fuit facta retrouenditio, qualis eſt tertius ceſſionarius iuris luendi, quia cùm venditor in contractu venditionis patiatur in pacto de retrouendendo, & acquirat dùm cedit ius luendi tertio, facit, quòd ille tertius repræſentet hunc venditorem, non in venditione, & ſic in actione paſſiua, ſed in actione actiua, ſi ità loqui licet, quæ cùm cedi poſſit, proùt benè tradunt *Gozad. in l. 2. C. de reſcind.*

Digitized by Google

*ſcind.vendit.nu.*104.*& Cagnol. ibid.nu.*54. ſequitur, quòd ipſe tertius, quia repræſentat venditorem in eo tantùm, in quo venditor agebat, ſcilicèt in pacto de retrouendendo, non in eo, in quo patiebatur, ſcilicèt in venditione, redimendo acquirit translatiuè dominium, & omnes actiones perſonales, & reales, ipſi retrouendenti competentes, eò, quòd cùm non ſint in ipſo obligationes paſſiuæ, quæ naſcebantur ex venditione, in qua non repræſentat venditorem, eſt capax prædictarum actionum translatiuè, & talis eſt caſus Magnif. Ioan. Baptiſtæ Piſcicelli, in quo ipſe vti ceſſionarius iuris luendi reemit, quia acquiſiuit actiones competentes Baroni Latronici, & Pometæ Spinulæ translatiuè, cui tertius ceſſionarius iuris luendi ſoluit.

Sequitur hæc quarta concluſio, quòd quandò creditores retrouendentes agunt contra tertium, qui vti ceſſionarius reemit, ipſe reemens excludit ipſos creditores, non eò, quòd iura retrouendentis ſunt extincta, ſed quia ſunt in ipſum translata, non vti ex voluntate retrouendentis de præſenti, ſed ex neceſſitate pacti de retrouendendo fuiſſent in hunc tertium iura translata, & proindè creditoribus, qui contraxerunt cum retrouendente poſt pactum de retrouendendo erit anterior, creditoribus verò, qui contraxerunt cum retrouendente antè initum pactum, erit potior, ex *l. licèt, C. qui pot. in pign. hab.* quia tempore, quo iſte retrouendens acquiſiuit hanc rem, obligauit ſe in actu acquiſitionis ad retrouenditionem, & ſic alludunt verba *Bart. in d. §. ſed & Marcellus*, dicens, hos creditores excludi, aſſignat rationem, eò, quòd id fit ex neceſſitate prioris contractus, & ſimilitèr *Bald.* in eod. *loco* aſſerit. *Ratio eſt, quia vendit mihi ex obligatione primi contractus*, & quia ex hac ratione excluduntur creditores, proùt etiam excluduntur, quandò fuiſſent diſſoluta, ſeù extincta iura retrouendentis ipſi venditori, ex *l. ſi res, & l. ſi debitor, quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* DD. ſumpſerunt occaſionem dicendi, quòd facta retrouenditione ità reſoluuntur hypothecæ, proùt in adiectione in diem, allata meliori conditione, non quòd diſſoluantur hypothecæ per eundem modum, ſed quòd habeant eundem effectum, quoad hoc, proùt in illis terminis loquitur *gloſ. in l.* 1. *C. quand. liceat ab empt. diſced.* ſub *verbo, non obſtat*, quæ cùm *text.* poneret differentiam inter caſum, in quo ſecundus actus reſoluit primum contractum, non nouum facit, & caſum, in quo nouum facit, dicit *gloſ.* quòd iſte nouus contractus reſoluit primum, & dùm aduertitur, id eſſe contra *text.* dicit, quòd procedit quoad effectũ tantùm, vz. quòd ſicut reſoluuntur hypothecæ, allata meliori conditione, ità & facta retrouenditione, non autèm quoad modum, quia in primo actu lex operatur per modum diſſolutionis primi contractus, in ſecundo per modum noui contractus, hæc occurrunt.

---

*Sequitur Deciſio Regentis Reuerterij in hac eadem cauſa, quæ eſt trigeſimanona parte ſeptima manuſcripta.*

PEtrus emit à Ioanne quandam domum pro pretio ducatorum mille, cum pacto de retrouendendo quandocunq; & promiſit ei euictionem in forma, cum expreſſa obligatione, & hypotheca omnium bonorum præſentium, & futurorum, proùt quotidiè fiunt hæc inſtrumenta, poſteà Ioannes venditor ceſſit ius luendi dictæ domus Iacobo cum omnibus iuribus ſuis, proùt ſibi id ius luendi competit à dicto Petro emptore, Iacobus vigore dicti iuris luendi ſibi ceſſi reemit à dicto Petro dictam domum, & Petrus promiſit euictionem à ſe, & ab habentibus cauſam ab eo, & pro euictione generali ceſſit omnia iura ſibi competentia, contrà dictum Ioannem primum venditorem, ponens dictum Iacobum in locum ſuum, cum omnibus clauſulis ſolitis, & conſuetis in ampla forma, poſteà euenit, quòd quidam tertius euincit illam domum, & ſuper ea veniunt plures creditores habentes ipſam domum obligatam, & hypothecatam antequàm dictam domum reemiſſet dictus Iacobus, erant enim poſteriores dicto Petro primo emptore, dicit ſecundus emptor, licèt ego ſim poſterior ratione meæ emptionis, quia domum reemi poſt contractam obligationem ſuper dicta domo per alios creditores, tamen quia ego venio ex perſona primi emptoris, à quo cauſam habeo, & qui mihi in dicta domo ceſſit omnia iura ſua, & ſic in locum ſuum poſuit, qui erat prior aliis, ſequitur, quòd ego ex iure ſuo mihi ceſſo debeo eſſe prior. Præſuppono, & primò, quòd mihi poteſt cedi nedùm
40 actio, ſed etiam officium Iudicis, & ſola naturalis obligatio, *l. ſi eius, ff. ad Trebell. Bart. in l.* 1. *§. fin. ff. de nou. oper. nunc. Aret. in l. huiuſmodi, ff. de verb. oblig.* & ceſſio eſt
41 de iure permiſſa, adeò, quòd ſemper poteſt fieri, niſi in certis caſibus, vt optimè *Aret.* qui ponit regulam cum ſeptem fallentiis in *l. fin. C. ne lic. potent.* in tantùm, quòd ſi cauetur ſtatuto, quòd ad inſtantiam credi-
42 toris debitor poſſit capi, ceſſionarius poterit debitorem facere capi, vt latè per *Aret.* & optimè in *l.* 1. *col. antepen. & penul. ff. ſi cert. pet.* & dixit *Imol.* eſſe communem opinionem, licèt poſteà ipſe concordet opinio-
nes

Digitized by Google

nos fœdere diſtinctionis, & ſic ex illa com-
muni ſententia, appellatione creditoris ve-
nire ceſſionarium, in tantum, quòd actio iu-
dicati, & remedium exequutiuum poteſt ce-
di ibidem, & ſi quis habet ius intrandi poſ-
ſeſſionem rei alterius propria authoritate,
poterit illud ius cedere, *Bart. Alex. & Iaſ.*
43 poſt omnes *Mod. in l. 1. §. fin. ff. de nou. oper.*
*nunc. Aret. in l. ſi ità ſtipuler, & in l. fin. in*
*princ. col. 1. & 2. ff. de verb. oblig.* & eſt com-
munis opinio, vt teſtatur *Iaſ. in d. l. 1. §. fin.*
*col. 3.* facit, quod vult *gloſ.* ſingularis *in l. cùm*
*fundus, in verſ. poſtea, ff. de vi, & vi armat.*
vbi *d. gloſ.* vult, quòd illud ius extraiudiciale,
44 quòd quis poſſit incontinenti expellere in-
uaſorem, poteſt alteri cedi, & illam *gloſ.* re-
putat ſingularem *Bald. in cap. 1. §. 1. de pac.*
*iuram. firm.* quòd ſi poſſum propria autho-
ritate capere debitorem, vel ingredi poſſeſ-
ſionem, quòd illud ius poſſum alteri cedere,
& ità tenent omnes, dixit *Iaſ. in d. §. fin.* pro
materia noſtra, & deciſ. de qua infrà, facit
quod not. *Angel. in l. ſi emptore, ff. de pact.*
quem refert, & ſequitur *Aret. in l. cum filio-*
*fam. col. 5. ff. de leg. 1.* quòd quandò in ceſſio-
45 ne actionis ſunt poſita iſta verba, *ponens*
*eum in locum ſuum*, quòd videtur manda-
tum exercitium, & cedens non poterit am-
plius agere, etiam ſi non interuenerit alte-
rum de tribus, de quibus in *l. 3. C. de nouat.*
46 & ius pacti de retrouendendo poteſt cedi,
ità conſuluit *Paul. de Caſtr. in conſ. 1. vol. 2.*
quòd licet hoc ſit veriſſimum, per ea, quæ
adduxit, tamen non inueni in ſpecie per
alium tactum, hæc opinio *Paul. de Caſtr.* ha-
bet *text. in l. creditore, ff. de euict.* quem
ſummat *Bar.* venditor cogitur cedere actio-
47 nes, quas habet pro re vendita, contra au-
thorem ſuum, idem dixit *Bald.* per hæc ver-
ba: *nota ex hac lege, quòd venditor tenetur*
*cedere actiones, quas habet pro re vendita*
*contrà authorem ſuum*, eſt pariter ſecundùm
not. *Bald. ibi*, quòd illud, quòd prodeſt mihi,
& non nocet venditori, de facili impetratur;
immò plus dixit *ibi Bald.* quòd licèt credi-
48 tor non teneatur de euictione, tamen tene-
tur cedere iura ſua, quæ poteſt etiam cedere
ex interuallo, pro hac opinione, quòd quan-
dò mihi iura ſunt ceſſa ab illo, qui mihi ven-
didit contrà eum venditorem, à quo author
emit; ego poſſum ſemper agere contrà au-
thorem authoris mei, vigore ceſſionis mihi
49 factæ, quòd alias non poſſem, ſi actiones mi-
hi ceſſæ non fuiſſent, vt in *l. ſi res, quam, ff.*
*eod. tit. de euict.* & ità *ibi* optimè not. *Bald.*
quem omninò vide, & *Fulg. ſ. in l. ſi purè, §.*
*ſi pro euictione, col. fin. eod. tit. Aret. ibi in*
*d. l. 1. col. penult.* & caſus in *d. l. ſi purè* cum
not. per *Bald.* eſt pro deciſione caſus noſtri,
50 & in illa ceſſione veniunt omnes actiones,
tàm reales, quàm perſonales, & hypotheca-
riæ, *l. ſi inſolutum, C. de act. & oblig. & l. ſeq.*
51 & iſta hypotheca ceſſa tranſit cum ſuo pri-
uilegio, quod poteſt cedi, *Paul. de Caſtr. &*
*Alex. in d. l. 1. §. fin. col. 2. in princ. ff. de nou.*
*oper. nunc.* & per ea, quæ not. *Bart. & Alex.*
*in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. Alex. in*
*l. inſulam, § vſuras, ff. eod. tit. Bald. nouell.*
in ſuo *tract. de dot. in 12. par. colum. 9. verſ. 4.*
*Neguſ. in tract. de pign. in 2. par. in 4. membr.*
*num. 120.* cum pluribus *ſeqq.* facit *text. in*
*d. l. venditor actionis, ff. de hæred. vel action.*
*vend. Neguſ. vbi ſuprà, num. 120.* ibi, *& per*
*conſequens tranſit etiam priuilegium præla-*
*tionis, tanquàm conſtituens hypothecam, &*
*ius ceſſum*, facit *text. in l. fin. C. de iur. Fiſci.*
Pro deciſione puncti ſuprà adducti ego di-
co, cauſam fuiſſe in S.C. quæ erat ibi deciſa,
& votata in vna Aula, fuit à dicta ſententia
52 reclamatum, & prouiſum, quòd fieret rela-
tio in Collat. Conſil. iunctis duabus Aulis, &
ità fuit relatum in dicto Collat. Conſil. & ibi
votatum, & pro maiori parte fuit prouiſum,
malè iudicatum in S.C. & benè reclamatum:
Cauſa igitur erat talis. Ioann. Aloyſius Sa-
racenus emit ab Vniuerſitate Ioiæ ducatos
annuos 540. poſteà partem alienauit Pome-
tæ Spinolæ, & partem retinuit, dicta Vniuer-
ſitas Ioiæ ceſſit ius luendi Ioann. Baptiſtæ
Piſcicello, qui vigore huius iuris ceſſi reemit
à dictis Pometa, & Barone Latronici, qui re-
trouendiderunt, & ceſſerunt omnia iura di-
cto Piſcicello, dictum S.C. primo loco deter-
minauit in fauorem dicti Ioan. Aloyſij, con-
tra ea, quæ ſuprà adduxi, antequàm de hac
cauſa notitiam haberem, poſteà in cauſa
reclamationis, quæ iunctis duabus Aulis
fuit votata in Collat. Conſil. fuit ſententia
prima S.C. reuocata, & cauſa votata in fauo-
rem dicti Io. Baptiſtæ Piſcicelli, eum præfe-
rendo dicto Io. Aloyſio Saraceno, per ea, quę
ſuprà per me deducta fuere, abſque ſcientia
per me habita dictæ cauſæ, in Sac. Reg. Con-
ſil. pendentis, & vltra per me ibi allegata, eſt
concluſio vera, quòd Vniuerſitas Ioiæ, quæ
ius luendi, quod habebat, ceſſit Ioan. Bapti-
ſtæ Piſcicello, cuius vigore emit à dictis Po-
meta, & Barone Latronici illos introitus du-
catorum 373. annuorum venditorum eiſdē
per dictum Io. Aloyſium Saracenum, illa
prima venditio per reemptionem non fuit
extincta, quia Vniuerſitas Ioiæ, cedendo ius
reemendi dicto Ioan. Baptiſtæ, non tranſtulit
in eum per viam extinctionis dominium il-
lorum introituum, quod non erat penès eā;
ſed erat dominium, licèt reuocabile penès
dictum Ioan. Aloyſium, quod poſteà reuen-
dendo fuit in Pometam translatum, & Ba-
ronem Latronici, hoc dominiū per reemen-
tem fuit translatum in dictum Io. Baptiſtam
Piſcicellum, & ſic in eum tranſiuit cum om-
nibus iuribus ſuis, & cum illis hypothecis, &
prio-

Digitized by Google

& prioritatibus, quæ erant penès omnes ſuos authores, à quibus cauſam habuit, mediantibus ceſſionibus eis factis, quæ penès Vniuerſitatem Ioiæ non erant, niſi actio perſonalis ex vendito, vel præſcriptis verbis, quæ ei competebant pro reemendo à dicto Ioan. Aloyſio, iuxtà *text. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* ſolùm Vniuerſitas per ceſſionem tranſtulit actionem ad acquirendum dominium, quod erat penès Pomeram,
53 ſicut illud fuit translatum in Ioann. Baptiſtam Piſcicellum, mediante reemptione ab eo facta. Iſtud dominium nunquàm fuit extinctum, ſed ſemper tranſiuit in ſuos emptores, cum ſuis cauſis, iuribus, hypothecis, & prioritatibus. Ideò omnia iura, quæ erant contrà Vniuerſitatem Ioiæ, fuerunt translata in Ioan. Baptiſtam Piſcicellum, ideò ipſe præfertur Ioan. Aloyſio Saraceno, qui vendendo, & cedendo, omnia eius iura in alium tranſtulit, quia qualitas contractus, & retrouenditionis, & verba ipſius induxerunt translationem, & non extinctionem, quia retrouenditio vigore pacti, quæ eſt actus retroſimilis primo contractui venditionis, transfert,
54 lit, non per viam diſſolutionis contractus, ſed per viam noui contractus, illud vult dicere *gloſ. in l. 1. C. de pact. inter emptor. & venditor. in verſ. pertinere*, quæ dat hàc differentiam inter translationem dominij, quæ fit ex pacto de retrouendendo, eò, quòd nouũ contractũ facit, & eam, quę fit ex pactis legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, quia hęc inducit translationem dominij, per viam extinctionis, & per modum diſſolutionis contractus; pactum verò de retrouendẽdo per viam noui contractus, quod innuit in *d. l. ab emptione, in fin. & in l. ſi quam rem, in 2. par ff. de reſcind. vendit.* iſta duo iura oſtendunt modos; Alterum, quãdò fit reemptio per viam diſſolutionis primi contractus. Alterum verò, quandò fit per viam noui contractus, & ità voluit *Paul. de Caſtr. in l. ſi cùm venditor, ff. de pignor. act. & Petr. de Bellapert. in l. qui ea ſepè, C. de pact. inter empt. & vend.* Quapropter vera eſt concluſio,
55 quòd qualitas contractus retrouenditionis inducit etiam translationem, & verba, quę in retrouenditionibus conſueuerunt apponi, & in præſenti retrouenditione fuerunt appoſita, vt ſunt *ceſſit, poſuit, et transtulit*, hoc important; ſi verò eadem Vniuerſitas Ioiæ reemiſſet, vel à Ioanne Aloyſio Saraceno, vel ab alio, cui introitus vendidiſſet, tunc omnes obligationes, & hypothecæ ipſæ, medio tempore per ipſum emptorem contractæ, ipſo iure remanſiſſent reſolutæ, & introitus liberè, abſque onere aliquo eſſent reuerſi ad dictam Vniuerſitatem Ioiæ, quia
56 reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pignor. Bart. in l. in diem, ff. de aqu. pluu. arcend. Dec. conſ. 439. in fin.* tamen hoc non procedit, quandò Vniuerſitas, quæ vendidit, non reemit ipſa, ſed alteri ius reemendi ceſſit, quia, vt ſuprà dixi, per hanc ceſſionem non fuit translatum dominium in illum, cui fuit ceſſum per Vniuerſitatem, ſed ſolùm actio perſonalis ad reemendum, & facta reemptione per dictum ceſſionarium non fuerunt extincta iura, ſed in eum translata, vt ſuprà dixi, & hoc modo debet intelligi materia.

# OBSERVATIO In Deciſione XVI.

## SVMMARIVM.

1. *Doctores, qui de retrouenditione annuorum introituum, præuia ceſſione iuris luendi ſcripſerunt, referuntur.*
2. Deciſio 16. D. Reg. Marchion. Torelli *aliâ deciſione S.C. comprabatur.*
*Tertiæ habent tandem anterioritatem cum capitale, ibid.*
3. Text. in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio, C. mandat. *non procedunt in ceſſione annuorum introituum, nec contrà poſſeſſores & hæredem, num. 5. & in Regno Franciæ non obſeruantur, num. 6. quid in Statu Mediolani, ibid.*
*Annui introitus ratione periculi emi poſſunt minori pretio, ibid. & ità deriſum adducitur, nu. 4.*
7. *Fideiuſſor, qui ſimpliciter, & inſolidum promiſit ſolutionem, & exactionem annuorum introituum emptori, quando cenſeatur liberatus, facta retrouenditione in beneficium ceſſionarij iuris luendi, & n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
10. *Hypotheca contracta per emptorem ſuper re empta, cum pacto de retrouendendo, quando extinguatur, & n. 14.*

1 FVit adeò latè diſcuſſa materia retrouẽditionis annuorum introituum, præuia ceſſione iuris luendi, nedùm per D. meum hic, ſed etiã per *D. Ioſeph. Mageldum* Aduocatum peritiſſimum in *Allegationibus* editis in eadem cauſa pro D. Marchione Ceruinariæ, & Monialæ Franciſco Caracciolo, nunc meo cliente: ac per *D. Petrum Carauitam*, nunc Aduocatum primi nominis, qui in iure ſcripſit in cauſa prædicta pro *D. Andrea Marcheſio* tũc Reg. Conſiliar. poſtmodùm S.R.C. Præſide meritiſſimo, videndi tamen ſunt *D. Conſil. Garſequal. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 35.*

à

à *num.36.*per *tot. num.41.* vbi D. meum hoc *loco* citat, *ibiq;* in ſpecie loquitur de tertio modo iuris luendi, adducto per D. meum *num.6. & ſeq.* ac per *Honat. Montan.controuerſ.forenſ. lib.1.cap.35.*ſub *n.50.*
2 vbi hanc deciſionem tuetur, & ſecundùm eam fuit iudicatum per S.C. ad relationem
* D.Conſiliar.*Caroli Brancatij* patritij nobiliſſimi, morum ſuauitate dulciſſimi, prudentia, eruditione, ac doctrina nemini ſecundi, & mei Domini colendiſſimi, ſub die 26. Nouembris 1648. in cauſa D.Marini Corteſij Marchionis Rotundorum, ac aliorum creditorum poſteriorum D. Principis Auetranæ, cum Monte Triginta, in Banca Solatij, ſub patrocinio doctiſſimi, ac nunquàm ſatis laudandi *D. Didaci Moles*, noſtra tempeſtate Aduocatorum Principis; fuit enim deciſum, tertias habere eandem anterioritatem cum capitale, ad quod faciunt etiam tradita per *D. Marium Giurbam* doctiſſimum, ac perſpicaciſſimum virum *obſeru.11. per tot. par.1.* vbi de D. meo haud mentionem facit, agẽs de eodemmet articulo.

3 Obſeruabis tamen, *text. in l. per diuerſas*, & in *l. ab Anaſtaſio, C. mandat.* non procedere in ceſſione annuorum introituum, ratione enim periculi poſſunt emi annui introitus minori pretio, vt expreſsè fundat ſubtiliſſimus, ac perſpicaciſſimus *Gutier. pract. qq. lib.2.q.173.nu.6. verſ.vltim.*
4 & ita fuit per S.C. determinatum ad relatio-
* nem D. mei tunc Reg. Conſil. munus explẽtis in cauſa D. Principis Hietacij cum Ioanne Chriſtophoro de Franco, in Banca de Felice, fuit enim D. Princeps condemnatus ad correſpondendum dicto Chriſtophoro ann. ducat. 4000. ei ceſſos per Andream Griſmaldum creditorem prædicti D. Principis, non obſtante illius replicatione, in qua opponebat de iuribus prædictis, eò, quòd præcedebat, emiſſe d. ann. duc. 4000. pro duc. 24. mil. tantùm, vita durante dicti Andreæ non tamen deſinas videre D. meum *dec.188.* per *tot. lib.2.* vbi latiſſimè agit de materia emptionis minori pretio facta.

5 Sicuti nec etiam *text.* in iuribus prædictis habet locum contra poſſeſſores, ac hæredes, ad finem retinendi bona poſſeſſa, ac res hæreditarias, illæ enim *leges* fuerunt introductæ in odium Redemptorum litium, vt probat D. meus *dec.137.num.55. lib.2.* & proindè *ibid.n.56. & 57.* tradit, vti exorbi-
6 tantes, à legibus Canonicis contrarias in Regno Franciæ non obſeruari, & in Statu Mediolani diſpenſari ſ. prædict.

7 Et tandem dùm hic agitur de retrouenditione annuorum introituum venditorum cum pacto de retrouendendo, præuia ceſſione iuris luendi alteri ceſſi, quæri poterit, an fideiuſſor, qui ſimpliciter, & inſolidum promiſit ſolutionem, ac euictionem emptori eẽ venditore annuorum introituum, cenſeatur liberatus per retrouenditionem factam ad beneficium ceſſionarij iuris luendi, & videtur
8 tur affirmandum, quia per retrouenditionem factam per venditorem vigore dicti pacti de retrouendendo, eſt extincta fideiuſſio, ad *text. in l.2. C. de pact. inter emptor. & vendit.* quem citat D. meus *num.8.* eò, quòd
9 venditio facta cum pacto de retrouendendo continet in ſe pactum reſolutiuum, cùm reſtituto pretio emptori diſſoluatur, *l. 1.* vbi *gloſ. C. quand. lic. ab empt. diſced.* cum alijs citatis per D. meum *num.9.* hinc dixit *Bald. in l. in diem, ff. de aqu. pluu. arcend.* quòd
10 ſi eſt facta venditio cum pacto de retrouẽdendo, & emptor tempore, quo poſſidet cõtrahit hypothecam ſuper re empta, ſi poſtmodũ fiat retrouẽditio vigore dicti pacti de retrouendendo, ius hypothecæ contractæ reſoluitur, ad *text. in l.3. § ſed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* qua reſolutione ſtante di-
11 citur etiam reſoluta promiſſio fideiuſſoris, cùm illi accedat, & ſecundùm eam reguletur, iuxta notata in *l. generalitèr,* cum ſua materia, *ff. de fideiuſſ.*
12 Sed contrarium, vt fideiuſſor minimè liberatus dicatur, habetur ex D. meo à *num. 11.* per *tot. num. 29.* & ex *conſ. D. Fabrit. Brancacij, ibid.* impreſſo à *num. 30.* per *totum, 38.* ac D. *Reg. Reuerter. in dec. 39. par. 7.* à *n.39.* per *tot. n.55* quia primus contractus
13 venditionis non alitèr eſt reſolutus per retrouenditionem factam, præcedente ceſſione iuris luendi, ſed tantùm retrouenditio inducit tranſlationem iurium, ad *text. in l. ab emptione, ff. de pact.* cum ſimil. & ſecundùm hanc ſententiam deciſum refert D. meus *d. num. 29. in fin.* adducendo aliam deciſionem relatam per *D. Reg. Reuerter. nu.52.* ideoq; contrarium per Nos adducta *nu.10.* cum *ſeqq.* procedunt, quandò retrouenditio
14 fit ad beneficium venditoris, non autem eius ceſſionarij, vt colligitur ex dictis per D. meum *nu.16. & 20.* & *D. Reg. Reuerter. ibid. nu.54.*

*M. A. Giggius.*

---

# ARGVMENTVM.

**Creditor, qui imminente mutatione monetæ pecuniam mutuauit, ſub conditione ſatisfaciendi alteri creditori anteriori, facta ad ſui beneficium ceſſione, & per debitorem illa de-**

depoſita in publico Banco, ad illum effectum, ſtante declaratione per S.C. vigore *Pragmatica* 13. ſub *titul. de Monetis*, depoſitum prædictum ceſſiſſe periculo debitoris deponentis, quamuis primus creditor ceſſionem, & quietationem feciſſet, cum proteſtatione tamen, quis præferri debeat in bonis communis debitoris, primus creditor, an verò ſecundus, ſtãte dicta ceſſione.

*S.V M M A R I V M.*

1 . *Depoſita in hac Ciuitate antè decimũquintum diem Februarij 1622. per triginta milliaria circumcircà, in cæteris verò partibus Regni antè diem vigeſimum eiuſdem menſis de pecunia tunc currenti ſunt rectè, & ritè facta, exceptis tamen depoſitis de pecunia aliena, ad deponentes quomodolibet peruenta ad hunc effectum, dummodò non ſit recepta, & acceptata, aut alitèr non eſſet, creditoribus non contradicentibus liberata.*

2 Conditio, *ſeù vinculum adiectum in mutuo, ſeù contractu annuorum introituum conuertendi pecuniam in ſatisfactionem creditorum anteriorum, ceſſis iuribus in beneficium mutuantis, ſeù emptoris, an operetur, vt periculum illius ſpectet ad mutuantem, vel ad mutuatarium.*

3 *Præſidens Reg.Cam.* Fabius Capycius Galeota *laudatur.*

4 C*eſſionarius ſuccedit in locum cedentis.*

5 *Aduerſùs iura renunciata ampliùs non datur regreſſus.*

6 *Proteſtatio reſeruat ius proteſtantis.*

7 *Intellige, vbi parti, de cuius intereſſe agitur notificata fuerit.*

8 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*

9 *Proteſtatio doloſa operatur reſtitutionem intereſſe.*

10 *Sententia non nocet tertio, in iudicio non audito.*

11 *Ceſſio vltrà intentionem agentium non operatur.*

12 Co*nditio ſuſpenſiua eſt illa, quæ antè perfectionem actus implementum requirit.*

13 *Conditio, quæ ab initio eſt poſſibilis, ſi in executione fiat impoſſibilis, ob ſuperuenientem caſum non vitiatur contractus, ſed ipſa conditio effecta impoſſibilis.*

14 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XVII.

IN hac eadem cauſa alia inſurrexit dubitatio inter Reg. Conſiliar. Andream Marcheſium, & eius coniugem cum Illuſtr. Marchioniſſa Burgentiæ, ſtante enim mutatione monetæ, quæ euenit in hoc Regno de anno 1622. die 2. Martij, vt apparet ex *Regia Pragmatica* emanata ſuper hoc, quæ eſt 13. in *tit. de monetis*, cùm nonnullæ lites ortæ fuiſſent, præſertim in iſtis annuis introitibus cum pacto de retrouendendo; cùm enim per aliquot menſes anteà dubitaretur de reprobatione monetarum, quæ nominabantur *le cinque grana*, ex quo omnes erant, vel falſæ, vel eroſæ, nequè aliud genus monetarum currebat; & valor monetæ non eroſæ creuerat in exceſſum, ob malam qualitatem prædictæ monetæ reprobæ; omnes autem debitores, nedùm ſpontè debitum ſoluebant, ſed etiam anticipata ſolutione quærebant ſoluere, creditoribus recuſantibus illam prauam monetam, ad euitandum damnum, quod accidere potuiſſet tempore mutationis illius, & ideò nonnulla depoſita fuerunt facta ad finem obtinendi retrouenditiones annuorum introituum, per eius, vel eorum prædeceſſores venditorum, recipiendo pecuniam ad ſatis minorem rationem, & nonnulli noluerunt recipere tale genus monetarum; alij verò illas receperunt cum proteſtatione, alij deniquè abſquè proteſtatione, emanataquè dicta *Pragmatica*, per quam habentes prædictam pecuniarum quantitatem in publicis Bancis fuerunt in damno tertiæ partis, nequè duæ partes liberè ſoluebantur, niſi certa quantitas pro qualibet hebdomada, ideò innumeræ inſurrexerunt lites, & controuerſiæ ſuper hac materia, quarè coactus fuit ad eas dirimendas Eminentiſſimus Card. Zapata, tunc huius Regni Locumtenens Generalis mandare, vt per Decretum Generale in Collat. Conſil. cum interuentu Præſidis S. C. ac quinque Reg. Conſiliariorum adiunctorum prædictæ differentiæ terminarentur, proùt fuit facta deciſio die 17. Nouembr. 1622. ad relationem doctiſſimi, ac ruditiſſimi Viri tunc Reg. Conſil. Ferdinandi Brancię, poſtmodùm verò proprijs meritis in Supremo Italiæ Cõſilio apud Suam Maieſtatem, nunc verò in Supremo Collaterali Conſilio huius Regni Regentis digniſſimi, quod decretum reperitur regiſtratum in *Pragmatica* 18. *de monetis*, inter alia autem prædicti decreti generalis capita adeſt primum caput, per quod pro-

uidetur, quòd omnia depoſita antè deci-
1 mumquintum diem Februarij illius anni in
hac Ciuitate,& per triginta milliaria circum
circa, in ceteris verò partibus Regni antè
diem vigeſimum eiuſdem menſis fuiſſe ritè,
rectèq; facta de pecunia tūc currēti, exceptis
tamen depoſitis factis de pecunia aliena ad
deponentes quomodolibet peruenta ad hūc
effectum, reliqua verò depoſita poſt dies
prædictos de prædicta pecunia fuiſſe illegiti-
mè facta,& proindè ſtetiſſe,& ſtare riſico,pe-
riculo,& fortuna ipſorum deponentium,ex-
ceptis tamen depoſitis receptis, vel acce-
ptatis,aut liberatis, creditoribus non con-
tradicentibus,de qua re *Franc.de Petr.* in
ſuo eleganti *conſ.33.* ex quo decreto aliæ in-
ſurrexerunt lites inter ipſos deponentes,&
creditores,à quibus fuit accepta pecunia,ad
effectum illam deponendi, pro dimittendo
primo creditore;prætendebant enim ipſi de-
ponentes, quòd cùm ſolutio eſſet facta ſub
eo vinculo,vt illa pecunia ſolueretur credi-
toribus, ad finem obtinendi ceſſionem, &
ſubintrandi in locum primi creditoris, cùm
effectum ſortiri nō potuiſſet ſolutio, eò quia
primi creditores recuſabant recipere pecu-
niam reprobam, & diſſimilem ab ea, quæ
per ipſos fuit ſoluta,& ſtante decreto prædi-
cto fuit eorum recuſatio admiſſa,intendebāt
enim,omnia damna ceſſiſſe,& cedere pericu-
lo ipſius ſoluentis,cuius erat pecunia corro-
ſa,& ſic prætendebant reſtituere eandem pe-
cuniam, in Banco exiſtentem cum damno
tertiæ partis,eò,quòd dicebāt,fuiſſe ſolutam
ſub conditione.

E contra verò dicebant creditores, quòd
non erat conditio vlla appoſita, ſed modus
tantùm,& quòd dùm contractus erat perfe-
ctus,damnum debebat cedere in eum, qui
pecuniam accepit tempore, quo currebat,
quia voluntariè,& non coactè illam recepit
2 tempore congruo, & pro iſta opinione fuit
pluriès iudicatum in Sac.Conſil.vt per *Reg.
Reuit. in dec. 35.* in cauſa illorum de Ve-
ſpulo, in qua cauſa dùm eſſem Aduocatus
prædictorum de Veſpulo fundare intende-
bam, contractum fuiſſe conditionalem, &
non modalem,ac nonnulla alia ad propoſi-
tùm adduxi,relata in deciſione prædicta,ta-
men contra Veſpulos,& in fauorem Notarij
Gramatij Amodei fuit deciſum,ſicut illa ea-
dem ſeſſione in pluribus cauſis idem fuit
determinatum ad relationem eiuſdem *Reg.
Reuit.* tunc Reg. Conſil. & idem etiam fuit
iudicatum in cauſa Illuſtr. Principis Tarſiæ,
pro quo conſuluit Reg.Conſil. & Præſidens
3 Reg.Cam.*Fabius Capycius Galeota* ſtrenuus
ſua tempeſtate Aduocatus,nobilitate, & do-
ctrina nemini ſecundus *controu. illuſtr. lib.
2.controu.10.* vbi in *fine* deciſionem refert,
& ſic poſteà multotiès fuit obſeruatum,pro-
ut etiam fuit deciſum in hac cauſa.

In qua cùm Illuſtr.Marcus Antonius Ca-
racciolus Marchio Mottulæ eſſet debitor di-
ctis de Marcheſio ann. ducatorum tercen-
tum ſexaginta ſeptem cum dimidio die 10.
Febr.1622. ceſſit ius luendi prædictorum
ann. introituum Illuſtr. Dianæ Caracciolæ
Marchioniſſæ Burgentiæ pro pretio ducat.
5250.quæ ſoluit prædictam quantitatem ſub
vinculo,illam ſoluendi prędictis coniugibus,
ceſſis iuribus ad eius beneficium,ad finem
ſubintrandi locum, & gradum illorum; qui
quidèm coniuges receperunt pecuniam prę-
dictam,cum proteſtatione,& retrouenditio-
nem fecerunt, etiam cum proteſtatione, vt
catènus intelligeretur facta,quatènus pecu-
niam poſſent conuertere in aliam emptio-
nem,& non aliàs,cùmq; cum effectu eadem
pecuniæ quantitas eſſet implicata in em-
ptionem cum Illuſtr.Marchione Paride Pi-
nello,qui etiam eam accepit pro ea ſoluen-
da alijs creditoribus,venditio prædicta non
potuit habere effectum, ex quo creditores
Pinelli noluerunt eam recipere,& ſic fuit lō-
gè, latèq; diſputatum inter prædictos de
Marcheſio,& Marchionem Mottulæ, ſi re-
trouenditio facta per eos,eſſet valida,& tan-
dèm fuit iudicatum, proùt in alijs ſupradi-
ctis cauſis, quòd correſponderet pro præte-
rito,& in futurum prædictus Marchio Mot-
tulæ, ac ſi retrouenditio non fuiſſet facta.
Mortuoquè Marchione cùm adeſſet maxi-
mus numerus creditorum, fuit commiſſa
relatio,ſeù graduatio ipſorum,& fuit proceſ-
ſum ad venditionem Ciuitatis Mottulæ,in
quo depoſito concurrebant prædicti Domi-
ni coniuges de Marcheſio, & Marchioniſſa
Burgentiæ,& fuit inter eos altercatum, quis
eſſet anterior; dicebat enim Marchioniſſa
Burgentiæ, ipſam obtinuiſſe ceſſionem iu-
4 rium à prædictis coniugibus,& proindè de-
bere ipſam eorum gradum, & anteriorita-
tem repræſentare, *l.emptor.in princ.C.de hæ-
redit.vel act.vendit. Surd.conſ.22. num.16.
lib.1.& cōſ.166.n.13.lib.2.Grat. diſcept.for.
lib.1.cap.142.num.14. Graffis in prælud. ad
tract. de except. num. 190.* cùmq; prædicti
coniuges iàm eorum iura renunciaſſent ad
5 beneficium Marchioniſſę,non poterant am-
pliùs eiſdem iuribus renunciatis ſe iuuare,
ad *text.in l.quotiès ab omnibus,* C.*de fideic.
Præſ.de Franch.dec.239.n.4.Surd.conſ.395.
n.4.lib.3.& dec.163.n.2.* cum alijs congeſtis
per *Molfeſ. conſ.1. num.16. & in comment.
ad Conſuetud.Neap.par.3.quæſt.26. num.8.*
6 neque de proteſtatione facta eſſe habendam
aliquam rationem,quamuis enim proteſta-
tio ſoleat Ius proteſtanti reſeruare, *l. ſi debi-
tor,§. ſi in venditione,ff.quib. mod.pign. vel
hypoth.ſoluit.* tamen hoc intelligitur, quo-
7 tiès ipſa eſt notificata parti,de cuius intereſ-
ſe

Digitized by Google

ſe agitur, & dùm ipſa proteſtatio nullo modo erat intimata prędictæ Marchioniſſæ, ſed facta ipſa abſente, non poterat aliquem effectum operari in damnum ipſius, *l. ſi mandaſſem, ff. mand. l. vnica, C. de ſatiſd. Bart.* latè in *l. non ſolùm, §. morte, nu. 19. ff. de oper. nou. nunc.* vbi etiam *Alexan. n. 22. Iaſ. n. 15. Ripa in cap. cùm* M. *Ferrarienſis, num. 108.* vbi *Felin. num. 27. extrà de conſtitut. Mant. dec. 270. Lanar. conſ. 23. num. 7. & conſ. 64. num. 16. Gamm. Luſit. dec. 275. Cancer. var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 28. Faber* in ſuo *Cod. tit. de eo, quod met. cauſ. diffin. 7.* nouiſſimè *Io. Bapt. Coſta de fact. ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 22. num. 4.* Secundò dicebatur, quòd
8 in hoc caſu nulla habenda erat ratio de prædicta proteſtatione, quamuis fuiſſet intimata, cùm ſtante retrouenditione facta, iſta reſeruatio iurium nihil ponat in eſſe, cùm ſit contraria facto; non enim inter ſe compatiuntur, retrouendere, & non retrouendere, cedere, & non cedere, ſed iura ceſſa retinere, *Bart. in l. vnica, num. 16. C. vt lit. non conteſt. Ripa in d. cap. cùm* M. *Ferrarienſis, num. 84. & ibi Imol. num. 19. Alciat. in l. 4. §. ſed etſi mihi, nu. 18. ff. de verbor. oblig. Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 101. num. 2.* Augebatur etiam motiuum, quia aliàs ex eorum dolo ipſa Marchioniſſa eſſet in damno, nam noluit ipſa ſoluere pecuniam liberè, ſed vinculatam, pro illa ſoluenda prædictis coniugibus, ad finem obtinendi ceſſionem eorum iurium, & ſubintrandi in eorum locum, & vtiq; ſi fuiſſet proteſtatio ſibi notificata, nullo modo ſe prędicto periculo ſubmiſiſſet, neque permiſiſſet, ſuam pecuniam deſcribi in faciem prędictorum coniugum; immò, quòd illam conuerteret in aliam emptionem cum dicto Illuſtr. Marchione Paride Pinello; ſciebat enim, patrimonium Marchionis Mottulæ eſſe obnoxium alijs creditoribus, & in tantum contenta remanſit implicare ſuam pecuniam in emptionem cum dicto Marchione, quatenùs obtineret ceſſionem iurium à creditoribus anterioribus: Cùmq; in effectu ad finem, vt pecunia poſſet deſcribi in faciem prædictorum coniugum eſſet facta ceſſio, & retrouenditio, iſta proteſtatio,
9 quatenùs operaretur nullitatem ipſarum, eſſet doloſa, ad *text. in l. quidam debitor*, vbi *gloſ. Accurſij in verb. inanis, ff. de dolo*, & propterea tenerentur ipſi coniuges ad intereſſe, *l. elegantèr, §. qui reprobos, ff. de pign. act. & in l. cùm aurum, ff. de ſolut.*

Nec tandem obſtabat Decretum S. C. per quod fuit prouiſum, ſtetiſſe, & ſtare riſico Marchionis Mottulę pecuniam depoſitam,
10 quia in dicto iudicio non fuit dicta Marchioniſſa Burgentiæ audita, & proinde ipſi nocere non poterat, *l. 2. C. quib. res iud. non noc. l. 1. ff. de except. rei iud.*

Ex aduerſo pro parte dicti Reg. Conſiliar. & eius coniugis dicebatur, ipſos debere graduari iuxtà eorum anterioritatem, nulla habita ratione de prætenſis per dictam Illuſtr. Marchioniſſam Burgentiæ; aut enim ipſa prætendebat, graduari inter creditores Illuſtr. Marchionis Mottulæ virtute contractus anni 1622. & de hoc non dubitatur, ſed erat ſatis poſterior prædictis coniugibus, qui repræſentabant iura anteriora Lauræ Criſpanæ, vt latiùs in præcedenti *deciſione*, aut intendebat vti ceſſionibus iurium factis per ipſos coniuges, & prędictæ ceſſiones erãt conditionatæ, vt catenùs intelligerentur factæ, quatenùs pecunia ſic reproba reciperetur per creditores Illuſtr. Marchionis Pinelli, cum quo intendebant implicare prædictã pecuniæ quantitatem, ſub eo vinculo, vt ſolueretur eis creditoribus, & nedùm dicti coniuges ità proteſtati fuerunt in Mag. Cur. & interpoſitum fuit decretum: Verùm prędicta proteſtatio fuit etiam inſerta in eiſdem met contractibus ceſſionis, & retrouenditionis, &
11 quia creditores Marchionis Pinelli renuerunt recipere talem pecuniam reprobam, non poterit ipſa ceſſio operari vltrà intentionem agentium, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* non enim tenebantur dicti coniuges ad receptionem prædictæ pecuniæ ſibi ſolutæ; ſed cùm ipſam acceptauerint, ſub iſta conditione, & non alitèr, quatenùs eam reciperent prædicti creditores Marchionis Pinelli, ille actus acceptationis, ceſſionis, & retrouẽditionis non fuit purus, ſed ſub conditione; conditio enim ſuſpenſiua ſuſpendit illos actus, quouſquè creditores Marchionis Pi-
12 nelli pecuniam reciperent; & conditio illa propriè dicitur, quæ antè perfectionem implementum requirit, *l. filiofamilias, ff. de condit. & demonſtr. Menoch. conſ. 162. nu. 7. l. 1. & ibi gloſ. in verb. conditionalis, ff. de in diem addict.* & quotieſcunquè in contractu ſunt appoſita verba, per quæ apparet, contrahẽtes ſenſiſſe, quòd priuſquàm quis commodum capiat, debeat ſequi adimplementum, tunc illa verba importãt conditionem, vt poſt alios *Magon. dec. Lucenſ. 21. ſub num. 10.* & hæc eſt propriè conditio ſuſpenſiua, cuius natura eſt, vt actus ità ſit in ſuſpenſo, vt abſquè vllo effectu pęnitùs permaneat, antequàm illa conditio purificetur, *l. cùm ad præſens, ff. ſi cert. petat. l. conditionali, ff. de verb. ſignific. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Bart. in l. 1. nu. 30. ff. de condit. & demonſtr. Grat. reſponſ. 81. num. 79. lib. 2.* & hoc in terminis fuit iudicatum in Collat. Conſil. cum adiunctis in decreto generali lato in dicto die 17. Nouembris 1622. in primo capite, vt in dicta *Pragm. 18. de monet.* quia declarauit, depoſita in temporibus in dicto decreto deſcriptis



Digitized by Google

eſſe illegitimè facta, exceptis tamen depoſitis receptis, vel acceptatis, aut liberatis, creditoribus non contradicentibus, & ſic eò ipsò, quòd adfuit contradictio per proteſtationes factas, periculum fuit ipſorum deponentium, & omnia acta geſta cenſentur, ac ſi non eſſent facta, quod fuit poſteà reſolutum in pluribus cauſis, de quibus per *Reg. Rouit. in d. dec. 35.* & in indiuiduo hoc fuit iudicatum in hac cauſa, vbi non obſtante prædicta retrouenditione, quietatione, & ceſſione, fuit determinatum, depoſitum debere ſtare riſico, & periculo Marchionis Mottulæ deponentis, per decretum die 26. Iunij 1624. in proceſſu Hieronymæ de Curte, in Banca Iacobi Figliola; à quo decreto cùm fuiſſet dictum de nullitate, fuit pronunciatum, nullitates non obſtare, & fuit iterùm confirmatum in cauſa reclamationis, & demùm reiectæ nullitates. Ex quibus facilis apparebit reſponſio ad ea, quæ in contrarium adducebātur; ſiquidèm ceſſio, & retrouenditio nō fuit ſimpliciter facta, ſed ſub illa conditione, quatenùs pecunia reciperetur à creditoribus prædicti Marchionis Pinelli ſtatim; ergò quòd creditores noluerunt illam recipere, habetur, ac ſi non eſſet facta, nec in hoc adfuit dolus, quia non ſolùm proteſtati fuerunt prædicti coniuges in Mag. Cur. & fuit prolatum decretum ſuper dicta proteſtatione; verùm in ipſo actu ceſſionis, & retrouenditionis fuit inſerta ipſa eadem proteſtatio, & cōditio, & ſic cùm hodiè prætendat ſe iuuare prædicta Marchioniſſa Burgentiæ dicta ceſſione, & retrouenditione, non poteſt ea vti, quia defecit conditio, & habetur, ac ſi non eſſet facta. Nec tandèm erit in conſideratione, quòd non fuit audita in iudicio inter ipſos coniuges, & Marchionem Mottulæ, quia ſemper in omnibus cauſis ſimilibus fuit habitum pro vero, quòd ceſſiones ſunt inefficaces, & quòd quàmuis creditores dederint pecuniam, ad finem obtinendi ceſſionem iurium anteriorum, tamen remaneat pecunia libera.

Fuit enim conſideratum, quòd illud vinculum, ſiuè conditio, quæ ab initio erat poſ-
13 ſibilis, ſi in executione fit impoſſibilis ob ſuperuenientē caſū, tunc nō vitiatur contractus, ſed conditio effecta impoſſibilis, vt ex *Dyn. in l. nemo pōt. nu. 6. de leg. 1. Petr. et Cyn. in l. vnica, in fin. C. de his, quæ pœn. nom.* & alijs tradidit idem *D. Rouit. d. dec. 35. nu. 15.* vbi etiā dicit, in illis cauſis fuit cōſiderata æquitas, vt ex illo ſuperueniēti caſu fortuito mutationis monetæ, nō totū damnum, & incommodum cedat periculo venditorum, ſed pro aliqua parte in damnum ipſorum creditorum, dùm veniunt excluſi ab illa anterioritate, quam ſperabāt conſequi ex ceſ-
14 ſione anteriorum creditorum. Et proindè fuit determinatum, debitores poſſe ad libitum diſponere de prædictis depoſitis, non obſtantibus clauſulis, & vinculis appoſitis in contractibus celebratis circa conuerſionem pecuniæ in ſatisfactionem creditorum, & ex his fuit communi voto iudicatum in hac cauſa, prædictos coniuges eſſe graduandos, iuxta eorum anterioritatem, non obſtante ceſſione, & retrouenditione facta in beneficium Marchioniſſæ Burgentiæ, quæ remanſit creditrix cū anterioritate diei, in qua ipſa contraxit, ad relationem eiuſdē Reg. Conſil. D. Flaminij de Conſtantio, cum interuentu eiuſdem Reg. Conſil. Prouenzalis, & mei, qui fuimus adiuncti in dicta cauſa.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Moneta granorum quinque ob illius tonſionem, & falſificationem appellabatur* Zannetta, *ideòq; expendi fuit per* pragma*ticam prohibitum die 2. Martij* 1622.

2 *Depoſita facta de moneta reproba tunc currente, & ſic de* Zannette *antè 15. diem* Fe*bruarij 1622. in Ciuitate Neap. & per 30. milliaria circū circà, & in cæteris verò* Re*gni partibus antè 20. diem eiuſdem menſis, ſecundùm* pragm. 18. cap. 1. de monet. *ſunt ritè, rectè, ac legitimè facta; Limita, nu. 3. depoſita verò facta poſt dies prædictos, ſtāt riſico, periculo, & fortuna deponentium, vti illegitimè facta, nu. 4. reſtringe, vt nu. 5. quod etiam de iure procedit, n. 6.*

*Debitor extrà caſum moræ offerens pecuniam vſualem, & currētem liberatur, etiā non attenta mutatione valoris, d. num. 6. eò magis, vbi creditor non erat mutationis expers, & pecuniam oblatam ſpontè recepit, & in rem ſuam vertit, n. 7.*

8 *Creditor ſciens ſaltèm veriſimilitèr valorem monetæ ſibi ſolutæ, non habet remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *ideòq; recipiendo monetam minùs probam, videtur iuri ſuo renunciare, ratio adducitur, n. 9.*

10 *Creditor non cogitur recipere monetam, deterioris notæ, fallit, ſi ſpontè, ac liberè ſciens, & volens ſolutionem illius acceptauit.*

*Periculum pecuniæ à creditore acceptatæ cedit damno illius, non autem debitoris, ibid.*

14 *Soluens pecuniam per medium Banci vinculatam, ſi non obſtante vinculo appoſito Bancum, ſiuè eius Officiales ſoluant illam liberè, non obſeruato vinculo creditori, nō poteſt agere contrà Bancum, niſi in ſubſidium, & ità bis per Sac. Conſil. iudicatum*

re-

*referturѕ num. 12. & 13.*

14 *Regreſſus non datur aduerſus iura renunciata.*

15 *Soror maritata, quæ renunciauit, mortuo fratre non ſuccedit; ſed tantùm ſoror in capillis exiſtens, verùm ſi non adſit ſoror in capillis; ſed tantùm alia ſoror maritata, quæ ſimilitèr renunciauit, vel eſſet præmortua; tunc ſoror renuncians admittitur ad ſucceſſionem, & ità deciſum adducitur per S.C.n.16.*

1 ADeò creuit hominũ malitia annis præteritis in falſificatione, & tonſione monetæ, vulgò *cinque grana*, vt apud omnes appellabatur *Zanetta*, ideóq; vigilantiſſimus tunc D. Prorex illas expendi prohibuit sub die 2. Martij 1622. vt in *pragm.* 13. *de monet.* de qua etiam D. meus *hic in princ.* & *dec.* 48. *in princ.* ob cuius *pragm.* promulgationem nonnullæ inſurrexerunt lites, ad quas dirimendas fuit per Regiam Iunctam prolatum decretum 2 generale ſub die 17. Nouembris 1622. regiſtratum in *pragm.* 18. eod. *tit. de monet.* & *in cap.* 1. ſtatuitur, quòd omnia depoſita facta antè 15. diem Februarij illius anni in hac Ciuitate, & per milliaria 30. circumcircà, In ceteris verò partibus Regni antè diem 20. eiuſdem menſis, fuiſſe ritè, rectè, ac legiti-3 mè facta de pecunia tunc currenti, cum limitatione tamen depoſitorum factorum de pecunia aliena, ad hunc effectum ad deponentes quomodolibèt peruenta, reliqua ve-4 rò depoſita poſt dies prædictos de dicta pecunia fuiſſe illegitimè facta, & illa ſtetiſſe, & 5 ſtare riſico, periculo, ac fortuna deponentium, exceptuando depoſita recepta, vel acceptata, aut, creditoribus non contradicentibus liberata.

6 Quæ quidèm vltima limitatio, de qua *num. præced.* de iure procedit; ſiquidèm debitor extrà caſum moræ, offerens pecuniam vſualem, & currentem, liberatur, etiam non attenta mutatione valoris, per *text. in l. vnum 20. ff. de reb. credit. Bald. conſ.* 399. *col.* 2. *Alber. Brun. de iure moneta, ampl.* 6. *num.* 4. 7 eò magis, vbi creditor nullatènus erit mutationis expers, ex traditis per *Vuern. in diſcur. Academ. de mutat. monet. q.* 1. *n.* 20. & 23. 8 & oblatam ſibi pecuniam ſpontè acceptauit, & in rem ſuam vertit, vt dicimus de eo, qui ſciens ſaltèm veriſimilitèr valorem monetæ ſolutionis loco ſibi datæ, non habet remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* ità in puncto tradit *Ioan. Chriſtoph. Dornſpergerus in reſp. iur.* edito ob mutat. monet. in ann. 1621. 1622. & 1623. *num.* 157. & 174. qui proindè *num.* 200. *verſ.* 16. probat, creditorem reci-9 piendo monetam minus probam, ac in actu ſolutionis conſentiẽdo, videri iuri ſuo renunciare; licèt enim alias accipere non teneretur creditor, dùm illam conſentiens recepit, eam ampliùs recuſare nequit; quæ .n. ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto redduntur neceſſitatis, *l. quær. vit, ff. de pign. act. Minſyng. reſp.* 77. *num.* 20. *decad.* 6. *lib.* 1. per quæ, & alia iura ità tenet *Dornſperger. vbi ſupr. nu.* 208. & *ſeq.* qui id etiam comprobat *num.* 237. authoritate Theologorum, nempè *D. Tann. tom.* 3. *diſp.* 4. *quæſt.* 7. *d.* 9. *ad* 5. *D. Thom.* 2o. 10 2o. *q.* 77. *num.* 41. vbi quòd licèt creditor ſit cogendus ad acceptationem monetæ deterioris notæ, tamen *nu.* 24. id declarat, quòd ſi creditor ſui iuris exiſtens ſponte, ac liberè ſciens, & volens, dictam ſolutionem acceptauit, non poteſt vlteriùs quicquam exigere, vel ad damni compenſationẽ agere, cùm potuerat iuri ſuo cedere, & conſequentèr, cùm remaneat Dominus pecuniæ ei ſolutæ, illius periculum ſibi, & non debitori tribuitur, *l. id, quod, ff. de peric. & comm. rei vendit. Dornſperger. ibid. num.* 298. à quibus non diſſentit D. meus *num.* 2. ibi: *damnum cedere in eum, qui pecuniam accepit tempore, quo currebat, quia voluntariè, & non coactè illam recepit tempore congruo,* & ità iudicatum *ibi* refert in cauſa illorum de Veſpulo; pro quibus ipſe conſuluit, dùm erat Aduocatus, vt habetur *conſult.* 139. *lib.* 2. licèt contrariã ſententiam reportauerit, vt per *D. Reg. Ronit. dec.* 35. per ipſum *ibidem* citatum, prout etiam fuit iudicatum in cauſa D. Principis Tarſię, pro quo patrocinium prçſtitit *D. Reg. Galeot. controu.* 10. *lib.* 2. *controu. illuſtr.*

Sed huius occaſione quæritur, an ſoluens 11 pecuniam vinculatam expreſsè, vt non poſſit à Banco amoueri, niſi conuertatur in emptionem, aut ſoluatur creditori cum ceſſione iurium in eius beneficium, vel ſimilium pactorum, prout in caſu huius deciſionis, ſi fuerit per Officiales Banci ſoluta pecunia talitèr vinculata, non obſtante dicta conditione, ſeu vinculo, poſſit ſoluens, ſiuè deponens directè agere contra Bancum, priuſquàm agat contra eum, qui pecuniam recepit, abſq; obſeruatione vinculi, & negatiuè reſpondeo, ex doctrina ſingulari *Roman. in l. ſi cum dotem, § tanſgrediamur, poſt num.* 16. *verſ. licèt* 12 *ſi bis, ff. ſol. matrim.* ſecundùm quam ità fuit * per S.C. iunctis aulis deciſum ad relationem D. *de Bottis* in cauſa Alexandri de Aquino cum Banco de Mari, eò, quòd dictum Bancum ſoluerat pecuniam, in illo depoſitam Martino Securo, non facto adimplemento, & propterea fuit ordinatum, quòd priùs exequeretur contra dictum Martinum, & eius 13 bona; & ſic etiam fuit iterùm iudicatum in * cauſa inter D. Ducissam Turris Maioris, & Bancum Solarì, & Marì, referente D. Regente *Carolo de Tapia* March. Belmontis, tunc meri-

ritiſſimo Conſiliario, etiam iunctis Aulis, vt percepi ex *Allegationibus* editis per D. *Andream Marcheſium* Aduocatum famigeratiſſimum, poſteà digniſſimum Præſidem S.C. pro D. Placido, & D. Maria de Marra, cum creditoribus D. Ducis Macchiæ eorū patris.

Et dùm D. meus *num.* 5. concludit, quòd
14 aduersùs iura renunciata non datur regreſſus, ex *l. quotiès ab omnibus, C. de fideic.* cum alijs *ibi* citat; erit obſeruandum, quòd ſi ſo-
15 ror maritata renunciauit fratri, & eius hæredibus hæreditatem paternam, maternam, & fraternam; mortuo fratre ſuccedit ſolùm ſoror in capillis exiſtens, & non ſoror, quæ renunciauit, *Angel. conſ.* 52. quem allegat *Affl. dec.* 161. *num.* 3. verùm ſi non adſit
16 ſoror in capillo, ſed tantùm alia maritata, quæ ſimiliter renunciauit modo prædicto, vel eſſet præmortua, tunc ſoror renuncians admittitur ad ſucceſſionem, vt fuit deciſum
* per S.C. die 1. Aprelis 1529. in cauſa Benedicti de Santa Cruce, in Banca Antonelli Falangoni. *M.A. Giazius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Diminutio an, & quandò fieri debeat annui canonis debiti ex contractu emphyteutico.

*SVMMARIVM.*

1 *Penſio non remittitur ob fructuum ſterilitatem.*
2 *Penſio eſt diminuenda ob ſterilitatem fructuum proportionabiliter ad eos, vbi eſſet correſpectiua fructibus, & n.* 4.
*Sed contrarium, n.* 7.
3 *Emphyteuta poteſt rem emphyteuticam renunciare, etiam inuito domino, vbi fructus non ſufficiunt pro canone.*
*Contrarium, n.* 7.
5 *Contractus vbi tractu temporis efficitur iniquus, poteſt Iudex illum ad æqualitatem reducere.*
6 *Locatio potiùs dicitur, quàm emphyteuſis, vbi magna ſolueretur penſio.*
*Intellige, in dubio, n.* 12.
8 *Emphyteuta tenetur ad canones, quamuis ex re emphyteutica fructus non percipiat, vbi per priùs ex ea percepiſſet, vel percipere potuerat.*
9 *Canonis remiſſio non fit, ſi domu combuſta area remanſerit.*
10 *Canonis ſolutio non fit ratione fructuum, ſed directi dominij.*
11 *Contractus emphyteuticus differt à cenſuali, quamuis ab vtroq; canon ſoluatur.*
13 *Diminutio, & augmentum rei emphyteuticæ cedit damno, & commodo emphyteutæ.*
14 *Ad hoc vt canonis remiſſio ſit facienda ob ſterilitatem rei emphyteuticæ, qualitèr conſiderari debeat.*
15 *Canonis remiſſio fieri non poteſt ob ſterilitatem rei emphyteuticæ, vbi emphyteuta per plures annos illum ſoluerit.*
16 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XVIII.

1 Regula eſt, quòd propter ſterilitatem, vel damnum in fructibus, penſio non remittitur, ſed integra debetur, niſi res in totum pereat, quod probatur ex *text. in l.* 1. *C. de iur. emphyt.* & ex *gloſ. in cap. potuit, extrà locat.* latè *Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priu. ob non ſolut. canon. ampliat.* 12. *Clar. in §. emphyteuſis, q.* 8. *verſ. ſed nunquid.*

2 Fuit tamen dubitatum, quandò penſio adeò magna eſt, vt fructibus correſpondeat, an eo caſu illis diminutis penſio debeatur integra, an proportionabilitèr fiat canonis diminutio, vel liceat emphyteutæ renunciare. Et partem affirmatiuam tenuerunt *Cyn. Bald. Salyc. Alber. Angel. & Iaſ. in l.* 1. *C. de iur. emphyt.* & eam ſequitur *Valaſc. de iur. emphyt. q.* 27. *num.* 7. *Alex. conſ.* 112. *lib.* 1. & 148. *lib.* 2. *Faber* in ſuo *Codice tit. de iur. emphyt. diff.* 36. *Gayl. l. lib.* 2. *obſeru.* 23. *num.* 25. *Ceſar Manent. de contract. liuell. par.* 4. *n.* 42. *Cancer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 187. *Coſta de port. rata, q.* 229. *num.* 3. *Rot. Roman. dec.* 720. *nu.* 5. *par.* 1. *in nouiſſ.* & apud *Cencium dec.* 1. *num.* 5. poſt *tract. de cenſib. Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 95. *Auendan. de cenſ. cap.* 46. *num.* 4. *verſ. ex qua noua, Gregor. Lopez par.* 5. *tit.* 8. *l.* 28. *num.* 12. *Maur. Burg. de laudem. par.* 2. *inſpect.* 20. *num.* 15. *Borrell. in ſumm. dec. lib.* 1. *tit.* 33. *nu.* 307. & pro hac opinione fuiſſe iudicatum refert *Theſaur. dec.* 20. licèt *Theſaur. iun. in addit.* de hac opinione dubitare videatur, & quòd iſta opinio æquior ſit, à qua in iudicando non ſit recedendum, *Chriſtof. Mart. examin.* 12.

3 Et quandò reſtantes fructus non ſufficiunt pro ſolutione canonis, quòd poſſit emphyteuta rem conceſſam renunciare, etiam inuito Domino, ſentit *gloſ. in auth. perpetua, verſ. ſextum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & colligitur ex *Bart. in d. l.* 1. *in* 2. *oppoſ. num.* 9. vbi dicit,
4 quòd quandò illa pars, quæ remanſit, adeò modica eſt, quòd non poteſt ſufficere pro ſolutione canonis, & ſaltim pro illa rata eſt facienda remiſſio, quam opinionem amplectitur



Digitized by Google

tur *Valaſc. in loc.* ſuprà cit. qui teſtatur, ità vidiſſe iudicari in Curia Eccleſiaſtica, ſic etiã, quòd poſſit renunciari in dicto caſu, voluerunt *Alex. d. conſ.* 112. *lib.* 1. vbi *Addentes*, *Aret. conſ.* 55. *Capoll. conſ. ciuil.* 25. *num.* 20. *Grat. conſ.* 128. *num.* 10. *lib.* 2. *Valaſc. d. q.* 27. *num.* 11. qui alios refert, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 34. *gloſ.* 1. *num.* 4. allegat *Luc. de Penn. in l. ſancimus, la prima, in fin. C. de conſulib. lib.* 12. *Gratian. dec.* 87. *num.* 9. vbi plenè, *Maſcard. concluſ.* 250. *num.* 9. *Cotta in memorab. in verb. emphyteut. Prapoſit. in tit. de alienat. feud. col.* 1. *Neuiz. conſ.* 92. *nu.* 45. *Berous conſ.* 130. *lib.* 1. *num.* 8. *& in d. cap. potuit, num.* 175. *extrà locat. Clar. in d.* §. *emphyt. quaſt.* 8. *Burſ. conſ.* 11. *num.* 1. *lib.* 1. quod etiam probat *text. in l. cùm quidam* 17. *ff. de vſur.* vbi quandò contractus
5 tractu temporis efficeretur iniquus, Iudices poſſunt illum reducere ad æqualitatem, *Theſaur. dec.* 226. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quaſt.* 15. *num.* 95. & ità vidiſſe iudicatum refert *Barbatia conſ.* 14. *num.* 36. *lib.* 2. & ſic deciſum per Rot. Roman. refert *P. Duard. tom.* 2. *de cenſib.* §. 5. *q.* 1. ſub *num.* 19. & eſt *dec.* 457. poſt eius *tract. de cenſib.* ſic etiam refert iudicatum *Valaſc. d. quaſt.* 27. *nu.* 11. *in fine*, & in Senatu Pedemont. *Faber* in ſuo *Cod. d. tit. de iur. emphyt. lib.* 4. *diffin.* 36. *& Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſis priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 12. & hanc opinionem ſequitur etiam *Paſchal. de vir. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 86. quæ opinio fun-
6 datur, ea ratione, nàm dicto caſu, quandò ſoluitur magna penſio, non dicitur verè emphyteuſis, ſed iudicatur vti de locatione ad longum tempus, & ideò videtur, quòd cenſus ſoluitur eo caſu, non tàm ratione directi dominij, quàm ratione fructuum, ità poſt *Bart. Iaſ. Aret. Ruin. Caſſan. Dec. Neuiz.* & alios probat *Theſaur. dec.* 20. *num.* 5. *Clar. in d.* §. *emphyteuſis, quaſt.* 1. *in fin. & quaſt.* 46. & deciſum per Rotam Romanam refert *Seraphin. dec.* 272. *Rimin. iun. conſ.* 49. *num.* 15. *lib.* 1. *Valaſc. d. quaſt.* 27. *num.* 11. & latiſſimè *Anton. de Amato var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 14. *num.* 13. vbi cotas colligit, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 1. ex *num.* 115. ad 119. *& num.* 130. & hanc opinionem comprobat *Ioſeph Pica in conſ.* in cauſa propria cum Venerab. Monaſterio Cœleſtinorum, inſerto per *Paſchal.* in ſuo *tract. de virib. patr. poteſt. cap.* 6. *par.* 4. *fol.* mihi 499. & pro dicta opinione ſcripſit etiam *Gratus reſponſ.* 128. *lib.* 2.

7 Pro parte verò negatiua, quòd non ſit facienda diminutio, nec poſſet emphyteuta renunciare, latè probat *Natt. conſ.* 49. *& cõſ.* 194. *num.* 4. *Gabr. conſ.* 80. *num.* 32. *& conſ.* 84. *num.* 10. *lib.* 2. & probatur per *gloſ. in l.* 2. *C. de iur. emphyt. & in cap. placuit, extr. locat. Alex. in l. interdùm* §. *ex naufragio*, ſub *nu.* 7. *ff. de acquir. poſſ. Gigas de penſion. q.* 35. *num.* 8. *in fin. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 34. *gloſ.* 1. *Clar. in d.* §. *emphyteuſis, quaſt.* 8. *verſ. quare etiam*, *De Ponte conſ.* 79. *num.* 25. latiſſimè etiam *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 19. *& tit.* 24. *n.* 15. qui alios colligit, *Facbin. controu. iur. lib.* 1. *cap.* 89. *Valaſc. de iur. emphyteut. quaſt.* 1. *num.* 8. qui dicit errasse contrarium tenentes, & de communi opinione teſtatur *Alciat. conſ.* 49. *lib.* 5. & eam etiam defendit *Amic.*
8 *de iur. emphyt. quaſt.* 39. vbi quamuis ſubſtineat opinionem, quòd quando nullo modo percipiuntur fructus, quòd non teneatur emphyteuta ad canonis ſolutionem, tamen *num.* 23. limitat, quandò ex re, in emphyteuſim conceſſa aliqui fructus fuerunt percepti, vel percipi potuerunt, quia tunc tenetur ſoluere integrè canonem, & meliùs hoc fundat
9 *quaſt.* 40. vbi diſputat articulum, ſi caſu fortuito fuerit domus combuſta, ſed remanſit area, relatis contrariorum opinionibus fundat, emphyteuſim non eſſe finitam, ſed teneri ad canonis ſolutionem, & hanc opinionem defendit *Natt. conſ.* 377. *num.* 2. & quòd tunc tenebitur, nedùm ad canonis ſolutionem, ſed ad reædificandum, *Iaſ. in d. l.* 1. *nu.* 15. *C. de iur. emphyt. Surd. conſ.* 197. *nu.* 12. *lib.* 2. *Gratian. lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 195. *num.* 18. *Ouid. de Anne. in repetit. d. cap. potuit. de locat. cap.* 40. *Molina de contract. diſput.* 454. latè etiam *Camill. Borrell. in ſumm. dec. lib.* 1. *tit.* 33. *num.* 230. vbi quòd quotieſcunq; res conceſſa, non eſt in totum destructa, tenebitur ad canonis ſolutionem, *Gayll. pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 23. *num.* 23. & propterea *Theſaur. filius in addit. ad dec.* 20. *Theſaur. patris* dubitat de dicta deciſione, referendo aliam contrariam, & pro hac opinione contrà deciſionem à *Theſauro* relatam fuiſſe deciſum, refert *Surd. dec.* 198. vbi longa *Addit Hodier.* & idem tenuit idem *Surd. in conſ.* 197. *nu.* 11. *& conſ.* 162. *nu.* 16. & pro eadem opinione fuiſſe etiam deciſum, habetur ex *Viu. dec.* 500. qui dixit, nunquàm contrariã opinionẽ fuiſſe obſeruatã, ſequitur etiam *P. Molina d. diſp.* 454. *n.* 7. *Clar. in d.* §. *emphyteuſis q.* 8. *n.* 8. vndè verſus.

*Si perit tota, non debet emphyteota,*
*Sed ſi pro parte, nulla ſe liberat arte.*

Et hoc, ea ratione, quia emphyteuta non
10 ſoluit canonem pro fructibus, ſed ratione directi dominij, vt poſt alios P. *Duard. de cenſib.* §. 4. *q.* 1. *num.* 30. qui ponit differentiam inter contractum emphyteuticum, in quo ſoluitur canon ratione directi dominij, ſiuè
11 in parua, ſiuè in magna quantitate ſoluatur, & contractum cenſualem, in quo ſoluitur ratione fructuum, & fundatur ex doctrina *Bart. in l.* 1. *num.* 4. *C. de reſcind. vendit. &*

*Bald.*

*Bald. ibid. num.* 7. *Iacobin. de S. Georg. in auth. qui rem. num.* 25. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alij per *Valaſc. d. quaſt.* 11. *num.* 19. *de iur.*
12 *emphyt.* Non enim ex eo, quòd ſoluitur magna penſio, debet iudicari contractus locationis, quia hoc procedit in dubio, & quandò de contrario non conſtat, vt habetur ex *Theſaur. iun. quaſt. forenſ.* 43. *lib.* 4. qui dicit, quòd quando cõſtat de tenore inueſtituræ, & de pactis emphyteuticis, veluti quando eſt reſeruatum ius laudimij, prælationis, & ſimiliũ, tunc ſemper emphyteuticus reputatur, prout fuiſſe deciſum in eius Senatu refert *in fin. Valaſc. d. q.* 8. *num.* 8. *Rol. conſ.* 97. *nu.* 25. *vol.* 1. *Surd. d. dec.* 198. *num.* 20. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 8. *num.* 19. *Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 1. *nu.* 2.
13 quod etiam, & alia ratione corroboratur, nã incrementum in re emphyteutica, non domino directo, ſed ipſi emphyteutæ accreſcit. *Franc. Marc. deciſ. Delphin.* 210. *part.* 2. *Gayll. d. obſeru.* 23. *num.* 27. *lib.* 2. vbi etiam *Bernard. Graues in conſid.* 5. qui ex *Vaſquio* dicit, hanc ſententiam lege, vſu, & ratione probari.

Ex quibus prætendebat Io. Angelus de Acampora conuẽtus, quòd ipſe debebat abſolui ab impetitis per Vincentium Baſſum actorem, petentem diminutionem cenſus ann. duc. 80. vel quòd ei liceret renunciare domum, ſub dicto canone conceſſam per Matthæum, & Io. Baptiſtam de Acampora quondam Io. Baptiſtæ Baſſo eius patri. Verũ
14 quandò prima opinio eſſet attendenda, cùm dubia ſatis viſa fuerit hæc quæſtio *Fontanell. in loco* proximè allegato ſub *num.* 115. vbi referendo pro vtraque parte opiniones, non auſus fuit ſuam proferre ſententiam, tamen in hoc caſu non potuerat obtinere, non enim quodlibet damnum eſt ſufficiens ad obtinẽdum canonis diminutionem, vel mercedis remiſſionem, vt habetur in *l. ſi vno, §. cùm quidam, ff. locat.* ſed in hoc plures fuerunt opiniones, de quibus per *Valaſc. d. quaſt.* 27. ſub *nu.* 24. & *Menoch. de arbitr. iud. caſ.* 76. qui relatis opinionibus concludunt, quòd damnum debet eſſe intolerabile, ità vt deductis expenſis nõ exigat medietatem eius, quod ſoluit pro canone, & hanc etiam opinionem tenuit *Franc. de Clapper. cauſ.* 44. *dec. vnic. num.* 15. *Kopp. q.* 27. *num.* 10. vbi de communi teſtatur, & *num.* 22. communiorem appellat, *Ioſeph. Ludou. concl.* 12. *nu.* 17. & *Vinc. Caroc. de locat. & conduct. tit. de remiſſ. merced. part.* 3. ſub *num.* 5. *Marcell. Calà de mod. artic.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 560. *Io. Bapt. Coſt. de port. rat. q.* 10. *num.* 5. *Bern. Graues ad Gayll. d. lib.* 2. *concluſ.* 23. *Ludouic. Morot. conſ.* 76. *num.* 9. *Rim. iun. conſ.* 40. *nu.* 4. *vol.* 1. *Capyc. dec.* 88. Cùmq; damnum in penſionibus non ſit tale, vt ex eis non poſſet ſolui medietas penſionis, quia ad minus percipiuntur hodiè ann. duc. 60. & plus, non erat locus canonis diminutioni.

Conſiderabatur etiam, quòd conceſſio fuit facta de anno 1577. à quo tempore Io. Baptiſta conceſſionarius, & eius filij nũquàm conquæſti fuerunt, ſed ſemper ſoluerunt canonem per 50. ann. & plus, & quamuis nunquàm domus conceſſa fuerit locata, ſed ipſi pro eorum exercitio mercantili tenuerunt, & in qua maximam pecuniarum quantitatem ſuperlucrati fuerunt; immò mortuo patre fuit per plures annos controuerſum in S. C. ad quem ipſorum fratrum debebat dicta domus in diuiſionem peruenire, & ipſe idem Vincentius mordicus ad ſuam portionem venire affectauit, & procurauit. Ex quibus ſequitur concluſio, quòd quotiès per plures annos fuit ſolutus canon, non poteſt peti remiſſio; quatènus in aliquibus non
15 percipitur tanta quantitas, quæ fructibus æquiualens ſit, prout in terminis in conceſſione facta ad magnum canonem, tenuit *Gratian. diſcept. for. lib.* 3. *cap.* 537. & eum ſequitur *Hodier. in addit. deciſ. Surd.* 198. Et
16 proptereà diſcuſſo negotio, & habita etiam ratione, quòd iſte Vincentius in diuiſione habuit refectionem à fratribus cuiuſdam quantitatis, ex eo, quòd domus prædicta minus locabatur. Die 30. Iunij 1637. fuit cõmuni voto Conuentus abſolutus.

---

## OBSERVATIO
## In Deciſione XVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio canonis in re emphyteutica, quandò fieri debeat, n.* 5. & 6.

2 *Emphyteuta non liberatur à canonis ſolutione, niſi tota re perempta, et n.* 9. *intellige, vt nu.* 3. 6. & 12.

4 *Locatio, vel conductio potiùs præſumitur, quàm emphyteuſis, vbi penſio eſt æquiualens fructibus, & n.* 12.

7 *Bona Eccleſiæ de iure ciuili in totum alienari non poſſunt, ſed tantùm in emphyteuſim concedi, ſed quid de iure Canonico, num.* 10. *in fin.*

8 *Conceſſio in emphyteuſim facta pro magno canone, eſt verus, & realis contractus emphyteuticus.*

10 *Emphyteuta tenetur canonem ſoluere, vel damnum reficere, ſi domus emphyteutica caſu fortuito comburatur.*

11 *Lex nulla reperitur, quæ dicat, penſionem ſoluendam per emphyteutam debere eſſe modicam.*

13 *Dam-*

13 *Damnum nõ omne eſt ſufficiens ad obtinendam remiſſionem mercedis, ſed debet eſſe intolerabile, & quod nã dicatur intolerabile, nouem opiniones referuntur. n. 14. Et qua nam opinio ſit attẽdenda, n. 16. 17. 18.*
15 *Confuſio inducitur ex varijs Doctorum opinionibus.*
19 *Arbitrium Iudicis altero de tribus modis regulatur, & n. 20. 21. & 22.*
23 *Conductor temporalis differt à perpetuo, & quis dicatur tẽporalis, & quis perpetuus.*
24 *Vbertas futura compenſatur cum præſenti ſterilitate, eò magis ſi pro præterito magnas penſiones excedentes, longè canonem emphyteuta percepit. num. 26.*
25 *Canon non diminuitur propter ſterilitatem,*
26 *Vbi de ratione.*
*Cauſa ſterilitatis enumerantur.*
27 *Emphyteuta tenetur ſoluere integrum cenſum, vbi fuit conceſſum in emphyteuſi ſolũ ſuper quo eſt ædificata domus, quæ eſt perempta, & num. 28. 29. & 31. & deciſio adducitur num. 32.*
30 *Remiſſio canonis non ſit, vbi res tempore conceſſionis erat ſterilis.*

1 FVit latiſſimè probatum per D. meum in hac *Deciſione*, nullam eſſe faciendam canonis remiſſionem in re emphyteutica, etiam, quòd fructus ſint diminuti, & non correſpõdeant penſioni, nec poſſe emphyteutam bona renũciare directo Domino, & ità deciſum fuiſſe teſtatur *n. 16.* attamen cũ quæſtio ſit ſatis curioſa, & in dies de hoc diſceptari in Iudicijs contingat, infraſcripta ad deciſionis comprobationẽ obſeruaui; vera enim eſt concluſiò, de qua Dominus meus *num. 1.* quòd emphyteuta
2 nunquàm liberatur à canonis ſolutione, niſi tota emphyteuſis pereat, ex *l. 1.* iunctâ *glo. C. de iur. emphy.* & licèt prætendatur, hanc con-
3 cluſionem procedere in ea emphyteuſi, pro qua modica penſio ſoluitur in recognitionẽ
4 directi dñij, ſed vbi magna ſoluitur penſio æquiualens fructibus, illam cenſeri potius locationem, & conductionem, quàm emphy-
5 teuſim; ideòq; propter ſterilitatem, ſiuè alium caſum contingentem in fructibus, eſſe faciendam canonis remiſſionem, tradit, quaſi ſoluatur eo caſu penſio, potius pro vſu rei, quàm in recognitionem directi dominij, ad quod allegantur DD. per D. meum *n. 2.*
6 Contrariam tamen ſententiã, vti veriorem, & magis receptam ſequuti ſunt DD. per D. meum citati *num 7. cum ſeqq.* quibus addo *Salycet. in d. l. 1. nu. 7. C. de iur. emph. Cuman. in l. interdum, §. quod ex naufragio, num. 2. ff. de acquir. poſſ. ff. Angel in §. lex itaq; num. 4. auth. de non alien. reb. eccleſ. Natt. conſ. 49. num. 14. & 34. lib. 1. Siluan. conſ. 9. num. 20. Burſat. conſ. 11 num. 22. lib. 1. Corbul. de iure emphy. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampl. 12. per tot.* qui duodecim fundamentis hanc ſententiam eſſe veriorem oſtendit, & *Viuium dec. 500. num. 14. lib. 3.*

7 Probatur autem hæc ſententia in iure ciuili, ex *text. in d. §. lex itaq & §. quia verò Leonis, auth. de non alien. reb. eccl.* vbi ſtatuitur, bona Eccleſiaſtica in totum alienari nõ poſſe; ſed tantùm in emphyteuſim concedi pro canone fructibus æquipollente, dempta ſolummodò ſexta parte reditus, propter fortuitos caſus, qui contingere poſſunt.
8 Ex quo *text.* deducitur primò, conceſſionem in emphyteuſim factam pro magno canone eſſe verum, & realem contractum emphyteuticum, nec alterius contractus naturam aſſumere. Secundò deducitur, quòd li-
9 cèt canon debitus per emphyteutam ſit notabilis quantitatis: tamen non ſit eiuſdem canonis remiſſio propter caſum fortuitum, niſi tota res pereat, quod etiam aduertit *ibidem glo. in verb. caſus*, & *Ang. num. 4* dicens,
10 quòd ſi domus cõceſſa in emphyteuſim ab Eccleſia, caſu fortuito comburatur, emphyteuta tenetur domum reficere, vel pro area canonem ſoluere, quem præſtabat pro tota domo, quod etiam probauit D. meus *nu. 8.* nec omnes DD. pro contraria ſententia citati per D. meum dicto *num. 2.* probant id, ad quod allegatur, vt ex ipſorum lectura liquet, rogo reuideatur, verùm de iure canonico eſt ſeruanda *Extrauag. Pauli II.* in conceſſione emphyteuſis rerum Eccleſiæ.
Inſuper, nulla lege cautũ reperitur, vt pen-
11 ſio ſoluenda per emphyteutam modica eſſe debeat, cùm *tex. in d. l. 1. & 2. C. de iur. emphy. & in § adeò, Inſt. de loca. & condu.* loquentes de contractu emphyteutico, ſtatuant, tantũmodò ſoluendam eſſe Domino penſionem.
Patet igitur, hanc opinionem cenſuarijs fauentem eſſe legibus, & rationibus deſtitutam, & non fulciri tot DD. authoritatibus.
Et ſi concederemus, quòd emphiteuſis,
12 pro qua ſoluitur magna penſio æquiparanda eſſet locationi, adhùc emphyteuta teneretur continuare canonum ſolutionem,
13 quia nõn omne dãnum, quod patitur conductor, eſt ſufficiens ad obtinẽdam mercedis remiſſionem; ſed debet eſſet intolerabile.
Sed quod nam ſit hoc intolerabile dam-
14 num, variæ fuerunt DD. opiniones, cùm in iure expreſſum non reperiatur; ideòque *Carroc. in tract. de locat. tit. de remiſſ. merced. ſub num. 19. in fin.* exclamans dixit, *Bone Deus, ſi ſterilitas venit in fructibus, cur non in tot DD. opinionibus;* & propterea vnam refert *Gratian. lib. 3. diſcept. foren. cap. 557. nu. 8.* poſt *Surdum conſ. 34. n. 7. & 8. lib. 1.* duas *Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. n. 59.* tres *Carroc. vbi ſpra, n. 1. ad 9. & Gregor. Lopez glo. 9. l. 22. tit. 8. par. 5.* quatuor

Vaſq.contr.vſufr. lib.6. cap.54. à nu.1. vſq. ad nu.5. & Gomez variar.reſol.lib.2.cap.3. n.19. quinque Valaſc.de Iure emphyt.par.1. cap.27. n.24. Maſcard.de probat. concluſ. 1334.per tot.lib.3.ſex Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.caſ.76. Couar. pract.quæſt. c.30. ſeptem Caual.commun.contr.communes lib.1. c.57.& octo cõgeſſit Neuiz.cõſ.90.cui adhæret Clapper.cauſ.44.q.vnic. vbi ſuam aliam addit, & ſic nonam efficit opinionẽ,vndè ex
15 his varijs opinionibus confuſio inducitur.

At quæ opinio ſit attendenda,nunc vidẽ-
16 dum,quarè duæ illarum ſunt nimis rigoroſæ. Prima,quando, nec ſemen quidèm cum expenſis colligitur, l. ſi conductor 16. verſ. ſed & ſi, ff. locat. Petr.de Bellapert.in l.licet.
17 C.locat. Secunda,cùm deductis expenſis,nil aliud colligitur,d.l.ſi vno 17.§.vbicunq; Couarr.d.cap.30.antè num.2.Sed tertia ſenten-
18 tia magis placet, quæ id Iudicis arbitrio remittit, quod quidem arbitrium non vagum, ac liberum; ſed aliqua ratione regulandum, ac aliqua cauſa definiendum concedit,vt per Menoch.d.caſ.76.n.3.& 4.Caual.d.c.57.n.8.
19 Regulabitur igitur arbitrium Iudicis,altero de tribus modis conſideratis, vt tradit Mozz.de contract. tit. de locat. ſub num.10.
20 Primò,vbi ſecundùm vulgi opinionem certum eſt, magnam eo anno fructuum ſterilitatem fuiſſe, ac proindè intolerabile damnũ ſubſequutum,Menoch.d.caſ.76.ſub num.2. verſ.quinta fuit, Gayll. lib.2. obſer.23. ſub num.1.Couar.d.c.30.num.1.Secundò,quan-
21 do deductis expenſis, illud, quod percipitur non aſcendit ad dimidiam eius, quod conſueuit percipi, Neuiza.d.conſ.90.n.8.Capyc. dec.88.num.1. Tertiò,quando id,quod per-
22 cipitur, deductis expenſis, non aſcendit ad dimidiam penſionis, quæ ſoluenda eſt, vt eſt communiſſima ſententia, de qua Mantica d.tit.8 num.40.Rebell.de oblig.Iuſtit. lib.14. q.7.ſub num.3.Surd.d.conſ.34.nu.9.& conſ. 400.nu.26.lib.3.Caual.d.c.57.n.4.Greuæus ad Gayll.lib.2.c.23.n.4.Viui.opin.131.num.2. Gama dec.42.Hieron.Leo dec.184.n.5. lib.2. Gregor.Lopez glo.9.l.22.tit.8.par.5.Mozzius de contract.tit.de accid.locati.n.15. Leſſ. de iuſt.& iur.lib.2.cap.24. Molin.de contract. diſp.435.n.2.& 3. Nauarr.in man.c.17. nu. 187.Couar.pract.quæſt.c.30.n.1.verſ.quamobrem,Gomez var.reſol.lib.2.tit.3.n.18. Vaſquez controu.vſufr.lib.6.c.54.n.4.Suar.in Theſaur.recept.ſent.lit.C.n.220.& lit.S.nu. 177. alijq; innumeri, quos ipſi citant, quorum maior pars cõmunem eſſe opinionem teſtatur,immò Greuæus eam veriorem,communiorem,& celebriorem appellat, Corneus conſ.128. nu.36.lib.2.Menoch. de arbit. iud. caſ.76.n.5.D.Reg.Capyc.Galeot.reſp.fiſc. 17. n.46. hanc ſententiam veriorem, & magis receptam eſſe affirmat, & ità num.47. refert fuiſſe deciſum in cauſa Fabij Viues cum hac Fideliſſima Ciuitate,Gratian.lib.3.forenſ.diſcept.c.534.n.19.& c.557.n.8. affirmat,hanc ſententiam eſſe veriorem,& magis communem, teſtaturq; ità fuiſſe ſæpius deciſam in Rota Romana,ſic etiam iudicatum referunt, Gama d.dec.42.Hiero.Leo dec.174.n.5.lib.2. Clapper.cauſ.44.q.vnic.per tot.Faber in Cod. lib.4.tit.44.defi.3.Morot.d.conſ.76.ſub n.9.

Immò diſcrimen aliquod eſt conſtituen-
23 dum inter cõductorem temporalem,& perpetuum;quia tẽporalis conductor,niſi mercedis remiſſionem obtineat, intolerabile damnum ſuſtinet. Perpetuus autem conductor,cùm habeat ſpem augmenti,& futuræ vbertatis,nullam poteſt prætendere mer-
24 cedis remiſſionẽ,etenim futura vbertas,quæ ſperatur,cum præſenti vtilitate compẽſatur, vt optimè fundant Natta d.conſ.49.n.23.& 33.in fi.Neuiz.conſ.91.n.8.ac Burſat.conſil. 11.n.9.lib.1.& hæc diſtinctio videtur eſſe de mente Cyni in d.l.1. num.19. C.de iure emphyt. qua de re Franc.Marc dec.210. par.2.
25 & D.meus hic num.13.dixerunt,non eſſe faciendam canonis diminutionem emphyteutæ propter ſterilitatem, quia incrementũ in re emphyteutica, non Domino directo, ſed ipſi emphyteutæ accreſcit.

Hinc, quando pro præterito emphyteuta
26 percepit ex domo magnas penſiones, longè excedentes quantitatem canonum, optimè iure dici poteſt,præteritam vbertatem cum ſterilitate ſuperueniente eſſe compẽſandam, vt nouiſſimè ex multis fundat D.meus conſult.41.n.44.lib.1.cauſæ autem ſterilitatis in fundo ſunt Locuſtæ, Sturni, Grilli, vt per Magon.deciſion.Flor.67.& Carroc. de locat. & conduct.tit.de remiſſ.merced.q.2.n.2.Boſſ. eod.tit.n.37.verſ.2.& 5.ſic etiam Gruculi, & ſimiles, l.ex conducto, §.1. ff.locat. D.Conſ. Paſchal.de patr.poteſt.par.4.c.6.nu.95.Menoch.remed.11.recuper.n.23.& 36.

Sic etiam ſolui debet cenſus,vbi non fuit
27 cõceſſa in emphyteuſim domus,quæ damnum aliquod paſſa fuerit; ſed ſit conceſſum in emphyteuſim vacuum, ſiuè nudum ſolũ, in quo poſteà fuerit ædificata domus; vndè ſi dictum ſolum, nullum paſſum fuerit damnum, & aptum ſit ſuſtinere onera ædificij, prout tempore conceſſionis,nullo iure prætendi poteſt canonum diminutio,ſub prætextu,quòd domus paſſa fuerit damnum,iuxtà notabilem doctr.Bar.in l.2 ff.de ſuperfic.ait
28 enim Bart.quòd ſi quis conduxit ſolum, vt imponeret ſuperficiem, deſtructa ſuperficie, adhùc remanet conceſſio ſoli,quam ſententiam cõprobat Valaſc.de iur.emph.q.27.n.2.
29 eò quia ſolum ſemper fuit ſterile, & nullos vnquàm fructus produxit,nõ poteſt emphyteuta obtinere canonũ remiſſionem,ſub colore,quòd penſiones domus ſunt diminutæ,

vt

Digitized by Google

vt in puncto cenſuit *Clar.in d.§.emphyteuſis,* 30 *q.8.n.7.* vbi cùm dixiſſet, quòd emphyteutæ non fit remiſſio propter ſterilitatem, niſi pẽſio correſpondeat fructibus, ſubdit, hoc non procedere, ſi bona, tempore, quo fuerunt in emphyteuſim conceſſa, erant ſterilia, vel inculta; nam hoc caſu nunquàm propter ſterilitatem eſſet facienda remiſſio.

Hinc dũ Fideliſſima noſtra Ciuitas Neap. annis elapſis conceſſiſſet in emphyteuſim perpetuam nõnullis perſonis diuerſa vacua 31 extrà Portam Olei, vbi dicitur *lo Mandraechio*, ſub certo canone, ſiuè cenſu; cùm fuiſſent ædificatę domus in dictis vacuis, per dictos emphyteutas fuerunt cenſus prædicti ceſſi, & aſſignati Scipioni Gargano, vigore cuius vltimæ diſpoſitionis peruenerunt ad Don Petrum Garganum, qui per multos annos illos exegit à dictis emphyteutis, qui ſe obligauerant de facię ad faciem in beneficium dicti Don Petri, de ſoluẽdo cenſus ſingulis annis in futurum, *abſquè diminutione, excomputo, & defalcatione*, & alijs verbis appoſitis ſuprà *num.* 28. poſteà renuerunt ſoluere cenſus prædictos dicto Don Petro, ſub prætextu, quòd tempore conceſſionis factæ per Ciuitatem ex domibus prædictis ob negotiorum frequẽtiam maximi redditus percipiebantur; deindè verò ob monetæ mutationem ſubſecutam in anno 1622. ceſſatis magna ex parte negotijs, eædem domus vili mercede fuerunt locatæ, & proindè inſteterunt, cenſum eſſe diminuendum; tamen patrocinante pro dicto Don Petro ad excluſionem prætenſæ deductionis *Dom. Ioſepho Magaldo* excelſi ingenij, ac primario Aduocato, & meo eximio Domino, à quo nõnulla prędictorum percepi, attentis prędictis, ac lẽt quia penſiones domorum, quæ ad præſens percipiebantur, excedebant quantitatem 32 cenſus, per S.C. ad relationem Domini Conſiliarij *Franciſci Antonij Muſcettula* digniſſimi Decani eiuſdem S. C. anno 1650. fuit deciſum, quòd emphyteutæ continuent pro præterito, & in futurum ſolutionem cenſus, oppoſitis non obſtantibus. In Banca Figliolæ. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Contractus alienationis cum minore celebratus an, & quando valeat, nõ adhibitis ſolemnitatibus, à iure requiſitis, quando cedit ad ipſius minoris vtilitatem, maximè quando ipſe non conquæritur, ſed maior, qui cũ minore contraxit.**

## SVMMARIVM.

1 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rei minoris quales eſſe debeant, enumerantur.*
2 *Aſſenſus non confirmat actum nullum.*
3 *Aſſenſus non eſt actus de per ſe ſubſiſtens.*
4 *Alienatio rei minoris eſt nulla, licèt ſit in vtilitatem pupilli, vbi forma non fuerit ſeruata.*
*Sed contrarium, nu.5. & 9. vbi deciſio.*
*Limita in Eccleſia, nu.6.*
7 *Tranſactio ſuper alimẽtis ad vtilitatem eius, cui relinquuntur, valet, abſq; decreto.*
8 *Geſta ad fauorem minoris, abſquè ſolemnitatibus, valent.*
10 *Contractus à pupillo celebratus, abſq; ſolemnitatibus, dicitur nullus, ipſo volente.*
*Amplia, etiam ſi ſemel dixiſſet de nullitate, & obtinuiſſet ſententiam ad ſui fauorem, nàm poteſt pœnitere, n.12.*
*Amplia, idem eſſe in Eccleſia, nu.13.*
*Non obſtante diſpoſitione* Extrauagantis, *num.14.*
11 *Nullitas introducta ad fauorem alicuius, non habet locum, niſi ipſe voluerit.*
15 *Cautela, nè contractus cũ minore celebratus claudicet, et in ſuſpẽſo remaneat, adducitur.*

# Deciſio XIX.

Emerat Lælius Salaya à Catharina de Petruccio, matre, tutrice, & aſſerta Balia filiorum minorũ quondam Ioannis Valignani, nec nõ à Valerio Valignano maiore, ſimilitèr filio, & coherede prædicti quondam Ioannis in anno 1625. quoddam feudum, in quo viuebatur iure Longobardorum, ſitum in Prouincia Aprutij, nominatum de *Vallo longo*, ſeù *Sancto Siluestro* pro duc. 10. mille, cùmq; animaduertiſſet, emptionẽ fuiſſe ſibi dàmnoſam, de anno 1627. ſupponẽdo, ſuper dicta venditione non fuiſſe impetratum Regium aſſenſum, illam reuocauit virtute diſpoſitionis *Conſtitutionis Regni*, incipientis *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, & egit in S.C. inſtando pro reſtitutione pecuniæ ſolutæ in partem pretij, etiam creditoribus prædictorum venditorum, offerens ſe paratum reſtituere feudum, quia nullitèr erat venditũ, non adhibitis ſolẽnitatibus à iure requiſitis, licèt .n. eſſet interpoſitũ decretum Iudicis ciuilis Ciuitatis Theatinæ, attamen dicebat, quòd 1 decretum erat nullitèr interpoſitum, quia fuit prolatum, abſq; cauſæ cognitione, prout requirebatur in venditione rerum minorum, nàm aderant alia bona mobilia, ex quibus potuit ſolui æs alienum, & poterât vendi res burgenſaticæ minus damnoſæ. Rurſus non fuit factũ appretium, neq; feudum fuit ſubhaſtatũ, prout de iure requirebatur, de qui-

P 2 bus

Digitized by Google

bus requiſitis eſt *text. in l. magis puto, §. non*
*paſſim, ff. de reb. eor. Affl. deciſ. 249. Rom. con-*
*ſil. 321. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. nu. 16.*
Sic etiam dicebatur, reuocatione virtute di-
ctæ *Conſtitutionis* rectè proceſſiſſe, quamuis
enim aſſenſus erat impetratus in die 14. Iu-
lij 1626. tamen ſtante nullitate contra-
2 ctus, aſſenſus non confirmat actum nullum,
cùm reguletur à contractu, ſuper quo inter-
ponitur, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 2. nu.*
*14. Anna alleg. 67. num. 4. de Pont. conſ. 64.*
3 *num. 30.* & propterea cùm aſſenſus non ſit
actus de per ſe ſubſiſtens, non reperto con-
tractu confirmabili, tanquam nullo, ſtatim
corruit, vt dixit *De Pont. in conſ. 36. num. 1.*
& latiùs in *conſ. 5. num. 49.* ex doctrina *Bald.*
*in l. falſus 2. col. C. de furt.* idem *de Pont. de*
*pot. Proreg. tit. 7. de aſſenſ. Reg. §. 9. n. 7. Maur.*
*iun. alleg. 8. n. 3. & 8. & alleg. 28. n. 8. Franch.*
*dec. 302. nu. 11.*

Pro parte Conuentorum dicebatur, quòd
quatenus aliquæ ſolemnitates defeciſſent in
venditione rerum minorum, tamẽ hæc nul-
litas contractus non poterat allegari ab ipſo
Lælio emptore, qui erat maior, cùm ipſi vẽ-
ditores de venditione prædicta non con-
quærebantur, dùm fuit ipſis expediens, &
vtiliſſima, & propterea incidit determinan-
da quæſtio illa, an contractus cum minore
geſtus, abſq; aliquibus ſolemnitatibus, quan-
do eſt vtilis pupillo, qui de eo non conquæ-
ritur, ſit validus.

Dicebat enim Lælius Salaya actor, quòd
nullitas contractus non conſiſtit in vtilitate
4 pupilli, ſed quia non eſt adimpleta forma,
quæ in venditione rerum minorum de iure
requiritur, & proindè, contractum eſſe nul-
lum, voluerunt *Iacob. Butrig. Alber. Angel.*
*Fulg. & Caſtr. in l. cùm hi, §. eam tranſactio-*
*nem, ff. de tranſact.* ſequitur *ibi* etiam *Iaſ.*
*n. 2.* qui de communi teſtatur, & hanc etiam
communem, & veriorem appellat *Arius Pi-*
*nell. in l. 1. par. 3. num. 31. C. de bon. mater.* la-
tè etiam *Surd. dec. 278. num. 19.* vbi diffusè
Additionator *Hodierna*, & *Capyc. in dec. 113.*
refert, quòd S.C. noluit interponere decre-
tum ex defectu illorum requiſitorum, quã-
uis contractus eſſet pupillo vtilis, & nullam
fuiſſe declaratam venditionem, habetur ex
*Vrſill. ad Affl. dec. 87. Peregr. dec. Patau. 14.*
*num. 12. Menoch. de arbitr. iud. caſu 171. nu.*
*60. & 63.* & propterea reiecta contraria, pro
hac opinione concludit *Fachin. controuer.*
*iur. lib. 3. cap. 3.* eam probando ex *text. in d.*
*l. magis puto, §. ſi res aliena, ff. de reb. eor.* &
ex *tex. in d. l. ob æs, C. de præd. minor.* & hanc
opinionem ſequutus fuit *Ant. Fab. in Ratio-*
*nalibus in d. l. cùm hi, §. eam tranſactionem,*
*& Put. dec. 2. in princ. lib. 1. Brun. in tract. de*
*form. tit. de potent. & effect. 2. membr. ampl. 9.*
& alij per *Farin. tom. 1. in poſth. dec. 40. n. 9.*

Verùm pro validitate contractus diceba-
5 tur, quòd quamuis aliqua requiſita deſice-
rent, ſtante vtilitate pupillorũ debebat ſub-
ſiſtere, ad quod adducebatur *Gloſ. in d. l. cùm*
*hi, §. eam tranſactionem*, quæ quamuis ab
aliquibus *Doctoribus* reprehendatur, & præ-
cipuè per *Paul. de Caſtr. in l. mandato, ff. de*
*off. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* tamen eſt ma-
gis communiter recepta, ſiquidèm eam ſe-
quuti fuerunt *Dyn. in l. ſi fundus ſterilis, ff.*
*de reb. dub.* & poſt eum *Bald.* qui eum refert,
& ſequitur *ibidem*, & idem *Bald. in d. §. eam*
*tranſactionem, in vtraq; lectura*, vbi etiam
*Odofred. Angel. & Iacobin. in 1. lect.* quod ta-
6 men non procedere in Eccleſia, tenuit in 2.
*lectur. Iacob. de Are. in d. l. magis puto, §. ſi*
*res, ff. de reb. eor. Alber. in auth. hoc ius por-*
*rectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Io. Faber in*
*§. & nè huius reſcriptionis, Inſtit. de eo, cui*
*liber. cauſ. bona addicuntur, Card. Florent.*
*in clem. 1. in princ. de reb. Eccleſ. non alien.*
*Cæpoll. in l. vltim. num. 26. verſ. extra gloſ. C.*
*de vſucap. pro empt. Barbat. in rubr. de reb.*
*Eccleſ. non alienan. & conſ. 35. lib. 2. Iaſ.* ſibi
contrarius *conſ. 219. lib. 2.* vbi *gloſ. in d. §.*
*eam tranſactionem* dicit eſſe notabilem, *So-*
*cin. iun. conſ. 78. lib. 2.* ſub *nu. 10. Dec. in cap.*
*quæ in Eccleſiarum, de conſtit. nu. 9.* in anti-
quis, à *num. 28.* in nouiſſ. impreſſis, & in *conſ.*
*124. Rom. conſ. 316. num. 2. & conſ. 453. n. 1.*
*Corſett.* in ſuis *ſingul. in verbo pupillus, Zac-*
*car. in apoſtill. ad Panorm. in d. cap. quæ in*
*Eccleſiarum, num. 4. Tiraq.* diffusè, rationes,
& authoritates cumulando *de legib. connub.*
*l. 16. gloſ. 8. num. 62.* cum plurib. *ſeqq. Rebuff.*
*in compend. alien. rer. Eccleſ. in 9. caſu, n. 34.*
*Redoan. de reb. Eccl. non alien. Rubr. de caſib.*
*in quibus form. alien. rer. Eccleſ. ſin. ſollemn.*
*cap.* incip. *videtur etiam, Surd. conſ. 9. nu. 14.*
*vol. 1. & conſ. 74. nu. 40. vol. 2.* Et quicquid
ſit in Eccleſia, in minore perſpicuum eſſe,
dixit *Tiraq.* in *loco* cit. *nu. 65.* & magis com-
munem eſſe opinionem, colligitur ex allega-
tis per *Ant. Gab. comm. opin. lib. 3. tit. de reb.*
*Eccl. non alien. concl. 1.* & *Rouit.* qui eum ſe-
quitur, & *DD.* cumulat in *Pragm. 1. de titul.*
*abuſu, n. 113.* qui ſic etiam iudicatum refert
in anno 1600. ad relationem Reg. Conſiliar.
Gizzarelli, iunctis Aulis, *num. 116. Ann. ſing.*
*396. Peregr. dec. Patau. 14. n. 14. & de fideic.*
*art. 40. n. 32. Petr. de fideic. q. 8. n. 525. Mant.*
*de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 4. Affl. dec. 336.*
*Mogen. dec. Flor. 16. n. 6. Mart. conſ. 192.*

Fundatur autem hæc concluſio ex *text.*
*in d. l. cùm hi, §. eam tranſactionem, ff. de*
7 *tranſact.* vbi tranſactio ſuper alimentis ad
vtilitatem eius, cui relinquũtur, valet, abſq;
decreto, hoc idem probatur ex *text. in l. non*
*eo minus, C. de procur.* vbi ſententia ad eius
beneficium valet, licèt indefenſus, quod de-
niq; fundatur per *tex. in l. pupilli, ff. de negot.*
*geſt.*

Digitized by Google

geſt. l. cùm tuus, ff. de nouat. & l. 1. §. pupillus, ff. de auth. praeſtan. vbi valent geſta ad
8 fauorem minorum, abſq; ſolemnitatibus.

Diſcuſſo negotio in Sacro Conſil. fuerunt die 3. Martij 1636. ad relationem Reg. Conſiliar. Prouenzalis, Conuenti abſoluti. Quod
9 enim dicitur, contractum à pupillo abſquè ſolemnitatibus celebratum eſſe nullum, in-
10 telligi debet, ipſo volente; alias enim remanet firmus, l. Iulianus 13. §. ſi quis à pupillo, ff. de action. empt. § 1. Inſtit. de auth. praeſt.
11 & eſt regulare, quòd nullitas introducta fauore alicuius, non habet locum, niſi ipſe velit, Bart. in l. elegantèr, ff. de dol. mal. Tiraq. in l. ſi vnquàm, in verbo reuertatur, C. de reuocan. donat. & de legib. connub. d. l. 16. gloſ. 8. num 9. Crauett. conſ. 179. num. 5. Ruini conſ. 48. num. 12. lib. 4. Socin. conſ. 78. num. 8. lib. 4. Caldas in l. ſi curatorem habens, in verbo hunc contractum, ſub num. 4. de reſtitut. in integr. Grat. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 27. num. 39 Garz. de benefic. part. 2. cap. 1. num. 75. Gonzal. in regul. Cancell. 8 gloſ. 56. num. 90. vbi ampliat, quàmuis ſemel di-
12 xiſſet de nullitate, & obtinuiſſet ſententiam ſuper ipſius contractus annullatione, quòd poterit poſteà pœnitere, & dicere, quòd vult ſtare dicto contractui, l. ſi Iudex 41. ff. de minor. Ludouiſ. dec. 467. num. 5. vbi Beltra-
13 min. ait, idem procedere in Eccleſia, Pinell. in l. 1. 3. part. num. 34. C. de bon. matern. Quaranta in Bullario, verb. alienatio, num. 34. Simoncell. de decret. lib. 3. num. 45. & 130. Matienz. in l. 2. tit. 3. lib. 5. recop. gloſ. 1. num. 15. Berous conſ. 32. num. 6. vol. 1. Nauarr. in manual. Confeſſ. cap. 27. num. 149. Redoan. rubr. 28. caſu 8. vbi ampliat, non obſtante
14 diſpoſitione Extrauagantis, Gabr. commun. opin. lib. 3. tit. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 1. ſub n. 17. Rebuff. in compen. alien. rer. Eccleſ. n. 34 Maſcard. de prob. concl. 75. Caldas in d. verb. hunc contractum, vbi alios refert n. 7.

Datur tamen cautela, quando contractus
15 ſic claudicat, nè altera pars ſtet in ſuſpenſo, vt agat, quòd pars priuilegiata declaret, ſi vult ſtare contractui nullitèr geſto, vel ab eo recedere, ad quod poſſe cogi, habetur ex Iaſ. in §. actionum, num. 42. Inſtitut. de action. Bald. & Salycet. in l. dolum, C. de pericul. & commod. rei vend. Pinell. in d. l. 1. 3. part. num. 34. C. de bon. matern. Gomez. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 21. in fin. Gonzal. in regul. 8. Cancell. gloſ. 56. num. 93. Garz. de benefic. d. part. 2. cap. 1. num. 75. Surd. dec. 69. num. 23. in fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 27. num. 42. Cancer. variar. reſol. cap. 13. par. 1. num. 49. Capyc. dec. 110. & alij per ipſos allegati.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XIX.

### SVMMARIVM.

1 *Alienatio à minore celebrata, ſi tendat in eius vtilitatem, quamuis ſolemnitates deficiant, eſt nulla, ipſo volente, & num. 2. ac ità deciſum refertur, n. 4. & 11. ſed contrarium deciſum adducitur, n. 5.*

2 *Collegium Pauperum* Diui Nicolai *fuit erectum Neap. de anno* 1648. *poſt ſedatas tumultuarias Plebis ſeditiones.*

3 *Acta facta cum minore abſq. tutoris authoritate, ſunt nulla, volente tamen minore.*

4 *Praelatio in feudo haereditario antiquo paterno per S.C fuit conceſſa.*

5 Contractus *geſtus à minore in ſolidum cum maiore, abſquè ſolemnitatibus, eſt validus, etiam minore opponente de nullitate, pro quantitate verſa in vtilitatem minoris, & ità deciſum traditur.*

6 *Contractus geſtus per minorem, quando illi vtilis non eſt, eſt nullus, ipſo volente, & ità iudicatum per S.C. affertur, n. 11.*

7 Contractus *minoris an ſit nullus, deficientibus ſolemnitatibus.*

8 *Obligatio principalis vbi eſt nulla, corruit etiam fideiuſſoris obligatio, ſecùs ſi fideiuſſor ſit obligatus in ſolidum cum principali, nu. 9.*

9 *Obligatio fideiuſſoris ſi eſt inſolidū, & principali nomine, nō eſt acceſſoria, ideòq; ſublata vna ex duabus obligationibus inſolidum factis, remanet alia, ſed contrarium habetur, n. ſeq.*

10 *Obligatio principalis quando eſt nulla, erit quoq; nulla obligatio illius, qui inſolidum cum principale ſe obligauit.*

12 *Alienatio bonorum pupilli vt ſubſtineatur, quatuor requirit, de quibus n. 15. 16. et 18.*

13 *Tutor antequàm adminiſtret, debet inuentarium conficere, etſi fuerit legitimus, vel datiuus, debet etiam cautionem praeſtare de vtilibus agendis.*

17 *Decretum Iudicis poteſt praecedere, & ſubſequi contractum, conſultius tamen eſt, ſi fiat eodem contextu, limita ſi à principio ſit actum de interpoſitione decreti, tunc enim poteſt ſubſequi.*

19 Cenſus, *ſeù vēditio annuorum introituum vt ſuper bonis minoris cōſtitui poſſit, octo requiruntur.*

20 Cōtractus *per Eccleſiam celebratus, quamuis in eius vtilitatem, deficientibus aliquibus requiſitis non ſubſtinetur.*

21 *Alienatio bonorum Eccleſiae, vt valeat, quae requirantur, & omnis alienatio prohibetur, etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus, ſi deficiat aſſenſus Pontificis.*

Digitized by Google

*tificis, limita, num. 29.*

23 *Cauſa iuſta alienandi res Eccleſiæ, eſt vtilitas euidens Eccleſiæ.*

24 *Solemnitas requiſita in alienatione rerum Eccleſiæ, quæ ſit.*

25 *Venditio annuorum introituum venit appellatione alienationis, & facta pro capitali expendendo in reparationem domus Eccleſiæ, abſq; ſolemnitatibus, & aſſenſu Apoſtolico valet, num. 26. contrarium, num. 27. & 28.*

29 *Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt valida, ſi ſit facta, Pontifice inconſulto in tribus caſibus ibi relatis.*

30 *Emphyteuſis venit appellatione alienationis, & non ſolet reſcindi ob ſolemnitates omiſſas, niſi tribus concurrentibus, nu. 31. ſecus ſi deficiat cauſa iuſta, & adſit læſio magna, n. 32.*

33 *Læſio dicitur magna, ſi reditus ſit annuorum ſcutorum 150. & penſio, ſiuè cenſus ſit annuorum ſcutorum 36.*

*Decretum* Commiſſarij *deputati per Pontificem, non ſufficit, vbi non ſunt examinati teſtes de vtilitate, ibid.*

34 *Conceſſio in emphyteuſim, quamuis adeſſet aſſenſus, ſed ſubreptitius, & læſio, per S.C. non fuit reſciſſa, ſed tantùm auctus cenſus, habita conſideratione ad tempus conceſſionis, & valorem tempore litis motæ, ſtante antiquitate temporis, de ratione, num. ſeq.*

35 *Solemnitates ex curſu 30. annorum præſumuntur.*

1 Concludit hìc D. meus *nu.* 5. 7. & 8. quòd cõtractus alienationis à minore celebratus, ſi tendat in eius vtilitatem, ſubſtinetur, quamuis ſolemnitates deficiant, quod confirmat *D. Pratus cap.* 17. *nu.* 100. *lib.* 1. & *cap.* 12. *nu.* 4. *lib.* 2. *diſcept. forenſ.* & *obſeru.* 2. *cent.* 1. *pract. obſeru.* & ità deciſum refert D. meus *nu* 9.
2 eò, quòd dicitur nullus, minore volẽte, aliàs remanet firmus, vt tradit *nu.* 10. ſicuti etiam fuit deciſum per Sac. Conſil. ad relationem *D. Thomæ de Aquino* Regij Conſiliarij doctiſſimi, ac exemplari charitate ornatiſſimi ergà Pueros, & Puellas pauperes Collegij *Diui Nicolai*, erecti de anno 1648. poſt ſedatas Plebis tumultuationes, ſub protectione, & delegatione eiuſdem D. Conſiliarij *de Aquino*, in cauſa Hieronymi Romanelli minoris cum Ioſepho Palmario Barone Caſtelli Campaneę; cùm enim dictus Hieronymus petijſſet prælationem dicti Caſtelli, vti feudi paterni antiqui venditi per Octauium Romanellum fratrem dicti Ioſephi, in expeditione cauſæ opponebat in Aula *D. Innocentius Orilia* Cauenſis amicus meus, qui partes dicti Ioſephi tuebatur, quòd omnia
3 acta erant nulla, vti facta cum dicto Hieronymo minore, abſquè tutoris authoritate, & quòd proptereà non poterat tractari de
4 dicta prælatione, tamen fuit data prælatio dicto Hieronymo ſub die 25. Iunij 1650. in Banca Figliolæ, de qua deciſione dicemus etiam in *dec.* 57.

Sicuti fuit declarata nulla venditio domus facta per tutorem abſquè ſolemnitatibus, pupilla inſtante, & condemnati poſſeſſores ad relaxandam domum vnà cum fructibus perceptis, vt per D. Conſil. *Staiban. reſol.* 30. *n.* 51. *lib.* 1. *reſol. forenſ.*

5 Sed contrarium reperio deciſum per idẽ Sacr. Conſil. ſub diẽ 1. Aprilis 1615. referente D. Conſiliario *Saluo*, in cauſa Io. Antonij Citarellæ cum creditoribus, vbi fuit à minore allegata nullitas contractus, ab ipſo inſolidum cum maiore celebrati, non obſtante, quòd contractus minori erat vtilis; nam fuit deciſum, cõtractum eſſe validum, etiam reſpectu minoris, pro quantitatibus, quę apparuerint verſæ in eius vtilitatem, iuxtà liquidationem faciendam per Sacr. Conſil. in Banca Scacciauenti, & ſic per Sac. Conſil. nõ fuit hoc caſu ſequuta limitatio, de qua D. meus *n.* 10. vt ſcilicèt cõtractus ſit nullus, minore volente, de qua deciſione memores erimus in *dec.* 59.

6 At quando minori vtilis non eſt contractus, ipſo opponente eſt nullus; quarè cùm Cæſar Miroballus tutor D. Io. Angeli Barrilis vendidiſſet annuos duc. decem D. Franciſco Fiorellæ, pro capitali duc. centum, & ibidem Alphonſus Seuiglia ſe obligauit inſolidum ad euictionem, & ſolutionem dictorũ annuorum duc. 10. eiuſq; capitalis duc. 100. Conuenta in M.C.V. Victoria Seuiglia hærede dicti quond. Alphonſi ab hæredibus prædicti D. Franciſci, ad ſolutionem nedùm tertiarum à die contractus, ſed etiam capita-
7 lis, fuit oppoſitum de nullitate contractus prædicti, eò, quòd deficiebant dicta requiſita, & vbi principalis obligatio eſt nulla, cor-
8 ruit paritèr fideiuſſionis obligatio, vti acceſſoria ad principalem, *l. cùm lex,* & *l. ſi fideiuſſor obligari,* vbi notant omnes *ff. de fideiuſſ.* & deducitur ex *l. cùm principalis, ff. de reg.*
9 *iur.* & licèt fuiſſet oppoſitum, quòd dùm dictus Alphonſus ſe obligauit inſolidum, & principali nomine, non videtur acceſſoria eius obligatio. Idcircò ſublata vna ex duabus obligationibus inſolidum factis, non corruit altera, vt dixit *Bald. in l. ſi prædium, num.* 9 *C. de iur. dot.* ſiquidèm opinio *Bald.*
10 & Aſſeclarum habet quamplures contradictores, affirmantes, exiſtente nulla obligatione principali, cenſeri etiam nullam obligationem illius, qui inſolidum cum principale ſe obligauit, ex rationibus adductis per *Cephal. conſ.* 457. *num.* 15. *lib.* 3. & comprobant

Digitized by Google

bant *Laurent. de Pina conſ.* 71. *nu.* 2. *& ſeq.*
*Parſ. conſ.* 110. *num.* 75. *lib.* 1. alijq; quos re-
fert, & ſequitur *Sforz. Odd. conſ.* 41. *num.* 23.
11 Ideòq; per M.C.V. de anno 1621. ad rela-
* tionem D. Iudicis *Franciſci Antonij de Scac-*
*ciauento* fuit abſoluta dicta Siluia, in Banca
Saccardi.
12 Hinc, vt alienatio bonorum pupilli ſub-
ſtineatur, quatuor requiruntur. Primò, tuto-
ris authoritas, §. 1. *Inſt. de auth. tut. l. cum*
*qui, C. de auth. præſtan.* immò antequàm tu-
13 tor poſſit authoritatem præſtare, oportet, vt
inuentarium conficiat, *l. tutor, qui reperto-*
*rium, ff. de admin. tut.* etſi fuerit legitimus,
14 vel datiuus, debet etiam præſtare cautio-
nem de vtilia agendo, *l. 1. in fin. C. de tutor.*
*vel curator. qui ſatiſd. non debet.* Secundò,
15 neceſſitas faciendi alienationes, veluti ſi æs
alienum vrget, *l. ob æs, C. de præd. & alijs reb.*
*minor. D. Conſil. Staiban. reſolut.* 30. *num.* 1.
16 Tertiò, Iudicis decretum, *d. l. ob æs, & l. 2. C.*
*eod. D. Conſil. Staiban. d. reſolut.* 30. *num.* 2.
17 quod quidèm decretum poteſt præcedere,
& ſubſequi contractum, vt tradit *Bald. in*
*cap. ſi quis miles, de feud. ſine culp. non amitt.*
*Mandell. de Alba conſ.* 4. *num.* 50. conſultius
tamen eſt facere eodem contextu, ex tradi-
tis per *Simoncell. in tract. de decret. in præf.*
*nu.* 33. *&* 34. qui *num.* 46. limitat, ſi à prin-
18 cipio fuit actum de interpoſitione decreti,
tunc enim poteſt ſubſequi. Quartò, appre-
tium bonorum alienatorum, illorumq; ſub-
haſtatio, ex traditis per D. meum *hìc*, *nu.* 6.
& per *D. Merlin. cap.* 74. *num.* 1. *cent.* 2. *con-*
*trou. for. D. Staiban.* vbi ſuprà, *nu.* 5. in con-
19 ſtitutione autem cenſus, ſiuè in venditione
annuorum introituum ſuper bonis pupilli,
octo requiſita ponit *Foller. in pragm. de conſ.*
*verſ. iuris moderando rigorẽ, n.* 39. & in vẽdi-
tione annuorum introituum facienda per
Vniuerſitatem, requiſita recenſet *D. Conſil.*
*Staib. reſol.* 28. *n.* 6. 8. 25. *&* 27. *d. lib.* 1.
Et ex traditis per D. meum *num.* 6. habe-
20 mus, quòd contractus per Eccleſiam cele-
bratus, quamuis in eius vtilitatem deficien-
tibus aliquibus requiſitis non ſubſtinetur,
etſi contrarium teneant *Ludou. Bellus conſ.*
45. *nu.* 8. & *Ciarlin. lib.* 1. *controu. cap.* 8. *n.* 15.
attamen opinio D. mei ſubſtinenda eſt, &
21 nos illam amplectimur, ideòq; vt alienatio
bonorum Eccleſiæ valeat, requiritur necdùm
cauſa iuſta, & ſolemnitas, vt in *cap.* 1. *de reb.*
*Eccleſ. non alien. in* 6. *clem.* 1. *eod. tit.* ſed etiã
Summi Pontificis conſenſus, vt in *extrauag.*
*Ambitioſa, de reb. Eccleſ. alien. vel non*, vbi
22 omnis modus alienandi eſt prohibitus, etiã
in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus, in-
conſulto Pontifice, vt tradit *Rebuff. in comp.*
*de alienat. rer. Eccleſ. num.* 102. & aduertit
etiam *Quaranta in ſumma Bullarum, in*
*verb. alienatio rerum Eccleſ. num.* 5. quos ſe-
quens adducit *D. de Marin. lib.* 1. *quotid. re-*
23 *ſol. cap.* 6. *num.* 1. cauſa autem iuſta eſt eui-
dẽs vtilitas Eccleſiæ, vt pluribus relatis pro-
bat *Rota Roman.* in *dec.* impreſſa apud *D. de*
*Marin. cap.* 7. *nu.* 3. *d. lib.* 1. & ſolemnitas eſt
24 probatio per teſtes, iudicialiter facienda re-
ſpectu dictæ vtilitatis coràm Commiſſario
per Pontificem deputato, vocatis vocan-
dis, vt tradit eadem *Rota ibid. num.* 6. *& ſeq.*
25 Sub nomine tamen alienationis venit etiã
venditio annuorum introituum facta iuxtà
formam *Bullæ Nicolai V.* de qua in *pragm.*
1. *de cenſ. D. de Marin. d. cap.* 6. *nu.* 8. qui *n.* 9.
10. *& ſeq.* fundat, alienationem annuorum
26 introituum factã per Adminiſtratores Ho-
ſpitalis, Epiſcopali authoritate erecti, pro
quodam capitali impenſo pro reparatione
domus Hoſpitalis, & ſic ex cauſa neceſſaria,
eſſe validam, abſq; dictis ſolemnitatibus, &
27 aſſenſu Apoſtolico, quod *Ego* non ità faciliè
admitto; nàm alia opinio eſt approbata in
S.C. quia etſi contractus cedat in vtilitatem
Eccleſiæ abſquè ſolemnitatibus, alienatio
non tenet, vt diximus *nu.* 22. & fuit deciſum,
teſte *D. de Franch. dec.* 35. *num.* 9. cuius ſola
28 authoritas ſufficeret, tamẽ adduco *Io. Fabr.*
*in* §. 1. *Inſt. quib. alien. licet, vel non, num.* 4.
vbi, quòd ſecuriùs eſt, ſi ſolemnitates inter-
ueniant, quem locum miror non fuiſſe alle-
gatum à *D. de Franch. ibid.* reuideas, nàm
alia iura citat.
Benè verùm eſt, quòd in *d. extrauag. am-*
29 *bitioſa* tres caſus excipiũtur, in quibus alie-
natio rei Eccleſiæ permittitur, Pontifice in-
conſulto. Primò, vbi res non vltrà triennium
locaretur. Secundò, ſi in emphyteuſim con-
cederetur, tribus concurrentibus, ſcilicèt in
caſibus à iure permiſſis, de bonis in emphy-
teuſim ab antiquo dari ſolitis, & cum eui-
denti Eccleſiæ vtilitate. Tertiò, alienatio
fructuum, qui ſeruando ſeruari non poſſunt,
vt refert *D. de Marin. ibid. n.* 4.
30 Et circà ſecundam exceptionem conceſ-
ſionis in emphyteuſim, quæ ſub alienatio-
nis verbo venit, vt in *d. extrauag. ambitioſa*
habetur, & in *cap. nulli, de reb. Eccleſ. non*
*alien.* ac in *l.* 1. *C. de fund. dotal. non alien.*
quod etiam admittunt *Rebuff.* vbi ſupr. *n.* 5.
& *Rot. loc. cit.* antè *num.* 3. *& num.* 10. *& ſeq.*
31 dicimus, quòd *Parlamentum Pariſienſe*
conceſſionem prædictam ob ſolemnitates
omiſſas, non ſolet reſcindere, niſi tribus cõ-
currentibus. Primò, ſolemnitatis defectus.
Secundò, læſio. Tertiò, quòd læſio ſit magna,
non minima, vt deciſum teſtatur *Rebuff.*
*ibid.* ſub *num.* 103. Ideòq; *Rota Romana* ſub
32 die 19. Aprilis 1630. iudicauit, cõceſſionem
in emphyteuſim domus factam per Capi-
tulum Eccleſiæ S. Mariæ de Rotunda de Vr-
be Iulio Pocobello ad ipſius, & perſonæ ſuc-
ceſſiuè ab ipſo nominandæ vitã, non ſubſti-
neri

Digitized by Google

neri coràm *P. Durano*, vt habetur apud *D.*
*de Marin.d.cap.*7.antè d.*num*.3.nàm *ibi*,ne-
33 dùm deficiebat cauſa iuſta,& ſic vtilitas;ſed
etiam aderat lęſio,& magna ; nàm conceſſio
erat facta pro canone ſcutorum 36.& ex do-
mo percipiebatur annua penſio ſcutorum
150.neq; etiam interuenerat ſolemnitas, &
ſic probatio iuridicè per teſtes de vtilitate
Eccleſiæ;ſed tantùm decretum Commiſſa-
rij,approbando dictam conceſſionem,nullis
examinatis teſtibus,ſeruata forma ſuæ com-
miſſionis.
34 Hìnc Sac.Conſ.in cauſa Monaſterij Mon-
* tis Oliueti cum Pappalardis de anno 1542.
in Banca Ioannis Portij, & in cauſa eiuſdem
* Monaſterij cum Suardis de anno 1570. in
Banca de Caro,quamuis aſſenſus Pontificis
fuiſſet ſubreptitius , & adeſſet læſio , noluit
conceſſionem in emphyteuſim reſcindere;
ſed cenſum auxit,habita conſideratione ad
tempus conceſſionis, & valorem tempore
35 litis,ſtante antiquitate temporis,& eò ma-
gis,quia ſolemnitates ex curſu 30. annorum
præſumuntur,ad tradita per *D.Balbo.diſqu.*
37.*num*.10.& 11.nàm ex tanto curſu tem-
poris tollitur omne vitium , quod allegari
poſſet in contractibus rerum Eccleſię,vt per
*Dec.conſ.36.num.8. verſ.vltimò non obſtat*,
ex *Ancharan.conſ*.135. ac *Alex. conſ.79. in*
*2.dub.col.3.lib*.1.vt percepi ex Apoſtilla ma-
nuſcripta D.Conſiliar. *Felicis de Rubeis*,qui
fuit poſteà digniſſimus Epiſcopus Tropeia-
nus,ad *Dec.d.n*.8. *M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

**Fideiuſſor Arcæ Arrendamenti an ſit liberatus, ſi Mercator, qui Arcam exercebat, acceptando literas cambij, eas ſcripſit ad creditum, & debitum ipſius creditoris, nouaſq; fecit literas pro illarum ſolutione. & an ſit inducta nouatio.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Debitor mandans Nummulario ſuo, & debitori, vt quod ſibi debet, Titio ſoluat, & in libro rationum ſuarum Titium creditorem ſuum deſcribit, & ipſe ratum habet, ſcribens cēſetur liberatus, & actio nouata, maximè vbi agitur inter mercatores.*

2 *Creditor recipiens literas cambij à ſuo debitore, & faciens ſe creditorem à debitore ipſius debitoris deſcribi, actionis nouationem inducit.*

3 *Paria ſunt, ſoluere, vel quòd Nummularius, ſiue Bancherius ſe debitorem, conſentiente creditore deſcribat.*

4 *Promiſſio de ſoluendo facta ab eo, cui literæ diriguntur, ex conſuetudine inter mercatores liberationem primi debiti inducit, & num.* 8.

*Sed contrarium, n.* 5.

*Maximè, vbi acceptans literas non eſſet debitor mandantis, n.6.*

*Limita in Campſoribus, n.7.*

9 Affl.in dec.353.*declaratur.*

10 *Debitor ex ſtipulatu licèt ſe conſtituat debitorem actione de conſtituta pecunia, prima obligatio ex ſtipulatu non erit extincta.*

11 *Campſores an, & quando ſcribendo literas cambij, inducant liberationem, & extinguantur primæua iura.*

12 *Bancherius, ſeù Nummularius ſi apocham ei traditam in creditum ipſius, cui pecunia erat ſoluenda ſcripſerit, & pro eius ſolutione aliam cedulam ſoluendam per aliū Nummularium ei conſignauerit, ſi ſolutio non fuerit ſequuta, non erit liberatus.*

13 *Nouatio non præſumitur ex augmēto cambiorum.*

14 *Extincta obligatione principali, extinguitur fideiuſſio.*

15 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio XX.

Simon Salutius, & Franciſcus Veſpuli cùm eſſent Gubernatores, & Inſtitores Regiæ Gabellæ, ſeù Arrendamenti, quod vocant carolenorum trium pro qualibet libra Serici, in anno 1618. conſtituerunt eorum Capſerios in Ciuitate Coſentiæ Blaſium, & Fabritium Salernum mercatores ibidem degentes, pro cuius Capſæ adminiſtratione acceſſit tanquàm fideiuſſor Horatius Salernus; cùmq; dicti Gubernatores mediantibus duabus literis cambij ſcripſiſſent, vt dicti Blaſius, & Fabritius ſoluerent Horatio Scotto duc.7000. literæ prædictæ fuerunt per dictos Capſerios acceptatæ, ſed non effectiuè ſolutæ. Verùm pro eorum ſolutione eidem Scotto dederunt, tàm pro prędictis duc.7000. quàm pro alijs duc. 304. pro cambio literas directas dicto Horatio Salerno, vt dictā quantitatem ſolueret Scotto, qui cùm noluiſſet literas acceptare, fuerunt per Scottum proteſtatæ, & expeditæ literæ exequutoriales contra Fabritium realitèr, & perſonalitèr, qui cùm eſſet effectus non ſoluendo, creditor direxit greſſus ſuos

or-

ordinario contra dictum Horatium Salernũ,
tanquam prędictorum Fabritij,& Blaſij Ca-
pſeriorum fideiuſſorem , & compilato pro-
ceſſu dicebat Horatius,ipſum eſſe abſoluẽ-
dum,ex quo per literas cambij acceptatas
per dictos Capſerios, ac ſcriptas in eorum
libris,debitum Arrendamenti erat extinctũ,
& transfuſum in aliam obligationem,in qua
prædicti Blaſius, & Fabritius tanquam ſcri-
ptores literarum cambij,erant effecti debi-
tores nomine proprio, & ſic ipſe Horatius
non debebat moleſtari tanquam fideiuſſor
Arcæ Arrendamẽti;ſtatim .n. quòd quis iu-
bet Nummulario ſuo debitori,vt quod ſibi
debet, Titio ſoluat, & in libro rationum
ſuarum Titium creditorem ſuum deſcribat,
1 & ipſe ratum habuit, ſcribens cenſetur libe-
ratus,& actio nouata,ità *Dyn. conſ.*23. alias
17.& eum ſequitur *Ioan.Andr. in Addit.ad
Specul.in rubr.de depoſit.in fin.* & habetur
etiam ex *Iaſon.in l.ſingularia, num.6. ff.ſi
certum petat.* quod etiam optimè explicat
*Hieron Gabr.conſ.*155.ex *num.*18.cum plu-
ribus *ſeqq.* vbi hoc indiſtinctè tenet, quan-
do agitur inter mercatores,& eum ſequitur
*Mantic.de tacit. & ambig. conuent. lib.*17.
*tit.6. Anna alleg.89. Muſcard.de prob.in con-
cluſ.*989.*nu* 8.

Quod tantò magis corroboratur, quan-
do creditor,qui paſſus fuit, ipſo conſentien-
te , non ſolùm ſe deſcribi debitorem , ſed
etiam recepit literas cambij,tunc enim dici-
tur inducta nouatio actionis, & primus de-
bitor erit liberatus , proùt deciſum refert
*Affl.deciſ.*353.ex doctrina *Paul.de Caſtr.in
d.l. ſingularia, ff.ſi cert.petat.* maximè inter
mercatores,*Raphael Cuman.in l. delegatio,*
2 *ff.de nouat.*& copioſè poſt *Afflict.* hoc fun-
dat multis *DD.*authoritatibus,& rationibus
*Scacc. de commerc.& camb.§.2.gloſ.5.q.*8.
*num.*244. qui ad partes articulum diſputat,
& *num.*248. pro hac opinione concludit,la-
tè etiam *Caſtill.dec.Sicil.46.lib.*1.vbi diffu-
3 ſè probat,quòd paria ſunt,ſoluere,vel quòd
Bancherius ſe ſcribat debitorem , conſen-
tiente creditore, abſq; tamen dolo, multa
etiam per *Ruin.conſ.39.vol.*1. & inter mer-
catores ex conſuetudine totius Italiæ pro-
4 miſſio de ſoluendo facta ab eo,cui literæ di-
riguntur, inducit liberationem primi debi-
toris,vt habetur ex *Rot.Gen.*4. ſub *nu.*9. &
10.quod etiam ex multis comprobat *Scac-
cia de commerc.& camb.in d* §.2.*gloſ.*5. *nu.*
63. & 245. licèt de hac opinione valdè ſit
5 dubitandum, cùm contraria opinio ſit in
Regno vſu recepta, nunquàm enim libera-
tur primus debitor ex ipſa acceptatione,ni-
ſi ſequatur ſolutio,quia acceptans habetur,
ac ſi eſſet fideiuſſor, vt per *Francb.dec.*303.
*Rouit.in pragm.1.de liter.camb.nu.1. Surd.
dec.187.Gratian.diſcept.forenſ.cap.*64. vbi
latè,& deciſionem Rotæ Romanæ affert, &
in *dec.*117.*Mareſcott.variar reſolut.cap.*11.
*lib.2. Sfort. Odd.conſ.*87. latiſſimè *de Pont.
conſ.87.vol.2.* & nouiſſimè *Conſil. Paſchal.*
qui alios congerit *de vir.patr.pot par.1.c.*8.
*num.*71. & probatur ex *text. in l. ſi litera-
rum,C.de ſolut.* vbi etiam *Bald. num.*29. &
*Salycet.num.*2. maximè,quando acceptans
6 non erat debitor mandantis, quamuis enim
*Bart.in d.l.ſingularia, num.*19. *ff.ſi certum
petat.*teneat,quòd primus debitor liberetur,
etiã,quòd acceptans non ſit debitor,tamen
communis opinio eſt in contrarium , vt di-
xit *ibidem Bologn.num.89.Cagnol.Socin.* &
alij adducti per *Maſtrill.dec.*177.*num* 5. li-
7 cèt de conſuetudine illius Regni dicat, ſer-
uari contrarium in Campſoribus, quia ſuffi-
cit,vt girata facta fuerit,conſentiente credi-
tore,qui poterat habere pecuniam numera-
tam,eò enim ipsò, quò ſit per debitorem
mandatum Campſori,vt ſoluat debitum, &
Campſor acceptat, illamq; deſcribit ad no-
men debitoris, videtur facta delegatio,per
quam inducitur nouatio actionis , nàm ex
legis fictione videtur facta numeratio cre-
ditori,& breui manu per eundem credito-
rem videtur,pecuniam fuiſſe per ipſum in
Banco depoſitam,vt dicunt *Bart.Bald. An-
gel.* & alij in *d.l.ſingularia , & Maſtrill.d.
dec.*177.*in princ.* Immò plus *Ioann.Franc.
de Pont.conſ.38.vol.*2.voluit,quòd per Chi-
rographum factum à Papa Leone XI. tem-
pore eius breuiſſimi Pontificatus, directum
eius Theſaurario ſecreto,vt ex pecuniarum
quantitatibus , eidem peruentis ex Dataria
ſolueret aliqua debita particularia contra-
cta tempore,quo erat Cardinalis, quàmuis
antequàm eſſet facta ſolutio humanis ceſſe-
rit, quòd non ſint ampliùs hæredes ipſius
Pontificis moleſtandi , ſed quòd ſolui de-
beant per dictum Theſaurarium,ex quo ip-
ſa conſignatio Chirographi habetur pro ſo-
lutione , licèt hodiè in Regno hoc ſit per
particularem legem definitum, vt eò ipsò,
8 quò literæ cambij ſunt acceptatæ , & tem-
pus ſolutioni præfinitum ſit elapſum , ſi per
alios quatuor dies creditor non exigit, ſcri-
bens erit liberatus,vt in *Pragm.6. §.4.de li-
teris cambij.*

Verùm pro Franciſco Scotto creditore
dicebatur,quòd ipſe non ſe direxit contra
Salutium,& Veſpulum,qui primo loco ſcri-
pſerunt literas cambij, reſpectu quorum
procedunt omnia ea, quæ ſuperiùs fuerunt
9 adducta,dicebat etiam,quòd *deciſio Afflicti*
353.& alij allegati ſunt intelligendi,quando
debitor per publicum inſtrumentum quie-
tauit debitorem primum ſcribentem , vt ità
declarat *Vrſill.num.6.* quod probatur ex *l
fin.C.de nouat.*& meliùs in §.*præterea, Inſt
quib.mod.tollit.oblig.* quod optimè etiam

declarat *Parlad.lib.2.rer.quotidian.cap.fin.*
*part.1.§.12.limit.6. & Sfort.Odd.conſ.87.*
Rurſùs,quòd hodiè non tractabatur contra
prædictos Scribentes,ſed contra Fabritium,
& Blaſium Capſerios, & conſequentèr con-
tra Horatium,tanquàm fideiuſſorem ipſius
Capſæ,quod probatur, quia non poteſt du-
bitari,quin per acceptationem literarum ſit
effectus debitor ipſius Scotti, & quamuis
pro ſolutione dictarum literarum cambij
dediſſet ei alias literas ſoluendas hìc Nea-
poli per eundem Horatium, quæ cùm non
fuiſſent acceptatæ, fuerunt proteſtatæ con-
tra Fabritium, & fuerunt etiam contrà ip-
ſum expeditæ literæ exequutoriales, non
per hoc fuit transfuſum debitum Arcæ in
aliud debitum, ità vt primęua iura rema-
nerent extincta, quod punctualitèr probat
*text.in l.item illa,§.fin.ff.de conſtit.pecun.*
10 vbi qui erat debitor ex ſtipulatu, ſi ſe con-
ſtituat debitorem actione de conſtituta pe-
cunia, non per hoc prima obligatio ex ſti-
pulatu erit extincta, niſi ſequuta integrali
ſolutione,quamuis creditor egerit actione
de conſtituta,& fuerit ex eadem actione lis
conteſtata, & ità *ibi* declarant *Bal.Bart.* &
alij *DD.* & *Dec.in d.l.ſingularia,n.27.*

Nec poterat dubitari, quòd ipſi Blaſius,
& Fabritius fecerint apocas vti Capſerij,
cùm in ſpecie erat eis promiſſum in con-
uentione inita cum ipſis Arrendatoribus,
vt ſolutiones faciendæ ab ipſa Arca Arren-
damenti,poſſent fieri cum literis cambij hìc
Neapoli cum vtile cambij,ad ipſorum Ca-
pſeriorum beneficium,cùm etiam de iure
apparere debebat,non fuiſſe transfuſum de-
bitum in aliam formam obligationis,ità vt
11 primæua iura contra ipſos Capſerios fuiſ-
ſent extincta ex ipſa forma literarum cam-
bij,Campſores enim ſcribendo literas cam-
bij,vel dicunt, *la valuta riceuuta de con-*
*tanti,* & in hoc caſu poſſet conſiderari nu-
meratio,& quòd ſit factus tranſitus in aliam
ſpeciem contractus;fingitur enim actus nu-
merationis, vt per *Doctores in d.l.ſingula-*
*ria,* per quam numerationem extinguntur
illa primæua iura,ſolutione enim eius,quod
debetur omnis tollitur obligatio,ità vt neq;
hoc caſu poſſit mercator opponere exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ, *Scacc.de*
*commerc.& camb.§.2.gloſ.8.quæſt.1.nu.6.*
*Rot.Genuenſ.dec.*44.aut verò dicitur,*pro to-*
*tidem cambiatis*, & iſto caſu non probatur
ſolutio,ſed apparet,eſſe idem debitum, pro-
ùt per priùs erat,ità vt poſſit hoc caſu ſolu-
tio in dubium reuocari, vt probat idem
*Scaccia ibidem,num.7.* aut demùm dicitur,
*la valuta conti con noi*, quod idem eſt,ac ſi
diceret,*per la valuta contiei*, proùt appare-
bat,fuiſſe ſcriptas literas in caſu,de quo age-
batur,& hoc caſu idem iudicatur, ac ſi di-
xiſſet,*la valuta cambiata cõ noi*, proùt opti-
me probat *Rota Genuenſ. in dec.104. nu.5.*
vbi dicit,quòd fuerunt examinati nonnulli
mercatores practici,& eam ſequitur idem
*Scaccia loco* ſuprà citato,*num.8.* Si ergò pri-
mum debitum non eſt extinctum, non ſe-
quuta effectuali ſolutione, ſequitur neceſſa-
riò, quòd fideiuſſor Arcæ teneatur, quia
cùm non ſit inducta nouatio per nouam ob-
ligationem,primi fideiuſſores tenentur, *He-*
*ringius de fideiuſſ.c.20.§.36.nu.1.Menoch.*
*præſumpt.134.lib.3.Gayll.lib.2.obſer.30.* vbi
etiam *Bernard.Grauet conſid.2.*

Et hoc eſt, quod quotidiè practicamus
in Bancis publicis huius Fideliſſimæ Ciui-
tatis,conſignata enim creditori cedula ban-
caria,quam nos, apodixam bancariam vo-
camus,eaquè præſentata in Banco, & ſcri-
pta in debitum creditoris Banci, qui eam
ſcripſit,& in creditum ipſius, cui pecunia
erat ſoluenda,multotiès pro ſolutione Ban-
12 cherij, ſiuè Nummularij aliam cedulam
conſignant,vt illa pecuniæ quantitas ſolua-
tur per alium Nummularium, ſiuè Banche-
rium,quam ſi non ſoluerit,non ideò primus
Nummularius,ſiuè Bancherius erit libera-
tus,& per conſequens Banci prædicti fide-
iuſſores tenentur,& hoc quotidiè practica-
tur,abſq; aliqua difficultate, quia quàmuis
primus debitor, qui ſcripſit cedulam ban-
cariam,eò ipsò,quòd Nummularius illam
acceptauit, & ſcripſit in libris ad debitum
ſcribentis,& creditum illius, cui ſolutio erat
facienda,ſit liberatus, & in hoc conueniant
omnia ſuperiùs allegata,ad notata in dicta
*l.ſingularia, ff ſi certum petat. Mantic.de*
*tacit.& ambig.lib.17.tit.6. Hering.de fide-*
*iuſſ.d.cap.10.§.3.num.9.* tamen ſi ipſe Num-
mularius pro ſolutione ipſius aliam fecerit
apocam directam alio Nummulario, vt eam
ſoluat,ſi non fuerit ſoluta, non erit primus
Nummularius liberatus.

Nequè opitulabitur motiuum partis,
quòd in ſecundis literis augetur etiam in-
tereſſe cambij in alijs ducat. 304.vltrà ſum-
mam cõtentam in primis literis ducatorum
ſeptemmille,nouatio enim non præſumitur
ex augmento cambiorum, ità in terminis
*Barbat.conſ.19.* ſub *num.5.vol.1.* & proba-
tur expreſsè ex *tex.in l.fin.C.de nouat.* quia
13 nouatio non præſumitur,niſi expreſsè fiat,
quod procedere,tàm per viam actionis,quã
per viam exceptionis, latè examinato arti-
culo voluit *Parlad.rer.quotid.lib.2.c.fin.1.*
*p.§.12.* qui de communi teſtatur, quicquid
dixerit *Bart.in l.Valerianus, ff.de præt.ſtip.*
& in *l.2.C.de nouat.*

Nequè vis eſt facienda, quòd extincta
prima obligatione Arrendamenti,per acce-
14 ptationem apocæ cambij ſit extincta obli-
gatio ipſius Horatij fideiuſſoris, quia ſubla-

ta

Digitized by Google

ta obligatione principali, extinguitur fideiuſſoria, tanquàm acceſſoria, *l. 1. ff de fideiuſſor. c. acceſſorium, de reg. iur. in 6.* quia regula eſt vera in ſe, ſed non applicabilis caſui noſtro, non enim agitur contra Horatium tanquàm fideiuſſorem Arrendamenti, ſed tanquàm fideiuſſorem Arcæ, ſeù Capſæ Arrendamenti, retorquetur ergò argumentum, quia cùm obligatio ipſius Arcæ non ſit extincta, ergò remanet obligatio fideiuſſoris. Fuit etiam in facto conſideratum, quòd debitum dependebat ex cauſa exactionis debitorum ſpectantiũ ad dictũ Arrendamẽtum, ex qua cauſa Capſa erat debitrix, & ſic etiam, quòd literæ non fuerunt directæ per ipſos Capſerios extraneo, ſed eidem Horatio, qui erat fideiuſſor. Et ideò diſcuſſo ne-
15 gotio die 30. Ianuar. 1634. ad relationem Reg. Conſiliar. Andreæ Prouenzalis, fuit cõdemnatus Horatius ad deponendum ducatos ſeptemmille tercentum, & quatuor, ſalua meliori deliberatione quoad intereſſe, partibus plenius auditis, de qua ſententia cùm pro parte dicti Horatij fuiſſet dictum de nullitate, & inter cætera dicebat, ipſum non fideiuſſiſſe, niſi pro ſumma ducatorum vigintimille, ex quibus fecerat depoſitum iàm in Reg. Cam. Summar. duc. quindecim mille, fuerunt aliæ nullitates reiectæ, & admiſſa prędicta nullitas, & proindè fuit dictũ, quòd exequatur pro reſtanti ſumma vſq; ad duc. 20. mil. ſeruata forma fideiuſſionis.

---

# OBSERVATIO In Deciſione XX.

## SVMMARIVM.

1 *Debitor ſcribens literas cambij, non remanet liberatus, quamuis ſint acceptatæ, dùm tamẽ non fuerit ſequuta ſolutio, intellige, vbi creditor, cui erat facienda ſolutio, diligentias fecit contra acceptantem; nàm aliàs in ſubſidium tenetur, num. 5. de ratione, à n. 6. per tot. 12. & ità iudicatum adducitur, num. 13. Item intellige, vt n. 14. 15. & 16. limita, vt n. 20. ſed intellige, vt num. 21.*

2 *Acceptatio literarum cambij non eſt nouus contractus inter acceptantem, & illum, cui erat facienda ſolutio, ſed eſt pars contractus literarum cambij.*

3 *Creditor qui non habuit fidem de ſolutione ex receptione literarum cambij ab alio ſoluendarum, non liberat debitorem, & tenetur literas cambij præſentare, & exigere ab illo, cui erant directæ, num. 6.*

4 *Venditor non habita fide de pretio, retinet dominium rei venditæ.*

5 *Scribens literas cambij in ſubſidium tenetur, vbi ille, cui erat facienda ſolutio, non fecit diligentias contra acceptantem.*

7 *Creditor non poteſt recedere à tractatu, & reſtitutione literarum cambij debitori.*

8 *Debitor non poteſt reuocare ordinem, literis cambij acceptatis.*

9 *Acceptans literas cambij, non poteſt alteri, quàm præſentanti ſoluere.*

10 *Creditor nulla alia actione experiri poterit contra ſcribentem literas cambij, vbi ab acceptante ſolutæ non fuerint, niſi conditione ob cauſam, ſiuè ſine cauſa, vel cauſa data, & non ſequuta.*

*Conditiones ob cauſam, ſiuè ſine cauſa, vel cauſa data, & non ſequuta, promiſcuè his nominibus appellantur, ibid.*

11 *Actio conditionis ob cauſam eſt ſubſidiaria de æquitate.*

12 *Creditor debet adhibere diligentias, vt poſſit agere contra ſcribentem literas cambij, ad videndum, nùm ſoluere velit, vel non, ad hoc, vt dicatur cauſa defecta.*

14 *Debitor literas cambij ſcribens non remanet liberatus, quandò acceptans decoxit ante ſolutionem. Item ſi creditor diſtulit præſentare literas cambij, num. 15. Intellige, vt num. 16.*

*Periculum, & damnum ſuperueniens ob decoctionem acceptantis literas cambij, erit ſcribentis, non autem creditoris illas recipientis, d. n. 14.*

17 *Creditor de iure Regni ſi elapſo termino dierum quatuor omiſerit exactionem ab acceptante literas cambij, & non fuerit proteſtatus contra acceptantem, non habet regreſſum contra ſcribentem, Intellige, vt num. 18.*

19 *Acceptãs literas cambij eodem die, quo ſcribens decoxit, & ipſe ignorabat, non tenetur, & ità deciſum adducitur, contrarium, vbi ſatis poſt acceptationem decoctio ſequitur, nu. 21.*

20 *D. Conſiliar.* Fabius de Anna *in materia cambiorum ſemper eſt ſequendus.*

1 SImilis articulus fuit diſcuſſus in Senatu Cathaloniæ apud *Fontanell. dec. 124. & ſeq. lib. 1.* vbi emptor merciũ dederat venditori literas cambij directas cuidam pro ſolutione pretij illarum, quæ fuerunt acceptatæ per illum tertium, non tamen ſolutæ; ideòq; venditor agebat contra emptorem ad ſolutionem pretij dictarum mercium venditarum, his præcipuè rationibus.

Primò, quia dictus emptor, nõn remanebat liberatus per conſignationem literarum cambij ſoluendarum ab alio, quamuis fuiſſent acceptatæ, niſi fuiſſet ſequuta ſolu-



Digitized by Google

tio, *l. ſi literarum*, vbi *Bald. C. de ſolut.* benè *Caſtr. in l. ſi debitorem, ff. de mutat. Mareſcott.* qui ità pluriès deciſum per Rot. Rom. refert *lib. 2. var. reſolut. cap. 11. num. 3. & 8.* ſic etiam in Senatu Portugall. teſte *Melch. Phœb. dec. 207. p. 2.* & ſimiliter in Rot. Rom. *Farinac. dec. 445. tom. 2. & dec. 679. nu. 2. p. 1. recent.* & Sanctiſs. *Ludouiſ. dec. 217.* & in Senatu Cathal. idem *Fontanell. d. dec. 124. n. 5.* & ità etiam concludit D. meus *hic, nu. 5. & cõſult. 42. n. 3. et ſeq. lib. 1.* vbi alios *DD.* citat, & ità practicatum refert contra Fabritium Salernum ſcribentem hic, *nu. 9. verſ. rurſus,* & comprobat *D. Præſ. Merlin. cap. 11. cent. 2. controu. forenſ.*

2 Secundò, quia illa acceptatio literarum cambij facta à tertio, cui erant directæ, non eſt nouus contractus inter ipſum acceptantem, & creditorem, cui erat facienda ſolutio,
3 ideòq; dùm creditor non habuit fidem de ſolutione, non liberauit ſuum debitorem ex traditis per *Scacc. de camb. §. 2. gloſ. 5. nu. 313. Gratian. lib. 1. diſcept. for. cap. 64. nu. 4. Ludouiſ. ibid. nu. 4* refert *Fontanell. loco* cit.
4 *num. 6.* ſicuti etiam creditor non habita fide de pretio, retinet dominium rei venditæ, vt in *§. venditæ, Inſt. de rer. diuiſ.*

5 Hæc tamen licèt veriſſima ſint, ea tamen intelligenda non ſunt, ità ſimpliciter, ſed vbi creditor diligentias feciſſet contra illum, qui literas cambij acceptauit, & proindè, niſi in ſubſidium tenetur literas cambij ſcribens, vt defendebat in cauſa prædicta idem *Fontanell.* per plura media adducta in *d. dec. 124.* à *num. 9.* per tot. *nu. 22.* & *d. dec. 125.* à *nu. 8.* per tot. *n. 16.* duobus tamen his præcipuis fundamentis.

Primò, quòd dictus creditor tenebatur literas cambij ei conſignatas præſentare, &
6 exigere ab illo, cui erant directæ, quo non facto non licebat redire ad debitorem ſcribentem, vt tradit *d. dec. 124. nu. 18. & ſeq.* ex *Benintèn. dec. Bonon. 58.* vbi quòd non licet
7 creditori recedere à tractatu, & pœnitere, reſtituendo literas debitori, ſicut eadem
8 ratione, nec debitori licitum eſt, literis acceptatis reuocare ordinem, *Rot. Gen. dec. 90. nu. 2. & dec. 168. nu. 3. Gabr. de nouat. concl. 1. nu. 15. Burſat. conſ. 39. num. 2. vol. 1. Maſcard. de probat. concl. 990. num. 2.* nec ille,
9 cui literæ fuerunt præſentatæ, poteſt alteri, quàm præſentanti ſoluere, *Rota Gen. dec. 93. num. 8.* & ità deciſum in Senatu Luſitano refert *Phœb. dec. 208. p. 2.*

Secundò, nam quatenus poſſet dari re-
10 greſſus contra ſcribentem, nulla alia actione experiri poterit creditor, niſi conditione ob cauſam, ſiue ſine cauſa, vel cauſa data, & non ſequuta; his enim nominibus hæ conditiones promiſcuè appellantur, *Rota Gen. dec. 1. nu. 6.* circa medium, quæ quidem
11 actio de ſui natura eſt ſubſidiaria, datur ex æquitate in ſubſidium, vt ex *Cæſare Barzio, Gabr. & Surd.* tradit *Fontanell. d. deciſ. 125. nu. 12.* & quòd diligentiæ ſint adhiben-
12 dæ, vt is, cui traditæ ſunt literæ cambij, poſſit agere contra ſcribentem, ad videndum, num ſoluere velit, vel non, vt dicatur cauſa defecta, docet *Faber* in ſuo *Cod. lib. 4. tit. 5. de cond. ob cauſ. dat. defin. 1.*

13 Ex quibus tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia fuit per Senatum Cathal. in cauſa prædicta determinatum ad fauorem ſcribentis literas cambij in caſu propoſito, reſeruando iura creditori in ſubſidium contra debitorem, qui literas ſcripſerat, vt refert *Fontanell. d. dec. 125. n. 16.*

Item concluſio ſuprà firmata *num. 1.* pro-
14 cedit, etiam ſi is, qui literas cambij acceptauit, decoxit antè ſolutionem, dummodò non ſit facta delegatio; tunc enim periculum, & damnum erit ipſius ſcribentis literas cambij, non autem creditoris illas recipientis, ità *Phœb. dec. 209. par. 2. Fontanell. d. dec. 124. num. 8. & dec. 125. num. 17.* vbi, quòd
15 idem dicitur, quandò creditor diſtulit præſentare literas cambij, nam non ipſi, ſed illi, qui eas ſcripſerit damnum imputatur, ſequuta decoctione illius, cui literæ cambij erant directæ, ex *Ludouiſ. d. dec. 217. n. 6. & 7.* vbi *Additio*, verùm ſi magna, & grandis
16 fuerit mora, & negligentia præſentandi, vel per multum tempus creditor poſt præſentationem diſtulit exactionem, & ſupportauit debitorem, non certiorando ſcribentem de recuſatione ſoluere debentis, tunc Iudicis arbitrio remittitur culpa, & negligentia, in cuius damnum cedere debeat, an ſcribentis, vel eius creditoris, in cuius beneficium illas ſcripſerit, vt putat *Fontanell. d. dec. 125. n. 18.* vbi *DD.* citat.

Quæ omnia licèt de iure communi procedant, non tamen obſtabit *pragm. 6.* edita in anno 1618. *cap. 4. de liter. camb.* de qua D. meus hìc *n. 8.* & *conſult. 42. n. 6. lib. 1.* per quã
17 mandatur, vt creditor, cui eſt facienda ſolutio, ſi elapſo termino quatuor dierũ omiſerit exactionem, & non fecerit aduerſus acceptantem debitam proteſtationem, ſcribens liberatus remanebit.

18 Siquidèm diſpoſitio *pragm.* prædictæ procedit, quando non eſt ſequuta decoctio, & vbi mora adfuit, non exigendo, vel non faciendo proteſtationem debitam, ex ſuprà adductis.

19 Hìnc etiam acceptans literas cambij eodem die decoctionis ſcribentis, non tenetur ad illarum ſolutionem, ſi fuerit ignarus dictæ decoctionis, ex traditis per *Dom. Præſ. Merlin. cent. 2. controu. for. cap. 11.* per tot. qui *num. 10. verſ. ſed nihilominùs,* & *nu. 15.*
20 ità deciſum etiam per S.C. refert, iuxta noſ.

82.

Digitized by Google

21. *D. Conſiliar. de Anna*, quem ſemper ſequendum eſſe in huiuſmodi materia, tradit *Ioann. Bapt. Coſta in tract. de fact. ſcient. & ignor. diſt. 24. nu. 12.* quem refert, & ſequitur *D. Merlin. ibid.* licèt contrarium ſit, vbi
21 ſatis poſt acceptationem decoctio ſcribentis ſuperueniat. vt per *D. de Franch. dec. 303.* & faciunt tradita per *Nos num. 16.*

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Solutio in quam cauſam cedere dicatur, vbi nec à creditore, nec à debitore cauſa fuerit expreſſa. Et an priùs cedat in cauſam vſurarum, & intereſſe non liquidati.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Solutio cenſetur facta à debitore in cauſam, quam à principio expreſſit.*
2 *Debitor non exprimens, in quam cauſam ſoluat, poteſt creditor id declarare, dummodò incontinenti fiat, & cum voluntate debitoris, ſiuè expreſſa, ſiuè præſumpta.*
3 *Solutio à debitore facta, cenſetur in cauſam vſurarum, & intereſſe cedere, dummodò nec à debitore, nec à creditore cauſa expreſſa ſit.*
*Sed contrarium, vbi vſura, ſeù intereſſe, licèt certum, tamen non ſit liquidatum, quoniam tunc in cauſam ſortis cederet ſolutio, nu. 4.*
*Prima tamen opinio indiſtinctè verior, n. 5.*
6 *Intereſſe licèt non liquidatum, compenſatur cum fructibus.*
7 Io. Vincentius de Anna in allegat. 112. *declaratur.*
8 Gratian. tom. 2. diſcept. c. 224. nu. 44. *similitèr declaratur.*
9 *Solutio nunquàm cenſetur cedere in eam cauſam, vbi adeſt controuerſia.*
10 *Aliud eſt, intereſſe certum eſſe deberi, ſed non eſſe liquidatum, & aliud verò, ſi dubitatur, deberi.*
11 *Deciſio Sacri Conſilij in cauſa Illuſt. Ducis Acheruntiæ cum Illuſtr. Duce Sancti Donati adducitur.*
12 *Intereſſe poſt reſciſſionem debetur ad eandem rationem tertiarum.*

# Deciſio XXI.

CReditore pro ſorte principali, & intereſſe aliquid recipiente a debitore in cauſam crediti, an ſolutio intelligatur facta pro ſorte principali, an verò in cauſam intereſſe, & quod ſupereſt in cauſam principalis: & quidem
1 regula eſt ſatis vulgaris, quòd quando debitor ſoluens, cauſam expreſſit à principio, quòd tunc nulla poteſt cadere controuerſia, in illam enim cauſam expreſſam ſolutio intelligitur facta, *l. 1. & l. ex pluribus. ff. de*
2 *ſolut.* quotiès autem debitor non exprimit, poteſt creditor exprimere, dummodò id incontinenti fiat, & cum voluntate debitoris, ſiuè expreſſa, ſiuè præſumpta, *d. l. 1. 2. & 3. gloſ. Bart. Cyn. Bal. & Salyc. in d. l. 1.* Quãdo verò nec à debitore, nec à creditore eſt
3 expreſſum, tunc priùs in cauſam vſurarum, ſiuè intereſſe intelligitur facta ſolutio, vt eſt *tex. in l. in ijs, §. apud Marcellum. ff. de ſolut.* & in *l. 1. C. eod.* & in *l. ſi vſuras, C. de vſur.* Et prædicta procedunt, abſquè controuerſia; fuit tamen aliquandò dubitatum, an eo caſu, quo intereſſe certum eſt, deberi, non tamen adhùc eſt liquidatum, procedãt prædicta iura, quòd priùs ſolutio cenſeatur facta in cauſam vſurarum, & quidem *Anna in alleg. 112.* diſputando articulum ex diſpoſitione *text. in d. l. in ijs, §. Imperator* tenuit
4 opinionem, quòd quando intereſſe non eſt liquidatum, ſolutio cedit in cauſam ſortis principalis, hoc etiam tenuit in *alleg. 54. Anna filius in conſ. 30. Ant. Fab.* in ſuo *Cod. tit. de ſolut. diffin. 31. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 224. nu. 44. vol. 2 Rimin. ſen. conſ. 297. n. 13. & 18. lib. 2. Ricc. collect. dec. 349.*

Verùm in contrarium facit, quia ſatis clara ſunt iura, quæ præcipiunt, priùs in vſuris,
5 quàm in ſortem cedere ſolutionem, abſquè diſtinctione, quòd ſint liquidatæ, vel non, ſufficit enim, quòd ſit debitum vſurarum, ad hoc, vt cedat priùs in earum extinctionem, poſteà in ſortem, & per prædicta iura hoc ſatis plenè fundat *Surd. conſ. 290. nu. 61. lib. 2.* dicens, quòd hoc ſpecialitèr prouiſum in vſuris ex Principum Conſtitutione, quòd & debitum ſit durius, & grauius, ſolutio cedat in cauſam vſurarum, in odium debitoris moroſi non ſoluentis, quod ſumitur ex *Bart. in d. l. 1. n. 9. C. de ſolut.* ex *Angel.* & alijs, omnes autem concludunt, quòd hoc eſt ſpecialitèr inductum in vſuris, non in alijs acceſſorijs, quod probat *Imol. in d. l. 1.* qui tres affert rationes. Prima, quia ità vſu receptum eſt, vt priùs vſuras, quàm ſortem ſoluant. Secunda, quia eſt vtilius debitori, vt longiorem habeat dilationem. Tertia, quia ità iure ſancitum eſt, & quamuis dura ſit lex, ſeruanda

da eſt, quod etiam ſequitur *Molina de contract. diſput.* 565. *num.* 3. qui dat rationem, quia vſuræ ſunt tāquàm fructus ſortis principalis, & quàmuis debitori ſatis leuius eſſet, vt in cauſam ſortis cederent, quia extinguntur vſuræ; attamèn in vſuris debitis, & licitis, ità iure ſancitum eſt, & eſt limitatio ad regulam, vt cedat ſolutio in cauſam duriorem, & grauiorem, *Scaccia de commerc. & camb.* §. 2. *glo.* 5. *nu.* 99. qui dat eandem rationem, quia naturalitèr colliguntur fructus, & non euellitur arbor, & ſubſtantia poteſt manere ſine acceſſorio, ſed acceſſorium non poteſt ſtare ſine ſubſtantia; & ità pluriès vidimus iudicatum in Sacro Conſilio, & præſertim in cauſa de Caſtriota, & Pappacoda, in Banca de Mondellis, vbi fuit iudicatum, quantitates ſolutas per Pappacodam Caſtriotis ceſſiſſe priùs in cauſam intereſse, quamuis nondùm liquidati, & deindè in cauſam capitalis.

Cùmq; fuiſſet de decreto prædicto dictū de nullitate; eaquè propoſita, quòd debitum intereſſe nondùm erat liquidum; immò nec certum deberi, Sacrum Conſilium fuit in paritate votorum, & datis adiunctis fuit deciſum, nullitates non obſtare. Aliam deciſionem memini fuiſſe factam ad relationem Regentis Branciæ, tunc Regij Conſiliarij in cauſa Comitis Calatiæ. Et demùm aliam deciſionem refert *Thorus in* 2. *tom.*
6 *Compend. in verb. ſolutio*, vbi refert, intereſſe nondùm liquidatum fuiſſe compēſatum cum fructibus perceptis, ad relationem Re-
7 gij Conſiliarij Pomponij Salui. Deciſio autem relata per *Annam* in dict. *allegat.* 112. & 54. ſatis differt à caſu propoſito. Primò enim, quia *ibi* tractabatur de fructibus, vt apparet in principio dictæ *alleg.* 112. *nu.* 3. Secundò, quia *ibi* prætendebatur, fuiſſe expreſſum à debitore, in quam cauſam, vt dicit *nu.* 2. Tertiò, quia idem *Anna*, quando agitur de intereſſe, contrarium tenuit, dùm dicit, *tex. in l. in ijs*, §. *apud Marcellum* cum *text.* in dicta *l.* 1. *C. de ſolution.* loqui in vſuris, & propterea non habet locum in fructibus non liquidatis, nec in alijs acceſſorijs, vt plenè probat ſub *nu.* 6. Et quamuis ſub eodem *numero* poſteà videatur loqui de tertijs; aduertatur, quia allegat *Corne. conſil.* 295. *vol.* 3. & *Riminald. conſ.* 297. qui non loquuntur in his terminis, ſed fundant, ſolutiones cenſeri factas in cauſas grauiores, & pro quo capi poteſt debitor, quod certè verum eſt regularitèr, ſed nō in vſuris, quia ex priuilegio ſupradictarum *legum* quamuis cauſa non ſit durior, nec grauior, in illam cauſam cedunt ſolutiones, nec ſi in iſtis terminis loquutus fuiſſet *Anna*, poterit adduci, niſi pro authoritate Doctoris, non autem pro re iudicata, quia ipſe fuit Aduocatus cauſæ, & non Regius Conſiliarius, & forſan aliæ fortiores ſunt adductæ rationes, & potuit ex illis S. C. determinare
8 punctum. Nec de authoritate *Grat.* eſt curandum in *d. diſcept.* 224. *nu.* 44. quia loquitur in eo intereſſe, quod certum nō eſt, deberi; dat enim regulam, ſolutionem non poſſe intelligi factam in eā cauſam, vbi adeſt
9 controuerſia, quod quidèm probatur ex *l.* 1. *C. de ſolut.* & ex alijs iuribus adductis; In caſu verò, vbi nulla poteſt cadere controuerſia, intereſſe deberi, ad minus ad rationem ſeptē pro centenario, dicitur certū.

Inſupèr, maxima conſtituitur differen-
10 tia, quando adhùc dubitatur, ſi intereſſe debetur, vel non, & quando iam certum eſt deberi, licèt non ſit liquidatum, ad quam ſummam aſcendat, & ſic prima opinio poteſt procedere in primo caſu, ſecunda verò in hoc ſecundo, vt tenuit *Camill. de Medic. conſ.* 48. & propriè *in fine*, videndus etiam Regius Conſiliarius *Scipio Theodorus*, qui plura ad materiam cumulat in *Alleg.* 5.

Nec tandèm obſtabit deciſio relata per *Fabrum* in ſuo *Cod. lib.* 8. *tit.* 30. *de ſolut. diff.* 31. quia poteſt intelligi procedere, quādo adhùc non conſtat de quantitate vſurarum. Secundò, quia in contrarium vrgent deciſiones noſtri S. R. C. Et ex his ad relationem Regij Conſiliarij Didaci Bernardi Zufiæ, nūc digniſs. Regētis in Supremo Italiæ Conſilio, ſub die 18. Februarij 1633. penès Ioannem Antonium de Licto Actorum Magiſt. fuit deciſum, ſolutiones factas poſt decretum S. C. per quod fuit determinatū, deberi intereſſe, ceſſiſſe priùs in cauſam intereſſe, & poſteà in cauſam capitalis, ea potiſſima ratione, quia cōmunitèr in hac Ciuitate intereſſe ad minus ſolet liquidari ad rationem ſeptem pro centenario, prout fuit liquidatum in hac cauſa, & ſic nulla poteſt cadere controuerſia, niſi reſpectu maioris liquidationis vltrà quantitatem ſeptem pro centenario, ſtatim itaq; fuit iudicatum, intereſſe deberi, certum eſt, deberi ad rationem ſeptem pro centenario ad minus, & propterea ſolutiones factæ debent cedere in cauſam dicti intereſſe, quod fuit iudicatum in cauſa hæredum quond. Art. Med. Doctoris Antonij de Salazar cum hæredibus quond. Petri Segar, y Pratt. Et cùm accidiſſet ſimilis caſus inter Illuſtr. Ducem
11 S. Donati, & Illuſtr. Ducē Acherūtiæ, in quo reſciſſo cōtractu annuorum introituū venditorum per dictum Illuſtr. Ducem Sancti Donati fuit condemnatus per ſententiam S. C. ad ſolutionem capitalis, & tertiarum; omiſſa condemnatione ad intereſſe poſt re-
12 ſciſſionē ad eandem rationem tertiarum, prout ſolet fieri, iuxtà tradita per *Rouit. in prag.* 1. *de cenſibus*, *nu.* 38. factisq; nonnullis

ſolu-

Digitized by Google

ſolutionibus poſt dictam reſciſſionem,quæ excedebant ſummam tertiarum decurſarum;prætendebat debitor ex eiſdem motiuis ſuprà ponderatis,ſolutiones debere cedere in cauſam capitalis, cùm nulla aderat condemnatio pro dicto intereſſe,quibus nõ obſtantibus iunctis Regis Conſiliarijs duarum Aularum, me referente communi voto iudicauimus, ſolutiones factas ceſſiſſe priùs in cauſam prædicti intereſſe, die 27. Nouembris 1635. in Banca Act. Magiſtr. Romani pro Sarro.

## OBSERVATIO In Deciſione XXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Debitor ex pluribus cauſis poteſt exprimere cauſam,in quam ſoluit,tàm tempore ſolutionis, quàm etiam parum antè, vel poſt incontinenti, & ex liquidatione certus ſit de quantitate debita,nu.7. & 15.*

*Creditor cogitur facere liberationem debitori ſoluenti,& recuſans,pecuniam recipere, non eſt audiendus à Iudice,ibid.*

2 *Creditor poteſt declarare, in quam cauſam recipit,vbi debitor non exprimit,dũmodò incontinenti fiat,& cum voluntate expreſſa, vel præſumpta debitoris.*

*Pecunia reſtitui debet debitori, vbi ipſe, & creditor diſcordant in electione cauſæ ſolutionis ,ibid.*

3 *Solutio intelligitur facta à debitore priùs in cauſam tertiarum,vel intereſſe, vbi, nec à debitore,nec à creditore cauſa expreſſa eſt, amplia, etiam ſi intereſſe non ſit liquidatum;ſed certum ſit deberi,nu.4.*

*Sed contrarium adducitur, à nu.5. per tot. nu.17. vel ſi adſit tantùm calculus,abſq; decreto liquidationis, nu.19.*

6 *Liquidum quando dicatur, & nu.7.8.10. 11.13. 14.15.16. 17. & 19.*

*Mora non committitur,vbi quantitas debita non eſt liquidata, & ſub nu.15.*

8 *Calculus nullum ius partibus tribuit, niſi per Iudicem ſit approbatus, & ità deciſum adducitur,n.9.contrarium,nu.10.& 19. & fieri poteſt poſt ſententiam, antè tamèn illius exequutionem,ſub d.nu.10.*

11 *Sententia in reſciſſione contractus annuorum introituum, quibus verbis, & clauſulis concipiatur.*

*Proceſſus nouus compilatur ſuper liquidatione, ibid.*

*Liqdatio,ſine calculo fieri nequit,& fit,vel in quãtitate in calculo cõtenta,vel in minori quãtitate,ibid.et etiã in nihilo,n.13.*

12 *Liberatio per Iudicem nunquàm fit in cauſam tertiarum, non liquidatarum.*

15 *Condemnatio ad certam quantitatem tertiarum, vel intereſſe, non facta liquidatione,nullatènus fit.*

*Exequutio facta, non præcedente liquidatione eſt nulla,ibid.*

16 D.Reg.Marchio Torelli deciſ.21.num.10. *eiuſq;* Aſſeclæ *declarantur,nu.*17.

18 *Terminus menſis dari ſolitus per S.C. ad ſoluendum tertias in ſententia reſciſſionis, à quo tempore currat.*

20 *Promiſſio facta de ſoluendo,quidquid debere aliquem conſtiterit, non tenet, ſi liquidatio non ſit facta,viuente debitore, ratio adducitur, nu.21. limita, nu.22.*

23 *Solutio facta in cauſam crediti,intelligitur in grauiorem, & ſic dotis,non antefati, & ità deciſum traditur.*

1 MAteria huius deciſionis eſt frequentiſſima in omnibus Tribunalibus ; in illius tamèn diſcuſſione D.meus tres reaſſumit concluſiones, & de prima agit *nu.*1. ex qua colligitur, quòd debitor ex pluribus cauſis poteſt ſoluendo creditori exprimere cauſam , in quam ſoluit, ex iuribus *ibi* citatis, quibus addo *l.Paulus* 101.*ff.de ſolut.l.*1. *C.eod.* ac *ipſemet* comprobat *deciſ.*192.*nu.* 24.*lib.*2.& nedùm tempore ſolutionis debitor declarare poteſt , vt *l.*1.*ff.& C.de ſolut.* ſed etiam parum antè, vel poſt, & ſic incontinènti,*l.ſi vſuras,C.de vſur.l.contractus, C.de fide inſtrum.* per quem *text.* ità tradit *Bart.in d.l.*1. *C.de ſolut.* & creditor cogitur facere inſtrumentum liberationis, *l.ſicut,C.de liber.leg.* vbi *Bald.nu.*1. & creditori pecuniam recuſanti Iudex denegat

2 audientiam , ad *tex.in l.ſi debitor offerret,* vbi *Gloſ.ff.de ſolut.* Secunda eſt concluſio, de qua *nu.*2.quòd creditor poteſt declarare,in quam cauſam recipit,vbi debitor non exprimit; dummodò ſimilitèr incontinenti fiat,&cum volũtate debitoris,ſiuè expreſſa,ſiuè præſumpta,*l.*1.2.& 3.*ff.de ſolut.* etſi ambo diſſentiant, pecunia debet debitori ſoluenti reſtitui, *Bart.in d.l.*1.*n.*8. *C.de ſo-*

3 *lut.*per *tex.in l.*3.*ff.de pignorat.act.* Tertia concluſio,quam firmat *nu.*3.ea eſt,vt ſolutio intelligatur facta à debitore, priùs in cauſam tertiarum, ſiuè intereſſe, vbi, nec à debitore,nec à creditore cauſa eſt expreſſa, quod etiam voluit *D.Præſ. Merlin.cent.*1. *controu.forenſ.cap.*26.*nu.*9. & comprobat

4 idem D. meus *deciſ.*175.*nu.*16. & *d.deciſ.* 192.*nu.*25.*d.lib.*2.quam concluſionem ampliat *hic nu.*5. etiam ſi non ſit liquidatum intereſſe ; ſed certum ſit,illud deberi, & ſit per S.Conſ. iuxtà alias deciſiones traditas *d.n.*5.*in fin.*& 11.deciſum refert ſub *nu.*10.

de

Digitized by Google

de qua deciſione meminit in *d. deciſ.* 175.
*nu.* 38. *verſ. quibus ſtantibus*, ipſaſq; deci-
ſiones etiam refert, & ſequitur *D. Hodier.*
*ad Surd. deciſ.* 186. *nu.* 12. ac ſimilem aliam
deciſionem tradit *Dom. Reg. Sanfelic. de-*
*ciſ.* 123. *in fin. lib.* 1.
5 Verùm, in hac deciſione aliquam ſentio
difficultatem, ex infraſcriptis: ſiquidem, ſo-
lutio intelligitur facta in cauſam debiti, pro
quo nõ eſt cõtrouerſia, & ſic de capitali, ſiuè
ſorte; & cùm intereſſe ſit liquidandum, non
poterat debitor ad illius ſolutionẽ adſtrin-
gi tempore ſolutionis factæ creditori; vt in
6 *d. l.* 1. *ff. de ſolut.* & nulli dubiũ eſſe poterit,
quòd intereſſe ſiuè tertiæ non ſunt liquidæ,
niſi duo cumulatiuè concurrant, calcu-
lus ſcilicèt, & Iudicis declaratoria, illas in
7 tali ſumma liquidando; quamuis enim quã-
titas ſit debita; niſi tamèn per Iudicem ſit
liquidata, mora non committitur, vt deci-
ſum nobis oſtendit *Affl. deciſ.* 205. *nu.* 1. vbi
8 *Vrſill. eod. n.* 1. quod procedit, etiam ſi præ-
cedat calculus, ille enim nullum jus parti-
bus tribuit, non ſecuta Iudicis ſententia,
nec in rem iudicatam tranſit, niſi fuerit à
Iudice approbatus. *l. vnic. C. de error. calc.*
*l. inſtar, C. de iure fiſc. lib.* 10. *Muta* doctiſ-
ſimus Siculus *deciſ.* 22. *num.* 5. *D. de Medic.*
9 *conſ.* 105. ſub *nu.* 4. & ità fuit per S.C. deter-
* minatum, referente D. Conſ. *de Rubeis*, ſub
die 15. Iulij 1555. in cauſa Franciſci de Pal-
ma, cum Marchione Quaratæ, in Bãca Boz-
zauotræ; licèt in hoc contrarium ſubſti-
10 neat *D. Mercur. Merlin. in tract. de pignor.*
*lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 77. *nu.* 42. vt ſufficiat calculus
Arithmeticus, ex quo quãtitas debita com-
probari poſſit, vt etiam dicemus *num.* 19.
ideoq; *Rota deciſ.* 61. *nu.* 17. poſt *d. tract.* re-
fert, poſſe fieri calculum poſt ſententiam;
antè tamèn illius exequutionem.
11 Quòd quidẽ nos quotidiè obſeruamus,
nam reſciſſo contractu, ob non ſolutionem
tertiarum, cõdemnatur debitor ad ſoluen-
dum capitale, vnà cum tertijs decurſis, ipſa-
rumq; intereſſe, vſq; ad litis conteſtationem,
& deindè in anteà, cum intereſſe ad eãdem
rationem, liquidandis omnibus tempore
exequutionis ſententiæ; verùm ſi infrà mẽ-
ſem debitor ſoluerit tertias, ſuperſedea-
tur in exequutione ſententiæ, quoad capi-
tale, de qua praxi teſtatur etiam, *Dom. Reg.*
*Rouit. in pragm.* 1. *nu.* 38. *in fin. de cenſib.*
poſt *D. de Franch. deciſ.* 254. *nu.* 12. & com-
pilatur nouus proceſſus ſuper liquidatione
tertiarum, poſtmodùm committitur calcu-
lus, ſine quo liquidatio fieri nõ poteſt; aliàs
eſſet nulla, vt probant *Muta deciſ.* 53. *nu.* 26.
& *Fontanella de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9.
*n.* 46. quo calculo facto per Relatorem, ſiuè
Calculatorem electum, ille reuidetur ad in-
ſtantiam reuideri petentis, ad tradita per
eundem *Mutam d. deciſ.* 22. *nu.* 6. & demùm
per Iudicem proceditur ad illius diſcuſſio-
nem, & interponitur decretum liquidatio-
nis tertiarum, ſiue intereſſe, vel in ſumma
in calculo contenta, vt fuit practicatum in
cauſa Ducis Sancti Donati, vt per D. meum
*deciſ.* 27. antè *nu.* 1. vel in minori quantita-
te, iuxta rationes, per ambas partes in di-
ſcuſſione calculi adductas, vt aduertit *Mu-*
12 *ta ibid. nu.* 3. *in fin.* Nec vnquam vidimus
fieri per Iudicem liberationes in computum
tertiarum, adhùc non liquidatarum; cùm
enim Reus poſſit in termino liquidationis
ſatisfactionem illarum deducere, ac proba-
re, eò, quòd in cauſa liquidationis admit-
tuntur pro Reo omnes, & quæcunq; excep-
tiones, iuxtà probata per *D. Conſil. Carle-*
*ual. de Iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 3. *nu.* 44.
circa *finem*, ità, vt etiã in integrum reſtitu-
tiones, quas nos beneficia appellamus, con-
cedantur, vt perbellè probat *Amatus var.*
13 *reſolut. lib.* 1. *reſol.* 14. *nu.* 46. quarè liquida-
tio fieri poteſt in nihilo, vt pluriès obtinui,
& docet etiam *D. Pratus lib.* 1. *diſcept. fo-*
*renſ. cap.* 1. *nu.* 7. ideòq; creditum non poteſt
dici liquidum, de quo pendet lis antè rem
iudicatam, *l. ſi conſtat, & l. cùm alter, ff. de*
*compenſat. l. eius, C. de ſolut.* per quæ *iura*
ità conſuluit D. meus *conſult.* 31. *n.* 14. *lib.* 1.
vbi ex *Farinac.* ità deciſum refert; interlo-
14 cutoria enim Iudicis requiritur ſuper li-
quidatione antè exequutionem, vt alijs re-
latis voluit *D. Carleual. d. n.* 44. *in princ.*
15 Hinc etiam, condemnatio ad certam
quantitatẽ tertiarum, vel intereſſe fieri non
poteſt, non facta liquidatione, *Rot. Roman.*
poſt *tract. Cencij de cenſib. deciſ.* 197. *nu.* 3.
antè enim liquidationem non poſſunt par-
tes ſcire quantitates debitas, *D. Mercurial.*
*Merlin.* qui alios citat, *vbi ſuprà, num.* 41.
quibus ignoratis, nihil peti poteſt, donec
exploratum ſit, quid debeatur, *l. hoc iure, ff.*
*de verb. obligat. l. proindè, la* 2. *§ notan-*
*dum, ff. ad l. Aquil. Gratian. lib.* 2. *diſcept. fo-*
*renſ. cap.* 318. *nu.* 6. qui *nu.* 7. probat, exe-
quutionem factam, non præcedente legiti-
ma liquidatione, eſſe nullam; nec Reus eſt
in mora, dùm neſcit quantum ſoluere de-
beat, *l. non poteſt* 99. vbi *Bart.* & *Dec. in*
*princ. ff. de reg. iur.* & etiã probauimus *n.* 7.
16 Nec obſtare videtur ratio adducta per
D. meum *d. n.* 10. quòd intereſſe ſemper eſt
liquidum, dùm ad minus S.C. liquidare
ſoleat ad rationem ducatorum ſeptem pro
centenario, prout etiam tradit *D. Reg. Ca-*
*pyc. Galeota controu.* 16. *nu.* 66. *lib.* 2. poſt *D.*
*Conſ. de Anna conſ.* 30. ſub *nu.* 8. & *Trenta-*
*cinq. var. reſolut. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 35.
*nu.* 3. *verſ. in ſecunda concluſione*, qui lo-
quũtur de tertijs, vt illæ ſemper intelligãtur
liquidæ, eò, quòd in inſtrumento cenſuali
ſunt

Digitized by Google

ſunt conuentæ ad certam rationem.

17 Siquidèm, nos minimè negamus, intereſſe non conuentum, ſolitum eſſe liquidari ad dictam rationem ducat. 7. pro centenario, ac tertias, ad quantitatem conuentam eſſe liquidas, & proindè, ad quam rationem debeantur, certum eſſe; ſed illarum quantitatem creditori debitam, illiquidam eſſe affirmamus; nedùm quia calculus, & Iudicis ſententia copulatiuè requiruntur, vt liquidæ dicantur, ex dictis à *nu.* 5. per tot. *n.* 15. ſed etiam, quia S.C. in ſententia reſciſſionis, illas liquidari, præuio nouo proceſſu, cum alia ſententia declaratoria, mandat, vt dixi *num.* 11.

18 Ex quibus etiam dignoſcitur, terminum vnius menſis, dari ſolitum per S.C. in ſententia reſciſſionis contractus, ad finem ſuperſedendi in exequutione, quoàd capitale, de quo dixi *d. nu.* 11. currere à die decreti liquidationis tertiarum; non autèm à die dictæ ſententiæ; cùm certum ſit, nullatènus poſſe debitorem tertias, adhùc non liquidatas ſoluere, cùm ex liquidatione certus fiat, vt probaui *nu.* 7. & 15. quod etiam admittit, ac comprobat D. meus *dec.* 59. *n.* 24.

19 Verùm, ſi doctrinam *Bald. in l. Meuius, ff. ff. famil. erciſc.* quam expendit *D. Reg. Capyc. Galeota d. nu.* 66. ſequi volumus, vt non requiratur liquidatio per Iudicis ſententiã; ſed ſufficiat tantummodò calculus, quam opinionem ſecutus eſt *D. Mercurial. Merlin. d. q.* 77. *nu.* 42. vt retuli *nu.* 10. & eo caſu ſolutio intelligitur facta in cauſam tertiarum, vel intereſſe calculati; non autèm capitalis; ſed quando, nec etiam adeſt calculus, tunc ſolutio, in cauſam capitalis facta intelligi debet, ex ſuprà traditis.

20 Scias paritèr, quòd ſi quis promittat ſoluere alicui, quidquid per alium debere cõſtiterit, niſi liquidatio debiti fiat in vita debitoris, ad nihilum tenetur, *l. Roma, §. Augerius,* vbi *Iaſ. nu.* 6. & 7. *verſ. vtraq;*

21 *ratione, ff. de verb. oblig.* ſiquidèm, hæredes debitoris veriſimilitèr non poſſunt eſſe inſtructi de geſtis per eorum principalem, cũ immò ignorare geſta per illum præſumantur, *Cephal. conſ.* 9. *nu.* 2. refert, & ſequitur *Caluin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 2. qui *nu.* 7. limitat, vbi in promiſſione eſt expreſſa cer-

22 ta quãtitas debiti, cum clauſula, *& plus, & minus, quod facto calculo debitor apparebit;* nàm quoàd quantitatem expreſſam, tanquã liquidam tenebitur promiſſor, quãuis poſſit alterari, aut minui, facto calculo; ſufficit enim certitudo ſecundùm præſentem ſtatum, *Gratian. lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 183. *num.* 32. & *ſeq.*

23 Tandèm obſeruabis, quòd condemnato aliquo ad reſtitutionem dotis, & anteſati, ſi fiat ſolutio in cauſam crediti in genere, intelligitur facta in cauſam dotis, vti in grauiorem, *l.* 1. *ff. de ſolut.* nàm debitum dotis eſt grauius debito anteſati, *D. de Franch. deciſ.* 164. *nu.* 15. ideòq; in cauſa Lauiniæ Fredianæ cum Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Pace, quãuis fuiſſet domi ordinatum per morigeratum, & benemeritum D. Conſil. *Apicellam,* ſub die 10. Decembris 1636. quòd exequeretur calculus, in quo erant deducti ducat. mille pretij domus à ducatis duobus mille anteſati; tamèn facta relatione in S.C. * per D. Conſ. *Merlinum,* ſub die 20. Decembris 1641. fuit determinatum, quòd prædicti duc. mille deducantur à debito dotis, in Bãca Iadoniſij pro Amico. *M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Agitur de donatione facta per virum ſenem vxori iuueni, & pulchræ. Et an, & quando dicatur recompenſatiua. Et ex quibus verbis pœna legis cẽſeatur remiſſa per virum. Et an iudicetur remiſſa per filios per cohabitationem cum vitrico. Et multa ad interpretationem *text. in l.* 2. *C. de ſecund. nupt.*

### SVMMARIVM.

1 *Mulier ſecundò nubens efficitur vſufructuaria de bonis à primo viro ſibi obuentis, exiſtentibus filijs.*

2 Text. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *declaratur.*

3 *Donatio facta à ſene iuueni, vel ab ignobili nobili, dicitur onerosa, & remuneratoria, vt nu.* 5.

*Sed quomodò procedat, vide nu.* 26.

*Amplia, quamuis vir dicat, id non facere in recompenſationem iuuentutis, vel nobilitatis, nu.* 4.

6 *Donatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum facta à viro ignobili vxori nobili, vel à ſene iuueni, valida iudicatur.*

*Amplia, quamuis vir ſenex eſſet multum valetudinarius, nu.* 7.

8 *Mulier conuolans ad ſecundas nuptias de conſenſu primi viri, euitat pœnas d.* l. fœminæ, & *nu.* 10.

R 6 Mu-

9 *Mulier cõuolando ad ſecundas nuptias, videtur inferre iniuriã animæ primi viri.*
11 *Maritus an poſſit remittere pœnas mulieri ſecundò nubenti intrà annum luctus, & num. 12.*
13 *Marito conſentienti, & permittenti, vxorem ſecundò nubere, nulla fit iniuria.*
14 *Maritus aliquid relinquendo vxori, vt poſt eius mortem maiorem habeat dotem, pœnas* d.l.fœminæ *remittit.*
*Sed contrarium, nu.* 41.
*Amplia, nedùm reſpectu ipſius, ſed etiam eius filiorum, nu.* 15.
16 *Donatio facta viro vxori, cum promiſſione, non reuocandi ex vitio ingratitudinis, facit ceſſare diſpoſitionem* d.l.fœminæ.
*Sed contrarium, nu.* 38.
17 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum in donatione veniunt, nedùm filij vtriuſq; matrimonij, ſed etiam extranei.*
18 *Filij primi matrimonij non conquarentes de ſecundis matris nuptijs, ſed cũ ea cohabitantes, pœnas remiſiſſe cenſetur, & n.* 21.
*Sed contra, nu.* 46.
*Amplia, quamuis filii eſſent minores, dummodò non ſint infantes, nu.* 19.
*Sed contrarium, nu.* 44.
*Item amplia, quando mater pro maiori commodo filiorum primi matrimonij, ad ſecundas conuolaret nuptias, vtputà, quia à ſecundo viro filij primi matrimonij alimenta acciperent, nu.* 20.
22 *Bona peruenta ad matrem ex primo viro, ſpectant ad illius filios, per tranſitum ad ſecunda vota, & non ad alios filios ſecundi matrimonij.*
23 *Diſpoſitio* l.fœminæ, & l.hac edictali, C.de ſecund.nupt. *non eſt correcta per* Conſuetudinem Neapol.
24 *Pœnæ ſecundò nubentium ſunt ſublata de iure Canonico.*
*Limita, reſpectu filiorum primi matrimonij, nu.* 25.
26 *Dictio,* Anzi, *ſeù,* Immò, *eſt declaratoria, ſeù correctoria, & ampliatiua.*
28 *Verba poſtrema poſita in donatione inter coniuges ſunt attendenda.*
29 *Donatio recepta ab vxore pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; excludit contemplationẽ matrimonij, & dicitur ſimplex, & pura.*
30 *Donatio facta à viro, quamuis ſene vxori iuueni, in dubio dicitur ſimplex, & non remuneratoria.*
31 *Donatio facta à ſene vxori iuueni in augmentum dotis, dicitur propter nuptias donatio.*
32 *Donatio facta à ſene nobili vxori iuueni, & pulchra, ſed tamen ignobili cum parua dote, dicitur ſimplex.*
33 *Donatio facta à viro ſene vxori iuueni, in eo, quod excedit merita, reſeruatur filijs primi matrimonij, quia non dicitur remuneratoria, ſed ſimplex, & gratuita.*
34 *Donatio facta à viro ſene vxori iuueni, an ſit valida, quamuis ſit exceſſiua, & n.* 35. *&* 36. *Vbi, quòd dicitur recompenſatiua intrà limites, non autem in exceſſu.*
37 *Conſuetudo familiæ eſt attendenda in materia donationis factæ à ſene iuueni.*
39 *Diſpoſitio* d.l. fœminæ *non irritat donationem factam coniugi ſecundò nubenti, ſed tantùm illa de proprietaria efficitur vſufructuaria.*
40 *Clauſula appoſita in donatione,* quòd non poſsit reuocari vitio ingratitudinis, *dicitur de ſtylo Notarij appoſita, & nihil operatur.*
42 *Dos etiam ſoluto matrimonio dicitur, licèt ſine eo eſſe non poſſit.*
43 *Conſiliarius* Theodorus in alleg.77.nu.23. *declaratur.*
45 *Minor non poteſt pœnas ſecundò nubentiũ remittere, abſq; Curatoris authoritate, nec tacitè, nec expreſsè, & ſine cauſa.*
47 *Patientia filij non habetur pro conſenſu, vbi tractatur de eius præiudicio, ob metum reuerentialem.*
48 Surdus deciſ.99. *declaratur.*
49 *Mater tenetur alere filios primi matrimonij de bonis à primo viro ſibi obuentis.*
50 *Mulier conuolans ad ſecundas nuptias intrà annum luctus, non reddita ratione tutelæ filiorum primi matrimonij, nec petito tutore, ſubiacet pœnis ſecundò nubentium infrà annum luctus.*
51 *Conſenſus mariti, aut filiorum non conſideratur reſpectu mulieris tranſeuntis ad ſecunda vota infrà annum luctus.*
52 *Deciſio in cauſa adducitur.*

# Deciſio XXII.

POſt varias peregrinationes, infortunia, ac vexationes, tandem ad patriam reuerſus D.Cęſar Caraſa, ex nobiliſſima Comitum Magdaloni familia deſcendens, quamuis annoſus, validus tamẽ, & robuſtus, vxorem ſibi elegit formoſiſſimam, & lepidiſſimam iuuenem Hieronymã Griſſam nobilem Sedilis Portus, & contentus remãſit ſatis pauca dote duc.mille, & quingẽtum, & ampliùs ei donauit in augmẽtum dotis, nõ ſolùm contemplatione matrimonij, ſed ex alijs iuſtis, & digniſſimis cauſis, eius mentem mouentibus, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; in perpetuum duc.duodecimmille, quos D.Cæſar non habebat, ſed ſperabat ex iuribus ſibi cõpetẽtibus, tàm pro dotibus Portiæ Caetanæ matris, quàm ex alijs cauſis, ſibi obueniendam maximam pecuniarum quantitatem

tatem, ex quo matrimonio ortis D.Diome-
de, & Donna Roberta, non adhuc recupe-
ratis bonis obijt; relicta dicta Hieronyma
adhuc iuuene, & in maxima egeſtate poſi-
ta, quæ poſt aliquod temporis ſpatium ad
ſecundas conuolauit nuptias cum Bernar-
dino Moccia nobili de Sedili Portæ Nouæ,
qui promiſit alere etiam prædictos filios
primi matrimonij.

Et natis poſteà ex dicto ſecundo matri-
monio Fr.Franciſco Equite Diui Ioannis
Hieroſolym. & Iacobo cũ duabus alijs fœ-
minis, deceſſit tandem Hieronyma, poſt cu-
ius mortem D.Diomedes proſequutus fuit
lites à D.Cæſare patre inceptas, & ex tran-
ſactione cũ Illuſtr.Duce Magdaloni habuit
duc.18.mil. ex quibus ſolutis duc.ſexmille
Spectabili Reg. Didaco Lopez Suarez, qui
poſteà fuit etiam Dux S.Petri propè Scafa-
tum, viro dictæ D.Robertæ ſororis pro eius
dotibus, alios duodecimmille penes ſe re-
tinuit, quibus ſtantibus egit in Sac.Conſilio
Bernardinus Moccia ſecundus vir Hiero-
nymæ, & tanquàm pater, & legitimus admi-
niſtrator eius filiorum inſtitit, condemnari
D.Diomedem, ad ipſi ſoluendum duc.no-
uemmille ex dictis duc.duodecimmille do-
natis vti hæredibus pro quatuor partibus
prædictæ Hieronymæ matris, compilatoq;
ſuper hoc proceſſu, ac poſt mortem Bernar-
dini proſequuto, per dictos fratres de Moc-
cia dicebatur, deberi in eorum fauore ſen-
tentiam proferri, quamuis enim ex regula
*tex.in l.fœminæ, & l.generalitèr, C.de ſe-
cũd.nupt. & in auth. ex teſtamẽto, & auth.
in donatione*, C.eod.tit. *& in §.ſi verò ex-*
1 *pectet, in auth.de nupt.* mulier ſecundò nu-
bens remaneat tantùm vſufructuaria bono-
rum, ex primo viro eidem obuentorum,
cùm proprietas ipſo iure ſit filiorum primi
matrimonij.

2 Tamen *tex.in d.l.fœminæ*, & alij ſuprà
adducti procedunt reſpectu bonorum, quæ
habuit mulier à primo viro titulo lucrati-
uo, non autẽ titulo oneroſo, vt probat *text.
in d.l.fœminæ* à contrario ſenſu, & commu-
nem ſententiam eſſe dixit *Gabr.comm.opin.
lib.3.tit.de ſecund.nupt.concl.1.num.43.* ex
doctrina *Bald.in d.l.fœminæ, in 2.lectura,
in princ.* & idem *Bald.in auth.in donatione,
C.de ſecund.nupt.* per *tex.in l.ſi liberis, C.de
donat.ant.nupt.Ioan.Lupus in repet.rubri-
cæ de donat.inter vir. & vxor.* §.50. *in fin.
Franc.Molin.de rit.nupt. q.75.nu.6.lib.3.
Boer.dec,*185.*nu.*10.*lib.*1. & ideò donatio-
3 nes, quæ fiunt à ſene iuueni, vel ignobili no-
bili, dicuntur donationes ex cauſa oneroſa,
tanquàm recompenſatiuæ ætatis, vel nobi-
litatis, & proptereà nõ ſubiacet diſpoſitio-
ni *d.l.fœminæ*, ſed in ea filij vtriuſq; matri-
monij æqualiter ſuccedunt, vt dixit *Rip.in
d.l.fœmina, Lupus in d.§.50.in fin.Franch.
dec.*428.*nu.*4. vbi Additio *Amendolæ nu.*2.
latè *Surd.conſ.*164.*n.*2.3.4 & per tot.*vol.*2.
*Franc.Becc.conſ.*79.*Paſchl.de virib.patr.po-
teſt.par.*1.*cap.*4.*nu.*43. quod procedit, quã-
4 uis vir non dicat, id facere in recõpenſatio-
nem iuuentutis, vel nobilitatis, quia in du-
bio ſic eſt præſumendum, quando factum
eſt tale, vt voluit *Bart.in l.ſi voluntate, C.de
dot.promiſ. & in l.diuortio, ff.ſol.matr.Bald.
in l.1.C.de donat.ant.nupt.Abb.in cap.gem-
ma, de ſponſal. Lup.in d.rubr. de donat.int.
vir. & vxor.* §.31. *nu.*3. & alij allegati per
*Surd.d.conſ.*164.*nu.*6. *vol.*2. *& conſ.*471.
*nu.*27. & ita etiam voluerunt *Aluar.Valaſc.
conſult.*5.*nu.*18. *Mantic.de tacit. & ambig.
conuent.lib.*11.*tit.*20.*n.*24. alios etiam cu-
mulans, & *Fontan.de pact.nupt.clauſ.*5.*gl.*1.
*par.*2. *nu.*86. *&* 87. quia tales donationes
5 dicuntur remuneratoriæ, quaſi in remune-
rationem, & compenſationem iuuentutis,
vel nobilitatis, *Tiraq de legib.cõnub.* quem
allegat *Ant.Faber in lib.6. tit.*21. *diffinit.*5.
*C.comm.de legat. & fideicomm.* vbi dicit, va-
lidam eſſe donationem, etiam de bonis fi-
6 deicommiſſo ſubiectis, quam facit ignobilis
vir vxori nobili, aut ſenex teneræ puellæ, &
dat rationem, vt luat maritus in ære, quod
non habet in corpore, per quam rationem
idem *Fontan.* in ſene non ignobili, ſed im-
mò multùm nobili, annoſo tamen, & multũ
7 valetudinario, ducente in vxorem mulierẽ
nobilem, & iuuenem poſt temperatum ri-
ſum, quem Senatoribus excitauit ratio præ-
dicta poſita à *Fabro*, validam fuiſſe iudicatã
donationem in illo Senatu, refert ſub *num.*
87. *dict.clauſ.*5.*glo.*1.*p.*2. vbi etiam verba
ſententiæ recenſet.

8 Adducebatur etiam pro parte Actorum
alia limitatio ad *text.in d.l.fœminæ*, quia
Hieronyma ad ſecundas cõuolauit nuptias
de voluntate, nedùm tacita, ſed etiã expreſ-
ſa D.Cæſaris eius viri, quo caſu, ipſam non
ſubiacere diſpoſitioni penali dictæ *legis*, ha-
betur ex *Gloſ. in* §.*duo igitur, verſ.vnum
itaq; in auth.de nupt. Bald.in l.1.nu.6. C.de
ſecund.nupt.Iaſ.conſ.*53.*volum.*1.*Roland.à
Vall.conſ.*95.*nu.*20.*Cancer.lib.*1.*variar.re-
ſolut. cap.*5.*de ſucceſſ.ab inteſt.nu.*7. *Faber
lib.*5.*tit.*5.*C.de ſecund.nupt.defin.*5. *Franc.
Steph.dec.*33.*nu.*12. qui etiam allegat *Boer.
d.deciſ.*185. *& Garron.in l.1.eod.titul.C.de
ſecund.nupt.* ex *nu.*80. vſq; ad 83. *Gutier in
l.nemo poteſt, n.*17.*ff.de leg.*1. & hoc ea ra-
9 tione, quia mulier ſecundò nubendo vide-
tur inferre animæ viri iniuriam, vt habetur
ex *text.in §.quæ verò, verſ.nos igitur, in
auth.de nupt.* quæ ceſſat, quando ſecundas
10 celebrat nuptias de viri conſenſu, *Gloſ.in
d.§.duo igitur, in auth.de nupt.Bald.in l.fi-
lium, quem, nu.4.C.famil.erciſc. & conſ.*42.



Digitized by Google

lib.3. Roman.in conſ.219.n.1. Ioan.de Garronib.in rubr.C.de ſecund. nupt.n.112. Menoch. latè in conſ.470. n.8. Steph.d.dec.33. nu.13. nec in caſu prædicto cadebat diſtinctio, à Doctorib.tradita, ſi poſſit remittere pœnas vir, quando intrà annum luctus ſe-
11 cundò nubit, quo caſu nonnulli voluerunt, non poſſe maritum pęnas remittere, tanquã contrà bonos mores, vt dixit Roman.d.conſ. 219.& ſing.250. Bald.in d.l.1.C.de ſecund. nupt.& in conſ.383.lib.4. Simon de Prat. conſ.117.n.30. licèt nulla facta diſtinctione,
12 ſi intrà annum, vel poſt annum nubat, poſſe illas maritum condonare, voluerint Doct. allegati per Boer.d.dec.185. Angel.cõſ.396. n.4. Bertrand.conſ.175.vol.2.nu.27. Trentacinq.variar.reſol.lib.3.reſolut.5.ſub nu.8. Sanchez de matr.lib.7.diſp.87.nu.23. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib.9. cap.26. & 27. quia poſt annum nupſerat Hieronyma, &
13 proptereà valida erat remiſſio, quia marito conſentienti, aut permittenti, vxorem ſecundò nubere nulla fit iniuria, Gloſ.in auth. de nupt.in verb.ſiuè vir, Dec.conſ.485.n.9. & in l.fi. n.4.verſ.& ad iſtũ tex.C.de pact. Gabr.comm.concl.tit.de ſecũd.nupt. concl.1. nu.29. Cremenſ.ſing.75.nu.2. Roman ſing. 251. Faber in ſuo Cod.tit.5.de ſecund.nupt. diff.5. Stephan.dict.dec.33. Dilect.de art.teſtan.tit.de legat.caut.18.n.2. Paul.cons.95. nu.19 vol.2. Fontan.de pact.nupt. claus.5. gl.8.p.1.nu 37. Rol.cons.81.n.12.vol.3. Hodierna ad l.hac edictali, q.21.nu.14. cum ſequentib. Cotta in memorabil. verſ.nuptiarũ cauſa, in princ. Menoch.cons.155.nu.33.

Et quòd D.Cæſar perſuaſerit Hieronymæ vxori ſecundas nuptias, dicebatur probari ex ipſamet donatione, vbi donauit, nedùm contemplatione dicti matrimonij cũ ipſo contracti, verùm etiam, ad finẽ, vt ipſa
14 Hieronyma in caſu mortis ipſius D.Cæſaris haberet maiorem dotem, & poſſet commodiſſimè viuere, & ſic videtur expreſsè contemplaſſe ſecundas nuptias, dos enim abſq; matrimonio eſſe non poteſt, eſt text. in l.3. vbi Gloſ. allegat Concordantes, ff.de iur.dot.& in l.cùm multa, C.de donat.antè nupt. nàm dos eſt acceſſoria ad matrimonium, Bar.in l.ſi voluntate, C.de dot promiß. D.Theodor.latè de hac materia alleg.77.nu. 19.20.& 21. vbi in ſpecie ex illis verbis, vt vxor poſſit commodè viuere, & habere dotem competentem, fundat, ſecundas contemplari nuptias, quæ quidèm pęnæ remiſſio, nedùm inducitur, quando maritus expreſsè pęnas remittit, verùm etiam, quando aliquid vxori relinquit in caſu ſecundi matri-
15 monij, quo caſu cenſetur remiſiſſe, nedùm iniuriam ſibi inferẽdam, ſed etiam filiorum, Dec.in rubr. de ſecund.nupt.nu.8.verſ.2. & in dict. conſ.485.nu.9. Ripa in d. l.fœmina, nu.25.C.de ſecund.nupt. qui etiam de communi teſtatur, Ioan.de Garronib.in l.1. nu.79.C.eod.tit. Menoch.d.conſ.470.nu.15. & deciſum refert Faber in ſuo Cod.lib.5. tit.5.diffinit.8.

16 Dicebatur etiam, in dicta donatione in ſpecie fuiſſe promiſſum, eam non reuocare ex vitio ingratitudinis, per quæ verba ceſſare diſpoſitionem d.l.fœmina, habetur ex Gloſ.in §.dato, in verbo ſiuè viri, in auth.de nupt. Roman.ſingul.219.& 252. Dec.in rubr. C.de ſecund.nupt.nu.8. & in cap.Eccleſia Sancta Mariæ, de Conſtit. Ioan.de Garronib.in l.1.nu.112.C.eod.tit. quos allegat Menoch.conſ.155.nu.23. & conſ.308.n.25. Caphal. qui conſuluit in eodem caſu conſ. 463.n.26.lib.4. Guid.Pap.deciſ.143. Theod. d.allegat.77.ſub nu.22. verſ.verùm tamen, Rip.in l.fin. nu.181. C.de reuoc.don.

Fundabatur, & demùm pœnæ prædictæ remiſſio ex eodemmet inſtrumento donationis factæ per D.Cæſarem, quia donatio fuit facta dictæ Hieronymæ, eiuſq; hæredi-
17 bus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; in perpetuum, per quæ verba veniunt, nedùm hæredes vtriuſq; matrimonij, ſed etiam hæredes extranei, vt eſt tex.in l.ſciendum, at l.hæredis appellatio, in princ. ff.de ver.ſignif. & habetur ex Menoch. d.conſ.155.nu.25.& conſ. 308. nu.26.& 35. Molin.de rit.nupt.lib.3. q.34.ex nu.17. Iaſ.in §.etiam, Inſtit.de act. quod procedere etiam in feudis, dixit Clar. in §.feudum, q.9. Rolan.à Vall.conſ.1.nu. 44. conſ.3.n.66.& conſ.79. 2.vol.& alij per Peregr.de fideicomm. art.32. nu.54. Guerr. Piſon.in prælud.feud.titul. an in feudo ſuccedant extranei, col.31.verſ.5.& vlt.in 10. vol.tract.Curt.iun.cons.1.nu.3. Paris.cons. 23.nu.170.vol.1. qui de communi teſtatur, Natta cons.139.nu.7. Soc.inter cons. Alber. Brun.cons.10. ac idem Brun.cons.39.nu.7. idem Curt.cons.32.nu.8. Soc.iun.cons.72. nu.22. vol.1. ſic etiam in emphyteuſi procedere, habetur ex Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.22.tit.19.n.22. Grat.diſcept. for. cap.351.nu.14.& c.82.nu.32.& deciſ. 24.nu.6. Theod.d.alleg.77.nu.22. & ſic res donata non ſubiacere debet diſpoſitioni text.in d.l.fœmina, cùm poſſit diſponi de ea, etiam ad extraneos.

Vltimo loco dicebatur, in caſu prædicto, nedùm adeſſe pęnæ prædictæ remiſſionem
18 à D.Cæſare patre, verùm etiam ab ipſis filijs primi matrimonij, qui, nedùm cõquæſti non fuerunt de ſecundis nuptijs, ſed cũ Vitrico, vſq; ad diem mortis matris habitauerunt, ab ea alimenta recipiendo, iuxtà conuentionem factam per Hieronymam matrem in capitulis matrimonialibus, per quã cohabitationem remiſſam videri pęnã dict. l.fœmina, probauerunt Menoch.dd.cons.470. nu.17.

Digitized by Google

*nu.17 in fine, & conſ.155. num.16. & 308.*
*nu.23. Rol. à Vall. conſ. 81. nu. 18. vol. 3. Pa-*
*riſ. conſ. 29. num. 84. vol. 3.* etiam, quòd filij
19 eſſent minores, dummodò non infantes,
*Crauett. conſ. 661. num. 9. Panciral. conſ. 99.*
*nu. 11. Menoch. d. conſ. 470. nu. 17. Surd. conſ.*
*99. num. 12. Boer. dec. 185.* immò, quòd ſuffi-
cit, quòd filij non ſint conquæſti de ſecun-
dis nuptijs. *Menoch. dd. conſ. 155. nu. 21. &*
*308. num. 15. Rolan. d. conſ. 81. num. 5. vol. 3.*
*Gratian. diſcept. forenſ. cap. 519. nu. 46.* cum
*ſeqq.* vbi etiam de communi teſtatur, quod
maximè procedere debet in hoc caſu, quo
ſecundum matrimonium fuit pro commo-
do filiorum, cùm enim non poterant per
20 matrem commodè alimentari ſecundùm
eorum qualitatem, voluit, vt ſecundus vir
ad prædicta alimenta ſe obligaret, & Vitri-
cus curauit, priuignos diligentèr educari, &
erudiri; quo caſu, nedùm cenſetur iniuria
remiſſa, ſed nulla videtur iniuria illata, vt in
terminis voluit *Panciral. d. conſ. 99. num. 10.*
ex ſententia *Dec. conſ. 206. num. 7.* & eum
ſequitur *Menoch. d. conſ. 470. nu. 17.* immò,
21 quòd debeat declarari, matrem incurriſſe
in pœnã *d. legis, Rol. d. conſ. 81.* aliàs abſq; filij
declaratione nunquàm incurrit.

Pro contraria verò parte dicebatur pro
D. Diomede Carafa filio primi matrimonij,
22 quòd in hac donatione facta Hieronymæ
matri per D. Cæſarem eius patrem debebat
ipſe ſolus ſuccedere, & non filij ſecundi ma-
trimonij, ex clara diſpoſitione *text. in d. l.*
*fœminæ, & l. hac adictali, §. his illud, & l. ge-*
*neralitèr, C. de ſecund. nupt. §. ſi verò expe-*
*ctet, in auth. de nupt.* cum alijs cumulatis
per *Ant. Gabriel. comm. concluſ. lib. 3. tit. de*
*ſecund. nupt. concluſ. 1. in princ. & concluſ. 6.*
*Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des ſucceſ-*
*ſions, rubr. 7. §. 7. gloſ. 4. Papon. lib. 15. tit. 1.*
*arreſt. 6. Minſyng. obſeru. 24. cent. 5. Valaſc.*
*conſult. 16. Caſtill. lib. 1. controu. iur. de*
*vſufr. cap. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 89.*
*num. 1. Ramon. conſ. 95. nu. 75. in fin. Celſus*
*Hugo conſ. 38.* quæ iura non eſſe correcta
23 per Conſuetudines Neapolitanas, dixerunt
*Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n. 128.*
*Franch. dec. 632. n. 1. & 666. n. 3. Molfeſ. ad*
*d. Conſuet. tom. 1. p. 3. q. 22. n. 4.*
24 Et quamuis pœnæ ſecundò nubentium
de iure Canonico ſint ſublatæ, prout ex di-
ſpoſitione *text. in cap. pen. & cap. fin. de ſe-*
*cund. nupt.* & ex communi *DD.* opinione
probat *Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 87.*
*num. 23. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. reſol. 5.*
25 tamen non procedit reſpectu earum, quæ
fuerunt à iure ad beneficium filiorum in-
troductæ, quia incorrecta remanent dicta
iura, cùm non ſimplicitèr ad pœnam, ſed
principalitèr ad filiorum primi matrimonij
fauorem ſint iuſtè ſancita, vt optimè, tùm
ex *Canoniſtis*, tùm etiam ex *Theologis* con-
firmat *Sanchez de matrim. d. lib. 7. diſp. 88.*
*nu. 39. Ant. Gabr. d. concl. 6. Viu. comm. opin.*
*535. Molin. de contract. diſput. 431. Decian.*
*conſ. 35. num. 19. lib. 1. Valaſc. d. conſult. 16.*
*num. 2. Ramon. d. conſ. 95. nu. 75. Capriol. de*
*ſucceſſ. lib. 1. num. 580. Gutierr. in l. nemo po-*
*teſt, n. 20. ff. de legat. 2. Boer. dec. 186. Tren-*
*tacinq. lib. 3. var. reſolut. tit. de matrim. re-*
*ſol. 5. n. 10. Gratian. diſcept. for. tom. 1. c. 140.*
*Theſaur. q. forenſ. 28. n. 15. lib. 1. Cæſar. Ma-*
*nent. dec. 47. n. 61.*

Ad contraria autem reſpondebatur, &
26 primò, quòd hæc donatio fuit donatio ſim-
plex, non autèm oneroſa, quàmuis enim
D. Cæſar dixerit, donare contemplatione
matrimonij, & ex alijs iuſtis cauſis, &c. ta-
men rei veritate ex diſcurſu contractus ap-
paret, fuiſſe ſimplicem donationem, & pri-
mò ponderando illa verba, *anzi detti docati*
*dodicimilia li dona donationis titulo irre-*
*uocabilitèr inter viuos per cauſa di mera*
27 *e pura donatione*, dictio enim, *anzi*, quæ
verſa in latinum ſermonem dicitur, *immò*,
eſt correctoria, ſeù potiùs declaratoria præ-
cedentium, *Auguſtin. Barboſ. in tract. de*
*diction. dict. 151. Vulpell.* in eod. *tract. in*
ead. *dict. immò*, & quòd ſtet ampliatiuè, *An-*
*ton. Angel. Grat. de dict. diction. 88. in fin.* &
28 cùm ſimus in donatione inter coniuges, &
ſic inter prohibitos, non eſt attendenda alia
aſſertio, ſed illa verba per ſimplicem dona-
tionem, *Oldr. conſ. 5. Alex. conſ. 14. num. 1. &*
*conſ. 55. num. 4. lib. 1. & conſ. 40. num. 14. lib.*
*4. Barthol. Socin. cons. 295. nu. 9. lib. 2. Cra-*
*uetta cons. 85. num. 3. Dec. cons. 20. num. 4.*
*Matienz. lib. 5. recopil. tit. 10. l. 15. glos. 12.*
*num. 2. Tiraq. in l. ſi vnquàm, in verb. dona-*
*tione largitus, n. 80.*

Secundò ponderebatur, quia donatio
29 fuit recepta *pro ſe, & hæredibus quibuſ-*
*cunq;* quæ verba ſunt excluſiua donationis
contemplatione matrimonij, & potiùs de-
notant ſimplicem, & puram donationem
*Suarez in l. quoniàm in prioribus, q. 15. C. de*
*inoffic. teſtam. Menoch. cons. 61. num. 3. Natt.*
*cons. 609. num. 36. lib. 4. Monter. dec. Arag.*
*10. num. 34.* Nec in dicta donatione expri-
mitur, fuiſſe factam ex cauſa recompenſa-
30 tionis iuuentutis, vel pulchritudinis, & in
dubio quamuis ſenex ducat Iuuenculam,
non præſumitur donatio remuneratoria,
ſed tantùm ſimplex, *Barboſ. in l. quæ dotis,*
*num. 56. ff. ſolut. matrim.* & licèt ſit in aug-
31 mentum dotis facta donatio per Cæſarem,
tamẽ verè dicitur donatio propter nuptias,
*Crauetta cons. 185. Natta cons. 147. num. 4.*
*Sola in Conſuet. Sabaudiæ, tit. de feud. de-*
*cret. Blancha, glo. vtram, 1. p. n. 8. Surd. cons.*
*164. n. 16. & 196. nu. 16. 21. & 30. vſq; ad 43.*
*vol. 2. Grat. diſcept. for. c. 862. n. 14. tom. 5.*

In-

Digitized by Google

Inſuper dicebatur, quod iuuentus, & pulchritudo Hieronymæ ſatis remanebant cō-
32 penſatæ cum qualitate D. Cæſaris, & ſi annoſi, tamen validi, & robuſti, qui habito reſpectu ad inæqualitatem ætatis, contentus remanſit tam pauca dote duc. 1500. quæ dos non erat proportionata cum qualitate ipſius, cùm dos duc. 1500. ſit proportionata mulieribus ignobilibus, *Simon de Prat. de interpr. vlt. volunt. lib. 4. dub. 10. interpr. 1. num. 24. Theſaur. dec. 192. num. 6. Grat. diſcept. for. c. 984. num. 16.* & quatenus diceremus, donationem prædictam eſſe recompenſatiuam cum iuuentute, & pulchritudi-
33 ne Hieronymæ, tamen eſſet reſeruanda filijs primi matrimonij tanquàm exceſſiua duc. 12. mil. & in illo, quod merita excedit, non dicitur remuneratio, ſed ſimplex, & gratuita donatio, vt probatur ex *text. in l. ſi ſponſus, §. circà, ff. de donat. inter vir. & vxor. Angel. & Imol. in l. Attilius Regulus, ff. de donat. Corne. cons. 45. vol. 4. Bertrand. cons. 46. vol. 2. Tiraq. in l. ſi vnquàm, nu. 28. & l fin. num. 149. ff de reuoc. donat. Imola,* Corn. *Angel.* & alij relati per *Ripam in d. l. fœminæ, quæſt. 17. nu. 34. Paris. cons. 90. nu. 14. vol. 3. Caſſan. cons. 7. num. 11. Cotta in memorab. in verb. donatio facta filio*, *Clar. in §. donatio, quæſt. 3. num. 3. Menoch. de arbitr. caſu 132. num. 5. Surdus* optimè *d. cons. 164. nu. 23. & cons. 196. vol. 2. Azeued. in nou recopil. lib. 5. tit. 1. l. 4. num. 1. Molfeſ. ad* Conſuet. Neap. *par. 3. tit. de ſucceſſ. ex teſtam. q. 21. num. 9.* idem *Azeued. d. lib. 5. tit. 10. de las donationes, l. 16. num. 9. Faber in* ſuo *Cod. lib. 6. tit. 21. tit. commun. de legat. & fideic. diffin. 5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. glos. 1. par. 2. num. 87.* vbi deciſionem aſfert Senatus Cathaloniæ, & eum ſequuntur *Cutell. de donat. contemplat. matrim. tract. 1. diſcurſ. 3. par. 3. num. 20. Ferrer. dict. 3. temp. declar. 1. num. 170.* Immò nonnulli grauiſſi-
34 mi Authores tenent, quòd nec iſta donatio recompenſatiua iuuentutis ſit valida, etiam quòd non ſit exceſſiua, cuius opinionis fuit *Aymon Crauett. cons. 51.* per tot. & eum ſequitur *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 85. C. de bon. mater.* & hanc etiam opinionem diſputato articulo tenuit *Fachin. controuer. iuris lib. 3. cap. 80. Harprect. ad Clar. q. 9. num. 5.*
35 & licèt verè contraria ſit magis communis opinio, & eam vltra adductos latè *Doctores* cumulando fundant *Gratian. diſcept. foren. d. cap. 984. tom. 5.* per tot. *Surd. cons. 471. nu. 28. lib. 4.* tamē omnes *Doctores* tenent, quòd
36 dicatur compenſatiua intra limites, non autem in exceſſu, prout ſupponebatur, ex eo, quòd neptis Hieronymæ ex fratre non habuit in recompenſationem iuuentutis niſi duc. 250. & alia ſoror iuuenis nupta magis annoſo, quàm ipſe D. Cæſar, habuit duc. 1500. cum aliquibus pactis; & ſic videtur
37 inducta hæc conſuetudo inter dictas ſorores, quæ conſeruando familiæ eſt attendenda, *Menoch. cons. 104. num. 22. & cons. 2. nu. 282. Barbat. inter conſil. Curtij ſen. cons. 67. Affl. dec. 226.*

Ad illud verò, quod dicebatur de conſenſu D. Ceſaris, vt ad ſecundas conuolaret nuptias, & quia remiſit vitium ingratitudinis, & etiam, quia D. Cæſar donauit, vt haberet maiorem dotem in caſu mortis ipſius, re-
38 plicabatur ad primum, quòd contra *Menoch. cons. 155. nu. 23. lib. 2. & cons. 208. nu. 25. & Caph. cons. 463. num. 26. lib. 4.* neruoſè ſcripſit *Rim. iun. cons. 295. lib. 3.* in eadem cauſa; & licèt nō habeamus illius cauſæ deciſionē, tamen ratio ponderata à dictis *DD.* non vrget, quia nos non tractamus de inualiditate donationis, vel ipſius reuocatione, ob vitium ingratitudinis, quia ex diſpoſitio-
39 ne *text. d. l. fœminæ*, & aliorum concordantium non inualidatur donatio per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias, immò ſubſiſtit, ſed ſolùm mulier de proprietaria efficitur vſufructuaria, *Coſta,* qui alios allegat *cons. 48. n. 10. Gomez. in l. 14. Taur. nu. 7. verſ. & ex ſuperioribus colligo*, *Francb. dec. 655. Medic. cons. 99. n. 68. de Pont. cons. 19. nu. 63.*
40 *lib. 1.* & clauſula illa, *vt non poſſit donatio reuocari ob vitium ingratitudinis,* fuit potius appoſita de ſtylo Notarij, & ſic nihil operatur, *Cagnol. in l. fin. C. de pact. Cutell. de donat. contempl. matrim. diſcurſ. 3. par. 4.*
41 *num. 11.* Nec ſecundò ex illis verbis, *vt poſſit commodè viuere, & habere maiorem dotem,* poteſt inferri ad licentiam ſecundò nuben-
42 di, quamuis enim dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, tamen, largo ſumpto vocabulo dicitur dos etiam ſoluto matrimonio, vt probat totus *titul. ff. ſolut. matrimon. & quemadmod. dos petat* & *Scribentes* notant in *d. rubr.* & ſignanter *Iaſ. num. 10. Paul. de Caſtr. & Socin. & ibid. Rip. num. 70.* & ſic verus ſenſus prædictorum verborum eſt, vt haberet maiorem dotem, cum qua poſſet commodiſſimè viuere, hoc eſt, maiorem ſubſtantiam, ſiue patrimonium, cum quo poſſet cum commoditate viuere, & licèt vſus fuerit illis verbis, *vt habeat maiorem dotem*, loquutus fuit de dote, largo ſumpto vocabulo, & ex illis verbis, *vt poſſet viuere,* non ideò infertur, quòd poſſet nubere, quod apparet etiam ſentiſſe Senatum in dicta ſententia relata per *Fontanell. d. clauſ. 5. glo. 1. par. 2. num. 87. tom. 2.* in verbis dictæ ſententiæ. Nec obſtabit *Alleg. Conſil. Theodori 77. nu. 22.* quia loquitur in alio caſu, in quo dixit, vt poſſit viuere, & habere maiorē dotem, & ſic in illo caſu non poteſt referri verbum, *Dos*, ad patrimonium, cum quo poſſit cōmodiſſimè viuere, prout in præſenti caſu.

Et

Digitized by Google

Et tandèm ad id, quod dicebatur de cō-
44 ſenſu filiorum ex cohabitatione, replica-
batur, cohabitationem D. Diomedis, eius
minori ætate durante non eſſe in conſide-
ratione, *Surd.dec.*100. Si verò attendamus
tēpus paucorū menſiū decimiquinti anni,
45 nec etiā erit in cōſideratione, requirebatur
enim curatoris authoritas, & cauſa vtilis, &
expediens, *Bertrand.conſ.*58.*in fi.par.*1.*lib.*
1.*Gayll obſeru.*98.*n.*21.*lib.*2. vbi etiam *Ber-
nard.Greuæi, Minſyng.obſeru.*24.*nu.*9.*cent.*
5. *Caſtill. controu. iur.de vſufr.c.*2.*n.*112.
*Menocb.conſ.*237.*n.*21.*Facbin.controu.iur.
lib.*3.*c.*65.*Cbriſtin.dec.Belgiæ* 131.*nu.*11.
*lib.*3. quod etiam corroboratur, quia cùm
hæc proprietatis renunciatio, & donatio
fieri non poſſint expreſsè per minorem, mi-
nus præſumi poteſt, fieri poſſe tacitè, expreſ-
ſa enim magis afficiunt, quàm tacita, *l.ex-
preſſa nocent*, vbi *Dec. ff.de reg.iur.Crauett.
conſ.*34.*n.*30.*Surd.d.dec.*100.*nu.*4. *Menocb.
conſ.*237.*n.*21.*Cæſar Manēt.dec.Mantuan.*
47.*nu.*22. immò quamuis D. Diomedes co-
habitationem cum Vitrico continuaſſet,
etiam completa maiori ætate, adhùc eſt ma-
xima inter *Doctores* altercatio, ſi per hanc
cohabitationem cenſeatur renunciatum di-
ſpoſitioni prædictarū *legum*, quàmuis enim
*Surd.dec.*99.*Menocb.Panci rol.Crauett.* &
*Boer.* ſuprà allegati teneant pro opinione
46 affirmatiua, tamen magis communis, & ra-
tionabilis videtur contraria opinio, quam
defendit *Sarmien.ſelect.interpr.lib.*1.*c.*14.
*Azeued.in noua recompil.lib.*5.*tit.*1.*l.*4.*nu.*
36.*Niger controu.*139.*n.*39.*Cbriſtin.d.dec.*
131.*in fine*, & hanc opinionem ſtrenuè de-
fendit *Cæſar Manent.d.dec.*47. per tot. vbi
etiam illius Senatus deciſionē affert, quod
& optimis rationibus comprobat, & inter
alia, quòd ràrò, aut nunquàm eſſet locus di-
ſpoſitioni dictarum *legum*, quia ſępiſſimè
occurrit, quòd filij cohabitent cum matre
binuba, & ſemper cum patre, & nulla lege
cauetur, quòd per talem cohabitationem
remittant proprietatem ipſis, ex legis diſpo-
ſitione prouenientem ob tranſitum paren-
tum ad ſecundas nuptias; & ſicut prouiſum
reperitur, quando filius matrem binubam
inſtituit; vel ei aliquid expreſsè reliquit,
*auth.ex teſtamento, C.de ſecūd.nupt.* & pro-
pterea de iſto cōſenſu per cohabitationem,
vel quia non conquæſtus fuit, non eſſe cu-
randum, deciſum fuiſſe in Senatu Cathalo-
niæ refert *Fontanell.de pact.nupt. clauſ.*5.
*gloſ.*8.*par.*11.*nu.*36. & in Rota Romana
*Farinac.dec.*225.*tom.*1.*in poſthum.* & *dec.*
96.*nu.*13. & *dec.*155.*n.*12. per *Statil. Pacif.*
poſt *tract.de Saluian. interd. Cancer. var.
reſol.lib.*1.*c.*5.*de ſucceſſ.ab inteſtat.num.*23.
47 qui dat rationem, quia ob metum reueren-
tialem patientia filij, vbi tractatur de eius
præiudicio, prò conſenſu non habetur, *Boer.
dec.*100.*num.*20.*Bart.in l.quæ dotis, nu.*23.
*ff ſolut.matrim.* vel ſaltim ad finem, vt ſibi
præiudicium inferretur, oporteret de eius
iuribus eſſe certificatum, *Farinac.dec.Rot.
Rom.*638.*nu.*10.*tom.*2.*par.*2. *Francb.dec.*
632.*nu.*7.*Gratian.diſcept.forenſ.lib.*3.*cap.*
519.*Pacif.de Saluian.interd.ſect.*3.*c.*2.*nu.*
716.*Hodiern.ad Surd.in dec.*99.

Et quatènus opinio *Surdi*, & aliorum te-
48 nentium, per cohabitationem fuiſſe renun-
ciatum beneficio prædictarum *legum*, eſſet
admittenda, tamen omnes concludunt, re-
quiri conſenſum omnium filiorum, cùm
vnius tantùm non ſufficiat, *Forſter. de ſuc-
ceſſ.lib.*7.*cap.*13.*num.*3.*Azeued.* poſt *Didac.
Perez d.lib.*5.*nouæ recompil.tit.*1.*l.*4.*nu.*36.
*Coraſ.Miſcell.cap.*9.*in fine, Tbeſaur.d.q.*30.
& in facto habebatur, D. Robertam, D. Dio-
medis ſororem fuiſſe in Monaſterio educa-
tam, & non in domo Vitrici, & ad id, quod
dicebatur de alimentis præſtitis per Vitri-
cum, replicabatur, omnia bona D. Cæſaris
49 patris perueniſſe pęnès ipſam Hieronymā,
quæ illa ſibi appropriauit, & ideò tenebatur,
filios alere, *gloſ.in l.alimenta, C.de neg.geſt.
Simon de Pratis conſ.*149.*n.*14.

Ponderabatur etiam ad excluſionem cō-
ſenſus filiorum, quia Hieronyma mater
50 tranſijt ad ſecundas nuptias, nulla reddita
ratione tutelæ filiorum primi matrimonij,
per ipſam adminiſtratæ, nec petito tutore
filijs, & propterea ſubieciſſe pęnis ſecundò
nubentium infrà annum luctus, *auth.eiſdem
pœnis, C.de ſecund. nupt.* quæ pœnæ cùm
ſint fauore liberorum inductæ, non ſunt
correctæ de iure canonico, *Decian.conſ.*35.
*num.*19.*lib.*1. & in tranſeuntibus ad ſecunda
51 vota infrà annum luctus non conſideratur
conſenſus mariti, aut filiorum, quia conſen-
tire, ſtante minori ætate non poterant, *Ant.
Gabr.* poſt alios in *comm.opin.tit.de ſecund.
nupt.conclus.*1.*nu.*32.*Roman.conſ.*219.*n.*5.
*Iaſ.in l.filium, quem babētem, C.famil.ber-
ciſc.Coras.Miſcell.cap.*1.*nu.*11.*lib.*3. *Craſſ.
de ſucceſſ.* §. *ſucceſſio ab inteſtato, q.*17.*n.*6.
*Capriol.de ſucceſſ.lib.*1.*n.*575. *Paul.Aemil.
Gall.except.*3.*n.*44.

Quibus omnibus maturè diſcuſſis in
Sacro Conſilio, ac pluriès auditis partibus,
iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aula-
52 rum, ad relationem Regij Conſiliarij An-
dreæ Prouenzalis, fuit D. Diomedes condē-
natus ad ſoluendum dictis filijs ex ſecundo
matrimonio portiones liquidandas, vnà
cum intereſſe, pro quantitate tamen debitæ
recompenſationis ſimilitèr liquidandæ; pę-
nès Actorum Magiſtrum Iacobum Figlio-
lam.

OBSER-

## OBSERVATIO
## In Deciſione XXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocati, qui in cauſa huius deciſionis ſcripſerunt, referuntur.*

2 *Mulier à iure ciuili prohibetur, ſub certis pœnis intrà annum luctus matrimonium contrahere, non tamen pęnas patitur, ſi ſponſalia tantùm contrahit, n. 3.*

4 *Odia ſunt reſtringenda.*

5 *Pęna impoſita, nè matrimonium contrahatur, non habet locum, ſi ſponſalia tantùm ſint contracta, niſi ſequuta ſit copula carnalis, & nu. ſeq.*

6 *Legatum mulieri relictum, ſub conditione non nubendi, non amittitur, ſi ſponſalia tantùm illa contraxerit.*

7 *Mulier nubens intrà annum luctus, non perdit antephatum lucratum ob mortem primi viri, de ratione, n. ſeq.*

9 *Pœna ſecundò nubentium, quæ concernunt fauorem filiorum, incorrectæ remanent, & ità deciſum adducitur, nu. 11. quæ verò reſpiciunt aliorum fauorem, ſublatæ ſunt, nu. 10.*

12 *Donatio facta à viro ſene vxori iuueni eſt valida, & dicitur remuneratoria in pręmium iuuentutis, n. 13.*

1 HÆC deciſio fuit lata in cauſa filiorum Bernardini Moccia, pro quibus patrocinium præſtitit *D. Paulus Staibanus*, tunc Aduocatus inſignis, nunc digniſſimus Regius Conſiliarius, vt habetur ex *reſolut. 91. lib. 1. reſolut. forenſ.* qui obtinuit, vt ipſe refert *ibidem, num.* 51. & D. meus *hic, nu.* 52. cum D. Diomede Carafa, cuius partes tuebantur *D. Petrus Carauita*, ac *D. Io. Baptiſta Iouinus*, Aduocati maximi nominis, poſteà Regij Conſiliarij meritiſſimi.

Circà hanc tamen deciſionem obſeruo,
2 quòd etſi mulier intrà annum luctus prohibeatur, ſub certis pœnis à iure ciuili introductis, matrimonium contrahere, iuxtà tradita per D. meum *hic, num.* 1. Regula tamen
3 prædicta non habet locum, ſi ſponſalia tantùm contraxerit, tunc enim nulla pœna ligatur, *l. ſolet.* 10. ibi, *intrà id tempus ſponſā fuiſſe nō notet, ff. de his, qui not. infam.* & ra-
4 tionem tradit *glos. ibid.* nàm odia ſunt reſtringenda, vt etiam tradit *D. de Marin. lib. 2. quotid. reſolut. cap.* 127. *num.* 3. vbi paritèr,
5 id procedere intelligit, vt pœna impoſita, nè matrimonium contrahatur, in caſu ſponſaliorum nō debeatur, ex *glos. in clem. vnic. in verbo contrahere, de conſanguin. & affin.* niſi copula carnalis ſequatur, hinc *num.* 4.
6 tradit, legatum mulieri relictum, ſub conditione non nubendi, non amitti, ſi ſponſalia tantùm fuerint contracta, ex *Sanch. de matrim. lib. 7. diſput.* 91. *num.* 44. & *Iſern. in Conſt. Honorem noſtri diadematis, in princ.*

7 Sic etiam mulier nubens intrà annum luctus, non perdit antephatum lucratum ob mortem primi eius viri; nedùm quia debe-
8 tur ex titulo oneroſo, iuxtà tradita per D. meum *dec.* 175. *num.* 40. *lib.* 2. quo caſu ceſſat diſpoſitio *l. fœmina, C. de ſecund. nupt.* vt per D. meum *hic, num.* 2. Sed etiam, quia
9 pœnę ſecundò nubentium, quæ concernunt fauorem filiorum, incorrectæ remanent, vt pluribus adductis tradit D. meus *hic, n.* 25.
10 ſecùs verò, ſi concernant fauorem aliorum; tunc enim ſublatæ ſunt, ex traditis per *Afflict. dec.* 75. *num.* 5. & 6. ex qua ratione ità
11 fuit deciſum per S.C. die 14. Iulij 1565. re-
* ferente D. Conſiliario *Macedonio* in cauſa D. Aloyſiæ Brancaciæ cum hæredibus Pauli de Magnanis, vt conſtat ex *Apoſtilla* ad *Afflict. loc. cit.* manu D. Conſiliarij *Fęlicis de Rubeis.*

12 De validitate tamen donationis factæ à viro ſene eius vxori iuueni, probant *Farinac. in repertor. de contract. q.* 30. *num.* 12. *Henric. Buccer in tract. de donat. cap.* 3. *nu.* 22. & *Narbona de ætate annorum* 61. *q.* 4. per tot. vltrà adducta per D. meum *hic, nu.* 2. cum *ſeqq.* & dicitur remuneratoria in
13 pręmium iuuentutis, ad tradita per D. meū *num* 4. quem citat D. *Reg. Merlin. cent.* 2. *controuer. forens. cap.* 46. *n.* 30. vbi D. meum doctum, & ingenioſum vocat.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Creditor, qui hypothecam acquiſiuit ſuper re poſſeſſa per ſuum debitorem reuocabilitèr, conditione caſuali pendente, an illam amittat, ſi purificata conditione res hypothecata in alium tranſlata fuerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio caſualis in contractibus retrotrahitur etiam in alterius præiudicium, cui medio tempore fuerit ius quæſitum.*

2 *Teſtamentum à tempore mortis vires capit.*

3 Do-

Digitized by Google

3 *Donatio inter viuos non recipit aliquã conditionem, vel reſtrictionem ex teſtamẽto.*
4 *Teſtamentum cenſetur reuocatum per ſubſequentem donationem.*
5 *Conceſſa poteſtate alienandi, cenſetur etiam conceſſa poteſtas hypothecandi.*
6 *Verba in donatione poſita*, ad faciendum quicquid ſibi placuerit, *comprehendunt etiam facultatem hypothecandi.*
7 *Fideicommiſſum in donatione non eſt prohibitum.*
8 *Fideicommiſſo grauatus, liberè poteſt alienare omnia bona, nil pęnitùs reſeruato ei, cui teſtator voluit bona reſtitui, quandò teſtator expreſſam alienandi conceſſit licentiam ipſi grauato, & n. 11.*
*Amplia, etiam in fideicommiſſo facto in contractu, n. 9.*
10 *Clauſula*, ad habendum, &c. *mutat naturam diſpoſitionis.*
12 *Reſtitutus non recuperat bona medió tempore pęnès tertium alienata.*
13 *Verba in contractu adiecta, quæ tamen Notarijs communia, ac frequentiſſima eſſe ſolent, & mutant actum, quod geritur, prætèr contrahentium voluntatem adiecta cenſentur.*
14 *Fideicommiſſum an ſit remiſſum per clauſulam in contractu, vel teſtamento appoſitam*, ad habendum, alienandum, &c.
15 *Mens, non verba attendi debet.*
16 *Clauſulæ, quæ aduerſantur veriſimili menti teſtatoris, vel donantis, potiùs ex imperitia Notarij appoſita cenſentur, & ſunt paruifaciendæ.*
17 *Contractus vbi reſoluitur virtute pacti de retrouendendo, vel adiectionis in diem, omnes hypothecæ hoc medio tempore contractæ reſoluuntur.*
18 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XXIII.

PRæſuppoſito, quòd Caſale S. Arſerij ſit burgenſaticum, prout deciſum fuiſſe in S. C. refert *Franch. dec.* 131. prętendebat Fuluius Caracciolus vti creditor Horatij Ogeda, pro eius credito procedi debere ad venditionem ipſius, & ſibi ex pretio ſatisfieri; fundabat eius intentionem, quia Ioãnes Ogeda prædicti Caſalis Dominus cùm haberet tres filios; Decium primogenitum, ac Horatium, & Didacum ſecũdogenitos, in ſuo teſtamento confecto de mẽſe Maij 1579. ſtante, quòd primogenitus incapax reperiebatur ſucceſſionis, tanquàm foriudicatus, inſtituit prædictos ſecundogenitos hæredes vniuerſales, diſponendo de Caſali prædicto in beneficium Horatij, cum cõditione tamen, quòd ſi Decius primogenitus gratiam obtinuerit, & ſe capacem reddiderit, quòd prædicta diſpoſitio facta in beneficium Horatij eſſet nulla, & inualida, & quòd dominium, & poſſeſſio dicti Caſalis poſt mortem ipſius Teſtatoris ſit, & eſſe deberet ipſius Decij, quod etiam fuit confirmatum per donationem factam de menſe Octobr. eiuſdem anni.

Poſſidente Horatio Caſale prædictum multa contraxit debita, & inter cætera cum dicto Fuluio Caracciolo; poſtmodùm verò Decius gratiam obtinuit: cùmq; illud poſt mortem Horatij ad Didacum filium perueniſſet; fuit dubitatum, ſi erat hypothecatum creditoribus Horatij, qui medio tempore contraxerunt. Et pro Didaco ſcripſit doctiſſimus vir *Scipio Theodorus* Regius Conſiliarius, tempore, quo erat Aduocatus, vt in ſua *alleg.* 70. licèt tempore ſuo cauſa nõ fuerit deciſa, vt ipſe idem refert in *fine allegationis.* Verùm, quia fuit poſteà cauſa latè diſcuſſa, & deciſa, ideò volui deciſionem notare; Dicebat enim Fuluius creditor, habere pro ſe intẽtionem fundatam ex inſtrumento cum generali hypotheca omniũ bonorum, tẽpore quo iàm erat Dominus Horatius debitor, quia conditio gratiæ nõ erat purificata, & quatènus prætendatur, quòd purificata cõditione, retrotrahatur ad diem
1 donationis, cùm conditio caſualis in cõtractibus retrotrahatur, etiam in alterius præiudicium, cui medio tẽpore fuerit ius quęſitum, *l. ſub conditione, ff de ſolut. l. potior, & l. qui balneũ, ff. qui pot in pign. hab. Crauett. conſ.* 493. *n.* 7. *vol.* 3. *Maluaſ. conſ.* 34. *n.* 9. *Ioa. Bapt.* Coſta *de retrotract. caſ.* 31. *c.* 8. *n.* 9. fingitur enim, conditionem anteà extitiſſe, *l. cedere diem*, vbi *Alcia ff. de verb. ſign.* §. *ex cõuentionali, Inſt. de verb. oblig.* Attamen dicebat, quòd de teſtamento facto per Ioannem Ogeda non erat curandum, quamuis
2 enim ſit factum de menſe Maij 1579. nàm non attenditur tempus teſtamenti, ſed tempus mortis, in quo tempore cępit habere vires, *l. omnium, C. de teſtam.* Caſtr. *in l. iam facta, ff. de condi. & demonſtr. Alex. conſ.* 95. *n.* 9. *vol.* 7. *Iſer. in cap.* 1. §. *donare, n.* 28. *qual. feud. alien. pot. Ann. alleg.* 45. & ſic attendi debet tẽpus contractus donationis, qui fuit celebratus de menſe Octobris ſatis antè mortem ipſius Ioannis, & propterea ſunt attendenda verba dictæ donationis, & non teſtamenti, quia cùm ſit contractus inter viuos, & irreuocabilis, ſecuta morte donantis
3 non potuit recipere aliquam conditionem, vel reſtrictionem ex teſtamento, *l. poſt perfectam*, C. *de don. quæ ſub mod. l. quæ prædium*, C. *ſi alien. res pign. dat. ſit*, & quatènus
4 teſtamentum fuiſſet priùs, & donatio poſt, quia teſtamentum poterat reuocari per donationẽ, cenſetur, Ioannem receſſiſſe à teſta-



Digitized by Google

mento, ex regula *tex. in l. pacta nouiſſima, C. de pact.*

Modò in donatione duo continebantur, donatio ſcilicèt ad beneficium Horatij cum expreſſa poteſtate eidem conceſſa alienandi, & vendendi prædictum Caſale, & ad beneficium Decij foriudicati, vt in caſu, quo gratiam obtinuerit, donatio facta Horatio eſſet irrita, & quòd teneatur illud reſtituere Decio. ex qua poteſtate alienandi in bene-
5 ficium Horatij indubitabile eſt, quòd ſit eidem conceſſa poteſtas hypothecandi, ad *text. in l. ſed & quod, ff. de pignor. l. fin. C. de reb. alien. Anchar. conſ.* 102. *num.* 2. *Bart. in l. alia, num.* 11. *ff. de alim. & cib. leg. Aret. conſ.* 175. *num.* 3. *Rimin. conſ.* 70. *nu.* 9. *vol.* 1. *Neguſ. de pignor. membr.* 3. *par.* 2. *num.* 69. immò ſubijciuntur verba in donatione, *ad*
6 *faciendum quicquid ſibi placuerit*, quæ neceſſariò comprehendere debent facultatem hypothecandi, vt latè *Marta de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 7.

Quibus ſtantibus intelligendum eſſet, fi-
7 deicommiſſum appoſitum in dicto contractu donationis, quod fieri poſſe non dubitatur, iuxtà *tex. in l. quotiès, C. de donat. quæ ſub mod.* & *Nos* latè fundauimus ſuprà in *dec.* 3. locum ſibi vendicare in eo caſu, in quo res donata cum illa poteſtate, *ad ha-*
8 *bendum, alienandum, &c.* purificata conditione fideicommiſſi non reperiretur alienata, vel hypothecata, proùt in fideicommiſſo cum dicta poteſtate in teſtamento relicta, voluerunt *Socin. conſ.* 123. *volum.* 3. *& conſ.* 43. *num.* 1. *vol.* 4. *Alciat. conſ.* 112. *lib.* 9. *n.* 23 *Iaſ. conſ.* 173. *vol.* 2 *& cōſ.* 132. *in fi. vol.* 1. *Ruin. conſ.* 112. *n.* 5. *conſ.* 120. *et* 153. *vol.* 2. *& conſ.* 121. *num.* 10. *vol.* 3. *Decian. conſ.* 27. *conſ.* 35. *num.* 23. *& conſ.* 78. *num.* 48. *lib.* 3. *Hieron. Gabr. conſ.* 99. *nu.* 22. cum *ſeqq. lib.* 2. qui etiam de communi teſtatur. *Menoch. conſ.* 947. *num.* 6. *conſ.* 1091. *num.* 5. *& conſ.* 1130. *num.* 7. *& lib.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 5. *&* 6. *Anchar. iun. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 4. *Surd. conſ.* 10. *num.* 34. *& conſ.* 71. *num.* 7. *vol.* 1. *& conſ.* 194. *nu.* 12. cum *ſeqq. vol.* 12. *Intrigl. de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 73. *nu.* 14. vbi etiam de communi teſtatur, *Peregr. de fideicomm. art.* 40. *num.* 46. *Barz. dec. Bonon.* 171. *nu.* 3. *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. quæſt.* 546. & dat rationem *Peregrin. loco* citato, quia imputandum eſt teſtatori, cur nimis effuſo ſermone loquutus ſit, *l. fin. C. de dot. promiſſ.* &
9 de tali poteſtate conceſſa, etiam in contractu, probauerunt *Bart. in l. qui Roma, §. duo fratres, in* 8. *quæſt. ff. de verb. oblig.* vbi etiam *Alex. num.* 58 *Iaſ. num.* 72. *Ripa n.* 83. *Curt. ſen. conſ.* 63. *col. fin. Socin. conſ.* 43. *n.* 1. cum *ſeqq. vol.* 4. *Alex. conſ.* 8. *num.* 6. *vol.* 5. *& conſ.* 189. *num.* 10. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 46. *num.* 26. *vol.* 2. *& conſ.* 71. *num.* 24. *& ſeq. vol.* 3. latiſſimè *Marcabr. conſ.* 66. *num.* 228. idem enim procedit in fideicommiſſo in teſtamento relicto, quod in contractu, vt aduertit *Peregrin. de fideicomm. art.* 1. *num.* 16. *& art.* 51.
10 *nu.* 2. nam hæc clauſula, *ad habendum, &c.* immutat naturam diſpoſitionis, *Rol. à Valle conſ.* 34. *num.* 80. *& ſeq. vol.* 4. *Menoch. conſ.* 87. *Cacheran. dec.* 112 *num.* 17. vbi de magis communi ſententia teſtatur, proùt etiam poſt alios communem hanc opinionem appellat *Laderch. conſ.* 1. *nu.* 4. *Molfeſ. conſ.* 2. *num.* 34. *Fontanell. de pact. nupt. p.* 2. *clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *num.* 75. *&* 76. Et propterea dicebat creditor, voluntatem Teſtatoris eſſe interpretandam, vt ſi caſus gratiæ in perſonam Decij ſuperueniſſet antè alienationem, vel hypothecam, quòd tunc liberum eſſet Caſale reſtituendum ad ipſius Decij
11 beneficium, aliàs illa verba, *ad habendum, &c.* eſſent fruſtratoria, & ſuperflua, quod in iure non permittitur, *l. ſi quando, ff. de leg.* 1. proùt in puncto conſiderauerunt *Surd. d. conſ.* 10. *num.* 34. *vol* 1. *& conſ.* 29. *num.* 12. cum *ſeq. conſ.* 71. *nu.* 2. *& conſ.* 294. *num.* 25. *vol.* 2. *Socin. d. conſ.* 123. *num.* 3. *in fin. vol.* 3. *Ruin. conſ.* 153. *num.* 13. *vol.* 2. *Alciat. d. reſp.* 112. *nu.* 12. *lib.* 9. *Iaſ. conſ.* 173. *vol.* 2. & in *d. l. qui Roma, §. duo fratres, n.* 73. vbi etiam *Ripa nu.* 88. *in fin.*

Quod quidem concordat cum iure communi, quia Decius quamuis gratiam fuiſſet conſequutus in vita patris; attamen non habuiſſet Caſale, niſi poſt eius mortē, ſic enim dictant verba donationis, ſed mortuo Ioanne, Decius, qui reperiebatur incapax, tanquàm foriudicatus, in Caſali prædicto vir-
12 tute dictæ donationis ſucceſſit Horatius, qui debita contraxit; per gratiam autem ſuperuenientem quis non recuperat bona penès tertium alienata, vt dixerunt *Bart.* & alij in *l. fin. C. de ſent. paſſ.* & in *l. Gallus, §. & quid ſi tantùm,* vbi præcipuè *Bart. num.* 13. *ff. de lib. & poſth. Farinac. de inquiſit. quæſt.* 6. *num.* 33. *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par.* 8. *quæſt.* 9. *nu.* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 46. & alij allegati per *Maſtrill. ad Indult. gener. c.* 22. *n.* 29. & per *Clar.* in ſua *praxi, q.* 59.

In contrariū verò pro parte Didaci Ogeda dicebatur, quòd tàm ex teſtamento, quàm ex donatione facta per quond. Ioan. de Ogeda clariſſimè habetur eius intentio fundata, vt Caſale prædictum ad primogenitum perueniat, proùt communitèr fieri ſolet in hoc Regno, & eſſe vſu receptum inter omnes Nationes, tradit *D. Theodor. in d. alleg.* 70 *num.* 11. Verùm, quia Decius primogenitus reperiebatur incapax, ideò voluit, vt perueniret ad Horatium ſecundogenitum, qui tamen tunc temporis locum primogeniti obtinebat, ſtante incapacitate primo-

Digitized by Google

primogeniti, ſed ceſſante incapacitate, illud eidem Decio reſtitueret, nam ſi admitteretur, Caſale potuiſſe vendi, & alienari per Horatium, diſpoſitio, & donatio in beneficium Decij eſſent fruſtratoriæ, & ſic filius primogenitus reperiretur priuatus hæreditate, quia ſecundogenitos inſtituit, & priuatus etiam Caſale, ita vt nec obolum quidem ex patris hæreditate haberet, quod mente percipi non poteſt, vt pater voluerit, filium primogenitum dilectum fame perire, vel mendicare, ob quod neceſſariò dicendum erit, verba illa potiùs de ſtylo Notariorum fuiſſe appoſita, ex traditis per *Bart. in l. 1. in 6. q. ff. de iur. codicill.* nam quotieſcunq; verba
13 contractui adiecta, quæ Notarijs communia, ac frequentiſſima eſſe ſolent, mutant actum, quod geritur, præter contrahentium voluntatem adiecta cenſeri debent, vt per *Couarr. in 2. par. rubr. de teſtam.* ſub *nu.* 14. *verſ. verùm*, qui reddit rationem, nam ſi clauſulę ſolitę apponi in contractibus à Notario ſcribi poſſunt, abſq; contrahentium expreſſa iuſſione, quia earum adiectio ex præſumpta contrahentium mente fieri dicitur, nunquam tamen eaſdem clauſulas ex dicta præſumpta voluntate contractibus fuiſſe appoſitas, credi poteſt, quando ex his actus geſtus per contrahentes mutatur, vel deſtruitur.

Quod corroboratur, nam admiſſa opinione, quòd dicta clauſula, *ad habendum, &c. & faciendum quicquid ſibi placuerit*,
14 ſit ſufficiens, ad hoc, vt ſit remiſſum ius fideicommiſſi, vt vltra adductos habetur ex *Gabr. lib. 4. tit. de fideicomm. concluſ. 1. n. 30.* hoc dictum tamen declarationem recipit, quotieſcunq; clauſulæ prædictæ extinctionem fideicommiſſi importarent, in eo enim caſu tantùm operantur, quando à partibus ſpeciali pacto ſtipulatæ erunt, & ab ipſis benè intellectæ, quando verò ſunt appoſitæ in contractu ex ſtylo Notariorum, tunc fideicommiſſi extinctionem, vel remiſſionem minimè operantur, prout legendo, & conſulendo voluit *Sforz. Odd. in conſ. 49. nu. 17. & 18.* qui etiam dicit, quòd legendo conſuluit Scholaribus, vt quando erunt Iudices, ſic faciant, & quòd ſi ipſe eſſet Iudex, ita iudicaret, prout etiam in ſimilibus voluit *Ruin. conſ. 97. lib. 3. nu. 7. in fine, & 8. Marzar. in conſ. 39. nu. 5. lib. 1.* plenè per *Simon. de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. fol. 373. num. 15. & ſeq.* quæ diſtinctio eſt punctualis in caſu noſtro, cùm hæc clauſula, *ad habendum, &c.* ſit poſita propriè in eo loco, vbi ſolet apponi de ſtylo Notariorum, & ſubnectitur his verbis. *Ita, quòd ex nunc in anteà, & in perpetuum dictum Caſtrum, vt ſuprà refutatum, & donatum cum iuribus, actionibus, & pertinentijs ſubſcriptis, & præſentis refutationis, & donationis cauſa tranſeat, & ſit in vtili dominio, & perceptione dicti Domini Horatij, & hæredum, & ſucceſſorum, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, ex nunc in anteà per dictum Dominum Horatium, & ſuos hæredes, & ſucceſſores vendendum, alienandum, & diſponendum, & faciendum quicquid de cętero dicto Horatio, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus placuerit, & meliùs viſum fuerit,* deindè ſubnectuntur verba, *cum conditionibus infraſcriptis*, conditio autem ſubnectitur in alia oratione, *pacto tamen expreſſo, et ſpeciali, quòd caſu, in quem Decius Ogeda filius primogenitus prædicti Dñi Ioannis, qui ad præſens reperitur incapax ad recipiendum, & ſubſtinendum onus poſſeſſionis, & dominij dicti Caſtri, & ſucceſſiuè exactionis fructuum, ſi ab eius contumacia, & foriudicatione fuerit abſolutus, vel compoſitus, vel habuerit gratiam, talitèr, quòd tunc temporis fuerit capax ad recipiendum, & ſubſtinendum onus regiminis Caſtri prædicti, tunc, & eo caſu dicta donatio, ſiuè refutatio, vel conceſſio facta in perſonam dicti Domini Horatij filij ſecundogeniti ſit nulla, irrita, & inualida, talitèr, quòd dicto Domino Decio nullum inferatur, nec inferri intelligatur præiudicium,* & in eo caſu, quo tunc temporis eſſet mortuus ipſe Ioannes donator, voluit, vt tranſeat in pleno dominio Decij, & quòd teneatur Horatius ad retroceſſionem.

Ex quibus apparet clariſſimè de teſta-
15 toris mente, vt bona peruenire deberent ad dictum Decium primogenitum, & cùm habemus mentem, de verbis non eſt curandum, *l. pater filium* 36. §. *pater filios, ff. de leg.* 3. vbi *gloſ. Bart.* & alij, & proindè prædictam clauſulam potiùs de ſtylo Notarij, quã ex voluntate donantis fuiſſe appoſitam, vel eſt intelligenda, quòd illa clauſula debeat effectum ſortiri in caſu, quo conditio deficeret, & ſubſtitutio remaneret caduca, quod probatur ex eadem contextura verborum, ſiquidèm poſt ampliſſimas clauſulas, *ad vendendum*, &c. ſubnectuntur verba, *cum conditionibus tamen infraſcriptis*, & diſponit fi-
16 deicommiſſum in perſonam Decij, quotieſcunquè enim ex huiuſmodi clauſula inſurgit aliqua aduerſatio, ſeu contrarietas, talia verba contraria cenſentur appoſita ex imperitia, & capite Notarij, & nihil operantur, vt in terminis voluit *Maſtrill. dec. 190. nu.* 24 allega. *Riminal. iun. conſ. 834. n. 17. in fin. lib. 7. Gabr. concl. 1. de fideicomm. nu. 24. & 32. Corbul. de iur. emphyt. tit. de priuat. ob alien. limit. 3. num. 2.* & alios; iſtæ enim clauſulæ quando aduerſantur veriſimili voluntati teſtatoris, ſunt paruifaciendæ, *Eugen. conſ. 66. num. 22. Raudenſ. var. reſolut.*



Digitized by Google

*cap.40.num.38.*& cotas allegat *Hodierna ad Surdum dec.85.nu.11.* contrarietas autem ſatis apparet, nedùm, quia eſſet primogenitus priuatus ſucceſſione paterna, & prędicto Caſali ſibi in caſu, quo fuerit effectus capax donato, verùm ex verbis, quòd in dicto caſu donatio facta Horatio ſit irrita, & nulla, & ampliùs, quòd nullum ex dicta donatione inferatur præiudicium ipſi Decio. Nullitas autem idem operatur, ac ſi nō eſſet, *l.Paulus reſpondit, ff.de verb.ſignif. l. eum, qui, §.cùm igitur, ff. de in diem adiect.* quamuis ergò Horatius habuerit dominium Caſalis prædicti, & ſic potuit illud obligare, tamen hoc dominium erat reuocabile, in euentu, quo Decius efficeretur capax, quo caſu dominium prædictum eſt, ac ſi non fuiſſet, & reſoluitur virtute pacti, in eodem contractu adiecti, & propterea omnes hypothecæ medio tempore contractæ corruunt, ſicut in ſimili dicimus de vendi-
17 tione facta cum pacto de retrouendendo, emphyteuſi, pacto adiectionis in diem, & ſimilibus, quamuis enim virtute talis contractus tranſeat penès emptorem dominiū rei emptæ, & ideò poſſet rem emptam validè ſuo creditori hypothecare, tamen ſi venditio reſoluitur ex neceſſitate pacti de retrouendendo, vel aliàs, virtute pacti omnes hypothecæ medio tempore contractæ reſoluuntur, vt ex doctrina *Cyn.Alber.*& aliorum in *l.3.C.ſi antiq credit.*& ex *Bart.in l.in diem, ff.de aqua pluuia arcend.* voluerunt *Franch.in dec.64.num.4. Cacher.dec. Pedemont.156. Surd.dec.286.102.& 326. & de alim.tit.9. q 42. Flam. Cartar.dec.87. Guid.Papa dec.575.* latè de materia per *Ioa. Bapt.Coſt.in tract.de retrotract. caſu 1. in 8.cap.num.9.cum ſeqq.* reſoluto enim iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, *l.lex vectigali, C. de pignor.* idem *Coſta de iuris, & fact. ſcien.& ignor. diſt.11. num.2.* Ex quibus ponderatis etiam his, quæ ingenioſiſſimè fuerunt adducta per *D.Reg.Conſil. Theodorum* in ſua *allegat.70.* diſcuſſo nego-
18 tio in S.C. ad relationem Regij Conſiliarij D. Didaci Mendiecta Iureconſulti Hiſpani, nobilitate, & morum ſuauitate cōſpicui, die 30. Iunij 1634. fuit conuentus abſolutus, in Banca Actor. Magiſtr. Borrelli.

---

# OBSERVATIO In Deciſione XXIII.

## *SVMMARIVM.*

1 *Caſale S.Anſtrij fuit donatū in anno 1528. per Comitem Marſici Eccleſiæ Ciuitatis Caua, vigore priuilegij confirmati per Sereniſſimos Reges cum remiſſione adhoa, ideòque eſt burgenſaticum, non autem feudale.*

2 *Caſtrum de iure communi feudorum præſumitur allodiale, etiam ſi ſit Comitatus, vel Principatus, de iure verò Regni Caſtrum cum vaſallis præſumitur feudale, num.3. eò magis, ſi reperitur deſcriptum in Cedulario Baronū Regni, n.4. etiam, ſi non ſit taxatum pro adhoa, ſub num. ſeq. vel ſi non ſit deſcriptum in Cedulario, nu. 6. de ratione, n.7.*

5 *Cedularium Baronum Regni fuit confectū in anno 1504. & in eo fuerunt taxati omnes feudatarij pro adhoa, & in anno 1634. fuit ordinatum, fieri nouum Cedularium.*

*Caſtrum ſi non reperitur taxatum in Cedulario pro adhoa, non tamen erit burgeſaticum, ſed feudale, exemptum tamen à præſtatione adhoa, ibid.*

6 *Adhoa non eſt de ſubſtantia, ſed fidelitas, ad hoc, vt Caſtrum dicatur feudale.*

7 *Feudatarius, vbi Caſtrum non reperitur deſcriptum in Cedulario, citatur per R.C. ad dicendum cauſam, quarè non debet deſcribi in Cedulario, & ad ſoluendum adhoam pro præterito, & in futurum.*

8 *Locatio Caſtri feudalis facta ſine Regio aſſenſu, reuocari poteſt vigore* Conſtit. *incipientis,* Conſtitut. Diuæ memoriæ, *& ità practicatū, ac deciſū adducitur, n. ſeq.*

10 *Aſſenſus Regius omninò requiritur in locatione feudi, contrarium n.11. ſed prima opinio eſt verior, & ſecundùm eam iudicatum fuit, n.12.& 14.*

13 *Poſſeſſio non ſuffragatur, quando ius poſſeſſori reſiſtit, ideòq; nec manutentio eo caſu datur.*

15 *Teſtamentum in vita teſtatoris nullas vires habet, ſed tantùm tempore mortis, ideòq; viuo teſtatore, ſi in ſcriptis ſit conditum, aperiri non poteſt, n.16. quod procedit, etiam ſi teſtator poſteà ſit factus mentecaptus, num.17. & ità deciſum adducitur, n.18. poteſt tamen aperiri ad inſtantiam teſtatoris, non autem hæredum vel legatariorum, n.19.*

*Mentecaptus pro mortuo reputatur, d.n.17.*

20 *Hypotheca contracta per donatarium ſuper re ſibi donata, reſoluitur, reſoluta donatione ex conditione ibi appoſita, & n.27.* 30.31. *de ratione, nu.28.*

21 *Donatarius, ad quem res donata reuertitur, reſoluta donatione alteri facta, non tenetur ad pretij reſtitutionem.*

*Reſoluto iure venditoris, reſoluitur ius acceptoris, ibid.*

22 *Clauſula,* ad habendum, vendendum, alienandum, &c. *quando propter alia verba nihil operetur, & nu. ſeq.& 28.& quamnis*

Digitized by Google

*nis conferat poteſtatem alienandi, nu.24. tamen limitatur, vbi ſequitur pactum probibitionis alienationis,n.25.*

26 *Alienatio cenſetur probibita, vbi ſit donatio ſecundogenito, ex quo primogenitus eſt incapax, cum conditione, quòd ceſſante incapacitate, donatio ſit nulla, etſi fuerit facta, eſt nulla, n.27.*

28 *Dominium non acquiritur per traditionem factam ſub conditione.*

29 *Conditionis natura ea eſt, vt teneat actum in ſuſpenſo.*

*Donatio reſoluitur ex defectu conditionis, ibid.*

30 *Donatarius non poteſt, rem ſibi donatam ſub conditione bypothecare.*

*Hypotbeca ſequitur rem, ibid. & quando retrotrabatur ad tempus contractus, ſub num.31.*

32 *Dominium ſuſpenſiuè tranſlatum, reſoluto contractu, vadit ad ſua principia attractiua.*

33 *Hypotbeca conſtituta per baredem grauatum, eueniente caſu reſtitutionis, reſoluitur, & ſubſtinetur ſolummodò ſuper legitima ei debita, vel ſuper creditis, quæ babet ſuper dictis bonis reſtitutioni ſubiectis.*

1 AGitur hìc de obligationibus factis
ſuper Caſale S. Arſerij, quod fuit
donatum in anno 1528. per Co-
mitem Marſici Eccleſiæ Ciuita-
tis Cauę, vigore priuilegij conceſſionis con-
firmati per Sereniſſimos Reges, cum remiſ-
ſione in ſpecie adhoæ, & propterea burgen-
ſaticum, non autem feudale dicitur, vt ex
*Iſern. Liparul. & Affl.* probat *D. de Franch.*
*dec.*131.*nu.*1. & poſſidetur per D. Marchio-
nem Pollæ, ſed eius creditoribus vrgenti-
bus, & præſertim D. Magno Comeſtabulo
Columna, cuius partes ego tueor, fuit mo-
dò expoſitum venale, inſimul cum Terra
Pollæ, eiuſq; Caſalibus, in Banca de Scaccia-
uento; Ideòq; obſeruandum erit, inſpecto
2 iure communi feudorum, Caſtrum præſu-
mi allodiale, etiam ſi ſit Comitatus, vel
Principatus, vt de Comitatu firmat *Frecc.*
*auth.*29.*num.*4.*de ſubfeud.* *Capyc. in l. Im-*
*perialem, vers. quarta concluſio, fol.* mihi 26.
*Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.*91.
*num.*7. & de Principatu dixit *Alberic. in*
*rubr. C. de donat.* & *Capyc.* vbi ſuprà, *col.*2.
3 ſed in Regno, Caſtrum cum vaſallis præſu-
mitur feudale, vt habetur in *Conſtit.* incip.
*Iuſtitiarij nomen,* vbi *Iſern. in verbo de*
*feudis, num.*60. *de offic. Iuſtit.* eò magis, ſi
4 deſcriptum reperiatur in Cedulario Baro-
num huius Regni, vt expreſsè tradit *Dom.*
*Conſil. de Georg. alleg.*10. *num.*8. Illud enim
5 fuit confectum in anno 1504. & in eo fue-
runt taxati omnes feudatarij pro adhoa, &
in anno 1634. in reſulta Regiæ Viſitationis,
fuit per S. M. ordinatum, fieri nouum Ce-
dularium per *Ioa. Iacobum Mercurium*
Reg. Cam. Præſidentem militarem, cum
præeminentia *D. Reg.* Capycij *Galeotæ*, vt ip-
ſemet teſtatur *reſp. fiſcal.* 30. *nu.* 50. & *ſeqq.*
& quamuis aliquod Caſtrum non reperia-
tur ibi taxatum pro dicta adhoa, non per
hoc erit burgenſaticum, ſed feudale, exem-
ptum autem à præſtatione adhoæ, & in Re-
gno ſunt plurima, vt refert *D. Reg. de Ponte*
*conſ.*30. *in fine, & conſ.*95. *nu.*23. *vers. immò*
6 *fortiùs,* quia ſolutio adhoæ non eſt de ſub-
ſtantia, ſed fidelitas; immò etiam ſi nec de-
ſcriptum reperiatur in dicto Cedulario, non
per hoc allodiale præſumitur, ſed feudale;
quia licèt pro allodio in feudo Torcini
ſcripſerit *D. Reg. Rouit. conſ.*26. *num.*12. ta-
men in *fine conſilij* refert, fuiſſe deciſum, Ca-
ſtrum prædictũ Torcini eſſe feudale, ideòq;
7 inoleuit praxis, de qua teſtatur *D. de Curt. in*
*diuers. feud. fol.*41. *nu.*36. *vers. Hinc poteſt,*
quòd per Regiam Cameram citatur poſſeſ-
ſor ad dicendum cauſam, quarè non debet
in Cedulario deſcribi, & ad ſoluendum
8 adhoam pro præterito, & in futurum, quarè
facta locatione per Epiſcopum Valuenſem,
& Sulmonenſem Cypriano de Petris terra-
rum Pentimæ, & Vectoriti per annos duo-
decim, abſq; Regio aſſenſu, ac ſoluto affictu
per plures annos, tamẽ cùm dictus Cypria-
nus locationem prædictam reuocaſſet, vigo-
re *Conſtit.* incip. *Conſtitutionem Diuæ me-*
*moriæ,* D. Epiſcopo inſtante pro ſolutione
affictus, attamen quia ex prædictis appare-
bat, Caſtra prædicta eſſe feudalia, & Regium
aſſenſum requiri in locatione prædicta,
9 ideòq; fuit per D. Conſiliar. *de Aquino* domi
prouiſum, quòd citrà præiudicium iurium
partium locetur iuriſdictio ciuilis dictarum
terrarum, nomine S. C. ſalua prouiſione fa-
cienda in damnum cuius, quod fuit confir-
* matum per S. C. ſub die 9. Maij 1640. in
Banca de Scacciauento, *Me* pro D. Epiſco-
po patrocinante, ac tunc ſubſtinente, non
requiri aſſenſum in locatione, & proindè nõ
10 eſſe locum reuocationi, & ratio deciſionis
fuit, nàm aſſenſus omninò requiritur, ex
traditis per *D. Camil. de Medic. conſ.*147.
11 & licèt contrarium ſubſtineat, vt nullus re-
quiratur aſſenſus in locatione *D. de Marin.*
*cap.*31. *num.*6. per tot. *num.*17. *lib.*2. tamen
12 ſecundùm opinionem *D. de Medicis* fuit
iterùm per Collaterale Conſilium iudica-
tum die 3. Septembris 1646. in cauſa Hoſpi-
talis A.G.P. de Neap. cum Franciſco Gam-
bacurta Affictatore Vallis Magdaloni, abſq;
13 aſſenſu, quamuis reperiebatur in poſſeſſio-
ne, eò, quòd illa non ſuffragatur, quando ius
poſſeſſori reſiſtit, qui nec manutenẽdus eſt,
lite

Digitized by Google

lite pendente, cap.cùm perſona, §.quod ſi tales, de priuileg.in 6.Capyc.dec.6.num.4.& 5.D.Io.Franciſc.Capiblanc. olim M.C.V. Iudex doctiſſimus, cuius veſtigia ſequutus fuit D.Antonius eius filius, nunc Regius Conſiliarius doctus, & eruditus in tract.de Baron.in pragm.8.nu.234.lib.1.& cap.77. lib.2.Cyriac.lib.1.controuer.forenſ.controu. 178.num.15.16.36.& 52. & proindè, fuit
14 ordinatum, quòd deſiſteret dictus Franciſcus ab exercitio iuriſdictionis, in Banca de Cantone, patrocinante pro A.G.P.D.Ioſepho Magaldo, de qua deciſione teſtatur D.Reg.Sanfel.dec.356.nu.7.lib.3.

15 Teſtamentum autem, non in vita teſtatoris, ſed tempore mortis vires capit, vt probat D.meus num.2.ex l.omnium, C.de teſtam.cum alijs ibi adductis; Ideòq; viuo
16 teſtatore, non poteſt aperiri teſtamentum, ab eo in ſcriptis conditum, l.2.§.ſi dubitetur, ff.quemadm.teſtam.aperiant. ibi, vt ſi liquerit, eum viuere, non permittat inſpici tabulas, ſequitur D.Hodierna lib.1.controu. forenſ.cap.14. num.1.& 7. quod procedit,
17 etiam ſi poſteà teſtator efficiatur mentecaptus, quamuis pro mortuo reputetur, l. humanitatis intuitu, C.de impub.& alijs ſubſtit.& ità deciſum per S.C. fuit in cauſa
18 A.G.P.Ciuitatis Caietæ petentis, aperiri teſtamẽtum conditum per Auguſtinum Laudatum, qui poſt conditum teſtamentum effectus fuerat mentecaptus, die 22.Februarij 1613. vt refert D.Reg.Sanfelic.dec.197. num.2.in fin.lib.1.ſic etiam fuit per Collaterale Conſilium deciſum in cauſa teſtamenti, in ſcriptis conditi per D. Marchionem Vriæ, tempore, quo ſub cura D.Caroli Imperialis eius balij reperiebatur, cũ enim inſtitiſſet D. Philippus Imperialis eius patruus, & proximior in gradu, aperiri teſtamentum prædictum, eò, quòd ſupponebatur, dolo, & metu ipſius D.Caroli illud fuiſſe confectum, ad fraudandum ipſum ab inteſtato ſuccedentem dicto D.Marchioni, tamen fuit denegata apertura, vt per D.Hodiern.d.cap.14.num.37. verùm ad poſtula-
19 tionem ipſius teſtatoris tantùm, poteſt teſtamentum prædictum aperiri, non autem hæredis, vel legatariorum, ità ex Bart.in d.§.ſi dubitetur, num.5. tradit D.Hodierna ibid.num.8.& ad text. qui in contrarium facere videbatur in l.pupillares tabulas, ff. quemad.teſtam.aper. optimè reſpondet n.10.

Quæſtio autem principalis, de qua in hac
20 deciſ. vt hypotheca contracta per donatarium ſuper re ſibi donata, reſoluatur, reſoluta donatione ex conditione ibi appoſita per donantem, ex traditis per D. meum hìc, præcipuè num.17.qui ità per S.C. deciſum refert num.18. comprobatur per eundem conſult.34.num.21.22.& 23.lib.1. vbi
21 quòd, nec etiam ad pretij reſtitutionem tenetur ille, ad quem res reuertitur, & comprobat conſult.56.num.3.d.lib.1. vbi etiam alios citat, reſoluto enim iure venditoris, reſoluitur ius acceptoris, vt probat idem D.meus hìc, d.num.17.& conſult.38.nu.41. d.lib.1. & D.Præſ.Merlin.cent.2.controu. forenſ.c.8.n.1.Fontanell.dec.167.n.3.lib.1.

22 Nec de clauſula, ad habendum, vendendum, alienandum, &c. in dicta donatione appoſita eſt habenda ratio, quia ſubnectuntur verba, cum conditionibus infraſcriptis,
23 videlicèt, quæ donatio ſit nulla in perſonam Horatij filij ſecundogeniti donatarij, ſi Decius filius primogenitus fuerit poſteà capax dictæ donationis, cui nullum intelligatur factum præiudicium, vt conſiderat D. meus
24 ſub num.14.ideòq; quamuis conferat clauſula prædicta poteſtatem alienandi, ex traditis per D.Mart.de clauſ.p.2.clauſ.2.n.1. cũ alijs adductis per Barboſ.in ſimili tract.
25 clauſ.3.num.3. vbi limitat, ſi ſubſequatur pactum, prohibens alienationẽ, ex Gratian. cap.344.num.11.lib.2.diſcept.forenſ. ſequitur D. Marta clauſ.5.nu.8.par.1. & ſic, dùm
26 in caſu præſenti donator donauit ſecundogenito Caſale S.Arſerij, quia primogenitus erat foriudicatus, & ſic incapax, cum conditione, quòd quotiès primogenitus habuiſſet gratiam de dicto delicto, donatio eſſet nulla in perſonam ſecundogeniti, & ſic prohibitam fuiſſe alienationem per ſecundogenitum, non dubitatur; aliàs fruſtratoria eſſet
27 diſpoſitio in perſonam primogeniti; ideòq; alienationes, & hypothecæ contractæ per ſecundogenitum ſunt nullæ, ſtante gratia obtenta à primogenito, ſicut in ſimili dixit D.meus conſult.3.num.79.lib.1. vbi, quam-
28 uis fuiſſet appoſita clauſula, ad habendum, tamen, quia ſubſequitur, ſaluo aſſenſu, nihil operatur, ac etiam, quia dominium non acquiritur per traditionem factam ſub conditione, vt probat Mantic.de tacit.& ambig. lib.4.tit.26.num.9.& 23. natura enim con-
29 ditionis ea eſt, vt teneat actum in ſuſpenſo, ad notata per D.Cutell.de donat. contempl. matrim.tom.2.ſpec.7.num.16. & tunc donatio reſoluitur ex defectu conditionis, vt per D.Reg.de Ponte conſ.119.num.1.lib.2.&
30 proptereà non poterit donatarius, rem ſibi ſub conditione donatam, hypothecare, hypotheca enim ſequitur rem, Rota apud D. Merlin.poſt tract.de pignor. dec.113.nu.3. & ius reale conſtituit, idem D.Merlin.de pignor.lib.2.quæſt.95.num.4.& proindè, re-
31 uocata donatione, tolluntur hypothecæ, medio tempore contractæ, vt per D. Merlin.d.tract.lib.5.q.18. vndè, hypotheca contracta reſpectu primogeniti, ob gratiam obtentam, & ſic conditione purificata, retrotrahitur ad tempus contractus, Bellon.conſ.

41.

Digitized by Google

*41.num.25.& ſeq.* optimè *D. Praſ. Merlin. cent.2.controu.for.cap.10.num.26. verſ.hoc enim caſu, D.Cutell.de donat.contempl.matrim.ſpec.12.num.*105.& nouiſſimè *D.Ioa. Franciſc. Andreol.* vir ſanè doctiſſimus *tom. 2.controu.*120.*num.6.* vbi de conſimili caſu
32 agit; ideòq; dominium ſuſpenſiuè translatum, reſoluto contractu, vadit ad ſua principia attractiua, vt per *Amat.var.reſol.tom. 1.reſol.4.nu.5.*

33 Hinc etiam dicimus, quòd hypotheca conſtituta per hæredem grauatum, eueniente caſu reſtitutionis, reſoluitur, ad tradita per *Fontanell.d.dec.167.num.7.*& ſubſtinetur tantummodò ſuper legitima ei debita ſuper bonis reſtitutioni ſubiectis, vt perbellè tradit *Montan.controu.41.num.5. lib.1.* vel ſuper creditis, quæ habet ſuper dictis bonis, vt ait *Fontanell.ibid.nu.6.*

*M.A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

**In generali obligatione an, & quando veniant obligata bona hæredis, & quando pecunia, ſiuè effectus peruenientes ex eodemmet creditore, ad interpretationem *text.in l. qui tabernam, §. fin. ff. de pign.***

### *SVMMARIVM.*

1 *Pacta, quòd venditor non poſſit retrouendere, niſi poſt annum, & quòd teneatur denunciare emptori retrouenditionem per duos menſes antè, non reddunt cõtractum vſurarium, & nullum, vbi deciſio.*

2 *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur de proprio.*

3 *Bona hæredis poſſunt per defunctũ obligari.*
*Et quando cenſeantur obligata, n.4.7.& 8.*
*Et an in generali obligatione veniant, nu.6.*

5 Text.in l.qui tabernam, §.fin. ff.de pignor, *declaratur.*

7 *Hæres adeundo ratificat obligationem factam à teſtatore ſuorum bonorum.*

9 *Pecunia mutuata an veniat ſub generali obligatione mutuantis.*
*Et quando, n.11.& 22.*
*Et quid in ſubſidium, ſtante decoctione debitoris, n.26.*

10 *Generalis bonorum obligatio, comprehendit etiam ipſam rem venditam, & locatam.*

12 *Merces venales liberè vendi poſſunt, non obſtante generali bonorum obligatione, & num.19.*

13 *Pecunia ſub generali obligatione venit.*

14 *Venditor in re vendita præfertur creditoribus emptoris.*
*Cõtrarium, vbi habuit fidem de pretio, n.15.*
*Limita, vbi adeſt reſeruatio dominij, pendente ſolutione, ſeù ſpecialis rei venditæ hypotheca, n.16.*

17 *Interpretatio ſumi debet, vt non inducatur iurium correctio.*

18 *Argumentum à contrario ſenſu non eſt ſumendum ad derogationem teſtatoris voluntatis.*

20 *Venditio annuorum introituum venit ſub generali hypotheca pro pretio.*
*Amplia, etiam ſtante pacto de retrouendendo, num.21.*

23 *Hypotheca nõ datur in pecunia commixta, vel conſumpta, reſpectu non priuilegiati.*
*Intellige, vt n.24.*

25 *Nomen debitoris venit in generali obligatione.*

26 *In particularibus pretium non ſuccedit loco rei.*

27 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio XXIV.

INter alias controuerſias, & lites, quæ ortum habuerunt à *Regia Pragmatica* mutationis monetæ, quæ fuit emanata in die 2.Martij 1622.de qua mentionem fecimus in *deciſ.*17. fuit lis inter Duraſtantem de Roſatis, & Iulium Sardum, facta enim venditione per Duraſtantem ann.duc. 581.1.15. dicto Iulio pro capitali duc.7500. quia erant appoſita pacta reſtrictiua libertatis, redimendi ſcilicèt, vt venditor non poſſit exercere pactum de retrouendendo, niſi poſt annum, & quòd teneretur denunciare emptori retrouenditionem faciendam per duos menſes antè: Superueniente poſt paucos dies *Pragm.* prædicta, venditor voluit, non expectato anno, nec facta denũciatione per duos menſes antè, exercere pactum de retrouendendo, & reſtituere prædictos duc.7500. in eodem Banco exiſtentes, in quo fuit ipſi facta ſolutio; & proptereà fuit latè diſcuſſum in S.C. an illa duo pacta reſtrictiua liberæ facultatis redimendi, redderent contractum nullum, & vſura-
1 rium, vel potiùs vitiarentur ipſa pacta, & illis reiectis firmus remaneret contractus, & latè diſcuſſo articulo fuit in anno 1625. declaratum, contractum fuiſſe validum, & prodè, pecunias exiſtentes in Banco ceſſiſſe, & cedere in damnum ipſius Duraſtantis, vt apparet ex deciſione S.C. relata per *Rouitum*

*rum dec.*33. Cùmq; mutata moneta remanerent in Banco duæ tertiæ partes dicti crediti, in beneficium dicti Duraſtantis, ex quo alia tertia pars fuit ſuſpenſa, ob damnum paſſum per Bancum ex cauſa prædictæ mutationis; alia inſurrexit dubitatio inter dictum Iulium Sardum, creditorem dicti Duraſtantis ex cauſa prædictorum ann. introituum decurſorum in eius beneficium per plures annos, qui facto ſequeſtro prædictæ quantitatis, inſtabat pro liberatione in eius beneficium, & Venerabile Monaſterium Diuæ Mariæ Miraculorum Ciuitatis Andriæ, ſimiliter creditor prædicti Duraſtantis, & contendebant, quis eorum eſſet præferendus in liberatione. Dicebatur pro parte Venerab. Monaſterij, quòd ex duobus articulis veniebat præferendum: & primò, quia habebat hypothecam anteriorem, quàmuis enim idem Monaſterium, ſiuè Io. Baptiſta Remeſtinus, à quo causã habebat, non contraxiſſet cum Duraſtante, ſed cum Tarquinio de Roſatis, cuius fuit Duraſtans hæres, & adiuit hæreditatem, abſq; bene-
2 ficio legis, & inuentarij, & ſic non poterat dubitari, quòd erat iure proprio obligatus, vt habetur ex §. *hæres, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſcuntur*, vbi *gloſ.* & licèt pars prætendiſſet, eſſe obligatam tantùm
3 actione perſonali; attamen hoc poſſet intelligi, quando defunctus non obligauit bona hæredis, quod poſſe fieri, poſt *Neguſan. de pignor. membr.* 2. *par.* 2. *in* 6. *limit.* tenet *Affl. dec.* 111. *num.* 15. *& dec.* 200. & quòd voluit Tarquinius obligare etiam bona eius hæredum, apparere dicebatur ex ipſo contractu celebrato cum Io. Baptiſta Remeſtino, à quo Venerabile Monaſterium cauſam ha-
4 bebat, vbi obligauit ſe, eiuſq; hæredes, & ſucceſſores, & bona omnia, quo caſu venire etiam bona hæredis hypothecata, voluit *Piſanell. in addit. ad d. dec. Afflict.* 200. vbi conſtituta regula, quòd in generali obligatione, non veniant bona hæredum, niſi ſpecialitèr ſit dictũ, ex *conſ. Loffred.* 32. *col.* 10. & alijs dicit, vide, quæ ſcripſi ad *Alexand. in l. ſi hæredes, ff. de legat.* 1. vbi hanc opinionem tenuit, quòd per illa verba veniant bona hæredis, quæ opinio fuit approbata ab aliquibus Dominis de Sacro Conſil. vt per *Minadoum dec.* 20. de quo meminit etiam *Franch. dec.* 321. *n.* 4.

Secundò dicebatur, quòd ex alio non poterat Iulius Sardus obtinere, quia pecunia in Banco exiſtens, de cuius liberatione agebatur, erat eadem pecunia peruenta ab ipſomet Iulio, qui eam ſoluit Duraſtanti pro emptione annuorum introituum, pro quibus erat creditor; & inſtabat pro liberatione, quo caſu ſuccedit regul. *text. in l. cùm tabernam, § fi. in verb. ab alio, ff. de pignor.*
5 vbi habetur, quòd quamuis in generali obligatione veniat pecunia, tamen hoc intelligi debet, reſpectu pecuniæ debitoris aliundè habitæ, quàm à creditore, cui obligantur bona, & ità per hunc *textum* voluerunt *Bal.* poſt *Riccard. Malumbr. in l. obligatione generali, ff. de pignor. Alber. Guglielm.* in eius *margarita, in verſ. ſed pone, de pignor. Neguſ.* in eodem *tract. de pignor. membr.* 2. *p.* 2. *num.* 12. plenè *Roman. ſingul.* 611. *Benuen. Stracc. in tract. de mercatur. tit. mandati, in fin. nu.* 5. *Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 9. *tom.* 1.

Prædictis tamen replicabant Aduocati
6 Iulij Sardi, & primò, quoad hypothecam certiſſimum eſſe, quòd in generali obligatione non veniunt bona hæredis, *l. Paulus, ff. de pignor. act. Affl. d. dec.* 200. *num.* 2. *Surd. dec.* 315. *Franch. dec.* 53. *num.* 7. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 5. *num.* 54. Neque ne-
7 gabatur, quòd poſſit teſtator obligare bona hæredis; adeundo enim hæres, ratificat obligationem, quam ſuorum bonorum defunctus promiſit, ſed hoc intelligi debet, quando expreſſis verbis, bona hæredis voluit eſſe obligata, *Neguſ. de pignor.* 2. *membr. p.* 2. *in* 6. *limit. Loffred. d. conſ.* 32. *Ruin. in l.* 2. *n.* 88. *ff. de legat.* 1. & ità per S.C. fuiſſe iudicatum, habetur ex *Affl. dd. dec.* 111. *et* 200. ſed quòd ex illis verbis, *obligauit ſe, eiuſq; hæredes, &*
8 *ſucceſſores*, non ſint obligata bona hæredis, habetur ex *Franch. d. dec.* 53. & hanc opinionem optimè firmat in *dec.* 321. vbi, quòd illa verba, *& bona eorum*, intelligi debent de bonis promittentium, & pro hac opinione ſtat etiam *Minad. d. dec.* 20. & eum ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 225. *n.* 75. *tom.* 2. & in caſu ſimili, quando teſtator obligauit omnia bona ſua, & ſe, & ſuos heredes, & ſucceſſores, quòd non ſint obligata bona hæredis, fuit deciſum in S.C. vt per *Afflict. d. dec.* 200. & ex illis verbis, *cum poteſtate capiendi propria authoritate bona ſua, & ſuorum hæredum*, fuiſſe ſimilitèr deciſum in S.C. bona hæredis non eſſe hypothecata, refert idẽ *Affl. dec.* 201. qui dat rationem, quòd ex illis verbis non inducitur obligatio, niſi bonorum ipſius contrahentis, & hæredis, quæ tamen ei ex cauſa hæreditaria peruenerunt, ſecus autem, quæ ex alia cauſa, quàm ex hæreditate ei obuenerunt; quod dicit eſſe notandum, & hoc fundatur ex eo, quia requiritur expreſſa bonorum hæredis obligatio, nec ſufficit ea, quæ reſultat ex ſubaudito intellectu, vt *ibi* per *Afflict.* immò etiam eo caſu controuertitur à *Doctoribus*, ſi fieri poteſt, vt habetur ex *Gratian. d. diſcept.* 225. *n.* 76. & ſic non eſt curandum de opinione *Piſanell.* qui nihil allegat ad ſuam opinionem fundandam, cùm contraria ſit magis communiter ab omnibus recepta.



Digitized by Google

Ad ſecundum verò obiectum dicebatur, quòd quamuis pecunia mutuata nõ veniat
9 ſub generali obligatione ad beneficiũ mutuantis, per ea, quæ poſt *Riccard. Malumbr. Bal. & Roman. in ſingul.* 611. voluit *Neguſ. de pignor. memb. 2. p. 2. n. 12.* ex argumento à cõtrario ſenſu, deſumpto ex *text. in d. l. cùm tabernam, §. fin. ff. de pignor.* ibi, *ab alio mutuam accepit*, dicebatur, quòd hæc conclu-
10 ſio non eſt vndiq; tuta; ſiquidèm generalis obligatio bonorum, comprehendit etiam ipſam rem venditam, ſeù locatam, vt dixit *Bart. in l. emptorem, C. locati, & in l. qui fundum*, vbi etiam *Salyc. & Fulgoſ. ff. locati, & in l. filiusfam. §. fin. in fin. ff. ſolut. matrim.* vbi etiam *Alex. Paul. de Caſtr. in l. ſi merces, §. 1. ff. locat. & Iaſ. in l. ſi ità quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Neguſ. de pign. & hypothec. par. 2. membr. 2. n. 33.* & ideò de hac concluſione dubitat *Pariſ. conſ. 50. n. 24. volum. 1.* quia *tex. in d. l. cùm tabernam, §. fin.* nedùm id non probat, ſed contrarium diſponit; nec poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu ex illis verbis, *ab alio*, nam ex eo induceretur legum correctio, ad tradita in *l. 1. §. verius, ff. de offic. eius*, & quatènus doctrina *Bal.* & aliorum eſſet vera, intelligenda eſſet
11 in eo caſu, quando de præſenti pecuniam accepit mutuo, eo animo, vt de ea poſſet liberè explicare facta ſua, tunc. n. non eſt veriſimile, quòd illam velit creditori ſuo, à quo illam accepit, obligare, ſed nec iſta declaratio tranſit ſine difficultate, nam licèt
12 mulier habeat hypothecam in bonis viri, non tamen impeditur maritus, quin poſſit tutò merces venales vendere, atq; earum ratione contrahere, nec vxor ius habet agẽdi hypothecaria aduerſus dictas merces pro eius dote, ea ratione, nè commercium impediatur, vt voluit *Bal. in l. vbi adhùc*, ſub *n. 37. C. de iur. dot. Pariſ. conſ. 69. nu. 3. lib. 4. Aſin. de exequut. §. 7. cap. 3. Gutierr. practic. quæſt. lib. 5. q. 100. n. 10.* ſic pari modo poſſet pecunia mutuata cadere ſub hypotheca conſtituta mutuanti, nec impediri vſus ipſius, & hoc in ſpecie reſpectu mercium diſponitur in *d. l. cùm tabernam, §. fin.* vbi *Bal.* & alij, nam quando merces venduntur, in generali obligatione veniunt, non tamen per hoc impeditur ipſarum libera venditio, tacitè enim videtur actum, vt vendi poſſint, & aliæ ſubrogari, *Iacob. de Aren. in d. l. vbi adhùc, C. de iur. dot.*

Rurſus, hæc concluſio contradicit omnibus iuris regulis, ſiquidèm in *tex. in d. l. cùm*
13 *tabernam, §. fin.* expreſsè deciditur, quòd ſub generali obligatione veniat pecunia. Secundò, certiſſimum eſt, rem venditam cadere ſub generali hypotheca, immò non-
14 nulli tenuerunt, venditorem præferri alijs creditoribus hypothecarijs in re vendita extante, prout authoritate *Albrici, & Vberti de Bobio in l. licèt, C. qui potior. in pignor. habeantur*, tenuit *Capolla* in ſuis *cautelis, in cautel.* incip. *vulgaris*, quæ eſt 126. & eum ſequitur *Aſin. de exequut. §. 7. cap. 14. nu. 3.* & æquiſſimã eſſe opinionem, dixit *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 74.* licèt de ea dubitet in puncto iuris, quando venditor ha-
15 buit fidem de pretio, poſt *Neguſan.* idem *Theſaur. num. 2.* vbi datur cautela reſerua-
16 tionis dominij, pendente ſolutione, vel ſpecialis hypothecæ, *Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 7.* poſt *num. 3. Morot. conſil. 54. num. 4. Bart. Bald. Angel. & Alex. in l. ſi cùm dotem, §. fin. ff. ſolut. matrim. Franch. deciſ. 506. n. 9.* & communem dixit *Gayl. lib. 2. obſeru. 15. Bertazz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 42. gloſ. 1. num. 3. Faber* in ſuo *Codice, tit. de acquir. vel amitten. poſſ. diffin. 37.* & multas ampliationes, & limitationes affert *Bernard. Greuæus ad Gayl. d. obſeruat.* ſeù *concluſ. 15. Gizzar. deciſ. 39. & 59. de Ponte deciſ. Collat. 34.* & proindè cùm ex dicto argumento à con-
17 trario ſenſu induceretur prædictorum iurium correctio, facilè erit admittenda hæc interpretatio, vt tradunt *DD. in l. ſi vnus, §. pactus nè peteret*, & præcipuè *Iaſ. num. 6. ff. de pact. Menoch. conſ. 235. num. 6. l. 2. C. de cond. inſert. Stracca de mercat. par. 2. nu. 45. B. Antonin. tit. de excommunic. cap. 56. n. 5. Gundinſaluus de legibus, q. 11. num. 19. Blãc. de indit. & tortur. num. 337. Iacobat. de Cõcilijs lib. 4. art. 4. num. 148.* ſicuti non admit-
18 titur hoc argumentum, cùm tendat ad derogationem expreſſæ voluntatis teſtatoris, *l. fin. in princ.* vbi *Bart. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. 1. num. 54. ff. de offic. eius, Decius conſ. 38. nu. 4. Alciat. reſponſ. 78. num. 4. lib. 9. & Menoch. conſ. 421. num. 37.*

Secundò dicebatur, quòd quatènus opi-
19 nio prædicta eſſet admittenda, intelligi debebat in eo caſu, prout loquitur, hoc eſt in contractu mutui, vbi particulare eſt, quòd in rebus, quæ in numero, pondere, vel menſura conſiſtunt, & functionem recipiunt in genere ſuo, reſtituendũ eſt, non idem, quod mutui datur, ſed aliud eiuſdem bonitatis, *Bart.* & cæteri in *l. 2. §. fin. ff. ſi certum petatur*, aliàs enim tranſiret in aliam ſpeciem contractus, vt depoſiti, vel commodati, vel aliud ſimile; contractus autem venditionis annuorum introituum non diſtat ab alijs contractibus emptionis, & venditionis, in
20 quibus res vendita venit ſub generali hypotheca pro pretio conſequendo, *Bart. in d. l. emptorem, num. 2. C. locat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. num. 12.* etiam ſi
21 adſit pactum de retrouendendo, *Bart. in l. qui fundum, ff. locat. & in l. ſi filio, §. fin. ff. ſolut. matrim. Caſtr. in l. ſi merces, §. 1. ff. locat.* ſic etiam è conuerſo, pretium extans de-



Digitized by Google

bet venire ſub generali hypotheca ex generalitate, *tex. in d. l. cum tabernam. §. fin.*

Tertiò dicebatur, quòd quatenus opinio prædicta eſſet admittenda, nedùm in contractu mutui, ſed in omnibus contractibus,
22 tamen debet procedere in eo caſu, quando eadem pecunia ſoluta, vel mutuata, ſit in
23 eſſe, ſecus verò, quando eſt commixta, vel conſumpta, quo caſu nulla conſiſtit hypotheca in non priuilegiatis, vt deciſum refert *Afflict. in deciſ. 190. Capyc. deciſ. 78. Surd. deciſ. 60. num. 9. Caroc. deciſ. 109. Io. Baptiſta Coſta de remed. ſubſid. remed. 37. illat. 2. num. 1. Ioſeph Ludouic. deciſ. 45. num. 20. Seraph. deciſ. 1074. num. 3. Couarr. practic. quæſt. c. 29. num. 2. Menoch. conſ. 25. num. 2.*

Quod tamen notabilitèr limitatur pro-
24 cedere in eo tantùm caſu, quando debitor ſoluit ſuo creditori, tunc enim per commixtionem efficitur illius irreuocabilitèr, ſecus autem, quando creditor retinendo, ſibimet ipſi ſoluit, abſente, & ignorante debitore, nam dominium ipſi non quæritur ex ſola traditione, deficiente conſenſu debitoris, *l. nunquàm nuda, ff. de acquirend. rer. domin. Surd. conſ. 4. num. 41. vol. 1.* & quamuis creditor, & debitor poſſint retinere, & tueri ſe exceptione retentionis, tamen Dominus, & creditor anterior poſſunt auocare pecuniã, vt poſt *Cuiacium ad Afric. in l. ſi eum, ff. de reb. cred.* tenuit *Farinac. deciſ. 516. num. 4. tom. 2. in poſthumis*, modò pecunia, quæ per medium Banci fuit ſoluta, ſtante ipſius Banci decoctione, nõ erat ampliùs pecunia exiſtens; immò erat in totum per *Regiam Pragmaticam* reproba, & Duraſtans erat tãtùm creditor Banci iam decocti; quod non habens pecuniam, aſſignabat creditoribus tot effectus pro duobus tertijs totius crediti, quod nomen debitoris nullo iure erat
25 prohibitum venire in obligatione generali, per *text. in l. nomen,* vbi *Bald. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. & l. Quintus, §. argento, n. 2. ff. de aur. & argent. legat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. nu. 11. Neguſ. de pignor. tract. 2. membr. 2. 8. par. num. 8.* nec id, quod dicebatur de ſubrogatione, ex regula *tex. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. Surd. conſ. 312. num. 53. vol. 3.* erat in conſi-
26 deratione, quia in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, neque res loco pretij, *l. idemq; §. ſi ſibi, verſ. non enim multum,* vbi *gloſ. & Doct. ff. qui pot. in pign. habeantur.*

Et tandem dicebatur, quòd quamuis eadem pecunia eſſet hodiè exiſtens, & ex diſpoſitione *text. in d. l. cum tabernam. §. fin.* non eſſet obligata ipſi Iulio, qui eam ſoluit, attamen ſtante decoctione Duraſtantis debitoris (fuerat enim cõmiſſa graduatio ſuorum creditorum) in ſubſidium debet venire, & in ea præferri creditor, qui eandem pecuniam ſoluit. *Ioſeph Ludouic. deciſ. 45. n. 20.* qui ità notabilitèr declarat *deciſ. Affl. 190. Eugen. conſ. 72.* & refert, & ſequitur *Io. Baptiſt. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 37. illat. 2. ſub num. 4. Gayt. de credit. c. 4. q. 5. num. 76.* & quidẽ ſatis irrationabile eſſet, vt alij creditores in actione perſonali Duraſtantis vti hæredis Tarquinij eſſent præferendi ipſi Iulio, à quo pecunia peruenit, ex qua reſultãt
27 Bãci effectus. Et proindè die 18. Iunij 1634. ad relationem Regij Conſiliarij Prouenzalis, interuenientibus Dominis Piccolellis, Zufia nunc digniſſimo Regente in Supremo Italiæ Conſilio, Sauio, Mendiecta, & me fuit liberatum depoſitũ prædicto Iulio Sardo, non obſtantibus oppoſitis per Venerabile Monaſterium, penès Actorum Magiſtr. Verruſium, hodiè Solatium.

## OBSERVATIO In Deciſione XXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Bona hæredis non veniunt in generali obligatione, & num. ſeq.*

2 *Bona hæredum non veniunt in generali obligatione, etiamſi obligauerit hæredem, & bona, &c. niſi in ſpecie illa obligata ſint, ſub num. 4.*

*Cautelatio an, & quando extendatur ad bona hæredis, vel ad bona defuncti præmittẽtis, vel ad qualitatẽ bonorũ, ibid. & n. 3.*

4 *Bona hæredum nec etiam fauore dotis veniunt in generali obligatione.*

5 *Pecunia venit in generali obligatione, etiã ſi ſit data ad cambium n. 6. non tamen habet locum, ſi ſit mutuata, nu. 7. de ratione n. 8.*

9 *Nomen debitoris venit in generali obligatione, tàm præſens, quàm futurum, & ità deciſum adducitur, n. 10.*

11 *Creditor in ſubſidium præfertur in pecunia data ad annuum cenſum, ſi ſtante decoctione Banci pro eo in Banco depoſita fiat aſſignamentum.*

12 *Pretium non ſuccedit loco rei, neq; res loco pretij in particularibus, neq; in actione hypothecaria, niſi in ſubſidium, & in vniuerſalibus ſimilitèr in ſubſidium ſuccedit. n. 13.*

14 *Creditor anterior non poteſt moleſtare debitorem poſteriorem, cui fuit liberata pecunia cum cautione, ſi adſit alius creditor poſterior, & ità deciſum traditur, n. 16. nec etiam, quando communis debitor eſt ſoluendo, n. 17. & deciſum adducitur nu. 18.*

15 Cir-

15 *Circuitus inutilis eſt euitandus.*
18 *Auocatio pecuniæ à creditore poſteriore non fit, vbi debitor communis eſt ſoluendo, & ità deciſum refertur.*

1 DVo iuris articuli diſcutiũtur in hac deciſione, primus eſt, an in generali obligatione veniant bona heredis, & negatiuam ſententiam amplectitur D. meus à *num.6.* per tot. *nu.* 8. quam opinionem ſequitur, alijs relatis D. *Mercurial. Merlin.* in legali ſcientia eruditiſſimus, in *tract. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 15.* vbi latiſſimè de hac quæſtione tractat, idq; procedit, etiam ſi quis obligauerit hæredem, & bona, &c. illa enim cęteratio non ex-
2 tenditur ad bona hæredis, ſed ad bona defuncti promittentis, & ſic vel ad qualitatem refertur, vt veniant ſcilicèt bona omnia mobilia, & ſtabilia, vt per *Rot. dec.* 136. ſub *n.* 5. *in fin.* poſt *tract. Pacif. de Saluian. interd.* vel ad quantitatem ipſorum bonorum, videlicèt præſentiũ, & futurorum, D. *Merlin. ibid. n.* 24. quod etiam annuit D. meus *n.* 8. ex D. *de Franch. dec.* 321. vel ſi dixiſſet, obli-
3 gauit ſe ipſum, hæredes, ac omnia, & ſingula bona, &c. hoc enim caſu dicta cęteratio refertur ad quantitatem, vel qualitatem bonorum promittentis, vt obſeruat D. *Merlin. ibid. num.* 25. qui *num.* 34. *verſ. ſic propte-*
4 *rea*, ampliat, vt nec fauore dotis bona hæredis comprehendantur, non enim in controuerſiam deduci poteſt, hæredis bona poſſe obligari, vt probat D. meus *num.* 3. & lato calamo comprobat *D. Merlin. d. lib. 2. tit. 1. q. 16. nu.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 22. *& ſeq.* ſed opus eſt, quòd expreſsè bona hæredum à defuncto ſint obligata, ad tradita per *Afflict. dec.* 111. *D. de Franchis dec.* 53. *num.* 6. *&* 7. & *d. dec.* 321. & probat, alijs relatis *D. Conſil. Arias de Meſa lib.* 3. *var. reſol. c.* 50. *n.* 35.

5 Secundus verò articulus, an pecunia veniat ſub generali obligatione bonorum, ad intellect. *tex. in l. cùm tabernam*, §. *fin. verb. ab alio, ff. de pignor.* & affirmatiuè reſpondit D. meus *nu.* 13. & latè proſequitur, hoc idem affirmans *D. Merlin. d. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 48. *nu.* 1. *&* 4. qui *num.* 5. ampliat, vt etiam pecunia
6 data ad cambium, obligata intelligatur, ex *Mantic. lib. 9. de coniect. vltim. vol. tit.* 3. *n.* 2.
7 & alijs *ibi* adductis, quæ concluſio non habet locum, ſi pecunia ſit mutuata, illa enim non venit in generali obligatione, vt tradit D. meus *num.* 9. & proſequitur *D. Merlin. ibid. num.* 10. ea ratione, quia aliàs de ea di-
8 ſponere non poſſet mutuatarius, & confirmat D. meus *n.* 11.

9 At quia hìc, non de pecunia exiſtente agebatur, ſed de effectibus aſſignandis per Bancum, ſtante ipſius decoctione, omnis difficultas ceſſabat, cùm negari haud poſſit, nomina debitorum venire in generali obligatione, ad *text. in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* vt alijs etiã citatis probat D. meus *num.* 25. & confirmat, alijs ad nauſeam relatis *D. Merlin. d. lib. 2. tit. 1. q. 29. n.* 2. & etiam comprobat *Niger Cyriac. controu.* 108. *nu.* 17. *controu.* 218. *nu.* 7. *& controu.* 338. *nu.* 4. & nedùm præſentia, ſed etiã futura, *D. Merlin. d. q. 29. num.* 18. & proindè per veros iu-
10 ris tramites fuit depoſitum liberatum, & ſic effectus aſſignandi à Banco decocto creditori, qui illam pecuniam dederat debitori ad annuum cenſum, ſtante decoctione debitoris, vt teſtatur D. meus *num.* 27. cùm in
11 ſubſidium in illa præferatur, ex *Ioſeph Ludouic. dec.* 45. *num.* 20. ſicuti dicimus, quòd
12 licèt pretium non ſuccedat loco rei, nequè res loco pretij in particularibus, vt probat D. meus *nũm.* 26. neq; in actione hypothecaria, vt ex *Bart.* tradit *Gratian. cap.* 25. *nu.* 11. *lib.* 1. *diſcept. for.* niſi in ſubſidium, vbi alia via creditori non eſt conſultum ad recuperandum debitum, vt ex *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 3. *num.* 120. *& ſeq. Grat. cap.* 304. *num.* 6. *lib.* 2. *diſcept. for. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 38. *& ſeq.* & D. *de Franch. dec.* 64. *nu.* 17. tradit *D. Hodierna ad Surd. dec.* 306. *num.* 1. ſicuti etiam
13 in vniuerſalibus in ſubſidium, concluſio prædicta locum ſibi vendicat, vt tradit *Gratian. d. cap.* 25. *n.* 12.

Et dùm hìc per D. meum *num.* 24. agitur, quando creditor anterior poſſet auocare pecũniam à creditore poſteriore, de quo articulo videndi ſunt *Grammat. q.* 1. poſt *deciſ. & Caluin. de æquitate, lib.* 1. *cap.* 34.
14 obſeruandum erit, quòd creditor poſterior non poteſt moleſtari ad reſtituendum pecuniam liberatam cum cautione, quando
15 adeſt alius creditor magis poſterior, eò, quòd circuitus inutilis eſt euitãdus, *l. dominus, in fin. ff. de condit. indeb.* & comprobat D. meus *conſult.* 30. *num.* 1 *lib.* 1. *Monac. ad Minad. dec.* 6. *num.* 12. vbi etiam allegat *tex. in l. cùm fundum*, §. *ſeruum tuum imprudens, ff. ſi cert. pet. D. Reg. Sanfelic. dec.* 130. *nu.* 13. *lib.* 1. poſt *D. de Franch. dec.* 527. *n.* 13. *Fontanell. dec.* 71. *num.* 22. *& dec.* 101. *n.* 24.
16 Ideòq; ſtante concurſu creditorum fuit per
* S.C. in cauſa Domitij Caraprefij Ducis S. Nicandri cum alijs creditoribus poſterioribus ſub die 26. Ianuarij 1630. ad relationẽ D. Conſil. D. *Gregorij Anguli*, poſteà Conſultoris in Regno Siciliæ prouiſum, quòd vltimi creditores reſtituant quantitates eis liberatas, vt ex ſententia S.C. in Banca Carboni, in 2. vol. proceſſ. creditorum Octauij Caraprefij, patrocinante pro dicto Duce D. Lælio Gizzio, meo fratre, & poſterior
17 creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione de reſtituendo, non poteſt moleſtari

T 2 à cre-

à creditore anteriore, quando adſunt bona
18 communis debitoris, ſiquidèm auocatio pecuniæ habet locum, debitore non exiſtente ſoluendo, vt fuit deciſum per S.C. iunctis Aulis in patrimonio Comitis Pacentri, cùm enim inſtitiſſent hæredes quond. D. Conſil. Catalani pro auocatione pecuniæ iure creditoris anterioris contra Io. Baptiſtam de
* Marra, & alios creditores poſteriores, fuit iudicatum, conuentos non eſſe moteſtandos ſuper reſtitutione pecuniæ petitæ, vt eſt videre ex copia decreti S.C. in proc. Montis Iunctorum cum Duce Hadriæ, in Banca de Litto, fol. 148. *M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Compenſatio an, & quando fiat ipſo iure, abſq; hominis oppoſitione. Et an fructus pignoris cum ſorte compenſentur, latè explicatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compenſatio non fit ipſo iure, niſi à parte opponatur.*
*Limita, n. 20. 21. 22. 23. & 25.*
2 *Compenſatio dicitur facta ipſo iure, ſtatim facta oppoſitione, non antè.*
3 *Retrotractio non habet locum in oppoſitione compenſationis in poteſtatiuis.*
4 *Fructus pignoris non compenſantur cum ſorte, niſi à parte opponatur.*
5 *Fructus pignoris non compenſantur cum ſorte, ſed cum intereſſe.*
*Declara, n. 7. 18. & 27.*
6 *Compenſatio fructuum fit cum vſuris, & ſi plus eſt in fructibus, quàm in vſuris, non fit compenſatio cum ſorte.*
9 *Inter compenſare, & ſoluere an differentia conſtituatur, & n. 30.*
9 *Fictio iuris contrà tertium non operatur.*
10 *In contractibus principium attenditur.*
11 *Retentio, abſq; poſſeſſione non datur.*
12 *Duæ fictiones, ficta ſolutionis, & retrotractionis non permittuntur.*
13 *Compenſatio non inducitur, vbi per ſententiam condemnatur poſſeſſor, ad relaxandum vnà cum fructibus, reſtituto pretio cum intereſſe.*
14 *Creditor particularem ſolutionem recipere non cogitur.*
*Limita in compenſatione, n. 39.*
15 *Verba ſententiæ ad iuris intellectum ſunt referenda.*
16 *Compenſatio priùs cum vſuris, & deindè cum capitali fieri debet.*
*Amplia, etiam abſq; alia hominis oppoſitione, num. 17.*
19 *Emptor bonæ fidei lucratur fructus antè litem conteſtatam, ſecùs in malæ fidei, nã tunc fructus cum ſorte compenſantur.*
23 *Debitum, & creditum quando ex eadem met cauſa dependẽt, compenſatio fit ipſo iure, abſq; alia hominis oppoſitione.*
24 *Vbi non datur compenſatio, datur retentio.*
26 *Compenſatio, ad hoc vt facta dicatur, ſufficit factum, ex quo compenſatio reſultat, eſſe propoſitum.*
27 *Quòd compenſatio in damnum anterioris creditoris non admittatur, quomodò intelligitur.*
28 Deciſ. Vinc. de Franch. 53. *declaratur.*
29 *Liberatio per oppoſitionem compenſationis quando, & à quo tempore fiat.*
31 *Conditio ſoluendi dicitur adimpleta per compenſationem.*
32 *Iurans ſoluere, non incidit in periurium, compenſando.*
33 *Promittens ſoluere, & ſi non poſſit compenſare, poterit tamen retinere.*
34 *Intereſſe creditoris dicitur extinctum per pecuniam à debitore depoſitam, quamuis ei ad hoc mutuata fuerit.*
35 *Stipulatio committitur in cautione præſtita, etiam in illis caſibus, in quibus præſtanda non eſſet.*
36 *Compenſatio quando de ſpecie ad quantitatem fiat.*
37 *Illiquidum non dicitur, quando de breui erit liquidandum.*
38 *Solutum per errorem facta compenſatione, conditione indebiti repeti poteſt.*
40 *Compenſatio habet vim ſolutionis factæ, & non quæ fieri debet.*
41 *Compenſatio quando in quolibet anno, & menſe fiat.*
*Et quid in contractu cenſuali, n. 42.*
43 *Deciſio cauſæ affertur.*

## Deciſio XXV.

VEndito Territorio, dicto *del Marzane, e S. Tambaro* in pertinentijs Ciuitatis Capuæ ad inſtantiam creditorum Illuſtr. Marchionis Laterttiæ in anno 1572. pro pretio ducat. 9. mil. quond. Fabio de Falco, & facto per eum depoſito, & liberato creditoribus dicti Marchionis, Cũ poſteà inſtitiſſet Marchio, ſubhaſtationes, & venditionem declarari nullas ex varijs cauſis: compilato proceſſu in anno 1586. per ſententiam S.C. fuerunt, tàm ſubhaſtationes, quàm venditio nullæ declaratæ, & condemnatus Fabius de Falco emptor ad illud te-

relaxandum, vna cum fructibus, reſtituto pretio cum intereſſe; Quarè anhelans Marchio pro recuperatione Territorij prædicti, non alitèr expectata liquidatione prædictorum fructuum, & intereſſe, fecit depoſitum duc. 9. mil. pro illis liberandis dicto Fabio, & eius creditoribus, cum proteſtatione, quòd illud erat ſibi reſtituendum, ex quo non erat alitèr debitor, cùm ex fructibus perceptis vltrà intereſſe pretij erat extincta ſors principalis, & proindè voluit, vt creditores, quibus pecunia depoſita liberanda veniret, cauerent, nedùm de reſtituendo cui, quibus, & quando; verùm in ſpecie de reſtituendo ipſi deponenti, caſu, quo remaneret, facta liquidatione, compenſatis fructibus cum intereſſe, & etiam cum ſorte principali, creditor in aliqua quantitate, ſuper quo depoſito comparuerunt creditores Fabij emptoris, & inter ceteros quōdam Franciſcus de Baucio, & Annibal de Iuniano, inſtando, nè pecunia ſtaret otioſa in Banco, pro liberatione, & ipſam obtinuerũt pro ſumma duc. 2900. cum cautione tamen, etiam reſpectu prætenſorum per dictum Marchionem, & ſic fuit cautio præſtita.

Quo iudicio liquidationis proſequuto per Marchionem, etiam auditis creditoribus, quibus fuerat pecunia liberata, facta compenſatione fructuum cum intereſſe pretij, & quod ſupererat, cum capitali, fuit liquidatus creditor in duc. 5395. & propterea petijt, condemnari dictos de Baucio, & Iuniano ad reſtitutionem pecuniæ liberatæ.

Dicebant dicti creditores cõuenti, quòd hæredes dicti Marchionis, qui iudicium proſequebantur, carebant actione: Primò, quia ipſe Marchio ex cauſa fructuum ſuperfluè exactorum vltrà intereſſe pretij erat creditor Fabij emptoris in actione perſonali tantùm; cùmq; ipſi eſſent creditores in actione hypothecaria, fruſtrà petebant reſtitutionem. Secundò, quatènus prætenderent, ſtatim fuiſſe inter prædictum quond. Fabium, & Marchionem inductam compenſationem cum capitali in eo, quod fructus intereſſe excedebant, quòd hodiè non tractabatur de concurſu creditorum Fabij,
1 ſed de reſtitutione pecuniæ indebitè depoſitæ per quondam Marchionem, & proindè dicebant, quòd compenſatio non fuit facta ipſo iure, niſi à parte fuerit oppoſita, *l. ſi conſtat, C. de compenſat.* & de communi teſtatur *Rota Genuenſ. dec. 15. nu. 19. Mohedan. dec. 8. Benintend. dec. 37. Ricc. collect. 1181.* & quod dicitur fieri ipſo iure, debet intelligi, ſtatim facta oppoſitione, & non antea, *Surd. dec. 117. num. 5. & dec. 16. num. 1. Graſſ. except. 16. num. 15. Coſta de retrotract. cap. 9. caſ. 4. num. 4.* qui num. 5. rationem aſſignat,
2 quia compenſatio conſiſtit in voluntate, & facultas compenſandi antequàm opponatur, competit tantùm in potentia, & habitu, & ideo non poteſt attendi, niſi poſtquam
3 ſit in actu deducta, & quòd quamuis hodiè opponeretur, in poteſtatiuis nõ habet locũ retrotractio, *l. 1. ff. qui potior. in pign. hab. Azo in ſumm. in tit. de compenſ. num. 13. Salycet. in d. l. ſi conſtat, C. de compenſat. n. 20. Surd. d. dec. 117.* & quòd fructus pignoris
4 non compenſentur in ſortem, niſi à parte opponatur, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 8. num. 3.* latiſſimè *Auguſt. Berous in cap. 1. de vſur. Eſcobar de ratioc. lib. 1. comput. 14. nu. 16. Magon. dec. Florent. 5. Guid. Pap. quaeſt. 221. Rot. dec. 24.* alias 295. *de appellat. in antiq. Iaſ. in §. in bonæ fidei, nu. 27.* & in *§. ſunt præterea, Inſt. de act. Bar. in l. 1. ff. de impenſ. in reb. dot. fact. n. 10. Felin. conſ. 25. num. 11.* & quòd ſit communis opinio, *Viuius comm. opin. 114.*

Secundò dicebant creditores; quòd qua-
5 tènus eſſet compenſatio admittenda, quòd hoc debet intelligi reſpectu fructuum cum intereſſe, non autem reſpectu ſortis principalis, & ità eſſe intelligendum *text. in l. minor 25. annis, § prædia, ff. de minor.* vbi admittitur compenſatio intereſſe ſine vſuræ pœna, cum quantitate fructuum, ex *text. in l. emptor 65. ff. de rei vendicat.* & ità intelligit *gloſ. in d. l. emptor, in verb. ſuperfluam,* vbi expreſsè tenet, quòd fructus percepti compenſantur cum intereſſe dotis, non autem cum ipſa ſorte, quod probat *gloſ.* ex eadem *l. emptor,* ibi, *cum nouis vſuris,* ideſt cum illis vſuris decurſis poſt ſolutionem ſortis, ex quo ſequitur ex *text.* prædicto, quòd non ſit compenſatio cum ipſa ſorte, illud autem quod dicit ſuperfluum, intelligit *gloſa,* quòd qui vult prædium recuperare, debet ſoluere ſortem, & ſuperfluum interuſurij, vltrà ſummam compenſatam cũ fructibus, nè ad imparia iudicentur, ſicuti enim ex illo intereſſe ſuperfluo, vltrà compenſatum cum fructibus, non debetur aliud intereſſe, ſic etiam de fructibus ſuperfluè perceptis non debet extingui ſors principalis, niſi demùm facta liquidatione, & computo, & proindè *Odofred. in d. l. emptor,* dicit, quòd compen-
6 ſatio fit cum fructibus, & ſi plus eſt in ipſis, quàm in vſuris, tenetur reddere, & pro hac opinione ſtant etiam rationes poſitæ per *Eſcobar in d. comput. 14. ex n. 13. ad fin.*

Tertiò dicebatur, quòd quamuis eſſet
7 admittenda opinio, quòd compenſatio fieri debeat, etiam cum ipſa ſorte, tamẽ hoc procedit inter ipſum debitorem, & creditorem; ſecùs autem, quando adeſt tertij præiudicium, & compenſationem fieri non poſſe inter creditorem in actione perſonali, in præiudicium creditoris hypothecarij, habetur ex *Card. Alban. in l. pupillus, num. 3.*

ff. qua

*ff. quæ in fraud. credit.* quem refert, & ſequi-
tur *Aſinius de exequut.* §. 7. *n.* 65. & ità deci-
ſum fuiſſe in Sacro Conſilio, refert *Franch.*
*in d. deciſ.* 53. *Rota Genuæ deciſ.* 190. *nu.* 19.
*Roderic. de ann. reddit. q.* 19. *lib.* 2. *num.* 2. vbi
dicit, quòd compenſatio eſt ficta ſolutio, &
contrà naturam fictionis eſt, vt operetur in
8 tertij præiudicium, ſatis autem differt, com-
penſare, vel ſoluere, nàm alienum debitum
quis ſoluere poteſt, ſed non compenſare,
*l. eius, C. de compenſat. gloſ. in cap. ad noſtrã,*
*de iur. iurand.* nec poteſt fieri in tertij præ-
iudicium, cùm requiratur vera, & realis nu-
meratio, *Seraph. deciſ.* 302. *num.* 4. *Conſiliar.*
*Theodor. in alleg.* 98. *n.* 21. & fictio nunquàm
9 operatur contra tertium, *l. ſtipulatio de do-*
*te, ff. de iur. dot. l. ſi inſulam, § fin. ff. ſolut. ma-*
*trim. Bart.* & alij *Doct. in l. debitum,* §. 1. *ff. rẽ*
*rat. hab. Tiraq. de iur. primog. q.* 34. *num.* 19.
& alij allegati per *Monter. deciſ. Aragon.* 50.
*n.* 17. *Ant. de Roſell. tit. de cauſ. fin.* ſiuè *effect.*
*legit. nu.* 28. *in* 8. *vol. tract. par.* 2. *fol.* 81.

Quartò adducebatur alia ponderatio in
facto, quia depoſitum duc. 9000. factum per
quondam Marchionem non erat de ipſius
propria pecunia, ſed de pecunia quondã Io.
Caroli Galli, qui fuit poſteà Fiſci Patronus,
& Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, &
deindè Regens Regiam Cancellariam, qui
pecuniam dedit dicto Marchioni vinculatã,
vt illa deponeretur, pro ea liberanda Cre-
ditoribus dicti Fabij, factis ceſſionibus ad
ſui beneficium, & ità actum fuit, & ipſi cre-
ditores hodiè conuenti, qui habuerunt li-
berationem prædictæ pecuniæ, iam ceſſerũt
omnia eorum iura prædicto Ioãni Carolo,
& proindè, non poteſt tractari de auocatio-
ne, potuit enim Ioannes Carolus ſuæ pecu-
niæ legem imponere, *l. in re mandata, C. mã-*
*dati,* cùmq; pecunia ſit data per ipſum ad
hunc finem, & acceptata per Marchionem,
per eundem non poteſt hodiè mutari, & di-
cere, quòd vult, eam auocare, & in ſuos vſus
conuertere, quia eſſet contrà legem impo-
ſitam.

Nec prędictis obſtat, quòd poſtmodùm
Ioanni Carolo fuit ab ipſo quondam Mar-
chione ſatisfactum, & ſic ceſſat intereſſe ip-
ſius, & conditio pecuniæ appoſita, quia in
10 contractibus principium attenditur, *Bal.*
*Roman.* & alij allegati per *Menoch. conſ.* 843.
*nu.* 37. & in terminis, quòd non id, quod ex
poſt facto accidit, ſed primæ exiſtentiæ ini-
tium ſit conſiderandum, firmat *Bal. in auth.*
*ſed ſi quis, C. de ſecund. nupt. num.* 6. *& in l.*
*precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.*

Et demùm dicebatur, quòd hæc quanti-
tas fructuum vltrà intereſſe nõ potuit com-
penſari cum ipſa ſorte, niſi demùm facta li-
quidatione, quia de liquido ad illiquidum
compenſatio denegatur, vulgata *l. Papinia-*
*nus exuli, ff. de minor. l. fin. C. de compenſat.*
*Affl. deciſ.* 381. *n.* 6. *Rot. Genuenſ. dec.* 19. *in fi.*
*Roderic. de ann. redit. q.* 18. *num.* 10. tempore
autem, quo fuit facta liquidatio, Marchio
non erat amplius debitor, ſolutione enim
erat extinctum, & impoſſibile eſt, ſine debi-
to, & credito dari compenſationem, *l.* 1. *ff. de*
*compenſat.* nec etiam ei competebat reten-
11 tio, quæ ſine poſſeſſione locum non ſibi vẽ-
dicat, *Seraph. in dec.* 758. *n.* 7. nec poteſt hoc
practicari per viam retrotractionis, quæ in
damnum tertij non admittitur, *Monter. in*
*d. deciſ. Aragon.* 50. *n.* 19. *Barz. dec.* 70. *nu.* 68.
& in hoc caſu concurrerent duæ fictiones,
12 ſcilicèt fictæ ſolutionis, & retrotractionis,
quòd non permittitur, *Monter.* vbi ſuprà,
*num.* 34. *Menoch. conſ.* 82. *nu.* 159. *& conſ.*
526. *nu.* 16. *Conſiliar. Theodor. alleg.* 1. *nu.* 12.
immò dicebatur, quòd hoc caſu repugnant
compenſationi ipſamet verba ſententiæ, per
quam comdemnantur poſſeſſores ad rela-
xandum territorium, vnà cum fructibus, re-
ſtituto pretio cum intereſſe, prout aduertit
*Franch. in deciſ.* 527. *num.* 5. *&* 6. vbi dicit,
13 quòd ſententia debet proferri, reſtituto, ſi-
uè compenſato pretio cum intereſſe, & ſi
admitteretur compenſatio in ſortem, coge-
retur creditor recipere particularem ſolu-
14 tionem, contrà diſpoſitionem *text. in l. ple-*
*nè, ff. famil. erciſcund.* & ponderat *Eſcobar*
*d. comput.* 14. *nu.* 15. *lib.* 2. *de ratiocin.*

In contrarium verò pro parte Illuſt. Mar-
chionis dicebatur, quòd per ſentẽtiam S. C.
15 fuerant venditio, & ſubhaſtationes annulla-
tæ ex cauſa exiſtẽte à principio, verba enim
ſententiæ ſunt referenda ad iuris intellectũ,
*cap. cauſam, quæ,* vbi *gloſ. in verbo procedat,*
*de reſcript. Alex. conſ.* 33. *n.* 5. *Bald. in l. liber-*
*ti, libertaq; num.* 24. *C. de oper. libert.* & ideò
habet oculos retrò, vt per *Franch. dec.* 119.
*n.* 19. *Reg. Tapia dec.* 8. *S. C. n.* 7. & ſic vendi-
tio habetur, ac ſi nunquàm fuiſſet facta à
principio, & omnes hypothecę medio tem-
pore contractæ remanſerũt reſolutæ, *Frãch.*
*deciſ.* 64. *n.* 9. cum *ſeqq.* & pari modo à prin-
16 cipio debet fieri compenſatio priùs cum
vſuris, deindè cum capitali, per *text. in d. l.*
*minor* 25. *annis, § prædia, ff. de minor. & d. l.*
*emptor, ff. de rei vendic.* in quibus iuribus
17 expreſsè cauetur, quòd abſq; alia hominis
oppoſitione, vſuræ compenſantur cum fru-
ctibus ad euitandum curſum earum, quod
etiam procedere in ſorte principali, proba-
tur ex eodem *text. in d. l. emptor,* & ſic illud
intelligit ibidem *Bal.* vbi propoſita quæſtio-
ne, ſi quod ſupereſt, compẽſetur, etiam cum
ſorte, dicit, quòd immò videtur etiam cum
debito principali compenſationem eſſe ad-
mittendam, quam opinionem pluribus me-
dijs fundat ſimilitèr *Eſcobar d. comput.* 14.
*n.* 1. vſq; ad 13. Alij autem, opiniones conci-
liando

Digitized by Google

18 liando dicunt, quòd prima opinio, quòd
compenſatio non admittatur, locum habet
antè litem conteſtatam. Secunda verò pro-
cedit poſt litem cõteſtatam, vt per *Alberic.*
*in d. l. emptor*, & eam ſequitur *ibidẽ Fulgoſ.*
qui tenet, quòd bonę fidei emptor lucratur
fructus antè litem conteſtatam, quia com-
penſantur cum vſuris nouis, non veteribus,
& hoc caſu lucrabitur fructus, nedùm quã-
do vſuras excedunt, verùm etiam ſi nullæ
19 debeantur, ſecus verò poſt litem conteſta-
tam, quia poſſunt compenſari cum ſorte in
eo, quod vſuras excedunt, hoc idem ſequi-
tur etiam *ibi Angel.* dùm diſtinguit, quando
emptor eſt in bona, vel mala fide, quando
enim eſt in bona fide, & poſſidet rem iure
dominij, tunc fructus lucrabitur, illos tamen
compenſando cum vſuris nouis tantùm,
non cum ſorte, vel vſuris veteribus, quando
verò eſt in mala fide, tunc dicit, non videre,
cur non fieri debeat compenſatio cum ſor-
te, & vſuris, quod etiam dicebatur fuiſſe de-
ciſum per S. C. iunctis Aulis in cauſa Ill. Mar-
chioniſſæ Campiarum, de qua per *Thorũ in*
*alleg.* impreſſa poſt eius *Vota, nu.* 61. cùmq;
in caſu prædicto ſtatim ſit mota lis ſuper
nullitate contractus, & datur terminus, di-
cebatur, non poſſe dubitari, quòd ſaltim à
die litis conteſtationis erat compẽſatio ad-
mittenda, etiam cum ſorte, in eo, quod fru-
ctus vſuras excedebant.

Secundò dicebatur, admiſſa opinione,
quòd compenſatio non admittitur, abſquè
oppoſitione, quàmuis contrarium teneat
*Tindar. de compenſat. art. 6. Afſl. deciſ.* 121.
*Trentacinq. de compenſat. reſolut.* 1. *num.* 24.
*Scacc. de commerc. & cambijs*, §. 2. *gl.* 5. *n.* 433.
tamen in multis caſibus, etiam abſq; aliqua
20 oppoſitione operatur, & Primus eſt caſus in
fructibus, & intereſſe pretij & etiam in ſorte,
per ſupradicta. Secundus eſt caſus, ad euitã-
21 dum curſum vſurarum, vt habetur ex *gloſ.*
*in d. l. ſi conſtat, de Ponte conſ.* 19. *n.* 4. & alijs
per *Graſſ. excep.* 16. ſub *nu.* 49. & eſt *tex. in l.*
*cùm alter*, cum *l. ſequenti, ff. de compenſat.*
*Franch. deciſ.* 642. latè *Scaccia de commerc.*
*& cambijs, d.* §. 2. *gloſ.* 5. *nu.* 425. Tertius eſt
22 caſus, quando ſi non intelligeretur facta
compenſatio ipſo iure, creditor pateretur
aliquod dãnum, ſeù præiudicium, *Roderic.*
*de ann. redit.* qui alios allegat in *q.* 18. *lib.* 2.
*nu.* 4. *Scacc. de commerc. & camb. d.* §. 2. *gl.* 5.
*n.* 431. cum *ſeq. Reg. Valenzue. conſ.* 78. *n.* 37.
*lib.* 1. & ponderabatur, quòd maximum eſ-
ſet actori incommodum, ac damnum, ſi de-
beret amittere fructus ſuperfluè exactos, vl-
trà intereſſe pretij, immò ſentẽtia in fauorẽ,
reſultaret in damnum vincentis, quod non
23 eſt permittendum. Quartus eſt caſus, quan-
do creditum, & debitum dependent ex ea-
demmet cauſa, & contractu; quo caſu, abſq;
oppoſitione fit ipſo iure compenſatio, im-
mò potiùs dicitur calculus, quàm compen-
ſatio, poſt *Alex. Bal.* & alios *Rouit. conſ.* 60.
*nu* 2. *lib.* 1. *Alex. ad Bart. in l.* 4. *verſ. non eſt*
*neceſſe, ff. de compenſ. & conſ.* 149. *n.* 21. *lib.* 2.
*Bal. in l. plenius, in addit. ff. famil. erciſc.*

Tertiò dicebatur, quòd hìc potiùs agitur
de retentione, quàm compenſatione, quæ
24 faciliùs admittitur, immò dùm non habet
locum compenſatio, habet locum retentio.
*Trentacinq. variar. reſolut. lib.* 3. *tit. de com-*
*penſ. reſolut.* 1. *num.* 19. *Ann. conſ.* 101. *lib.* 2.
*Molignan. de retent. num.* 5. 15. & 17. *Grat.*
*diſcept. forenſ. lib.* 2. *c.* 356. *num.* 28.

Et tandèm dicebatur in caſu præſenti,
compenſationem fuiſſe oppoſitam, antequã
25 creditores comparuiſſent, ſtatim enim lata
ſententia, fuit oppoſita, nedùm compẽſatio,
ſed etiam retentio, vt apparet in ipſomet
depoſito, & ſic fuit illicò ipſo iure facta cõ-
penſatio, vt fundat *Eſcobar d. comput.* 14.
*n.* 4. *Medic. conſ.* 137. *n.* 7. & optime *Franch.*
26 qui plus dicit, quòd ſufficit proponere fa-
ctum, ex quo compenſatio reſultat, in *deciſ.*
527. *num.* 7.

Quò verò ad articulum, an poſſit admitti
compenſatio in damnum tertij anterioris,
in quo videbatur, quòd conſiſtebat cardo
difficultatis huius cauſæ, dicebat Marchio,
27 quòd quamuis regularitèr creditor ante-
rior, & hypothecarius præferatur poſterio-
ri, quòd hæc regula reſtringitur, quòad no-
men ipſius creditoris, qui ex aliqua alia cau-
ſa eſſet debitor ſui debitoris; quia in ſuo
nomine præfertur per viam compenſationis
cuicunq; alteri creditori, etiam anteriori, &
hypothecario, ex quo, hoc caſu compenſa-
tio fit ipſo iure, *d. l.* 4. & *l.* 10. *ff. de compenſ.*
& *l.* 4. & *l. fin. C. eod. tit. Tindar. de compenſ.*
*p.* 1. *art.* 6. *n.* 47. 51. & 74. & *art.* 7. ſub *n.* 27.
& in proprijs terminis *Scacc. de commerc. &*
*camb. d.* §. 2. *gl.* 5. *nu.* 417. 424. & 437. & eum
ſequitur *Io. Dominicus Gaytus*, alijs ponde-
ratis in *tract. de credit. c.* 4. *q.* 7. *num.* 355. &
*ſeq. fol.* 310. & hanc compenſationem ad-
mitti de fructibus cum intereſſe, & ſorte,
habetur ex *Cacher. deciſ.* 160. *in fin. Capi-*
*blanc. de Baron. pragm.* 1. *n.* 272. *Eſcobar de*
*ratioc. lib.* 2. *d. comput.* 14. *per tot.* & in ſpecie,
quòd admittatur compenſatio ipſo iure,
etiam in præiudicium creditoris anterioris.
*Scacc. de commerc. & camb. d.* §. 2. *gl.* 5. *num.*
424. & 437. Nec prædictis reſiſtit *deciſ. de*
28 *Frãch.* 53. quia in caſu dictæ deciſionis præ-
ceſſerat denunciatio, vt declarat *ibi num.*
10. vbi dicit, quòd ratio deciſionis fuit;
quia creditor tertius priùs petierat, ſuper
nomine debitoris ſibi ſatisfieri, quàm
de compenſatione fuiſſet oppoſitum,
& propterea ſicuti non poterat ſoluere,
iuxtà terminos *text. in l.* 3. *C. de nouat.*

ità

Digitized by Google

ità nec poterat compenſare; in caſu autem noſtro compenſatio fuit oppoſita per Marchionem,antequàm creditores comparuiſ-
29 ſent. & ſic etiam, admiſſa opinione, quòd compenſatio non admittatur,abſq; oppoſitione hominis,tamen ea oppoſita, ſequitur ſtatim liberatio,non ex eo tempore, quo fuit oppoſita,ſed ex quo pecunia inuicem deberi cœpit,*l.eius 7.*vbi *Hugo Donell.*notat,*C.de ſolut.l.*4.cum *l.ſeq. C.de compenſ. Zanger.de except.cap.*8.*par.*3.*num.* 128. & ſic etiam intelligenda ſunt ea,quæ dixit *Roderic.de ann.reddit.lib.*2.*q.*19.ſub *nu.*2.dùm allegat *d.dec.Vinc.de Franch.*53.*& dec.Genua* 190.*& Aſin.de exequut.d.*§.7.*c.*65.

Nec prædictis obſtare poterit,quòd compenſatio ſit ficta ſolutio, quæ fictio non
30 procedit in præiudicium tertij, nàm compenſare idem eſt,quod ſoluere, *l.Iulianus ait,ff.de condit.& demonſtr.l.ſolutionis,ff. de ſolut. l.ſi debitor, ff. qui potior.in pign. hab.l.ampliùs,ff.rem rat.haberi,Bart.Alberic.Paul.* & alij allegati per *Graſſ. d. except.* 16.*nu.*9.Et quòd dicatur vera ſolutio,*Turret.conſ.*49.*num.*37.*lib.*2.*Graſſ.in loco* ſuprà cit.*nu.*12.quod in tantum eſt verum, quòd licèt conditio ſit adimplenda in forma ſpecifica,*l.Meuius, ff.de cond.& demonſtr.* at-
31 tamen conditio ſoluendi, dicitur adimpleta per cōpenſationē,*l.ſi peculium,§.de illo, ff. de ſtat.hom.Surd.de alim.tit.*8.*priu.*53.*n.*1.
32 & qui iurauit ſoluere,non incidit in periurium,compenſando,*l.ſi peculium,§.*1.*ff.de ſtatu homin.Medic.de compenſ.p.*1.*q.*25.*Bilett.de abſol.à iuram.lib.*2.*c.*16.*n.*9.& ſic nō dicitur ficta, ſed vera ſolutio.

Et licèt, qui promiſit cum iuramento
33 ſoluere, non poſſit compenſare, attenta communi opinione Canoniſtarum, quam ſequutum fuit S.C.vt per *Afflict.dec.*163.*& dec.*381.vbi *Addentes,* contra opinionem *Bart.in l.ampliùs non peti, ff. rem ratam haber.*& aliorum Ciuiliſtarum,qui *Bar.*opinionem amplexi ſunt,quia licèt non admittatur compenſatio,admittitur tamen retentio, *Put.dec.*292.*lib.*2.*Ricc.collect. dec.*305. *in* 13.*limit.& collect.*800.quæ retentio eundem producit effectum in caſu præſenti.

Ad quartum reſpōdebatur, quòd quàmuis pecunia depoſita, eſſet Ioannis Caroli
34 Galli,mutuata ad effectum, eam liberandi creditoribus,tamen,quia fuit extinctum intereſſe prædicti Ioannis Caroli, per ſolutionem factam per ipſum Marchionem,*Inſtit. quib.mod.toll.oblig.in princ. De Ponte conſ.* 92.*num.*14.*lib.*2.*Fontanell.de pact.nuptial. clauſ.*4.*gloſ.*18.*nu.*73.*par.*2. ideò de dicto intereſſe non erit aliqua ratio habenda. Secundò reſpondebatur, quòd in eodem depoſito voluit Marchio deponens,pecuniam non eſſe liberandam dictis creditoribus,ſed ſtante, quòd non erat debitor, appoſuit legem, vt ſibi reſtitueretur, vel quòd ſi contingeret liberari, creditores, quibus fuerit liberata, cauere deberent de reſtituendo cui,quibus,& quando,& in ſpecie de reſtituendo,caſu,quo facta liquidatione fructuū appareret extincta,& compenſato, nedùm dùm intereſſe, ſed pretio, ipſum eſſe creditorem,& ſic fuit acceptatum depoſitum, dū inſtiterunt creditores, eſſe ipſis liberādum, nè pendente liquidatione pecunia ſtaret otioſa,& ità etiam ſequuta fuit liberatio, & cautio præſtita per creditores,ex quibus ipſiſmet præiudicauerunt,quod optimè probat *text.in l.*4.§.*fin.ff.ſi quis caut.* vbi ha-
35 betur,quòd committitur ſtipulatio in cautione præſtita; in illis caſibus, in quibus pręſtanda non eſſet,quod comprobat *Surd. dec.*260.*num.*19.

Et demùm non obſtat, quòd de ſpecie
36 ad quantitatem non fiat compenſatio,quia hoc communiter limitatur,quando ſpecies non extat,*Farbin.controu.iur.lib.*11.*c.*7.& ſic poteſt fieri compenſatio de fructibus conſumptis cum quantitate,*gloſ.in l.diuortio,§.ob donationes,ff.ſol. matrim. in verbo compenſationis,Socin.iun.conſ.*59.*n.*8.*lib.*1. *Eſcobar d.comput.*14.*n.*16.*Barboſ.in d.l.diuortio,§.ob donationes, ff.ſol.matr.*

Nec etiam obſtat,quòd iſti fructus non erant liquidi, ſiquidèm ſpeciale eſt in caſu prædicto admitti compenſationem cum fructibus, & intereſſe, & etiam pretio in id, quod excedunt fructus,vt ex *l.minor* 25.*annis,* §.*prædia,ff.de minor.* & *l.emptor* 65. *ff.*
37 *de rei vendic.*Nec dicitur illiquidum,quod de breui eſt liquidandum,*Cacher.dec.*92.*in fin.Magon.dec.Lucenſ.*1.*nu.*34. *Menoch.de arbitr.iud.lib.*2.*caſu* 14. *Fab. de Anna conſ.* 101. 2.*volum.*

Secundò, regula prædicta de illiquidis procedit,quando ex qualitate negotij eſſet illiquida,ſecùs quando Reus non vult veritatem fateri,nàm tunc dolosè verſatur,quis enim melius ſcire potuerat quantitatē fructuum perceptorum, quàm ipſemet, qui illos percepit? nàm quilibet poſſeſſor poſſet negotium intricare, & liquidationem dilatare, in damnum creditoris, compenſare volentis,quod non eſt permittendum, *Rota Gen.dec.*118.*nu.*3.Minùs obſtat,quòd ſtante ſolutione, ſiuè depoſito facto, non erat debitor,& ſic cadere non poterat compenſatio,quia ſolutio non fuit alitèr facta, ſed pecunia fuit depoſita,& liberata, cum cautione prædicta,quæ illam facit extare, ac ſi minimè fuiſſet liberata,immò etiam ſi eſſet
38 ſoluta per errorem, facta compenſatione, ipſam conditione indebiti repetere poſſet, *Barboſ.in* 3.*par.rubr. ff.ſolut.matrim.n.*40. *Eſcobar d.comput.*14.*Graſſ.d.except.*16. ſub *nu.*49.

Digitized by Google

nu. 49. neq; de verbis ſententiæ eſt habenda ratio, quia ſatisfacit idem *Frāch. d. dec. 527. num. 12.* nàm verba ſententiæ ſunt intelligenda, prout ius intelligit, ſcilicet, quòd relaxetur res cum fructibus, ſoluto pretio cū intereſſe, in eo, quod excedit quantitatem fructuum, & id, quod *in fine* dicit de verbis, *ſoluto, vel compenſato*, potiùs ad maiorem dilucidationem in futurum eſſe formā-
39 dam ſententiam conſulit, nec verè ſunt dicta verba neceſſaria, quod probatur ex *gloſ. in l. 1. C. ſi maior fact. in verbo ſupplere ſoluendo, vel compenſando*. Nec tandē, quòd non cogitur recipere particularem ſolutionem, nàm prædicta regula limitatur in compenſatione, *l. etiam*, & *l. inuicem, C. de compenſat. Surd. dec. 187. nu. 9. Alciat. in l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cert. pet.* & eſt ratio,
40 quia compenſatio habet vim ſolutionis factæ, non autem faciendæ, & ideò non inquiritur de voluntate, vel noluntate creditoris, *Peregr. conſ. 107. nu. 5. lib. 2. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 18. num. 10. Coſta de port. rata, q. 61. num. 6.* & *Cenc. de cenſib. in addit. ad par. 2. cap. 2. q. 4. art. 7. nu. 6.* quod tantò ma-
41 gis procedit, quando nullus eſt contractus, quia tunc quolibet menſe, & anno fiet compenſatio, *Cacheran. dec. 115. nu. 18. Eſcobar.*
42 *de comput. 14.* ſic etiam in cōtractu cenſuali, *Intrigl. de cenſib. q. 48. n. 7.* & probatur ex *d. l. minor, §. prædia*, & *d. l. emptor.* Quibus om-
43 nibus maturè diſcuſſis, die 3. Martij 1635. iunctis Conſiliarijs duarum Aularum obtinuit Marchio pro tertia parte, pro qua docuit, ſe eſſe hæredem, ad quam fuerunt Cōuenti condemnati, in Banca Act. Magr. Sarri.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compenſationis materia famigerata eſt.*
*Compenſatio nō cadit, niſi inter creditorem, & debitorem, ibid. ideòq; fieri non poteſt per debitorem in præiudicium creditoris anterioris, nu. 2. maximè, ſi creditor anterior petijt, ſibi ſatisfieri ſuper nomine debitoris ſibi obligato, antequàm compenſatio ſit oppoſita, n. 3. & 4.*
5 *Compenſatio fit ipſo iure, parte non opponente, contrarium, num. 6. quando tamen admittatur, vel non, n. 7. 8. 10. 12. & 14.*
9 *Compenſatio habet locum, ſi opponatur per debitorem, ſecùs ſi per illius hæredem, cui datur tantùm retentio, & fit ipſo iure, ad euitandum commiſſum emphyteuta, eſtq; vera ſolutio, num. 10. & parit effectum pecuniæ numeratæ, ibid.*
11 *Compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem, limita, vbi ſpecies non extat, neq; fit, vbi creditum non eſt liquidum, niſi incōtinenti liquidatio fieri poſſit, num. 12. intellige, vt nu. 13.*
13 *Illiquidum non dicitur, vbi de breui eſt liquidandum.*
*Liquidatio dicitur fieri incontinenti, ſi intrà duos mēſes expediri poterit, vel ſaltèm arbitrio Iudicis id remittitur, ibid.*
14 *Compenſatio quando cum debito non liquido fiat.*
15 *Compenſatio poteſt opponi, etiam poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, dummodò ſententia ſit liquida, clara, & aperta, ità vt nullam admittat probabilem diſputationem, nè illius exequutio impediatur.*
*Compenſatio an poſſit opponi, vbi fuit renunciatum exequutioni illius, ibid.*
16 *Creditor anterior non poteſt auocare pecuniam à creditore poſteriore ei liberatam ex depoſito facto per emptorem rei communis debitoris ſub haſta, cum conditione ſoluendi dicto creditori poſteriori, & ità debiſium aſſeritur, nu. 17. ſed ipſi ſunt ſalua iura ſuper re vendita, & ità iudicatum traditur, n. 18.*

1 MAteriam compenſationis in tertij præiudicium tractat *hic* D. meus, & præcipuè à *nu. 27. cum ſeq.* quam famigeratam quæſtionem eſſe, tradit *D. Pratus obſeru. 26. n. 8. cent. 1. pract. obſeru.* ideò vellem, obſerues, quod compenſatio non cadit, niſi inter creditorem, & debitorem, *l. eius, C. de compenſat.* vt etiam tradit D. meus *dec. 124. num. 2. lib. 2. D. Conſil. Staib. reſol. 80. num. 9. lib. 1. reſol.*
2 *forenſ.* ideòq; fieri non poteſt per debitorem in præiudicium creditoris anterioris, vt benè probant *Cuman. conſ. 172. Magon. dec. Lucenſ. 1. nu. 15. Rota Gen. dec. 190. n. 19. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 19. n. 2. & Coſta de retrotract. cap. 9. caſu 5. nu. 12.* & hæc
3 concluſio ſine difficultate admittitur, ſi creditor anterior petijt, ſibi ſatisfieri ſuper nomine debitoris ſibi obligato, antequàm compenſatio oppoſita fuiſſet, eo enim caſu, cùm creditor præuenerit, compenſationi locus eſſe nequit, vt deciſum refert per S. C. *D. de Franch. dec. 53. num. 10.* & etiam admittit D. meus *hic num. 28.* ac pariter *D. Stai-*
4 *ban. d. num. 9.* quicquid in contrarium dixerit *Scaccia de camb. §. 2. gloſ. 5. nu. 424.* quem ſequitur *D. Gaitus de credito tit. 4. quæſit. 7.*
5 *nu. 355. & ſeq.* nàm licèt compenſatio fiat ipſo iure, parte non opponente, vt per *Tindar. de compenſat. art. 6.* & per *Affl. dec. 121.*
6 vbi ſic iudicatum refert, tamen contrarium

eſt verius, vt nullatenus fiat, donec à parte opponatur; ſed poſtquam eſt oppoſita, inducitur ipſo iure, non expectata Iudicis ſententia, ita tradunt *Accurſ. Bart. Bald. Salyc.* & paſſim *Scribentes in l. ſi conſtat, C. de compenſat. Socin. ſen. conſ. 17. nu. 3. vol. 3. Socin. iun. conſ. 147. n. 6. vol. 1.* optimè *Surd. conſ. 246. nu. 27. lib. 2. Barboſ. in l. diuortio, §. ſin. par. 2. nu. 24. ff. ſolut. matrim. D. Reg. Rouit. conſ. 60. nu. 1. vol. 1. Niger Cyriac. lib. 1. controuer. 128. n. 16. Gald. Perrira in §. ſed hæc, n. 90. Inſtit. de inoffic. teſtam. Vrſill. ad Affl. deciſ. 121.* vbi impugnat *Affl.* opinionem, & contra illam communiter *DD.* tenere, affirmat, vt etiam refert, alios cumulando D. meus hic *n. 1. & 2. D. Conſil. Staiban. d. reſol.*
7 80. *n. 7.* ſicut contrà *D. Gaitum loca citato*, eiuſque *ſequacem*, eorumque dicta impugnando latè tradit *D. Andreol. controu. 219. n. 1. cum ſeqq. lib. 3. controuerſ. forenſ.* non tamen admittitur in debito alimentorum, ex traditis per *Iul. Cæſar. Caluin. de equit. lib. 1. c. 7. n. 13. Niger Cyriac. controu. 34. nu. 25.*
8 qui *n. 26.* limitat in alimentis præteritis, nec etiam conceditur, vbi eſt promiſſa ſolutio in denarijs, & non in alia re, cum iuramento, vt per D. meum *n. 23.* & Ego addo *Nigrum Cyriac. controu. 110. n. 1. lib. 1. & controuer. 441. n. 7. & 9. lib. 3.* qui *nu. 8.* intelligit, ſi opponatur per debitorem, ſecùs ſi per hæredē
9 illius, ſic etiam nō admittitur in debito ex cauſa victuali, *l. ob negotiũ*, vbi *gloſ. & Bart. ff. de compenſat. Caluin. ibid. n. 14.* qui *n. 15.* ampliat, etiam in debito ſubſidij charitatiui, ſed datur retentio, vt tradit D. meus *ibidem*, & ſequitur *Niger Cyriac. controu. 224. n. 9. & contr. 441. n. 18.* ſimiliter compēſatio
10 fit ipſo iure ad euitādum commiſſum emphyteutæ, vt tradit *Roderic. de annuis redit. q. 18. n. 7.* quòd autem compenſatio ſit vera ſolutio, ad tradita per D. meũ *nu. 30.* probat etiam *Caluin. in d. c. 7. nu. 12. Niger Cyriac. d. controu. 34. n. 22.* vbi etiam, quòd parit effectum pecuniæ numeratæ.

Et licèt compenſatio non fiat de ſpecie
11 ad quantitatem; tamen id limitatur ſecundum D. meum *nu. 36.* vbi ſpecies non extat, quod etiam admittit *Niger Ciriac. d. controu. 441. nu. 13.* vbi infinitos *DD.* citat, hoc idem tenentes, qui *n. 14.* ait, quòd quamuis
12 illa non fiat, vbi creditum nō eſt liquidum, nam limitatur concluſio prædicta, vbi incontinenti liquidatio fieri poteſt, vt etiam tradit D. meus *n. 37. & deciſ. 197. n. 24. lib. 2. Iulius Cæſar Caluinus in tract. de æquit. d. c. 7. n. 8. & n. 9.* probat, de æquitate admitti compenſationem de liquido ad illiquidum, vbi proceditur, ſola facti veritate inſpecta, ac *n. 10.* deducit, idem procedere, vbi debitor eſt pauper, & onere multorum filiorum oppreſſus; ſic etiam admittitur de æquitate aduerſus obligationem Cameralē, vt p. *Caluin. ibid. n. 4. & 5.* & illiquidum non dicitur,
13 vbi de breui eſt liquidandum, hinc incontinenti fieri liquidationem dicitur, ſi intrà duos menſes expediri poteſt, vel ſaltem arbitrio Iudicis id remittitur, vt egregiè tradit *Niger Cyriac.* vbi ſuprà *n. 16.* ſed vide
14 *Pontanell. deciſ. 206. num. 16.* vbi quando fiat compenſatio cum debito nō liquido, & *D. Staiban.* vbi ſuprà *n. 4.* in materia autem crediti liquidi, vide, quæ dixi in *deciſ. 2. 1. & n. 5.* per totum *n. 19.*
15 Notes etiam vellem, quòd compenſatio poteſt opponi, etiam poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, vt ex *l. 2. §. 1. C. de compenſat.* & *Affl. deciſ. 121.* admittit D. meus *deciſ. 124. n. 1. lib. 1.* & antè ipſum idē voluit *Niger Cyriac. controu. 224. n. 6. lib. 1. controu.* ex *Guid. Papa ſing. 293. & n. 1. & Affl. loc. cit. Caluin.* vbi ſuprà *n. 1.* hoc tamen caſu ſententia debet eſſe liquida, clara, & aperta, vt nullam admittat probabilem diſputationem, ad hoc, vt illius executio impediatur, ad tradita per D. meum *d. dec. 124. n. 28.* vbi ſic per S. C. deciſum tradit.

In materia autem compenſationis videndus eſt *D. Andreol. lib. 3. controu. 215.* ſuper tot. *n. 18.* vbi fundat, poſſe opponi exceptionem compēſationis, quamuis ſe promiſerit ſoluere, & eam non opponere, contra *Affl. dec. 121.* & alios adductos *n. 1. & 2.*

Ead aliam ſimilem quæſtionem, de qua D. meus hîc *n. 9. verſ. quarò addo*, & *n. 12.* an ſcilicet creditor anterior poſſit auocare
16 à creditore poſteriore pecuniam ei liberatam ex depoſito facto per emptorem rei communis debitoris ſub haſta, cum conditione ſoluendi dicto creditori poſteriori, & videtur dicendum, quòd non, quia emptor potuit pecuniæ ſuæ legem imponere, *l. in re*
17 *mandata, C. mandati*, & ità per S. C. fuit iudicatum ad relationem *D. Merlini*, tunc Conſiliarij, poſteà Præſidis eiuſdem S. C.
* mediante ſententia ſub die 23. Ianuarij 1638. in cauſa Thomaſinæ, & Victoriæ de Florentia contra Montem Pauperum Nominis Dei; cùm enim prædictæ ſorores de Florentia egiſſent contra Montem pro reſtitutione duc. 940. liberatorum ex depoſito facto per V. I. D. Io. Baptiſtam Mazzum pro pretio Ruris Ioſephi Mirandæ, empti ſub haſta S. C. & in oblatione erat dictum, cum onere ſoluendi duc. 940. dicto Monti, quamuis Mons fuiſſet poſterior, nihilominùs à dicta reſtitutione fuit abſolutus, ſtante ſolutione facta de conſenſu emptoris, ſed
18 dictis ſororibus fuerunt reſeruata iura ſu-
* per Rure prædicto, ſuper quo poſtmodùm obtinuerunt aſſiſtētiam pro dictis duc. 940. ſub die 23. menſis Martij 1640. ad relationē eiuſdem, in Banca de Spera, proceſſus eſt intitu-

Digitized by Google

titulatus, Sacri Montis Pauperum cum nonnullis debitoribus, & circà materiam auocationis pecuniæ à poſterioribus creditoribus, diximus etiam in *dec. præced. n.* 14. cum *plurib. ſeqq.* *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Contractus ſuper emolumentis officij an poſſit fieri, abſquè Regio aſſenſu, & an nominatus in eo, vigore priuilegij obtenti à Sua Maieſtate, de nominando vno hærede, teneatur contribuere de rata ipſorum ſocio, qui ſoluit in ampliatione prædicta portionem ſuam.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nominatus in officio, dicitur potiùs à Rege concedẽte, quã à nominante, illud habere.*

2 *In emptione officij nihil refert, an pecunia ſit communis, vel propria, ſed cuius nomine emptum ſit.*

*Amplia, quamuis emptio fuiſſet facta de pecunia particularitèr mutuata ad emendum, nu. 3.*

*Limita, vbi eſſet conuentum de officio emendo, num. 33.*

4 *Officium conceſſum pro ſe, & hæredibus, ad primogenitum ſpectat.*

5 *Contemplatio ceſſat in acquiſitione officiorum, ſicut in feudis, prætèr illius perſonã, qui à Principe fuit nominatus.*

6 *Strictiùs in officijs, quã in feudis proceditur.*

7 *Poteſt ſuper emolumentis officij paciſci, abſq; aſſenſu.*

*Idem in officijs Romana Curia, n. 8.*

9 *Actus agentium non poteſt vltrà eorum intentionem operari.*

10 *Societas poteſt tacitè ex factis contrahi.*

*Intellige, vt n. 11.*

12 *Nominatus in officio, non poteſt à nominante in illo grauari.*

13 *Hæres non poteſt cogi ad permanendum in ſocietate.*

14 *Indebitè ſolutum, in ſortem computatur.*

15 *Habens officium pro hærede, dicitur illud habere cum qualitate hæreditaria.*

*Limita, vbi fuerit dictum, pro perſona nominanda, n. 17.*

16 *Verbum, hæres, appoſitum in feudo, vel emphyteuſi, inducit qualitatem hæreditariã.*

18 *Vſusfructus officij conceſſi pro hærede, non dicitur nouus in perſonam hæredis, et ideò ad onera tenetur.*

19 *Vſusfructus officij conceſſi pro hærede, debet per ipſum hæredem in inuentario deſcribi.*

20 *Societas morte extinguitur, & ad hæredes etiam ex pacto non tranſit.*

*Amplia, vt per mortem vnius extinguatur quòad alios, quàmuis plures ſint in ſocietate, nu. 21.*

*Intellige, vt n. 22.*

*Et maximè, vbi adeſt iuramentum, n. 23.*

24 *Societas, vbi ab hæredibus continuatur, cẽſetur, cum eiſdem qualitatibus continuari. & nu. 26.*

25 *Officium, etſi ampliatum, adhùc vnum, & idem officium, vt à principio dicitur.*

27 *Ratificatio poteſt fieri, re, verbo, & conſenſu tacito.*

28 *Ratificare facto, plus eſt, quàm verbis.*

29 *Ratificatio ex ſolutione inducitur, vel ex fructuum perceptione, & n. 31.*

30 *Ratificatio officij, cẽſetur ex petitione pretij.*

32 *Emens rem de pecunia communi, tenetur ad ratam, ad illum ſpectantem.*

*Limita, vbi inter ſocios eſſet conuentum de re emenda, n. 33.*

34 *Societas poteſt contrahi ſuper nouo officio emendo.*

35 *Voluntas contrahentium, magis ex factis, quàm ex verbis declaratur.*

36 *Hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, & adducitur deciſio cauſa, ibid.*

37 *Habens officium ex cauſa oneroſa, non tenetur ad onera.*

# Deciſio XXVI.

Carolus de Alexio dùm haberet vnum ex officijs Magiſtri Actorum Sacri Regij Conſilij, titulo emptionis factæ à Regia Curia, quod tamen conceditur, durante vita conceſſionarij tantùm, procurauit à Sua Maieſtate ampliationem ipſius, pro vno hærede, per ipſum nominando in vita, vel in morte, qua obtenta, in anno 1602. ſe conuenit cum Andrea Imperato, eiq; vendidit medietatem emolumentorum dicti officij, tàm durante eius vita, quàm etiam perſonæ per eum nominandæ, aliam verò dictorum emolumentorum medietatem, eidem Andreæ locauit pro toto tempore eius vitæ, ac perſonæ per eum nominandæ, pro annuis duc. quingentum, pacto adiecto, quòd poſſet extinguere dictum officium pro duc. 6000. quibus ſolutis, omnia emolumenta cedere deberent in beneficium eiuſdem Andreæ, & promiſit

tempore eius mortis, nominare eundem Andream, virtute dicti priuilegij ampliationis, ac etiam cum alio pacto, vt eo caſu, ſi hæredes ipſius Caroli voluerint obtinere à Sua Maieſtate aliam ampliationem, teneatur Andreas contribuere in expēſis pro medietate, & è cōuerſo, ſi Andreas voluerit, dictum ampliationis priuilegium obtinere, tenerentur hæredes Caroli contribuere.

Poſteà in anno 1604. idē Andreas vendidit dictam medietatem emolumentorum quond. Scipioni Scacciauento pro eodem pretio, & affictum alterius medietatis retrocesſit dicto Carolo de Alexio, qui de nouo illud locauit eidem Scipioni pro eodemmet pretio annuorum duc. 500. & cum eiſdem pactis, & conditionibus ſuprà expreſſis; Qui poſteà, vigore poteſtatis ſibi attributæ, ſe liberauit à ſolutione annuorū duc. 84. ſoluendo capitale duc. 500. pro reliquis verò annuis duc. 416. durante eius vita ſoluit affictum prædicto Carolo, iuxtà conuētionem, & in anno deindè 1607. obtinuit à Sua Maieſtate aliam ampliationem, pro vno hærede nominando in vita, vel in morte, ſoluendo Regiæ Curiæ duc. 2500. in qua ſolutione pro medietate contribuerunt hæredes Caroli per ſolutionem factam per Iuſtinum Vallettam eorum tutorem duc. 400. alios verò duc. 850. Scipio penès ſe retinuit ex quantitate debita pro affictu dictorum emolumētorum, quod factum fuit habitum pro vero, quamuis per partē difficultaretur.

Mortuo deniq; Scipione, qui virtute poteſtatis ſibi attributę nominauit in dicto officio V. I. D. Franciſcum Antonium de Scacciauento, qui etiam per multos annos correſpondidit hæredibus dicti Caroli de dictis ann. duc. 416. Immò cùm defeciſſet à ſolutione, fuit etiam per bina decreta S. C. coactus, illam continuare.

Qui tamen Franciſcus Antonius prætendendo, ad prædictam annuam preſtationem minimè teneri, inſtituit iudicium in petitorio, petendo, declarari, ad illam non teneri, immò condemnari hæredes Caroli ad reſtituendum exactum poſt mortem Scipionis patris; & compilato proceſſu, ex pluribus obtinere prætendebat, & primò, quia hoc officium in perſonam ipſius Franciſci Antonij erat nouum, non illud, quod habebat

1 Carolus de Alexio, & nominatus non dicitur, habere officium à nominante, ſed à Rege, qui facultatem nominandi conceſſit, vt probant *Andr in cap. 1.* ſub *num. 50. de pace iuram. firm. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 35. num. 7. & q. 53.* ſub *n. 3. Georg. in lectur. feud. cap. 54. nu. 77. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Reg. §. 2. n. 50. & conſ. 109. nu. 4. vol. 2. Rouit. conſ. 104. num. 3. Valenz. conſ. 155. nu. 14. vol. 2.* Sed quamuis, non officium, quod non poteſt eſſe in dominio duorum, ſed eſſet res allodialis, & hæreditaria, & quæ poſſet eſſe in duorum dominio;

2 tamen, quia Scipio, dictam ampliationem emit nomine proprio, licèt de pecunia communi, adhùc ad ipſum, cuius nomine fuit facta emptio ſpectaret, nec aliqua ei, de cuius pecunia fuiſſet medietas empta, ſuper ipſa re actio competeret, ſed tantùm haberet perſonalem actionem pro pecuniæ repetitione, *l. penult. C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. ſi patruus, C. comm. vtriuſq; iudic. l. Titiam & Meuium, §. altero, ff. de admin. tut.* cum alijs congeſtis per *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q. 627. num. 13.* quod procederet, quam-

3 uis res fuiſſet empta de pecunia particulariter mutuata ad emendum, vt poſt alios habetur ex *Neguſant. de pignor. 4. membr. 2. par. num. 163.*

Quod in caſu noſtro, dicebatur, eſſe abſolutum, cùm officium Magiſtri Actorum ſit indiuiduum, & vni tantum perſonæ poſſit acquiri; Officij enim natura eſt, vt non ad omnes filios peruenire poſſit, ſed tantùm primogenitus in eo ſuccedat, quando eſt

4 conceſſum pro ſe, & hæredibus, *Andr. in cap. 1.* poſt *nu. 4. de feud. guard.* & latè hoc fundat *Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, C. de teſtam. in 10. ampliat.* poſt *n. 25. Franc. de Amic. de ijs, qui feud. dar poſſ. verſ. natura vitam officij, fol. 62.* nàm in hoc feu-

5 do æquiparatur, & ideò nulla cadere poteſt alterius perſonæ contemplatio, pręter illius, qui à Principe nominatur, & inueſtitur, *Camill. de Medic. conſ. 169. num. 20.* vbi ex hoc infert *num. 21.* quòd nihil refert, an pecunia ſit communis, vel propria alicuius, nec ille, de cuius pecunia officium erit emptum, habere poteſt ſuper eo ius, ſiuè hypothecam, neq; dominium, abſq; aſſenſu Suæ Maieſtatis, vt ex multis habetur per *De Ponte dec.*

6 *Collater. 28.* immò ſtrictius proceditur in officijs, quàm in feudis, vt notauerunt, præter *Medic. & De Pont. in loc.* allegat. *Conſil. Theodor. alleg. 41. & Reg. Rouit. d. conſ. 104.*

Quæ quidem pro parte hæredum Caroli de Alexio non negabantur, ſed dicebatur, quòd in ipſo officio non prætendebant ali-

7 quod ius, ſed tantùm ſuper emolumentis, reſpectu quorum poteſt paciſci ad libitum, abſq; aſſenſu, ex traditis per *Petr. de Vbald. de duob. fratr. in 5. par. n. 18.* & per *Roman. conſ. 469. nu. 6. Menoch. conſ. 1064. num. 13.*

8 & in officijs Romanæ Curiæ *Seraphin. dec. 1294. num. 3. & 6.* vbi quamuis reſpectu tituli non ſint in commercio, abſq; Pontificis licentia, tamen reſpectu fructuum poteſt habere de eis paciſci, quod latè fundat *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 670. nu. 12.* cum *ſeqq.* & in fructibus feudi, habetur ex *Afflict. dec. 26. Andr. in cap. 1. de duob. fratrib. de benefic.*

noſt. inuict. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 58. in nouiſſ.

Prædictis tamen replicabatur per Scacciauentum, quòd neq; ſuper emolumentis aliquod ius erat quæſitum dictis de Alexio, quia deficit contractus, ſiquidèm ſi attendimus contractum initum cum Scipione eius patre, & nullum adeſt pactum, quòd ſequuta ampliatione facienda, ac facta ſolutione pro medietate expenſarum erogandarum in ipſa, participarent in emolumentis dicti officij; neq; hoc poteſt intelligi per ſubauditum intellectum, quamuis enim actum ſit, vt quilibet ex contrahentibus poſſet ampliationem obtinere, & alius alteri contribuere, tamen potuit fieri ad alium finem, &
9 non cauſa participationis emolumētorum, & actus agentium non poteſt operari vltrà eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat. l. obligationum ſubſtantia, ff de act. & obligat. l. cùm te,* C. *de pact. inter empt. & vendit.* quæ intentio contrahentium debet apparere ex verbis expreſſis, non per ſubauditum intellectum. Et quatènus prætendatur, ſaltim eſſe contractam ſocietatem ſuper emolumentis officij, adhùc duo opponebantur. Primò, non eſſe contractam, neq; tacitè, neq; expreſsè. Secundò, quatènus eſſet dicta ſocietas contracta, non poterat obligari ipſe Franciſcus Antonius ad permanendum in ſocietate. Et propterea dicebat, ſatis apparere ex contractu, nullam fuiſſe factam ſocietatem expreſſam ſuper
10 emolumentis poſt mortem Scipionis, neq; etiam tacitè, quamuis enim ſocietas poſſit tacitè ex factis contrahi, vt per *Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 6. num. 24. verſ. ſecundo verò caſu, Ioſeph Ludou. commun. concluſ. 53. Roman. conſ. 168.* tamen hoc de-
11 bet eſſe ex illis factis, quæ citrà ius, & nomen ſocietatis minimè fieri valeant, veluti per contractus, communi nomine geſtos, vel ex communicatione lucrorum, & ſimilibus, *Bart. in d. l. Titium, & Meuium, § altero, num. 5. ff. de adminiſtr. tut. Dec. conſ. 68. & in rubr.* C. *qui teſtam. facer. poſſ. num. 13.* quæ omnia, dicebatur, quòd deficiebant in caſu noſtro.

Secundum verò aſſumptum, quòd non poterat adſtringi Franciſcus Antonius, fundabatur etiam ex duobus, & Primò, ex illa maxima ſuperiùs fundata, quòd in perſo-
12 nam nominati dicitur nouum officium, quod habet à Rege, non verò à nominante, & proindè, neq; expreſsè potuiſſe ab eo grauari, vt tenuit *Maur. ſenior alleg. 75. nu. 3. De Pont. conſ. 109. vol. 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 35. & 53. Rouit. conſ. 43. nu. 1. vol. 2.* Secundò, quia quamuis illud haberet à nominante, & vti ipſius hæres, tamen hoc pactum, quòd ſocietas duret, etiam poſt mortem ipſorum ſociorum, eſt de iure inuali-
13 dum, neq; poteſt cogi hæres ad permanendum in ſocietate, eſt *text. in l. adeò,* & in *l. nemo, ff. pro ſocio,* cum alijs adductis per *Dec. conſ. 212.* & per *Conſil. Theodor. alleg. 14. num. 14.* latè etiam hoc fundat *Maſtrill. dec. 135. nu. 26. & ſeq. Caſtracan. de ſociet. offic. cap. 14.* & propterea omne id, quod eſſet ſolutum poſt mortem Scipionis, quia
14 re vera ſocietas conſiſtere non poterat, deberet in ſortem computari, idem *Caſtracan. cap. 8. nu. 32.*

Quibus reſpondebatur per dictos hæredes, quòd hoc officium Magiſtri Actorum habebat Franciſcus Antonius, vti nominatus à Scipione patre, virtute facultatis ei conceſſæ in dicta ampliatione, pro vno hærede nominando, & ſic non poteſt, illud poſſide-
15 re, niſi cum qualitate hæreditaria, quotieſcunq, enim, tàm in feudo, quàm in emphyteuſi, quàm etiam in officio apponitur ver-
16 bum, *hæres,* ſucceſſor non poteſt, illud habere, abſq; qualitate hereditaria, & de feudo loquitur *Andr. in cap. 1. § hoc quoq; col. 1. de ſucceſſ. feud.* & de emphyteuſi *Caldas de iur. emphyt. lib. 2. q. 22* & de officijs *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 1. q. 53. num. 4* & pro hac opinione ſtant deciſiones Regiæ Cameræ, relatæ per *Reg. Rouit.* poſt *conſ. 106. 1. vol.* & fuit etiam deciſum in cauſa Dominici Guadagni, prout idem *Rouit.* refert, & ideò teneri ad onera impoſita per defunctum, dixit *Reg. Tap. in Conſtit. Regni,* incip. *Officia, quæ perſonis, num. 10. par. 2. Iuris Regni, fol. 126.* doctus *Montan. in repet. cap. Imperialem, § præterea Ducatus, num. 31. & Reg. Reuerter. in dec. 56.* impreſſa poſt *conſ. 106. Reg. Rouit. in 2. vol. num. 7.* quod ſecus eſſet,
17 quando conceſſio non diceret, pro hærede, ſed pro perſona nominanda, vt aduertit *Reg. Rouit. d. conſ. 104. num. 9.* Simile eſt in vſufructu, qui licèt in perſonam hæredis dicatur nouus, ex eo, quia per mortem finitur in perſonam defuncti, *l. 1. ff. de ſeruit. & §. finitur, Inſt. de vſufr.* & in perſonam hæredis dicitur nouus, tamen tranſit ad hære-
18 des cum qualitate hæreditaria, *l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ità, ff. de verb. oblig. Frec. in 13. auth.* poſt *num. 9.* & latiſſimè *Phanuc. de inuent. part. 6. n. 48.* qui ex hoc dicit, eſſe po-
19 nendum in inuentario, ſequitur *Regens Rouit. d. conſil. 104. n. 8.*

Ad ſecundum verò obiectum reſponde-
20 batur, quòd morte finitur ſocietas, ità vt ad hæredem tranſire non poſſit, etiam ex pacto, vt habetur in *§ ſoluitur, Inſt. de ſociet. l. actiones 56. § morte, ff pro ſoc.* q; ēt ampliatur, quāuis ſint plures ſocij, nā morte vnius,
21 extinguitur ſocietas, ēt quoad ſuperuiuentes, *d. § ſoluitur, & d. § morte, Bal. conſ. 448. lib. 4. Surd. conſ. 20. 1. vol. num. 3.* immò nec ex

ex pacto poterit ad hæredes tranſire, *l. nemo poteſt, l. adeò, & l. ſi fratres, §. idem reſpōdit, ff. pro ſocio*, ratio, quæ traditur à *Bart. in d. l. adeò*, eſt, quia ſi tranſiret ad hæredes, impediretur teſtamenti factio, quod optimè probat *text. in d. l. ſi fratres, §. idem reſpondit, il primo, ff. pro ſocio*, ex qua ratione infert *Surdus d. conſ. 20. nu. 22.* quòd hoc procedere
22 poteſt in ſocietate vniuerſali omnium bonorum, ſecùs verò in ſocietate vnius negotij, quia per diſpoſitionem aliquorum non impeditur teſtari de alijs, *Oldrad. conſ. 139. Crauett. conſ. 19. nu. 7. Cacheran. deciſ. Pedemont. 100. nu. 26.* quod meliùs comprobat *Gratian. diſcept. forenſ. c. 276. vol. 2. nu. 6.* ex *Honded. conſ. 44. nu. 82. vol. 2. & Riminald. iun. conſ. 234. n. 208. & 209. lib. 3.* qui ità reſpondit ad *text. in d. §. idem reſpondit*, quod
23 etiam probat *Dec. conſ. 292.* ſub *nu. 5.* & eò magis, dicunt procedere *Surd. & Gratian.* vbi adeſt iuramentum, *Io. Faber in §. ſoluitur, Inſtit. de ſociet.* & ſic ex ijs dicebatur, iura loquentia de ſocietate vniuerſali, non obſtare in hoc caſu.

Inſupèr reſpondebatur, quòd quatènus eſſemus in ſocietate vniuerſali, quæ neq; ex
24 pacto poteſt ad hæredes tranſire, poteſt tamen benè continuari ab ipſis hæredibus, & eò ipſò, quòd continuatur idem negotium, cenſetur continuata ſocietas cum eiſdem qualitatibus, *Pariſ. cōſ. 82. n. 36. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 121. n. 88.*

Nec, dicebatur, poſſe dubitari, quòd illud pactum inter Scipionem, & Carolum, vt vnuſquiſq; eorum poſſet ampliationem obtinere, & vnus alteri expenſas contribuere, fuerit pactum, ad finem, vt poſt mortem Scipionis perſona nominanda, eādem communitatem emolumentorum continuaret, quia hæc ampliatio fuit obtenta tempore vitæ Scipionis, qui etiam officium prædictū poſſidebat, durante eius vita, ſtante nominatione facta per Carolum, & illud fuit ampliatum à Rege, tempore, quo durabat primum, & propterea dicitur vnum, & idem
25 officium, à principio acquiſitum, ac ſi tempore acquiſitionis fuiſſet dicta ampliatio inſita, vt voluerunt *Doctores in l. dies cautioni, ff. de damn. infect.* & eſt *text. in l. ſed etſi manente, ff. de precario*, per quæ iura ità concludit *de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de poteſtat. ſubſtit. in offic. n. 6. & 7.* & eum ſequitur *Rouit. d. conſ. 104. nu. 12. de Georgio* in ſuis *repetit. feudal. c. 54. n. 80. fol. 401. Maur. iun. alleg. 10. n. 19.* & ità à partibus fuit etiam practicatum, cùm hæredes de Alexio, non ſolùm contribuerunt pro medietate expenſarum erogatarum pro obtinenda ampliatione in Curia Suæ Maieſtatis, ſed etiam pro expeditione exequutionis dicti priuilegij, facta in hoc Regno, & ipſe idem Franciſcus Antonius nominatus ſoluit per multos annos duc. 416. prout eius Pater ſoluebat, immò voluit, quòd contribuerent prædicti hæredes condemnationi factæ in Generali Viſitatione per Nobiliſſimum, & eximium Iurecōſultum D. D. Franciſcum Antonium de Alarcon, de Supremo Caſtellæ, & Cubiculi Suæ Maieſtatis Conſiliariū digniſſimū, moribus, & doctrina clarum, & in albarano expreſsè dicitur, quòd dicti hæredes de Alexio participabant in emolumentis, ex quibus etiam ſequitur alia iuris concluſio, quòd quàmuis morte Scipionis eſſet extincta illa emolumentorum ſocietas, tamen ſi ſuperſtites idem faciunt, quod præmortuus ſolitus erat facere, ſocietas durabit, non quòd prior morte vnius ex ſocijs non ſit finita, ſed quòd eiſdem modis,
26 quibus contracta priùs fuerat, cenſeatur renouata, & tacito conſenſu repetita, prout in terminis voluit *Faber* in ſuo *Codice, tit. 27. pro ſocio, lib. 4. diffinit. 4.* & procedit in omnibus contractibus, qui conſenſu perficiuntur, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. l. in rebus, §. fin. & l. 1. & l. precario, ff. de precar.* & ex factis, & tacito conſenſu indu-
27 cta fuit ratificatio omnium eorum, quæ Scipio eius Pater geſſit, *l. Paulus, ff. rem rat. haber. Gratian. diſcept. forenſ. c. 499. nu. 26.*
28 immò plus eſt, ratificare facto, quā verbis, *d. l. Paulus, & l. 3. §. fin. ff. rem rat. haber. l. quidam ex parte, ff. de euict. Mut. dec. Sicil. 55. n. 29. Camill. de Medic. conſ. 124. n. 18. & conſ. 161. n. 3. Staiban. cōſ. 5. n. 5. & cōſ. 75. n. 10. Caſtill. deciſ. Sicil. 18. nu. 43.* & in termi-
29 nis, quòd inducatur ratificatio ex ſolutione facta, latè idem *Caſtill. deciſ. 26. nu. 18. Muta deciſ. 67. nu. 12. Medic. conſ. 22. nu. 18.*
30 *Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 499. nu. 31.* & in officijs, quòd inducatur ratificatio per petitionem pretij, latè *Gratian. c. 944. nu. 55. & nu. 58.* vbi, quòd ex petitione fructuum, vel
31 eorum receptione inducitur ratificatio nouationis eiuſdem ſocietatis.

Nec prædictis contradicit, quòd Scipio emit à Regia Curia ampliationem, nomine
32 proprio, nam quàmuis ſi vnus ex ſocijs in ſocietate ſingulari emat rem aliquam, nomine proprio, etiam de pecunijs communibus, non poſſit cogi ad communicandum rem emptam, ſed tantummodò ad exburſandum ratam pecuniarum, ad ipſum ſpectantem, *gloſ. in l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſoc. Menoch. conſ. 122. nu. 7. in fin. & nu. 10. Ioſeph Ludouic. comm. concl. 3. verſ. in ſocietate*, vbi *fol.* mihi 122. à *ter.* dicit, quòd eſt
33 magis communis opinio, fallit tamen, quādo inter ſocios eſſet conuentum de re emēda, prout fuit in caſu, de quo agebatur, nam ſi ematur à ſocio, nomine proprio, debet res illa communicari, *Guid. Pap. conſ. 20. nu. 8.*

*Petr.*

Digitized by Google

*Pau. de Vbal. de duob. fratrib. p. 5. col. 2. verſ. prima caſu, Menoch. conſ.* 122. ſub *num.* 20. *verſ. attamen adhùc conſtat.*

Et dato pro vero, quòd officium ampliatum in perſonam nominati, dicatur nouum; tamen certum eſt, quòd hæc conuentio de
34 ampliatione obtinenda communibus ſumptibus, trahit ſecum communionem emolumentorum, nàm poteſt ſocietas contrahi ſuper nouo officio emendo, *Puteus dec.* 67. *lib.* 3. & eum ſequitur *Zach. de ſociet. offic. in princ. nu.* 27. poſt *Caſtrac.* & alios, quos allegat, & per conſequens iàm facta tenet, & ſatis probata eſt contrahentium voluntas ex ipſo facto, cùm vigore dictæ ampliationis per plures annos poſteà ſoluerit annuos duc. 416. prout per priùs ſoluebat Scipio, & Franciſcus Antonius voluit, quòd hæredes de Alexio contribuerent pœnæ impoſitæ per Regiam Generalem Viſitationem ſuper emolumentis exactis, vt ſuprà diximus, vbi datur ratio, quia ad ipſos ſpectabant emolumenta, & voluntas contrahentium magis
35 ex factis, quàm verbis declaratur, *can. non omnes* 1. *q.* 1. *c. cauete* 22. *q.* 5. *l. ſi tamen,* §. *is, qui, ff. de ædil. edict.* per quæ iura in terminis contractæ ſocietatis ità tenuit *Mantica de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 9. *nu.* 10. & quàmuis prædicta fuerint geſta per Franciſcum Antonium, & non per Scipionem contrahentē, aduertatur, quòd ipſe Franciſcus Antonius, vltrà, quòd eſt nominatus heres in dicto officio, & proptereà non poteſt habere illud,
36 niſi titulo hæreditario, vt ſuprà eſt fundatum, fuit etiam hæres vniuerſalis Scipionis, & ſic cenſetur eadem perſona cum defuncto, vt in *auth. de iur. iuran. à moriente præſtito, in princ. l. ſtipulatio iſta habere, verſ. ſed ſi obligat, ff. de verbor. oblig. Bal. in l. vnica, C. de act. empt. & in l.* 2. *in princ. ff. de hæred. vel act. vendit.*

Quibus plenè diſcuſſis iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum die 19. Iunij 1637. ad relationem Regij Conſiliarij D. Franciſci Sauij fuit communi voto determinatum, abſoluendos eſſe hæredes Caroli de Alexio ab impetitis per dictum Doctorē Franciſcum Antonium Scacciauento, qui pro præterito, & in futurum continuare debeat ſolutionem dictorum ann. duc. 416. Verùm, ſtante, quòd aderant creditores, fuit dictum, quòd de eis faceret depoſitum. Actuarius eſt Iuuenis pro Cioffo. Cui quidèm deciſioni nōn obſtat alia deciſio facta per Sacrum Conſilium in vna Aula, in cauſa Andreæ Vulpicella cum Conſtantia Criſpo, ad relationem D. Regentis Zufiæ, tunc cauſæ Commiſſarij, die 21. Ianuarij 1633. per quam fuit abſoluta Conſtantia Criſpo, perſona nominata in officio Magiſtri Actorum Regiæ Cameræ Summariæ à Ioanne Baptiſta eius patre, ab impetitione dicti Andreæ Vulpicella, creditoris dicti eius patris, qui carens aſſenſu, petijt, illam condemnari, vti hæredem, & poſſeditricem dicti officij, quia in dicto caſu ipſa habuit officium,
37 & nominationem prædictam, titulo oneroſo, ex cauſa dotis eidem promiſſæ, vt ſuprà in *deciſ.* 6. pleniùs eſt fundatum, & ſic termini ſunt diuerſi.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Officium à Rege ampliatum ad beneficium vnius hæredis, per ampliantem nominandi, eſt obnoxium creditoribus, & legatarijs nominantis.*

*Nominatus in officio non ſuccedit ex propria perſona, ſed cum qualitate hæreditaria, ibid. & nu.* 9. *& tenetur conferre pretium hæredi vniuerſali, & creditoribus defuncti, n.* 10.

2 *Quæſtio huius deciſionis, facti, non iuris eſſe proponitur.*

3 *Votum* D. Conſil. D. Franciſci Sauij *in hac cauſa additur, per tot. n.* 11.

4 *Emptor tenetur ad ſolutionem pretij rei emptæ.*

*Emptio ex quibus præſumatur. ibid.*

5 *Ampliatio non poteſt obtineri, niſi vigore inſtrumenti emptionis, non autem locationis, n.* 7.

6 *Locator non poteſt refricare quæſtionem dominij.*

8 *Hæres vniuerſalis ſuccedit in officio, ſi non fuit facta nominatio.*

11 *Filius nominatus à patre in officio, alio vniuerſali hærede inſtituto, tenetur, dictum officium in legitimam imputare.*

12 *Res empta de pecunia ſocietatis, prauia conuentione, quamuis ab vno ex ſocijs proprio nomine ematur, debet in ſocietate communicari, intellige in allodialibus, nu.* 13. *non autem in feudalibus, nu.* 14. *& ità deciſum adducitur, num.* 15.

*Socius emptor bonorum feudalium, ſuccedit in feudo, ſed tenetur, durante ſocietate communicare fructus, & illa finita, exburſare pretium ex communi pecunia ſolutum, d. nu.* 14. *quod procedit etiam in officijs, nu.* 16.

17 *Mutuans pecuniam vinculatam pro facienda emptione alicuius rei, ſi per mutuatarium, de conſenſu mutuantis implicetur in aliqua ſocietate, an habeat obligatum conſocium mutuatarij, cum quo non contraxit,*

*tranit, actione de in rem verſo. & nu.19. 20.21. & 22. vbi deciſio adducitur.*

18 *Actio de in rem verſo datur directò, & obliquò, quando detur directè, n.19. & quando obliquò, n.20.*

21 *Conſocius in actione de in rem verſo, obliquò à mutuante, vel eius creditoribus conueniri poteſt, ſed contrariam opinionem ſubſtinent* Alber. Petr. de Vbald. & Cephal. *diſtingue, vt ibid. ſed ſecundùm opinionem* Alberic. *& aliorum deciſum per S.C. traditur, n.22.*

DE hac deciſione meminit *D.Conſil.Staiban.reſol.* 59. *nu.9. &* 81. *lib.*1. vbi latè declarat, quòd ſi officium Magiſtri Actorum S.C.
1 fuerit à Rege ampliatum in beneficiũ vnius hæredis, per ampliantem nominandi, erit obnoxium omnibus creditoribus, & legatarijs nominantis, & nominatus non ſuccedit ex propria perſona, ſed cum qualitate hæreditaria, & ità deciſum teſtatur, ſed hac in re, eſt videndus *Montan. de regal.* ſub *tit. de regal. offic.* vbi de nominatione in officio, eiuſquè diſpoſitione, & obligatione prolixiùs agit.

Sed ego obſeruo, quòd licèt per iuris articulos quæſtio huius deciſionis ſit determinata, vt colligitur ex traditis per D. meũ, tamẽ illã facti, nõ iuris eſſe, pro vero habuit
2 D.Conſiliar. *Sauius*, vnus ex Dominis votantibus in cauſa prædicta, vt colligitur ex eius voto ſcripto in calce *Allegationum* pro hæredibus Caroli de Alexio, editarum per *D.Io. Archamonum* Aduocatum, & Patritium benemeritum, poſteà Iudicem M.C.V. ob cuius impedimentum cauſam defendit *D.Staibanus*, vt refert *d.n.81.* quod eſt tenoris ſequentis, videlicèt.

3 *Cauſa hæc facti eſt, non iuris, ab Aduocatis non benè perſpecta; dico, facti, quia Carolus de Alexio habebat hoc officium pro ſe, & vno hærede nominando, empto, & ampliato ex propria pecunia, medietatem huius officij vendidit, aliam medietatem, vel vendidit, vel locauit; ſi vendidit, quæſtio non intrat, an habeat ob ampliationem obtentam à Scipione Scacciauento, tanquàm ex noua*
4 *gratia à Rege, quia effectus venditionis eſt, vt teneatur emptor ad ſolutionem pretij, quod ſit emptum, patet, quia promiſit Carolus nominare perſonam, ad electionem Scipionis in dicto officio, qui ſi ob malam adminiſtrationem amiſerit officium prædictum, nihilominùs teneatur Scipio ad ſolutionem pretij; patet etiam, quia hanc ampliationem, quam obtinuit Scipio, habuit virtute pacti, in inſtrumento adiecti, ſine quo non potuiſ-*
5 *ſet obtinere nominationem, & ſic emptio facta per Scipionem, fuit cauſa ampliationis, ſine qua ampliationẽ obtinere nõ potuit, quia non entis nulla ſunt partes, & quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati,* l.manumiſſiones, ff.de iuſt.& iur. *ſi locauit, non poteſt re-*
6 *fricare quæſtionem dominij, an habuerit à Rege, tàquàm ex noua gratia, ſi, vel nè, quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati,*
7 *vt dixi, nã ſi fuit locatio, ampliationẽ obtinere non potuit, quæ regulatur ab emptione.*

*Sed in facto aduerto, quòd Carolus neminem nominauit in officio, ſed tantùm ſubſtituit in eo Scipionem, virtute facultatis ſibi conceſſæ, vt legitur cap. 2. & ſuccedit*
8 *concluſio, quòd habens facultatem nominandi, non facta nominatione in officio ampliato, ſuccedit hæres vniuerſalis, tanquàm in officio remanſo in hæreditate, ſic paſſim obſeruari in Regia Camera, refert* D.Reg.Rouit.conſ.106.nu.11. *quòd non fuerit nominata perſona, patet ex ſubſequenti cap. . . . vbi aſſeritur.* Che morendo Carlo, ſia in arbitrio de ſuoi heredi, di ottenere altra ampliatione, *ſi nominaſſet Scipionem, dixiſſet, ſi Scipio, non Carolus moreretur, & quæſtio eſt ſopita, dùm adhùc durat vita hæredis Caroli, & licèt Scipio obtinuerit ipſe in vita, hoc fuit contra pactum, quod fuit, vt moriente Carolo.*

*Sed dato, quòd nominaſſet Scipionem tan-*
9 *quàm extraneum, & ſeorſum ab hærede vniuerſali, certum eſt, quòd officium non potuiſſet habere, niſi cum qualitate hæreditaria, reſpectu illius officij, vt refert* D.Reg. Rouit.d.conſ.106.nu.4. lib.2. *& fuit deciſum in cauſa illorum de Guadagno, tenet* Frecc.q.53.num.4. de ſubfeud. *ideò tenetur*
10 *conferre pretium hæredi vniuerſali, & creditoribus defuncti, cùm certum ſit, quòd fa-*
11 *cta nominatione per patrem in perſonam vnius filij, inſtituto alio hærede vniuerſali, quòd filius nominatus tenetur imputare officium in ſuam legitimam, per* text. in l. omnimodò, §. imputari, C. de inoff. teſtam. & l. illud, C. de collat. *hæc ille.*

Concludit etiam D. meus *num.33.* quòd
12 quando inter ſocios eſt conuentum, de re emenda, tunc licèt ematur à ſocio, proprio nomine, debet res illa communicari in ſocietate, ideò, vellem obſerues, quòd prædi-
13 cta concluſio locum ſibi vendicat in allodialibus, vt tradit *Menoch.* qui *DD.* citat *conſ.*122.*num.*17.*lib.*2. non tamen verificari
14 poteſt in feudalibus, in quibus emptor tãtùm ſuccedit, qui durante ſocietate, communicare debet fructus feudi ſocietati, illaquè finita, pretium ex communi pecunia ſocietatis exburſatum, reſtituere tenetur, vt expreſsè habetur in *cap.* 1. §. *ſi duo fratres, de fratr. de nou. benef. inueſt.* vbi *Iſern. nu.2. Bald.* antè *num.1. Affl. num.7.* & habetur per *D.Reg. de Ponte lect. feudal.9.num.*48. & ità per

per S.C. fuit determinatum in cauſa Horatij
15 Salerni, cuius partes tuebatur D. *Lælius Gizzius* Frater, & Dominus meus cum Fabritio Salerno, inita enim ſocietate inter eos,& alios duos fratres negotij, fuit initum albaranum inter omnes ipſos fratres, de emẽda Terra Roſarum de communi pecunia ſocietatis, illaq; empta per Horatium proprio nomine cum Regis aſſenſu, nulla facta mentione, quòd pretium ſoluebatur de pecunia ſocietatis, fuit in anno *1636.* mediante ſentẽtia S.C. declaratum, terram prædictam eſſe emptam de pecunia communi, ſeruata forma albarani, pro cuius ſententiæ exequutione fuerunt interpoſita plura decreta domi per D.Conſiliarium *Prouenzalem*, quòd dictus Horatius ſolueret dicto Fabritio, tàm ex perſona propria, quàm aliorum fratrum, ratam pretij exburſati in emptione prædicta, vt ex actis in Banca de Lõgo, nunc Burrelli, iuxtà tradita per D.meum *n.*31. quam concluſionem procedere etiam
16 in officijs, quæ ſunt de Regalibus, probat *num.*5.

Et dùm in hac deciſione, de ſocietate agit D.meus, obitèr etiam obſeruo aliam
17 vtilem quæſtionem, an mutuans pecuniam alicui vinculatam, pro facienda emptione rei ſtabilis, ſi poſtmodùm per mutuatarium de conſenſu mutuantis implicetur pecunia in aliqua ſocietate,& ſic, in alium finem, habeat obligatum cõſocium mutuatarij, cum quo non contraxit, actione de in rẽ verſo,&
18 videtur reſpondendum cum diſtinctione, actio enim de in rem verſo duobus modis datur, directò, & obliquò, & datur directò, quando pecunia verſa fuit in vtilitatem cõ-
19 ſocij, vt in *l. Marcellus, ff. de in rem verſo*;& dicitur, in eius vtilitatem verſa, ſi ad ipſum, vel ad ipſius familiam, vel ad aliquem ex ſuis creditoribus peruenerit, *l.*3.§. *in re autem, ff. eodem*, quæ quidèm actio de in rem verſo competit tantùm in caſibus, in quibus Procurator mandati, vel, qui negotia geſſit, negotiorum geſtorum habet actionem, vt in *d.l.*3.§. *& regularitèr*, ideòq; ſi mutuatarius non habuit mandatum à conſocio de capiendo pecuniam prædictam, non obligat conſocium,& datur obliquò, quia pecunia
20 verſa fuit in beneficium ſocietatis, ſaltem deſtinatione, quo caſu ſocius contrahens obligat conſocium, licèt non contrahẽtem, *l. iure ſocietatis*, iuncta *gloſ. ibi, in verbo communem, ff. pro ſocio*,& hoc caſu, conſocius à
21 creditore mutuante conueniri poteſt, vt latiſſimè poſt alios probat *Gratian. lib.*4. *diſcept. forenſ. c.*631. per totum, reprobando opinionem negatiuam *Alberici*, *Petri de Vbaldis*, *Cephali*, & aliorum, *nu.*7. & 8. qui poſtmodùm conciliando opiniones prædictas, probat, negatiuam ſententiam procedere in actione directa, affirmatiuam verò, quam ipſe tuetur, in actione obliqua, ſeù vtili, vt habetur *n.*9.& quòd proindè *text. in d.l. iure ſocietatis*, quamuis loquatur inter ſocios, tamen etiam extenditur ad fauorem creditoris, propter vtilitatem, quam ex verſione conſocius percipit, ad quod *d.n.*8. infinitos adducit.

22 Verùm, S.C. in cauſa hæredum Io.Alphõſi Carmignani cum Gabriele de Martino, hanc diſtinctionem non admiſit, ſed iudicauit pro opinione negatiua, amplexa ab *Aber. Vbald. Cephal.*& alijs, ideòq; fuit abſolutus dictus Gabriel conſocius Aſcanij Compoſtæ, qui acceperat duc.10.m. à Marchione Ienzani, pro illis conuertendis in emptionem annuorum introituum, vel bonorum ſtabilium, cum alijs duc.20.m. proprijs ipſius Aſcanij,& prætẽdebatur, cõuerſos eſſe in ſocietate poſteà inita inter dictũ Aſcanium,& Gabrielem, qui moleſtabatur à dictis de Carmignano creditoribus prædicti Marchionis, de menſe Februarij 1633. in Banca Carboni, patrocinante pro Carmignanis inſigni Viro, ac Aduocato primario D. *Michele de Salamanca*, poſteà Regio Cõſiliario meritiſſimo, nunc Regente Decano Supremi Italiæ Senatus digniſſimo, & pro Gabriele in iure ſcripſit D. *Io. Thomas de Rugerio*, Aduocatus etiam primi ordinis facundiſſimus, ac lepidiſſimus, filius D. *Ioannis Laurentij* mei Præceptoris Veſpertinę lectionis in hoc Almo Neapolitano Gymnaſio. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Exigens annuos redditus ad minorem quantitatem, quàm in inſtrumento continetur, an, & quando ſibi præiudicet. Et quid ſi exactio fuit facta tẽpore minoris ætatis creditoris.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exigens annuos introitus ad minorem rationem, quàm in inſtrumento continetur, ſibi præiudicat, & nu.6.*
*Sed contrarium, num.*2.
*Limita in vſura, num.*3.
4 *Annuæ præſtationes nùm in totum, vel, in partem præſcribantur, variæ recenſentur opiniones, & nu.*5. *&* 7.
*Et quid reſpectu penſionum exactarum pro*

*minori quantitate, quæ debebantur, n.6.*

8 *Ius exigendi annuos redditus pro maiori, vel minori quãtitate debita, triennio præſcribitur.*

9 *Solutio vnius anni, non probat præteritas ſolutiones.*

10 *Voluntas, per æquipollens poteſt adimpleri.*

11 *Aſſenſus, per æquipollentia concedi poteſt.*

12 *Aditio inducitur p oblationẽ, vel ſolutionẽ.*

13 *Tutores non poſſunt, recipiendo ſolutionem, pupillo præiudicare.*

14 *Minor ex facto tutoris reſtituitur pro qualibet modica læſione.*

16 Tex.in l.quicunq; C. de apoch.publ.lib.10. *procedit in ipſo creditore exigẽte ab eodẽmet debitore, & non in alijs, eorũ nomine.*

16 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

17 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XXVII.

IN cauſa Illuſtr.Ducis Acheruntiæ cum Illuſtr.Duce S.Donati, de qua mentionem fecimus in *dec.*21.*n.*11.fuit etiam dubitatum, ad quam rationem erat facienda liquidatio annatarũ decurſarum, nàm in inſtrumento fuerant venditi ann.duc.480. pro capitali duc.6000. ſed in ſupplicatione fuerat petita reſciſſio contractus, ob non ſolutionem ann.duc.450.& ſic erat orta ſententia, cõdemnando Conuentum ad tertias decurſas ann.duc.450.licèt poſteà dato termino in cauſa liquidationis, ac commiſſo calculo, in eius reuiſione fuerant à Calculatore relatæ partitæ ad dictã rationem duc.480.& ſic liquidatę per decretũ S.C.de quo decreto tractabatur reclamatio, iunctis Regijs Cõſil. duarum Aularũ: Dicebatur in hac cauſa reclamationis pro parte Ducis S.Donati debitoris, ꝙ petitio facta per Curatorem, tũc Ducis Acheruntiæ, ritè, rectèq; proceſſit; quãuis .n. in inſtrumẽto apparebat, fuiſſe factã venditionem ad rationem duc. 8. pro quolibet centenario; tamen poſteà fuit conuentum, vt ſoluerentur tertiæ ad rationem ſeptem cum dimidio, & propterea, ſolutiones erant factæ in ann.duc.450.& producebatur partita Banci, in qua apparebat ſolutio ad dictam rationem de anno 1608. & quamuis dicta noua cõuentio nõ appareret, quia ipſe actor erat minor, & contractus venditionis annuorum introituum erat celebratus cũ eius Patre, & ſic etiam, ſolutiones erant poſteà factæ per Illuſtr. D.Lucretiam Carafam Marchioniſſam Corleti, debitoris matrem, ideò, notitiam non habebat de dicto nouo contractu, & quòd ſibi ſufficere debebant tot confeſſiones factæ in iudicio, vbi in pluribus inſtantijs, & comparitionibus erant petitæ annatæ decurſæ, ad rationẽ duc.450.& pducebatur dicta ſolutio ad dictam rationem, ex quibus reſultare, prætendebat, claram iuris diſpoſitionẽ, ex *tex.in l.aduerſus*, C.*de vſur.*
1 vbi habetur, quòd ex ſolutionibus factis ad minorem quantitatem, quàm cenſus eſt cõſtitutus, arguitur tacitum pactum inter creditorem, & debitorem exigendi ad dictam minorem quantitatem; hinc *Bald.& Salyc.*
2 *in d.l.aduerſus* determinant, quòd ſi debitũ eſt fauorabile, vt cenſus, quòd licèt quis accipiat minorem penſionem pro pluribus annis, ſibi non præiudicat, ex diſpoſitione *tex. in cap.cũ olim cauſam, de cenſib.* ſi verò debi-
3 tum eſt odioſum, vt vſura, & tunc percipiẽdo minorem penſionem, obſtabit præſcriptio, & diſpoſitio *tex.in d.l.aduerſus, & l. qui ſemiſſes, in prin.ff.de vſur.* quamuis ſatis ardua ſit inter DD.controuerſia, an iſtæ annuæ pẽſiones, in totum, vel in partem præſcribantur.

Et quidèm, Doctores Vltramontani te-
4 nuerũt, nullam in eis locum habere præſcriptionem, ſequendo opinionem *Martini in l.ſi vſusfructus alterius, ff.quibus mod.vſuſfruct. amitt.* & hæc opinio eſt ab illis communitèr recepta, quia tot ſunt præſtationes, quot sũt anni, per *tex.in l.cùm notiſſimi*, §.*in his etiam*, C.*de præſcript.*30.*vel* 40.*ann.* & ſecundùm illam pluriès fuiſſe iudicatum in Camera Imperiali, refert *Gayll.lib.2. ſingul. obſeruat.obſeru.*73. ſic etiam in Gallia, hanc opinionem eſſe receptam, & iudicatam, habetur ex *Guid.Pap.dec.*406.407.& 408.*Capell.Tholoſan.dec.*341. pro qua opinione eſt *tex.in d.cap.cùm olim cauſam, de cenſib.* vbi omnes Canoniſtæ, & hãc opinionem tenuerunt etiam Aſſeſſores Conſiſtorij Palatinatus, vt habetur ex *Io.Borcholt.in tract. de vſur.cap.*4.*n.*39. quem etiã allegat, & ſequitur *Bernard.Greuęi in additio.ad Gayl.in lib.*2.*d.obſeru.*73. vbi etiam alios concordãtes refert, & latiùs materiã proſequitur *ibid. conſid.*1. vbi Germanos cõcordat. Alia verò fuit ſententia *Bulgari*, qui tenuit, vnam tan-
5 tùm requiri præſcriptionem, triginta inter priuatos, quadraginta verò annorum in Eccleſia, quæ incipit ab eo anno, quo à ſolutione ceſſatum eſt, quæ opinio probatur ex *tex. in l.eos, in princip.* C.*de vſur. & in l.ſi quis emptionis*, §.*finali*, C.*de præſcript.*30.*vel* 40. *ann. Aretin. conſil.*118. *Corbul.de iure emphyteot. titul. de cauſ. priuat. ampliat.* 42. & poſt longam diſputationem, contrarijs reſpondendo, latè comprobat *Gigas de penſio. quæſt.*84. qui idem procedere ait, quando
6 fuit penſio exacta pro minori quãtitate, credens, tantum ſibi deberi, & eum etiam ſequitur *Poller. de contract. cenſual. in verb. cenſus, n.*106.*in* 6.*volum. tractat.* latè *Aluar. Velaſcus cõſult.*49. vbi, relatis opinionibus,
7 ac DD. diſtinctione inter annuas præſtationes, ex contractu debitas, ac illas, quæ in vltima voluntate relinquuntur, concludit, ꝙ ſibi

ſibi videtur nimis ſubtile, & ſcrupuloſum, vt ad præſcriptionem cuiuslibet anni, & menſis requirantur 30. anni, ſed magis eſſe recipiendum, quod praxis obſeruat, quòd vnica præſcriptio ſufficiat ad liberandum debitorem in perpetuum, modò non interueniat mala fides, per regulam *tex. in l. omnes, & l. ſicut in rem, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* quam opinionem, reiecta illa *Guid. Pap.* & aliorum Vltramontanorum, ſequuti fuerũt *Crau. de antiq. temp. p. 4. q. 20. n. 180. Vaſq. controu. illuſtr. lib. 2. c. 82. nu. 39. Roderic. de ann. redit. lib. 1. q. 17. n. 103. Cauall. in ſpecul. opin. commun. controu. commun. q. 567. Franc. Balb. de præſcript. in 4. par. quartæ part. principalis, q. 7. n. 29. Cencius de cenſib. p. 3. c. 1. q. 8. art. 1. n. 4.* & Senatum Tholoſanum hanc etiam opinionem ſequutum fuiſſe, teſtatur *Coraſ. in Centur. Senatuſconſulti Tholoſani, c. 79.* & ſic etiam deciſum in Rota Romana, habetur ex *deciſ. 216.* poſt *tract. Cencij de cenſib.* de qua etiam meminit *Auguſt. Barboſa in collect. Doctorum, in cap. olim cauſam, extra de cenſib. Surd. conſ. 335. nu. 59.* in iſtis verò redditibus annuis,
8 pecunia emptis, de quibus loquitur *text. in d. l. aduerſus, C. de vſur. & l. qui ſemiſſes, ff. eod. tit.* alitèr erit dicendum, quia dicuntur odioſi, *Decian. conſ. 2. nu. 45. lib. 1. Roderic. d. lib. 1. q. 17. n. 105. Cenc. de cenſib. d. par. 3. c. 1. q. 8. art. 1.* ideò in illis triennio præſcribi, dixerunt *Bart.* & alij *DD. in d. l. aduerſus*, & optimè diſtinguendo hoc tradidit *ibidem Sicard.* & ſic etiam diſtinguit *Fulgoſ. conſ. 234. nu. 1.* quod deducitur ex diſpoſitione *tex. in l. quicunque, C. de apoc. publ. lib. 10.* & hoc in proprijs terminis deciſum refert *Iacob. Thoming. deciſ. 33.* qui ex profeſſo tractat articulum, de eo, qui plurium annorum ſpatio annuos reditus redimibiles, in minori ſumma, aut viliori moneta, abſq; proteſtatione recepit, præſcriptionem locum habere, & *Scipio Rouit. in pragm. 1. de cenſib. n. 31.* dicit, quòd ſi poſt factam venditionem ad rationem decem, nouem, vel octo pro centenario, emptor ex incuria exegit ad rationem ſeptem per triennium, cenſetur receſſum à primo pretio, & per tacitum pactũ facta diminutio cenſus, ex diſpoſitione *text. in d. l. aduerſus, & Franc. de Amic. de ijs, qui feud. dar. poſſ. fol. 50. col. 1.* refert S.C. deciſionem in cauſa Fabij Brancatij, & Venerabilis Monaſterij Diui Hieronymi, vbi fuit admiſſa reemptio ad rationem annuorum duc. 20. licet in inſtrumento eſſet creditor Monaſterium in annuis duc. 60.

Quæ quidem non negabantur pro parte Ill. Ducis creditoris, ſed dicebatur, non adeſſe ſolutiones per triennium; ſed vnam tãtum apparere, & quàmuis plures contineret annos, non ſufficere, prout in materia *text. in d. l. quicunq;* dicunt *ibi DD. & Bald. in l. 2. C. de dot. promiſſ. Franch. deciſ. 137.*

Replicabatur tamen pro parte debitoris, quòd quàmuis non adſint tres ſolutiones pro tribus annis, tamen per æquipollens, nedùm de dicto tacito pacto conſtabat per dictam ſolutionem, ſed per plures confeſſio-
10 nes factas in iudicio, & quòd voluntas poſſit per æquipollens adimpleri, habetur ex *tex. in l. ſi mater*, vbi *gloſ. & DD.* & præcipuè *Alex. C. de inſtit. & ſubſtit.* & etiam in materia aſſeſus, quæ eſt ſtricta, habemus, quòd poteſt concedi, nedùm per verba aperta,
11 verùm etiam per æquipollentia, vt habetur ex *Iſern. in c. 1. col. 2. de Capit. qui cur. vendid.* ſequitur *Camer. in cap. Imperialem, fol. 59. lit. Q.* ſic etiam dicimus, quòd ad indu-
12 cendam aditionem, eundem effectum operatur oblatio, quem ſolutio, *Dec. conſ. 490. lib. 2. nu. 9. Ricc. in addit. ad Franch. d. deciſ. 137.* Verùm, prædictis replicabatur, quòd omnes dicti actus, tàm receptionis ad rationem duc. 450. quàm petitionis ad rationem prædictam, fuerunt geſta à tutoribus ipſius Ducis Acheruntiæ tempore eius minoris ætatis, & quàmuis tutor poſſit recipere ſolutiones, & liberare debitorem, non ta-
13 men poteſt aliquod præiudicium pupillis inferre, *Gratian. diſcept. forenſ. c. 365. nu. 51.* & in terminis *text. in d. l. quicunq;* hoc dixit *Marc. Ant. Thomat. deciſ. Macerat. 2. nu. 37.*
14 & minor faciliùs reſtituitur, quando læditur à ſuis Tutoribus, vel Curatoribus, tunc enim quælibet modica læſio ſufficit, *Bar. in l. ſocietatem, § arbitrorum, in 6. quæſt. princ. ff. pro ſoc. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 4. art. 12. n. 108.* immò in materia *d. l. qui-*
15 *cunq;* eſt neceſſe, vt ſolutiones ſint factæ, & receptæ ab eodemmet debitore, & creditore, non verò ab alijs eorum nomine, vel à procuratoribus, *Borgnin. Caualc. in deciſ. Fiuiz. 29. n. 42. p. 2. Franch. d. deciſ. 137. n. 2.* Quibus diſcuſſis, Sacrum Conſilium pro maiori parte inclinabat in fauorẽ Actoris, ex eo, quòd non militabant requiſita in *d. l. aduerſus*, verùm, quia petitio non erat, niſi ad rationem duc. 450. & ſic erat orta ſenten-
16 tia, nec poterat alitèr proferri, quia debet eſſe conformis libello, *l. vt fundus, ff. comm. diuid. l. fin. C. de fideic. libert.* ideò, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, me referente, die 27. Nouembris 1635. fuit di-
17 ctum, tertias eſſe liquidandas ad rationem duc. 450 pro quolibet anno, ſaluis iuribus, ſi quæ competunt Ill. Duci Acheruntiæ pro alijs annuis duc. 30. in cauſa reclamationis, & propterea pro parte ipſius fuit porrecta noua ſupplicatio pro dictis alijs ann. duc. 30. & commiſſa cauſa reclamationis Reg. Conſil. Prouenzali, adhùc pendet deciſio, penès Act. Mag. Romanum pro Sarro.



Digitized by Google

# OBSERVATIO In Deciſione XXVII.

## SVMMARIVM.

1 Debitor annuorum introituum, ſiuè cenſuū, an poſſit præſcribere ſolutionem partis illorum, & n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

9 Præſcriptio in annuis introitibus, ſiuè cēſibus currit à die, qua fuit ceſſatum à ſolutione, & quando non habeat locū, n. 12, 13. et 21. & debet eſſe 30. annorum, n. 14. vel cum præſumptione l. quicunq; C. de apoc. public. lib. 10. nu. 15.

10 Præſcribens partem cenſus, eſt tutus etiam in foro conſcientiæ.

11 Debitor cenſus, qui ſe fundat in præſcriptione, non adſtringitur probare, ſe non ſoluiſſe in præteritum; ſed ſufficit negare, ſe ſoluiſſe, & adducitur ratio.

Emptor cenſus, ſiuè annuorum introituum, ad obtinendam ſolutionem, debet probare de ſolutione in præteritum, ibid.

15 Tex. in l. quicunq; C. de apoc. public. lib. 10. declaratur, & quando procedat, num. 16. 17. 18 & 19.

17 Apoca vnica cum clauſula, ad complementum omnium annatarum decurſarum, ſufficit in caſu l. quicunq; C. de apoc. public. lib. 10. ſecùs, ſi ſit trium annatarum præteritarum, abſq; dicta clauſula, nu. 18. vel trium ſemeſtrium, n. 19.

Annui introitus venduntur cum annuis reſponſionibus, licèt ſolutio promittatur in ſemeſtria, d. n. 19.

20 Bald. in d. l. quicunq; nu. 6. C. de apoc. publ. declaratur.

22 Minor faciliùs reſtituitur in integrum, quando à tutore læditur, & nu. 23.

Læſio qualibet ſufficit, vbi minor à tutore læditur, ibid.

23 Minor in iudicijs, in integrum reſtituitur, etiam ſi litigauit, abſq; curatore, ſed per procuratorem, ab eo cum iuramento conſtitutum, de non contraueniendo, ſed ratum habere, &c. & ità deciſum traditur, num. 24.

1 QVæſtio, de qua in hac deciſione, an venditor annuorum introituū, ſiuè cenſuum poſſit præſcribere ſolutionem partis illorum, latè à DD. diſputatur, qui in tres opiniones diuiduntur, ſecundùm Cenc. de
2 cenſib. quæſt. 118. num. 1. 2. & 3. Prima fuit Martini gloſatoris in l. ſi vſusfructus alterius, ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. vt tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt anni, ad text. in l. cùm notiſſimi, §. in his etiam, C. de præſcript. 30. vel 40. annor. de qua D. meus
3 num. 4. & Cenc. ibid. nu. 1. Secunda fuit Bulgari, etiam gloſatoris ex diametro contraria, vt vnica ſufficiat præſcriptio, ſiuè agatur de obligatione ex contractu inter viuos, ſiuè ex vltima voluntate, vt per Cenc. loc. cit. num. 2. & ſequitur D. meus num. 5. 6. & 7.
4 Tertia fuit media ſententia inter iſtas, diſtinguens debitum annuum ex vltima volun-
5 tate, à debito annuo ex contractu inter viuos, Cenc. d. q. 118. num. 3. vt primo caſu pro-
6 cedat opinio Martini, & ſic tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt anni, quam comprobat Cenc. vbi ſuprà, num. 4. 5. & 6. Secundo verò caſu, vt vnica ſufficiat præſcriptio, tàm pro præterito, quàm in futurū, iuxtà Bulgari opinionem, latiſſimè fundant DD. ad nauſeam adducendo nu. 7. & 8. qui
7 tamen num. 10. limitat, ſi obligatio ſit concepta per verba importātia diſtributionem temporum, ideòq; plures requiri præſcriptiones, quam tamen limitationem intelligit procedere, vbi eſt facta expreſſa dinumeratio temporum, ex Roder. de ann. reddit. lib. 1. q. 17. nu. 101. ad fin. verſ. iam ſi ſtipulatio, vt probat nu. 11. & 12. & propterea in hac tertia opinione reſidet, vt teſtatur, num. 13. verſ. transeundo, ſed cum dicta limitatione concurrit n. 17. authoritate Rotæ apud Put. dec. 250. nu. 2. & ſeq. lib. 1. & Mohedan. dec. 226. ea ratione, quia venditor cenſus, obli-
8 gatur ab initio ſtipulationis pro omnibus præſtationibus, & reſponſionibus annorū ſequentium, & propterea, quòad fructus futuros nō poſſe tractari de vnica præſcriptione, ſed tantùm quòad præteritos, ex doctrina Bald. conſ. 316. n. 4. lib. 3 Soc. iun. conſ. 80. n. 24. lib. 3. quos allegat n. 18. quæ quidèm
9 præſcriptio currit à die, quo fuit ceſſatum à ſolutione, Valaſc. conſult. 49. n. 46. & ſeq. lib. 1. Cenc. ibid. n. 16.

10 Hinc obſeruabis, quòd præſcribens partem cenſus, eſt tutus etiam in foro conſciētiæ, vt ex mente Theologorū tradit Foller. in praxi cenſuali, verb. huiuſmodi, n. 107. quem refert, & ſequitur Cenc. de cenſib. q. 117. nu. 6.
11 Secundò notabis, quòd debitor cenſus, qui ſe fundat in præſcriptione, non adſtringitur probare, ſe non ſoluiſſe in præteritum, ſed tantummodò debet negare, ſoluiſſe, quia ſola negatio cum curſu temporis, ſufficit ad effugiendam ſolutionem, ideòq; emptor annuorum introituum, ſiuè cenſus, ad effectum conſequendi ſolutionem, debet probare, ſibi fuiſſe in præteritum ſolutum, vt poſt Crauett. Natt. ac Mar. Antonin. qui alios allegant, probat Cenc. q. 87. n. 16. & d. q. 117. n. 7. & 8. ipſa tamen præſcriptio non
12 habet locum, vbi emptor annuorum introituum fuit legitimè impeditus, illos exigere, quia non volenti agere, non currit præſcriptio, l. 1. in fin. C. de annal. except. & ità in pun-

Digitized by Google

punćto deciſum per *Rot.* refert *Cenc. ibid. nu.* 10. & comprobat *nu.* 17. Secundò, non
13 procedit ad fauorem eius, qui eſt conſtitutus in mala fide, cùm ſciat, ſe teneri ad ſolutionem, vt pluribus adductis ſubſtinet *Cenc. loc. cit. nu.* 11. aliamq; limitationem tradit
14 *nu.* 16. videndus. Tertiò ſcias, quòd præſcriptio debet eſſe 30. annorum ſpatio, quando in inſtrumento adeſt conſtitutum, vt tradit *Affl. dec.* 139. *nu.* 5. *Rota* poſt *Cenc. de cenſib. dec.* 303. *nu.* 11. *&* *dec.* 398. *n.* 5. *&* 6. quas refert *d. q.* 117. *nu.* 3. *verſ. quod tamen*, ſed loco
15 dictorum annorũ triginta admittitur præſumptio, deſumpta ex *l. quicunq; C. de apoc. publ. lib.* 10. vbi, qui tribus annis proximis ſoluit, præſumitur per anteà retrò ſoluiſſe, quod comprobat *Bart. ibid.* & *ibi* etiam *Alex. & conſ.* 105. *col.* 1. *vol.* 1. *Theſ. dec.* 234. *Boer. dec.* 236. *col. fin. par.* 2. & admittit etiam D. meus *nu.* 9. qui ità deciſum refert *nu.* 17. de qua deciſione memor eſt *D. Anichin. de præuent. inſtrum. c.* 2. *dub.* 2. *n.* 103.
16 Benè verum eſt, quòd tres apocæ debent eſſe ſeparatæ, & diſtinctæ, & vnaquæq; de per ſe, vt probat, alijs relatis *Cenc. d. q.* 87. *nu.* 27. & etiam debent eſſe pro tribus annis immediatè præcedentibus, & decurſis, ſecùs autem, ſi interpellatæ ſint, *D. de Francb. dec.* 137. *Cenc. d. q.* 87. *nu.* 29. idemq; eſt, ſi vnica
17 tantùm ſolutio adducitur, cum clauſula, *ad complementum annatarum decurſarum pro præterito*, ex traditis per *Amatum lib.* 2. *reſol.* 97. *n.* 12. *&* 13.
18 Licèt contrarium ſit, vbi vnica tantùm apoca, continens ſolutionem trium annorum, producitur, tunc enim non prodeſt, vt tradit *Cenc. d. q.* 87. *num.* 27. nec ſufficit, vt
19 producãtur apocæ trium ſemeſtrium, quia forſan ſolutio fuit promiſſa in ſemeſtribus, ad tradita per *Cenc. ibid. nu.* 30. cum plurib. *ſeqq.* nàm iſti annui introitus venduntur cum annuis reſponſionibus, licèt in ſemeſtria ſolutiones diuidantur, vt ex *Alex. conſ.* 105. *num.* 3. *lib.* 3. & alijs probat *Cenc.* vbi
20 ſuprà, *nu.* 34. Ideòq; opinio *Bald.* contrarium aſſerentis in *d. l. quicunq; nu.* 6. & *Aſſe-clarum*, eſt intelligenda, vbi ſolutio promittitur, non in reſponſione annua, ſed reſponſionis ſemeſtralis, proùt intellexit *Rota in dec.* 401. *n.* 2. poſt *tract. de cenſib. Cenc. q.* 87. *n.* 38. *in fin.*
21 Verùm, deciſio prædicta limitatur in minore creditore, quia præſcriptio prædicta non currit aduersùs minorem, cuius tutor exegit ad minorem quantitatem conuentam in inſtrumento emptionis annuorum introituum, cùm non poſſit pupillo præiudicare, ex traditis per D. meum *nu.* 13. qui *num.* 14. probat, minorem faciliùs
22 in integrum reſtitui, quando ipſe à tutore læditur, tunc enim quælibet læſio ſufficit, ex *Bart.* & *Sforz. Odd.* quos *ibi* allegat, ideòq; quia petitio erat iuxtà quantitatem exactam per tutorem, non autem iuxtà quantitatem conuentam in inſtrumento, fuit liquidata quantitas tertiarum, iuxtà petitionem, ſaluis iuribus pro reſiduo, vt tradit *num.* 17.
23 Hinc minor in iudicijs reſtituitur, vt iura clamant, idq; procedit, etiam, vbi non habens curatorem, litigauit per procuratorem, ab eo conſtitutum cum iuramento, de non contraueniendo, ſed ratum habere, quicquid ab eo factum fuerit in iudicio, nã quamuis negatiuam ſententiam tueatur *Boer. dec.* 92. vbi ſic iudicatum adducit, tamen pro affirmatiua opinione reſpondet, ac probat *Bald. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. venditionem, & conſ.* 309. & ſe-
24 cundùm hanc affirmatiuam ſententiam
* fuit per Sacrum Conſil. iudicatum in anno 1554. in cauſa Iacobi Anelli Romani cum . . . . . Battimello, in Banca de Longo, hodiè Burrelli. *M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

## Diuiſio qualitèr inter Fratres facienda ſit, latè examinatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio inter Fratres qualitèr facienda ſit, plures recenſentur opiniones, & nu.* 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 15. *&* 17.
*Et quæ opinio obſeruari debeat, n.* 21.
*Et quid, vbi agitur cum Fiſco, n.* 13.
*Vel Eccleſia, nu.* 16.
7 *In conſilijs dandis ſenior, tanquàm dignior primò loqui debet.*
10 *In licitationibus, habens maiorem partem præfertur, dùmodò æquale offerat pretiũ.*
12 *Eadem res, penès duos inſolidum eſſe non poteſt.*
14 *Fiſcus, ex ſpeciali priuilegio poteſt rem cõmunem ſocij alienare, eiq; partem pretij competentem dare.*
18 *Diuiſio publicorum terminorum, ad Principem, vel Senatum, qui loco ipſius fungitur, ſpectat, ſicuti ad Summum Pontificem diuiſio Diœceſarum.*
19 *In diuiſione facienda maior ætate potiùs intelligendus eſt, qui diutiùs rem communem adminiſtrauerit.*
20 *Diuiſioni ſtandum eſt, dummodò non ſit captiosè facta.*
22 *Deciſio cauſæ traditur.*

De-

# Deciſio XXVIII.

SEpè in iudiciali foro controuerti ſolet de modo faciendi inter Fratres diuiſionē, & quia Doctores in diuerſas fuerunt ſententias, viſum fuit, nedùm
1 eorum opiniones referre, ſed quid practicatum, & obſeruatum ſit, vt ex eo facilè videri poſſit, quid in poſterùm fieri debeat. Et quidèm prima fuit opinio Canoniſtarum, quòd debet Frater maior diuidere, & minor eligere, quæ opinio fundatur ex *text. in c.1. extrà de paroch.* vbi ex duobus Epiſcopis, diuidere debentibus, qui amplius tempus habet, debet diuidere, & minor eligere, vbi *Hoſtienſ. Panorm. Ancharan. Imol.* & alij Doctores. Quod etiam ex *Libris Sacræ Scripturæ* percipitur, prout eſt videre *Geneſ. c.13.* vbi ità factam fuiſſe diuiſionem inter Abraham, & Loth, traditur, de qua etiam loquitur *D. Ambroſ. in lib.1. de Abraham Patriarcha, c.3.* vbi inquit, quòd Patriarcha docet, quomodò ſit facienda diuiſio, firmior. ſ. diuidat, infirmior eligat, & *D. Auguſtin. de Ciuitate Dei, lib.16. c.20.* dicit, eſſe emanatam inter homines conſuetudinem, quæ, maiori diuiſionem, minori optionem tribuat, quod etiam habetur ex *can. de libellis 20. diſt. & can. placuit 36. q.2.* Et hoc idē obſeruatum fuiſſe, habemus tempore Gentilitatis, ex *Seneca in lib.6. declamat.* vbi, veterem fuiſſe legem, ait, quòd maior diuidat, & minor eligat, quod etiam de iure communi obſeruari debere, dixerunt ex Antiquis *Rayn. de Forliu. in l. inter pupillos, ff. de authorit. tut. Nicol. de Neap. in l.1. C. de his, qui ſe defer. lib.10. Bal. in l. ſuus quoq; in princ. col.2. verſ. itèm quærit Bartolus, ff. de hæred. inſtitu. Florian. in l.1. in fin. ff. famil. erciſc. Iaſ. in l.1. col.7. verſ. adde prædictis, ff. ſi certum petatur, & in §. quædam, Inſtit. de act. n.6. Roman. conſ.471. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento, nu.211. de teſtam. Guid. Pap. deciſ. Gratianopol.289. Corn. conſ.234. vol.1.* per *tot. Bertrand. conſ.117. vol.2. Tiber. Decian. conſ.15. nu.53. Couar. pract. quæſt. c.40. n.3. Tiraquell.* latè *de primogen. q.60. n.4. cum ſeq. Bald. tom.1. comm. opin. lib.3. tit.23. n.4. pag.427. Pined.* in *ſua Monarchia Eccleſiaſtic. lib.2. c.22. §.1. in fi.* diffusè *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ.* c.160. *num.18.* cum *ſeqq. Anan. in cap. qualitèr, il 2. de accuſ.* Petr. *de Vbald. de duob. fratrib. in 4. quæſt. princip. q.9. Gayl. lib.2. obſeru.116. n.14.* qui ſic, obſeruari in Germania, & in Camera Imperiali approbata conſuetudine receptum eſſe, teſtatur, & ſic etiam de tali obſeruantia in Germania, habetur ex *Minſyng. cent.4. obſeru.37. n.2.* & hunc modum diuidendi approbaſſe Senatum Sebuſianum, & obſeruari de iure Saxonico; teſtatur *Koppen q.31. nu.6.* & ità obſeruari, & vſu receptum eſſe apud Papienſes, dicit *Menoch. de arbit. lib.2. cent.2. caſu 123. n.4.* & hanc opinionem ſibi non diſplicere, dicit *Scappa de iur. non ſcripto, lib.4. c.28.* & hunc modum diuidendi, tanquam æquiorem commendat, & conſuetudine totius Orbis eſſe receptum, dixit *Aemil. Ferrett. in reſponſ.1. per tot.* & ex noſtris Regnicolis, ità tenuerunt *Napodan. in Conſuetud. Si fratres, nu.4.* ſuper *verſ. vnus, commun. diuidun.* vbi etiam *Ant. de Alexād. in addit. Viu. in ſylua comm. opin. opin.339. nu.1. & deciſ.437. n.2.* quam opinionem, grauiorem, conueniētiorem, ac iuſtiorem eſſe, exiſtimat, & ab ipſa, in iudicando, & conſulendo, atq; ſcribendo non eſſe recedendum, & de materia per *Carroc.* pleniſſimè in *dec.135. Faber* in ſuo *Codice, lib.3. tit.27. comm. vtriuſq; iudic. diff.4.* vbi dicit, quòd hic modus diuidendi eſt, moribus noſtris receptiſſimus, nec vlla lege prohibitus, & quòd placet Theologis, & Canoniſtis omnibus, *Vezin. & Villal. inter comm. opin. lib.3. tit. famil. erciſ. n.4. Valaſc. in praxi part. & collat. c.22. n.16. in fin. Borgnin. Caualc. dec. Finiz. 11. nu.33. p.2. Muta deciſ. Sicil.53. nu.15.* & pleniùs in *Conſuetud. Panorm. c.56. nu.12.* cum *ſeqq. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.9. par.2. n.35. Schurph. conſ.71.* per *tot. Hieronym. Zannet. de different. iur. canon. & ciuil. in 88. differ. num.153. vol.1. tract. Sichard. conſ.135. n.3. vol.2.*

2 Altera fuit opinio, vt facta priùs per aliquem Expertum, à Partibus approbatum, vel à Iudice electum diuiſione, ſorte dirimatur, quod fieri poſſe, habetur ex *D. Thoma de Aquino 2.2. q.95.* poſt *D. Auguſtin.* & eum ſequitur *Angel. de Clauaſ. in ſumma Angelica, verb. ſors, nu.1.2. & 3. & Barthol. Fumneus in ſumm. Armilla, §. ſors,* quod fundatur etiam ex lege Diuina, vbi ſorte fuerunt diſtributæ partes Iſraelis, numero triginta tres, *Ioſue 15. Ioſeph lib.5. de antiq. Iudaic.* & plura ad materiam per *Petr. Gregor. ſyntagm. iur. lib.15. c.4. n.18.* & per *tot. & lib.34. c.8. n.2.* & quòd ſorte debeat fieri diuiſio de iure ciuili, probat *text. in l.2. C. quand. & quib. quarta pars, lib.10.* vbi agēs *Imperator* de diuiſione hæreditatis, ſtatuit, eſſe ſorte faciendam, & hanc opinionem ſequuti fuerunt *Bal. in d. l.2. n.3. & l.1. C. de his, qui ſe defer. n.3. lib.10. in l.1. n.2. C. de pact. & l. pen. n.1. C. comm. diuid.* & de communi teſtatur *Iaſ. in l.1. n.39. ff. ſi cert. pet. Emanuel Saa in theſaur. receptar. ſentent. in verb. diuiſio, n.91. Caroc. d. deciſ.135. n.8. Affl. in Conſtit. Sancimus,* ſub *nu.45.* vbi *in fine* dicit, quòd non eſt verum, quòd in diuiſionibus maior debet diuidere, & minor eligere, ſed debet fieri

fieri

fieri diuiſio felicitate Fortunæ, & per ſortes, *Iaſ. in d. §. quadam, nu. 67. Inſtit. de act. & Gomeſ. ibid. nu. 30.* & ſic etiam hanc opinionem communem appellant *Tiraq. in d. q. 60. de primog. n. 10. Couarr. pract. quæſt. c. 40. in fine*, & de eadem communi teſtatur *Cauall. pract. quæſt. commun. contrà comm. lib. 1. q. 340. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 123. ſub num. 5.* & de iure ciuili, ſic eſſe obſeruandum, licèt iure Saxonico alitèr ſeruetur, *Koppen d. q. 31. antè n. 6. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 11. nu. 78. Pract. Papienſ. in forma libell. pro hæreditate, vel re ſingul. diuid. in gloſ. 1. n. 35. Facbin. controu. iur. lib. 6. c. 37.* vbi tenet, quòd in Terris Eccleſiæ eſt ſeruanda prima opinio, in alijs verò, illa Legiſtarum, *Afflict. in cap. Imperialem, n. 20. de probibit. feud. alien. per Federic. Baltaſſ. Benedell. in Conſt. Sancimus, ad princ. Conſtit. n. 80. Hardeuu à Deſſel in ſtatuto Lunenburg. art. 6. n. 12.* & veriorem, & communiorem appellat *Schned. in d. §. quadam actiones, Inſt. de act. Vueſemb. in paratitl. ff. fam. erciſc. n. 6. in fin.* & communem fatetur etiam *Viu. in ſylua comm. opinion. opin. 339. nu. 1. lib. 1.* & poſt ipſos cum hac opinione reſidet, tanquàm magis communi *Octau. Simoncell. de ſollemnit. alien. rer. minor. adhib. lib. 2. tit. 4. inſpect. 2. n. 36.* vbi etiam cõtrarijs neruosè reſpondit, *Hect. Felic. de ſociet. c. 39. n. 26. & 27.* dicit, quòd non eſt vera opinio exiſtimantium, quòd ætate maior debeat diuidere, & minor eligere, nec eſt pro lege habendũ id, quod traditur in Sacra Scriptura de Abraham, & Loth, quia non reſpicit mores, ſed iura, & iudicia, & ideò nos non adſtringit ad eius obſeruantiam, & quòd ità declarat *Tiraq. d. q. 60. nu. 13. & Simoncell. d. tit. 4. n. 35.* nec obſtat *text. in l. 1. C. his, qui ſe defer. lib. 10.* quia *ibi* diſponitur fauore ſpeciali ipſius mulieris, vt declarat *ibid. Bald. nu. 3.* nec etiam obſtat *tex. in c. 1. de Paroch.* quia *ibi* non loquitur de maiori, & minori ætate, ſed de eo, qui diù adminiſtrauerat, & de iure ſpeciali introducto fauore fidei, vt per *Tiraq. d. q. 60. n. 11.* & hanc opinionem contra Canoniſtas, neruosè, & eruditè defendit *Bernard. Greuai in addit. ad Gayll. in pract. concl. lib. 2. obſeruat. 116. conſid. 1.* allegat *Io. Ficardum* Iureconſultũ Germanum, *Horat. Mandoſ. ad conſil. Ludou. Romani 482. in fine, Io. Licier in tract. de primog. lib. 2. Berous in cap. qualitèr, & quando, 1. 2. n. 3.* relatus à *Scappa de iur. non ſcript. lib. 4. c. 28. n. 7.* & quòd non ſit verum, quòd conſuetudo, quòd maior eligat, ſit in tota Germania, *Greuai in loco* proximè citato, *n. 14.* & quòd pro hac opinione fuerit iudicatum per M. C. & deindè confirmatum per Sac. Conſil. refert *Thor. in compend. tom. 2. in verbo diuiſio hæreditatis, Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. n. 34. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris d. lib. 34. c. 5. n. 2. Gayll. d. obſeru. 116.*

3 Tertia fuit opinio illorum, qui tenent, quòd Iudicis arbitrio ſit diuiſio facienda, pro qua opinione allegatur *tex. in §. ſi familia*, cum *§. ſeq. Inſt. de offic. iudic.* & hoc etiã probant nonnulli ex *Doctoribus*, pro ſecũda opinione allegati, qui alternatiuè loquũtur, quòd vel ſortis iudicio, vel alitèr Iudicis arbitrio eſſet committendum, vt per *Tiraquell. d. q. 60. n. 10. Hipol. de Marſil. in l. quaſtionis modum, n. 15. ff. de quæſt. Greg. Lopez in l. 10. ti. 5. par. 6. in princ. Faber de error. Pragmatic. decad. 8. err. 2. n. 1.* & hoc obſeruari in Vrbe, quòd Iudicis arbitrio fiat diuiſio, quàmuis ſit caput dominij Eccleſiaſtici, teſtatur *Gratian. d. diſcept. 160. nu. 22. Boer. deciſ. 46. in princ.* & alij allegati à *Carrocio d. deciſ. 135. n. 7. Minad. conſ. 16.* & Iudicis arbitrio eſſe determinandam diuiſionẽ; placuit *Rancbino in add. ad Guid. Pap. deciſ. 289. Io. Petr. Ferrar. in forma libelli pro re ſing. diuid. nu. 35. Menoch. lib. 2. cent. 2. caſu 125. n. 1. Simonc. vbi ſuprà, n. 15. Villalob. in comm. opin. ver. diuiſio, n. 82. Couarr. d. cap. 40. in fin. Petrus Sanz Morquez de diuiſ. bonor. lib. 1. c. 2. nu. 57.* qui pleniſſimè per quatuor libros diſtinctos, omnia, quæ ad diuiſionis materiam pertinent, cumulauit, *Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 2. n. 41. Benedell. ad princ. Conſtit. Sancimus, n. 80. Hect. Felic. de ſociet. c. 39. n. 26. Iaſ. in l. 1. n. 39. ff. ſi cert. pet. Bald. in d. l. 2. C. quãdo, & quib. quarta pars, lib. 10. Cardin. Tuſchus concluſ. iur. 530. to. 2. in verbo diuiſio, Petr. Gregor. ſyntagm. iur. d. lib. 5. c. 4. n. 10.*

4 Quarta fuit opinio illorum, qui dixerunt, ſtandum eſſe conſuetudini circa hunc diuidendi modum inter Fratres, vt dixit *Facbin. controu. iur. lib. 6. c. 37. in fin. Borgn. Caualc. deciſ. Fiuizan. 11. de contract. nu. 33. Carocc. vbi ſuprà, num. 9. Bonacoſſ. de æquit. canon. concluſ. 99.*

5 Quintò, ſolet etiam obſeruari, vt Frater ætate maior diuidat, deindè ſorte dirimatur, cui altera pars ſit adiudicanda, ſic apud Papienſes eſſe vſu receptum, tradidit *Menoch. de arbitr. iudic. dict. caſu 123. n. 4.* de qua etiam meminit *Angel. de Peruſ. in l. ſancimus, §. ſed nè autem, C. de donat. & Angel. Aretin. in d. § quadam, n. 9. in fin. Carocc. d. deciſ. 135. n. 9. in fin.*

6 Sexta fuit opinio, quòd maior natu eligat, quam opinionem, ſaniorem, & magis communem eſſe, teſtatur *Guglielm. de Benedict. in d. cap. Raynuntius, in ver. in eodem teſtamento, il primo, ſub n. 211. de teſtam.* ex *text. in c. 1. de contr. feud. apud par. termin.* 7 vbi in conſilijs dandis dignior, id eſt ſenior primò loqui debet, & *ibi* etiam *Bald.* notat in

in 11.notab.Ludou.Roman.ſingul.81. licèt hic diuidendi modus omninò improbetur à Fontanell.de pact.nupt.d.clauſ.4.gloſ. 9.par.2.nu.39.

8 Septimò, in rebus, quæ commodam diuiſionem non patiuntur, electionem dandam eſſe ex contiguitate loci, habetur ex text.in l.quicunq; la 2. C. de omni agr. deſert.lib.10.Maſul.ad Capyc. dec.36. ſub n.2. Fontan.d.clauſ.4.gloſ.9.par.2. num.40. Caroc.d.dec.135.nu.3. Angel.de Perigl.in l.non ampliùs,§.cùm bonorum, in fin. ff. de leg.1. per text in l.2.C.de metat. lib.12. & ità deciſum in S.C.refert Capyc. dec. 42. Anna ſing.158.Andr.in c.1. de probib.feud. alien. per Federic.nu.3. verſ. intereſt plerunq; & Barz.dec.100.n.17.

9 Octauò. in rebus indiuiduis poteſt fieri diuiſio per licitationem, eſt tex.in l.arbor, §.Iudex, ff.comm.diuid.l.1. & l.ad officium 3.C.eod.tit. & in licitatione facienda tertius poterit ex cauſa interuenire, non tamen ſemper, vt d.l.ad officium, & ibi Bald.Petr. Greg.ſyntag.iuris, lib.5.c.4. num.11. Faber in ſuo Cod.de comm.diuid.lib.3.tit.26.diff.3.
10 vbi ſic deciſum refert, in qua licitatione præfertur, qui maiorem habet in re licitata partem, offerendo pretium æquale, l.ſancimus, §.ſin autem, vbi gloſ.C.de donat. Petr. de Vbald.de duob.fratrib.par.12.q.12.& ità deciſum refert Capyc.dec.36.Gaſpar Caball. milleloq.817.Magon. dec. Flor. 46. Napod. in Conſuet. Si fratres, in verbo licitationi, tit. comm. diuid.

11 Nonò, aliquandò in re indiuiſibili, vni datur prædium, alteri verò æſtimatio, l.ſi plu-
12 ribus, ff.de leg.1. quia eadem res non poteſt eſſe penès duos inſolidum, l.ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff.commod. & l.hæreditatem, § pater, ff.de caſtr.pecul.Bart in d.l.ad officium, C.comm.diuid. Hect.Felic.de ſociet.cap.39.nu.87.Decian.d.conſ.15.n.38. lib.1.Petr.Greg.ſyntagm.iur.lib.5.c.4.n.10. in fi.& Faber in ſuo Cod.lib.3.tit.27.comm. diuid.defin.14.

13 Decimò, quando tractatur cum Fiſco, ipſe facere debet partes, & alteri electio datur; l.edicto, in princ.l.Seius, §.Senatus, vbi Bart. ff.de iure Fiſci, l.1.C.de his, qui ſe deſer.lib.10.Caroc.d dec.135.nu.5.Maſull.ad Capyc.d.dec.36.ſub nu.2 prout fuiſſe practicatum Paduæ, teſtatur Peregr. de iure Fiſci lib.6.tit.4.nu.24.licèt poſſit ex ſpeciali pri-
14 uilegio, rem communem cum alio totam alienare, ſocioq; partem pretij, ei competentem dare, l.2.C.comm.rer.alienat. & l.1. C. vend.rer. Fiſcal lib.10. Peregrin. vbi ſuprà, nu.23.vbi ampliationes, & limitationes refert, Fontan.d.clauſ.4.gloſ.9.p.2.n.44.

15 Vndecimò, ſolet fieri diuiſio per patrem, ſiuè cum ſcriptura, ſiuè ſine ſcriptura, l.ſi filia 20. §.ſi pater, & l.ſi pater 34. ff. famil. erciſc. l. quoties, & l.filij patris, & l.cogitatione, & l.inter omnes, & l.parentibus, C.de inoffic.teſtam Bart.in § quod ſæpè, in auth. de triente, & ſemiſſe, Petr.Gregor.ſyntagm. iur.lib.5.c.4.nu.9. Menoch. conſ.317. lib.4. nu.5.vbi, quòd pro hæredis inſtitutione habetur, Boer.dec.14.Caſſan.in Conſuet. Burgun.tit.des droict.rubr.4. § 9.gloſ.6. Andr. Gayll.d.obſeru.116. lib.2.

16 Duodecimò, quando Eccleſia habet rem communem cum aliquo, quòd ipſi Eccleſiæ competat electio, habetur ex Fontan.d. clauſ.4.gloſ.9.par.2.nu.41. qui hoc probat ex text.in d.c.1.de parochijs, Maſull.in add. ad d.dec.Capyc.36. ſub nu. 2. Caroc. d. dec. 135. num 4.

17 Tertiodecimò, fit ex conſenſu cohæredum, l.diuiſionis placitum 46. ff.de pact. l.ſi inter vos, ff. comm.vtr. iudic. & alij per Petr.Greg.d.lib.5.ſyntag.iur.c 4.n.8.

Eſt etiam & alia diuiſio publicorum fi-
18 nium, quæ tantùm ad Principem ſpectat, vel Senatum, qui loco ipſius fungitur, ſicuti etiam ad Summum Pontificem diuiſio Diœceſum, Laurent.Calcan.conſ.90. n.7.et 15.Hieron.de Monte de finib.regend.cap.2. n.11.Ramon.conſ.24.n.30.in fin.

Quatènus tamen prima opinio ſit attendenda, tunc non tantùm ille intelligendus eſt, qui ætate ſit maior, quàm qui diutiùs,
19 rem communem adminiſtrauerit; veriſimile enim eſt, illum meliùs rerum qualitatem, ac æſtimationem intelligere Io Andr. Panormit.& alij in d.cap.1.de paroch.Lucas de Penna in d.l.1.C.de his, qui ſe defer.lib. 10.Felin in rubr.de maior & obed.Iaſ in d.l.1.ff.ſi cert pet. & in d.§.quadã, Inſt.de act.Purpur.in l.procurator, C.de eden. Bertrand.conſ.117.lib.2. Tiraq.d.q.60.num.6. & 7.Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.124.Simoñell.vbi ſuprà, qui alios cumulat n.37.Ricc. collect.dec.201.Fontanell. de pact. nupt. vbi ſuprà, num.38.Gayll.d.obſeru.116.in fin. & Minſyng.d.obſeru.37.Viuius d.dec.437.Faber in ſuo Cod. lib.3. tit.25.fam erciſc. diffin.2.n.3.Moller.lib.2.ſemeſtr.c.27 num.3. Schurpf.d.conſ.71.Io.Phieb.conſ.133.col.2. Fachin.controu.iur.lib.6. cap.37. Caroc d. dec.135 num.9.Suar.in theſ.comm opin.lib. 1. num.91. & alij per Bernard. Greuæi ad Gayll.d.obſeru.116.conſid.1.num.4. Aemil. Ferrett. in 1.reſponſ. ſuorum conſil. Morquecz.de diuiſ.bonor.d.lib.1.c.2.ſub num.55. Rebuff.in ſuis comment.in Conſt.Gall. tract. de teſtam.art.2 gloſ.4.n.14.

20 Verùm, nec ſimpliciter eſſet ſtandum diuiſioni, ſed dummodò non ſit captioſa, Io. de Platea in d.l.1. C.de his, qui ſe defer lib. 10.& in §.vlt.Inſtit.pro ſocio, Socin.conſ.65. Decian.d.conſ.15.num.51. vol.1.Fontanell. vbi

vbi ſuprà, nu. 37. *Faber de error. Pragm. decade 8. n. 16. err. 1. & err. 2. in princ. Viuius d. dec. 437. Minſyng. obſeru. 37. Greuai ad Gayll. in loco* proximè citato, *n.* 21.

21 In tanta autem *Doctorum* varietate concludo cum *Borgnin. dec. Fiuizan.* 11. *n.* 33. *par.* 2. quòd primo loco debet obſeruari in diuiſione facienda conſuetudo, vel ſtatutum, ſi adeſt, quatènus non adſit, & tunc quando ſumus in Terris Eccleſię, debet obſeruari opinio *Canoniſtarum*, vt maior diuidat, & minor eligat, quando autem eſſemus in Terris, Ditioni Eccleſiæ non ſubiectis, & tunc eſt obſeruāda opinio *Ciuiliſtarum*, quòd, vel ſorte, vel Iudicis arbitrio diuiſio fiat, quando autem Iudicis arbitrio eſſet facienda, tunc obſeruanda ſunt, quæ in alijs modis tradita ſunt.

Cùmque in cauſa Sororum de Corciolla de Terra Caſalis Noui in prouincia Hidruntina, eſſet orta controuerſia in diuiſione inter Sorores, & per Curiam dictæ Terræ fuiſſet deciſum, quòd ſorte illa fieret, interpoſita appellatione ad Mag. Cur. fuit cauſa remiſſa ad eandem Curiam dictæ Terræ, ſtante, quòd non aderat grauamen, & cùm fuiſſet appellatum ad Sacr. Conſil. & ordinatum, fieri verbum, ad relationem Mag. Cur. fuit diſcuſſum, ſi benè, vel malè erat iudicatum in Curia dictæ Terræ, & pro maiori parte Dominorum fuit habitum pro vero, eſſe probatam conſuetudinem in dicta Terra, quòd maior diuidat,
22 & minor eligat. Et proindè die 13. Septembris 1635. fuit deciſum, quòd cauſa remanere deberet in Mag. Cur. ſtante, quòd aderat grauamen, dùm contra dictam conſuetudinem deciſum fuerat, quòd ſorte dirimeretur diuiſio, licèt pro contraria parte nonnulla fuiſſent adducta contra dictam allegatam conſuetudinem, penès Secretarium S. R. C. à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum, & obtenta Regia decretatione, quòd M. C. verbum faciat in S. C. loco reclamationis, facto verbo die 10. Ianuarij 1636. fuit dubitatum, ſi conſtabat de conſuetudine allegata, ex quo fuerunt producta nonnulla inſtrumenta diuiſionum, ex quibus apparebat, fuiſſe ſorte factam, & nonnulla etiã, vbi maior diuiſit, & minor elegit, & ambæ partes contendebant de cõſuetudine; & ideò fuit dictum, quòd M. C. prouideret, quòd ſuper allegata conſuetudine audiantur partes, vt in proceſſu Franciſci Bruni cum Alexandro Corciolla, in Banca Moncelli in M. C. V.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Communio parit diſcordiam, etiam inter fratres, eſtq; mater diſcordiæ.*

2 *Nemo in communione ſtare cogitur, ſed ad libitum poteſt, ad diuiſionem prouocare, contrarium, n. 6.*

3 *Diuiſio à patre prohiberi nequit, intellige, in perpetuum, non autem ad tempus, n. 4. neq; ſpatio 30. annorum præſcribi poteſt, num. 5. & plures malos effectus producit, n. 7. ſed ſi de omnium conſenſu procedit, laudabilis eſt, n. 8.*

9 *Diuiſio inter Nobiles non laudatur, inter laborantes, eorum arbitrio remittitur, ac inter mercatores, deſideratur, quomodò autem facienda ſit, num.* 14. 15. 16. 17. *&* 18. *vbi deciſio adducitur in linea tranſuerſali.*

10 *Nobiles ſatis affectare debent familiarum conſeruationem, dignitates, & bona, & ratio adducitur, & diuidendo præſumuntur annihilare eorum bona.*

11 *Diuitiæ valdè conferunt ad nobilitatem.*

12 *Hiſpani, vt plurimùm, primogeniturã conſtituunt, & ità omnes facere debẽt, n.* 13.

*Decus familiæ per primogenitum conſeruatur, d. n.* 12.

17 *Diuiſio ad ſortes fieri debet, maximè, ſi vna partium ità fieri inſtitit, n.* 19.

20 *Inſtrumenta, libri, & ſcripturæ hæreditatis diuiſæ, penès quem hæredum ſunt cuſtodiẽda, diſtingue, n.* 21. 22. 23. 24. *&* 25.

26 *Diuiſio procedit, etiam in indiuiſibilibus, & quomodò fiat.*

27 *Legatarius medietatis prædij, non poteſt cogi ad accipiendum partem prædij pro diuiſo.*

28 *Fiſcus ex ſpeciali priuilegio, poteſt totam rem communem alienare, & ſocio partem pretij ſoluere, an tamen procedat in locatione, n.* 29. *&* 30.

*Socius præfertur in venditione rei communis cum Fiſco, ibid.*

1 COmmunio parit diſcordiam, etiam inter fratres, vt dicit *text. in l. cùm pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.* 2. & in *c. ex tenore, de ſent. excommun.* ac etiam inimicitias, & contentiones, vt tradit D. meus *dec.* 168. *nu.* 10. *lib.* 2. poſt *D. Præſid. Merlin. cap.* 57. *num.* 1. *cent.* 1. *controu. for.* & *D. Balboa diſquiſit.* 23. *n.* 13. & ſequitur nouiſſimè *D. Hippol. Maya obſeru.* 10. *nu.* 123. *par.* 1. eamq; matrem diſcordiæ vocat *gloſ. in can. illud, diſt.* 71. & in *l.* 2. *C. de iur. domin. impetr.* & aliquandò ob eam deueniri ad arma, dixit *Bald. in cap. Imperial. §. præterea Ducatus, nu.* 8. *de probib. feud. alien. per Federic.* ideòq; nemo in communione perma-
2 nere cogitur, ſed poteſt ad diuiſionẽ, quãdo

ei placuerit, prouocare, *l.1. & fin. C. comm. diuid. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. D. Balb. d. diſquiſ. 23. n. 1. & 2.* qui *n. 3.* citat etiam locum *Geneſ. c. 13.*

3 Hinc eſt, quòd licèt diuiſio à patre prohiberi nequeat, *l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, ff. comm. diuid. D. Balbo. ibid. n. 4.* tamen
4 intelligitur in perpetuum, non autem ad tempus, *Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 67. Grat. conſ. 66. nu. 24. lib. 2.* & poſt ipſos *Petra de fideicomm. q. 8. nu. 523.* quem refert, & ſequitur *Fontanell. deciſ. 32. n. 31. lib. 1.* ideòq;
5 neq; ſpatio 30. annorum, ius non diuidendi præſcribi poteſt, ad tradita per *D. Balb. ibid. n. 6.* maximè, vtroq; poſſidente, vt tradit *n. 7.* in contrarium tamen exclamat *Pſalmiſta*
6 *pſal. 132.* dicens, *eſſe quàm bonum, & quàm iucūdum, habitare fratres in vnum*; ſic etiam
7 ex diuiſione inter fratres detegitur villitas paupertatis, & inuidiæ locus datur, iuxtà *l. meminimus, C. quando, & quibus, lib. 10.* & verificatur Euangelicum dictum, *omne Regnum in ſe diuiſum, deſolabitur*; verùm ta-
8 men eſt, quòd quando diuiſio procedit de omnium fratrum conſenſu, tunc laudabilis eſt, *l. fin. ff. fam. erciſc.* hinc *D. Bernardus* in *epiſt.* quam ſcripſit *Raymundo* de diuiſione inter fratres fienda ſuper hæreditate, ſic re-
9 ſpondit (*Si ſunt nobiles, melior quandoquè aliorum filiorum diſperſio, quàm hæreditatis diuiſio; ſi ſunt laborantes, faciant, vt velint; ſi ſunt Mercatores, tutior eſt diuiſio, quàm communio; nè vnius infortunium alteri imputetur,*) vt refert *Fab. de Giorrbis in auth. nouiſſ. in fine, C. de inoffic. teſtam.* ſed vtinam hodiè obſeruaretur conſultatio *D. Bernar-*
10 *di*, & præſertim à nobilibus, qui multum affectare debent familiarum ſuarum conſeruationem, dignitates, & bona, cùm ſine bonis, & diuitijs vix conſeruari valeant, quę conſeruatio ex diuiſione tollitur, idcircò diuidendo præſumuntur annihilare eorum
11 bona, & nihilominùs diuitiæ valdè conferunt ad nobilitatem, vt per *Tiraq. de nobilit. cap. 3. Niger Cyriac. controu. 201. n. 202.*
12 *lib. 2.* Hinc Hiſpani, vt plurimùm, primogenituram conſtituunt, vt bona conſeruentur de primogenito in primogenitum, vt conſiderat *Fontanella d. dec. 32. n. 21.* nam, per primogenituram decus familiæ conſeruari, dixit *ibid. nu. 22.* ex *T. beſ. deciſ. 270. nu. 11. Surd. conſ. 369. n. 21. Morot. conſ. 99. nu. 15. verſ. 1. Flores de Mena lib. 1. var. q. 17. n. 41. Caſanate conſ. 20. n. 14. verſ. ratio vocandi*, &
13 non ſolùm nobiles, ſed omnes alij debent, primogenituram cōſtituere, vt ex *Gratian. c. 834. n. 12. lib. 5.* & alijs probat idem *Fontanell. ibid. n. 23. & 24.*

Quomodò autem, & qualitèr ſit facienda
14 diuiſio, treſdecim DD. opiniones retulit D. meus à *n. 1. per totum n. 17.* de quibus etiam nouiſſimè *Blaſius Michalonius in tract. de fratr. par. 3. c. 38.* ſed tandèm D. meus *n. 22.* concludit cum *Caualc. deciſ. Finiz. 11. n. 33.*
15 *par. 2.* quòd primo loco ſeruatur ſtatutum, vel conſuetudo loci, de qua dixerat in *4. opin. nu. 4.* & ità deciſum in ea cauſa tradit *n. 22.* ſequitur *Michalor. ibid. n. 17.* & ijs defi-
16 cientibus ſecundo loco, ſi ſumus in Terris, Eccleſiæ ſubiectis, ſeruetur opinio *Canoniſtarum*, vt maior diuidat, & minor eligat, quam adduxit *n. 1.* de qua etiam *Michalor. vbi ſuprà, n. 10.* ſi verò in Terris iuriſdictioni
17 ſeculari ſubiectis; tunc obſeruetur opinio *Ciuiliſtarum*, quod, vel ſorte dirimatur, iuxtà tradita in ſecunda opinione *n. 2.* & per *Michalor. loc. cit. nu. 14.* vel Iudicis arbitrio, de quo in tertia opinione *nu. 3. Michalor. d. cap. 38. n. 31.*

Hinc in diuiſione hæreditatis quondam Doctoris Franciſci de Florio fuit per S. C.
18 ad relationem D. Conſiliarij *De Angelis* deciſum, quòd diuiſio fiat per ſortem,
* ſicque fuit exequutum, præcedente diuiſione facta per Tabularium Pinctum, vt ex actis in Banca de Amico, & hæredes erant in linea tranſuerſali, non autem deſcendentium, quæ quidèm deciſio comprobatur ex traditis per *Card. Zabarell. conſ. 150. in*
19 *fine*, videndum, & hoc indiſtinctè procedit, vbi vna partium inſtitiſſet pro diuiſione ad ſortem, tunc pars aduerſa, etiam ſi recuſauerit, debet per Iudicem pro euitandis litibus, ad ità diuidendum cogi, vt per *Io. de Anan. in c. fi. col. 4.* poſt *n. 9. extrà de ſortileg.*

Scripturæ autem, inſtrumenta, ac libri communes inter hæredes, penès quem ip-
20 ſorum cuſtodiri, & conſeruari debeant, facta diuiſione hæreditatis, nunc videndum, & diſtinguendum erit cum *Io. Franciſco Andreolo*, viro quidē acutiſſimi ingenij, ac iuris ſcitiſſimo *lib. 2. controu. 152.* nam ſi hære-
21 dum alius ſit maſculus, alius fœmina, & tūc penès maſculum conſeruanda ſunt, vt ex *D. Reg. Valenz. in conſ. 139. n. 6.* & alijs tradit
22 *n. 1.* ſi verò omnes hæredes ſint maſculi, ſed vnus habet maiorem partem, & tunc penès ipſum ſunt cuſtodienda, præſtita tamen cautione, de exhibendo, quādo res exegerit, *l. ſi quæ ſunt cautiones ff. famil. erciſc. Andreol.*
23 *ibid. n. 2.* ſed ſi hæredes maſculi ſūt pares in partibus, & tūc maior, illa cuſtodire debet, *l. fin. ff. de fide inſtrum. l. cùm pater, §. pater pluribus, ff. de legat. 2. l. maiorem, ff. de pact. Andreol. ibid. num. 3.* vbi DD. etiam citat, &
* ità fuiſſe obſeruatum inter hæredes dicti V.I.D. Franciſci de Florio, nàm fuerunt cōſignata penès Fauſtinam de Florio, cohæredem natu maiorem, mediante decreto D. cauſæ Commiſſarij, in dicta Ban-
24 ca de Amico, eademquè prærogatiua competit filio hæredis ſenioris, vt per

Gri-

Digitized by Google

*Griuell. dec. 146. nu. 12. & ſeqq.* ſequitur *Andreol. d. num. 3. in fin.* ſi verò inter hæredes adſit aliquis, in dignitate conſtitutus, vt puta ſit Doctor, tunc ille, illa conſeruabit, *d. l. ſi.* vbi *Floria. Griuell. d. dec. 146. nu. 1. Andreol.* qui alios citat *loc. cit. nu. 4.* & tandèm, ſi inter hæredes ſit aliqua malignantis animi ſuſpitio, tunc in loco communi, alteri non ſuſpecto reponenda ſunt, vt quilibet lares habeat, *d. l. ſi quæ ſunt cautiones*, & comprobat *Andreol.* vbi ſuprà, *n. 5.*

26 Hinc etiam ſcias, quod diuiſio procedit, etiã in indiuiſibilibus, in quibus quis in communione ſtare non cogitur, vt probat *text. in §. eadem, Inſt. de offic. Iud.* quem ad hoc expendit *Fontanell. dec.* Cathal. 280. *nu. 15.* in illis tamen diuidendis vni datur prædiũ, alteri verò pretium, ſiuè æſtimatio, *l. ſi pluribus, ff. de leg. 1.* ea ratione adducta per D. meum *nu. 12.* quia eadem res penès duos, inſolidum eſſe non poteſt, quod etiam comprobat, & ſequitur *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. n. 72. cum ſeq.* & *d. dec. 280. nu. 16.* quod etiam voluit, generalitèr tamen de bonis loquens *D. Pratus pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 67. n. 10.*

27 Non tamen legatarius medietatis prædij cogi poteſt ad accipiendam partem prædij pro diuiſo, cùm ſit in eius electione, illam habere pro indiuiſo, ad *text. in l. rectè dicimus, ff. de verb. ſignif. Annæus Rober. rer. iudic. lib. 3. cap. 10. in fine*, ſequitur *Andreol. lib. 3. controu. 225. n. 2.* qui *n. 3.* reſpondit ad *tex. in l. legato generalitèr, §. ſi de certo fundo, ff. de leg. 1.* qui in contrarium adducitur.

Et tandèm, vt probat D. meus *num. 14.*
28 Fiſcus ex ſpeciali priuilegio poteſt, totam rem communem alienare, ſocioq; partem pretij, ei competentem dare, ex iuribus, & *DD. ibi* citatis, non tamen tenetur conſocium requirere, de iuris rigore, ſed tantùm de æquitate, quia ſi conſocius velit, tantum dare, quantum alius, debet præferri, vt tradit *Bald. in l. 2. C. comm. rer. alien.* non tamen poteſt Fiſcus, rem communem locare, vt tenet *Andr. de Barul. in l. 1. C. de vend. rer. Fiſc. com. cum priu. lib. 10.* per *text. in l. fin. C. de vectigal.* rationemq; differentiæ adducit, quia in locatione agitur, de temporali
29 præiudicio Fiſci, in venditione verò, de perpetuò, & ſic maiori, iura nàmq; magis ſubueniunt Fiſco in venditione, quàm in loca-
30 tione, minus enim venditur res diuiſa, quã ſi tota venderetur, ſed contrarium dicit *D. Reg. Lanar.* vidiſſe practicatum in Regno in
* caſu fortiori, eò, quòd Fiſcus locat iura Dohanæ fundaci, & exituræ vnius Prouinciæ, & concludit, in locatione hæc iura Baronibus conceſſa in aliquibus Ciuitatibus, & eis poſteà ſoluit quantitatem, iuxtà liquidationẽ, quam facit Regia Camera, & ità deciſum teſtatur in cauſa Principis Melficti cum Regio Fiſco, in qua prædicta non fuiſſe allegata, teſtatur in *Memorab.* manuſcript. *verbo Fiſcus an poſſit locare.* *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Renunciatio, quæ iuxtà formam *Sac. Conc. Trid. in cap. 16. de Regul. ſeſſ. 25.* debet fieri per duos menſes antè profeſſionem emiſſam, an ſit valida, ſi per paucos dies poſt illorum lapſum facta fuerit.

### SVMMARIVM.

1 *Nouitius antè profeſſionem, poteſt de bonis ſuis diſponere, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate.*
2 *Renunciationes fieri debent infrà duos menſes, antè profeſſionem emiſſam.*
3 *Quicquid pro forma requiritur, eſt de ſubſtantia actus.*
4 *Id, quod incontinenti fit, cenſetur ineſſe.*
5 *Menſis pro triginta diebus accipitur.*
6 *Duo menſes requiſiti à* Conc. Trid. *antè profeſſionem in renunciatione Monachi, quomodò intelligi debeant, & n. 10.*
7 *Renunciatio facta à Monaco, modico tempore antè duos menſes, poſt quã fuerit emiſſa profeſſio, ſubſtinetur.*
8 *Conſtitutio* Sacr. Concil. Trid. *circà renunciationem faciendam infrà duos menſes, antè profeſſionem, qua de cauſa introducta fuerit.*
9 Donatio, *vel renunciatio, intuitu Religionis, nulla dicitur, ea non ſecuta.*
11 *Renunciatio facta infrà duos menſes proximos tempore, quo profeſſio legitimè potuiſſet fieri, nõ cenſetur inualida, ſi actualis poſt aliquot menſes dilata fuerit.*
12 *Deciſio articuli adducitur.*

# Deciſio XXIX.

INcidit articulus decidendus in S. C. Vtrùm renunciatio, ſeù ceſſio facta per Sororem Ceciliam Aſſanto, in ſæculo nominatam Martiam, in beneficium Ioſephi Aſſanti, ſit valida, ſtante, quòd fuit facta die 24. Februarij 1631. & profeſſio in Monaſterio die 28. Aprilis eiuſdem anni,

& ſic per dies quatuor poſt lapſum duorum
menſium. Et quidem, iure communi atten-
to Nouitius antè profeſſionem emiſſam,
habet ſuorum bonorum dominium, ſicuti
quilibet laicus, & ideò, poteſt donare, alie-
nare, contrahere, & de bonis ſuis, tàm per
1 contractum inter viuos, quàm in vltima vo-
luntate, ad ſui libitum diſponere, vt poſt *Ar-
chid. Innoc. & Hoſtieſ.* habetur ex *Nauar.
in cap. cùm non dicatis* 12. *q*. 1. *n*. 50. & de cõ-
muni teſtatur *Couar. in c*. 2. *n*. 2. *& 5. de te-
ſtam. Azor inſtit. moral. lib*. 2. *p*. 1. *c*. 2. *in* 14.
*quaeſt*. verùm difficultas oritur ex *c*. 16. *de
Regul. ſeſſ*. 25. *in* Concil. *Tridēt*. vbi expreſsè
cauetur, vt renunciationes debeant fieri in-
2 trà duos mēſes, antè profeſſionem emiſſam,
aliàs ſint nullæ, & inualidæ, quæ verba *Con-
cilij* indicant nullitatem renunciationis cō-
trà formam ipſius, ipſo iure, vt habetur ex
*Emanuele Rodriquez de regularib. tom*. 3.
*q*. 17. *art*. 5. quia tempus ad aliquem actum
perficiēdum, eſt pars formæ eiuſdem actus,
3 qua forma deficiente, redditur nullus, ipſo
iure, vt percipitur ex *gloſ.* communitèr re-
cepta in *cap. cùm dilectus, in verb. irritum,
extrà de reſcript. & gloſ. in l*. 1. vbi *Bart. &
Bald.* C. *de precib. Imperat. offerend. Tiraq.
de retract. lignag*. §. 3. *gloſ*. 4. *n*. 3.

In contrarium verò cōſiderabatur, quòd
4 quæ in continenti fiunt, cenſentur ineſſe,
*l. lecta, verſ. dicebam*, vbi *Iaſ. n*. 14. *ff. ſi certū
petatur, Gabriel. comm. cōcl. tit. de praeſumpt.
concl*. 13. *Anna conſ*. 62. *num*. 1. *& ſeq*. nec de
tàm minimo tempore eſt curandum; renū-
ciatio enim fuit facta die 24. Februarij, qui
menſis conſtat ex diebus viginti octo tan-
5 tùm, cùmq; menſis accipiatur pro triginta
diebus, *Bald. in l. eos*, §. *fin autem*, circà *fin.
C. de appellation. gloſ. in l final*. §. 1. *in verbo
ſexaginta*, C. *de iur. deliber. Alex. conſ*. 114.
*n*. 12. *vol*. 5. & ſic illi duo dies, qui deficiunt,
ſupplendi ſunt de menſe ſequenti, & dùm
profeſſio ſequuta fuerit die 28. Aprilis, fuit
facta infrà duos menſes, & duos dies, pro-
6 pterea duo menſes ſtatuti ex *Decreto Sacri
Concilij Tridentini*, debent intelligi ciuili-
tèr, argumento *text. in l. ſi cui, ff. de ſeruit*.
hoc eſt, non mathematicè, & phyſicè, ſed
moralitèr, hinc, ſi fiat modico tempore an-
7 tè duos menſes, non eſſe nullam renuncia-
tionem, habetur ex *Lalio Zecch. de Repub.
Eccleſiaſt. tit. de Regular. cap*. 3. *n*. 14. *limit*. 8.
poſt *Thom. Zerol. in prax. epiſcopal. p*. 1. *in
verb. Monaci, in fine*, nàm tàm modicum
tempus, ſiuè praecedat, ſiuè ſequatur, non
eſt in conſideratione, *gloſ. in l. Pomponius,
§. ratihabitionis, in verbo conteſtationem,
ff de procurat. Speculat. in tit. de ſatiſd*. §. *vi-
ſo, n*. 7. *&* 10. *Maceratenſ.* in propria materia
*variar. reſolut. lib*. 1. *reſol*. 112. *caſu* 62. *in fi.*
8 Mens enim *Conſtitutionis* dicti *Decreti Sa-
cri Concilij Tridentini* fuit, vt non fiant iſtæ
renunciationes, niſi poſt decem menſes an-
ni probationis, nè Regulares compellerent
Nouitium ad intempeſtiuè renunciandum,
& propterea difficilior redderetur animus
donantis, vel renunciantis, in diſcedendo à
Religione, vt habetur ex *Nauarr. conſ*. 7. *de
donation. lib*. 3. *Gallerat. de renunc. lib*. 3. *c*. 7.
*n*. 4. *& 5. Sanchez in ſumm. lib*. 7. *c*. 5. *nu*. 64.
*Menoch. conſ*. 388. *nu*. 7. *Macerat. variar. re-
ſolut. lib*. 1. *d. reſolu*. 112. *caſu* 62. vbi reſpon-
det ad alium locum *Menoch. in addit. ad ca-
ſum* 436. *nu*. 9. *de arbitrar. iudic*. quòd ſatis
ſit ſuccurſum tali reſtrictioni de iure com-
9 muni, cùm renunciatio, vel donatio, ante
Profeſſionis, & Religionis, illa non ſequuta,
nulla ſit, *Natta conſ*. 180. *nu*. 5. *& 6. Surdus
conſ*. 445. *nu*. 36. *Clarus in* §. *donatio, q*. 25. *in
princ*. quia negari non poteſt, quòd non fa-
cilis erit recuperatio bonorum, & multa
patietur incommoda, vt aduertit *Nauar. d.
conſ*. 7. & propterea, terminus decem men-
ſium videtur conueniens, & opportunus, vt
poſſit Nouitius deliberare, ſi vult, Religionē
profiteri, vel habitum dimittere, & ſic illi
duo menſes ſtatuti à *Sacro Concilio*, debent
intelligi de illis proximis, in quibus *regula-
10 ritèr*, & frequentiùs profeſſio fieri ſolet, ad
ea enim, quæ ſepiſſimè accidunt, leges no-
ſtræ adaptantur, *l. nam ad ea, ff. de legibus, &
l. ea, quæ rarò accidunt* 65. *ff. de regul. iur.* &
in proprijs terminis, quòd illi pauci dies nō
ſint in conſideratione, tenet *Sanchez d. c*. 5.
*n*. 82. & ità deciſum fuiſſe in Rota Romana,
refert *Barboſ. in collect. Doct. ad Conc. Trid.
ſeſſ*. 25. *de Regul. c*. 16.

Praedicta autem procedunt in caſu for-
tiori, quādo per paucos dies antè decimum
menſem probationis completum fit renun-
ciatio, & poſteà infrà duos menſes profeſſio,
qui eſt caſus fortior, quando verò decimo
menſe elapſo infrà duos menſes proximos
fit renunciatio, quamuis actualis profeſſio
per aliquot menſes dilata fuerit, nō per hoc
cenſetur inualida, & ità declarata fuit dicta
*Conſtitutio Sacri Concilij Tridentini*, per
hæc verba, videlicet. *Renunciatio facta cum
licētia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij intrà duos
mēſes proximos, tempore, quo profeſſio emitti
legitimè potuiſſet, non cenſetur inualida, ex
eo, quòd actualis profeſſio per aliquot menſes
dilata fuerit*, de qua etiam declaratione te-
ſtatur *Io. Franciſc. Leo in theſaur. for. eccleſ.
c*. 16. *de iuriſdict. ordinar. nu*. 38. *p*. 2. & eum
ſequitur *Cancer. variar. reſolut. lib*. 3. *c*. 15.
11 *tit. de renunciat.* ſub *n*. 336. & de ea ſimili-
tèr teſtatur *Gallerat. de renunciat. lib*. 3. *c*. 7.
ſub *n*. 8. *verſ. Sed & declaratum*. Et propte-
12 reà, die vltimo Februarij 1636. cùm per ſē-
tentiam Sacri Conſilij eſſet condemnatus
Dominicus Aſſantus ad ſoluēdum Ioſepho

Aſſanto.

Digitized by Google

Aſſanto, ad cuius beneficium erat facta renunciatio, ad paragium liquidandum, & per dictum Dominicum fuiſſet dictum de nullitate, & in octaua nullitate oppoſuiſſet, de inualiditate renunciationis, ex cauſa prædicta, fuerunt, tàm prædictæ, quàm aliæ nullitates, de quibus nulla fuit habita ratio, reiectæ, vt in proceſſu inter dictum Ioſeph. Aſſanto cum Dominico Aſsanto, in Banca Scacciauenti Mag. Act. S. R. C.

## OBSERVATIO In Deciſione XXIX.

### SVMMARIVM.

*Renunciatio à Nouitia cum licentia Ordinarij, vel eius Vicarij, quãdo fieri debeat, & n. 2. ac deciſum refertur, n. 3. de ratione, num. 4. 11. 12. 13. 14. 15.*

*In continenti, quæ fiunt, ineſſe cenſentur, & in continẽti quando fieri dicatur, n. 7. 8. 9. & 19.*

5 *Probationes, quæ in continẽti probari poſſunt, videntur à principio ineſſe.*

6 *Exceptiones, quæ in continenti probari poſſunt, videntur à principio ineſſe, & eſſe probata.*

2 *Tempus modicum non habetur in conſideratione.*

3 *Modica mora non nocet.*

*Moræ purgatio admittitur intra breue tempus, & ſic infra paucos dies, ibid.*

4 *Parum, & nihil æquiparantur.*

5 Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de Regularib. *quando annullet profeſſionem, & quas perſonas comprehendat, num. 17. & 18.*

6 *Profeſſio ex cauſa poteſt differri, & valida erit, ſi emittatur poſt aliquod tempus.*

19 *Profeſſus in aliqua Religione, intrà quinquennium tenetur proponere nullitates profeſſionis, etiam ſi fuerit Miles Hieroſolymitanus. Limita, vbi propter metum nõ valeret illas proponere, num. 20. & ità deciſum per* Sacr. Congr. *adducitur, num. 21.*

22 *Renũciatio facta à Nouitio eſt nulla, ſi profeſſio ſit nulla declarata, & nu. 23.*

24 *Renũciatio facta, intuitu profeſſionis faciẽdæ, ſi illa non ſequatur, erit nulla, & reuocatur.*

25 *Paria ſunt, non fieri, vel inualidè fieri, item, non eſſe, vel eſſe nullum, n. 26. ac etiam, non fieri, vel ità fieri, quod factũ non duret, nu. 27. de ratione, num. 28. Item, non facere, vel in facto non perſeuerare, num. 29. & non fieri, vel non ſortiri effectum, n. 30. & 31. vel non fieri, & inutilitèr fieri, & tandèm non fieri, vel minus legitimè fieri, ſeù alitèr fieri, quàm de iure debet, num. 32.*

28 *Factum non dicitur, quod nõ durat factum.*

33 *Nullum, & nihil, idem ſunt.*

34 *Pariũ eadem eſt iuris diſpoſitio, & iudiciũ.*

35 *Tempus, intrà quod eſt facta renunciatio, probari debet ab eo, qui ſe fundat in renũciatione.*

36 *Tempus, & locus ſpolij per actorem declarari debet, quando agitur interdicto vndè vi, & ità deciſum traditur, nu. 37. Secus ſi agitur remedio* cap. recuperandæ 3. q. 1. *& nu. 39. & ità deciſum adducitur, n. 40.*

1 RENVNCIATIO fieri debet à Nouitio cum licentia Ordinarij, vel eius Vicarij intrà duos menſes proximos, antè profeſſionem emiſſam, ſub pœna nullitatis, vt habetur ex *Sacr. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regul.* & tradũt D. meus *num. 2.* & D. Epiſcopus *Maranta reſp. 3. n. 8. & 13. reſp. 43. nu. 10. ac reſp. 72. nu. 26. lib. 4. controu. iur. D. Prat. lib. 2. diſcept. for. c. 139. n. 8.* D. *de Marin. lib. 2. quotid. reſol. c. 196. n. 1. 4. & 25. D. Conſil. Staiban. reſol. 81. nu. 1.*
2 *lib. 1.* & tempus prædictum duorum menſium neq; præuenire, neq; tranſgredi Nouitius poteſt, vt ex *Rota, Sanch. Barbo.* & alijs probat D. Eps. *Maranta d. reſp. 3. n. 13.* qui propterea à *num. 13.* per tot. *num. 34.*
3 ſubſtinet, quòd ſi renunciatio fuerit facta antè, vel poſt duos menſes, ſit nulla; verùm, ſi poſt paucos dies poſt lapſum duorũ menſium ſit dilata profeſſio, ſubſtinetur renunciatio, ex rationibus adductis per D. meum *num. 5.* qui ità per S. C. determinatum adducit *num. 12.*

Quæ enim in continenti fiunt, ineſſe cen-
4 ſentur, vt probat D. meus *n. 4.* & *conſult. 25. n. 21. lib. 1. & cõſul. 140. n. 28. lib. 2. & dec. 121. n. 30. & ſeq. ac dec. 129. n. 16. lib. 1.* Ego addo *tex. in l. petens,* C. *de pact.* in *cap. officij 38. de elect.* Eminen. Card. *Tuſc. lib. 4. lit. I. concluſ. 81. Mar. Antonin. Maceraten. variar. reſol. lib. 1. reſol. 69. n. 5. & reſol. fin. caſu 62.* Hinc
5 probationes, quæ in continenti offeruntur, non cenſentur excluſæ, *Menoc. de præſump. li. 2. præſ. 47. n. 5. 9. & 10.* & exceptiones, quæ
6 in continẽti probari poſſunt, videtur à principio ineſſe, & eſſe probatæ, D. *Reg. Valenz. conſ. 181. n. 50.* D. *Marius Giurba* vir ſanè doctiſſimus, & perſpicaciſſimus, neminiq; ſecũdus *obſer. 13. n. 19. p. 1.* & in continenti fieri
7 dicitur, ſi fieri poſſit infrà duos menſes, vt ex *Menoc. de arbit. iud. lib. 2. caſu 14.* tradit
8 D. meus *cõſult. 30. n. 12. lib. 1.* interdùm infrà mẽſem, *l. diuortio,* vbi *Alex. n. 10. ff. ſol. matr.*
9 & vt plurimũ intrà tres dies, *l. ſi. §. illico,* vbi *Iaſ. C. de iudic.* & in *l. lecta, n. 19. ff. ſi cert. pet. D. Giur.* vbi ſup. *n. 29.* vbi allegat *Contard. de moment. poſſeſſ. lim. 12. n. 15. Graſſ. except. 7. n. 7. Viu. dec. 117. n. 7. Milanen. dec. 3. n. 137. par. 1. Surd. conſ. 99. n. 41.* & tandèm, Iudicis arbi-

Digitized by Google

10 arbitrio remittitur, l. 3. §. cùm agitur, ff. de vi, & vi arm. Menoc. de arb. caſu 13. & remed. 1. recuper. n. 259. Azeued. in l. 11. nu. 3. tit. 7. lib. 3. noua recopil. Valaſc. conſult. 88. n. 6. & de partit. c. 3. n. 11.

11 Ideòq; dùm renũciatio eſt facta per duos dies tantùm antè duos menſes profeſſionis in caſu huius deciſionis, ſubſiſtetur, nedùm quia, incontinenti, & ſic intrà dictos duos menſes facta cenſetur renunciatio, ex ſupra
12 traditis; ſed etiam, quia modicum tempus non habetur in conſideratione, vt probat D. meus ſub num. 7. & habetur etiam in l. ſi oleum, §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo, in l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodati, in l. res, ff. de contr. empt. in l. Seio, ff. de in integr. reſtit. comprobat D. Eps Riccius in praxi fori eccl. dec. 39. n. 3. in 1. edit. & reſol. 36. in 2. edit. hinc mo-
13 dica mora non nocet, ad tradita per Gratia. c. 26. n. 19. lib. 1. diſcept. foren. poſt Tiraq. in l. ſi vnquàm, ver. donatione largitus, n. 77. & de contr. lign. §. 8. n. 9.

Hinc, quando admittitur moræ purgatio, debet eſſe infrà breue tempus, ad tradita per doctiſs. Surd. dec. 221. nu. 24. & ſic infrà paucos dies, D. Viui. opin. 524. Gratia. lib. 2. diſcep. for. c. 307. n. 30. per tex. in l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. vbi Bal. notat, intellige in tribus, vel quatuor diebus, quem ſecuti ſunt Barz. dec. 50. nu. 57. Menoc. de arb. iud. caſu 7. n. 13. ſed Theſau. dec. 77. n. 4. intendit etiam per octo dies, aliquando infrà decem dies, vt in l. promiſſor, § ſi ſine, ff. de conſtitu. pecun. & in l. quid tamen 21. §. vlt. ff. de recep. arbitr. prout obſeruat Anton. Contius lib. 2. ſucceſſ. lect. c. 18. Emundus Merill. lib. 2. obſeru. c. 16. & Cacher. dec. 48. per tot. dicentes, moram purgari ad ſummũ infrà 15. dies, vt hæc omnia benè reaſſumit D. meus dicta dec. 129. n. 33. vel ad ſummũ infra menſem, nàm modicum tempus, ad 30. dies refertur, l. ſi debitor 21. ff. de iudic. arg. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuato, & parum, aut
14 nihil æquiparantur, l. quamuis, ff. de condit. & demonſtr. Hippol. ſing. 276. Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 2.

15 Sed Sacr. Conc. Trid. non annullat profeſſionem emiſſam poſt duos menſes, vt conſiderauit D. Eps Maran. d. reſp. 3. n. 5. ideòq; num. 8. probat, ex cauſa poſſe differri pro-
16 feſſionem, illamq; validam eſſe, ſi emittatur poſt aliquod tempus, & ità declaratum per Sacram Cõgreg. tradit D. de Marin. d. c. 196. n. 5. poſt D. meum hìc n. 10. in fi. vbi aliam declarationem Sac. Conc. Trid. adducit.

Obſeruandum quoq; erit, diſpoſitionem
17 d. c. 16. ſeſſ. 25. de Regul. procedere, nedùm in Militibus Hieroſolymitani Ordinis, qui tria vota emittunt, vt plenè probat D. Eps Maran. d. reſp. 13. n. 35. ſed etiam in omnibus Religionibus, in quibus tria vota ſubſtantialia emittuntur, vt benè deducit ibid.
18 nu. 37. nam Religioſus non dicitur, qui tria vota, Paupertatis ſcilicet, Caſtitatis, & Obedientiæ non emittit, ad tradita per D. meum dec. 118. n. 3.

Quarè dùm in eadem ſeſſ. 25. c. 19. ſtatui-
19 tur terminus ann. 5. ad proponendam nullitatem profeſſionis, in ea comprehenduntur ijdem Milites Hieroſolymitani, vt poſt alios docet D. Eps Maran. loc. cit. n. 42. non
20 tamen currit tempus ann. 5. durante metu, ob quem Miles, vel alius Religioſus reclamare non valuit, vt tradunt Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 4. dubit. 7. nu. 63. verſ. notandum, Gratia. lib. 3. diſcep. foren. c. 413. n. 10. Sanch. de matrim. qui alios citat lib. 7. diſp. 37. n. 33.
21 ideòq; per Sacr. Congreg. annis elapſis fuit declarata nulla, & inualida profeſſio facta per Io. Andr. de Afflicto in Hieroſolymitana militia, quamuis nullitas fuiſſet propoſita poſt quinquennium, & poſt mortem patris, ob cuius metum proponere non valuit intrà tempus prædictum, in qua cauſa ſcripſit idem D. Eps Maran. d. reſp. 3. qui quidem Ioa. Andr. poſteà matrimonium contraxit, ex quo natus eſt D. Ioa. Baptiſta, nunc digniſſimus Auditor in Regia Aud. Lucerina.

Qua profeſſione nulla declarata, non po-
22 teſt dubitari, quòd renunciatio ab eo facta ſit etiam nulla: cùm enim renuncians de iuſtitia ſit reſtitutus cauſa acquiſitionis penès renunciararium, per reſtitutionem, & annihilationem reddit ad non cauſam, & ceſſante cauſa, ceſſat effectus, l. fi. vbi Bal. & alij, C. de ſenten. paſſis; cùm enim talis renunciatio
23 ſit facta, ob cauſam profeſſionis emittendæ, illà nulla declarata, renunciatio quoquè nulla erit, & ipſo iure reuocabitur, vt dici-
24 tur, quando profeſſio non ſequitur, tunc n. donatio, ſiuè renunciatio facta, illius intuitu, ipſo iure dicitur nulla, & reuocatur, ad tradita per Natt. conſ. 180. nu. 5. & 6. Surd. conſ. 445. n. 36. Clar. in §. donatio, q. 25. in princ. & in terminis latè comprobat Gratia. c. 96. n. 22. 23. 24. 25. lib. 1. diſcept. for.
25 Paria enim ſunt, nõ fieri, vel inualidè fieri, l. non putauit, §. non quauis, vbi Bar. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tab. l. 1. §. quod autem, vbi Bal. ff. de offic. Præf. vrb. l. quoties, ibiq; Iaſ. ff. qui ſatiſd. cogan. Mar. Antonin. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 11. n. 10. Surd. conſ. 157.
26 nu. 13. ſic etiam, non eſſe, vel eſſe nullum, l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tut. Surd. dec. 51. n. 14. & dec. 122. nu. 2. Cald. Pereira de poteſt. elig. c. 5. n. 8. Farinac. conſ. 60. num. 90.
27 item, non fieri, vel ità fieri, quod factum nõ duret, Anton. Monach. deciſ. Bonon. 40. pun-
28 cto 7. n. 18. nam factum non dicitur, quod non durat factum, l. ſi pro parte, §. verſum, ff. de in rem verſo, Gratian. lib. 1. diſcept. for. c. 115. num. 33. & c. 132. num. 25. cum ſeq. &

pari-

Digitized by Google

paritèr, non facere, vel in facto non perſe-
uerare, *l. quicquid calore, ff. de reg. iur.* hinc
30 etiam, non fieri, vel non ſortiri effectum, ſi-
militer paria ſunt, *l. 1. §. nihil, ff. de inoff. teſt.*
*l. ſi quis ſub cōditione, ff. de teſtam. tut. Surd.*
31 *conſ. 245. n. 14.* prout etiam, non fieri, & inu-
tilitèr fieri, *l. pen. in princ. ff. de ſuis, & legit.*
*hered. l. quoties, vbi glo. & DD. ff. qui ſatiſd.*
*cog. Tiraq. ad ll. connub. glo. 1. p. 6. n. 12.* & tā-
32 dē, non fieri, vel minus legitimè fieri, ſeù ali-
tèr fieri, quā de iure debeat, paria etiam sūt,
*d. l. quoties, vbi Iaſ. l. ſi autem nullam, C. de*
*legit. hered. cap. ſi. de reſtit. ſpol. Surd. cōſ. 45.*
*n. 42. conſ. 88. n. 16. dec. 122. n. 6. & dec. 269.*
33 *nu. 72. Macerat. lib. 2. reſol. 8. n. 8.* & nullū, &
nihil idem ſunt, vt probat D. Epiſ. *Maranta*
*p. 4. reſp. 87. nu. 8.* qui *d. reſp. 3. n. 63.* in pro-
prijs terminis, hoc idem confirmat, & pa-
34 rium eadem eſt iuris diſpoſitio, & iudiciū,
*cap. inter corporalia, cap. ſicut ergo, de transl.*
*Epiſc.* & eadem eſt natura, *l. ſi socer, in fin. ff.*
*ſolut. matrim.*

Certum tamen eſt, quòd tempus, intra
35 quod eſt facta renunciatio, debet probari
ab eo, qui ſe fundat in renunciatione, iuxtà
tradita per D. Epiſc. *Maran. ibid. n. 32.* ſicut
in ſimili etiam dicimus, vt tempus, & locus
36 ſpolij per actorem declarari debet, quando
agitur interdicto vndè vi, vt probat D. de
*Ann. alleg. 111. n. 2.* & deciſum pluriès refert
*Afflict. dec. 250. n. 1. & 4.* Hinc cùm Iacobus
37 Perà, & Franciſcus de Rinaldo ſocij, fuiſſent
cōuenti à Vincentio Imperiale ad ſolutionē
certæ pecuniarū quātitatis, vigore literarum
cambij, acceptatarum per dictos ſocios, nō
obſtante, quòd illæ originalitèr exiſterent
in poſſe dictorum ſociorū, ſub prætextu, quòd
diſrubatæ fuerunt à domo ipſius Io. Vincē-
tij, fuit per ipſos ſocios petita declaratio lo-
ci, & temporis diſrobationis à dicto Impe-
riale, & per S. C. ad relationem Dom. Conſi-
* liarij Andreæ de Ianuario, Ducis Cantalupi,
poſteà Regentis, meritiſſimi apud S. Ma-
ieſtatem, fuit iudicatum, quòd dictus Ioan.
Vincentius faciat petitam declarationem,
ſub die 9. Ianuarij 1629. in Banca Romani
pro Sarro, hodiè de Vendutto, & penès Secr.
S. C. patrocinante pro dicta ſocietate
38 Perà, & Rinaldi D. Lelio Gizzio meo Ger-
mano; ſecus verò eſt, ſi in cauſa ſpolij age-
39 retur remedio *cap. redintegranda 3. q. 1.* vel
*clem. sæpè, de reſtitut. ſpol.* tunc enim, quia
non infamat, actor non tenetur declarare
locum, & tempus; *D. de Anna* vbi ſuprà
*nu. 1.* qui *nu. 3. in fine* ſic iudicatum refert
40 in cauſa propria cum hæredibus Iacobi
Guarini, in Banca Ioannis Portij, poſt *Affli.*
*loc. cit.* & *Alex. conſ. 6. vol. 3.*

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Moræ purgationi quando ſit locus, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, & quid de ſtylo Sacri Regij Conſilij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Purgatio moræ admittitur de iure canonico, vbi ius partis deterius factū non ſit, n. 18.*
*Amplia, etiam ſi adeſſet iuramentum, nu. 2.*
*Limita, de iure ciuili, n. 3.*
*Item, vbi adeſt pactum reſolutiuum contractus, n. 4.*
*Quo caſu neq; de iure canonico moræ purgatio locum habet, n. 5.*
*Contrarium, vbi ius partis non eſſet factū deterius, n. 11.*
6 *Contractus ex defectu conſenſus ſubſiſtere non poteſt.*
7 *Clauſula reſolutiua, reddit contractum nullum, ex defectu voluntatis.*
8 *Purgatio moræ, in prouiſione legis, & non hominis admittitur, quàmuis adſit pactū reſolutiuum.*
9 *Clauſula,* non alitèr, nec alio modo, *reddit contractū indiuiduum, vt non poſſit ſcindi, aut diuidi.*
10 *Purgatio moræ non admittitur poſt reuocationem factā, ex cauſa aſſenſus nō regiſtrati infrà tempus ſtatutum per* Conſtitutionem Regni.
12 *Purgationi moræ locus non eſt, vbi illi fuerit renunciatum.*
13 *Purgatio moræ, in feudis admittitur.*
14 *Purgatio moræ admittitur in fideiuſſore ad repræſentandum Reum, non obſtante executione facta, & ſubhaſtatione illius.*
15 *Purgatio moræ de æquitate* S. C. *ſæpe admittitur, quotieſcunq; res eſſet integra, ità vt ius partis nō eſſet factū deterius, & n. 22.*
16 *Deuolutio rei emphyteuticæ, non de facili conceditur in S. C. ob non ſolutionem canonum, cùm multi dētur termini ad moræ purgationem.*
17 *Obſeruātia S. C. circà reſciſſionē contractus ad formam Bullæ, ob tertias non ſolutas, refertur.*
19 *Stylus Curiæ, pro lege eſt ſeruandus.*
20 *Conſuetudo iudicandi, per binas ſententias inducitur.*
21 *Conſuetudo iudicandi in aliquo Tribunali, eſt attendenda.*

# Deciſio XXX.

POſſidente Cæſare Zattara Terram Ioyæ cum eius Caſalibus in Prouincia Principatus citrà, titulo emptionis, cum pacto

Digitized by Google

pacto de retrouendendo cōpetente quon-
dam Illuſtr. Duci Montis Leonis, illam
cum alijs Terris, & Caſalibus de ſtatu Noui
vendiderat annis elapſis Octauio Salato, cū
eodem onere pacti de retrouendendo, cō-
petentis dicto Illuſtr. Duci, qui die 8. No-
uembris 1634. vendidit illam Illuſtr. Mo-
derno Duci Montis Leonis, mediante per-
ſona D. Ioſephi Pignatelli, pro duc. decem
mille, ex quibus, receptis ducatis duobus
mille, & octingentum, promiſit reliquos
duc. ſeptem mille, & ducentum ſoluere infrà
ſex menſes, & interim, correſpondere pro
intereſſurio ad rationem ſeptem pro quoli-
bet centenario, pacto adiecto, quòd non fa-
cta ſolutione dictorum ducatorum 7200.
infrà dictum terminum, vnà cum interuſſu-
rio decurſo, vēditio prædicta haberi debeat
pro nulla, & tanquàm ſi non fuiſſet facta, &
licitum ſit dicto Octauio, propria authori-
tate capere, & retinere poſſeſſionem dictę
Terræ, aliàs enim, abſq; pacto prædicto non
contraxiſſet. Cùmq; infrà terminum prædi-
ctum Illuſtr. Dux nequaquàm adimpleuiſ-
ſet, in die 1. Iunij idem Octauius, non alitèr
capta poſſeſſione dictæ Terræ, ceſſit actionē
illam recuperandi, virtute prædicti pacti ei-
dem Cæſari Zattaræ. Quibus ſtantibus, ſta-
tim comparuit Cæſar in Sacro Conſilio, &
petijt, ſtante diſſolutione cōtractus aſſociari
cum familia pro capienda poſſeſſione dictæ
Terræ, offerēs adimplere omnia, ad quæ de
iure tenebatur, quo iudicio moto, ac da-
to termino in cauſa, prædictus Dux fecit de-
poſitum prædictorum ducatorum 7200. &
compilato proceſſu, prætēdebat dictus Zat-
tara, nullo iure debere admitti ad moræ
purgationem, ſed quòd omninò debebat
obtinere familiam pro capienda ipſius Ter-
ræ poſſeſſione, reſtituto depoſito ipſis de-
1 ponentibus, quàmuis enim de iure Canoni-
co moræ purgatio admittatur, quotiès ius
partis deterius factum non ſit, *cap. potuit,*
2 *extrà locati*, etiam ſi adeſſet iuramentum,
quicquid dixerit *Theſaur. dec.* 212. *n.* 6. cùm
contrarium ſit deciſum per Rotam Roma-
nam, vt per *Caputaq. dec.* 230. *par.* 2. *Coccin.*
*deciſ.* 102. *Straph. de priuil. iur. priuil.* 48. *nu.*
8. *Farinac. quæſt.* 34. *nu.* 140. *Macer. reſolut.*
61. *n.* 17. *Io. Gutierr. de act. iudicial. cap.* 17.
3 *n.* 5. *Monter. deciſion. Arag.* 48. *nu.* 36. tamen
hoc non procedit de iure ciuili, & maximè,
4 quotieſcunq; adeſt pactum reſolutionis cō-
tractus, vt per *Alexand. in l. ſi inſulam, n.* 43.
*ff. de verb. oblig. Grat. conſil.* 49. *n.* 23. & me-
liùs *conſil.* 93. *nu.* 61. *lib.* 1. *Viuius commun.*
*opin. lib.* 2. *opin.* 522. neque de equitate
5 Canonica in caſu prędicto moræ purgatio
admittitur, *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 4. *cap.*
786. *in fine*, & ità fuiſſe deciſum in Rota Ro-
mana, refert *Puteus deciſion.* 66. *lib.* 3. ea ra-
tione; quia tunc ex defectu conſenſus con-
6 tractus ſubſiſtere non poteſt, alias etiam Ro-
tæ Romanæ deciſiones refert *Viuius deciſ.*
531. *n.* 9. *lib.* 4. & ità deciſum, dicit *Verall.*
*Caputaquen. deciſion.* 235. *par.* 2. *Ioſeph Lu-*
*douic. dec.* 9. aliaſq; deciſiones concordan-
tes affert *Ricc. collect. deci.* 145. & ſic etiam
deciſum in Sacro Conſilio, habetur ex *Af-*
*flict. dec.* 174. ac in alijs Tribunalibus, *Polyd.*
*Ripa obſer.* 171. *n.* 7. *Rot. Auenion. dec.* 143. *Io.*
*Baptiſta Coſta in tract. de re integr. di-*
*ſtinct.* 105. *n.* 9. eò magis, quia Octauius iam
diſpoſuit de Terra prædicta in beneficium
Zattaræ, *Carocc. deciſion.* 9. clauſula enim re-
7 ſolutiua eſt tantæ efficaciæ, vt reddat con-
tractum ipſo iure nullum ex defectu volun-
tatis, vt dixit *Puteus d. deciſion.* 66. *lib.* 3. & li-
cèt aliquando detur purgatio moræ, etiam,
quòd adſit pactum reſolutiuum, tamē debet
8 intelligi, in prouiſionem legis, ſecus autem,
quando partes ità conueniunt, nàm tunc ex
defectu conſenſus contractus ſubſiſtere nō
poteſt, quando vna ex partibus declarauit,
nolle ſtare contractui, ità in terminis *Gra-*
*tian. deciſion. Marchiæ* 49. *n.* 11. quod tantò
magis procedere dicebatur, quia in contra-
9 ctu aderat clauſula, *non aliter, nec alio modo,*
tunc enim ex partium conuentione reddi-
tur contractus indiuiduus, quaſi pręciſa ſit
contrahentium mens, non eſſe cōtracturos,
*Pariſ. conſil.* 10. *nu.* 29. *&* 285. *lib.* 4. *Berta-*
*zol. de clauſul. inſtrum. clauſ.* 14. *glo.* 6. *Mar-*
*ta clauſul.* 86. *nu.* 10. *Barboſ. de clauſ. vſufre-*
*quen. clauſ.* 81. *n.* 14. *Gratian. diſcept. forenſ.*
*cap.* 587. *n.* 11. vbi, quòd talitèr redditur in-
diuidua, vt non poſſit ſcindi, aut diuidi, &
*cap.* 748. *nu.* 12. & ità etiam in materia aſſen-
10 ſus, in quo ſolet apponi clauſula, *vt regiſtre-*
*tur in quinternionibus infrà certum tēpus,*
*aliàs habeatur pro nō præſtito*, nam ſi infrà
tēpus ſtatutū non ſit adimpleta, poſſunt cō-
trahentes, contractum reuocare, vigore Cō-
ſtitut. Regni, incipientis *Conſtitutionem*
*diuæ memoriæ*, nec erit poſt ipſam reuoca-
tionem locus moræ purgationi, *Afflictus*
*deciſ.* 335. *n.* 15. *De Ponte conſ.* 5. *num.* 37. *&*
*conſil.* 67. *lib.* 1. *& conſil.* 60. *lib.* 2. *Amat. con-*
*ſil.* 69. *Rouit. in Pragm.* 26. *de feud. n.* 27. *Giz-*
*zar. dec.* 3. *n.* 15. *Reg. Tapia dec.* 3. *Sacr. Conſ.*
Pro parte verò prædicti Illuſtr. Ducis di-
cebatur, quòd opinio ſuprà relata, quòd nō
11 admittatur moræ purgatio de æquitate
Canonica in pactis conuentionalibus, eſt
ſatis à Doctoribus controuerſa, cùm etiam
in caſu prædicto illa recipiatur, quando ius
partis non eſt factum deterius, vt eſt *text. in*
*l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caution.* per quem
*text.* ità tenuit *Menoch. de arb. iud. caſu* 8. *n.*
6. *Decius conſil.* 138. *Mantic. de tacit. & am-*
*big. conuent. lib.* 23. *tit.* 2. *n.* 29. ſequitur *Gra-*
*tian. diſcept. foren. cap.* 915. *n.* 3. licèt ipſe li-
mitet

Digitized by Google

2 mitet concluſionem prædictam, quando adeſſet renunciatio purgationi moræ, quæ renunciatio in caſu, de quo agebatur, non apparebat, *Ripa in l. fin. num.* 110. *C. de reuocand. donat. l. qui Roma* 122. *ſ. Seia*, vbi *Bart. ff. de verb. oblig.* & etiam 3 in feudis admitti purgationem moræ, dixit *Afflict. in cap.* 1. *§. ſed nè alia, n.* 75. *quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* & eum ſequitur *Schrader. de feud. part.* 9. *cap.* 9. *in* 41. *cauſa priuat. n.* 8. & ita deciſum in Rota Romana refert *Gratian. dict. cap.* 915. *n.* 20. vbi, quòd fuit admiſſa moræ purgatio in fideiuſſore, 4 qui promiſerat Reum infrà certum tempus præſentare, non obſtante, quòd contra eum eſſet facta excutio, & proceſſum ad ſubhaſtationem domus executæ.

Diſcuſſa hac cauſa in Sacr. Conſil. die primo Iulij 1636. iudicauimus, Illuſt. Ducem eſſe abſoluendum, ſtante depoſito facto reſi-5 dui pretij, & deciſio fuit fundata in ſtylo Sacri Conſilij, ſecundùm quod ſemper re integra, quando ius partis non eſt factum deterius, admittimus ex æquitate moræ purgationem, de quo ſtylo teſtatur *Vrſill. in d. dec. Afflict.* 174. contra id, quod deciſum fuit tempore eiuſdem *Affli. in eadem deciſione*, quia mutantur tempora, mutantur perſonæ, & omnia, cùm nihil ſit ſub Sole perpetuum, *l. cum debere columnam, & ibi Bar. ff. de ſeruitut. vrban. præd.* & de hoc ſtylo teſtatur etiam *Anna ſingul.* 349. qui duas refert S. C. deciſiones, in vna non fuit admiſſa purgatio moræ, in alia verò ſic, & dicit, audiuiſſe rationis diuerſitatem ab Eruditiſſimo Sacri Conſilij Præſide Hieronymo Seuerino; nàm in vno caſu ius partis erat factum deterius, in alio verò non, & ſic hæc æquitas ſe conformat cum æquitate canonica, de hoc etiam ſtylo teſtatur *Præſes de Franchis dec.* 482. *n.* 10. vbi dicit, quòd in Sacro Conſilio ſtrictiſſimè procedimus in declarando res emphyteoticas deuolutas, ob non ſolutio-6 nem cenſuum, quia dantur multi termini pro illorum ſolutione, & moræ purgatione, antequàm proferatur ſententia deuolutionis ex cauſa prædicta; immò in eadem ſententia apponitur clauſula, *quòd ſi infrà certum tempus emphyteota ſoluerit, ſententia deuolutionis non mandetur executioni*, & nō ſolùm hæc obſeruantur in deuolutione emphyteuſis, verùm in reſciſſione contractus annuorum redituum, ad formam *Bullæ Sū-7 morum Pontificum Nicolai, & Martini*, de quibus in *Pragm.* 1. *de cenſibus*, nàm quãuis adſint pacta, quòd ob non ſolutionem duarum tertiarum, contractus poſſit reſcindi, ſub quibuſuis clauſulis, quòd non poſſit mora purgari, tamen antequàm deueniatur ad reſciſſionem, fiunt ad minus bina præcepta, quòd conuentus infrà certum tēpus ſoluat tertias decurſas, alias prouidebitur ſuper petita reſciſſione, in quibus terminis, ſi non ſoluerit, & moram purgauerit, fertur ſententia reſciſſionis, cōdemnando Reū ad reſtitutionem ſortis principalis, vnà cū cenſibus, ſiuè tertijs decurſis; & nihilominùs apponitur clauſula, *quòd ſi infrà aliquod tempus*, quod ſolet apponi ad arbitrium Sacri Conſilij, *velit purgare moram, & ſoluere tertias decurſas, ſuperſedeatur in ipſius ſententia reſciſſionis executione*, & quidem laudanda eſt hæc Sacri noſtri Conſilij obſeruãtia, nàm quando ius partis non læditur, be-18 nignior eſt facienda interpretatio pro moræ purgatione, *Ioſeph Ludou. dec.* 90. *n.* 22. hoc ēt ſuadente æquitate canonica, ex *tex. in d. cap. potuit*, *Menoch. de præſ. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 5. *Cæſar Barz. dec. Bonon.* 50. *n.* 33. *& dec.* 62. *n.* 13. *Ioach. Scayn. dec. Bonon.* 93. *n.* 16. & ſtylus Curiæ eſt pro lege ſeruandus, *Bald. &* 19 *Cyn. in l. fin. C. quæ ſit longa conſuet. Franchis dec.* 238. *n.* 3. vbi, quòd per binas iudi-20 caturas inducitur cōſuetudo iudicandi, & quòd iſta obſeruantia, & conſuetudo iudi-21 candi in aliquo Tribunali ſit attendenda, idem *Franchis dec.* 470. *n.* 4. *Affli. in prælud. Conſt. Regn. n.* 9. *Cauenſ. in Rit. M. C. V.* 1. *nu.* 8. *Mantua in tractatu caſuum ſtyli Sacri Palatij Apoſtolici, in princ. Ricc. collectan. dec.* 1206. & poſſe allegari ad deciſionem cauſarum, idem *Cauen. vbi ſuprà, num.* 9. *Io. Baptiſta Thoro in voto* 62. *nu.* 9. Fuit etiam ab aliquibus ex Dominis conſidera-22 tum, quòd in hac cauſa concurrebat, quia Illuſtr. Dux Montis Leonis habebat ius luēdi Terram prædictam, vigore primi contractus, licèt non poterat luere Terram prædictam ſeparatam, quia vnico pretio vendiderat quon. Dux Montis Leonis Statum Vallis Noui, tamen, quia alio titulo emptionis ab Octauio Salato penès ipſum erat peruenta, maximam fouebat æquitatem, non eſſe de facili, poſſeſſione prædicta priuandum, cùm ex hac mora non erat factum deterius ius Octauij venditoris, neq; eius ceſſionarij.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Moræ purgatio conſiſtit in æquitate canonica, & admittitur re integra, vbi ius partis non eſt factum deterius, n.* 2. *Etiam ſi adſit pactum reſolutionis contractus, & non ſit renũciatum purgationi moræ, n.* 3. *ſecus ſi purgationi moræ ſit renunciatum, n.* 4. *vel ius partis ſit factum deterius, n.* 5.

6 *Stylus ſeruandus eſt.*

7 *Mora quando purgari poſſit, & n. 8. 9. 10. 12. 15. 16.*

11 *Tempus medicum quale dicatur, Iudicis arbitrio remittitur.*

13 *Renunciari non poteſt beneficio purgandi moram.*

14 Ritus M.C.V. 163. *non admittit purgationẽ moræ, & procedit in M.C.V. tantùm, ac in cauſis criminalibus.*

17 *Creditor emphyteuta poteſt purgare moram, ſoluẽdo cenſus, ne res declaretur deuoluta in damnum ſui crediti. Limita, ſi eſt executa ſentẽtia deuolutionis, n. 18. ſed per viam reſtitutionis in integrum admittitur, n. 20. ſed vide, n. 21.*

19 *Sentẽtia deuolutionis præiudicat etiam creditoribus hypothecarijs.*

22 *Directus Dominus præfertur pro cenſu ſuper fructibus, & introitibus peruenitis ex meliorationibus factis in re emphyteutica, de pecunia aliena data ad meliorandum cum ſpeciali hypoteca, & ità deciſum adducitur, n. 23.*

24 *Contractus reſciſſus cum vno ex inſolidum obligatis operatur, vt contra alios inſolidum obligatos exequi poſſit, tàm pro capitale, quàm pro tertijs, & nu. 25. per totum n. 36. & ità iudicatum per S.C. adducitur n. 37. ſed contrarium deciſum traditur, vt tantummodò tertiæ, non autem capitale peti poſſint contra correum inſolidũ obligatum, cum quo non fuit reſciſſus cõtractus, n. 38. & 39. ſed prima opinio approbatur, n. 40.*

25 *Contractus præſertim annuorum introituũ eſt indiuiduus, præſertim reſpectu reſciſſionis, & eodem tempore non poteſt obſeruari, & reſolui, nec pro parte ſtare, & pro parte reſcindi, nu. 27. & 28.*

29 *Contractus ſemel extinctus, an, & quando reuiuiſcat, n. 30.*

31 *Obligatio correorum debendi vna, & indiuidua eſt.*

32 *Petitio contra vnum, ex correis debendi, perpetuat actionem contra alios non citatos.*

33 *Sententia lata contra principalem debitorem, quando noceat fideiuſſori.*

35 *Intereſſe tertiarum non debitur, reſciſſo cõtractu, vbi de ratione.*

36 *Contractus dicitur reſciſſus, vbi fuit facta graduatio creditorum ob decoctionem debitoris.*

QVamuis de iure ciuili controuertatur, an admittatur purgatio moræ; nihilominùs, quia ſecundùm D. meum *dec. 160. n. 36. lib. 2.* tota
1 purgatio moræ conſiſtit in æquitate canonica, de qua in *cap. potuit. extr. locati*, quem *tex.* citat D. meus hìc ſub *n.* 18. poſt *Nogue-rol. alleg. 6. Ciarlin. lib. 2. controu. 126. nu. 8. Fontanel. dec. 407. n. 1. lib. 2. D. de Anna ſing. 349. D. de Marin. c. 133. n. 6. lib. 1. quotidian. reſolut.* communis eſt concluſio, vt ſi re in-
2 tegra, ius partis non eſt factum deterius, admittatur moræ purgatio, vt habetur in *l. ſi poſt tres, ff. ſi quis cautìon.* ibi, *Neq; actoris ius ex mora deterius factum ſit, conſequens eſt dici, defendi eum debere exceptione*, & ſequitur *D. meus n. 11. & 18.* ac *d. dec. 160. n. 8.* & ità in hac cauſa fuit determinatum per S.C. quamuis adeſſet pactum reſolutionis
3 contractus, attento illius ſtylo, in dicta canonica æquitate fundato, eò magis, quia nõ fuerat renunciatum purgationi moræ, de quà deciſione memor eſt *D. Pratus lib. 1. diſcept. foren. c. 21. n. 90. & c. 48. n. 15. & 16.* & probant *Ripol. var. reſol. c. 7. n. 241. Cenc. dec. 521. n. 5. & dec. 535. n. 1.* poſt *tract. de cenſib.* & ità indiſtinctè in S. C. ſeruatur, vt tradit D. *meus d. nu. 15. per tot. nu. 21.* & poſt ipſum D. *de Marin. vbi ſupra, nu. 8.* vbi infinitos alios cumulat, & nouiſſimè D. *Pratus* comprobat *d. c. 48. n. 12. & lib. 2. c. 43. n. 20.* qui *num. ſeq.* ad hoc citat D. *meum* hìc, quod
4 ſecus erit, ſi moræ purgationi fuerit renunciatum; tunc enim, neq; de æquitate canonica mora purgari poteſt, ad tradita per D. *de Marin. c. 271. nu. 5. lib. 1.* & ità reſolutum per Rotam Romanam tradit *nu. 12.* Si verò
5 ius partis ſit factum deterius, tũc, nec etiam attẽta æquitate canonica mora purgari poteſt, vt fundat *D. meus nu. 15. in fin.* & *d. dec. 160. n. 20.*

6 Stylus autem S.C. quem ſeruandum eſſe tradit D. *meus n. 19.* cum *duobus ſeqq. & dec. 74. n. 17.* ac latiſſimè *D. Pratus obſer. 44. per tot. centur. 1. pract. obſer.* poſt *D. Prouenzal. obſer. 17. n. 20. ad Conſue. Si quis, vel Si qua, de ſucceſſ. ab inteſt.* fundatur in iure, ſecun-
7 dùm meum videre; nàm & ſi moræ purgatio admittatur tãtummodò antè litis conteſtationem, non autem poſt, ad *text. in l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig.* attamèn regula prædicta limitatur.

Primò, niſi intrà modicum tempus poſt
8 litem cõteſtatam mora purgetur; tũc enim purgari poteſt, vt eſt *tex.* ſingularis *in l. ſi ità quis 135. §. Seia cauit, ff. eod. tit* ibi, *interpoſito tamen modico tempore*, iuncto ibi, *reſpondi poſſe, ſi non multò poſt obtuliſſet*, quã limitationem cõmunitèr recipiunt *Iaſ. in d. l. ſi inſulã n. 13. Bart. ibid. in 2. oppoſit.* & probatur etiã in d. *cap. potuit*, ibi, *niſi celeri ſatisfactione poſtmodũ ſibi conſulere ſtuduiſſet*, & habetur in *l. interdùm 73. § fin. ff.*
9 *de verb. oblig.* ità vt intrà ſex menſes mora per emphyteutã, purgari poſſit, tradit *Gratian. cap. 378. n. 21. lib. 2.* etiam ſi in contractu ſit appoſita dies, & pena, vt per *Alex. in d. l. ſi inſulam*, vbi etiam *Iaſ. num. 13. & 14.*

Hinc

Digitized by Google

Hinc, dixit Niger Cyriac. controuer.459.
10 nu.1 1.lib.3.quòd mora locatoris paucorũ
dierum, re integra non liberat conducto-
rem à perſeuerantia in conductione, ex l. ſi
in. lege 26.§.colonus, ff.locat. Iudicis tamen
11 arbitrio, & cognitioni remittitur, quale di-
catur modicum tempus, vt habetur in d.§.
Seia cauit, & in l.3.§.cùm igitur, ff.de vi, &
vi armat. & Nos diximus dec.29.n.10.& ſub
n.13.tradidi, intrà quantum tempus mora
purgari poſſit.
Secundò, limitatur regula d.l.ſi inſulam,
12 etiam ſi intrà quodcunq; tempus antè ſen-
tentiam mora purgetur, vt ſingularitèr ha-
betur in §.fin.Inſt.de perpet. & temporal.
act.in l. ſi reus paratus, ff.de procurator.in
d.l.interdùm, §.fin.in l.3.§.fin.& in l.ſeq.ff.
iudicatum ſolui, ex quibus iuribus hanc li-
mitationem tradit Bart. in d.l.ſi inſulam,
nu.13.& ibi Iaſ.nu.1.10.& 11. & antè ipſos
gloſ.in d.l.ſi poſt tres, in verb.exceptione,
& comprobatur authorirate iuris Regni in
cap. incip. Legem veterem, vbi moræ purga-
13 tio admittitur, etiam poſt litem conteſta-
tam, & dicto beneficio renunciari non po-
teſt, vt aduertit D.de Marin.d.cap.133.n.5.
qui n.9.probat, non obſtare Ritum M.C.V.
163.qui moræ purgationem non admittit.
14 Primò, quia loquitur de M.C.tantùm, non
autem de alijs Tribunalibus. Secundò, quia
ibi agitur de cauſis criminalibus, in quibus
adeſt contemptus Iudicis; ſed ſecùs eſt in
15 cauſis ciuilibus, & ſic antè ſententiam pur-
gatur mora, ex ſuprà traditis; poſt verò ſen-
tentiam nequaquàm, vt deciſum refert D.
de Anna ſing.350. in cauſa Domanij Vni-
uerſitatis Paulæ cum Marchione Fuſcaldi,
ad relationẽ tunc Præſidẽtis R.C.S.D.An-
nibalis Moles, poſteà Regentis digniſſimi,
die 27.Aprilis 1571.in Collaterali Conſilio,
16 quarè dùm in caſu præſentis deciſionis
erat tantùm compilatus proceſſus, non au-
tem lata ſententia, vt habetur antè num.1.
Iure meritò purgatio moræ fuit admiſſa,
d.num.15. quam deciſionem tribus con-
cluſionibus, ſiuè exemplis comprobat D.
meus n.14.16.& 17.
Sed circà ſecundum exemplum tradi-
17 tum d.num.16.Ego obſeruo, quòd ſicut
emphyteuta poteſt purgare moram ex d.
cap.potuit, ità etiam eius creditor, ſoluendo
cenſus decurſos, ad conſeruationem ſui iu-
ris, nè res emphyteutica declaretur deuo-
luta, iuxtà l.lex vectigali, vbi Bart. & Iaſ.in
24.quaſt.ff.de pignor.Giurba, qui alios ci-
tat dec.91.num.6.verſ.cęterùm ſi tertius il-
le, quem, & alios refert, & ſequitur D.Reg.
Sanfelic.dec.114.nu.1.lib.1. qui id limitat
18 num.3.& 4.quando eſt exequuta ſenten-
tia deuolutionis, nàm ſicut non poteſt em-
phyteuta, eo caſu moram purgare, ità quo-
què non poteſt eius creditor; ſiquidèm ius
creditoris euaneſcit, re emphyteoticaria
peruenta ad Dominum, vigore ſententiæ
deuolutionis, d.l.lex vectigali, comprobat
ex alijs D.Reg.Sanfelic.vbi ſuprà, num.5.&
19 num.6.ſubiungit, quòd ſententia deuolu-
tionis, præiudicat etiam creditoribus hy-
pothecarijs, ex Cauale.dec.30.num.5.vol.2.
20 licèt creditor reſtituatur per viam reſtitu-
tionis in integrum, ex clauſula generali, ſi
qua mihi iuſta cauſa, ad purgandam mo-
ram poſt ſententiam, vt fundat, & deciſum
refert D.Reg.Sanfelic.loc.cit.nu.7.fuit enim
per S.C.ordinatum, quòd liceat creditori
purgare moram emphyteutę, ad finem eui-
tandi caducitatem, in quam erat incurſus,
dummodò ſoluat cenſus decurſos, & debi-
tos, demptis penſionibus perceptis, & ca-
21 ueat de ſoluendo in futurum, de qua deci-
ſione dubitat idem D.Reg Sanfelic.num.9.
eò, quòd in integrum reſtitutio denegetur,
quando vtile dominium conualidatur cum
directo, ſic etiam admittit in ſubſidium,
quando debitor non eſt ſoluendo, vt tra-
dit num.8.
22 Hinc, dominus directus præfertur pro
cenſu ſuper fructibus, & introitibus peruẽ-
tis ex meliorationibus factis in re emphy-
teutica, de pecunia aliena data ad meliorã-
dum, cum ſpeciali hypotheca, ex text. in
l.etiam, ff.qui pot.in pign.hab.& ità fuit de-
23 ciſum per S.C.in caſu fortiori ad relatio-
* nem D.Andreæ Marcheſij, tunc Regij Con-
ſiliarij, poſtmodùm Pręſidis digniſſimi eiuſ-
dem S.C.in cauſa D.Caroli de Lagoneſſa
Principis Sępini, & fratrum, ac D.Aloyſij, &
fratrum de Milano, Me pro ipſis patrocinã-
te, & Franciſca de Amato, quæ mutuauerat
pecuniã dotalem Ioſepho Ruggio pro me-
lioranda domo emphyteutica, ſub die 19.
Iunij 1641.per hæc verba. Per S.C.declara-
tum eſt, eſſe præferendos Dominos directos,
etiam Franciſca de Amato pro quantitati-
bus impenſis de eius dote ſuper domibus, seù
fundico in actis deducto, hoc ſuum, &c. in
proceſſu Franciſcæ de Amato, cum Credi-
toribus Ioſephi Ruggij, in Banca Figliolæ,
quamuis pro parte prædictæ Frãciſcæ fue-
rat allegatus Antonin.de Amato var. reſol.
lib.1.reſol.3.à num.71.per tot.num.80. vbi
contrariũ ſubſtinet, ac deciſum per M.R.C.
Siciliæ refert de anno 1624.
Et dùm in tertio exemplo, ſiuè conclu-
ſione per D.meum adducta d.num.17.agi-
24 tur de reſciſſione contractus, erit obſeruã-
dum, quòd reſciſſo contractu contra vnum
ex inſolidum obligatis, poterit repeti capi-
tale cum tertijs decurſis, ipſarumq; intereſ-
ſe ab alio correo, inſolidum obligato, & ſu-
25 per eius bonis etiam à tertio poſſeſſis; ſi-
quidèm contractus reſciſſus reſpectu vnius



Digitized by Google

ex correis inſolidum debendis, intelligitur etiam reſciſſus quoàd alios, nec opus eſt alio iudicio reſciſſionis contra alios, etiam ad finem agendi ſuper bonis, & effectibus eorundem debitorum, tàm pro capitali, quàm pro tertijs, & illarum intereſſe, quamuis poſſideantur per tertios poſſeſſores, hiſce rationibus.

26 Primò, quia contractus omnes, & præſertim venditionis annuorum introituum, ſunt indiuidui, vt poſt alios tradit *Cevc. de cenſib.* in nouiſſ. impreſſ. *q.*49.*nu.*20. ideoq; non poteſt contractus claudicare, nec pro parte approbari, & pro parte reprobari, nec circà eundem actum poteſt admitti diuiſio, vt latiſſimè probat *Tiraq. de vtroq; retractu*, §.23.*gloſ.*1.*num.*1.*&* 14. *&* *de retract. conuent. ad finem tituli*, *num.*45. *&* *ſeq. Surd. conſ.*104.*num.*4.*&* 5.*lib.*1. & præ-
27 ſertim, quoàd reſciſſionem reputatur indiuiduus, *D. de Anna alleg.*9.*nu.*9. nec datur obſeruantia, & reſolutio eiuſdem contractus eodem tempore, vt probat *Aretin. conſ.*149.*in fi.* quia non pōt pro parte ſtare, & pro parte reſcindi, *l quod autem*, §.*vlt. & l. quod ſi vno*, *ff. de in diem adiect.* pulchrè *Gratian. lib.*2.*diſcept. forenſ. cap.*301.*nu.*57. eoq; reſciſſo, à toto receditur, & dicuntur omnia in eo cōtenta reſciſſa, *Laderch. conſ.* 62.*num.*10.*&* 11.*Crauetta conſ.*299.*nu.*3. & hæc omnia comprobant *D. Marta dec.* 84.*num.*16.17.*&* 18. & hoc vltimum confirmat latè *Graſſ. except.*31.*num.*19. quod
28 ampliatur, etiam reſpectu diuarſarum perſonarum, adeò quòd reſoluto contractu reſpectu vnius, in totum reſoluitur, ratione indiuiduitatis, vt poſt *Bart. & Pariſ.* aduertit *Mant. de tac. et ambig. conu. lib.*3.*tit.*10.
29 *num.*38. & contractus ſemel extinctus, ampliùs non reuiuiſcit, *l. qui res*, §.*aream*, *ff. de ſolut. D. de Anna alleg.*28.*num.*7. *D. Reg. Valenzuel. conſ.*62.*in fin. lib.*1. niſi anteà
30 acceſſerit conuentio cum eiſdem ſolemnitatibus, & dicitur, tunc nouū contractum valere ex nunc, vt aliorum authoritate probat *Giurba dec.*55.*n.*13.15.*&* 16.

31 Secundò, nàm obligatio correorum debendi vna, & indiuidua eſt, ſicuti, & vna ſumma, quæ à ſingulis inſolidum debetur, vndè inquit *Ant. Faber* in eius *Cod. lib.*8. *tit.*27.*definit.*7. quòd factum alterius, alteri correo nocere dici ſolet, & probat *text.* ad literam in *l. penult. ff. de duob. reis*, ibi, *ex duobus reis eiuſdem Stichi promittendi factis, alterius factum, alteri quoq; nocet*, vbi latè *Angel.* & *Franc. Aretin.* ceteriq; inferunt, moram vnius ex correis alteri nocere.

32 Hinc, petitio contrà vnum ex correis debendi perpetuat actionem, etiam contrà alios nō citatos, *l. fi. C. de duob. reis*, & exornat *Theſaur. deciſ.*203. & pariter ſententia
33 lata contrà principalem debitorem, nocet fideiuſſori contractus, ſi ſit obligatus per inſtrumentum, habentem exequutionem paratam, per ſtatutum, vel continens pacta exequutiua, ità perbellè tradunt *Coſta de port. rata*, *q.*122.*num.*7.*verſ. ſimiliter prædicta*, & *Pyrr. Maur. Aretin. de fideiuſſ. p.*2. *ſect.*3.*c.*34.*n.*7.

Tertiò, non poteſt vna, eademq; res di-
34 uerſo iure cenſeri, vulgaris iuribus, & tamē ſi admitteremus, quod contractus dicatur reſciſſus, reſpectu vnius ex correis tantùm, ſequeretur inconueniens, quòd poſſet creditor exigere intereſſe tertiarum ab alio
35 correo, non obſtante reſciſſione alterius correi, & tamen reſciſſo contractu, non debetur ampliùs intereſſe tertiarū, vt optimè fundat *D. Reg. Rouit. in pragm.*3. *nu.*17. 19. 21. *&* 22. *de ceſſ. bon.* ea ratione, quia poſt reſciſſionem non currunt ampliùs tertiæ, ſed debetur tantùm intereſſe, ad eandem rationem conuentam tertiarum, poſita enim reſciſſione deſinit cenſus, ob repetitionem capitalis, & tamen intereſſe non poteſt producere aliud intereſſe, quod ſecus eſt, contractu non reſciſſo, tunc enim debetur intereſſe tertiarum, ex quo tertiæ debentur vti ſors principalitèr de per ſe, vt vtrumquè probat *D. Reg. Rouit. loco cit.* & in *prag.*1.*de cenſib. n.*38.*&* 39.

36 Cùmq; ob decoctionem Cæſaris Palatucci fuerit ordinata, & facta graduatio eius creditorum, & ſic contractus erant reſciſſi iuxtà tradita per *D. Reg. Rouit. in d. prag.*3. *num.*16.17.19.*&* 22. *verſ. quod autem*, qui *num.*23. teſtatur de ſtylo, & praxi S.C. vt dicantur reſciſſi contractus, ob graduationē factam creditorum; parum enim intereſt, vt contractus reſcindantur per ſententiam, vel miniſterio iuris, per decoctionem debitoris, vt tradit *d. num.*17.*in fin.* & poſt ipſum *Barbat. in prag.*1.*gloſ.*2.*n.*24.*de aſſiſt.*

37 Ideòq; cùm eſſet creditrix D. Diana de Mari prædicti Cæſaris, ac Fabij Palatucci
* inſolidum, fuit præſtita aſſiſtentia ſuper bonis prædicti Fabij correi, quæ poſſidebātur per tertios poſſeſſores, tàm pro capitali, quā pro tertijs, earumq; intereſſe, quamuis contractus non fuiſſet reſciſſus cum dicto Fabio, ſed tantùm cum dicto Cæſare, ob eius decoctionem, & graduationem eius creditorum per S.C. ad relationem D. Conſiliarij *Iacobi de Franchis* Marchionis Tauiani ad beneficium D. Aloyſij de Aiala, filij, & hæredis prædictæ D. Dianæ, de menſe Februarij 1624. in Banca de Mondellis, patrocināte pro dicto D. Aloyſio *D. Lęlio Gizzio* meo fratre, & licèt contrarium fuerit per idem
* S.C. determinatum in cauſa D. Annæ de Medicis, filiæ digniſſimi, ac nunquām ſatis
38 laudandi D. Camilli de Medicis, Aduocato-

ctorum Principis, ac vxoris D. Regentis Capycij Galeotæ Ducis Rheginæ, pro quo etiam patrocinabatur idem *D. Lælius*, cum Comite Caſalduni, die 23. Decembris 1633. referente D. Conſiliario *Camillo de Petio*, cum interuentu D. Præſidis S. C. ac DD. Conſiliariorum *Varela, Theodori, Vargas, & Muſcettula*, Banca . . . .

Quæ quidèm D. Anna cùm eſſet creditrix Fabritij, Petri, & Io. Franciſci Sarriani inſolidum, vigore inſtrumenti habiti pro reſciſſo per Io. Franciſcum, & literarum exequutorialium expeditarum realitèr, & perſonalitèr pro duc. 1200. capitalis, & pro alijs duc. pro tertijs, peruento depoſito ex bonis dicti Petri, fuerunt tantùm liberatæ dictæ D. Annæ tertiæ, & reſtans quantitas fuit liberata dicto Comiti creditori eiuſdē Petri, & ſic S.C. habuit pro vero, quòd requiratur reſciſſio reſpectu omnium, vt re-
39 peti poſſit capitale, ſicuti etiā fuit deciſum
* in cauſa Io. Baptiſtæ Brancati cum Maria Irena Græca; dùm enim dictus Brancati egit iure aſſiſtendi ſuper bonis poſſeſſis per dictam Græcam, quæ fuerunt quond. Ioſephi, & aliorum fratrum de Iordanis, ſtante, quòd contractus erat reſciſſus per liquidationem factam contrà Alphonſum Iordanum fratrem, inſolidum obligatum cum dictis alijs fratribus pro capitale, & tertijs, tamen per ſententiam S.C. ad relationem D. Conſiliarij *D. Flaminij de Conſtantio*, cum interuentu DD. Conſiliariorum *Prouenzalis, de Angelis*, & *de Soto*; ſub die 6. Iulij 1644. fuit deciſum, præſtari aſſiſtentiam ſuper bonis, in iudicio deductis pro capitale, & tertijs decurſis, & pro rata capitalis ſpectante ad dictum Alphonſum, ſalua prouiſione facienda, reſpectu reſtantis capitalis, ex cauſis in S.C. diſcuſſis, in Banca Solatij. Prima tamen opinio aſſirmatiua eſt magis vera, ſecundùm quam fuit etiam deciſum, vt retulimus *num.* 37. & proindè dicam cum Vulgi dicterio, *habent ſua ſydera cauſa*. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

An, & quando renunciatio facta antè ingreſſum Religionis ſubiaceat diſpoſitioni *Sacri Conc. Trid. in cap.* 16. *de Regul.* *ſeſſ.* 25.

*SVMMARIVM.*

1 *Renunciatio intuitu Religionis facta, nùm ad eius validitatem ſolemnitates à* Sacro Concil. Trid. *traditæ, requirantur, variæ recenſentur opiniones, & n.* 3. *&* 7.

2 *Renunciatio antè ingreſſum Religionis, nulla mentione de ipſo ingreſſu facta, non ſubiacet diſpoſitioni* Conc. Trid.

4 *Diſpoſitio* Sacri Concilij Tridentini, *ſub* tit. de Regul. cap. 16. ſeſſ. 25. *locum habet in donatione, & renunciatione factis poſt ſuſceptum habitum.*

5 *Renunciationes Ingreſſa, & Ingredienda Monaſterium parificantur.*

6 *Lex exorbitans, & pœnalis extenditur ad alium caſum, vbi eius diſpoſitio redderetur eluſoria.*

8 *Diſpoſitio* Sacri Concilij Tridentini, *ſub* tit. de Regular. cap. 16. ſeſſ. 25. *eſt iuris communis correctoria.*

9 *Renunciatio, & donatio quando dicantur facta in fraudem* Sac. Conc. Trid.

10 *Portio Monialis in bonis paternis, quanta eſſe debeat.*

11 *Dos congrua in Moniali, quomodò conſideretur.*

12 *Exitus cauſæ adducitur.*

# Deciſio XXXI.

FVit in cauſa Donnę Mariæ de Zarata cum Venerab. Monaſterio Monialium Diui Sebaſtiani Ordinis Prædicatorū ex perſona Sororis Mariæ Angelæ de Palma dubitatum, vtrum ſi vali-
1 da erat renunciatio facta per dictam Mariā Angelam, in ſæculo nominatam Ioannam, antè ingreſſum Religionis, intuitu tamen ipſius, in beneficium Marci Antonij fratris, cum ampliſſimis clauſulis, ſed cum reſeruatione hæreditalis paternæ, ipſo Marco Antonio decedente ab inteſtato, & abſquè filijs, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, ſeruata forma paternæ diſpoſitionis, vel altera poſteà per eandem facta poſt ingreſſum Religionis, ſed antè profeſſionem in beneficiam . . . de Palma eius neptis, & ex dicto fratre pręmortuo ortæ, ea tamen abſente, in qua pinguiorem ad ſui beneficium fecit reſeruationem.

Dubium oriebatur, ex quo in prima renunciatione non erant adhibità requiſita à *Sacro Tridentino* Concilio, ſub *tit. de Regular. c.* 16. *ſeſſ.* 25.

Pro cuius articuli deciſione conſidera-
2 bantur duo caſus, primus, quando renunciatio fit antè ingreſſum, nulla facta de ipſo ingreſſu mentione, & tunc omnes concludunt, dictam renunciationem non ſubiace-

re

te dictæ diſpoſitioni,vt tradit *Quintilianus*
*Mandoſius in conſ.*22.*num.*8.& eum ſequi-
tur *Cauall.pract.quaſt.comm.contra com-*
*mun.quaſt.*806.*nu.*14.qui dicit, quòd ha-
buit in practica,& ita obtinuit,& per ipſum
tanquam Arbitrum,ſic etiam dicit,fuiſſe iu-
dicatum,& hoc pro abſoluto tenuit *Sanch.*
*in ſumma lib.*7.*c.*5.*n.*2.

Secundus verò caſus eſt, quando renun-
3 ciatio,ſeu donatio facta fuit antè ingreſſum
Religionis, non adhibitis ſolemnitatibus,
per *Sacr.Trident.Concil.* ordinatis, intuitu
tamen Religionis ingrediendæ,& hoc caſu
fuit aliqua inter DD.cõtrouerſia, nàm nul-
lam,& inualidam eſſe, voluerunt *Leſſius de*
*iuſt.& iur.lib.*2.*cap.*41.*num.*39. *Nauarr.*
*conſ.*81.*&* 82.*in tit.de regular.lib.*2.licèt in
*fine Conſilij* referat,contrarium fuiſſe reſo-
4 lutum à Sacra Congregatione, quòd non
habeat locum diſpoſitio *Concilij*,niſi in do-
natione,ſeu renunciatione facta poſt ſuſce-
ptum habitum,hanc etiam opinionem pro
inualiditate dictæ refutationis,tenuit *Fla-*
*min.Pariſ.de reſign.benefic.lib.*3.*quaſt.*13.
*num.*9.qui refert,ſecundùm dictam opinio-
nem fuiſſe per eandem Sacram Congrega-
tionem declaratum, *Royas in epithom.ſuc-*
*ceſſ.cap.*7.*num.*30. *Spin.in ſpecul.teſtam.*
*gloſ.*12.*princ.num.*50. *Menoch.conſ.*388.
*num.*7.*Emanuel Sà in ſumma,in verbo Re-*
*ligio* 5.*Lælius Zecch.de Repub. Eccleſiaſt.*
*tit.de Regul.cap.*3.*num.*10.*Azor.inſtit.mo-*
*ral.tom.*1.*lib.*13.*cap.*9. qui dicit,quòd quo-
tieſcunq; eſt facta renunciatio,ſiuè donatio
intuitu ingrediendi Monaſterium, eſt in
fraudem,& non valet, *Lopez de Contract.*
*lib.*2.*cap.*39.*notab.*5.hãc etiam opinionem,
diſputato articulo tenuit *Rodriquez quaſt.*
*regul.tom.*2.*quaſt.*45.*art.*8.licèt dicat, cõ-
trarium in Prætorijs fuiſſe iudicatum, *Leo-*
*nard.Leſſ.lib.*2.*de iuſt.& iur.d.c.*41.*dub.*4.
*nu.*40.*Paul.Fuſc.de viſit.Eccleſ.lib.*2.*c.*18.
*nu.*37.*Mar.Anton.Macer. var.reſol.lib.*1.
*reſolut.vltim.caſu* 42.*Frater Ludouic.Mi-*
*randa quaſt.*23.*art.*2.*&* 3. *Molin.de iuſt.*
*& iur.diſput.*139.*tract.*2.*verſ.ambiget, &*
*diſp.*149.*verſ.quòd Eccleſiam,* Cancer. *var.*
*reſolut. lib.*2.*cap.*8. *num.*81. *Gutierr.in*
*cap.quàmuis pactum,de pact.in* 6.*§.dùm*
*nuptui tradebatur,in fine, Cauall. comm.*
*contr.comm.quaſt.*121.*num.*4. *Layman.*
*tract.*5.*cap.*6.*de vlt.volunt.nu.*7. quàmuis
fateatur,contrariam opinionem eſſe etiam
probabilem, & pro iſta refert *Marſiglia*
declarationem Sacræ Congregationis in *d.*
*cap.*16.*de Regul.ſeſſ.*25.per hæc verba, *Si*
*donatio,aut renunciatio facta fuerit,intui-*
*tu Religionis ingrediendæ,ſemper tanquàm*
*facta in fraudem huius Canonis videtur*
*ſubeſſe eius diſpoſitioni.*

Fundatur autem præcipuè hæc opinio,
quia alitèr ſentiendo,diſpoſitio *d.cap.* red-
deretur eluſoria, ſemper enim Pater, vel
Frater Ingrediendæ, vel alij Conſanguinei
5 procurarent, vt antè ingreſſum fieret re-
nunciatio,& ideò tàm Canoniſtæ,quàm Le-
giſtę,Ingreſſas Monaſterium,& volentes in-
gredi parificant, vt in *auth.ingreſſi,C.de*
*ſacroſ.Eccleſ.*& in *cap.in præſentia,de pro-*
*bat.*Secundò,quamuis *d.capitulum* loqua-
tur de Ingreſſis in Monaſterium, attamen
6 lex etiam exorbitans,& pœnalis extenditur
ad alium caſum,ad quem,ſi non extẽdere-
tur,fruſtraretur eius diſpoſitio, quo argu-
mento nititur *Nauarr.d.conſ.*81.

7 Contrariam verò opinionem, diſpoſitio-
nem *Concilij* non habere locum in hoc ca-
ſu,tenuit *Quaranta in ſumma Bullarij,in*
*verb.Monaſteria,pag.*330.qui ità determi-
natum refert per Sacram Concilij Tridenti-
ni Congregationem,de qua Declaratione
etiam teſtatur *Paſſarellus in priuileg.Mi-*
*nimor.cap.*37. *Gratian.dec.*37.*per tot.* vbi
hanc opinionem ex multis fundat, & de
prædicta Declaratione meminit, de qua
etiam mentionem facit *Nauar. in dd.conſ.*
81.*&* 82.*in fine,Bened.Aegid.in repetit.l.*1.
*§.*4.*num.*22.*in fine,*C.*de ſacroſ. Eccleſ.* vbi
licèt pro contraria parte motiuet, tamen
dicit,quòd ſtante dicta declaratione,ipſi eſt
ſtandum, *Auguſt.Barboſ.in remiſſ.Doct.ad*
*Concil.Trid.in d.cap.*16.*ſeſſ.*25.*de Regular.*
*Ricc.in deciſ.Cur.Archiep.Neap.*294.*par.*2.
*Caualcan.dec.*11.*num.*113.*part.*3. *Vega*
*tom.*1.*Summa c.*91.*caſu* 4. *& tom.*2.*c.*50.
*caſ.*3.*Confectius in priuileg. Mendicant.in*
*notabilibus* poſitis poſt *Bullas. Apoſtoli-*
*cas, nu.*13.*cap.*12.*in fine,& cap.*13. *Coſta*
*de remed.ſubſid.remed.*85.*in fine, Menoch.*
ſibi contrarius *de arbitr.iudic.caſu* 436.*n.*4.
qui etiam ponit Declarationem Eminen-
tiſſimorum Cardinalium pro hac opinio-
ne,& miratur de *Nauarr. & Molin.* con-
trarium aſſerentibus, *Garz.de benefic.p.*11.
*cap.*9.*num.*15. & hanc opinionem, relatis
alijs ſequitur modernus *Pater Diana reſo-*
*lut.moral.tom.*3.*tract.*2.*de dub.regul. c.*55.
vbi referendo Declarationem prædictam,
dicit,quòd hæc opinio verior ſibi videtur,
eam etiam ſequũtur *Vgolin.de poteſt. Epi-*
*ſcopi,cap.*20.*§.*7.*nu.*3. *Villalobos in ſumma*
*tom.*2.*tract.*35.*differ.*17.*num.*4. *Portell. in*
*dubijs regul.verſ.Nouitius,nu.*41. *Armen-*
*dariz in addit.ad recompilat. leg. Nauarr.*
*lib.*2.*tit.*18.*l.*7. *de religion. num.*20. *&* 23.
*Gallett.in Margarit. caſuum conſcientia,*
*in verb.Religioſus,pag.*226.*col.*1. *& verb.*
*Nouitius,Humada in l.*7.*tit.* 7. *partit.gloſ.*
3.*num.*4.*Gratian.regul.*456. *num.*7. *Mar-*
*ta de ſucceſſ.legal.par.*3. *quaſt.*13. *art.*1.
ſub *num.*23.vbi etiam Declarationem Sa-
cri Tridentini Concilij refert, *Mandoſ. d.*

*conſ.*

Digitized by Google

*conſil.* 22. *nu.* 8. *volum.* 1. *Zanard. in Direct. Theol. par.* 2. *c.* 17. *verſ. primò, ſi facta. Theſaur. quaſt. foren. ſ. lib.* 2. *queſt.* 56. *n.* 8. *Magonal.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *nu.* 24. *Catell. de donat. contempl. matrim. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 3. *n.* 153. *Nald. in verbo Religioſus, n.* 1. *Fratr. Bartholom. de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis Nouitijs, diſp.* 8. *dub.* 8. *nu.* 4. *Franciſcus Molin. de rit. nuptian. q.* 99. *n.* 3. *Epiſcopus Campanilis in diverſorio iuris Canonici, rubr.* 12. *cap.* 3. *n.* 17. *D. Barthol. à Sancto Fauſto in Theſaur. Religionis, lib.* 5. *q.* 183. latè etiam *Doctores* cumulans *Auguſtin. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. alleg.* 99. *n.* 17. & pro hac opinione fuiſſe iudicatum, refert *Paſſarell. in ſuo tractat. priuileg. Minimorum, fol.* 200. *n.* 37. *Sothus in ſuis addit. ad Compendium Mendicantium, verbo Nouitius, verſ. ſed hic ſunt aliqua aduertenda*, & pro eadem fuiſſe etiam iudicatum, dicit *Rodriq. quaſt. regul. tom.* 2. *q.* 45. *art.* 8. referens, quòd ità etiam conſuluit *Doctor Moya, Solis, e Pinciemaldes*, & alij, & ſic plenè diſcuſſo, & examinato articulo huic opinioni adhæruit *Sanchez in ſumma lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 3. & 4. vbi *in fine* refert deciſionem Senatus Granatenſis per ſex Iudices, nemine eorum diſcrepante, ità etiam iudicatum ſub die 30. Aprilis 1630. dicit *Alduna in Compend. Canonic. reſolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 5. & aliam deciſionem affert *Auguſtinus Barboſa in collectan. DD. cap.* 26. *n.* 20. & ſic videbatur, quòd quàmuis prima opinio ſit à multis ſequuta, attamen iſta ſecunda, maiori, & frequentiori *Doctorum* calculo eſt approbata, Deciſionibus ſupremorum Tribunalium roborata, & Declaratione Eminentiſſimorum Cardinal. ſic Sacrum Concilium fuit interpretatũ, de qua etiam Declaratione, referendo propria verba teſtatur *P. Diana d. tom.* 3. *reſolut.* 55. *in fine*, & *Menoch. in addit. ad lib.* 2. *de arb. iud. d. caſ.* 430. *n.* 3. quæ opinio fundatur præcipuè, quia *d. Capitulum* eſt iuris communis correctorium, & proindè non poteſt intelligi, niſi in caſu, de quo agitur, qui eſt, quando Ingreſſa monaſterium, vult renunciationem, ſiuè donationem facere, & quamuis *Barboſa in tract. de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 99. poſt alios intelligat hanc concluſionem in eo caſu, quando illa renunciatio, ſeù donatio nõ eſſet facta in fraudem *Concilij*, tamen diceba[illegible]r, quòd in hac donatione nulla poterat c[illegible]ſiderari fraus, quia erat facta, ſeruata for[illegible]a paternæ diſpoſitionis, quàmuis in caſu n[illegible] ptiarum eidem Ioannæ filiæ reliquiſſet du[illegible]tos ſex mille pro eius dotibus, tamen in [illegible]aſu, quo ingrederetur Monaſterium, vo[illegible]uit, tantùm habere omnia neceſſaria pro ip[illegible]us monachatione, & ampliùs, vt ſueret [illegible]nuis duc. quinquaginta, eius vita durãte, & vſufructu eius hæreditatis, caſu, quo filius maſculus, abſq; liberis decederet, & poſſe patrem plus filiæ relinquere pro maritagio, quàm pro monachatu, habetur ex *Caſtr. in auth. niſi rogati, C. ad trebell. Dec. conſil.* 419. *vol.* 2. *Iaſ. conſil.* 43. *lib.* 3. *Menoc. conſil.* 169. *nu.* 18. *Theſau. q. foren.* 60. *lib.* 1. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 4. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 481. *n.* 28. cum *ſeq.* vbi deciſionem Rot. Romanæ refert, & de cõmuni obſeruantia totius Italiæ teſtatur, cùm plus requiratur pro matrimonio carnali, quã ſpirituali, *Vrſil. ad Affl. dec.* 348. *n.* 2. *Franch. dec.* 44. & ſic videbatur ẽt, ceſsãte renũciatione, quòd nihil aliud Venerabile Monaſteriũ ex perſona dictæ Monialis petere poterat; quia non põt filia cõquæri, ſi Pater aſſignauit illi dotem de paragio, hoc eſt, illam portionem, quam ſolent omnes Moniales illius Monaſterij habere,
10 quod eſt paragium Ingreſſarum, vt dicunt *Adden. ad Napod. in Conſuet. Si moriatur, de ſucceſ. ab inteſt.* & *Vrſil. ad Affl. in d. dec.* 348. *n.* 2. & ità ſeruari de conſuetudine, dicit *Franch. in d. dec.* 44. *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p.* 3. *q.* 8. *n.* 32. & *Nouar. in addit. ad d. dec. de Franch.* 44. affert pro iſta opinione aliam Rotæ Romanæ deciſionem, coràm Ludouiſio, poſteà Greg. XV. quod poſſe cõſuetudine introduci, dicit *Molſ. p.* 2. *tit. de perſon. q.* 7. *n.* 6. & 50. Ea ratione, quia vnuſquiſq; naſcitur laicus, & proindè quando efficitur Sanctimonialis, & profeſſa in ali-
11 qua Religione, non poteſt conqueri de his cõſuetudinibus; ſatis enim eſt, ſi dotem habeat cõgruam de paragio, quam habẽt aliæ Sanctimoniales eiuſdem Monaſterij, ſequitur *Ricc. in ſua prax. reſol.* 347. *par.* 2.

Verùm, quia Monaſterium, licèt prædi-
12 ctis non diſcuſſis, nec audita Parte obtinuit ſententiam S. C. & tempora non largiebantur, in reclamatione fuit pro parte D. Mariæ Zaratæ matris, & hæredis Lauiniæ filiæ, & hæredis dicti Marci Antonij intentatum iudicium nullitatis, per viam principalis petitionis; erat enim exequuta ſententia, in quo iudicio compilato proceſſu fuerunt ſupradicta diſcuſſa, verùm cauſa non deciſa, Partes ad concordiam deuenerũt, vt eſt videre in proceſſu, in Banca Cioffi.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Renũciatio facta antè Religionis ingreſſum an ſubiaceat diſpoſitioni* S. C. Trid. c. 16. ſeſſ. 25. de reform. *diſtingue, vt. n.* 2. & 3.

4 Di-

4 *Diſpoſitio c.18.ſeſſ.25.de reformat.quando locum habeat, & n.5.*

6 *Monaſterium, ſi cum licentia Superioris promittat, quòd Puella ingreſſa cum promiſſione dotis, à patre facta, renunciet ad beneficium illius omnem partem, portionẽ, & c. an ſequuto obitu patris, & non facta ſolutione dotis, nequè renunciatione, poſſit petere reſtantem quantitatem legitimæ, ad Monialem ſpectantis.*

7 *Paragium ingreſſarum tãtummodò debetur Moniali, etiam quòd ſit minùs legitima, & ſic deciſum affertur, nu.8. intellige, vt num.9.*

*Mos, & conſuetudo Regionis in conſtitutione dotis attenditur, ibid.*

*Dos ordinaria, quæ dicatur dari Moniali, & quæ in ſeculo nubenti, & quæ conſiderentur in cõſtitutione dotium prædictarum, ibid.*

10 *Aetas de iure canonico, quæ requiratur in profeſſione emittenda, & quæ ex diſpoſitione S.C.Trid.*

EGit Dominus meus in *dec.29.* de renunciatione facienda per Nouitium intrà duos menſes antè profeſſionẽ, iuxtà diſpoſitionem *S.C.Tridentini ſeſſ.25.c.16. de reform.* & nos *ibi* latè diximus, modò in hac *deciſione* tractat, an re-
1 nunciatio facta antè Religionis ingreſſum ſubiaceat diſpoſitioni *d.cap.16.* ità vt illius requiſita habere debeat, pro cuius quæſtionis reſolutione, duos diſtinguit caſus
2 *n.2.* Primus eſt, quando renunciatio fit antè ingreſſum Religionis, nulla facta mentione de ipſo ingreſſu, quo caſu, renunciationem non ſubiacere diſpoſitioni *d.c.16.* & proindè validam eſſe, abſq; illis requiſitis fundat, quam concluſionem ſequuta eſt *Rota Romana* apud *D.de Marin.c.196.nu.10.in fine, lib.2.quotid.reſol.* citãs D.meum
3 hìc *d.nu.2.* Secundus caſus eſt, quando renunciatio eſt facta antè ingreſſum Religionis, intuitu tamen illius ingrediendæ, non adhibitis ſolemnitatibus *d.c.16.* & hoc caſu, quamuis opinionem affirmatiuam, vt nulla eſſet dicta renũciatio, ob non ſequutas ſolemnitates, retulerit à *n.3.* per *tot.n.6.* quam etiam adducit *Rota ibid.n.11.& 12.* attamen contrariam negatiuam opinionẽ ſequendo, vt diſpoſitio *d.c.16.* nullatènus habeat locum in caſu prædicto, ſubſtinet D.meus à *n.7.* per totum *nu.11.* quàmuis *n.12.* referat, Monaſterium, prædictis non diſcuſſis, & inaudita parte ſententiam in eius fauorem reportaſſe, nihilominùs in cauſa reclamationis, in qua pars intentauit iudicium nullitatis, per viam principalis petitionis, quia ſententia erat exequuta, compilato proceſſu, diſcuſſis prædictis, cauſa tamen non deciſa, partes ad concordiam deueniſſe *ibidem* tradit, quarè ſequẽda eſt opinio negatiua, quam tuetur D. meus, & eam comprobãdo *Rota* vbi ſuprà *num.13.14.15. & 16.* amplexa eſt, atquè ſecundùm illam deciſum in facti contingentia fuiſſe, teſtatur *nu.17. & 28.* & videtur hoc idem tenere *D. Conſil. Staiban. reſol.85.n.7.lib.1.* vbi D.meum hìc citat.

Hinc in materia *d.c.16.ſeſſ.25.de reform.*
4 *S.C.Triden.* erit aduertendum, quòd illius diſpoſitio habet locum tantummodò in renunciationibus, ſiuè obligationibus, cũ iuramento factis in contractu inter viuos, non autem in teſtamentis, codicillis, & donationibus, cauſa mortis factis à Nouitio, vel Nouitia intrà duos menſes proximos antè Profeſſionem, ideòq; teſtamentum, codicilli, ac donationes cauſa mortis facta, abſquè ſolemnitatibus requiſitis in *d.c.16.* valida cenſentur, vt probat, & deciſum refert per Rot.Rom. *D.de Marin.d.cap.196. n.2.* qui *n.3.* fundat, teſtamẽtum conditum
5 antè Religionis ingreſſum, in quo de Monachatũ meminerit, firmum remanere, ſequuta Profeſſione, ſecùs verò, vbi de ingreſſu Monaſterij non cogitauerit, tunc enim ruptum cenſeri, ſequuta Profeſſione, ex *D.de Franchis deciſ.423.* & alijs *ibi* adductis.

6 Non tamen deſinas videre *D. Balboam diſquiſit.13.* vbi latè de curioſa, ac practicabili quæſtione agit, an ſcilicèt, ſi *Monaſterium* per publicum inſtrumentum præuia licentia Superioris, ſtante promiſſione ei facta per patrem puellæ, tunc ingreſſuræ Monaſterium duc.2000. ſolui promiſſorũ ad tempus pro dotibus illius, promiſerit renunciationem ad beneficium patris, eiuſq; hæredum de omni parte, & portione, quæ ad filiam ſpectare potuiſſet, ſubſequatur obitus patris antè profeſſionem filiæ, non tamen facta integrali ſolutione dotis, ſed tantùm in parte, & filia ſolemnem Profeſſionem emiſerit, nulla facta renunciatione, poſſit, inquam, Monaſterium petere reliquam quantitatem legitimæ, ad d.Monialem Profeſſam ſpectantis ſuper bonis paternis, & pro hęredibus contrà Monaſterium, reſpondit ex quatuor adductis rationibus *n.16. & ſeq.*

7 Et propterea Moniali deberi tantummodò paragium ingreſſarum, quod eſt dos ſolita dari Monaſterio, etiam quòd ſit minùs legitima, tradit D.meus *nu.10.* ex *Vrſill.ad Affl.dec.348.n.2.* in conſtitutione enim dotis mos, & conſuetudo Regionis attenditur, *cap.1.de adulter.l.quòd ſi nolit, §.quia aſſidua, ff.de ædilit.edict.* & magis ſpectari debet conſuetudo, quàm quantitas patrimonij, ſeù legitimæ, vt alijs relatis pro-

Digitized by Google

probat *Gratian.lib.5.diſcept.forenſ.c.945.n.1.& 2.*& dos ordinaria dicitur,quādo eſt conſuetudini conformis, vt per *Gratian. ibid. nu.6.* loquendo propriè de dote Monialium,ideòq; dos in minori quantitate datur ingredienti Monaſterium,quàm nubenti in ſeculo,*Ludou.dec.63.n.3.* ipſumq; ac alios adducendo comprobat D.*Caluin. in tract.de æquit.lib.1.c.85.nu.4.cum ſeqq.* qui rationem aſſignat *nu.8.9.&* 10.ſequitur *Gratian.c.813.n.17.& d.c.945.n.22.* qui *d.c.813.n.18.& d.c.945.n.23.* dicit, in Monialibus non conſiderari diſtinctionem nobilitatis,nec quantitatis patrimonij paterni, nec dotem alijs ſororibus,in ſeculo nuptis conſtitutam,ad quod probandum infinitos DD. citat, quamuis contrarium teneat *Napod.* vt debeatur legitima, in *Conſuet.Si moriatur,nu.66.* ex ratione adducta *n.68.* quia non debet habere plus luxuria,quàm caſtitas, eius namq; opinio nō fuit recepta,cùm contrarium ſit deciſum,vt teſtatur *D.de Franch.dec.44.n.2.* quem refert,& ſequitur *Barbat. de aſſiſt.præſtanda,gloſ.12.num.65.* & ità reperio etiam per
8 S.C. determinatum in cauſa ſororis Ludo-
* uicæ de Gueuara Monialis in Monaſterio S.Sebaſtiani, vt habetur ex *Apoſtilla* manuſcripta D.Conſil. *Fęlicis de Rubeis ad*
9 *Aff.d.deciſ.*348. quæ omnia intellige,ſi filia ſit ingreſſa Monaſterium,viuente patre, nàm ſi poſt mortem illius ingrediatur, debet habere integram legitimam, vt diſtinguendo tradit D.*Camill.Salern. in d.Conſuet.Si moriatur, lit.B.fol.* mihi 101. vide etiam *Petr.de Greg.de dote,& parag.q.13.*
10 *per totam*, & paritèr videas *Narbon. de ætate anno 16.q.unica*,vbi à *n.1.ad* 5.plures opiniones refert circà ætatem ad profeſſionem emittendam, iure canonico inſpecto,& *n.6.* ex diſpoſitione *Sac. Concil.Trid. ſeſſ.25.c.15.de reform.* tradit, requiri ætatē annorum 16.completorum,id tamen limitat *n.10.* in Ordinibus Militaribus Equitū S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & D.Ioannis, quòad ætatem profitendi, & annum nouitiatus, cùm ſoleant profiteri completo 13.anno. *M.A.Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

A[...], & quandò ceſſionarius poſ[...]it agere virtute ceſſionis ob[...]entæ poſt ſolutionem. Et [...]uando poſſit cogere eū, cui [...]uit facta ſolutio ad cedēdū.

## SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ſiuè per debitorem, ſiuè per extraneum fieret ſolutio.*
2 *Correus ſoluens debitori, ad hoc vt contra alterum valeat agere, obtinere debet iurium ceſſionem à creditore.*
3 *Ceſſio, ad hoc vt ſuum operetur effectum, fieri debet, vel antè ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, vel cum pacto de cedendo.*
4 *Correus ſimplicitèr ſoluens, cenſetur in dubio pro tota obligatione ſoluiſſe.*
5 *Ceſſio quando poſſit fieri vni ex correis in ſolidum obligatis, etiam poſt ſolutionem, abſq; pacto de cedendo.*
6 *Fideiuſſor ſoluens, cenſetur nomen debitoris emere, & ideò ſemper fieri poteſt ceſſio, etiam poſt ſolutionem ex interuallo.*
7 *Amplia, vt creditor poterit cogi ad cedendū etiam actiones reales, & hypothecarias.*
8 Faber de coniect.lib.11.c.9. *confutatur.*
9 Surd.in dec.308. *impugnatur.*
10 Theſaur.iun. in addit.ad deciſ. patris 191. *explicatur.*
11 *Opinio* Theſaur. in deciſ.166. *in Regno non eſt vſu recepta.*
12 *Renuncians beneficio* auth.præſente,C.de fideiuſſ. *non habet beneficium diuiſionis, ex* epiſt.D.Hadriani.
13 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio XXXII.

EX duobus Confideiuſſoribus vnus ſoluerat creditori debitum, abſquè pacto dè cedendo,& facta ſolutione obtinuit ceſſionem iuriùm, vigore cuius petijt, & obtinuit aſſiſtentiam in M.C.V. ſuper bonis poſſeſſis per alium confideiuſſorem,à quo cùm fuiſſet appellatum ad S.C. dicebat conuentus,debere abſolui, & decretum M.C.V. reuocari,quia cùm eſſet extincta obligatio per ſolutionem factā
1 per Confideiuſſorem, actio erat extincta, cùm ſolutione eius, quod debetur, omnis obligatio tollatur, §.1. *Inſt.quib. mod.toll. oblig.* quod procedit, ſiuè ſolutio fiat per debitorem, ſiuè per extraneum, *l.ſoluendo, ff.de neg.geſt.gloſ.in l.1.§.cùm prædium,in fin.ff.de pignor.* etiam ſi ſoluens ſit vnus ex correis debendi, *l.1.2.& 3.& l.fin.ff.de duob.reis,§.penult.Inſt.eod.tit.* hinc datur cautela, vt quotieſcunquè vnus ex correis ſoluit,& vult agere contra correum paritèr obligatum, debet obtinere iurium ceſſio-
2 nem,*l.vt fideiuſſor,ff.de fideiuſſ.l.cùm alter, C.eod.tit.* quæ ceſſio,ad hoc vt ſuum ſortiatur effectum,debet fieri,vel antè ſolutionē,
3 vel in actu ſolutionis,aut debet ſolui cum



Digitized by Google

pacto de cedendo, vt eſt *tex. in l. Modeſtinus, ff. de ſolution.* vbi DD. & præcipuè *Bar.* qui magiſtraliter dicit, quòd ſi vnus ex correis debendi ſoluit, & non exprimit, ſuo tātùm nomine ſoluiſſe, in dubio præſumitur,
4 pro tota obligatione ſolutionem eſſe factā, & *Bar.* ſequitur *Bal. in l. 1. ff. de act. & oblig.* & alij *Doctores, Soc. iun. conſ. 18. nu. 9. vol. 1. Dec. conſ. 99. Menoch. præſump. 45. n. 26. lib. 3. & 143. n. 6. Franc. de fideiuſſ. c. 5. nu. 482. Hering. de fideiuſſ. c. 28. n. 34.* nam extincta obligatione, creditor non eſt ampliùs creditor, & ideò non poteſt cedere iura, quæ non habet, ex *regula nemo plus iuris, ff. de reg. iur. l. ſi ſic legatum, §. mihi, ff. de legat. 2.* quod etiam firmat *Bart. in d. l. Modeſtinus,* ex mente *gloſ. in l. Papinianus, in verb. & ſuo nomine, ff. mand. l. qui res ſuas, §. aream, ff. de ſolut.*

Et licèt in duobus inſolidum obligatis aliquando admittatur ceſſio ex interuallo, etiam non præcedente pacto de cedendo,
5 tamen dicebatur, hoc procedere, vel quando ſolutio ſpecificè fit per vnum ex correis ſuo nomine, quo caſu nō extinguitur obligatio reſpectu omnium, vel quando ex ipſis duobus correis vnus eſt principalis, alius verò acceſſoriè eſt obligatus, tanquàm fideiuſſor, nàm eo caſu, quamuis per ſolutionem factam per principalem debitorem tollatur omnis obligatio, etiam reſpectu fideiuſſoris, *l. cū quis, §. de peculio, ff. de ſolut.* tamen ſi ſoluit fideiuſſor, quamuis ſit inſolidum obligatus, videtur, voluiſſe extinguere ſuam tantùm obligationem, non autem illam principalis, prout declarat *Bar. in d. l. Modeſtinus, in 3. diſt.* ſub *nu. 4.* per *tex. in l. Stichum, §. ſi mandato, ff. de ſolution. Iaſ.* latè diſputato articulo in *l. ſi res obligata, n. 44. ff. de leg. 1. Bart. in auth. hoc ità, C. de duob. reis, n. 36. Caſtr. in l. ſi ex toto, §. 1. nu. 3. ff. de leg. 1. Crauett. in conſ. 458. nu. 2. Gabr. conſ. 63. n. 2. vol. 2. Caſtr. conſ. 181. & 182. vol. 1.* & in terminis in vno ex duobus Confideiuſſoribus, vt non poſſit obtinere iurium ceſſionem poſt ſolutionem, nec agere contrà ſuum Confideiuſſorem, deciſum fuit in Senatu Mantuano, vt per *Surd. in dec. 308.* & in Senatu Pedemontano per *Theſ. iun. in add. ad Theſ. patrem, in deciſ. 191.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem opinionem, *Euerard. conſ. 2. Ronchegal. in l. reos, in princ. ff. de duob. reis,* ſub *n. 55.* propè *fin.*

Quibus tamen non obſtantibus contrarium fuit iudicatum per S.C. ea ratione, nā Confideiuſſor ſoluens, non Cōfideiuſſoris, ſed ſuum negotium agit, cùm & ipſe inſolidum teneatur, & ideò, non animo extinguēdi omnium obligationem videtur ſoluiſſe,
6 ſed potiùs propriam; immò contra alium Confideiuſſorem videtur emiſſe actionem, & iura in ipſum tanquàm emptorem transferri, habetur ex *Bal. in d. l. Modeſtinus, n. 2.* Cùm ergo, non animo extinguendi Confideiuſſoris obligationem, ſed eam acquirēdi ſoluerit, poteſt quandocunq; ſiuè anteà, ſiuè poſteà fieri ceſſio, quod probant apertè in terminis *text. in l. fideiuſſoribus 17. & in l. cū is 36. ff. de fideiuſſ.* vbi etiam *gloſ. & Bart.* in quibus ponitur caſus, quòd creditor, qui habet obligatum, nedùm principalem debitorem, ſed etiam fideiuſſores, & ab vno ex fideiuſſoribus totum creditum percepit; quæritur, nùm omnes liberati ſint, & dicit, quòd non (*non enim inſolutum accepit, ſed quodammodò nomen debitoris vendidit, & ideò habet actiones, quia tenetur ad id ipſum, vt præſtet actiones*) per quem *tex.* ità in proprijs terminis voluerūt *Raph. Cuma. in d. l. Modeſtinus, n. 3. Coler. de proceſſ. exeq. c. 20. n. 368.* latè *Franc. de fideiuſſ. c. 5. n. 484.* vbi dicit, quòd ex æquitate eſt facienda interpretatio, vt non ſolùm antè ſolutionem, vel in continenti in ipſo actu, ſed ex interuallo poſt, etiam pacto, vel proteſtatione non præcedente poſſe ceſſionem à fideiuſſore peti, & creditorem actione empti compelli ad ceſſionem faciendam, cùm hoc caſu fideiuſſor ſit quaſi emptor nominis, cui creditor quocunq; tempore ius ſuū tradere neceſſe habet, & hanc opinionem veriorem eſſe, ex multis cōprobat *Hering. de fideiuſſor. c. 28. nu. 38.* ſequitur latiſſimè, & diſputato articulo concludit *Ioan. Koppen* doctiſſimus Germanus in *dec. 51.* & propriè ſub *nu. 5.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, prout etiam voluit *Colerus vbi ſuprà, n. 370.* & idem tenet *Socin. iun. conſ. 27. nu. 8. lib. 2. Io. Baptiſta Coſta de remed. ſubſid. remed. 84. n. 6.* quod etiā ampliatur,
7 vt nedū creditor fideiuſſori ſoluēti teneatur cedere actiones perſonales, verùm etiam reales, & hypothecarias, quas creditor contrà Confideiuſſores habebat, *l. 2. & l. cùm alter, C. de fideiuſſ.* idem *Koppen loco citato n. 6.* licèt non poſſit fideiuſſor ſoluens virtute ceſſionis agere contrà Cōfideiuſſores pro toto credito ſoluto, ſed deducta rata, ſiuè portione, ad ipſum ſpectāte, quod optimè explicat, & fundat *Koppē ibid. n. 8. & 9.*
8 Cauendum tamen puto ab *Ant. Fabro coniect. iur. lib. 11. c. 9.* qui ſatis miratur de opinione Authoris ab ipſo allegati, qui tenuit, quòd vni ex correis inſolidum obligatis, qui ſoluit, poteſt actio cedi contrà alios, etiā poſt ſolutionem; quaſi quòd ſit huius opinionis author, fundans ſe ſolùm in æquitate, contrà eum multa iurgia inuehendo, dicens, eſſe opinionem ſatis ridiculam, & nouam, & non aduertit, quòd non ab illo ortum habuit, ſed communiori *Doctorum* calculo eſt recepta, vt ex ſuperiùs allegatis ap-

apparet, & fundatur ex iuribus per ipſum ad-
ductis, & præcipuè ex *text. in l. fideiuſſoribus.*
*27. & l. cùm is 36. ff. de fideiuſſ.* vbi ſolutione
facta per Confideiuſſorem, potiùs videtur
emptum nomē debitoris, quàm quòd actio
ſit per ſolutionē perempta, & propterea cre-
ditor debet actiones cedere contra alios
Confideiuſſores, & ità intelligit *tex. in d. l. fi-*
*deiuſſoribus, & l. cùm is, gloſ. ibid.* in caſus fi-
guratione, & in *verbo* ; *& ideò habet,* dicit
ampliùs, quòd poſſet fortè ſoluens repe-
tere pecuniam à creditore, cui fuit ſoluta, ſi
non cedat, arg. *tex. in l. fin. §. fi. ff. rem. rat.*
*hab.* quibus iuribus, quamuis ſatis ingenio-
sè, & erudité conetur *Faber* (apud me ma-
gnæ authoritatis Doctor) totis viribus re-
ſpondere, & mouua contra ſuam opinionē
eneruare; attamen (vt verum fatear) mens
mea ſuis reſponſionibus non quieſcit, tantò
magis, quia ipſe *in fi. d. e. 9.* fatetur, ex iuribus
prędictis ſubtiliſſimè fuiſſe à iuris Authori-
bus hoc idem contra ſuam opinionem ob-
ſeruatum, & ſic ex eius dictis etiam conuin-
citur, Doctorem ipſum allegatum non fuiſ-
ſe huius opinionis authorem, & pro reſpon-
ſione ad *tex.* claros, & apertos in *d. l. cùm is,*
*& l. fideiuſſoribus*, qui ſatis contrà vrgent,
conatus fuit interuertere *d. tex. in, d. l. cùm*
*is*, in final. verbis, ibi *& ideò habet actiones,*
*quia tenetur ad idipſum*, *vt præſtet actio-*
*nes*, mutando illud verbum, *quia*, & vt ad ſē-
ſum ſuum verba *text.* accomodaret, dicit, *&*
*ideò quia habet actiones, tenetur ad hoc ipſū,*
*vt præſtet actiones* ; & verè ſi hæc noua in-
uentio, vt poſſemus verba *text.* mutare ad-
mitteretur, facile eſſet, omnibus contrarijs
reſpōdere, nec *tex. in l. quod debetur 52. ff. de*
*pecul.* & alij allegati aliquid probant ad im-
proprianda, & mutāda verba *tex. in d. l. cū is,*
nec curandum de *deciſ. Surd.* 308. cùm con-
tra ipſum ſit communis opinio, nec etiam
10 aliquid facit deciſio, relata per *Theſaur.*
*iunior.* quia loquitur, ſtante beneficio diui-
ſionis ex *Epiſtola Diui Hadriani*, ex *text. in*
*l. inter eos fideiuſſores 52. ff. de fideiuſſor.* &
ſic in fideiuſſore, qui nō poterat cogi ad ſol-
uendum integrum debitum, ſed tantùm pro
ſua portione, non autem loquitur de fide-
iuſſore in ſolidum obligato, à quo poteſt to-
t[redacted]m debitum exigi, non admiſſa opinione
T[redacted] *heſauri ſenioris in dec.* 166. quòd fideiuſ-
ſo[redacted]r, quantùmuis in ſolidum obligatus cum
11 iu[redacted]ramento habeat beneficium excuſſionis,
e[redacted]m in hoc Regno contraria opinio ſit vſu
re[redacted]epta; quia renunciatur beneficio *auth.*
*pr*[redacted]*ſente*, *C. de fideiuſſor.* & renunciatio te-
ne[redacted], *Guid. Pap. dec. 94. Thoming. dec. 1. Rota*
12 *L*[redacted]*pſienſis*, maximè, ſtante iuramēto, *Capell.*
*Th*[redacted]*oloſan. dec.* 199. & ideò inſolidum obli-
gat[redacted]us, poteſt inſolidum conueniri, *Mohe-*
dan[redacted]*ec. 2. de fideiuſſor.* innumeros pro hac
opinione adducit *Francus de fideiuſſor. cap*
*5. n. 343.* cum *ſeq. Fachin. controu. iur. lib.* 8.
*cap.* 54. diffuſè *Hering. de fideiuſſor. cap.* 27.
13 *par. 1. n. 67.* Et ideò die 14. Februarij 1633.
facta relatione per Regium Conſiliarium
Octauium de Piccolellis, fuit confirmatum
decretum M.C.V. & quia in S.C. erant etiā
productæ aliæ ceſſiones, fuit præſtita aſſiſtē-
tia pro alijs quantitatibus petitis in S.C. pe-
nès Carbonum Actorum Magiſtrum.

## OBSERVATIO In Deciſione XXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſimplex, vel inſolidum obligatus*
*cōuentus ad ſoluendum creditori, poteſt*
*petere ceſſionem, nedùm contra principa-*
*lem, ſed etiam contra fideiuſſorem, &*
*creditore recuſante ſoluere non cogitur.*

2 *Ceſſio omninò requiritur, vbi fideiuſſor vult*
*recuperare à confideiuſſoribus, & fieri po-*
*teſt antè, in actu ſolutionis, & poſt, n. 3.*
*& quando ex interuallo, n. 4. 8. & 10. nō*
*eſt neceſſaria, ſi fideiuſſor agit contra*
*principalem debitorem, nu. 11.*

5 *Soluens ſuo nomine, non videtur extinguere*
*obligationem debitoris, ſic etiam, ſi nō eſt*
*obligatus principalitèr, ſed tantùm eſt de-*
*bitor debitoris, n. 6. de ratione, n. 7.*

9 *Solutio in dubio præſumitur facta nomine*
*proprio, quàmuis expreſsè ſoluens non*
*dixerit.*

10 *Ceſſio eſt facienda fideiuſſori, ſi iuſſu Iudi-*
*cis ſoluit, etiam ſi ſententia ſit iniuſta,*
*num. 14.*

11 *Fideiuſſor repetere poteſt à principali id, quod*
*occaſione fideiuſſionis ſoluit, abſq; ceſſione,*
*cum omnibus damnis, expenſis, & intereſ-*
*ſe, n. 13. & 18. quia de iure habet manda-*
*tum à principali, de ſoluendo, eòq; magis*
*ſi habuit mandatum de fideiubendo, n. 12.*
*etiam ſi ſpontè ſoluit, n. 13. & ità deciſum*
*traditur in fideiuſſore de iudicatum ſol-*
*uendo, n. 15.*

16 *Sententia lata contra principalem, ſtatim*
*exequi poteſt contra fideiuſſorem de iudi-*
*catum ſoluendo, & è contra, ad inſtātiam*
*fideiuſſoris cōtra principalem debitorem,*
*abſq; nouo proceſſu, n. 17.*

18 *Fideiuſſor pro recuperatione totius ſoluti,*
*agere poteſt contra principalem debitorē,*
*contra verò confideiuſſores, pro rata tan-*
*tùm, ſtante beneficio diuiſionis, num. 19.*
*& fallit, n. 20. & 23.*

20 *Fideiuſſor, non pro rata, ſed inſolidum cō-*
*uenitur, vbi inſolidū eſt obligatus, & ſem-*

*per de ſtylo obligatus intelligitur, etiam quòd non adſint in obligatione verba,* vt principalis principalitèr, & inſolidū, *n.* 21.
22 *Fideiuſſor tenetur inſolidum, quando beneficio* de duobus reis, *vel* Epiſtolæ Diui Hadr. *vel quando beneficio* diuiſionis *eſt renunciatum.*
23 *Ceſſionarius non tenetur edere Reo librum cedentis.*
25 *Ceſſio quando ex interuallo de æquitate fieri poſſit.*

FIdeiuſſor ſimplex, vel inſolidum obli-
gatus, ſi conueniatur à creditore, po-
teſt petere ceſſionem, nedùm con-
1 tra principalem debitorem; ſed etiā
contra Cōfideiuſſores, & creditore recuſan-
te, ſoluere non cogitur, vt per plura iura
probat *Pirrus Maurus Aretin. de fideiuſſ.*
*ſect. 6. cap. 5. n. 3. & 4.* verùm, ſi ſolutum re-
2 cuperare intendat à Confideiuſſoribus, ceſ-
ſio omninò requiritur, ſine qua haud agere
poteſt, vt *iuribus* adductis probant D. meus
*n. 2. Fontanella dec. 216. n. 3. lib. 1. & Anton.*
*de Amato var. reſol. lib. 1. reſol. 3. n. 41.* vbi re-
prehendit *Maynardum*, & Curiæ Tholoſanę
ſtylum, de admittendis fideiuſſoribus, ſine
ceſſione agentibus, contra confideiuſſores,
quam tamèn praxim excuſat *Fontanella*
in caſu per ipſum relato *n. 5.* quam ceſſionē
3 poſſe fieri, nedùm antè, ſed ēt in actu ſolutio-
nis, imò & poſt, ad beneficium fideiuſſoris
ſoluentis de eius propria pecunia, vt agere
poſſit contra Confideiuſſores probat *D. An-*
*dreol. lib. 2. contr. 174. n. 23.* etiam quòd nō
adſit pactū de cedēdo, vt concludit D. meus
*à n. 6.* vſq; *ad* 12. Ideòq; *num.* 13. refert, ſtante
ceſſione facta poſt ſolutionē, tàm per Mag.
Cur. quàm per S. C. fuiſſe prestitam aſſiſten-
tiam ſuper bonis Confideiuſſoris.

Quæ quidèm deciſio, vltrà adducta per
4 D. meum, confirmatur ex infra dicendis, ſi-
quidèm *Bart. in l. Modeſtinus, ff. de ſolu-*
*tion.* diſtinguit plures caſus, in quibus vali-
dè fieri poteſt ceſſio ſoluenti, etiam ex in-
teruallo, & inter alios ille præcipuus ab eo
adducitur, quādo quis expreſsè ſoluit no-
mine ſuo, non autem nomine principalis
debitoris, vt habetur *n. 4. verſ. aut ſoluit no-*
*mine,* vbi *Alberic. n. 2. verſ. ſoluens, & Imola*
*nu. 4. verſ. ſi verò conſtat;* ratioq; adducitur,
quia, quando quis ſoluit ſuo nomine, non
5 videtur extincta, & ſublata obligatio debi-
toris, *l. Papinianus, ff. mandati, l. Stichum, §.*
*ſi mandato, ff. de ſolut.* refert *Menoch. præ-*
*ſumpt. 143. in 2. caſu, nu. 3. lib. 3.* ſicuti dici-
6 mus de eo, qui non eſt obligatus principa-
litèr ad debitum, ſed tenetur ex aliqua
cauſa, vt putà, quia eſt debitor debitoris, tūc
enim ſi ſoluit nomine proprio creditoribus
ſui creditoris, non liberat debitorem perpe-
tuò, nec extinguitur obligatio, magis enim
7 ex rei ſuę liberādę cauſa ſoluiſſe videtur, quā
cauſa debitoris, vt habetur in *l. ſi res 60. in*
*fin. ff. de leg. 1.* vbi *glo. in ver. ſuo tempore,* &
8 propterea *ibi* deciditur, quòd poteſt per-
petuò, officio Iudicis agere, vt ei cedantur
actiones, etiam ex interuallo poſt ſolutionē
factam, quod comprobat *Bart. d. n. 4. verſ. 4.*
*caſu,* vbi *Cuman. nu. 3. & Dec. conſ. 99. n. 1.*
nouiſſimè D. *Conſil. Anias de Meſa lib. 1.*
*var. reſol. c. 23. nu. 21. & 22.* vbi D. meum
hìc *n. 6.* citat, & ſolutio in dubio pręſumitur
9 facta nomine proprio, quamuis expreſsè nō
dixerit ſoluens, ſuo nomine ſoluere, vt tra-
dit *Menoch. ibid. n. 12. in 6. & vltimo caſu.*
10 per *tex. in l. eò magis, ff. de ſolution.* quę tan-
tò magis procederent, ſi iuſſu Iudicis ſol-
ueret creditori, tunc enim debēt, & poſſunt
actiones, & iura cedi, nullo habito diſcrimi-
ne, quo nomine ſoluat, dummodò inuitus
ſoluat, vt benè docet *Scaccia de camb. §. 1.*
*gl. 5. n. 89. verſ. amplia ſecūdò, & verſ. exin-*
*de,* & apertè tradit D. *Conſil. de Georgio alleg.*
*39. n. 22. & ſeqq.*

Quando tamèn fideiuſſor vult agere cō-
tra principalem debitorem; nulla requiritur
11 ceſſio iurium, & actionum, ſiquidèm fide-
iuſſor repetere poteſt à principali id, quod
occaſione fideiuſſionis ſoluit, vt *iura* cla-
mant *in l. indebitum, ff. de condit. indeb. in §.*
*ſi quid autem, Inſtit. de fideiuſſ. in l. ſi*
*pro ea,* C. *mandati, & in cap. 1. de fideiuſſ.* &
probant D. *Viuius deciſ. 210. n. 1. Alex. Teſ-*
*tacinq. var. reſol. lib. 3. reſol. 6. nu. 1. Hering.*
*de fideiuſſor. cap. 27. n. 14. Gozadin. conſ. 35.*
*per totum, Fontanella deciſ. 216. n. 2.* vbi de-
ciſum refert, *Amat. var. reſol. lib. 1. reſol. 37.*
*n. 40. D. Conſil. Staib. reſol. 46. n. 14. 21. 25. &*
*reſol. 84. n. 22. lib. 1.* habet enim de iure mā-
12 datum à principali de ſoluendo, *l. ſi fideiuſ-*
*ſor, ff. mandati,* D. *Conſil. Staib. ibid. num. 29.*
eòq; magis, ſi habuit mandatum de fideiu-
bendo, *Soc. ſen. conſ. 27. nu. 14. lib. 2. Calcan.*
*conſ. 35.* etiam ſi ſoluerit ſpōtè, præſumitur
enim ſoluere de mandato principalis, con-
13 tra quem habet repetitionem quantitatis
ſolutæ, cum omnibus damnis, expenſis, &
intereſſe, vt benè probant *Cardi. Pariſ. conſ.*
104. *per tot. vol. 3. Io. And. in reg. damnum, q.*
10. *Alex. conſ. 57. n. 3. 4. & 5. lib. 1. Abb. conſ.*
60. *n. 1. Hering. vbi ſuprà, n. 24. 25. 45. & 51.*
ac paritèr procedit, quamuis ſententia fuerit
14 iniuſta; quia non obſtante iniuſtitia, com-
petit fideiuſſori repetitio, iuxtà tradita per
D. *Viuium vbi ſuprà, n. 5.* maximè ſi princi-
palis debitor promiſiſſet indemnitatem fi-
deiuſſori, vt benè docet *Henrig. ibid. Are-*
*tin. conſ. 24. n.* 10. optimè *Gratia diſcep. fo-*
15 *renſ. lib. 2. c. 227. nu. 31. & 33.* & ſecundùm
prędicta fuit per S. C. iudicatum, referente
* D. Conſil. *Vargas* Duce Cagnani, ſub die 20.
Decem-

Digitized by Google

Decembris 1632. in cauſa Io. Ambroſij Ca-
ſellæ cum Marcello de Oria; fuit enim con-
demnatus dictus Marcellus ad ſoluendum
dicto Io. Ambroſio fideiuſſori de iudicatū
ſoluendo duc. 6000. ſolutos Barbaræ Spinu-
læ vxori dicti Marcelli, vigore literarū exe-
quutorialium, cum omnibus damnis, expē-
ſis, & intereſſe, præcedente mandato de fi-
deiubendo, ac indemnitate demùm facta, vt
ex actis in Banca Solatij; Sententia enim
26 lata contra principalem debitorem, ſtatim
exequi poteſt contra fideiuſſorem de iudi-
catum ſoluendo, per ea, quæ tradit D. meus
*dec. 102. nu. 52. & 55.* & è contrà fideiuſſor
27 eadem ratione ſoluendo, paratā habet exe-
cutionem contra principalem, abſq; nouo
proceſſu, & ordine iudiciali, vt ex *Hippol.
de Marſil. de fideiuſſ. nu. 262. & Francbo* in
ſimili *tract. c. 5. num. 516.* & alijs probat D.
meus *ibid. nu. 54.* Ideòq; ex abundanti cau-
tela dictus Io. Ambroſius, nouum compila-
uit proceſſum contra dictum Marcellum,
ipſumq; condemnari, vt ſupra fecit.
Hinc, *Fontanel. d. dec. 216. n. 6. & 7.* tenet,
28 quòd ſi fideiuſſor agat contra principalem
debitorem, poſſit totum ſolutum repetere,
*ex cap. 2. de fideiuſſ. D. Andreol. vbi ſup. n. 7.*
29 ſi verò contra Confideiuſſores, & tunc niſi
pro rata, ſtante beneficio diuiſionis, *Fonta-
nell. ibid.* vbi tradit, idem dixiſſe in *tract. de
pact. nupt. lib. 1. clauſ. 4. gl. 18. p. 2. num. 35.*
ſequitur D. *Andreol. d. nu. 7. D. Conſil. Arias
de Meſa d. lib. 1. variar. reſolut. c. 23. num. 14.*
quamuis alij contrarium ſentiant; attamèn
20 hæc concluſio, reſpectu Confideiuſſoris nō
habet locum, vbi eſt obligatus inſolidum,
tunc enim inſolidum, non autem pro rata
conuenitur, vt optimè reſpondit, & probat
D. meus *nu. 12.* & de ſtylo fideiuſſores ſem-
per inſolidum obligantur, vt tradit *Aretin.
de fideiuſſ. ſect. 6. c. 4. n. 21.* eò, quòd in omni-
bus obligationibus fideiuſſorijs de ſtylo ap-
21 ponuntur illa verba, vt *principalis, princi-
paliter, & inſolidum*, & *num. ſeq.* dicit, quòd
verba prædicta, etiam ſi non ſint appoſita,
quia ſunt de ſtylo, cenſentur appoſita, dùm
Notarius cenſetur rogatus, apponere om-
22 nes clauſulas ſolitas, & conſuetas, ſic etiam
inſolidum tenetur, quandò beneficio *de
duobus reis* eſt renunciatum, vt probat
*nu. 34.* vel *Epiſtolæ Diui Hadriani, nu. 16.*
vel quando beneficio *diuiſionis num. 44.* ſi-
cut paritèr concluſio tradita *num. 19.* pro-
23 cedit vbi fideiuſſor fideiuſſit eodem tem-
pore, ſecus ſi diuerſo tempore, quo alij fi-
deiuſſerunt; tunc enim totum debitum ſo-
lutum, ſtante ceſſione repetere poterit, *l. ſi
Titius, ff. de fideiuſſor. D. de Franch. dec. 55.
num. 11.* alijq; apud *D. Andreol. loco cit. n. 8.*
Sic etiam notabis, quòd ceſſionarius agens
24 contra nomen ceſſum, non tenetur edere
Reo librum cedentis, ad fundandā excep-
tionem, vt benè fundat D. *Andreol. con-
trouer. 158. n. 5. 6. 7. & 9. lib. 2.*
25 Quando autem de equitate fieri poſſit
ceſſio ex interuallo, vide *D. Caluin. in tra-
ctat. de æquit. lib. 1. c. 77. n. 11. cum ſeqq.*

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Cōpromiſſum an, & quādo poſ- ſit fieri in cauſis feudalibus. Et an annullata refutatione vir- tute *Reg. Prag.* de anno 1579. ſint annullata acta facta cum ipſo refutatario antè *Pragm.* Et de inſtātia an, & quando tran- ſeat in ſingularē ſucceſſorem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compromiſſum de re feudali, abſquè aſſenſu
fieri non poteſt.
Intellige, de iure Regni, num. 8.
Limita, vbi ſuper re feudali de facto agere-
tur, nu. 9.
Item, vbi ageretur de taxatione vitæ, &
militia, nu. 10.*
2 *Refutatio eſt nulla, vbi non fuerit regiſtra-
ta, ſeruata forma* Reg. Pragm.
3 *Lex noua non reſpicit præterita, ſed futura.
Limita, vbi in ſpecie ad præterita prouide-
ret, nu. 4.*
5 *Inſtantia cœpta cum defuncto, non tranſit
nec actiuè, nec paſſiuè in ſingularem ſuc-
ceſſorem voluntarium.
Limita, in feudo, num. 24.*
6 *Emptor, dicitur ſingularis ſucceſſor volun-
tarius.*
7 *Negligētia prædeceſſoris, ſucceſſori nō nocet.
Intellige, vt num. 23.*
11 *Poſſeſſio eſt quid facti.*
12 *Quæſtio facti poteſt compromitti.*
13 *Sacrum Conſilium non eſt Iudex cōpetens,
vbi agitur iudicium, ſiue res ſit feudalis, vel
burgenſatica, ſed R. C. S.
Limita, vbi ageretur de poſſeſſorio ſumma-
riſſimo, nu. 14.*
15 *Citatio ad teſtes, ab Arbitris fieri non po-
teſt, ſed à Iudice loci.*
16 *Aſſenſus non requiritur in refutatione fa-
cta immediato ſucceſſuro.*
17 *Alienatio rei dotalis eſt inualida reſpectu
venditoris, licèt ſecus reſpectu mulieris.*
18 *Annullatio actus refutationis, vigore* Regię
Prag.

*Pragmaticæ eſt pœna.*
19 *Pœna ſuos authores non egreditur.*
20 *Renunciare priuilegijs nemo poteſt, reſpectu iuris tertio acquiſiti.*
21 *Pars parti alteri præiudicare non poteſt.*
22 *Princeps nō præſumitur tertio præiudicare.*
25 *Dominus agens, petēdo feudi reſtitutionem, non dicitur agere ex propria perſona, ſed nomine ipſius feudi.*
26 *Deciſio in cauſa adducitur.*

# Deciſio XXXIII.

IN cauſa Horatij Serſalis vtilis Domini Ciuitatis Belcaſtri cum Ill. D. Duce Galleſij ſuper iudicio moto in anno 1564. per Ill. Ducem Montis Alti, tūc vtilem Dominum dictæ Ciuitatis cōtra Ill. Marchionem Meſuraci, compilato iamdiù proceſſu, & inſufflato ſpiritu vitæ, fuerunt pro parte dicti Illuſt. Ducis Galleſij ad præſens vtilis Domini dictæ Terræ Meſuraci dictū de nullitate actorū, & quòd ideò debet de nouo proceſſus cōpilari, ipſo audito. Primò, quia omnia acta prædicta fuerūt facta coràm Arbitris, tempore, quo non po-
1 tuit fieri compromiſſum de re feudali, abſq; Regio aſſenſu, ex *Conſt. Regn.* incip. *Conſtitutionem diuæ memo. verſ. arbitraria etiam*, vbi *Affli. n. 52.* & idem *Affl. dec. 138. Freo. in lib. 2. de ſubſe. in 1. author. ver. pluribus autē modis, lim. 29. verſ. vbi eſſet controuerſia, nu.* 88. vbi teſtatur, quòd ità ſæpè fuit in S.C. iudicatū, *Camer. in cap. Imperialem, f. 13. lit.* D. *Minado. deciſ. 3.* vbi *Flaminius Monacus*, & ſic pluriès fuiſſe deciſum, dixit D. de *Pont. conſ. 52. nu. 11. & 12. lib. 2. Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 2. glo. gradum, n. 49. Borrell.* latè in *pragm. odia litium, §. 2. glo. 1. nu. 127.* vbi *Doctores* cumulat, & iterùm *in §. 3. gloſ. 4. num. 94. de compromiſſis*, nouiſſimè *Bilott. concluſ. feud. 67. num. 2.*

Secundò dicebatur, quòd quàmuis com-
2 promiſſum poſſet fieri, abſq; aſſenſu, tamèn ex alio reddebatur nullum, & cōſequentèr, acta facta vigore dicti compromiſſi, ex quo fuit factum ab Illuſtr. Marchione Meſuraci Troiano Spinello, tempore, quo dicta terra Meſuraci non erat ipſius, ſed Iſabellæ Caracciolæ eius matris, nulla habita conſideratione de refutatione eidem facta per ipsā in perſonam dicti Troiani filij, ex defectu Regeſtri, vigore *Regia Pragmatica* de anno 1579. quæ eſt 20. ſub *tit. de feudis*, & quàmuis refutatio fuerit facta de anno 1550. & ſic per annos viginti nouem, antequàm promulgaretur *pragmatica*, & lex noua non re-
3 ſpiciat præterita, ſed futura, *tex.* eſt in *l. leges, & Conſtitutiones, C. de legib.* vbi *Doctores*, & *in cap. fin.* vbi etiam *Scribentes, extrà de conſtitut. cap. licèt canon, de elect. in 6. l. cauſas, C. de tranſact. Gayl. lib. 2. obſer. 9. Crau. conſ. 50. Honded. conſ. 16. num. 14. vol. 1. Decian. conſ. 11. num. 191. vol. 1. Viuius deciſ. 220. in fi. Rouit. in prag. 2. de conſib.* tamèn hoc intelligitur, quando lex noua non prouidet reſpectu præteritorū, prout in d. *prag. 20. de feud.* in qua ſancitum fuit, vt refuta-
4 tiones præteritæ regiſtrentur, infrà quatuor menſes, futuræ verò, infrà quindecim dies à die refutationis; quando enim lex prouidet etiam reſpectu contractuum celebratorum antè *Pragm.* tunc nō cadit diſputatio, quòd comprehendantur, vt aduertit *Rouitus in d. prag. 2. de conſib.* vbi allegat *Gayl. in d. obſer. 9. lib. 2.* qui dicit, ſic fuiſſe iudicatum in Camera Imperiali, & proindè, cùm in *dicta Pragm.* adſit etiam clauſula annullatiua, nō poteſt dubitari, refutationem factam in anno 1550. à dicta Iſabella Caracciola in perſonam Troiani Spinelli filij, fuiſſe nullam, & per cōſequens cōpromiſſum factum per ipſum, & acta per dictos Compromiſſarios.

Tertiò dicebatur, quòd quàmuis acta nō
5 eſſent nulla, tamèn Serſalis Actor erat ſingularis ſucceſſor voluntarius, ad quem inſtantia non trāſit, neq; actiuè, neq; paſſiuè, *Bart. in l. ſi eum hominem, ff. de fideiuſſ. & in l. Lucius, §. rogatus, ff. ad Senat. Conſ. Treb. Angel. in l. tàm ex cōtractibus, ff. de iudic. Put. dec. 181. lib. 2. Cabed. dec. Luſit. 97. n. 7. p. 2. & dec. 198. n. 5. p. 1. Ioſeph Seſe deciſ. Arago. 54. & dec. 89. n. 2. Ann. alleg. 14. Barboſ. in l. quæ dotis, §. fi. ff. ſol. matr.* qui aſſerit, nec in ſucceſſorem ſingularem tranſire, quādo defuncti perſonam non repræſentat, *Peregr. de fideicom. art. 53. nu. 24.* doctus, & eruditus *D. Thomas de Carleual. Reg. Conſiliar.* meus Collega, *de iudic. & for. comp. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 3.* ſub *n. 934.* Cùmq; tàm Ill. Dux ab Altemps conuentus, quàm Horatius Serſalis ſint ſucceſſores particulares, vti emp-
6 tores Meſuraci, & Belcaſtri; emptores enim dicuntur ſucceſſores particulares voluntarij, *l. ſi pignori, ff. famil. erciſcund.* dicebant propterea, eſſe dandum de nouo terminum in cauſa, & debere audiri ex integro ipſum Ducem Galleſij.

Addebatur prædictis, quòd cùm prædeceſſores ſui negligētèr ſe geſſerint in defen-
7 ſione cauſæ, non producendo neceſſarias probationes, illorum negligentia ſucceſſori non nocere debet, *l. ex contractu, ff. de re iudic. l. à ſententia, & l. ſi pro luſorio, ff. de appell. l. ſi ſeruus plurium, §. 1. & §. ſi quis antè, ff. de leg. 1.* vbi etiam *Bart. Aret.* & alij, *Molin.* loquens in poſſeſſore maioratus *de primog. Hiſpan. lib. 4. tit. 8. n. 7.* ex *text. in d. l. ex contractu, ff. de re iudic. Aluar. Valaſc. de iur. emphyteut. q. 10. n. 9.*

Prædictis tamèn pro parte Actoris repli-

8 caba-

Digitized by Google

8 cabatur, quòd quàmuis compromiſſum de
re feudali fieri non poſſit, abſq; aſſenſu in
Regno, ex *Conſtitutione Regni*, *Conſtitutionem diuæ memoriæ*, licèt ſecùs ſit de iure
communi feudorum, vt in *c.1.§.1.de lege
Corradi*, *Capyc.in inueſtit.in verbo feudorũ
compromiſſi*, tamen hoc limitatur, quando
9 ſuper re feudali agitur de facto, nàm tunc
fieri poſſe compromiſſum ſine aſſenſu, dixit
idem *Freccia in d.limit.29.n.88.* *Andr.in
Conſtit.Comitibus*, vbi etiam *Ant.de Alex.*
*Guglielm.de Perno in notab.feud.Bart.in
loco* infrà citando, *n.140.* Et ideò pluriès fuit
10 deciſum in Sacro Conſilio, quòd quando
agitur de taxatione vitæ, & militiæ, tunc cõ-
promiſſum, etiam abſq; aſſenſu erit validũ,
*Affl.dec.138.* *Anna in d. Conſtit. diuæ memoriæ, n.284.* & *Anna filius conſ.75.* *Ioann.
Thom.de Marinis de gener.* & *qualit.feud.
tit.2.de feud.ex pacto, & prouidentia, n.26.
f.* mihi 40. *Reg.Tapia in pragm.Regni Odia
litium, n.18.* *Minad.in Conſtit.In aliquibus,
n.12* *Ricc.collect.dec.26.* & *79.* *Bambacar.in
cap.omnes filij ſi de feud.defunct.milit.n.70.*
licèt quando tractatur, ſi debetur, vel non,
fieri non poſſit, *Affl.dec.43.* & 138. *Borrell.
de compromiſſ.d.§.2.gloſ.1.n.132.*

Hoc autem iudicium eſt meri facti, ex
quo agitur de turbatione poſſeſſionis, & ſic
11 eſt iudicium poſſeſſorium, poſſeſſio autem
eſt quid facti, *l.1.§.1.* & *§.ſi vir, ff. de acquirend.poſſeſſ.* immò etiam ſi eſſet cauſa mixta
12 iuris, & facti, dicitur quæſtio facti, & poteſt
compromitti, *Troyſius in d.pragm.Odia litium, n.130.* ſub *tit.de arbitris*, ex quo etiam
deducitur, quòd quamuis Sacrum Conſiliũ
13 non ſit Iudex competens, quando agitur
iudicium, ſi res eſt feudalis, vel burgenſatica, quia deciſio prædicti articuli ſpectat ad
Regiam Cameram Summariæ, tamen, quan-
14 do agitur de poſſeſſorio ſummariſſimo, nõ
remittitur ad ipſam Reg. Cam. prout fuiſſe
deciſum in Sacro Conſilio, iunctis Aulis in
cauſa Caſtri Luſeti, refert *Io. Andreas de
Georgio* in ſuis *repetitionibus feudalibus*,
*c.49.num.8.* & *9.* Et iterùm fuit deciſum in
cauſa ſucceſſionis Ill. Principis Conchæ, vt
diximus in *dec.93.n.19.*

In hac cauſa ponderabatur etiam aliud
in facto, quia terminus datus per S.C. & poſt
datum terminum cauſa compromiſſa, commiſſio pro examinandis teſtibus fuit facta
ſimiliter per Sacr. Conſil. prout ſemper fieri
15 ſolet, ex quo Arbitri non habent poteſtatẽ
in teſtes, ſed inter illos tantùm, qui compromiſerunt, vt poſt alios dicit *Borrell.ſuper d.pragm.Odia litium, §.3. gloſ.2.* ex doctrina *Bar.in l.non ex omnibus, ff.de arbitr.*
& ideò facta electione Examinatoris per
Arbitros, fit commiſſio per Sacrum Conſilium in perſonã ejuſdẽ electi, & per decretũ
S.C. etiam fuit ordinatum, vt concluſio in
cauſa facta per Arbitros firma remanere
deberet, verùm, ſi antè expeditionem cauſæ
venerit examen Ducis conuẽti, recipiatur,
& habeatur ea ratio, quæ de iure habenda
erit. Et poſteà, examine prædicto præſẽtato
fuit diſputatum in eodem Sacro Conſilio,
ſi erat recipiendum, vel nè, & tandèm non
fuit receptum; Diſputabatur etiam, ſi erant
in Sacro Conſilio recipiendi teſtes loco ſecundi beneficij, & fuit dictum, quòd non
recipiantur, & ſic videbatur pluriès S.C. iudicaſſe pro validitate actorum.

Ad ſecundum verò obiectum replicabatur, quòd omnia acta, antequàm ſuperue-
16 niret *Reg.Pragm.* de anno 1579. erant legitimè facta cũ refutatario, cũ de iure valida
ſit refutatio facta immediato ſucceſſori in
feudo, etiam abſq; aſſenſu, *c.1.§.* & *ſi libellum, de alien.feud.patern.c.1.§.ſed* & *res, per
quos fiat inueſtitura*, *de Ponte de poteſtate
Proreg.tit.8.de refutat.feud.n.4.* & *conſ.12.*
& quàmuis poſteà per *Reg.Pragm.* ſint annullatæ refutationes, ſi non regiſtrarentur
infrà quatuor menſes, non per hoc annullãtur actus legitimè geſti cum tertio tempore
habili, cùm illa lex noua, & iuris communis
correctoria, poſſit interpretari in damnum
illius, qui illam ſpreuit, in non parendo refutationi, non autem in damnum tertij, cui
erat ius quæſitum, nec eſt nouum, quòd
lex annullet actum, reſpectu aliquorum, reſpectu verò aliorum, non, ſicuti habemus
per *Bart.* & alios in *l.cùm vir, ff.de vſur.* vbi
17 quamuis reſpectu mulieris vẽditio rei dotalis ſit nulla, tamen tenet reſpectu vendentis, & in eo caſu venditio à principio eſt inualida, quod tantò fortius procedit in caſu
noſtro, in quo refutatio erat valida, & Tro-
18 ianus Spinellus fuit verus Dominus virtute refutationis, illius autem actus refutationis annullatio, eſt pęna, *l.Senatus, ff.de contrah.empt.* *Ripa conſ.70.n.13.lib.1.* *Vant.de
19 nullit.par.1.n.15.* *Menoch.conſ.169.n.15.* pęna autem non debet egredi ſuos authores,
*l.ſancimus*, cùm concordãtibus, *C.de pęnis*,
& proindè, non poteſt extendi, niſi ad contrauenientes, & quàmuis d. *Pragmatica* nocere potuerit ipſi Troiano Spinello, non tamen præiudicare poterit actori, qui iudiciũ
legitimè compilauit, & erat iàm ius quæſitũ circa dictam compilationem proceſſus,
20 vt dixit *Menoch.conſ.840.in fine*, quia neq;
priuilegijs poteſt renunciari reſpectu iuris
tertio quęſiti, *Decius in cap.cùm acceſſiſſent,
n.29.de Conſtit.* & *in cap.ſi de terra, n.18.de
21 priuil.* cùm vna pars alteri præiudicium inferre non poſſit, *Menoch.d.conſ.840.nu.45.*
22 nequè præſumitur, Principem præiudicare
voluiſſe, cui fuit ius quæſitum, *l.2.§.meritò,*
& *§.ſi quis à principe.ff.nè quid in loc.publ.*
vbi

Digitized by Google

vbi latè *Bar. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 11.* Et ad id, quod dicebatur de ne-
23 gligentia, fuit conſideratum, quòd contrarium apparebat ex actis, & *Doctores* allegati loquuntur in Maioratu, vel Fideicommiſſo, & vbi adeſt fraus, vel colluſio, vt habetur ex *Molin. in d. c. 8. lib. 4.*

Nec tandem obſtabit tertium obiectum,
24 quamuis enim regularitèr inſtantia in ſingularem ſucceſſorem non tranſeat, tamen hoc fallit in feudo, vt ex pluribus probat *Reg. Rouit. conſ. 82. 1. vol.* ea ratione, quia cùm agitur de petitione rei feudalis, ratione
25 ipſius feudi Dominus non dicitur agere ex propria perſona, ſed nomine feudi, ità vt feudum agere dicatur, *gloſ.* magna in *Conſtit. Regn.* incip. *Conſuetudinem prauam, lib. 3.* quaſi homo ſurdus, & mutus, vtens miniſterio hominis, & ſic ipſius feudatarij, qui *in fine*, ità refert fuiſſe iudicatum iunctis Aulis, & confirmatum in cauſa reclamationis, & plures alias deciſiones S.C. refert *Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. c. 185. lib. 1. Bilott. concluſ. feud. 77.* vbi plura ad materiam.

Quibus diſcuſſis die 15. Maij 1637. me
26 referente fuit dictum, quòd oppoſitis non obſtantibus procedatur ad expeditionem cauſæ; penès Act. Mag. de Felice.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum fieri non poteſt ſuper cauſis feudalibus, abſq; aſſenſu, intellige de iure Regni, vt nu. 2. at ità deciſum traditur, num. 6. ſecùs verò de iure communi feudorum, n. 3.*

4 *Compromiſſum eſt nullum, licèt interueniat aſſenſus ſuper laudo, nõ tamen ſuper compromiſſo; nec fieri poteſt ſuper emergenti, vel incidenti feudali, ſine aſſenſu, n. 5.*

7 *Immiſſio in feudis eſt mixti imperij, ideòq; per Arbitros, & alios Officiales municipales fieri nequit.*

8 *Tutoris datio eſt mixti imperij, ideòq; compromitti non poteſt.*

9 *Compromiſſum fieri poteſt, abſq; aſſenſu ſuper taxatione vitæ, & militiæ, ſecùs ſi agatur, debeatur, vel nè vita, & militia, num. 10.*

*Taxatio vitæ, & militiæ reſpicit fructus feudi, qui ſunt allodiales, d. n. 9.*

11 *Clericus actor non adſtringitur vigore* Reg. pragm. 1. de arbitr. *ad compromittendam.*

12 *Compromiſſum fieri poteſt, abſq; aſſenſu in perſonam Regis, & tunc tranſit ad ſucceſſorem; ſic etiam, vbi ſit in Proregem, vel S.R.C. vel M.C.V. in vniuerſum, non autem in particulares Iudices: ſed hodiè non poteſt fieri in Tribunalia, ſine Regis expreſſa licentia, nu. 13. nec etiam in Regios Officiales, n. 14.*

15 *Compromiſſum factum in perſonam Proregis, decedente vno ex compromittentibus non expirat; ſed ad hæredes mortui tranſit, dummodò ſit factum, vti in Arbitratorem, non autem in Arbitrum, intellige, volente hærede, n. 16. & 17. & ità iudicatum adducitur, n. 19. amplia, vt n. 20.*

18 *Alienatio facta per minorem, abſq; ſolemnitatibus, eſt ipſo iure nulla.*

21 *Compromiſſum fieri non poteſt ſuper ſententia tranſacta in rem iudicatam, & ità deciſum habetur, nu. 27. niſi illi ſit renunciatum, n. 22. intellige, vt n. 25. & 26.*

23 *Laudum latum contra ſententiam, eſt ipſo iure nullum, de ratione, n. ſeq.*

24 *Compromiſſum pertinet ad lites finiendas, non autem ad finitas.*

25 *Renunciatio ſententiæ debet eſſe expreſſa, non autem tacita, ad hoc, vt ſuper ſententia fieri poſſit compromiſſum, & n. 26.*

28 *Compromiſſum peti debet antè terminum, ſiuè litis conteſtationem, & ſub n. 32. niſi incontinenti petatur, n. 29. verùm, ſi fuerit petitum in actu ſubſequenti poſt terminum, non conceditur, & ità determinatum affertur, n. 30.*

IN hac cauſa D. Horatij Serſalis, pro quo in iure ſcripſerat *D. Ioſeph Magaldus* Aduocatus celebris, fundat D. meus
1 *nu. 1.* compromiſſum nullatènus fieri poſſe de re feudali, abſq; Regio aſſenſu, quã concluſionem comprobat *D. Conſil. Staib. reſol. 57. nu. 39. lib. 1. reſol. forenſ.* tu autem
2 hoc intellige de iure Regni, ex *Conſt.* incip. *Conſtitut. Diuæ memoriæ, & Pragm. 1. de Arbitr.* vt explicat *D. Io. Baptiſt. Bilotta* nobilis Beneuentanus, ac I.C. clariſſimus *concluſ. feud. 67. nu. 2.* nãm de iure commu-
3 ni feudorum non prohibetur, vt habetur in *cap. 1. §. 1. de leg. Corrad.* quod ad hoc citat *D. Bilott. ibid. nu. 1.* poſt D. meum *num. 8.* &
4 propterea, etiam ſi aſſenſus ſit præſtitus ſuper laudo, non tamen ſuper compromiſſo, illud erit nullum, vt deciſum refert per Collaterale Conſilium *D. Reg. de Ponte conſ. 52. nu. 16. & 17. vol. 2.* ſequitur *D. Conſil. Staib.* vbi ſupra, *nu. 40.* qui *nu. ſeq.* id extendit, vt
5 nec incidens, ſeù emergens cauſæ feudalis compromitti poſſit, abſq; aſſenſu, ex *D. de Anna, & Thom. de Marin.*

Hinc, cùm D. Federicus Columna Prin-
6 ceps Buteræ inſtitiſſet in S.C. immitti in poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſionem feudorum remanſorum in hę-
6 reditate q. D. Lucretię Tomaceliæ eius ma-
tris, & fuiſſet per D. M. Comeſtabulum D.
Philippum Columnam patrem, petitũ com-
promiſſum; nihilominus decreto S.C. ad re-
lationem D. *Conſiliar. Prouenzalis* die 21.
Octobris 1631. fuit prouiſum, quòd proce-
datur in dicto S.C. petito compromiſſo nõ
obſtante, confirmato in gradu reclamatio-
tionis, ſub die 16. Ianuarij 1632. in Banca
de Martino, patrocinante pro D. Princi-
7 pe *D. Lælio Gizzio* meo Germano; ſiqui-
dèm immiſſionis feudorum iudicium,
cùm ſit mixti imperij, fieri non poteſt per
Arbitros, ac alios Officiales municipales,
qui tantummodò pronũciare poſſunt, quòd
immittatur in poſſeſſionem, ſed effectualis
illa poſſeſſio per Arbitros fieri nequaquàm
poteſt, ad tradita per *Bar. in l. iubere caue-
re, ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi *Iaſ. num. 18. &
Dec. n.* 8. de communi teſtatur, accuratè *Me-
noch. de arbit. iud. q. 74. nu. 24. &* 25. pulchrè
8 *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 47. *n.* 8. videndus, ſicu-
ti eadem ratione, nec datio tutoris, quæ eſt
mixti imperij, compromitti poteſt, vt tradit
*Troyſ. in d. pragm. 1. num.* 128.

Non tamen *d. pragam.* locum ſibi vendi-
cat in taxatione vitæ, & militiæ, vt affirmat
9 *Afflict.* inſignis, & præclarus I.C. ac Conſilia-
rius laudatiſſimus *dec.* 138. vbi, ſic per S.C.
determinatũ adducit, & poſt ipſum *D. Reg.
Rouitus*, qui meritò in Anagrammate O
*VIRTVS* appellatus fuit, *d. pragm. 1. n.* 37.
eò, quòd non tangit corpus feudi, cùm ta-
xatio prædicta reſpiciat fructus feudi, qui
ſunt allodiales, vt alijs relatis probat *D. Bi-
lotta concl. 1. n. 1. & d. concl. 63. nu.* 4. ſecus ſi
10 tractatur, an debeatur, vel non, vt per Dom.
meum *num.* 10. ſicuti nec etiam habet locũ
in lite ſuper paragio, iuxtà adducta per *D.
Conſil. de Anna conſ.* 75. quem refert, & ſe-
quitur *D. Reg. Rouit. in d. prag. 1. n. 38. in fi.*
11 nec pariter Clericus adſtringitur vigore *d.
prag.* 1. ad compromittendum ad inſtãtiam
collitigantis conſanguinei in quarto gradu
conſanguinitatis, vel affinitatis, vt per *D. de
Marinis*, qui infinitos allegat *c. 74. n. 9. lib. 2.
quotid. reſol.* contrà *Capyc. dec.* 66. affirmati-
uam ſententiam amplectentem.

Nullus tamen requiritur aſſẽſus, ſi com-
12 promiſſum fiat in perſonam Regis, ob cu-
ius mortem in ſucceſſorem trãſit; ſic etiam,
13 vbi compromittitur in Proregem, vel in
S.R.C. vel M.C.V. in vniuerſum, nõ autem
in particulares Iudices; hoc enim caſu cen-
ſetur factum in ipſum Regem, vt ex *Afflict.*
docet *D. Bilot. d. concl. 63. n.* 3. non tamen
14 hodiè compromiſſum fieri poteſt in Tribu-
nalia, ſine expreſſa Proregis licentia, vt an-
notat *D. Reg. Rouit. dec. 93. n.* 19. & in Officia-
les Regios, vt eſt prohibitum per *pragm.* 7.
*§. 3. de offi. Iud.* & per *prag. 6. de trigeſim.* ac
tradit *D. Reg. Rouit. in d. prag. 1. nu.* 30.

Quarè, compromiſſum factum in perſo-
nam Proregis, ſi poſtmodùm decedat vnus
15 ex compromittentibus, non expirat, dum-
modò ſit factum vti in Arbitratorem, non
autèm in Arbitrum; tunc enim ad hæredis
compromittentis tranſit, vt dixerunt *Spec.
& Io. Andr. in tit. de arbitr. § finitur num.* 3.
ex doctrina *Oberti de Bobio*, alijq; cumulati
per *D. Camil. Borrel.* I.C. clariſſimum, & do-
ctiſſimũm, qui fuit ẽt Iudex M.C.V. *in tract.
de compromiſſ. § 2. gl. 4. n.* 143. licèt contra-
rium teneat *Abb. in cap. fin. nu.* 8. *de arbitr.*
vbi mirandum eſſe, ait, de *Speculatore* affir-
matiuam opinionem ſectante; alias opi-
niones in hoc articulo recenſet *Noalis in
tract. de tranſmiſſ. caſ. 34. n.* 25. attamen opi-
nio *Specul.* eſt magis cõitèr recepta, vt te-
ſtatur *Alex. in l. ſi quis arbitratu, nu.* 23. vbi
etiam *Iaſ. n. 28. & Opizon. n. 82. ff. de verbor.
oblig.* & poſt ipſos idem *Noalis* cit. *nu. 25. in
fin.* & latiſſimè, omnibus argumẽtis *Abbatis*
ſatisfaciendo comprobat *Aſin. de relig. &
ſumpt. funer. in princ. num.* 148. cum *ſeqq.*
ſequitur *D. Borrel. d. n.* 143. & *in ſumma de-
ciſ. tit. 63. nu. 212. lib.* 1. & ſic temeraria vi-
detur opinio *Abbatis*, cùm ſit contrà magis
communem opinionem, pro qua extat etiã
*glo. in l. in compromiſſis, ff. de arbitr.* quam
citat *Noalis vbi ſupra.*

Immò, tunc compromiſſum dicitur expi-
16 ratum, vbi hæres compromittentis reluctat,
ſecus verò ſi cõſentit; hęc. n. extinctio fuit in-
ducta fauore hæredis, ea ratione; nam hæres
nõ eſt ità notus, & amicus Arbitratori, ſicut
erat defunctus, & hæc confidentia eſt quid
inhærens perſonæ defuncti, ità *Abb. in d. c. fi.*
videndus *num. 4. Blanc. de compromiſſ. q.* 7.
17 ſub *num.* 1. ergò conſentiente hærede, ceſſat
ratio prædicta, vt expreſsè voluit *Coſta de
iur. & fact. ſcient. diſt. 75. num. 3. cent.* 1. vbi
alios adducit, quod cõprobatur ex his, quæ
in ſimili diximus *dec. 19. num. 2. 4. &* 12. vbi
18 alienatio facta per minorem, abſq; ſolem-
nitatibus, eſt nulla, ipſo volente; eòq; magis
ad hæredes trãſit, ſi ſit facta pro ſe, & ſucceſ-
ſoribus, vt dicit *D. Reg. Rouit. d. prag. 1. n.* 60.

Et propterea cùm fuiſſet factum compro-
19 miſſum in perſonam Excellentiſſimi Pro-
regis per D. Thomam Philomarinũ Ducem
Perdifumi, & D. Iſabellam Filomarinã Co-
mitiſſam Conuerſani, latoq; laudo, ab hac
vita diſceſſit dictus Dominus Dux, cùmq;
tractaretur de executione laudi ad inſtan-
tiam D. Frãciſci Philomarini Principis Roc-
cæ Aſpidis, filij, & hæredis prædicti D. Du-
cis, fuit per dictam D. Comitiſſam oppoſitũ,
compromiſſum eſſe expiratum, ob mortem
dicti D. Ducis, & proindè, non eſſe procedẽ-
dum ad actum aliquem. Tamen facta de-

* prædictis relatione in Collaterali Conſilio per *D. Regentem Rouitum*, de menſe Nouēbris 1634. fuit determinatum, compromiſſum nō eſſe expiratum, quia D. Prorex proceſſit vti Arbitrator, penès Ioſephū Barilem Regium à Mādatis Scribam, partes dicti D. Principis tuēte D. *Lælio Gizzio* meo fratre, quem inſignem I.C. ac Aduocatum Primarium appellat *D. Octauius Bilocta in addit. ad conſ.* 15. *D. Scipionis Bilocta*, antè *nu.* 12. poſt *concluſ. feud. D. Ioan. Baptiſta Bilocta*,
20 eòq; magis prædicta deciſio proceſſit, quia agebatur de laudi executione, quæ ad hæredes tranſit, cùm nullatènus expiratum dicatur, ipſis conſentientibus, ex prædictis.

Non tamen compromiſſum fieri poteſt
21 ſuper ſententia in rem iudicatam tranſacta, cùm prohibeatur *in pragm.* 1. *de arbitr.* & comprobat *D. Borrel. d. tit.* 63. *n.* 131. *& de compromiſſ.* §. 2. *glo.* 1. *n.* 144. *& ſeq.* ac labo-
22 rioſiſſimus *D. Nouar. in d. prag.* 1. *collect.* 2. *num.* 18. niſi renuncietur ſententiæ, ex adductis per *D. de Ann. ſing.* 113. quem refert, & ſequitur *D. Regens Rouitus* in eadem *pragm.* ſub *num.* 27. quod etiam voluerunt *D. Borrell. d. tit.* 63. *num.* 133. & *D. Nouar. ibid. num.* 19. ideòq; laudum contra ſententiam
23 latū, eſt ipſo iure nullum, quando nō eſt renunciatū ſententiæ, *cap. expoſita, de arbit. cap. cùm inter, & cap. ſeq. de re iud. Specul. de arbitr.* §. 1. *col.* 2. vbi *Io. Andr. in verb. expoſita*, qui allegat *l. eleganter*, §. 1. *ff. de condit. indeb. l. fratris ſui, & l. cauſas, C. de trāſact.*
24 & inter alias rationes, ea præcipua eſt; quia compromiſſum pertinet ad lites faciendas, non autem ad finitas, *l.* 1. *& l. quamuis, ff. de arb. D. de Anna ſing.* 112. *D. Reg. Roui. d. nu.* 27. *& Carroc. except.* 82. vbi de iure fundat,
25 vt ſi in cōpromiſſo expreſſè renūciatum ſit ſententiæ, poſſit fieri cōpromiſſum; ſecus ſi tacitè, quia de ſentētia tantūmodò ſit in eo
26 facta mentio, ex *Surd. dec.* 185. *n.* 5. ſiquidèm expreſſa requiritur ſententiæ renunciatio in compromiſſo faciēdo, vt benè fundat *Surd.*
27 *ibid. n.* 12. 14. 18. *& ſeq. Faber in Cod. lib.* 2. *tit.* 35. *defin.* 9. & ità fuit per S. C. iudicatum
* in cauſa Matthæi Manſi cum Io. Laurentio de Criſcentio, fuerat enim factum cōpromiſſum ſuper ſentētia lata per dictum S. C. à qua nō erat, nec etiam reclamatum, vt vidi ex actis in Banca Cioffi, vel de Amico, ſi memoria non me fallit.

Obſeruabis tamen, quòd compromiſſum peti debet antè terminum, & ſic antè litis
28 conteſtationem, non autem poſt, vt per *Bellon. in tract. de poteſtat. rorum, quæ fiunt in continen. lib.* 2. *c.* 128. *num.* 2. quod limita-
29 tur, niſi in continenti petatur, vt deciſum refert *D. Thor. in compend. deciſ. par.* 1. *in verb. compromiſſum an peti poſſit*; Ideòq;
30 ſi petatur in actu, qui ſubſequitur poſt terminum, nulla habetur ratio, vt fuit per Sa-
* crum Conſilium determinatum, referente *D. meo*, die 3. Martij 1640. in cauſa Lælij Biſulchi, cum hæredibus Aureliæ de Fuſco, in Banca Iacobi Figliolæ, de quo articulo videatur *Afflict. dec.* 185. & ibi *Vrſil. nu.* 29.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Pater an poſſit conſentire donationi cauſa mortis faciendæ per filiā de eius dotibus promiſſis reſtitui, cui ius, & caſus dederit in præiudicium eius creditorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor an poſſit, non acquirere in præiudicium eius Creditorum, & in quibus caſibus, n.* 12. 13. *&* 14.
2 *Verba*, cui ius, & caſus dederit, *quid importent, & num.* 11.
3 *Dos à patre profecta, ad ipſum reuerti debet.*
4 Auth. defuncto, C. ad Tertull. *non habet locū in dote à patre profecta. Et quid extantibus liberis, num.* 5. *&* 7.
6 *Conſuetudo generalis, & notoria non eſt probanda.*
8 *Mulier filiafamilias an poſſit teſtari, & an ſit in poteſtate patris, vel viri.*
9 *Mulier filiafamilias de iure Conſuetudinario Ciuitatis Neap. an poſſit teſtari.*
10 *Mulier filiafamilias an poſſit cum patris cōſenſu teſtari, aut donare cauſa mortis.*
15 *Ius quæſitum ſpe, eſt in patrimonio, & dimitti non poteſt.*
16 *Legitima filiæ onere reſtitutionis grauari non poteſt. Et an procedat in vita patris, vel poſt eius mortem, n.* 17.
18 *Deciſio huius cauſæ refertur.*

# Deciſio XXXIV.

CReditores Vincentij Bombini petierunt in S. C. ſibi ipſis ſatisfieri ſuper bonis per ipſum in dotē datis Æmiliæ Bombinæ filiæ, ex cauſa matrimonij contracti cum Lælio Ferraro, pacto inhito, vt in caſu reſtitutionis prædictarum dotium, peruenire debeant, cui ius, & caſus dederit in eius morte, abſq; filijs.

Dicebat Claudia Bombina, ſimiliter Vincentij filia, & ſoror Aemiliæ, ipſam licito iure bona prædicta poſſidere, ex quo de illis tempore mortis facultatem habuit Aemilia à pa-

à patre, donandi cauſa mortis dictas dotes quoad vſumfructum in beneficium Lælij viri, vita eius durante, cum onere tantùm ſoluendi annuos ducatos centum Vincentio patri, poſt cuius mortem ſuccedere debeant dicta Claudia, & eius filij, & propterea, quòd ipſa licito iure poſſidebat vſumfructum dictarum dotiũ, nec poſſe moleſtari à Creditoribus Vincentij poſterioribus promiſſioni dotis factæ per ipſũ dictæ Aemiliæ, cuius iura repræſentabat Claudia, & quàmuis cōſenſus pręſtitus per Vincentium diſpoſitioni factæ per Aemiliam, ſit poſt debita prædicta contracta, attamen potuit, non acquirere, etiam in præiudicium creditorum, ex vulgato *tex. in l. qui autem, ff. quę in fraud. credit.* vbi *Bart.* & alij DD. plenè *Franch. dec.* 101. *Lanar. conſil.* 42. *Anna conſil.* 76. & 113. *Gutier. pract. qq. lib.* 2. *q.* 127. *D. Camill. de Medic. conſil.* 98. qui conſulit in cauſa *d. dec.* 101. *de Franchis.*

In contrarium dicebatur, quòd verba illa
2 appoſita in ſtipulatione, *quòd in caſu reſtitutionis, dotes peruenire debeant, cui ius, & caſus dederit*, idem important, ac ſi dixiſſet, *ſuccedere debeant illi, cui de iure ſucceſſio cōpetit, Bald. in l. fin. n.* 11. *C. comm. vtriuſq. iudic. Bald. Nouell. de dote, par.* 6. *priuileg.* 28. *n.* 2. *Salyc. in l. Auia, n.* 17. & 18. *C. de iur. dot. Gabr. conſ.* 58. *n.* 16. *volum.* 1. *Franc. Ant. Coſta conſ.* 19. *n.* 57. & 61. & ſic deciſum in Senatu Pedemontano, refert *Theſaur. iun. in addit. ad dec. Theſaur. patris* 190. & iterùm *in dec.* 150. & 237. *Giurba in Conſuet. Meſ-*
3 *ſan. cap.* 13. *glo.* 6. *par.* 1. *n.* 17. Cùmq; de iure dos à patre profecta, ad patrem reuerti debeat, *l. dos à patre, C. ſolut. matr.* latè *Theſaur. in d. dec.* 190. & *Theſaur. filius q. foreſ.* 58. *n.* 2. *par.* 3. *Mantica de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 8. *in princ.* quam poſſidere, dicebatur, quàmuis adeſſent fratres ipſius filiæ dotatę,
4 nàm quotieſcunq; dos à patre peruenit, tūc non habet locum *text. in auth. defuncto, C. ad Senat. Conſult. Tertull.* ſed ad ipſum ſolum patrem reueſtitur, *Bart. in l. poſt dotem, in fin. ff. ſolut. matrim.* plenè per *Franch. dec.* 619. *n.* 3. & 7. *Giurba in Conſuet. Meſſan. cap.* 13. *gloſ.* 6. *par.* 1. *n.* 8. *Barboſ. in d. l. poſt dotem, n.* 49. *ff. ſolu. matrim.* quod, liberis non
5 extantibus, nullam habet difficultatem, ſecundùm opinionem *Martini* communitèr receptam, de qua per *Theſaur. d. dec.* 190. *nu.* 3. *Vrſill. ad Affli. dec.* 236. *num.* 7. *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 42. vbi quòd opinio *Martini* ſeruatur de conſuetudine, non ſolùm Italię, ſed totius Mundi, & quòd iſta cō-
6 ſuetudo non ſit probanda, quia eſt generalis, & notoria, *Barboſ. in d. l. poſt dotē, ff. ſol. matr. n.* 46. *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 66. *n.* 10. quod ſecus eſſet, quando filij extarent,
7 tunc enim, quàmuis *Bulgar.* tenuerit opinionem, etiam in dicto caſu, quòd ad patrē reuertatur, & dubia fuerit viſa quæſtio Sacr. Conſil. itaut partes fuerint coactę ad compromittendum, & diuiſa quæſtio per mediũ, vt per *Capyc. dec.* 176. tamen hodiè opinio *Martini* de generali conſuetudine ſeruatur, vt per *Viui. com. opin.* 302. *n.* 16. & refert idē *Capy. in d. deciſ. & Maxil. in Conſuet. Baren. incip. Dos à patre*, vbi plenè de hac materia.

Quibus ſtantibus dicebant Hieronymus,
8 & alij creditores, quòd iſta Aemilia Bombina, ſtante, quòd erat filiafamilias, teſtari non poterat, cùm mulier nupta de iure ciuili Romanorum ſit in poteſtate patris, non viri, *l.* 1. *in fine, & l. ſeq. ff. de lib. exhiben. l.* 2. *§. quòd ſi te patris, & l. quotiès, ff. ſolut. matrim.* cum alijs allegatis per *Tiraq. in l.* 1. *in princ. de leg. connub.* quod tamen non procedit per *Conſuetudinem* huius Fideliſſimæ Ciuitatis, incipien. *Sed & mulier*, ſub *tit. de filiafamil. nubēte*, vbi eò ipſò, quòd nubit, fit ſui
9 iuris: Cùmq; prædicta Aemilia erat de Prouincia Calabriæ, non habebat in ea locum *Conſuetudo* huius Ciuitatis, ſed ius cōmune, & certum eſt, quòd filiafamilias de iure
10 communi, licèt non poſſit facere teſtamentum; attamen cum conſenſu patris poteſt donare cauſa mortis, *l. tàm is, §.* 1. *ff. de don. cauſ. mort.* latè *Couar. in rub. de teſt. in* 3. *p. n.* 6. *Clar. in §. donatio, q.* 6. & *Theſ. dec.* 150. *n.* 10. & 12. *Paſchal. de vir. pat. pot. p.* 1. *c.* 6. *n.* 103. & *ſeq.* reiecta opinione communi in *d. l. tàm is, §.* 1. *de don. cauſ. mor. & in l. qui in poteſtate, ff. de teſt.* Cùmq; etiam dos ex ſtipulatione peruenire debuiſſet ad patrem, mortua Aemilia abſq; filijs, hoc enim im-
11 portant illa verba, *cui ius, & caſus dederit*, vt reuertatur cui de iure, & ſic ad dotantem, vt ſuprà fuit fundatum, & probat *Menoch. conſ.* 1132. *n.* 2. & 3. vbi illa verba, *cui de iure*, operantur, vt ſtipulationi cedatur.

Ex quibus ſequitur, quòd ex contractu
12 fuerunt irreuocabilitèr quæſita ipſi patri, *§. ex conditionali, Inſtitu. de verb. oblig.* nàm ius iſtud in dictis dotibus erat in patrimonio ipſius pàtris, ex quo, irreuocabilitèr erat ei per contractum quæſitum; & propterea non poterat in præiudicium creditorum non acquirere; nàm in caſu prędicto limitatur *tex. in d. l. qui autem, ff. quæ in frau. credi.* vt notabilitèr voluit *Bar. in l.* 1. *§. non quærimus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & tradit *Franch. in d. dec.* 101. *n.* 32. *Peregrin. de*
13 *iur. fiſc. lib.* 6. *titul.* 7. ſub *n.* 40. vbi licèt quis poſſit, lucrum, quod ex lege prouenit, in prę iudicium creditorum dimittere, tamen fallit, quando ex pacto prouenit, licèt cōditionale; quia non poſſet in præiudicium creditorum, *Gratia. diſcep. for. lib.* 1. *c.* 132. *n.* 17. cū *ſeqq. Hodiern. ad l. hac edictali, q.* 35. *nu.* 35.

Quod eò magis procedit, ſtante, quòd



Digitized by Google

14 Vincentius ſuis creditoribus obligauit omnia bona, iura, & actiones, *Ancharan. conſ. 101. n. 6. Bart. & Bal. in l. de quæſtione, C. de pact.* quia ius quæſitum ſpe, eſt in patrimo-
15 nio, & illud dimittere, eſt perdere, & patrimonium diminuere, *d. §. ex conditionali*, & ſic dùm ex eius conſenſu habilitabatur mulier ad diſponendum de eo, quod diſponere non poterat, ei non permittitur, *l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred. Gizzarel. in dec. 1. n. 32.* & ſic videbatur, ex ipſo conſenſu nullum potuiſſe præiudicium afferri creditoribus Vincentij.

Fuit ſecundò in hac cauſa dubitatum, vtrum diſpoſitio prædictæ Aemiliæ filiæ,
16 poſſit ſaluari quòad legitimam, quæ aliquo onere reſtitutionis grauari nõ poteſt, etiam ergà ſeipſum patrem, *Cyn. in l. vnica, §. videamus, in fin. C. de rei vxor. act. Bar. in l. ſi. § filiæ, ff. de leg. 2. Bart. Paul. de Caſtr. Salyc.* & alij in *l. quoniam nouella, C. de inoff. teſt. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 259.* & in terminis *Brunus in tract. quòd ſtantibus maſculis fœm. non ſucced. art. 11. n. 48.* cum *ſeqq.*

Verùm, fuit reſponſum, vt hoc, quod dicitur de dote, legitima, vel paragio, vt non poſſit eis imponi onus, ſaltim reſpectu legi-
17 timæ, procedit, poſt mortem patris, nam eo viuente filiæ legitima non debetur, *l. cùm quæritur, C. de inoffic. teſtam. l. Papinianus, §. quarta, ff. eod.* & in *auth. nouiſſima C. eod. tit.* & propterea, patre viuente, quòd valeat pactum prædictum, vt ad ipſum reuertatur dos, deciſum fuit per Rotam Romanam, vt per *Seraph. deciſ. 815.* & eum ſequitur *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 4.* quod etiam voluit *Cuman. conſ. 124.* quem refert, & ſequitur *Albert. Brun. in d. tract. quòd ſtant. maſc. fœm. non ſucced. d. art. 11. ſub n. 48.*

Quibus diſcuſſis, ſub die 22. Ianuarij 1637. ad relationem Regij Conſiliarij Pro-
18 uenzalis fuit deciſum, bona dotalia Aemiliæ Bombinæ, peruenta Claudiæ Bombinæ, extare in patrimonio quondam Vincentij, & proindè, affecta eius creditoribus, oppoſitis per dictam Claudiam non obſtantibus; penès Figliolam Act. Mag. S. C.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XXXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt in præiudicium creditorum non acquirere, & quando, n. 2. 3. & 7.*

2 Text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit. *quando procedat, & ſub n. 7.*

3 *Pater dotando filiam poteſt apponere pactũ, vt illa decedente ſine filijs dos ad ipſum reuertatur.*

4 *Dos ad patrem reuertitur iure ſucceſſionis, etiam ſi adſint fratres filiæ dotatæ, ſi tamẽ ſine filijs deceſſerit, n. 5.*

6 *Ius irreuocabilitèr ex pacto acquiritur. Ius ſuccedendi ex pacto eſt in patrimonio dotantis, ibid.*

7 *Res debitoris acquiſita poſt generalem obligationem, venit veluti à principio ſub dicta obligatione.*

8 *Pater non poteſt in præiudicium filiorum, & agnatorum ex interuallo dare licentiã filiæ, vt dotem alienet, quibus eſt acquiſitum ius, ſecundùm* Conſuet. Neap.

9 *Pactum conuentum in capitulis matrimonialibus de dote reſtituenda certis perſonis, non poteſt mutari.*

10 *Prohibitio alienationis bonorum, vſquè ad annum 25. comprehẽdit etiam legitimam, & quarè, ac fieri poteſt, vſq; ad certum tempus, n. 11.*

12 *Filius alienando bona contra patris voluntatẽ, quãdo illis priuetur, & n. 13. & 14.*

13 *Prohibitio alienationis an, & quando comprehẽdat legitimam, & deciſio adducitur, num. 14.*

15 *Grauamen, ſiuè ſubſtitutio per patrem facta filio inſtituto, comprehendit etiam legitimam, ſi teſtamentum ſit expreſsè approbatum quòad grauamen, vel ſubſtitutionem, & ità determinatũ traditur, n. 16.*

16 *Creditores, qui contraxerunt cũ filio poſt approbationem teſtamenti, nullam habẽt actionem ſuper legitima illius, ſecùs ſi antè illius teſtamenti approbationem contraxiſſent, n. 17.*

1 TRactauit D. meus in *dec. 8.* an debitor poſſit non acquirere, etiam in præiudicium creditorum hæreditatem, legata, & ſimilia, modò hic *nu. 1.* affirmatiuè concludit, & *nos* latiſſimè comprobauimus in *d. dec. 8.* in quo articulo videndus eſt omninò *D. Io. Franc. Andreol.* Comes Riualli, ac Gratiæ Iuſtitiæ Conſiliarius Sereniſſimi Placentiæ, ac Parmæ Ducis *controu. 208. lib. 3.* vbi propoſita d. quæſtione, pro affirmatiua reſpondet *nu. 1. & 2.* ſed negatiuam ſententiam probat à *n. 3.* per totũ *nu. 12.* verùm tamen *n. 13.* dicit, pro affirmatiua extare communiorem DD. ſentẽtiam; ſed pro negatiua opinione pugnare maximam *Rota Romana* authoritatem in *dec. 341.* apud *Rube. tom. 2. p. 4.* ideòq; nihil ſe in hoc firmare auſum eſſe, teſtatur, ſed alijs cogitandum reliquit, vt eorum ingenij acumine reſoluant; tu autem nequaquàm diſcedas à communiori affirmatiua DD. ſentẽtia, quàm D. meus, & ego ſuſtinemus; miror

Digitized by Google

mirortamen; quarè *D. Andreol.* in prædicto
articulo non adduxit D. meum *d. dec.* 8. 34.
*n.* 1. *&* 117. *n.* 2. hac de re differentem.
Et propterea obſeruabis, quod *text. in l. qui*
2 *autem, ff. quæ in fraud. credit.* habet locum
in quærendis; non autem in quæſitis, vt ha-
betur hic *n.* 12. *& d. dec.* 8. *n.* 8. vbi *nos n.* 35.
*&* 36. comprobauimus, eò magis, ſi ex pa-
cto perueniat, tunc enim in præiudicium
creditorũ debitor dimittere nequit, vt ſub-
dit D. meus hìc *n. ſeq.* hinc cùm in caſu hu-
ius deciſionis pater dotando filiam, appo-
ſuerit pactum, vt illa decedente ſine filijs,
dos peruenire debeat ad dotantem, non
3 poteſt de validitate pacti prædicti in du-
bium reuocari, in bonis enim proprijs po-
teſt pater pactum reſtituendi apponere,
*l. quotiès* 40. *ff. ſol. matrim. l. fin. § filia, ff. de
legat.* 2. *l. vnic. § accedit, C. de rei vxor. actio.
Manent. deciſ.* 73. *num.* 1. 2. *&* 3. *Antonin. de
Amat. reſol.* 64. *à nu.* 1. *ad* 7. *lib.* 1. *var. reſol.*
4 imò etiam, abſq; pacto dos prædicta ad pa-
trem reuertitur per viam ſucceſſionis, tàm
de iure Digeſtorum, vt in *l. nàm et ſi parenti-
bus, ff. de inoffic. teſtam. in l. iure ſuccurſum,
ff. de iure dot. in l. ſcripto hærede, in fine, ff.
unde libe.* quàm de iure Codicis, ad *tex. in l.
ſancimus, C. comm. de ſucceſſ.* ac paritèr de
iure Authenticorum, vt in *§. ſi igitur, il pri-
mo, auth. de hæred. ab inteſtat. ven.* & in vul-
gata *authen. defuncto, C. ad Tertull.* etiam ſi
adſint fratres filiæ dotatæ; tunc enim, quia
dos à patre proceſſit, non habet locum di-
ſpoſitio *d. auth. defuncto*, reſpectu fratrum,
ſed ad ſolum patrem ſpectabit, *D. de Frãch.
dec.* 619. & alij adducti per D. meum *n.* 4.
Ideòq; ſtante pacto erat ius irreuocabili-
tèr patri quæſitum ſuper dote prædicta, *§.
ex conditionali, Inſtitut. de verbor. obligat.*
de cuius *textus* intellectu vide omninò
*D. Conſil. Dexart deciſ.* 20. & D. meum *de-
ciſ.* 2. *à n.* 6. vbi *nos* paritèr diximus *nu.* 4. &
ſic iſtud ius ſuccedẽdi in dotibus datis, erat
in eius patrimonio, *d. §. ex conditionali*, &
propterea in præiudicium creditorum, qui-
bus omnia bona, iura, & actiones obligaue-
rat, non poterat dimittere, conſentiendo, vt
filia dotata in teſtamento de dote diſpone-
ret, vt per *D. Gizzarell. dec.* 1. *n.* 32. vbi, quòd
res debitoris acquiſita poſt generalem obli-
gationem dicitur propria, & venit veluti à
principio ſub dicta obligatione, cùm enim
erat ius quæſitum, non habet locum *text. in
d. l. qui autem*, ſed tantùm in quærendis vẽ-
dicat ſibi locum, vt tradit *nu.* 2. ideòque fuit
per S. C. deciſum, dotem prædictam extare
in patrimonio dotantis, & proindè obnoxiã
eius creditoribus, vt refert D. meus *n.* 18.
Quæ deciſio comprobatur ex traditis per
*D. Reg. Galeot. cõtrou.* 12. *n.* 22. *lib.* 1. *cõtrou.
illuſtr.* vbi probat, patrem poſt dotem datã
filiæ, non poſſe in præiudicium filiorum ex
interuallo licentiam dare, vt ipſa alienare
poſſit, quòad nouem partes, vel agnatorum
quòad medietatem, ſeruata forma *Conſue-*
9 *tudinis Neapol.* & magis ad caſum noſtrum
confirmat *ibid. n.* 23. pactum conuentum in
capitulis matrimonialibus de dote reſti-
tuenda certis perſonis, non poſſe mutari, ad
quod plures DD. allegat.
Et dũ de legitima loquutus eſt D. meus
10 hic *nu.* 17. obiter obſeruandum erit, quòd
prohibitio alienationis bonorum per patrẽ
filio factam, vſq; ad annum 25. continet etiã
legitimam; iſtud enim onus cenſetur appo-
ſitum in fauorem filij, eiuſquè commodum
reſpicit, & propterea non reijcitur, ex notat.
per *Bar. in l. cùm ex filio, in princ. ff. de vul-
gar. & pupill. ſubſtit.* poteſt enim pater le-
11 gitimæ alienationẽ, vſq; ad certum tempus
12 prohibere, *Boer. dec.* 87. *n.* 4. & propterea in
caſu alienationis, ceteris bonis priuatur, ad
tradita per *D. Ciarlin. lib.* 1. *controu. forenſ.*
13 *c.* 43. *n.* 14. quod intellige, quando bona tã-
tùm prohibita ſunt alienari, secùs verò, ſi in
caſu contrauentionis alienationis alij per
teſtatorem ſint vocati, tunc enim onus reij-
citur, ſecundùm *Alciat. in l. filiusfamilias,*
14 *§. Diui, ff. de leg.* 1. & propterea talis prohi-
bitio legitimam non comprehendit, vt fuit
* per S. C. iudicatum, ſub die 14. Iulij 1561. in
cauſa Alphonſi Coppulæ cum creditoribus,
referente D. *Conſil. Felice de Rubeis*, in Ban-
ca Mancuſij.
Sic paritèr in eadem materia obſeruabis,
15 quòd grauamen appoſitum, ſiuè ſubſtitutio
facta per patrem filio inſtituto, comprehen-
dit legitimam, ſi teſtamentum fuerit per fi-
lium expreſsè, quòad grauamen, vel ſubſti-
tutionem approbatum, cũ ſpecialis requi-
ratur renunciatio legitimæ, *l. pen. §. & gene-
ralitèr, C. de inoffic. teſtam. D. Reg. Rouit. cõſ.*
95. *nu.* 1. *lib.* 1. & alij infiniti congeſti per D.
meum *conſult.* 111. *nu.* 12. 27. *&* 29. *lib.* 2. vt
16 etiam fuit per S. C. determinatum in cauſa
* Io. Antonij, Cæſaris, & aliorum de Gadale-
ta cum Ioſepho Gadaleta, & eius creditori-
bus de anno 1584. in Banca Roppuli, nunc
de Spera, vbi fuit deciſum, fideicommiſſum
factum per Galantem Gadaletam fuiſſe va-
lidum, & in eo comprehendi etiam legiti-
mam competentem d. Ioſepho eius filio, &
proindè, non licere eius creditoribus, qui
contraxerunt poſt approbationem d. teſta-
menti, ſatisfieri ſuper dicta legitima in bo-
nis d. Galantis, cuius ſententiæ copiam vidi
in proceſſu Regij Fiſci cum Cæſare Gadale-
ta, & alijs hæredibus Baronis Binetti ſuper
deuolutione d. terræ ad Regiam Curiam in
Regia Camera, in Banca Franciſci Dati, dùm
partes D. Flaminij Carafæ Marchionis Ba-
ranelli, ac vtilis Domini dictæ Terræ Binet-
ti

ti tuebar, contrà Vniuerſitatem Ciuitatis Bitetti ſuper iure aquandi, & paſcendi in 17 Nemore Binetti; ſecùs tamen eſſet, ſi creditores contraxiſſent antè approbationem teſtamenti, tunc enim nõ poſſet filius, onus ſuper legitima impoſitum acceptare, vt tradidi in *d. dec. 8. n. 5. & ſeqq. M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Nobiles Capuanæ, & Nidi an ſecũdùm morem Procerum, & Magnatum, vel ſecundùm morem dictarum Platearum contraxiſſe cenſeantur. Conſuetudo Capuanæ, & Nidi an ſit vera conſuetudo, vel pactum. Succeſſio an regulari debeat ſecundùm morem Magnatum, an verò ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, vbi in capitulis matrimonialibus à principio dictum fuit, contrahentes ſecundũ morẽ Magnatũ viuere, & nihil circà ſucceſſionẽ.

*SVMMARIVM.*

1 *Proceres, & Magnates Regni, ſecundùm eorum vſum contraxiſſe præſumitur.*
2 *Mos Magnatum, qui viget inter Nobiles Ciuitatis Neap. originem habuit à iure Francorum.*
3 *Conſuetudo Capuanæ, & Nidi an ſit vera Conſuetudo, vel pactum, & nu. 14. & 19. etſi in pactum deducta non ſit.*
4 *Conſuetudo viri, & non vxoris in capitulis matrimonialibus attendenda eſt, reſpectu ſucceſſionis filiorum.*
5 *Secundùm morem Magnatum tota regulatur diſpoſitio, vbi in initio contractus, cõtrahentes ſecundùm eum viuere dixerũt.*
6 *Dotarium idem importat, quod Tertiaria, vbi à contrahentibus dicitur, viuere iure Francorum.*
7 *Familia de Aualos ſolet contrahere ſecundùm morem Magnatum.*
8 *Qualitas in vna parte contractus appoſita, in reliquis repoſita cenſetur.*
*Item in contractu dotali, n. 9.*
*Sed contrarium, n. 21.*
10 *Matrimonium inter Nobiles Capuanæ, & Nidi cenſetur contractum ſecundùm morem, & conſuetudinem dictorum Nobilium, & nu. 12.*
11 *Mos Magnatum idem continet, quod ius commune.*
13 *In dubio videtur, actum fuiſſe geſtum, prout communitèr fieri ſolet.*
15 *Scriptura ad ſubſtantiam cõſuetudinis non requiritur.*
16 *Ad inducẽdam conſuetudinem requiritur, vt actus ſint facti, eo animo, & intentione, vt conſuetudo inducatur.*
17 *Ex multitudine actorum præſumitur animus inducendi conſuetudinem.*
18 *Conſuetudo Capuanæ, & Nidi militat quòad excluſionem parentum, etiam in bonis per filium de nouo quæſitis.*
20 *Conſuetudo per Quarterium induci poteſt, abſq; ſcriptura, dummodò ſpatio centum annorum pro tali ſit approbata.*
22 *Mos Magnatum vltrà capita expreſſa non extenditur.*
23 *Reſponſio ad* conſilium Scipionis Rouit. 99.
24 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XXXV.

MOrtuo Principe Conchæ, abſquè filiis, & ab inteſtato, ſuperſtite D. Principiſſa D. Sueua de Aualos, eius matre, ac Principiſſa Caſpuli, eius amita, fuit orta controuerſia, quis debebat ſuccedere in bonis burgenſaticis, ſi ipſa mater, vel amita, cùmq; per M.C.V. eſſet interpoſitum ſolitum decretum præambuli ad beneficium matris, fuit per decretum S.C. in exequutionem ipſius ordinatum, vt debitores, & rendentes hæreditatis burgenſaticæ, ipſi Principiſſæ matri ſoluerent, de quo decreto dixit de nullitate prædicta Principiſſa Caſpuli amita, & ordinatum fuit per Collater. Conſil. cauſam, & articulum prædictum nullitatis eſſe decidendum, iunctis Reg. Conſil. duarum Aularum, in quarum nullitatũ diſcuſſione fuerũt pro vtraq; parte plures articuli propoſiti.

Et Primus, in dubio, quando Nobiles Capuanæ, & Nidi, qui ſunt etiam Magnates, in capitulis matrimonialibus nihil exprimũt, ſi intendunt, contrahere ſecundùm morem Magnatum, an verò ſecundùm morem Capuanæ, & Nidi, quo iure contraxiſſe intelligantur, ex quo etiam dependet

Secundus articulus, an prædicta Conſuetudo Capuanæ, & Nidi ſit verè conſuetudo orta inter Nobiles, an verò pactum, ità vt non

Digitized by Google

non paciſcendo, nihil operetur, quãuis ſint perſonæ Nobiles prædictarum Platearum.

Tertius, quando partes dixerunt à principio in capitulis matrimonialibus, viuere more Procerum, & Magnatum, verùm circà ſucceſſionem nihil dixerunt, ſi ſucceſſio reguletur ſecundùm morem Magnatum, an verò ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi.

Quoàd primũ dicebatur pro parte Principiſſæ D. Sueuæ de Aualos matris, negotium eſſe abſolutum, eò enim ipsò, quòd Proceres, & Magnates contrahunt, ſecundũ eorũ vſum contraxiſſe præſumitur, iuxtà tradita per *Minad. in Conſtit. In aliquibus, in 4. notab. nu. 4. Reg. de Pont. conſ. 35. nu. 1. Iacob. Gall. conſ. 122. nu. 1. Fab. de Anna conſ. 103. nu. 13. vol. 2. Reg. Rouit. conſ. 98. nu. 16. Mar. Giurb. in Conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſ. 7. nu. 24. par. 1. Marta de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 4. art. 1. nu. 25.* vbi dicit, quòd mos Magnatum, qui viget inter Nobiles Ciuitatis Neapolis, originem habuit à iure Francorum, *Frãc. Ant. Coſt. conſ. 5. n. 1. Ant. Gamm. dec. 370. Nepit. ad Conſuet. Catinen. tit. 3. nu. 80.*

Inſupèr dicebatur pro parte Principiſſæ de Aualos, quòd Conſuetudo Capuanæ, & Nidi non eſt vera Conſuetudo, ſed pactum, & ideò ſi inter partes non fuit conuentum, vt ſucceſſio reguletur ſecundùm dictam Conſuetudinem, mater nunquàm excluditur à ſucceſſione filiorum, & propterea, cùm in capitulis matrimonialibus, nec verbum quidèm de Conſuetudine Capuanæ, & Nidi, ſequitur, quòd vel eſt attendenda Conſuetudo Procerum, & Magnatum Regni, vel ius commune Romanorum, quod idem eſt, & ſic ipſa tanquàm mater debebat, amitæ præferri, & quòd non ſit Conſuetudo, probauerunt ex multis *Conſil. de Georg. in alleg. 23. Molfeſ. in Comm. ad Cõſuet. Neap. p. 2. tit. de bonis, q. 24. Reg. Rouit. in d. conſ. 98. et conſ. 99.* qui refert, pro hac opinione fuiſſe iudicatum in cauſa Comitis S. Valentini.

Tertiò dicebatur, quòd in hoc caſu nulla dubitatio oriri poterat, nàm Princeps Conchæ vir, non erat de Sedili, ſed tantùm ipſa Principiſſa de Aualos erat de Sedili Nidi, & ſic non poterat præſumi, fuiſſe contractum ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, cùm potiùs ſit attendenda Conſuetudo viri, non vxoris, ex doctrina *Bald. in auth. omnes Peregrini, nu. 4. C. comm. de ſucceſſ.* & cautelæ ſtipulari debent ſecundùm Conſuetudinem viri, *Affl. dec. 226.* & quòd ſemper attendi debet ſtatutum viri, & non vxoris, voluerunt *Bart. in l. exigere dotem, ff de iudic. Dec. conſ. 19.* & alij citati per *Reg. de Pont. d. conſ. 35.* & in ſpecie, quòd quoad ſucceſſionem filiorum intelligatur fuiſſe conuentum ſecundùm Conſuetudinẽ viri, *Anchar. in cap. canonum ſtatuta, q. 12. nu. 214. de conſtit. Torniol. conſ. 5. n. 8. Brunus de ſtatut. art. 6. q. 1. nu. 8.*

Et tandèm quartò dicebatur pro D. Sueua matre, quòd prædicta procedunt in dubio, ſecùs, quando partes in principio capitulorum matrimonialium declarauerunt
5 viuere ſecundùm morem Magnatum, nàm ab illo initio regulari debet totus contractus, *l. unic. C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10.* & fatetur *Anell. Amat. conſ. 26. in fin.* idem enim eſt, viuere, quod cõtrahere, nàm verba illa inter contrahentes prolata, non poſſunt importare, niſi legem, cum qua cõtrahentes contrahere intendunt, vt habetur ex *Iſern. in Conſtit. Regni Licentiam, verſ. ſed quid eſt hoc,* vbi dicit, quòd Dotarium eſt Tertiaria, maximè in viuentibus iure Francorum, eò enim ipsò, quòd dicitur à contrahentibus, viuere iure Francorum,
6 Dotarium idem importat, quod Tertiaria, quod etiam habetur ex *Napod. in rubr. de iure quarta, num. 9.* & hoc rectè probat *Fabrit. Brancat. in alleg.* impreſſa per Iudicem M.C.V. *Taſſon. in pragm. de antephato, fol. 316. num. 6.* quod tantò magis eſt iudicandum in caſu præſenti, ex qualitate perſonarum, cùm ipſa Principiſſa, nedùm eſt de fa-
7 milia eorum de Aualos, qui contrahere ſolent, & debent matrimonium ſecundùm morem Magnatum, vt teſtatur *De Ponte conſ. 8. num. 22.* ſed eſt de familia D. Ferdinandi de Aualos primogeniti D. Caroli Principis Montis Herculis, qui D. Carolus erat filius Marchionis Piſcariæ, & Vaſti, & vir eius fuit Princeps Conchæ, Regni Magnus Admiratus, quod officium eſt vnum de ſeptem Regni, & ſic tàm vir, quàm vxor erant de Magnatibus Regni, & ſufficeret, ſi vnus ex contrahentibus eſſet de Magnatibus, & Proceribus, vt per *De Ponte d. conſ. 35. nu. 25. verſ. ex ijs, Carpan. ad ſtatut. Mediol. tom. 1. c. 143. n. 14.*

Verùm in caſu, de quo agebatur, nedùm in principio fuit dictum, quòd viuebãt more Magnatum, ſed etiam in eodem contractu in tribus partibus, fit mentio moris Procerum, & Magnatum, & quàmuis circà ſucceſſionem nihil ſit dictum, tamen debebat regulari ab expreſſis eodem iure; quia
8 qualitas in vna parte contractus appoſita, in reliquis repetita cenſetur, *Bart. in l. ſi ità ſtipulatus, §. Chriſogonus,* ſub *n. 4.* vbi etiam *Alex.* ſub *n. 18. ff. de verb. obl. Natt. conſ. 181.* ſub *num. 6. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10. nu. 28.* & quòd vna qualitas, ma-
9 ximè in contractu dotali appoſita in vna parte contractus, cenſeatur repetita, habetur in *l. cùm propter dotem, ff. de pact. dotal. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 5.* non enim debet idem contractus diuerſo

iure

iure cenſeri, *Menoch.conſ.*201.*nu.*58.*lib.*3.
nec erat neceſſarium, iterùm prædictum
morem Procerum,& Magnatum repetere
circà ſucceſſionem,quia continetur ſub pa-
cto reſtitutionis dotium,vt fundat *Reg.Ro-
uit.in d.conſ.*99.& ſequitur *P. Molfeſ. in
d.q.*4.ſuprà allegata,& propterea conclude-
bant Aduocati Principiſſæ D. Sueuæ, ma-
trimonium etiam circà ſucceſſionem filio-
rum fuiſſe contractum more Magnatum,
ſecundùm quem mater non excluditur à
ſucceſſione filiorum.

Ex aduerſo tamen replicabatur, matri-
monium inter Nobiles Capuanæ, & Nidi
10 potiùs debere intelligi,eſſe contractum ſe-
cundùm morem,& Conſuetudinem prædi-
ctorum Nobilium,vt latè fundat *Fab. de
Anna conſ.*2.*nu.*4.*& ſeq. & conſ.*92.*nu.*6.
*vol.*2. ſequitur *Præſ. Anell. Amat. conſ.*26.
*nu.*13. *Reg. Conſ. Theodor. alleg.*79.*nu.*11.
*& alleg.*91.*nu.*12.

Quod fundatur, quia cũ hæc Conſuetu-
11 do ſit mos particularis inter homines præ-
dictarum Platearum,præualere debet mo-
ri Magnatum, quod eſt ius commune,& vni-
uerſale; idem enim continet,quod ius com-
mune,vt habetur ex *Capyc.dec.*176.*nu.*17.
*Fab.de Anna d.conſ.*2. *Afſl.dec.*237.*nu.*7. *De
Ponte d.conſ.*35.*nu.*7.nàm generi per ſpe-
ciem derogatur, vt habetur ex *Bald.conſ.*
170.*n.*3.*vol.*2.& per alios allegatos in pro-
pria materia per *Amat.d.conſ.*26.*nu.*15. &
12 ideò intelligitur, contraxiſſe ſecundùm
propriam Conſuetudinem Platearũ, *Giurb.
dec.*111. *Laratha conſ.*115. *Reg.Rouit.conſ.*1.
*num.*2.*vol.*1.quia in dubio videtur factum,
13 quod communitèr fieri ſolet, *Fab.de Anna
conſ.*46.*nu.*6.latiſſimè *Giurba* in *loco* ſuprà
citato,*nu.*7.*&* 8. *Pellicc.ad Conſuet. Auerſ.*
& propriè ad *Conſuet. Magnatum, fol.* 242.
*à ter.& n.*12.

Quod corroboratur ex eo; quia hæc
Conſuetudo Capuanæ,& Nidi eſt vera Cõ-
ſuetudo,& non pactum, licèt enim à pacto
14 inceperit, vt notat *Minad.in d.Conſtit.In
aliquibus,n.*5.tamen ex curſu temporis ve-
ra deuenit Conſuetudo, habens omnia re-
quiſita; ità vt, nedùm hodiè vigeat inter
Nobiles Capuanæ,& Nidi,ſed inter omnes
Nobiles,certum eſt enim in iure, quòd ad
ſubſtantiam Conſuetudinis non requiritur
15 ſcriptura; cùm dicatur Ius ex non ſcripto,
*§.ex nõ ſcripto,Inſtitut.de iur.nat.gent. &
ciuil*,& quàmuis aliquando in ſcriptis redi-
gatur, id fit ad faciliorem probationem, vt
tradunt *DD.in can. eccleſiarum* 10.*diſt. &
l.moribus*,vbi poſt *Bart.*notat Zaſ.*n.*8. *ff.de
vulgar.& pupillar.ſubſtitut.*& ideò ex illo
inueterato vſu,ſic contrahendi, Conſuetu-
do fuit inducta,Ioan. *Andr.in cap.final. &
cap.conſuetudinis,extrà de conſuetud.Rimi-
nald.conſil.*73.*nu.*114.quod in ſpecie tradit
*Minad.d.loco* ſuprà citato,& poſt *Napodan.*
quem allegat in multis locis, habetur per
*Franch. dec.*91.*num.*2. *& dec.*546. *nu.*23.&
quàuis ad inducẽdam Conſuetudinem re-
16 quiratur,vt actus fuerit factus,eo animo,&
intentione,vt Conſuetudo induceretur, *Pa-
riſ.conſ.*7.*n.*40.*lib.*1. *& Riminald. conſ.*72.
ſub *n.*155. quos allegat *D.Rouit.* contrariæ
opinionis acerrimus defenſor in *d.conſ.*98.
*nu.*19. quem ſequitur *Molfeſ.*ad literam *p.*1.
*cap.*4.*nu.*15.Attamen ex ipſa multitudine
17 actorum præſumi animum Conſuetudinẽ
inducendi, poſt *Anchara. & Imol.* in for-
tioribus terminis tradit *Lanar.conſ.* 14.*n.*1.
*Faber in d.§.ex non ſcripto, n.*8.*in fine.*Cõ-
firmabatur hæc concluſio; quia ſiuè atten-
dimus capita extracta per *Camillum Saler-
num* à prothocollis Notarij Ioannis Bapti-
ſtæ de Valle,vt etiam voluit *D.Rouit.d.cõſ.*
98.ſiuè verba noui vſus deſcripta per *Afſl.
dec.*237. loquuntur de altrinſeca renuncia-
tione parentum, reſpectu bonorum pater-
norum,& dotium paternarum,nec verbum
quidèm de alijs bonis, & tamen paſſim hæc
Conſuetudo Capuanæ,& Nidi fuit obſerua-
ta,vt per eam parentes excludantur, etiam
in bonis per filium de nouo quæſitis,vt ha-
18 betur per *Franch.dec.*492.fatetur *De Geor-
gio*,qui pro contraria opinione ſcripſit *alleg.*
23. *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*9.*de
ſucceſſ.mulier.nu.*22.vbi in ſpecie inquit,ità
fuiſſe hoc deciſũ in cauſa Marchionis *Lau-
ri*,& hanc opinonẽ,quòd hæc ſit vera Con-
19 ſuetudo,& quòd ità obſeruetur inter Nobi-
les huius Ciuitatis, quàmuis non ſit in pa-
ctum deducta,latè fundat *Conſil.de Anna d.
conſil.*2.*&* 9.*n.*3.*& conſil.*118.*n.*2. *Præſid.
R.C.Anell.Amatus*,qui ſcripſit in eadẽ cau-
ſa contra *D.Rouit.in d.conſ.*26.*per tot.Reg.
Conſil.Theodor.in alleg.*79.*n.*9.*& ſeq.& al-
leg.*1.*n.*37.vbi dicit, quòd non dubitatur,
poſſe Quarterium inducere Conſuetudinẽ,
20 ad quam probandam non eſt opus ſcriptu-
ra,ſed ſufficit, quòd vltrà centum annos ſit
Conſuetudine approbata, & per Regẽ Ca-
tholicum in anno 1505.in *Capitulis,fol.*14.
confirmata,idem etiam firmat idem *Amat.*
in *conſil.*91.*nu.*12. vbi latè explicat,quid ſit
vſus Procerum,& Magnatum,& de errori-
bus *Camilli Salerni* in ipſius vſus reaſſum-
ptione, *Laratha conſ.vltim.& Amat.d.conſ.*
26.qui referunt,ſecundùm hanc opinionem
fuiſſe iudicatum in cauſa D.Mariæ de Ana-
los cum Illuſtr.Marchione S.Lucidi, iũctis
Aulis,& ſic in ſimili etiam fuiſſe deciſum,re-
fert *Giurba dec.*111. *Muta ſuper Conſuet.
Panorm.conſuet.*45.*n.*25.

Et quàmuis prædicti contrahentes eſſent
de Proceribus,& Magnatibus,& forſan, in
dubio ſecundùm morem Procerum,& Ma-
gnatum

gnatum contraxiſſe viderentur,attamen in caſu præſenti Partes dixerunt,in quibus cōtrahere intendebant ſecūdùm morem Magnatum , & ſi in vna parte diſpoſitionis fit mentio alicuius qualitatis , in alia,in qua omittitur,cenſetur,contrahentes nolle eam
21 amplecti, vt probat *Praſid. Amat. d.conſil. 26.n.3. Molfeſ.* ſibi contrarius *conſ.2.n. 39.* & communis eſt DD.concluſio,quòd quotiès in aliquibus capitulis exprimitur mos
22 Magnatum,extendi non debet vltrà capita expreſſa,vt poſt *Addētes ad Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, hoc firmat *Reg. de Ponte conſ.61. n.74. verſ. quia mos Magnatum, Anna d.cōſ. 2.n.3. verſ. quod autem*, cùmq; circa ſucceſſionem filiorum nihil ſit dictum,debet regulari ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ,& Nidi, & non ſecundùm morem Magnatum, nàm tacitum, quod ab expreſſo deducitur,pro expreſſo habetur, *Tiraq. de leg.connubial.glo.5.n.172. Seſſe dec. Arag.37. n.9.* & ſic conciliat *Giurba d.cap.1.glo.7.n. 38.* Ad illud autem,quod dicitur per *D.Rouit.in conſ.99.* quòd pactum ſucceſſionis in-
23 cluditur ſub pacto reſtitutionis,vltrà,quòd contradicit ad ea,quæ ſcripſerat in *conſ.98.* vbi ex depoſitione Notariorum dicit,quòd ſolet,tàm pactum reſtitutionis, quàm ſucceſſionis fieri eodem capitulo,nec verbum *reſtitutio*, nec nomen, *dotis*, apta ſunt comprehendere ſucceſſionem filiorum;ſiquidē in hoc caſu non tractatur de dote,nec de reſtitutione, ſed de ſucceſſione filij,in qua mater,& amita concurrunt,& nihil cōmune habet reſtitutio dotis cū ſucceſſione matris.

Pro parte verò Principiſſæ de Aualos replicabatur,cauſam D.Mariæ de Aualos non eſſe in conſideratione,tùm quia,rei veritate non fuerat caſus prædictus deciſus, prout fundat *Reg.Rouit.in dd.conſilijs*,tùm etiam, quia lis,de qua controuertitur, differt à caſu prædicto, nàm in caſu noſtro partes in principio dixerunt,viuere ſecūdùm morem Procerum, & Magnatum, quod deficiebat in caſu dictæ D. Mariæ de Aualos, vt habetur ex *Anna d.conſ.2.*ſub *num.3.*licèt ad id, quod dicit *Reg.Rouit.* quòd non fuit deciſa cauſa D.Mariæ,per ea,quæ fuerunt diſcuſſa per *Annam in d.conſ.2.* ſed fuit deciſus articulus,ſuper quo ſcripſerunt *Medic. conſ.99.* qui pro Marchione patrocinabatur, & per *de Ponte conſ.19.*& per *Fab.de Anna conſ.1.* qui pro D.Maria ſcripſerunt, vt dicit accepiſſe à *Vincētio de Franchis*, ſed verè dictus *De Franchis* non potuit hoc ſcire,niſi ex relatione aliorum,cùm ipſe in cauſa prædicta non interuenerat, vti ſuſpectus; & Ego vidi proceſſum in cauſa prædicta agitatum, & in *fol.22.* adeſt declaratio ipſiuſmet *De Franchis*, quòd non interueniebat in dicta cauſa,vti ſuſpectus, & quamuis *Anna in conſ.1.*& *Medic.in d.conſ.99.* qui patrociniū dictæ cauſæ habuerūt à principio,ſuper hoc articulo non ſcripſerint;tamen *De Ponte in d.conſ.19.n.39.& 40.*tanquam veriſſimum, & certiſſimum aſſumpſit, D. Mariam vti matrem potuiſſe ſuccedere;quia matrimonium erat contractum ſecundùm morem Magnatum, & non ſecundùm Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, & miror,quomodò *Reg.Rouit.* dicat,quòd *De Ponte* vllum verbum faciat de hoc articulo, cùm ex *d.cōſilio* contrarium appareat; neq; poteſt conſiderari,prædictum *Fabium de Anna* virum ſatis doctum,& eruditum, voluiſſe ſcribere ſuper dicto articulo,ſi ei non eſſet mota,vel à parte, vel à Iudicibus difficultas, quod quidèm ſatis apparet,cùm totum *conſilium ſecundum 1.volum.* ſit compoſitum ſuper iſto articulo, & in *fine* dicit,fuiſſe pro ſua opinione iudicatum articulum prædictum in dicta cauſa,nec poteſt dubitari,quin fuiſſent in cauſa prædicta alij iuris articuli diſcuſſi;verùm,non per hoc poteſt dici, quòd non fuit etiam deciſus dictus articulus, & quanquàm *De Ponte* ſuper ipſo ex profeſſo non ſcripſerit,ſufficit,quæſtionem fuiſſe ortam,& excitatam,ità vt anſam præbuit *Fab. de Anna*, vt ex profeſſo articulum fundaret. Nec de cauſa Comitis S.Valentini,quam allegat *Reg. Rouit.* poteſt ad hanc cauſam inferri,ibi.n. Comes erat patruus,& ſic in vlteriori gradu, & ꝑpterea iure fuit excluſus, vt aduertit *Conſil.de Georg.d.alleg.23.n.26.*

24 Diſcuſſa hac cauſa,fuit iunctis Regijs Cōſiliarijs duarum Aularum deciſum ad fauorem Ill.Principiſſæ D.Sueuæ de Aualos matris,confirmando decretum aliàs latum in vna aula,& fuerunt etiam reiectæ nullitates, & fuit habitum pro vero, matrimonium fuiſſe contractum more Magnatum, tùm ex qualitate perſonarum,tùm etiam;quia partes à principio ſic viuere dixerunt, ex quo tota diſpoſitio regulari debebat, fuit etiam pro maiori parte concluſum,Conſuetudinē Capuanæ,& Nidi non eſſe Cōſuetudinem, ſed in tantum obſeruandam, quatènus in pactum deducatur, licèt valdè prædictis videantur obſtare ea,quæ ſuprà fundata ſunt, ad probādum,eſſe veram Conſuetudinem, & ſic fuit dicta Ill.Principiſſa de Aualos immiſſa in poſſeſſionem bonorum burgenſaticorum,remanſorum in hæreditate Principis Conchæ eius filij, ad relationem Regij Conſiliarij D. Thomæ de Carleual, cauſæ prædictæ Commiſſarij; penès Actorum Magiſtr.Carolum Strinam.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XXXV.

## SVMMARIVM.

1 *Procerum mentio in iure ciuili tribus in locis fit.*

2 *Princeps, dùm vult ſtatuta condere, conuocat Proceres, & Senatores, & n.5. & 6.*

3 *Proceres antiquitùs erant milites, qui feudatarios habebãt, & à Baronibus diſtinguebantur, nu.4. ſunt nobiles non vulgares, n.7. & vno gradu à Regibus diſtant, num.8.*

9 *Magnatum mentio in iure ciuili non fit, ſed tantùm ſemel in iure canonico, Magnates, qui dicantur, ibid. & n.10.11. & 12.*

10 *Magnatis vocabulũ antiquis Scriptoribus non erat cognitum.*

11 *Magnates in Lombardia, Capitanei dicuntur, in Regno verò Neap. qui nàm ſint, & n.23.*

12 *Barones, Proceres, & Magnates coniũctiuè, qui ſint, & n.23. & 24. ſed Florentiæ nobiles appellantur, n.13.*

14 *Magnates in Hiſpania quomodò vocentur, & n.17.*

15 *Nomen Magnatis eſt maximi, ac ſupremi honoris apud Hiſpanos.*

16 *Ricci homines in Hiſpania antiquitùs, quid faciebant, & quid hodiè agant.*

18 Grandi di Spagna, *ſiuè Magnates dupliciter à Rege creantur, & incedunt capite cooperto, & quæ conſiderari ſoleant in illorum creatione, n.19.*

*Cooperire capud coràm Rege, eſt maximi honoris, d.n.18.*

*Magnates debent ab omnibus honorari, & eis olim ſiſtebatur currus, n.20. hodiè verò ſecùs, n.ſeq. in fine.*

21 *Currus ſiſti debet Romæ Cardinalibus, ac in hoc Regno Proregi.*

22 *Carolus Quartus Imperator in totũ aſſurgebat Cardinali Columnæ eum viſitanti.*

25 *Prorex an teneatur aſſurgere Titulato eũ viſitanti, & n.26.*

26 *Titularis, qui Titulum emit, non dicitur Titularis.*

27 *Titulus collocari debet ſuper celebri Ciuitate, ac in perſonis de genere, & Proſapia Magnatum, ſed hodiè non ſeruatur.*

28 *Mater contrahẽs matrimonium more Procerum, ac Magnatum, ſuccedit filio ab inteſtato decedenti in allodialibus, non obſtante* Conſuet. Capuanæ, & Nidi, *contrarium, num.30. & 31.*

29 *Conſuetudo Capuanæ, & Nidi an ſit vera conſuetudo, vel pactum.*

VErba facit D. meus in hac deciſione de Proceribus, & Magnatibus Regni, non tamen ex profeſſo explicat, qui nàm ſint iſti Proceres, & Magnates, ideò obſeruandum erit, quòd in iu-
1 re noſtro ſecundùm *Tiraquell. de nobilit. c.37. n.34.* tribus in locis fit mentio de Proceribus, nempè in *humanum, C. de legib.* ibi, *id ab omnibus antea tàm Proceribus noſtri Palatij, quàm glorioſiſſimo cętu veſtro tractari,* quem *tex.* ità ſummat *Bal.* quando contingit caſus nouus, ſuper quo oportet
2 ſtatui, recurritur ad Principem, qui cũ Procerum, & Senatorum deliberatione procedit, faciendo, ſtatutum in ſcripturam redigi, in *c.1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* ibi, *dùm Proceres noſtri milites ſuos omnibus beneficijs ſuis exutos ad fęliciſſimam noſtri numinis expeditionem nullo modo transdu-*
3 *cere valeant,* & ſic *ibi* intelligitur de militibus, qui habebant feudatarios, qui feuda alienauerãt, ob quod non poterant ibi Proceres transducere ſecum feudatarios ad Im-
4 peratorẽ ſeruiendum, vt tradit *ibi Iſern.* vbi Proceres à Baronibus diſtinguit, dùm per hæc verba ait, *quia Proceres, & Barones, & Capitanei magni, à quibus feuda te-*
5 *nebant, ideòq; prohibuit alienationem cum interuẽtu Prælatorum, Procerum, Baronũ Marchionum, nàm habentur loco Senatorum,* & etiam fit mento in *cap. Imperialem,*
6 *de prohib. feud. alien. per Feder. ibi, habito ergo cõſilio Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, &* Comitum, *ſimul etiam, &* Palatinorum *Iudicum, ac aliorum Iudicum,* hinc
7 *Tiraquell. d. nu.34.* ait, ex iuribus prædictis probari Proceres dici nobiles nõ vulgares, ſed inter cęteros eminentes, ac ità tenere *Affl. in d.c.1. n.42.* ſequitur D. *Prouenzal. ad Conſuet. Si quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inte-*
8 *ſtat. obſer.26. nu.15.* ideòq; vno gradu illos à Regibus diſtare, ſcribit *Lucan. lib.7.* vt poſt *Tiraquell. ibid.* refert *D. Prouenzal. loc. cit. n.14.*

De Magnatibus verò idem *Tiraquell. d. c.37. nu.32.* inquit, nullibi in iure ciuili fieri
9 mentionem; ſed tantummodò in iure canonico in *cap. ex multa, § ſecundò quæſiuiſti, de voto,* ibi, *vt Nobiles, & Magnates, qui tunc cõſilio ſtrenui, & multos ſecum poſſunt trahere bellatores,* & ſic Nobiles, & Magnates ſimul iungit, vt conſiderat D. *Prouenz. vbi ſuprà, nu.2. in fine,* ſed *Apoſtilla in text.* prædicto aliter legendum eſſe putat .ſ. vt Nobiles etiam Magnates, & *Tiraquell. ibid.*
10 *n.33.* putat, cùm hoc vocabulũ minimè ſit cognitum antiquis Scriptoribus, nõ omnes nobiles ſub illo contineri, ſed eos tantùm qui in aliquo Potentatu, Baroniam, vel Regalia poſſident, qui Barones vocantur, *ex Bal. in cap. innotuit, n.18. de elect.* vbi loquẽs de priuilegio, quo quis poſſit legitimare filios Magnatum, vt iſti tantummodò com-
11 prehendantur, ſequitur *D. Prouenz. d. obſeru.26. n.4. Menoch. conſ.1109. n.19. lib.12.* & iſti in Lombardia Capitanei, in hoc verò

Regno

Regno Titulati, ſeù Barones vocantur, vt ex *Alber. in l. qui indignus, ff. de Senator.* tradit *Nunc. Pelliec. ad Conſuet. Auerſ. tit. de conſuet. Magnat. fol.* 242. *n.* 8. *& ſeq. D. Prouēz. ibid. nu.* 6. qui contrarium tamen *n.* 2. affir-
12 mauit, Magnates in hoc Regno dici Nobiles Platearum, vel extrà, qui maiores ſunt alijs nobilitate, & feudorum affluentia, ideòq; ad confirmationem *n.* 8. putat, non ſimplices Barones venire appellatione Magnatum, ſed tantùm, qui ſunt Barones, Proceres, & Magnates coniunctiuè, & *D. Capan. de iure releu. p.* 4. *q.* 33. *n.* 1. exemplificat in Principibus Biſiniani, & Salerni, licèt Florē-
13 tiæ Nobiles, Magnates appellentur, vt tradunt Pelliec. vbi ſuprà *nu.* 1. & *D. Prouenz. loco* cit. *nu.* 3. ex *Bart. in l.* 1. *col. vlt. C. de dignit. lib.* 12.

In Hiſpania tamen *l.* 4. *tit.* 18. *p.* 3. Magna-
14 tes vocat *altos homes, & l.* 6. *tit.* 9. *par.* 2. eos appellat *riccos homes*, vt refert etiam *Bonadill. lib.* 2. *politic. c.* 16. *n.* 18. *Vargas de nobilit. Hiſpan. diſcurſ.* 13. *nu.* 10. & meliùs *D. Thom. de regim. Princip lib.* 2. *c.* 22. ibi, *In*
15 *Hiſpania omnes ſub Rege Principes ricci homines appellantur*; eſtq; nomen maximi, & ſupremi honoris apud Hiſpanos, *Seſe deciſ. Aragon.* 1. *n.* 40. cum *ſeqq.* quādoquidèm
16 *ricci homines* confirmabant Regum priuilegia, & cū Regibus in actibus ſolemnibus interueniebant, *Bouadilla d. c.* 16. *n.* 28. vt in bello, & pace Regem conſulerent, quamuis hodiè non habeant exercitium, vt antiqui-
17 tùs, vt habetur in *l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat.* & hodiè in Hiſpania Magnates ſunt ij, qui vulgò *Grandi di Spagna* nuncupantur, ad tradita per *D. Taſſon. de antephato, verſ.* 14. *obſeru.* 2. *n.* 14. *verſ. Hiſpaniæ autem*, exemplo eius, quod dicitur *lib.* 2. *Regum c.* 7. ibi, *feciq; tibi nomen Grande, iuxtà nomen Magnorū, qui in terra ſunt*, & iſti à Rege creantur, vel
18 ad vitam, vel perpetuò, ità vt magnitudo primo caſu concedatur ſuis perſonis, in ſecundo verò domibus, vel ſtatibus, & coràm Rege incedunt capite cooperto, quod eſt maximi honoris, vt per *Gamm. dec.* 1. *nu.* 24.
19 & quando hæc dignitas à Rege confertur, ſolent conſiderari, maxima nobilitas, maiorum amplum patrimonium, ingentes diuitiæ, quibus tantæ dignitatis, & honoris ſplēdor ſuſtineri poſſet, & ſicut dignitate cęteros præcellunt poſt Regem, ità debent etiā ab omnibus honorari, vt in *l.* 21. *tit.* 21. *p.* 2. & habetur in *Ecclеſ. c.* 4. ibi, *Magnato humilia capud tuum, & ſiſtitur Currus, donec tranſeunt Principes*, ſequitur *Gratian. cap.* 284. *num.* 55. *lib.* 2. *diſcept. forenſ.* & nedùm
21 Magnato ſiſti debet currus; ſed etiam ex conſuetudine Eminētiſſimis Cardinalibus in Alma Vrbe à quocunquè, nullo excepto, ac etiam Proregi Excellētiſſimo huius Regni Neap. id tamen locum ſibi non vendicat, ſi in Vehiculo, ſiuè Curru ſedeant Viri cum mulieribus, tunc enim currus ſiſtere non debet, ità ex aliorum placitis tradit *Gratian. ibid.* non tamen hodiè Magnatibus
22 ſiſtitur currus, hinc Carolus Quartus Imperator in totum aſſurgebat Cardinali Columnæ eum viſitanti, vt refert *Gratian. loco* cit. *n.* 12. de priuilegijs autem Magnatum in Hiſpania, tractant *Ripoll. de regal. c.* 25. *n.* 33. *Parlad. c.* 1. *n.* 19. *lib.* 2. *quotid. reſol. Perez in Theatro vitæ humanæ c.* 16. *n.* 16. *& D. Cutell. ad ll. Sicil. c.* 12. *n.* 3. *fol.* mihi 326.

Ex quibus omnibus concludendum videtur cum *D. Prouenz. d. obſer.* 26. *n.* 2. 8. *&* 14. quòd in hoc Regno Neap. Proceres, ac
23 Magnates exiſtimandi ſint illi Nobiles de Sedili, vel extrà Sedilia, qui nedū antiquiorem aliorum nobilitatem habēt, ſed etiam plura feuda, ſiuè ſtatus, titulo decoratos poſſidentes, cęteros antecellunt, & ſic non
24 omnis Baro, & ſi Titulatus, inter Proceres, & Magnates eſt connumerandus, vt more Procerum, ac Magnatum contrahere poterit, iſte enim propriè dicitur Capitaneus, vt ex *Iſern.* tradit *D. Taſſon.* vbi ſuprà *d. n.* 14.
25 hinc dixit idem *D. Taſſon. in eod. tract. verſ.* 2. *obſeru.* 2. *num.* 32. quem refert, & ſequitur *D. Prouenz.* vbi ſuprà *n.* 6. *in fine*, quòd licèt
26 Prorex teneatur aliquantulum aſſurgere Titulato eum viſitanti, tamen ex copia, & qualitate Titulatorum hodiè exiſtentium alitèr putat ſeruandum; eò magis, quia vt plurimùm Tituli emuntur, quo caſu Titularis non dicitur, *D. de Anna ſingul.* 168. & probatur in *l.* 1. C. *vt perfectionatiſſ. matris dignitate, lib.* 12. ſequitur *D. Taſſon. in eod. tract. verſ.* 3. *obſer.* 4. *n.* 9. *& ibid. verſ. Titulatorum priuilegia* ait, quòd receſſit ab Aula
27 doctrina *Freccia lib.* 3. *de ſubfeud. tit. de differ. feud. regal. titul. & aliorum*, propè *n.* 6. vt ſcilicèt Titulus deputari, ſeù collocari nō debeat, niſi ſuper celebri Ciuitate, ac in perſonis de genere, & proſapia Magnatum.

Ad quæſtionem tamen deciſionis deueniendo obſeruabis, matrem, quæ contraxit matrimonium more Procerum, ac Magna-
28 tum, ſuccedere filio ab inteſtato decedenti, non obſtante *Conſuet. Capuana, & Nidi*, vt deciſum refert D. meus hìc *n.* 24. de qua deciſione memor fuit D. *Præſes Merlinus c.* 7. *n.* 20. *in fine, & c.* 49. *nu.* 1. *in fine, cent.* 2. *controu. forenſ.* qui *nu.* 29. ſuſtinet, *d. Conſuetudinem Capuana, & Nidi* reſpectu No-
29 bilium huius Ciuitatis eſſe veram Conſuetudinem, ſed reſpectu exterorum, tanquàm pactum conſiderandam eſſe, quarè *nu.* 20. refert deciſionem per S.C. latam in cauſa D. Mariæ de Aualos, de qua *D. Conſiliar. de Anna conſ.* 118. *n.* 5. vbi contracto matrimo-
30 nio more Magnatum, ex quo de ſucceſſio-



Digitized by Google

ne nihil erat dictum de tali more,& quia contrahentes erant de Sedili Nidi, fuit dictum, intelligi contractum ſecundùm *Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi*, per quam mater à filiorum ſucceſſione ab inteſtato excluditur, quam deciſionem etiam retulit D. meus hic *n.23.verſ. pro parte verò*,& ſic hæ deciſiones ſunt ex diametro contrariæ, deciſionem tamen d. D.Mariæ lato calamo impugnat D.*Prouenz. obſer.*27.à *n.*12.cum *ſeqq.* & hãc deciſionem D. mei amplectitur *ibid.n.*16.quam etiam ſequutus eſt *D.Pratus c.*12.*n.*67.*c.*36.*n.*31.*& c.*37.*n.*34.*verſ. nec vis,& n.*35. *lib.*1.*diſcept. forenſ.*poſt D. *Reg.Rouit dec.*100.*n.*10.ſubſtinens *Cõſuetudinem* prædictam non eſſe veram, Cõſuetudinem,ſed pactum,vt habetur *d.c.*12.à *nu.* 64.cum *ſeqq.& d.c.*36.à *n.*21.cum pluribus *ſeqq.& d.c.*37.*n.*34.*&* 35. & voluit etiam *Horat.Montan.controu.* 1.ſub *n.*58.allegãs hanc deciſionem D.mei, & rationem aſſi-
31 gnat;nam ſi eſſet attendendus mos Magnatum, mater in hac cauſa ſuccederet etiam in feudalibus,vt ſtatuitur in *c.*4. *moris Magnatum*,& tamen fuit admiſſa tantummodò ad ſucceſſionem allodialium,ſecundùm ius commune, vide etiam *D. Reg. Capyc. Galeotam controu.*30. *lib.*2. *& D.Conſiliar. Marcell. Marcian. conſ.*53. *lib.*2. qui in ſimili caſu conſuluerunt, ille pro Principe Melficti,hic pro Duce Terræ Nouæ Siculo.

*M.A Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Pater conſentiens matrimonio filij,& quòd ei dos ſoluatur, an, & quando teneatur, eo diſſoluto ad ipſius dotis reſtitutionem. Et ſtante Conſuetudine Neapolitana, qua actione teneantur eius hæredes, ad interpretationem *tex. in l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitima debetur tempore mortis, deducto ære alieno.*
2 *Pater conſentiens matrimonio filij, tenetur ad dotis reſtitutionem,& n.*11. *Et de quibus bonis, n.*6.
*Et quid, ſi proteſtatus fuerit,ſe nolle teneri, n.*7. *&* 8.
*Et quid de iure Conſuetudinis, nu.*12.
3 *Pater,ad hoc, vt obligetur pro reſtitutione dotis filij,quid requiratur.*
4 *Conſenſus patris in contractu matrimonij filij,habetur pro iuſſu.*
5 *Hypotheca conſtitui poteſt ſuper portione, ad filium ſpectante poſt mortem patris.*
7 *Pater cogi poteſt,ad ſe obligandum pro reſtitutione dotis filij.*
9 *Conuentio in dotis detrimentum non valet.*
10 *Per ſpecialem hypothecam expreſſam non amittitur generalis tacita, antea contracta fauore dotis.*
13 *Hypothecaria num competat de iure Conſuetudinis mulieri contra bona ſoceri, pro portione ſpectante ad filium.*
14 *Nullitas non cadit in articulo dubitabili.*
15 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XXXVI.

CVM per Magnam Curiã Vicariæ fuiſſet pro reſtitutione dotis præſtita aſſiſtentia ſuper bonis ſoceri contra tertios poſſeſſores, fuit pro parte Conuentorum dictum de nullitate, & præcipuè, nullitates propoſitæ concernebant iuſtitiam cauſæ,prætendebãt etenim,quòd bona per ipſos poſſeſſa,non aliter erãt obligata, quia ſocer, quamuis matrimonio filij conſenſiſſet, attamen non ſe obligauit ad dotis reſtitutionem, niſi pro certa parte, quæ penes ipſum peruenerat, pro alia verò obligauit portionem filio obuenturam poſt mortem ſuam. Cùmq; nihil remanſerit in ſoceri hæreditate, fuerunt enim omnia cõſumpta, & in tertios alienata, hypotheca euanuit,nam in portione bonorum, ſiue in
1 legitima ad filium ſpectante inſpicitur tempus mortis,*l.cùm quæritur, C.de inoffic.teſtam.l.ſi patrono ex debito,§. ſi ex duobus, ff.de bon.liber.*& debetur,deducto ære alieno,*l.Papinian. §.quarta, ff.de inoffic.teſtam.* & propterea cùm per decretum Magn. Cur. fuiſſet præſtita aſſiſtentia,etiam pro reſtitutione partis dotis,dicebatur,nulliter fuiſſe latum, tanquàm contra inſtrumentum publicum promiſſionis ipſius dotis, & reſtitutionis,& interpoſito decreto,nullitates obſtare; fuit obtenta ſolita Regia decretatio, quòd M.C.V.verbum faciat in Sacr.Conſil. in quo relata cauſa, dicebatur pro parte vxoris, ſiuè eius hæredis, ſecundùm magis veram,& communem opinionem, patrem,
2 qui filio ducenti vxorem matrimonio conſenſit,teneri ad dotis reſtitutionem, ſecundùm doctrinam *Cyni,& Bart.in l.ſi cùm dotem, §.tranſgrediamur, ff. ſolut.matrim. Gabriel. conſ.*119.*n.*31.*lib.*2. cum alijs relatis per *Barboſ.in d.§.tranſgrediamur,nu.*16.

*Cacher.*

*Cacher.deciſ.*44. *Fontanell.de pact.nuptial.*
*clauſ.7.gloſ.3.par.*12.*Surd.dec.*47.& ibi latè
*Addit.Hodiern.Coſta de port.rat.q.21. Cu-*
*tell.de donat.contemplat.matrim. tract.1.di-*
*ſcurſ.3.p.2.n.7. Paſchal.de virib.patr.poteſt.*
*c.7.p.2.n.*80. quicquid voluerint *Iacob.de*
*Aren.*& alij allegati à *Maſtrill. dec.46.nu.6.*
*& Caſtill. dec.152.n.170.p.2.*

Quibus replicabatur pro parte tertij poſ-
3 ſeſſoris,quòd dicta opinione admiſſa,adhùc
duo copulatiuè requirebantur,vt pater pro
reſtitutione dotis remaneat obligatus,cõ-
ſẽſus ſcilicèt in nuptijs filijfamilias,& quòd
dos ipſi patri ſoluatur,vel ſaltim,quòd iuſſu
patris filio dos tradatur, non enim ſolus cõ-
ſenſus ſufficit,vt plenè habetur ex *Milanēſe*
*deciſ.19 nu.22.*quod etiam probat expreſsè
*tex.in d.§.transgrediamur*,ibi, *iuſſu ſoceri,*
& plenè per *Marchiſell. in q.74.num.10.&*
*Manent.dec.*Mantuan.52.*n.*12. & secũdùm
hanc opinionem fuiſſe iudicatum in S.C. ad
relationem Conſiliarij de S.Iacobo, refert
*Thorus in 1.par.compend.in verbo prælatio,*
in cauſa Venerabilis Monaſterij Diui Gau-
dioſi,cum Ioanne Carlino,

Dicebatur tamen pro parte vxoris,quòd
quamuis in hoc caſu non adeſſet expreſſus
iuſſus patris, attamen interuenerat in ipſo
contractu, vbi ſolutio, ſiuè conſignatio bo-
4 norum mobilium fuit filio promiſſa, quo
caſu conſenſus habetur pro iuſſu, *l.1.§.& ſi*
*ſerui, ff.quod iuſſu*, ibi, *& ſi ſeruus chiro-*
*grapho ſubſcripſerit* , *Dominus tenetur*
*actione,quod iuſſu*, & in proprijs terminis,
quòd in caſu noſtro, cõſenſus habeatur pro
iuſſu,voluerunt *Dynus*, & ibi *Bart.in d.§.*
*transgrediamur*, & hanc opinionem, alijs
adductis ſequitur *Fontanel.de pact.nuptial.*
*clauſ.7. gloſ.2.p.2.n.62.Cacher.d.dec.44.&*
*167.Borrell.in ſumma deciſion.tom.3.tit.de*
*priuil.dot.n.*340. ampliſſimè *Corn.cõſ.256.*
*per totum*, & plures deciſiones, articulum
diſputando, & omnibus contrarijs reſpon-
dendo,habentur ex *Hieron. Leo deciſ.* 54.
*p.1.Theſaur.quaſt.forenſ.c.46.num.2.lib.2.*
*Soc.conſ.269.col.3.lib.2. Neguſ.de pignor.*
*6.p.4.memb.n.36.verſ.& ſic*,quem refert,&
ſequitur *Maſtrill.dec.46.n.14. Rubin.deciſ.*
*91. Ricc.collect.dec.*1140.

Dicebant tamen tertij poſſeſſores, quòd
hæc cauſa nullam habere poterat dubitatio-
nem,quia expreſsè pater noluit obligare
ſeipſum, & bona ſua,niſi tãtùm portionem
filij poſt mortem ſuam, & ſic nulla fuit con-
ſtit *uta* hypotheca ſuper bonis patris, niſi in
illis, quæ fortè remanerent pro portione fi-
5 lij poſt mortem ſuam,quod fieri poſſe,pro-
batur ex *Bald.in conſ.339.vol.2.*incipiente,
*pater,& filius*, vbi referendo opiniones, &
arguendo prò, & contrà, dicit, quòd licèt
opinio ſit,quod non poſſit ità inter partes con-
ueniri, fauore dotis humanior ſit, tamen
ipſe concludit,poſſe reſtringi patris obliga-
tionem de partium conſenſu,& *Bal.*refert,
& ſequi videtur *Caſſan.in Conſuet.Burgun.*
*rubr.6.§.2.verſ.ſed quæro, & Pellicc.in Cõ-*
*ſuetud.Auerſan.c.4.nu.*130.abſq; pacto ta-
6 men tenet,quòd pater non teneatur,niſi de
bonis caſtrenſibus filij,ſin autem illa non
haberet,expectãda ſit mors patris, vt ſuper
legitima ſatisfiat,per *text in l.nec fratris,C.*
*de donat.cauſ.mort.& gloſ.in l donatio mã-*
*cipiorum, C.de donat.inter vir. & vxor.* niſi
adeſſet expreſſa obligatio patris circa dotis
reſtitutionem.

Pro contraria verò parte dicebatur,hanc
obligationem patris pro dotis reſtitutione
7 eſſe de iuris neceſſitate,& proindè,quàmuis
pater conſenſiſſet nuptijs filij, cum expreſſa
proteſtatione, quòd ex ſuo conſenſu non
intendit bona ſua obligare,nihilominùs hęc
proteſtatio non releuat proteſtantem,ea ra-
tione,quia in his,ad quę tenemur de neceſ-
ſitate,proteſtatio nihil releuat,niſi interue-
niat conſenſus illius,contra quem fit prote-
ſtatio,vt per *Iaſ.in §.fuerat*,antè *n.35.Inſt.*
*de act.& n.*118.quod tanquàm ſingulare,&
nouum ſequitur *Io.Lopez in rubr.§.21.n.6.*
*de donat. inter vir & vxor.* & fuit dictum
8 *Cornei in conſ.256.* licèt de hoc vltimo,
quando adeſſet expreſſa proteſtatio,præſen-
te filio,& patre illius,valdè dubitet *Theſaur.*
*quaſt.forenſ.*46.ſub *n.*4.

Et tandèm dicebatur, hunc caſum fuiſſe
deciſũ in Senatu Sebuſiano, vbi in proprijs
terminis fuit determinatum, patrem con-
ſentientem matrimonio filij,& in caſu reſti-
tutionis dotis obligãtem partem bonorum
ſuorum,quam ipſo defuncto filius eſſet ha-
biturus, quòd nihilominùs omnia bona
erunt obligata,cùm fortior ſit poteſtas legis
obligantis patrem ex conſenſu præſtito,
quàm hominis ſolùm quædam bona obli-
gantis,vt per *Fabr.*in ſuo *Cod.lib.4.tit.9.nè*
*fil.pro patr.defin.7.* nihil enim intereſt,an
expreſſerit, vt quædam tantùm bona eſſent
pignorata,an autem quibuſcunq; verbis ſi-
bi cauiſſet,nè quicquam de bonis ſuis, pro
9 dote à filio accepta eſſe obligaturum,quia
conuentio non valeret in dotis detrimentũ,
vt habetur ex *Boer.deciſ.*332.vbi,quòd per
10 ſpecialem expreſſam non amittitur tacita
generalis hypotheca,fauore dotis,quia ſpe-
ciale eſt in dote,quòd prouiſio hominis nõ
facit ceſſare legis prouiſionẽ, vt rectè pro-
bat *gloſ.in l fin.C.de pact.conuent.*

Et ex his hæc cauſa de iure communi
11 maximam videbatur habere difficultatem,
licèt ſatis æquior ſit opinio pro dotis con-
ſeruatione, tamen dicebant tertij poſſeſſo-
res, quòd caſus decidebatur per *Conſuetu-*
*dinem* huius Ciuitatis,in cuius diſtrictu erãt
bona

Digitized by Google

bona per ipſos poſſeſſa, & partes ipſæ erant de Suburbijs, ſiuè Caſalibus eiuſdem Ciuitatis, quicquid enim ſit de iure communi, habemus *text.* expreſſum *Conſuetudinis in tit. de patre recipiente dotes ſimul cum vxo-*
12 *re,* vbi expreſsè deciditur, quòd, quàmuis dos filio ſoluatur de conſenſu ipſius patris, nihilominùs pater in vita non tenetur, ſed hæredes eius, vſq; ad quantitatem, ſeù valorem partis bonorum ipſorum parentum, quæ contingeret filio, ſi tempore mortis ipſorum parentum viueret, de qua *Conſuetudine* meminit *Vrſill. in dec. Afſl.* 332. *in fin.*

Ex qua *Conſuetudine* alia inſurgit dubitatio, nunquid poſſit mulier, vel eius hæredes agere pro dicta portione contra hære-
13 des ſoceri, actione hypothecaria, & aſſiſtētiæ iudicio ſuper bonis prædictis, vel tātùm actione perſonali. Hanc quæſtionem tangit *Naucler. in addit. ad d. Conſuetud.* & licèt dicat, eſſe cogitandum, tamen ipſe cōcludit, quòd non poſſit agi contra hæredes, & eorū bona hypothecaria, ſed tātùm, actione perſonali, quod fundatur ex eo, quia *Conſuetudo* non dicit, quòd bona ſint hypothecata, ſed quòd ipſi hæredes teneantur, qui articulus fuit viſus dubitabilis in S.C.

Verùm, quia cauſa tractabatur per viam
14 nullitatis, & in articulo dubitabili non cadit nullitas, etiam ſtante *Reg. Pragm.* 4. *de dilation.* quæ dicitur, *delli* 28. *capi, in cap.* 20. vbi cauetur, vt non poſſit dici de nullitate ex capite notoriæ iniuſtitiæ, niſi ſententia ſit contra caſum legis, & per M.C.V. fuerat prolatum decretum ad beneficiū Actoris, præſtando aſſiſtentiam ſuper bonis patris, quæ poſſidebātur per tertium poſſeſſorem, quæ prætēdebatur poſſideri cum maxima, & enormiſſima læſione, quod etiam apparebat ex appretio facto de ordine Iudicis, quæ læſio neque negabatur per Reum. Sed inſtabat ſolùm pro reſtitutione pretij, quia adiudicatio erat ſibi facta cum pacto de
15 retrouendendo. Ideò die 7 Auguſti 1636. ad relationem M. C. V. fuit dictum, quòd procedatur ad venditionem territorij in actis deducti, & in pretio audiantur omnes, & interim ſequeſtrentur pœnès tertium, vt eſt videre in Libro Secretarij S.R.C.

# OBSERVATIO In Deciſione XXXVI.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater quando teneatur ad reſtitutionem dotis eius nurus, & nu.* 2. *etiam attenta* Conſuet. Neap. *& n.* 3.

4 *Conſenſus patris in matrimonio filij an requiratur expreſſus, vel ſufficiat tacitus, tàm de iure communi, quàm conſuetudinario, & n.* 5.

5 Corneus conſ. 256. vol. 1. & conſ. 303. vol. 3. *confutatur.*

6 *Mulier pro dotis reſtitutione, contra ſocerum non habet hypothecam vigore* Conſuet. Neap. *ſed tantùm perſonalem actionem.*

7 *Hypotheca pro dotis reſtitutione, an contracta intelligatur à die capitulorum matrimonialium; an verò à die contracti matrimonij per verba de præſenti, & nu.* 8. 9. *&* 10. *vbi deciſiones referuntur.*

11 *Pater non poteſt in præiudicium legitimæ filiorum declarare, etiam in foro conſcitiæ, quòd omnia eius bona ad alium pertinent, niſi alitèr de veritate declarationis conſtet.*

12 *Tertius poteſt Iudicem recuſare, ac dicere de nullitate ſententiæ, vel decreti, quando immediatè læditur ab ipſo actu, ſed tenetur facere depoſitum pro pœna nullitatis, & ſic deciſum traditur, n.* 13.

14 *Nullitates licèt proponi debeant intrà certū tempus, tamen ſi fuerit dictum,* ſaluo iure addendi, *poſſunt aliæ proponi, abſquè alio depoſito poſt dictum tempus præfixum, & ſic iudicatum adducitur.*

1 De iure communi ſatis eſt controuerſa quęſtio, an pater conſentiēs matrimonio filij, & quando dos ei ſoluitur, teneatur, diſſoluto matrimonio ad dotis reſtitutionem, prout diſcuſſa cauſa ad partes à *n.* 1. *ad* 10. concludit hìc D. meus *n.* 11. vbi quòd ſatis æquior opinio eſt pro dote, quam ſentētiam ſequitur, & ex multis comprobat *D. Merlin. de pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 49. *nu.* 42. &
2 ſic duo requiruntur, vt pater obligatus remaneat ad dotis reſtitutionem, conſenſus ſcilicèt in nuptijs filij, & quòd dos ipſi patri, vel eius iuſſu filio perſoluatur, ad tradita per D. meum *n.* 3. *& conſult.* 138 *n.* 5. *&* 14 *lib.* 2. quod etiam admittit *D. Pratus c.* 31. *n.* 39. *lib.* 1. *diſcept. forenſ.* allegans eoſdem DD. à D. meo adductos, ipſo tamen tacito, & probat etiam *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p.* 4. *tit. de renunciat. q.* 19. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 1.

Verùm de iure conſuetudinario huius
3 Ciuitatis per *Conſuet.* incip. *Filio ducente vxorē, de patre recip. dot.* quāuis filio de patris cōſenſu dos ſoluatur, nihilominùs, pater in vita nō tenetur, ſed eius hæredes vſq; ad concurrentem quantitatem, ſeù valorem partis bonorum patris, quæ contingeret filio, ſi tempore mortis illius viueret, de qua *Conſuet.* meminit D. meus hìc *nu.* 11. *in fine, dec.* 64. *n.* 1. *&* 7. & *d. conſult.* 138. *nu.* 17. poſt

Mol-

Digitized by Google

*Molfeſ.ad d.Conſuet.par.7.tit.de iure quartæ,quæſt.13.num.*11. vbi tradit,quòd de
4 iure conſuetudinario ſufficit ſimplex conſenſus; de iure verò communi expreſſus requiritur conſenſus,ex traditis per *ipſum d.q.19.nu.21.*vbi reprobat *Corn.conſ.256. vol.1.& conſ.*303.*vol.3.*alitèr tenentem, vt
5 ſufficeret etiam ſimplex conſenſus de iure communi,ipſumq; etiam confutat D.meus *d.dec.64.n.6.& d.conſult.*138.*n.4.*

At quia in caſu præſentis deciſionis dubi-
6 tabatur,an mulier haberet hypothecam ſuper bonis ſoceri,vigore *d.Conſuet.Filio ducente vxorem*, quamuis per M.C.V. fuiſſet præſtita aſſiſtentia ſuper bonis ſoceri; tamē facto verbo in S.C.ex doctrina *Naucleryj in d.Conſuet.* affirmantis, dari tantummodò actionem perſonalem contra hæredes ſoceri,fuit ordinatum,quòd procedatur ad venditionem territorij, & in pretio audiantur omnes,vt refert D.meus *num.*14.& ità fuit aliàs per S.C.determinatum, patrocinante D.meo *d.conſult.*138.*num.*34.*&* 41. *in fin.* vbi hæredes ſoceri fuerunt condemnati in actione perſonali pro dote,& antephato in beneficium nurus; vide in ſimili articulo *Barbat.de aſſiſt.pract.gl.12.à n.51.per 63.*

Hypotheca autem in beneficium vxoris
7 pro reſtitutione dotis, & antephati,an currat à die capitulorum matrimonialium, etiam non ſtipulatorum, ſed tātùm ſubſcriptorum,etiam in præiudicium creditorum, qui contraxerunt poſt ſubſcriptionem, an autem à die matrimonij contracti per verba de præſenti,& DD. in duas iuerunt ſen-
8 tentias,nàm alij tenuerunt,quòd hypotheca intelligatur contracta à die capitulorum matrimonialium,vt pòſt antiquos probant *Carrabe ſing.*90.*Trentacinq.conſ.*53.*nu.*11. *&* 12.*vol.*1.*D.Viſcont.*laborioſiſſimus Doctor in *concluſ.verbo hypotheca,Theſ. filius lib.2.qq.forenſ.cap.*34. *Nyger Cyriac. lib.1. controu.*119.*nu.*8.*Molfeſ.ad Conſuet.Neap. par.6.tit.de iur.dot.q.*1.*num.*5. *lib.*2. *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.2. par.2.nu.27.& ſeq. Maſcard de probat. concluſ.*362. *nu.*20.*Affl.dec.*402.ſub *nu.9. D. de Franch. dec.*677.Alij verò negatiuam ſubſtinuerunt
9 ſententiam, vt .ſ. currat hypotheca à die contracti matrimonij,inter quos *D.Reg.de Ponte conſ.*80 *num.*5.*lib.*1. *D. Gaitus de cred.in append.ad cap.4.num.*113.*Gratian. lib.*1.*diſcept.forenſ.cap.*104.& ità deciſum tàm per M.C.V. quàm per S.C. teſtatur *D. Reg.Sanfelic.dec.*129. *in fin. lib.*1.

10 Prima tamen ſententia,vt hypotheca intelligatur contracta à die capitulorum matrimonialium eſt verior, tàm in conſulendo, quàm in iudicando, eaquè fuit ſæpiùs approbata in Tribunalibus, præcipuè in
* cauſa Sororum de Ciccoda per S.C.in annò 1603.in Banca de Scacciauento, aliam deciſionem R.C.S. facta relatione in Collaterali Conſilio refert *D.Reg.Sanfel.d.dec.*129. *num.*25.Sic etiam per S.C. in cauſa D.Pla-
* cidi,& D.Mariæ de Matra cum creditoribus Ducis eorum patris pro reſtitutione dotium maternarum, ad relationem *Dom. Conſil.Marcelli Marciani* die 9.Iunij 1621. in Banca Romani, & in cauſa Marchionis Orioli cum D.Alexandro Pignone, iunctis Aulis S.C.ſub die 9.Martij 1621. etiam in gradu reclamationis in Collaterali Conſilio die 13.Maij 1624.in Banca de Ferrarijs,in qua cauſa pro creditoribus conſuluit D. meus,tūc Aduocatus celebertimus, ac primi ordinis *conſult.*29.*lib.*1.& in ea compilauit *dec.*99.*D.Reg.Sanfelic.d.lib.*1. & tan-
* dèm in cauſa Iſabellæ Eucca cum creditoribus Caroli Guindatij eius viri,ad relationem *D.Conſil. Alderiſij*,viri doctiſſimi, in Banca de Izzo, quæ omnia confirmat *D. Pratus* poſt hæc ſcripta à me viſus *obſer.*22. *per tot.cent.*1. *pract.obſer.*

Et dùm de legitima filij loquutus eſt D. meus *hic,num.*1.erit obitèr obſeruandum,
11 quòd non ſtatur aſſertioni patris dicentis, in foro conſcientiæ omnia eius bona ſpectare ad alium, in præiudicium legitimæ eius filiorū,niſi aliundè per teſtes, vel alias probationes conſtet,vt tenet *Bart. in l.qui vxori, ff.de aur.& argen.leg.Pancirol.conſ.*98.*nu.*38.*Peregr.de fideicomm.art.*4 *nu.*14. *Petra* in eod.*tract.q.*15.*num.*87. *Rot.Rom. dec.*563.*p.*2.*in recent.D.Merlin.de legit.lib.*2.*tit.*1.*q.*10.*n.*15.*&* 16.

Hinc etiam dùm D.meus *hic, nu.*14. agit
12 de illo articulo,quandò dici poſſit de nullitate ſententiæ,ad interpretationem *Prag.* 4.*de dilat.*erit obſeruandum, quòd poteſt tertius,nedùm Iudicem recuſare; ſed etiam dicere de nullitate ſententiæ, vel decreti, quandò immediatè læditur ab ipſo actu, vt per *Afflict.dec.*235.*& Caſtill.dec.*78.*nu.*1. *& ſeq.*ſed tenetur facere depoſitum ducat. 180.pro pœna nullitatum ſententiæ,& duc. 24.pro pœna nullitatum decreti S.C. & liberatur Reg.Fiſco,& pro eo Secretario S.C. in caſu ſuccūbētiæ,iuxtà *Prag.*5.*n.*2.*&* 3.*de off.S.C.*quæ loquitur genericè,vt proponēs nullitates faciat depoſitū prædictū, non autem loquitur de condemnato per ſententiam,proùt loquitur *Ruginell. de appellat. gloſ.*2.*cap.*3.*num.*22. vbi loquitur de ſtatuto Mediolani,quod requirit, vt fiat depoſitum,vel præſtetur cautio, aliàs appellatio ſit nulla,ideòq; putat,tertium non teneri facere depoſitum, quia non eſt condemnatū; quarè cùm per S.C.fuiſſet præſtita aſſiſtentia ad fauorem Eleonoræ Bonellę,& Io. Dominici de Oria contra Io.Ferdinandum Ricciardum,& fuiſſet capta poſſeſſio bono-

rum,

rum,fuit per conuentum oppoſitum, bona
prædicta poſſideri per D.Fabritium, & D.
Io.Fęlicem Ricciardos Sacerdotes,qui cùm
comparuiſſent,inſtando, manuteneri in eo-
rum poſſeſſione,non obſtante prętenſa poſ-
ſeſſione capta per dictos actores, & fuiſſet
per S.C.ordinatum, quòd oppoſitis non
obſtantibus ſententia S.C. debitæ exequu-
tioni demandetur;à dicto decreto dixerunt
de nullitate,& prætendebant,non teneri fa-
13 cere depoſitum duc.24.pro pœna, ex dicta
doctrina *Ruginelli*;tamen illud facere coa-
cti fuerunt,& proindè per S.C.ſtante depo-
ſito facto,fuit prouiſum, eſſe diſcutiendas
nullitates reſpicientes decretum S.C. tan-
tùm,ſub die 26.Ianuarij 1638.à quo decre-
to reclamauerunt,prætendendo, eſſe diſcu-
tiendas nullitates reſpicientes ſententiam,
quamuis non fuiſſet factum depoſitum duc.
180.pro pœna,& tamen per S.C.ſub die 16.
Martij 1638.iunctis Aulis, referente *Dom.
Præſid.Thoma de Franchis*,tūc Reg.Conſil.
fuit confirmatum decretum prædictum,in
Banca de Scacciauento, pattocinante pro
dicta Eleonora, & Io.Dominico actoribus
*D.Lælio Gizzio* meo germano.

Sic paritèr obſeruabis,quòd dùm per *d.
pragm.*4.*cap.*16.*de dilat.* ſtatuitur terminus
14 dierum ſex ad proponendas nullitates ad-
uersùs decretum interlocutorium, vel ha-
bentem vim diffinitiui, & annorum decem
ad proponendum nullitates aduersùs ſen-
tentiam per viam actionis, vt in *d.pragmat.
cap.*21.ſi quis proponat nullitates infrà di-
cta tempora, cum clauſula, *ſaluo iure ad-
dendi*,poteſt etiam termino prędicto elapſo
proponere alias nullitates,abſq; alio depo-
ſito,vt fuit deciſum per S.C. in cauſa Fran-
ciſci Antonij Aquauiuæ cum Sedili Nidi,
etiam in gradu reclamationis, ſub die 28.
Martij 1651.referente eximio, & integerri-
mo *D.Conſil.Aloyſio Gamboa*,in Banca Ca-
prilis pro Martino,patrocinante pro Aqua-
uiua *D.Didaco Moles*,& pro Sedili *D.Ioſe-
pho Magaldo.* *M.A.Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Vendito Caſtro cū omnibus bonis feudalibus, & burgenſaticis,territorijs,iardenis, redditibus,alijſq; feudis, & ſubfeudis; an,& quando functiones fiſcales,particulari titulo quęſitæ comprehendantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ius primogenituræ de iure Longobardorum non ſeruatur, præter quàm in feudis dignitatum.*
2 *Ius Longobardorum idem eſt,ac ius cōmune.*
3 *Feudum poteſt conſtitui in annuis præſtationibus,& redditibus.*
4 *Appellatione introituum Baronaliū veniūt functiones fiſcales,in feudum conceſſæ.*
5 *Verba*,cum omnibus iuribus, & pertinentijs,*in venditione comprehendunt omnia, ad rem venditam pertinentia.*
6 *Dictio vniuerſalis comprehendit omnia,quæ ſub illa generalitate comprehendi poſsūt.*
7 *Item, omnia, quæ emptor venire credidit, dummodò ex verborum ſignificatione concipi poſſint.*
8 *Ex pretio iudicatur,quid in venditione cōprehenſum ſit,& n.*10.
9 *Res,iuſto pretio præſumitur vendita.*
11 *Vendito,vel legato* Caſtro,*etiam cum ampliſſimis clauſulis,non veniunt ea,quæ ipſi* Caſtro *non ſunt vnita,& particulari titulo quæſita,& n.*15.
*Amplia,etiam ſi non conſtat, titulo particulari fuiſſe quæſita, cùm onus probandi ei incumbat,qui in vniuerſalitate ſe fundat,n.*16.*&* 23.
12 D. Petrus Iordanus Vrſinus *S. C. Præſes laudatur.*
13 *Ex ſimultanea poſſeſſione,& exactione fructuum,tàm feudalium,quàm burgenſaticorum vnio probatur.*
14 *Legato, vel vendito* Caſtro, *non veniunt, niſi ea, quæ inſeparabilitèr rei venditæ accedunt.*
17 *Clauſula*,cum omnibus iuribus, *in venditione, eſt referenda ad ea,quæ ſunt de natura rei.*
*Amplia,etiam ſi adeſſet clauſula*,& pertinentijs,*nu.*22.
*Item etiam, ſtantibus clauſulis*, cum omnibus iuribus,& actionibus ampliſſimis, & geminatis,*n.*24.
18 *Vendita domo, vel agro, non intelligitur vendita via,quamuis ſine illa res vendita eſſet inutilis.*
19 *Acceſſorium vbi poteſt eſſe ſeparatum,non ſequitur rem venditam.*
20 *Appellatione pertinentiarum,quæ veniant, remiſſiuè.*
21 Ceph.conſ.144.n.14.vol.1 *explicatur.*
25 *Functiones fiſcales,perſonæ, & non* Caſtro *cohærent.*
26 *Functiones fiſcales non poſſidere ſolent Barones in eorum Terris,niſi particulari titulo ſint quæſitæ.*
27 *Vendito* Caſtro, *an, & quando cenſeantur venditæ functiones fiſcales.*
28 *Functiones fiſcales comprehenduntur in ven-*

venditione Caſtri, vbi alia corpora, particulari titulo quæſita comprehenderentur.

29 Caſus omiſſus in contractibus, debet haberi pro omiſſo.

30 Actum inter partes non præſumitur, quod verbis inſtrumenti non eſt expreſſum.

31 Extenſio non fit in contractibus, de re ad rem, nec de perſona ad perſonam.

32 Deciſio in cauſa.

# Deciſio XXXVII.

EXpoſitis venalibus ad inſtantiam Creditorum Cæſaris Galluccio quinq; partibus Terræ Toræ, in qua viuebatur iure Longobardorum, ſecundùm quod non ſeruatur ius primogenituræ, ſed omnes filij ſuccedunt, pręter quàm in feudis dignitatum, *cap. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu. c. Imperialem, §. prætereà Ducatus*, vbi notant *DD. de probib. feud. alien. per Fed.* idem eſt enim, quod ius commune feudorum, *De Georgio in repetit. feudal. cap. 39. num. 2.* factiſq; nonnullis oblationibus, tandèm remanſerunt Dianæ Galluccię eius ſorori, pro pretio duc. vigintiſexmille, fuit dubitatum, vtrum in venditione ſint comprehenſi annui introitus pro capitali duc. 3000. quos ipſe Cęſar tenebat in feudum ſuper functionibus fiſcalibus eiuſdem Terræ. Prætendebat Diana, eſſe comprehenſos, ſiquidèm tàm in oblatione Iulij de Iudice, quàm in alia, nomine ipſius Dianæ facta per Ioãnem Angelum Lanfredum adſunt verba generalia, apta, comprehendere prędictas functiones Fiſcales, poſtquàm enim fuerunt nonnulla corpora, tàm burgenſatica, quàm feudalia expreſſa, deindè fuit dictum, *cum omnibus alijs corporibus, tàm feudalibus, quàm burgenſaticis, venditis, feudis, &c.* nec poteſt dubitari, quòd feudum poteſt conſiſtere in annuis præſtationibus, & introitibus, vt voluit *Andr. de Iſer. in cap. 1. §. ſciendum, nu. 2. Prępoſ. nu. 5. Aluarot. nu. 4. Laudenſ. nu. 8. & 9. de feud. cognit. Afflict. in cap. 1. num. 7. ſi de feud. vaſall. Roſental.* qui alios recenſet *de feud. tom. 1. cap. 4. concl. 5.* cùm igitur functiones Fiſcales ſint in feudum conceſſæ, & ex ipſis pręſtentur adhoe, & donatiua, non poteſt dubitari, quin veniat ſub nomine corporum feudalium, & ex ijs per S.C. fuit iudicatum, functiones Fiſcales venire appellatione introituum Baronalium, refert *Ann. alleg. 29.*

Secundò dicebatur, prædictas functiones Fiſcales comprehendi ſub illis verbis, *cum omnibus iuribus, & pertinentijs, &c.* in dictis oblationibus contentis, per quę, omnia ad dictam Terram pertinentia comprehenſa videntur, *l. Iulianus, ff. de legat. 3.* cum alijs traditis per *Dec. in l. omnia, in princ. ff. ſi cert. petat. Crauett. conſ. 294. num. 1. & 2.*
6 *Cephal. conſ. 144. nu. 19. vol. 1.* dictio enim vniuerſalis comprehendit omnia, quæ ſub illa generalitate comprehẽdi poſſunt, *Ruin. conſ. 81. nu. 2. lib. 1.* per *tex. in l. fin. C. ad leg.*
7 *falcid.* immò omnia, quæ emptor venire credidit, dummodò ex ſignificatione verborum concipi poſſint, cùm in dubio interpretatio ſit facienda contra venditorem, *l. hoc autem, ff. de hæred. vel act. vend.* & *l. 1. poſt princ. eod. tit. l. qui libertate, in princ. & §. penult. & §. fin. ff. de euict.* per quę iura, poſt *Paul. de Caſtr. conſ. 417.* circà *fin. vol. 1.* & *Roman. conſ. 5. n. 2.* ità tenet *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 9. n. 1.*

8 Tertiò dicebatur, quòd quando in hoc poſſet oriri difficultas, quòd ex pretio poteſt definiri, ſi ſit, vel nè comprehenſum hoc corpus, vt voluerunt *gloſ. & Bart. in l. ſemper, in princ. ff. de reg. iur. Alexand. Aretin. Corn.* & alij relati per *Gabr. conſ. 154. num. 13. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. dict. tit. 9. nu. 8.* vbi latè de materia, quia res præſu-
9 mitur vendita iuſto pretio, *gloſ. in l. 3. ff. de ſuperfic. Bart. in l. 1. ff. eod. tit.* & in *l. patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3.* vbi, quòd quãdò verba sũt ambigua, & incertum eſt, quid ſenſerint contrahentes, quòd tunc ex pretij quantitate eſt capienda coniectura, & idẽ dicit in *d. l. ſemper, nu. 1.* Modò tres partes
10 ex quinq; dictæ Terræ Toræ non fuerunt appretiatæ, niſi in ducatis 5723. quibus adiunctis alijs duabus, vix pretium omnium quinq; partium Terræ prædictæ aſcenderet ad ſummam duc. 9000. venditio autem fuit facta pro duc. vigintiſexmille, & ideò non eſt credendum, noluiſſe comprehendere prædictos duc. 3000. functionum fiſcalium, quod tantò magis videbatur eſſe intelligẽdum in hac cauſa, poſtquàm nonnulla corpora, etiam titulo particulari quæſita, fuerunt expreſsè comprehenſa in venditione dictarum quinq; partium, & etiam corpora ſita extrà Territorium in Territorio Terræ Præſenzani.

Pro parte verò Cæſaris Gallucci diceba-
11 tur, nullo modo dictos annuos introitus Fiſcales eſſe comprehenſos, cùm in venditione, legato, ſeù conceſſione Caſtri, cum quibuſuis ampliſſimis clauſulis, non veniunt, niſi ea, quæ pertinent ipſi Caſtro, vel ſunt cum ipſo vnita, non tamen ea, quæ sũt, titulo particulari quæſita, & non vnita, & annexa, vt ex pluribus latiſſimè hoc fundant *De Ponte conſ. 63. Fab. de Anna conſ. 100. & De Georg. in alleg. 50.* qui omnes, in vna, eademq; cauſa ſcripſerunt pro Sereniſſima Regina Poloniæ, & licèt iudicatum ſit contrà *Conſilia* prædicta, tàm in prima, quàm



Digitized by Google

in ſecunda inſtantia; iunctis Tribunalibus
Sac. Reg. Conſ. & Reg. Cam. referente do-
ctiſſimo, & acutiſſimi ingenij viro, integrita-
12 te, morum ſuauitate, ac omni virtutum ge-
nere conſpicuo D. Petro Iordano Vrſino,
tunc R.C.S. Præſidente, poſteà Regente Re-
giam Cancell. deinde ad ſupremum Italiæ
Conſilium apud ſuam Cathol. Maieſtatem
promoto; nunc verò Supremi Iuſtitiæ Nea-
politani Senatus, in quo Ego reſideo, Præ-
ſide digniſſimo; attamen deciſio proceſſit,
quia multa fuerunt in facto probata in be-
neficium legatarij, ut eſt videre in *dd. Conſi-
lijs*, & Ego vidi *Allegationes* pro Illuſtr. Mar-
chione Capurſij, qui obtinuit in dicta cauſa,
vbi Aduocati principalitèr ſe fundabant in
vnione functionum fiſcalium, facta per Sere-
niſſimam Reginam, cũ alijs introitibus feu-
13 dalibus, & ex ſimultanea poſſeſſione, & exa-
ctione fructuum, tàm feudalium, quàm bur-
genſaticorum, ex diſpoſitione *text. in l. quod
in rerum, §. ſi quis poſt, ff. de legat.* 1. ac ex
verbis legato adiunctis; vbi ampliſſimè ſub-
nectit, *ac eo modo, & forma, prout dicta te-
ſtatrix eas tenuit, & poſſedit quomodocunq;
& qualitercunquè*. Et demùm ex probatio-
ne facta per teſtes circa declarationem vo-
luntatis dictę teſtatricis, & ſic etiam audiui
ab aliquibus ex Dominis votantibus, cùm
aliàs cõcluſio ſit veriſſima, quòd in dubio,
legato, vel vendito feudo cum eius pertinẽ-
14 tijs, & integro ſtatu, non veniat, niſi quod
rei venditæ inſeperabilitèr accedit, nõ autẽ
id, quod penitùs eſt alterius naturæ, *Innoc.
in cap. ex literis, de iur. patr. & in cap. cùm
ad ſedem, de reſt. ſpol. Gabr. in tit. de verb. ſi-
gnif. concl.* 10. *nu.* 9. maximè, vbi Dominus
15 Caſtri, illa bona particularia, non eodem iu-
re cum Caſtro poſſidebat, ſed diuerſo, *Ia-
cob. de S. Georg. in inueſtit. feud. in verb.
Caſtri montis Rubei, n.* 8. *Capyc. in inueſt. in
verb. feudorum clauſula, verſ. & cum iuri-
bus, Mozius in rubr. de nat. feud. num.* 147.
*Petr. de Greg. in tract. de conceſſ. feud. par.* 7.
*q.* 1. *Intrig. de feud. centur.* 2. *art.* 78. *num.* 10.
Immò, quòd nedùm vbi conſtat de diuerſo
titulo, ſed etiam vbi non conſtat, quòd ei
16 incumbit probatio, non eſſe diuerſo titulo
quæſita, qui ſe fundat in vniuerſalitate, *Her-
man. Vulteius de feud. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 4. *in fi.* his
verbis: *Quòd ſi controuerſia eſt de pertinen-
tijs, vel alijs iuribus, an ſint pertinẽtia rei in
feudum conceſſa, nec nè, tunc qui petit illas,
tãquàm de pertinentijs probare debet, quòd
in pertinentijs rei in feudum conceſſa habita
fuerint. Surd. conſ.* 125. *vol.* 1. *n.* 59. qui alios
allegat, *Fab. de Monte in tit. de empt. & vend.*
17 *in* 6. *q. n.* 10. vbi inquit, *clauſula hæc, cũ om-
nibus iuribus, licèt ſit generalis, tamen nõ eſt
referenda, niſi ad ea, quæ ſunt de natura rei,
nõ autem, quæ alterius iuris ſunt*, quod ma-
ximè procedit in contractibus, vbi non ve-
niunt, niſi ea, quæ in contractu expreſſa sũt;
hinc dicimus, quòd vẽdita domo, vel agro,
18 non intelligitur vendita via, quãuis illa res
vendita eſſet inutilis, *Bart. in l. Binas, ff. de
ſeruit. vrb. præd.* & alij per *Mant. de tacit. &
ambig. conuent. lib.* 9. *tit.* 4. *n.* 9. & quãdo ac-
ceſſorium poteſt eſſe ſeparatum, non ſequi-
19 tur rem venditam, *Roman. in l. poſſideri*, ſub
*n.* 8. *ff. de acquir. poſſ.* & quæ veniant appel-
20 latione pertinentiarum, latiſſimè etiam per
*Menoc. de præſump. lib.* 2. *præſ.* 99. & ità in-
21 telligendus eſt *Cephal. conſ.* 144. *volu.* 1. *nu.*
14. qui loquitur, quando res eſt iuncta, & in-
corporata in poſſeſſione, & in æſtimo, & ca-
taſtro Ciuitatis.

Quod ampliatur, quàmuis venditio ſit fa-
22 cta cum iuribus, & pertinentijs, quia non
veniunt, niſi ea, quæ ſecundùm naturam ip-
ſius rei comprehendũtur, ſecundùm *Innoc.
in cap. ad ſedem, de reſtit. ſpol. in verb. hoſpi-
23 tali*, vbi tenuit, quòd quando petitur Eccle-
ſia, vel Caſtrum cum ſuis pertinentijs, non
veniunt, niſi bona deputata Caſtro, vel Ec-
cleſię, & non ea, quæ titulo particulari quæ-
ſita fuerunt, quod ex *Socin. conſ.* 47. *num.* 4.
*vol.* 1. & alijs plenè comprobat *Anna in d.
24 alleg.* 36. *nu.* 8. vbi ampliat; etiam ſtantibus
clauſulis, *cum omnibus iuribus, & actioni-
bus ampliſſimis, & geminatis*, quod tantò
magis ait, procedere *nu.* 12. in functionibus
25 fiſcalibus, quæ non cohærent Caſtro, ſed
perſonæ; nunquàm enim Barones in eorum
Terris, functiones fiſcales habere ſolent, ni-
26 ſi, eas particulari titulo acquirant, vt ſuprà
dictum eſt, & ſequitur *Menoc. lib.* 3. *præſ.* 99.

Inſupèr adducebatur diſtinctio *Aretini
in l.* 3. *ff. de acquir. poſſeſſ.* quem ſequuti fue-
runt *Socin. iun. conſ.* 160. *n.* 32. *vol.* 2. *& Ga-
briel. commun. concl. lib.* 6. *concluſ.* 10. *tit. de
verbor. ſignif. n.* 8. vſq; ad *n.* 12. qui diſcuſſo
27 articulo diſtinxerunt, quòd quando eodem
iure dominus poſſedit, cenſetur conceſſa,
ſeù vendita, quando verò diuerſo, non cen-
ſetur vendita, ex qua diſtinctione oritur re-
ſolutio huius quæſtionis, & reſpondetur ad
deciſionem S.C. relatam per *Annam in al-
leg.* 29. *in fin. ibi* enim fuit deciſum, venire
functiones fiſcales, quæ erant eodem iure
conceſſæ cum dicto Caſtro, immò liquidatę
loco introituum Baronalium, vt refert idem
*Anna*, quod ſecus viſum fuit in alio caſu in
*d. alleg.* 36. vbi fuit contrarium deciſum.

Nec obſtabit ponderatio pretij, quia in
facto reſpõdebatur, quòd appretium trium
28 partium fuit procuratũ ab eodemmet Cæ-
ſare, ex eo; quia pretẽdebat, illas ex perſona
matris retinere pro eius dotibus, & ideò nõ
fuerunt appretiata nonnulla corpora, parti-
culari titulo quæſita, vt Portulania, Sicla, &
quædã corpora extrà territorium, quæ om-
nia

Digitized by Google

nia poſteà fuerunt in venditione comprehenſa, ex quibus & alia pro vtraq; parte reſultabat coniectura, nàm Diana dicebat, quòd ſi voluit, comprehendi dicta alia corpora, particulari titulo quæſita, & pęnitùs diuerſa in alieno territorio; tàtò magis functiones fiſcales. E contra verò dicebat Cæſar, quòd dicta corpora erant ſpecialitèr in oblatione expreſſa, & quòd fuit diſputatum, ſi debebant vendi, vel non, & fuit deciſum, quòd ſic, ex quo erant hypothecata creditoribus paternis, vndè ſuccedit vulgata re-
29 gula, quòd caſus omiſſus in contractibus, debet haberi pro omiſſo, *Socin. ſen. in conſ. 47. in princ. lib. 1. & conſ. 64. num. 3. lib. 3.* & eſt *tex. in l. ſi ità ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 1. num. 5.* non enim inter
30 partes actum præſumitur, quod verbis inſtrumenti non eſt expreſſum, *Bald. in l. ad probationem, la 1. in princ. C. de prob.* nàm contractus non extenditur de tempore ad tempus, *l. epiſtola, §. final. ff. de pact. l. ſi cùm*
31 *Hermes, C. locat.* neq; de re ad rem, neq; de perſona ad perſonam, *Bald. in cap. 1. num. 2. in fin. qual. Dom. propriet. feud. priu.* ex *text. in l. miles, in verſ. quia diximus, ff. de milit. teſtam. l. ſi vnus, §. antè omnia, ff. de pact.*

Et propterea facta relatione per Regium
32 Conſiliarium Prouenzalem, cauſæ Commiſſarium, die 29. Martij 1635. fuit dictum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim Decretū Magnifici cauſæ Commiſſarij, per quod erat prouiſum, quòd Vniuerſitas Terræ Toræ Cæſari correſponderet, vti debitrix prædictarum functionum fiſcalium debitæ exequutioni demandetur, pęnès Act. Mag. De Martino.

# OBSERVATIO In Deciſione XXXVII.

## SVMMARIVM.

1 *Fiſcales functiones particulari titulo quæſita non veniunt in venditione Caſtri cū omnibus introitibus feudalibus, & allodialibus, contrarium deciſum adducitur in legato facto cum dictione vniuerſali, n. 2. & 3. intellige, vt n. 5.*

4 D. Carolus Antonius Moccia *laudatur, & notatur, & n. 12.*

5 *Deciſio lata in cauſa Marchionis Capurſij cum Rege Poloniæ, quomodò proceſſit, & nu. 12. in fine.*

6 *Verba,* cum omnibus iuribus ſpectantibus, &c. *quid importent.*

7 *Verbū,* quomodocunq; *quid comprehendat.*

8 *Verbum vniuerſale ſ.* omnis, *vel* qualitercunq; *omnia comprehendit.*

9 *Separata ſunt vnum ſub diſpoſitione ex deſtinatione, & vſu patrisfamilias, & quādò, num. 10.*

*Vnio ex deſcriptione in libro Theſaurarij inducitur, d. n. 10.*

11 *Mens teſtatoris per duos teſtes probari poteſt in actu dubio.*

13 *Legatum domus comprehendit etiam domum paruam, contiguam domui magnæ, & ità deciſum adducitur ex coniecturis adductis, n. 14. 15. 16. 17. & 18.*

1 Poſt lōgam diſputationē, & diſcuſſionē articuli, an vēdito Caſtro cū omnibus bonis feudalibus, & burgēſaticis, veniāt functiones fiſcales, particulari titulo quæſitæ, tandē D. meus *hic, n. 32.* refert, per S.C. fuiſſe deciſum negatiuè contra emptorē, dū fuit datus terminus in cauſa, & ordinatum, quòd interim Vniuerſitas correſpondeat de eis creditori, non autem emptori, ſeruata forma decreti domi lati per D. cauſæ Commiſſarium.

Et quamuis contrarium videatur deciſū in cauſa Seren. Regis Poloniæ, cuius partes
2 tuebantur *D. Fabius Marcheſius* Aduocatorum Princeps, *D. Reg. de Ponte conſ. 63.* D. *Conſ. de Anna conſ. 100. & D.* Conſ. *Georg. alleg.* 50. qui tunc temporis aduocationis munere fungebantur, cum Marchione Capurſij legatario Sereniſſ. Reginæ Bonæ Sfortię de Polonia, cuius Marchionis iura defendebat *D. Camill. de Medic.* eloquentiſſimus, ac primi nominis Aduocatus *conſ. 7.* legauerat enim D. Regina Io. Laurentio Pappacodæ Terras Noiæ, ac Trigiani, *cum omnibus iuribus, redditibus, introitibus, ac pertinentijs, eo modo, & forma, prout hactenùs ipſa Regina eas tenuit, & poſſedit, quomodocunquè, & qualitercunquè*, ideòq; fuit deciſū in prima inſtantia de anno 1581. iunctis Tribunalibus S.R.C. & R.C.S. facta relatione in Collat. Conſ. functiones fiſcales exiſtentes in Terris pręd ictis, titulo particulari quæſitas, ſiuè emptas à Regia Curia
3 cum pacto de retrouendendo, comprehendi in legato prædicto; fuitq; confirmata ſententia prędicta in gradu reclamationis, cum impoſitione perpetui ſilentij, ſub die 20. Februarij 1617. iunctis ſimilitèr Tribunalibus in Collat. Conſil. patrocinante pro dicto Sereniſs. Rege *D. Vincentio Corciono*, tunc primæ claſſis Aduocato, poſtmodū R.C.S. Fiſci Patrono, & tandèm illius Senatus Præſidēte meritiſſimo, ac pro dicto Marchione in iure neruosè ſcripſit *D. Cæſar Caracciolus* Aduocatus inſignis, qui lauream victoriæ obtinuit; & licèt etiam *D. Carolus An-*
4 *tonius Moccia* Aduocatus, quàmuis iuuenis,



Digitized by Google

nis, tamen doctus, vigilantiſſimus, ac maximæ expectationis, recolligendo ea, quæ allegata fuerant per dictum D. *Marcheſium*, ſubſtineat illius opinionem, *cap.* 18. 19. 20. *& 21. in ſylua caſ. forenſ.* immemor de dicta deciſione lata contra dictum Sereniſſimum Regem, de qua D. meus *hic, nu.* 12. & tamen *cap.* 11. *num.* 21. affirmat, ſemper ſe præ manibus habere, & diem non prætermittere, in qua non legat, nedùm *Deciſiones*, ſed etiam *Conſultationes D. mei*, & ſic poterat dictam deciſionem referre, quamuis contrarium ſubſtinere voluiſſet.

5 Non tamen quæſtio prædicta ex ſolùm iuris articulis determinata fuit, ità vt ad exemplum adduci poſſet; ſed etiam ex facti circumſtantijs probatis deciſum fuiſſe, teſtatur D. meus *d. nu.* 12. *verſ. attamen deciſio, & nu. ſeq.* idq; comprobatur, nedùm ex allegatis in prima, & ſecunda inſtantia ab Aduocatis; ſed meliùs probatur ex *voto* manuſcripto D. *Conſil. de Morra*, qui votauit in cauſa reclamationis, quod habui à D. *Franciſco Saſſone de Morra*, variarum literarum lectione ornatiſſimo, nepote ex D. Lauinia ſorore prædicti D. Conſiliarij, tenoris ſequentis, videlicet.

*Tres veniunt examinandi articuli in præſentis cauſa deciſione. Primò, ſi hi annui introitus burgenſatici ex vi verborum in legato expreſſorum, veniant in diſpoſitione. Secundò, ſi veniant ex deſtinatione de eis facta annectendi alijs. Tertiò, ſi quando adhùc eſſet dubia diſpoſitio, & incerta mentis deliberatio, poſſet per teſtium numerum productorum depoſitiones, haberi pro clara, & pro alijs coniecturis.*

*Quoad primum clarum eſt, quòd verba*
6 *illa*, cum omnibus iuribus ſpectantibus, &c. *non ſunt apta comprehendere, niſi ea omnia, quæ de natura rei veniunt, & ſub vnitate poſſidentur*, Innoc. in cap. ex literis, de iure patron. *& in* cap. cùm ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. *cuius opinionem communem dicit* Gabriel. de verbor. ſignif. concluſ. 10. nu. 9. *quotas congerunt* D. de Ponte conſ. 63. nu. 22. D. Georg. alleg. 50. n. 9. D. de Anna conſ. 100. n. 1. *& antè eum* D. Anna pater alleg. 29.

*Et licèt* Innocentij *theoricam limitet* Bal. in cap. 1. de Capit. qui Cur. vend. *vt proce-*
7 *dat, dummodò ex coiecturis mentem diſponentis alitèr ſenſiſſe non percipiatur, attamen in caſu noſtro, verbum*, quomodocũq; *comprehendit cogitata, & incogitata, ſeù incogitabilia*, Marſ. cõſ. 80. n. 38. *& eſt doctrina* Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat. *ex quibus etiam ad aliud deſtinata venire, firmat, ex adiectione verbi vniuer-*
8 *ſalis .ſ.* omnis, *vel* qualitercunq; *& ſic verba legati ſunt apta comprehendere omnia, quia per generalitatem, & totalitatem explicant mentis intentionem; & iudicio meo, habemus* text. *expreſſum in* l. Iulianus, ff. de leg. 3. *qui articulum iſtum decidit*.

*Quoad ſecundum, non poteſt de iure ter-*
9 *giuerſari, vt deſtinatione, & vſu patrisfamilias operari, quòd duo prorsùs ſeparata ſint vnum ſub diſpoſitione*, l. quod in rerum 24. §. pen. ff. de leg. 1. l. ſi cui 31. & l. prædijs, §. Titio, ff. de leg. 3. *vbi in legato fundi Sabatiani, comprehenditur etiam fundus Gabianus penitùs ſeparatus, quia vno nomine teſtator poſſedit, & vtriuſq; fundi reditus confundit, vbi* gloſ. in verb. & rationibus *addit*, & fortè ſub eiuſdem Villici cura *allegat* text. in l. patronus, §. Sempronio, ff. eod. *vbi licèt prædia ſint ſeparata, quia ſub eiuſdem Villici cura ſunt, diſpoſitio vnius continet aliud*, l. locus 60. ff. de verb. ſignif. *cum ſimil. Hinc cùm Regina tales introitus fiſca-*
10 *les emerit ad rationem duc. 5. pro cẽtenario, vt vniret cum introitibus exiguis dictarum Terrarum, iudicando, talem vnionem eſſe perpetuam, quamuis empti illi eſſent cum pacto de retrouendendo, vt deponunt teſtes, & inſimul cũ introitibus Baronalibus poſſedit, non difficultatur, quòd deſtinationem vnionis facto explicauit*, l. Seiæ 20. §. Tirannæ, ff. de fund. inſtr. & inſtr. legat. *fueruntq; ambo in eodẽ libro deſcripti, ſub nomine introituum dictarũ Terrarum, ac omnes ſimul exacti ab vno Theſaurario, & ſimul in computis confuſim à Rationale diſcuſſis, quæ omnia ſunt actus facti, qui indicant deſtinationem patrisfamilias*, d. l. prædijs, §. Titio, *vbi* gloſ. & §. fin. in fin. *& ſic concurrunt omnia in deſtinatione requiſita .ſ. animus Reginæ deſtinantis vnionem in acquiſitione actus facti ab vno Theſaurario, exacti confuſim ſub eodem libro, quo introitus Terrarum deſcripti ſunt, ex qua deſcriptione inducitur vera incorporatio, et vnio, ad tradita per* Bart. in l. ſi vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. *quem ſequutus eſt* D. de Pont. lect. 6. feud. nu. 45.

*Quò verò ad tertium, quando prædicta*
11 *in dubium reuocari poſſent, pater de voluntate Reginæ teſtatricis, quæ in actu ſtipulationis teſtamenti hoc declarauit, & Notarius latinè ambiguis verbis ſcripſit, ſupponendo, ſcriptum includere introitus burgenſaticos ſecundùm mentem Reginæ, & ſic dubietas poteſt per teſtes reſolui, non in numero in teſtamento requiſito, ſed in minori .ſ. duorum*, l. vbi numerus, ff. de teſtib. *eſtq; in Iudicis iudicio voluntatis teſtatoris quæſtio emergens*, l. voluntas, C. de fideicomm. *quod cõprobatur ex traditis per* Caſtr. conſ. 305. nu. 1. vol. 2. *& per* Crauett. conſ. 73. nu. 33. & conſ. 714. nu. 16. *& tamen fuit probatũ per tres teſtes, Reginã dixiſſe Notario, legare Io. Laurentio Pappacoda*, le dette Ter-



Digitized by Google

re con tutte l'intrate, che ci hò, tanto feudali, come burgenſatiche, & quelle intrate, che le dette Vniuerſità mi deuono. *Hæc* ille.

12 Et ſic quòad iſtud tertium caput, verbũ nullum dixit *D. Moccia* in locis ſuprà citatis; ad illud enim reſpondere, meo videre, tenebatur, dùm reſpondet ad dicta per *D. de Medic. d. conſ.* 7. qui *nu.* 8. de hoc facto per teſtes probato alloquitur, & ſic nedũ iuris; ſed facti etiam quæſtio deciſionis fuit, vt etiam diximus *nu.* 5.

13 Hinc, cùm Hieronymus Capycius Piſcicellus legaſſet in eius teſtamento Andreæ eius fratri domum, obtinuit in S.C. *D. Lælius Gizzius* meus frater, partes dicti Andreæ ſubſtinendo, ad relationem *D. Conſil. Prouenzalis*, venire etiam domum paruam contiguam, ex infraſcriptis coniecturis, vt enim inquit *Dec. conſ.* 109. coniecturalis eſt hæc dubitatio.

14 Primò, quia fuit empta vtraquè domus vnico pretio, *Alex. conſ.* 204. *lib.* 6. *& conſ.* 221. *lib.* 2. *Rubeus conſ.* 95. *Gabr. conſ.* 94. *lib.* 2. *Menoch. præſumpt.* 129. *lib.* 4. *n.* 12. 13. 15. *&* 16. *D. Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 18. *art.* 1. *num.* 50.

Secundò, nàm dixit teſtator, domum eſſe
15 valoris duc. 10000. & niſi addatur altera domus parua, illa domus magna non eſt tãti valoris; ex pretio enim dignoſcitur, quid ſit comprehenſum in venditione, *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 8. *& ſeq.*

Tertiò, ex oneribus impoſitis in dicto le-
16 gato, quia alioquin eſſet inutile, quod non eſt præſumẽdum, eò magis, quia legat, cum conditione, quòd nil ampliùs petere poſſit; aliàs cadat à dicto legato, præſertim, ſtante ampliſſimo patrimonio teſtatoris; vtraquè enim eſt maxima coniectura in beneficium legatarij contra hæredem, optimè *Menoch. præſumpt.* 106. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 4.

Quartò, quia in beneficium fratris dilectiſſimi, in cuius beneficium fit interpretatio contra hæredem, *Marta vbi ſupr. n.* 63. immò generalitèr fit interpretatio in beneficium legatarij contra hærede, vt tradit *ibid. nu.* 55. *& ſeq.* ſequitur *Menoch. vbi ſuprà. nu.* 9. *&* 10.

Quintò, quia fuit empta ad vſum domus magnæ, cum qua vniuit nonnulla membra eiuſdem domus, *l. prædijs, §. qui domum, ff. de legat.* 3. *D. Marta d. q.* 18. *nu.* 40.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

...n, & quando frater promittendo dotem pro ſorore, obligetur nomine proprio, an verò vti patris hæres. Et an ex contractu mutui, quod ſolet fieri poſt capitula matrimonialia, inducatur nouatio. Et an in donatione facta filijs, fœminæ debeant habere portionem, vel paragium.

## SVMMARIVM.

1 *Hæres obligans ſe, etiam nomine proprio, & inſolidum pro debito hæreditario, non tenetur vltrà vires, & n.* 20.

*Limita, vbi ſpecialitèr inuentarij beneficio renunciaſſet, n.* 2. *&* 22.

3 *Frater tenetur dotare ſororem de bonis paternis, etiam attenta* Conſtitutione *huius Regni, vel* Conſuetudine *huius Ciuitatis.*

4 *Onus dotandi fœminas, ob ſtatutum illas excludens propter maſculos, tranſit in hæredem.*

*Amplia, etiam in materia Regni* Conſtitutionis, *nu.* 5.

6 *Hæres enunciando in præfatione, ſe eſſe hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, & deindè ſimplicitèr ſe obligando, tenetur de proprio.*

*Sed contrarium, n.* 19.

7 *Dos data à fratre ſorori, cenſetur de bonis paternis, & n.* 27.

*Declara, nu.* 8.

9 *Dos data mulieri ab extraneo, vel fratre, an cenſeatur data de bonis ſuis, & animo donandi, & n.* 24. *&* 28.

10 *Appellatione extranei venit frater.*

11 *Nouatio dicitur facta, vbi per ſecundam obligationem prima remanet extincta.*

12 *Contractus dotis, an dicatur innouatus per contractum mutui, & n.* 41.

13 *Confeſſio dotis receptæ, facta per virum, habet vim veræ ſolutionis, licèt deindè inſtrumentum mutui ſit confectum.*

14 *Debitum ex vna cauſa, poteſt ex conuentione partium in aliam conuerti.*

15 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi nõ poteſt aduerſus contractum mutui, quãuis debitum ab aliena dependeat cauſa.*

16 *Tutor, vel Curator promittendo dotem vltrà vires patrimonij mulieris, tenetur de proprio.*

*Quod etiam procedit in matre, n.* 30.

*Intellige, vbi Tutor, vel Curator notitiam de patrimonio mulieris habuiſſet per inuentarium, vel aliud ſimile, n.* 17.

18 *Minor dotando ſororem vltrà vires patrimonij, tenetur de proprio, nec ei ſuccurritur per viam reſtitutionis in integrum,* vbi

Digitized by Google

*vbi maritus tali dote dignus erat.*

19 *Qualitas hæreditaria, in enunciatiuis expreſſa, cenſetur in diſpoſitiuis repetita.*

21 Regens Valenzuela *laudatur.*

23 *Pater, vel Mater dotando filiam, an, & quãdo cenſeatur, dotaſſe de bonis ſuis, vel filia, & n.26.*

24 *Frater, vel extraneus dotando ſororem, an, & quando præſumatur donare.*

25 *In neceſſitatibus liberalis nemo exiſtit.*

29 *Animus donandi non præſumitur in Adminiſtratore dotante.*

30 Text. in l.cùm poſt, §.1. ff.de admin. tutor. *declaratur.*

31 *Pupillus, etiam cum Tutoris authoritate donare non poteſt.*

32 *Tutor non poteſt contractum damnoſum pupillo facere.*

33 *In claris non cadunt coniecturæ.*

34 *Nouatio in dubio non præſumitur.*

35 *Cautela, vt obligentur Dotantes per cõtractum mutui, refertur.*

36 *Maritus cõfitens, ſe recepiſſe dotem, ex promiſſione ſibi facta ex cauſa mutui, cenſetur, illam recepiſſe loco ſolutionis.*

37 *Confeſſio dotis receptæ, & contractus mutui, cenſetur vnicus contractus.*

38 *Subrogatus ſapit naturam ſubrogati.*

39 *Contractus mutui factus vigore præcedẽtis contractus dotis, habet eadem priuilegia.*

40 *Aſſenſus præſtitus capitulis matrimonialibus ſuper obligatione feudorum, habet locum etiam in contractu mutui.*

42 *Factum pro adimplemento, & obſeruantia primi contractus, nouationẽ non inducit.*

43 *Promiſſio dotis facta filiæ, vel ſorori de aliquibus bonis, vltrà eius portionem, moderatur.*

*Sed intellige, n.44.*

45 *Promittens dotem vltrà ſummam mulieri debitam, poteſt exceſſum, vti indebitum condicere, tanquàm ſine cauſa.*

46 *Promittens dotem pro muliere vltrà eius portionem, quando aduerſus virum ſuccurri poſſit.*

47 *Læſio in dote quomodò conſideretur.*

48 *Paragium debetur ſorori ex donatione facta per patrem filijs.*

49 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, ſtante ſtatuto, eas excludente propter maſculos.*

50 *In contractibus maſculinum non concipit fœmininum.*

51 *Excluſio fœminarum, non ſolùm in exiſtẽtia maſculi conſiſtit, ſed in dotatione.*

52 *Deciſio cauſæ refertur, & ſuprà n.48.*

# Deciſio XXXVIII.

INter prædictã Dianam Galluccio, & Cæſarem eius fratrẽ, occaſione depoſiti faciẽdi pro pretio dictarũ quinq; partium Terræ Toræ, alia etiã controuerſia fuit in iudicium deducta; prætendebat enim Diana, retinere dotes promiſſas in capitulis matrimonialibus inhitis cum Carolo Mormile de anno 1606. per Iſabellam Filomarinam communem matrem, etiam vti tutricẽ Cæſaris, tantò magis, quia tã prædicta capitula, quã inſtrumẽtũ mutui celebratũ in anno 1609. prætendebatur, fuiſſe ratificatum per Cæſarem iàm maiorem in anno 1612. Aduerſus quod inſtrumentum dicebat Cæſar, ſe non eſſe obligatum, niſi vti hæredẽ Horatij cõmunis patris pro ſumma paragij, ad ipſum ſpectante, ſtante, quòd patrimonium non erat ſufficiens pro ſoluenda dote duc. 10000.

Nàm, ad hoc vt hæres non teneatur vltrà
1 vires hæreditarias, ſufficit, vt ſe obliget vti hæres, & pro debito hæreditario, quo caſu, circumſcripta diſputatione, quæ eſt apud *Scribentes*, an quando nomine proprio ſe obliget, remaneat vti hæres obligatus, de qua per *Franch. dec.* 323. & 648. reprobata opinione *Ang. in conſ.* 31. *Corn. & Phanuc. de inuent. q.* 243. *nu.* 113. cum aliquibus limitationibus, de quibus per *Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect.* 3. *c.* 2. *nu.* 322. tamen per S.C. vnitis omnibus quatuor Aulis fuit deciſum, quòd etiam, quòd proprio nomine, & inſolidum, ſub quibuſuis clauſulis ſe
2 obliget hæres pro debito hæreditario, ſemper gaudebit beneficio legis, & inuentarij, niſi ſpecialitèr renunciet ipſius beneficio, vel ſe obliget etiam vltrà ipſius inuentarij vires, de quo Decreto Generali mẽtionem facit *Thorus in* 2. *par. compend. in verb. exceptio diſcuſſionis inuentarij*, vbi *in fine* refert verba Decreti S.C. *Nouar. lib.* 2. *qq. for. q.* 41. *nu.* 7. & *Monach. in add. ad dec. Min. ad.* 25. quamuis .n. frater teneatur dotare ſororem, tàm ſecundùm *Conſtit. Regni In*
3 *aliquibus*, quàm ſecundùm *Conſuet.* huius Ciuitatis, tamen tenetur de bonis paternis, vt habetur ex *Bal. in l. fin. C. de dot. promiſſ.* qui loquitur, ſtante ſtatuto, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, onus
4 enim dotandi, quod habebat pater, tranſit in hæredem, *Bart in l. ſicut, § ſi debitori, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* & in *l. poſt dotem* 1. *q. ff. ſolut. matrim.* hinc dicit *Aff. in d. Conſtit. nu.* 42. quòd iſtud onus maritandi, & dotandi ſororem, quod habet frater, eſt onus hæreditarium, iniunctum filio
5 per *d. Conſt.* tãquàm æs alienum, *l. quoties, C. de hæred. inſt. l. quoties, §. heredes*, iunctis no-

Digitized by Google

noratis in l. 1. §. *ſi ex fundo, ff. eod.* ita vt habetur in Cõſuet. *Si moriatur*, vbi *Scribentes*.
Pro parte verò Dianæ prædicta non negabantur, ſed ex pluribus euitare intendebat deciſionem S. C. ſuprà allegatam, & Primò, quia Cæſar non ſe obligauit vti hæres, quàmuis enim in aſſertiua dixerit, hæredem eſſe Horatij patris, cum beneficio legis, & inuentarij, attamen in diſpoſitiua, quando
6 dotem promiſit, nihil dixit, ſed ſimpliciter ſe ad dotem obligauit, vt in terminis tradit poſt *Crau. Corn. & Rim. Phanuc. in tract. de inuent. diuerſ. d. q. 243. nu. 113.* vbi tenet, quòd iſta enunciatio in principio, nominãdo ſe hæredem, cum beneficio legis, & inuentarij, in præfatione, & poſteà ſimpliciter ſe obligando, videatur declarare, quòd licèt ipſe ſit hæres cum tali beneficio, nihilominùs vult debitum ſoluere ad maiorem expreſſionem, quòd non dicatur per errorem facta, ſed quaſi ex certa ſcientia.
Secundò dicebatur, quòd quamuis in
7 dote data à fratre ſorori comprehendatur id, quod ad ipſum ſpectare poſſet ex paterno patrimonio, ex *gloſ. in l. fin. in verb. paternum, C. de dotis promiſſ.* quia frater agit negotium ſororis, & dos debetur, habito reſpectu ad patrimonium paternum, & proptereà in dubio cenſetur dotare de eiſdem bonis paternis, & non de proprio, *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 88. nu. 46. Iacob. Mandell. de Alb. conſ. 2. n. 9. & conſ. 12. lib. 1.* tamẽ hoc debet intelligi, quando frater dotat ſecundùm patrimonij vires, in eo autẽ, quod excedit, cenſetur, non vti hæres, ſed animo donandi dediſſe dotem, quamuis dixerit in capitulis matrimonialibus, dotare de bonis paternis, quod eſt de mente *Ruini in conſ. 200. ſub n. 4. vol. 1.* vbi, conſtituta regula, quòd dos cenſetur data de bonis paternis, dicit, hoc præcipuè eſſe verum, quando dos cõſtituta à patre, ſiuè eius hærede, nõ excedit vires patrimonij paterni, ſed eſt congrua reſpectu illius, quod etiam voluit *Soc. in d. l. 1. ſub n. 36. ff. ſolut. matr.* qui loquitur in dote à patre conſtituta, & probatur etiam, quia extraneus, qui mulierem dotauit, cenſetur, id feciſſe de proprio, animo donandi, *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act.* & appellatione extranei venit etiam frater, vt habetur in eodem *§. accedit, Menoch. de arbitr. d. caſ. 88. nu. 4.*
Tertiò dicebatur, quòd in hoc caſu non tractatur de obligatione facta in capitulis matrimonialibus, vbi Cæſar in aſſertione dixit, ſe hæredem patris cum beneficio inuentarij, ſed de obligatione poſteà facta per inſtrumentum mutui, in quo ſimpliciter, & nomine proprio ſe obligauit, non aſſerendo, ſe hæredem patris, & ſic actio illa, quàmuis à principio fuiſſet facta, hæreditario nomine, attamen per inſtrumentum ſtatim fuit nouata, quotieſcunq; enim prima
11 obligatio extinguitur, & remanet ſecunda, dicitur facta nouatio, *Salyc. in l. ſi ex pretio, nu. 9. C. ſi cert. pet. & Bart. in l. ſingularia, nu. 21. ff. eod.* immò, quòd in hoc caſu non fiat per cõtractum mutui nouatio, ſed quòd
12 in totum prima obligatio ſit extincta, & remaneat iſta noua ex contractu mutui, quia maritus confitetur, recepiſſe dotem, in terminis tenuit *Capyc. dec. 183. n. 4. in fin.* nàm
13 illa confeſſio de recepto, licèt deindè ſit confectum inſtrumentum mutui, habet vim veræ ſolutionis, *Piſanell. in add. ad Afflict. dec. 242.* ex doctrina *Bart. in l. penul. §. pen. ff. ſolut. matrim.* ſequitur *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 7. tit. de iur. quartæ, q. 6. n. 13. & Io. Bernardin. Pand. de dotario, p. 2. q. 5. in fine, in 9. vol. tract.* qui dicit, quòd per inſtrumentum mutui mutatur titulus dotis, immò, quòd inter vnum, & aliud inſtrumentum adeſt repugnantia, & *Maxilla in Conſuet. Barenſ. tit. de donat. int. vir. & vxor. verb. ſi mariti 1. nu. 17.* dicit, quòd vir recipit loco ſolutionis dotis illam mutui promiſſionem, nec eſt mirum, quia, vt dixit *Surd conſ. 162. nu. 42.* debitum ex vna
14 cauſa poteſt conuerti in aliam ex conuentione partium, ex *l. certi conditio, §. depoſiti,* vbi *DD. & l. ſingularia,* vbi *Bart. nu. 20.* & alij, *ff. ſi cert. petat.* ſequitur etiam *Franc. Milanenſ. dec. Sicil. 2. lib. 2. nu. 37. & Gratian. diſcept. forenſ. c. 321. nu. 12.* dicit, quòd licèt confeſſio mutui ſubiaceat exceptioni non numeratæ pecuniæ, tamen fallit, ſi debitum ex alia cauſa eſſet conuerſum in cau-
15 ſam mutui, tunc enim haberetur pro vera numeratione, neq; competeret dicta exceptio, *gloſ. in l. aduerſus, in fin. C. de non num. pecun. Ruin. conſ. 19. nu. 11. lib. 4. Roland. conſ. 4. nu. 15. lib. 4.*
Quartò dicebatur, quòd cauſa iſta poterat decidi ex *text. in l. cùm poſt mortem* 44.
16 *ff. de admin. tutor.* vbi Tutor, Curator, vel alius, qui bona mulieris adminiſtrabat, promittẽdò dotem vltrà vires patrimonij mulieris, quandò habet certitudinem de illius viribus, & hoc non obſtante, dotem vltrà vires promiſit, tenetur de proprio, quia vel cenſetur donaſſe, vel fuiſſe in dolo, & proptereà non eſſe ei ſuccurrendum; cùm ergò
17 Iſabella mater, & tutrix iàm inuentarium bonorum quondam Horatij eius viri feciſſet, & promiſit, & Cæſar in maiori ætate cõſtitutus ratificauit, tenetur ad dotis ſolutionem, etiam de proprio, vel quia donauit, vel quia fuit in dolo, ſecundùm diſpoſitionem *tex. in d. l. cùm poſt mortem,* quem *tex.* dicit eſſe mirabilem *Bald. Nouell. de dote, par. 6. priuil. 41. nu. 2.* nàm inducitur ficta donatio cõtra veriſimilem Curatoris intẽtio-

Digitized by Google

tionem, contrà *text. in l. cũ de indebito*, *ff. de*
*pro'bat. & l. non omnis*, *ff. ſi cert. pet.* & ſic
deciſum in illo Senatu, refert *Fontanell. de*
*pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 7. nu. 21.* cum
*ſeqq.* vbi, quòd Senatus, ſcientiam collegit
ex eo, quia tutrix notitiam habebat teſta-
menti patris pupillæ, cùm de eo fecerat mẽ-
tionem in capitulis matrimonialibus, in
quo teſtamento conſtabat de hæreditate
pupillæ, quãtum ſcilicèt ei pater reliquerat,
& ideò dicit *Fontanella*, caueant Tutores, &
Curatores, nè pro pupillo maiorem promit-
tant dotem, quàm ſint illius bona, idem etiã
habetur ex *Ant. Gomeſ. in l. 50. Tauri, n. 24.*
*Baeza de non melior. dot. ration. filia. c. 11.*
*n. 155. Lopez in rubr. de donat. inter vir. &*
*vxor. §. 66. n. 14. Petrus Barboſ.* latè in *l. 1.*
*p. 4. n. 149. ff ſolut. matrim.* qui ad fundãdam
ſcientiam, ſe remittit ad *tex. in l. fin. C. arbit.*
*tutel.* quæ ſcientia colligitur per inuentariũ,
quod tantò magis procedit, quia maritus
remaneret deceptus, quod non eſt permit-
tendum, iuxtà *text. in l. ſi donaturus, §. 1.*
*ff. de condit. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Immò
frater minor, qui cum authoritate tutoris
18 dotauit ſororem vltrà vires patrimonij,
quando conditio, ſeù nobilitas viri patia-
tur illas dotes, non dicitur deceptus, & pro-
indè non datur ei reſtitutio in integrum,
*Napod. in Conſuet. Si moriatur, n. 57. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt.*

Quibus pro parte Cæſaris replicabatur,
& quòad primũ argumẽtum, quòd qualitas
19 illa hæreditaria, à principio contractus ex-
preſſa, cenſeatur repetita, etiam in diſpoſiti-
uis, ex notatis per *Vinc. de Franch. dec. 213.*
*n. 56. & 57. Fab. de Ann. conſ. 52. n. 13.* cum
*ſeqq. vol. 1.* & per *Surd. dec. 322. n. 18.* Re-
ſpõdebatur, quòd hodiè in Regno dubitari
non poteſt de articulo, quòd quandò hæ-
20 res, quibuſcunq; verbis, etiam nomine pro-
prio ſe obliget, tamen non teneatur vltrà
vires hæreditarias; quàmuis enim diuerſæ
fuerint in hoc articulo opiniones, cùm pro
affirmatiua cõtra hæredem ſtẽt, *Ang. d. conſ.*
*31. Corn. conſ. 31. vol. 3. Craue. conſ. 214. n. 7.*
*Surd. dec. 132. Dec. in auth. præterea, C. vn-
dè vir, & vxor, Grat. diſcep. for. c. 264. & c.*
*646. n. 26. Rimin. ſen. conſ. 554. Phanuc. de*
*inuentar. p. 6. n. 110. & ſeqq.* in paruis, & in
*tract.* cũ alijs vnito *q. 243. n. 114.* & in *tract.*
*de lucr. dot. q. 8. n. 57. Vrſil. ad Affl. dec. 399.*
*n. 6.* vbi refert, ità deciſum, & *Rol. à Vall. de*
*inuentar.* in paruis 4. *p. in cap.* quod incip.
*beneficium inuentarij*, & in *d. tract.* cum alijs
vnito *q. 173.* cum alijs innumeris. & Ego dũ
eſſem Aduocatus, hanc etiam partem ſub-
ſtinui in cauſa D. Hippolytæ Pappacodæ cũ
Spectabile Comite Pacentri, qui ſe obliga-
uerat D. Hippolytæ pro legato facto à Co-
mite patre, licèt cum aliqua diminutione,
ad beneficium Comitis, & cum maxima di-
ſcuſſione obtinui, Comitem nomine pro-
prio eſſe obligatum, & decretum fuit latum
die 24. Decembris 1617. in Banca de Ferrar.
nunc de Spera, vt in mea *conſult.* 31. *lib.* 1.
de qua deciſione meminit *Thor. in* 1. *p. cõ-
pẽd. in ver. hæres cũ beneficio inuentarij, fol.*
mihi 253. in qua quidèm deciſione, quàuis
pro parte Comitis allegarẽtur aliæ deciſio-
nes, & præſertim deciſio Sac. Conſ. relata per
*Franch. dec. 648.* caſus enim *dec.* 323. non
fuit deciſus, tamen in contrarium adduxi
aliam deciſionem S.C. in cauſa Marchionis
Oriæ cum D. Ioanne de Figheroa, in qua
cauſa interuenit etiam *Vinc. de Franchis,*
vt apparet ex quodam memoriali, exiſten-
te in dicto proceſſu, in Banca de Felice, pro-
priæ manus *Reg. Rouiti*, tunc Aduocati, qui
etiam de dicta deciſione meminit in *prag. 1.*
*de arbitr. n. 46.* cum interuentu cuius *Roui-
ti*, tunc Regij Conſiliarij, fuit etiam deciſa
hæc cauſa contrà Comitem Pacẽtri, ac cum
interuentu etiam Regiorum Cõſiliariorum
21 *Pomponij Salui*, ac *Didaci Salinas* adiun-
ctorum, ac nunquàm ſatis laudati Viri *Io.*
*Baptiſtæ Valenzuela Velazquez*, tunc ſimi-
litèr Regij Cõſiliarij, poſteà verò digniſſimi
Regẽtis Reg. Cancell. deindè ad munus Re-
gentis in Supremo Italiæ Conſilio, & ad ſu-
premum Caſtellæ Prætorium, Regis noſtri
munificentia adſciti; tandèm ad regẽdum
officium Præſidentis Reg. Cancell. Granatę
promoti, quem Deus Opt. Max. adiuuet, &
ad maiora ſublimet, prout eius ſumma do-
ctrina, morum ſuauitas, vitæ bonitas, nata-
lium ſplendor, ac cultus iuſtitiæ merentur.
Quæ quidèm cauſa anſam præbuit, vt di-
ctus *D. Reg. Valenzuela*, qui tunc Præſidis
officium noſtri S.C. regebat, ob varias DD.
opiniones, ac diuerſas eiuſdem Tribunalis
deciſiones voluit, altercationes ſedare, &
occaſione nonnullarũ litium, tunc penden-
tium mandauit, articulum eſſe decidendum
generalitèr, & propterea, vt diximus, conuo-
cato S.C. in anno 1623. fuit pro maiori par-
te deciſum pro hęrede cum beneficio legis,
& inuentarij, vt non teneatur de proprio,
etiam, quòd nomine proprio, ſub qui-
buſuis clauſulis ſe obliget, niſi interueniat
22 expreſſa renunciatio beneficio inuenta-
rij, vel obligatio ſatisfaciendi, vltrà vires
hæreditarias, ſequendo opinionem *Ioann.*
*Dilecti de arte teſtan. tit. de acquir. hæred.*
*caut. 9. Sebaſt. Monticul. in tract. de inuent.*
cum alijs vnito, *q. 232. Affl. dec. 399. num. 13.*
*Bal. Cyn. Caſtr.* alijq; DD. *in l. fi. C. ad leg.*
*falc.* ac deciſiones S.C. relatas à *Minad.* ac
*Franchis*, quàmuis igitur ſe obligaſſet Cæ-
ſar pro debito hæreditario; quia non adeſt
expreſſa renũciatio, nõ teneretur vltrà vires.

Ad ſecundum dicebatur, quòd *Socin.*

*Ruin.*

Digitized by Google

Ruin. & alij ſuprà allegati non loquuntur
23 in iſtis terminis,ſed tractant quæſtionem, quãdo pater cẽſeatur dotaſſe de bonis ſuis, vel de bonis filiæ, attenta diſpoſitione tex. in l.fi.C.de dot. promiſſ.& propterea dicunt, quòd pro concurrenti quantitate patrimonij patris,cẽſetur dotaſſe de bonis paternis, pro reſtanti verò,de bonis proprijs ipſius filiæ;donatio enim non præſumitur, l.cùm de indebito, §. fi. ff.de prob. l.Campanus, ff.de oper.liber.latè Menoc. de arbitr.iud. caſ.88. n.1.& n.40.qui ponit regulam in fratre dotante ſororem, quàmuis enim regularitèr
24 in extraneo,& etiam fratre dotante præſumatur animus donandi, ex regula tex. in l. vnic. §. accedit, C.de rei vxor. act.latè per Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.glo.1.par.3. n.2.Menoch.de arbit.d.caſu 88.n.36.& 40. tamen fallit, quando ſumma eſt maxima, vt eſſet in caſu noſtro, quod probat Socin. iun.conſ.79.n.99.lib.3. Maſcard. concl.572. n.14. Menoc. de arbit.d.caſ.88.n.28. Secundò, nequè præſumitur donatio in eo, qui habet onus dotãdi, prout habet frater,qui, ſtante ſtatuto tenetur dotare de bonis patris,quo caſu dicitur nudus miniſter,Frãcb.
25 dec.619.nu.9. nemo enim in neceſſitatibus liberalis exiſtit, l.rem legatam,ff.de adimen. legat.& in proprijs terminis Mantic.de tac. & ambig.conuen.d.tit.13.n.9. qui quàmuis
26 loquatur in patre,tamen in fine, idem iuris eſſe dixit in matre, & alijs, quibus dotandi onus incumbit.Tertiò,quia fuit in eiſdem capitulis matrimonialibus promiſſa quietatio in beneficium fratris, tãquàm cõgruè, & ſufficientèr dotantis de paragio, & fuit etiam promiſſa ampla renunciatio; nàm
27 eo caſu, quando frater dotat, non præſumitur dos donata, ſed data pro eius portione,Socin.conſ.121.col.penul.verſ.poſtremò, poſt nu.11.lib.1.Ruin.& alij allegati à Maſcard.d.concluſ.572.nu.12. qui ampliùs
28 dicit,quòd ex quauis cõiectura excluditur animus donandi in fratre dotante, quod etiam ſequitur Menoch. d.caſu 88.num.41. Inſupèr,& quartò,quia paragium ad ſororẽ ſpectans, quaſi adminiſtratur per fratrem, qui tenetur de eo, vſquequò eam nuptui
29 tradit,alimentare,& Adminiſtrator non videtur habuiſſe animum donandi, Bald.in l. vnica, C.de dot.promiſſ. qui loquitur in fratre dotante, & eum ſequuntur Natta conſ. 166.nu.11.lib.2. Maſcard.de probat.concl. 572.n.17. Menoch.d.caſu 88.n.46.quicquid dixerit Alba conſ.12. cui reſpondet Menoch. ibid.n.48. neq; prædictis obſtabit text.in d.
30 l.cùm poſt,§.1 ff.de adminiſtr.tut. in quarto fundamento pro actrice ponderatus,vbi videtur, quòd mater, etiam adminiſtratrix tenetur de ſuo in eo, quod exceſſit patrimonium mulieris, Bald.Nouell.de dote, in 6.p.priuileg.88. Syluan.conſ.70.n.9. vol.1. Gomeſ.in leg.50.Tauri,num.24. Fontanell. dicta clauſul. 5. part. 2.gloſ. 3. numer. 31. quia, aut loquimur reſpectu promiſſionis factæ ab Iſabella Filomarino communi matre,& tutrice, & non poteſt dubitari, eſſe obligatam, cùm expreſsè ſe nomine proprio,& inſolidum obligauerit,nedùm tutricio nomine, aut verò reſpectu Cæſaris, & erit animaduertendum,quòd tex.prædictus loquitur in Adminiſtratore ſciẽte,vires patrimonij non ſufficere, & quòad Cæſarem nulla apparebat ſcientia,cùm tempore promiſſionis erat pupillus, nec obſtat ratificatio poſteà ſecuta,quia quàmuis maior, nec eo tẽpore bona ſua adminiſtrabat; ſed eius mater,immò de facili potuit decipi, ex informatione capta per M.C.V. tempore interpoſitionis decreti,cùm Viri ſatis fide digni depoſuerant de ſufficientia patrimonij, ac expedire pupillo,dictam dotem promittere, ex quibus depoſitionibus apparet & alia vrgentiſſima coniectura,immò euidentiſſima probatio,quòd noluit pupillus obligari de proprio, non poterat enim eſſe expediens pupillo, obligare propria bona, ac perſonam, prout fuit petitum,interponi de-
31 cretum,& authoritatem præſtari,cùm pupillus, neq; cum authoritate tutoris donare poſſit,Neuiz.conſ.8.n.40. Menoch.cõſ.22. nu.15.vol.1.Alex.conſ.125. vol.1. verſ.4.&
32 vlt.nec poteſt Tutor facere cõtractum pupillo damnoſum, prout deciſum fuiſſe in Senatu Pedemontano, dicit Theſaur.iun. quæſt.forenſ.lib.3.q.14. ex quibus apparet, eſſe ſatisfactum,nedùm quarto motiuo,verùm etiam decreto M. C. V. ſuper dictis promiſſionibus,quod etiam in facto ponderabatur. Et tandèm, quia in capitulis expreſsè dicitur,promittere dotẽ de proprijs bonis,ex facultate paterna,& materna,quo caſu nulla poteſt cadere diſputatio,vel coniectura,nàm in claris non cadunt coniectu-
33 ræ,Mantic. in proprijs terminis de tacit.& ambig.conu.lib.12. tit.19.n.22.tom.1.

Remanet, vt ſit ſatisfactum motiuo de inſtrumento mutui, ex quo prætenditur, eſſe inductam nouationem, & quòd in illo remaneat nomine proprio obligatus, pro cuius reſponſione dicebatur, quòd inſtrumentum mutui, quod ſolet fieri poſt capi-
34 tula matrimonialia, non ſit, vt nouetur actio, nec animo nouandi,prout requiritur in nouatione,vt habetur ex text.in l.final. C.de nouat.ſed ad finem,vt maritus habeat liquidam actionem, nàm capitula matrimonialia ſunt pactionata, & vltrò, citròquè obligatoria, & ideò non poteſt vigore ipſorum cogi via exequutiua, vt ergò poſſit maritus liquidare inſtrumentum via ritus M.C.V.inuenta eſt cautela,vt maritus con-



Digitized by Google

fiteatur, recepiſſe dotem, & dotantes ſe cō-
35 ſtituant ei debitores, vigore inſtrumenti mutui, vt dixit *Anna ſing.248. Amend.in addit.ad Franch.dec.366. Thor.vot.4.nu.4. & 48.* inſupèr, hæc cautela, vt obligentur dotantes per inſtrumentum mutui, fuit etiā inuenta, ad finem euitandi exceptionem, nè teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, vt aduertit *Scip.Bucin.in add.ad Conſuet.Vbi dos, incip.attende diligentèr, f.234.* ſed non per hoc inducitur aliqua nouatio, ità vt ſi ſit frater obligatus nomine hæreditario, voluerit ſe obligare etiam proprio,
36 nàm illa confeſſio dotis receptæ, quæ fit à marito, eſt ſub ſpe futuræ numerationis, & vir recipit loco ſolutionis, illam ex cauſa mutui promiſſionem, *Maxilla ad Conſuet. Barenſ.tit.de donat.inter vir.& vxor. in rubr.nu.17.* per *text.* ſingularem, & *ibi Bart. in l.penult.§.ſi vir, ff. ſol.matr.* & ideò receptio, & inſtrumentum mutui fieri ſolent
37 eodem die, & coràm eiſdem Notario, & teſtibus, & propterea cenſetur vnicus contractus, *Tiraq.in l.ſi vnquàm, in verb.donatione largitus, num.104. C.de reuoc. donat. Frecc.de ſubfeud.lib.2.q.16.* & inſtrumentum mutui fit in exequutionem præcedentis contractus capitulorum matrimonialium, in quo expreſsè dicitur, quòd dotantes pro quantitate in dotem promiſſa ſe obligabunt per inſtrumentum mutui, & in dicto inſtrumento declaratur, quòd illud non eſt verum mutuum, ſed reuera dependet ex dotibus, & in caſu reſtitutionis dotis cauetur, vt debeat reſtitui illud mutuum,
38 ſi nō dùm fuerit ipſius facta ſolutio, & ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l.ſi eum, §.iniuriarum, ff.ſi quis caut.* hinc, illud mutuum habetur pro
39 vera dotis promiſſione, cùm dotis priuilegio gaudeat, *Bart.in l.aliam, ff.de nouat.* & ideò cùm fuiſſet orta controuerſia in S.C. in cauſa de Villanoua cum Ceraſijs, nùm gratia conceſſa huic Fideliſſimæ Ciuitati, vt intelligatur præſtitus Regius aſſenſus Capitulis matrimonialibus inter Neapolitanos ſuper obligatione feudorum, intelligeretur conceſſa in dicto contractu, fuit deciſum,
40 quòd idem operetur in contractu mutui, quod fit in exequutionem capitulorū matrimonialium, vt notatur in *Addit.ad Capitulum* conceſſum huic Fideliſſimæ Ciuitati, regiſtratum in *Pragm.3.de feudis,* dicitur enim factum in exequutionem capitulorum matrimonialium, ex cauſa neceſſaria, *Surd.conſ.19.nu.18.& 27.* ex *Bald.Abb.* & alijs, nec poteſt dici, per illud inſtrumentum
41 mutui fuiſſe factam nouationem, nàm non dicitur facta, tùm quia, continet illud idem cum prima, quæ erat facta in capitulis matrimonialibus, *Menoch.præſumpt.134.lib. 3.n.10. Surd.conſ.385.n.19.* tùm etiam, quia fit in exequutionem, & pro implemento, &
42 obſeruantia primi contractus, vt dictum eſt, quo caſu nulla cadit, nec cadere poteſt nouatio, vt poſt *Bart.in l.ſingularia, n.10. verſ.quandoq;* vbi etiam *Alex.Dec.* & alij *ff.ſi cert.pet. Menoch.* vbi ſuprà, *n.16. Mat. dec.Sicil.33.nu.23. Decian.conſ.12.num.51. vol.1. Barz.dec.20.n.19.* cum alijs cumulatis per *Antonin.de Amato var.reſol.tom.2. reſol.57.n.16.17.& 18.*

Dicebatur poſtremò, caſum fuiſſe deciſum in Senatu Patauij, de qua deciſione per *Peregr.dec.93.* nàm cùm fuiſſet facta
43 promiſſio per matrem, & fratrem pro dotibus cuiuſdam puellæ de bonis fideicommiſſi, ad eandem ſpectantibus pro ducatis mille, cùm compertum eſſet, non aſcendere ad dictam ſummam, fuit iudicatum, eſſe moderandam promiſſionem dotis, vſq; ad portionem, ex eo fideicommiſſo debitam,
44 id tamen, quod indebitum eſt, erit diſtinguendum inter maritum, & vxorem; quia maritus efficacitèr agit pro dotis promiſſione, nè cogatur mulierem indotatam habere, licèt promiſſor agere poſſit contra vxorem, vt eum indemnem ſeruet, quando matrimonium eſt iàm per mortem viri diſſolutum, promiſſor poteſt ſe tueri aduerſus mulierem, *text.* eſt in *l.ſi donatarus, §.fin.* vbi *Bart.& DD. ff.de condit. cauſ.dat.& l. fin.§.ſi à ſocero, ff.quæ in fraud.cred.* nàm
45 qui promittit, vltrà ſummam per eum debitam, promiſſio in exceſſu eſt ſine cauſa, & ideò tanquàm indebitum condicere poteſt. *l.3. ff.de condit.ſine cauſ.* quod proce-
46 dit, quando læſio eſt infrà dimidiam; quia quando eſt vltrà, tunc etiam aduerſus maritum ſuccurritur remedio *l.2. C.de reſcind. vendit.* quæ locum habet in omnibus bonæ fidei contractibus, *Phanuc. de lucr. dotis, gloſ.10.nu.22.& Peregrin.d.dec.93.* & eum ſequitur *Fontanel.de pact.nupt.tom.1.clauſ. 5.gloſ.8.par.8.nu.23.* vbi *nu.29.* exemplifi-
47 cat læſionem, ſi propter ſororis dotationē remanet frater abſq; ſufficienti patrimonio, cum quo viuere poſſit, ſecundùm ſuam conditionem, & nobilitatem, quod probauit etiam *Sforz.Odd.de reſtitut.in integr.p.2. q.59.art.5.* Quibus diſcuſſis in S.C. die 9. Aprilis 1636. fuit iudicatum in fauorem
48 Cæſaris fratris, fuit etiam in eodem decreto deciſum, prædictæ Dianæ competere paragium in donatione facta per Horatium patrem, ex traditis per *Peregr.de fideicom. art.25.nu.24. Molin.de primog.lib.3.c.14. nu.12. Fuſar.de fideicomm.ſubſtit. q.352. nu.16.& q.363.nu.4.* quamuis pro parte Cæſaris prætenderetur, non deberi, quia ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, appel-
49 latione filiorū non veniūt feminæ, *Auctor. in*

in l. ires fratres, ff. de pact. Ant. de Alex. in Conſuet. Si aliquis moriēs, in add. incip. circà iſtam conſuetudinem, fol. 160. Alex. in l. hæredes mei, §. cùm ità, nu. 10. ff. ad Senat.
50 Conſult. Trebell. & in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, *Archid. in cap. ſi quis ſuadente, q. 4.* ſub *nu. 4. Imola in cap potuit, de locat. & conduct. in fine, Alex. conſ. 204. nu. 9. vol. 2.* tamen diximus,
51 paragium deberi, quia excluſio fœminæ nō conſiſtit ſolùm in maſculinitate, ſed in dotatione, vt dixit *Afflict. dec.* 158. & in ſimili *Cacher. conſ. 76. Theſaur. lib. 1. qq. for. q. 42.*
52 & deciſum fuit, deberi paragium vſquè ad quantitatem legitimæ, fuerunt etiam alia capita diſcuſſa, & forſan inter nos deciſa; ſed quia erat datus terminus, ideò fuit circà illa dictum, quòd procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ, pęnès Plinium Iuuenem pro Cioffo Actor. Magiſtr. S.R.C.

# OBSERVATIO In Deciſione XXXVIII.

## SVMMARIVM.

*Paternum, non autem maternum eſt officium, filiam dotare, limita, n. 7. et 8.*

*Hæredes patris tenentur filiam dotare.*

*Auus neptem dotare cogitur in defectum Patris, etiam ſi neptis ſit diues, n. 4. & an procedat, ſiuè illa ſit in illius poteſtate, ſiuè non, n. 5. & tenetur etiam ad alimenta nepti præſtanda, & ità deciſum adducitur, n. 6.*

*Mater in defectum Patris, vel Aui, filiam dotare cogitur, ſic etiam ad alimenta, n. 8.*

*Nouerca Priuignam, nec alere, nec dotare compellitur.*

10 *Auus maternus in defectum matris, neptem dotare tenetur.*

11 *Frater in defectum matris, ſororem dotare cogitur, quid in ſorore vterina, nu. 12. & quid, ſi habet alia bona, vel legitimam, nō tamen ſufficientem, n. 13.*

14 *Frater, Pater, & omnis alius, qui dotare tenetur, ſi ſoluto matrimonio mulier dotem recuperare non potuit, iterùm eam dotare coguntur, & quando, n. 15. & 17. & quid ſi dotantis conditio ſit facta deterior, nu. 16.*

18 *Clericus frater tenetur ſororem de bonis Eccleſiæ dotare.*

19 *Frater dotando ſimplicitèr ſororem, quando præſumatur, donaſſe, & quid de iure Regni, & Alma Vrbis, n. 20.*

20 *Fraternum eſt officium, attento iure Regni, &* Conſuetudinis *Ciuitatis Neap. ſororem dotare.*

21 *Debitum ex vna cauſa, poteſt de conſenſu partium in aliam conuerti.*

22 *Agens ex vna via, ſi probet de alia, obtinet in hoc Regno, & ità deciſū traditur, n. 24.*

23 *Sententia quando poſſit ferri non conformis libello.*

*Clauſula,* deducens omne ius, *quid operetur, ibid.*

1 Paternum eſſe officium, dotare filiam, habetur in *l. fin. §. vtramq; C. de dot. promiſſ. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* & in *auth. res, quæ, C. comm. de legat. Caluin. in tract. de æquitate lib. 1. cap. 16. nu. 1.* non autem maternum, *l. neq; mater, ff. de iur. dot.* idq; procedit, etiam ſi filia habeat propria bona, *Caſtr. Peregrin. Dec. Petr. Gregor. Surd. Giurb. Corn. & Sola,* adducti per *Caluin. ibid. nu. 2.* qui *num. 3.* am-
2 pliat, vt d. onus, ad patris hæredes etiam trāſeat, ex *Alex. & Peregr. ibi* adductis, ac procedit etiam de iure Regni, vt per D. meum
3 *hìc, nu. 24.* Patre tamen exiſtente nōn ſoluendo, Auus neptem dotare cogitur, & ſic in ſubſidium, cùm, vt diximus, principalitèr Patri incumbat onus dotandi, *Bald. in d. auth. res, quæ, nu. 12. Menoch. conſ. 81. n. 48.* aliiq; apud *Gratian. cap. 259. nu. 1. lib. 2. diſcept. forenſ. D. Conſil. Staiban. reſol. 74. n. 9.*
4 qui *nu. 10.* ampliat, vt procedat, etiam ſi neptis ſit diues, quod etiam antè ipſum voluit contrariis ſatisfaciendo *Gratian. ibid. nu. 4. & 6.* vbi infinitos allegat, & *nu. 7.* id intelli-
5 git, tàm ſi Auus habet neptem in poteſtate, ſiuè non, cum hac tamē diſtinctione, quòd primo caſu indiſtinctè tenetur; in ſecundo verò, niſi in ſubſidium, data inopia neptis; verùm *num. 17. & 20.* loquens de ſecundo
6 caſu, ſimplicitèr, & indiſtinctè admittit, Auū teneri ad dictam dotationem, & quod diximus in dote, procedit etiam in alimentis, vt priùs Auus, quàm mater præſtare cogatur, *Grat. ibid. n. 13.* ex *l. pen. ff. de lib. agnoſcend.* & ità deciſum fuit in cauſa Camillæ,
* Portiæ, & Aureliæ Caracciolæ cum Iſabella Caracciola Comitiſſa Cōuerſani per S.C. referente D. Conſil. *Petro Paulo Theodoro,* patrocinante pro dictis ſororibus *Io. Vincentio Caualerio* Aduocato eximio.
7 In defectum tamen Patris, vel Aui, mater filiam dotare cogitur, ſi eſt diues, & filia pauper, vt poſt alios probat *Gratia. d. c. 259. nu. 16.* etiam ſi habeat fratrem paritèr locupletem, *Barz. dec. 130. nu. 99. Caluin. d. c. 16.*
8 *nu. 12.* quæ quidèm mater in defectum patris, ad alimenta quoq; filiæ præſtanda tenetur, *Caluin.* vbi ſuprà, *num. 9.* non tamen
9 Nouerca priuignam alere, aut dotare cogitur in defectum patris, vt probat *num. 10.* ex *Surd. in dec. 164. n. 16.* in defectū tamen
10 matris, vel quia non adſit, vel ſit pauper,

Auus maternus neptem dotare tenetur, vt comprobat *Caluin. loc. cit. num.* 11. vbi *DD.* ad hoc citat.

11 Et paritèr, in defectum matris frater ſororem dotare compellitur, *Ruin. conſ.* 94. *nu.* 10. *lib.* 5. *D. de Franch. dec.* 73. *num.* 5. *D. Conſil. Prouenz. obſeru.* 12. *nu.* 27. *in Conſuetud. Si moriatur, de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi
12 *nu.* 28. intelligit, de ſorore vtrinq; coniuncta, vel conſanguinea, non tamen vterina, ſed contrarium, vt fratribus vtrinq; coniũctis nõ extãtibus, vel inopibus, frater teneatur dotare ſororem vterinam, tradit *Gratian. cap.* 65. *num.* 6. *lib.* 1. *diſcept. forenſ.* idq;
13 procedit, etiam ſi ſoror habeat alia bona, vel legitimam, nõ tamen ſufficientem, nàm frater ſupplere tenetur ad dotem cõgruam, iuxtà qualitatem perſonarum, vt alijs relatis probat *D. Prouenz. ibid. n.* 26. *D. Conſil. Staiban. d. reſol.* 74. *nu.* 15. immò *num. ſeq.*
14 tradit, fratrem teneri iterùm ſororem dotare, ſi ſoluto matrimonio, illa dotem recuperare ab hæredibus viri nequeat, quod tamen intelligit *Gratian. d. cap.* 65. *n.* 15. procedere, nedùm in fratre, ſed in omni alia perſona, quæ dotare cogitur, & in patre, ac fratre loquitur *Caluin. in tract. de æquitate, lib.* 2. *c.* 137. videndus, quia prolixiùs agit de
15 hoc articulo, ac paritèr iterùm dotare tenentur, quando ſine culpa filiæ, vel ſororis dos perijt, vel diminuta ſit, *Caluin. d. c.* 16. *nu.* 4. & *d. c.* 137. *nu.* 4. & *ſeqq.* qui *n.* 7. & 8.
16 probat, etiam data culpa filiæ, patrem teneri, nedùm ad alimenta, ſed ad dotem; niſi tamen conditio dotantis eſſet facta deterior, tunc enim dotans iterùm eam dotare non cogitur, vt alijs relatis probat D. meus *dec.* 109. *num.* 20. 21. & 22. *Caluin. ibid. nu.* 18. & 19. vbi iura, & *DD.* citat, ſiuè dos in to-
17 tum, ſiuè in partem ſit deperdita, ſiuè diminuta, *Gratian. cap.* 466. *nu.* 3. *lib.* 3. & diffuſiùs *cap.* 792. *per tot. lib.* 4. *Caluin.* vbi ſupr.
18 *nu.* 16. & Frater clericus etiam ſororem dotare tenetur de redditibus Eccleſiæ, vt tradit *Caluin. d. c.* 16. *n.* 17. *Gratian. d. c.* 65. *n.* 14.

19 Et licèt frater ſimplicitèr dotando ſororem, præſumatur donaſſe, vt poſt D. *Staiban. conſ.* 69. *num.* 12. tradit D. meus *num.* 24. attamen inter alias limitationes adductas ad excludendam dictam donationem, *dict. nu.* 24. 25. 27. & 29. ſecundam in ordine *d. nu.* 24. adducit, dùm vigore ſtatuti frater teneatur ſororẽ dotare de bonis Patris, ideòq; ceſſat donandi animus, vt etiam voluit *D. Pratus cap.* 12. *nu.* 88. vbi iura, & DD. citat *lib.* 1. *diſcept. forenſ. Gratian. cap.* 564. *nu.* 9. 11. 12. & 13. loquens in ſtatuto Vrbis, *c.* 145.
20 *lib.* 1. per quod ſoror excluditur à ſucceſſione patris, ſtantibus maſculis, qui etiam dotare tenetur de bonis paternis, vt etiam ſeruatur in hoc Regno per *Conſtit. In aliquibus*, & in hac Ciuitate per *Conſuet. Sed ſi morienti*, vt etiam probat D. meus *d. dec.* 109. *nu.* 18. eo enim caſu, fraternum eſt officium, dotare ſororem, licèt regularitèr cõtrarium ſit de iure communi, vt diximus *num.* 1. & probat D. meus *conſult.* 89. *nu.* 10. *lib.* 1. & hoc caſu tenetur congruè dotare, vt benè docet idem D. meus *cõſult.* 93. *n.* 15. *d. lib.* 1.

Ex concluſione tamen tradita à D. meo
21 *hic, num.* 14. quòd debitum ex vna cauſa, poteſt in aliam conuerti, ex partium conuentione, aduerto, q̃ ſimilitèr agens ex vna via, ſi probat de alia, debet obtinere in hoc
22 Regno, nam proceditur, ſola facti veritate inſpecta, & attento foro conſcientiæ, *Grammat. conſ.* 80. & 90. *nu.* 23. & *dec.* 19. *nu.* 14. ac *dec.* 76. *nu.* 33. & *ſeq. Boer. dec.* 42. *nu.* 18.
23 & 19. ideòq; poteſt ferri ſententia non cõformis libello, vt poſt alios tradit *Maſtr. in ſpec. par.* 4. *diſt.* 9. *num.* 33. maximè ſi adeſt clauſula, *deducens omne ius*, *D. de Franch.*
24 *dec.* 86. *n.* 7. Hinc, cùm Camillus Brancia inſtitiſſet, reintegrari in honoribus Sedilis
* Portæ Ciuitatis Surrenti, & gaudere in eo, prout gauiſus fuit Petrus Antonius eius Pater, vti filius naturalis legitimatus, ex dictis per *Me in dec.* 3. *nu.* 21. tamen quia in termino produxit fidem matrimonij ſubſequuti inter dictũ eius Patrem, & Virgiliam Milanam, fuit mediante ſententia S.C. reintegratus ad honores dicti Sedilis, in Banca Turini. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Socius an, & quando in locatione communis domus præferri debeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Socius in locatione domus præfertur.*
*Sed contrarium, n.* 2.
*Prima opinio verior, n.* 3.
*Maximè, quando ſocius inhabitaret, vel ibi ipſe haberet vxorem, & filios, n.* 7.
*Limita, vbi fieret ad æmulationem, n.* 5.
4 *Dominus rei indiuiſæ, totam rectè locat, dummodò vtilitèr agat.*
6 *Ad hoc, vt aliquid ad æmulationem fieri dicatur, Iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio XXXIX.

EMpta Terra Miglionici in Prouincia Baſilicatæ per Illuſtr. Ducem Salandræ, in ſolutum dedit in partem pretij Illuſtr. Principi Hieracij, aliiſquè cre-

Digitized by Google

creditoribus Ianuenſibus ſuper dicta Terra quandam eius domum, ſitam in Regione Sedilis Nidi, quæ cùm iſti creditores illã poſſiderent in communi, fuit per plures annos locata per Bartholomæum Cauanna, vti aſſertum Procuratorem prædictorum creditorum, qui quidèm Bartholomæus in menſe Februarij 1633. illam locauit V.I.D. Carolo Brãcatio Aduocato primario, & patritio ornatiſſimo pro anno vno, incipiẽdo à die 4. Maij eiuſdem anni, in quo die ſolent in hac Ciuitate incipere locationes domorum, etiam mediante *Regia Pragmatica* 3. *tit. de locato, & conducto*, quibus ſtantibus de menſe Aprilis porrexit ſupplicationem Ill. Princeps Hieracij Spectabili Præſidi S.C. prætendendo, in locatione præferri, & expreſſit, id prætendere tanquàm creditor ſuper dicta domo, & voce etiam dicebat, vel-
1 le præferri tanquàm ſocius, ex *gloſ. in l. Sabinus, in verb. ſed quid, ff. comm. diuid.* vbi habetur, quòd ſi ſocius vult locare, alter verò habitare, præfertur qui vult habitare, quę opinio *gloſa* eſt communitèr approbata, vt per *Bal. Fulgoſ.* & alios in *d. l. Sabinus, & Florian. de S. Petro ibid. n. 5. Gomeſ. var. reſolut. tit. de locat. & conduct. c. 3.* poſt *n. 14.* circà *finem, verſ. item adde, Dec. in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. n. 26. Paul. de Caſtr. in l. & hæc diſtinctio* 38. *§. cùm fundum, ff. locati, Socin. in l. ſerui electione*, §. *Labeo, ff. de legat.* 1. licèt contrarium tenuerit *Ruin. ibid.*
3 tamen contra ipſum tenent omnes, vt per *Franch. in dec.* 160. *Menoch.* qui omnes caſus diſtinguit *de arbitr. iudic. caſu* 442. *Hector Felic. de ſociet. c.* 28. *nu.* 52. *&* 57. & eſt communis opinio, vt per *Coſtam de portione ratæ, q.* 55. *n.* 6. imò poteſt vnus ex ſocijs vti re communi ad vſum deſtinatum, alio ſocio nullo modo vtente, habetur ex *Bal. & Ang. in d. l. Sabinus*, & ex alijs allegatis per *gloſ.* margin. in nouiſſima impreſſione.

Dicebat tamen Carolus Brãcatius, quòd ipſe habebat pro ſe inſtrumentum locationis ab eo, qui ſemper domum prædictam locare ſolitus erat, & quàmuis mandatum non habebat ab ipſo Principe, domum prędictam locandi, attamen habebat poteſtatẽ ab alijs participãtibus, & de iure Dominus rei indiuiſæ totam rectè locabit, dummodò vtiliter locet, *Ronthegal. in l. eandem 9. ff. de duob. reis, n. 126. Dec. in l. ſi ſocius, in fin. ff. ſi cert. pet.* Secundò dicebatur, quòd prædicta procedere poſſent, quando ſocius id non facit ad æmulationem, ſiquidèm ſatis notũ erat, quòd erat Aduocatus Ioannis Franciſci Grimaldi, filij vnigeniti prædicti Principis, qui cum dicto eius patre litigabat, imò lis inter ipſos tractabatur cum aliquo liuore, & per conſequens non erat permittenda hæc prelatio, ſtante æmulatione. Tantò magis, quia prædictus Princeps iàm habebat domum, in qua per plures annos habitauerat, quæ iàm non erat locata, & poterat illã ad libitum relocare, vt conſtabat ex fide Ill. Principis Cariati, ſeù eius Agentis, Domini domus, in qua Hieracij Princeps habitabat, & dicta prætenſa prælatio erat intentata tempore, quo de proximo erat incipiẽda habitatio prædicti Caroli, qui cùm haberet vxorem, filios, & magnam familiam, non poterat aliam domum aptam, & idoneam, & in loco, & quarterio pro eius munere Aduocationis inuenire, tempore, quo Princeps erat in hac Ciuitate, abſq; vxore, & familia, & poterat in quouis loco, & quarterio habitare, prout iàm per multos annos habitauit in dicta domo Ill. Principis Caria-
5 ti, & quòd prædicta prælatio non detur ſocio, quando id fit ad æmulationem, probat idem *Menoch. in d. caſu* 442. *n.* 21. *& Felic.*
6 *de ſociet. d. c.* 28. *n.* 57. & quòd Iudicis arbitrio relinquatur, quando dicitur, quid ad æmulationem fieri, probat idem *Menoch. de arbitrar. caſu* 156. Dicebatur etiam ex eodem *Menoch. d. caſu* 442. *n.* 21. *& Felicio* in *loco* ſuprà citato, quòd opinio *Socin.* & aliorum, qui, prælationem ſocio compete-
7 re dicunt, eſt intelligenda, quando ſocius inhabitat, & vult partem ſocij locare, maximè, quando haberet vxorem, & filios, & eſſet magna limitatiò ad *d. l. Sabinus*.

8 Ex predictis tamen cum interuentu Spectabilis Præſidis per S.C. die 2. Maij 1633. fuit Ill. Princeps à prælatione excluſus pro dicto anno, pęnès Secretarium.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XXXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Socius de iure communi præfertur in venditione rei communis pro eodemmet pretio, tantò magis, ſi res non patitur diuiſionem, n. 2. ac etiam ſi ſocius ſit etiam conſanguineus, nu. 3.*

4 *Socius in hoc Regno ratione congrui præfertur in venditione, ac etiam in locatione, nu. 5. Limita, ſi ad æmulationem peteret prælationem, n. 6.*

7 *Socius non poteſt domum communem locare ad alium vſum non deſtinatam, & ità deciſum adducitur, nu.* 8.

9 *Locator non tenetur ad damna, & intereſſe conductori, quãdo ignorabat, ab alio prohiberi poſſe, ſecùs ſi ſciebat.*

10 *Creditor conſanguineus, nedùm præfertur in emptione extraneo, ſed etiam in locatione, & ità deciſum refertur in locatione feudi.*

11 Tex.

11 Text.in l.1.ff.de priuil.credit. *eſt in viridi obſeruantia,& nõ fuit correctus per* l.dudùm, C.de contrahen.empt. *& procedit etiam in feudis,nu.* 12.

13 *Locator non tenetur denunciare inquilino, ſeù conductori domus,an velit continuare locationem.*

14 *Emptor domus cum pacto de retrouendẽdo, non præfertur nouo emptori ceſſionario iuris luendi, etiamſi illam melioraſſet, n.15.& ità determinatum aſſertur,n.16.*

1 IVre communi attẽto,ſocius præfertur in venditione rei communis pro pretio, quod ab extraneo emptore inuenitur, ad tradita per *Bald. in l.2. C.comm. rer.alienat.* argumento *l.neceſſe, ff.de in diem adiect.*& *l.1.ff.de priuil.credit. Franc.Marc.dec.359.n.6. Tiraq.de retract. lignag.*§.1.*gloſ.18.num.7.in fine,Dec.conſ. 285.verſ.vltimò quæritur, Maſtrill. conſ. vnico,nu* 14. impreſſo poſt *dec.*100.*lib.*1.& alijs etiam relatis comprobat *Gratian.cap.* 874.*num.4.diſceptat. forenſ.*& nouiſſimè *D.Merlin.de pignor.& hypothec.lib.2.q.37.*
2 *n.7.&* 18. eò magis,ſi non patitur diuiſionem, tunc enim ſi ſocius nollet partem ſuã alteri vendere,procedẽdum eſt inter ipſos ad licitationem,iuxtà notata per *Capyc.*virum ſanè doctiſſimum *deciſ.*36.& expreſsè habetur in *cap.conſtitutus, extrà de in in-*
3 *tegr.reſtit.* & multò fortiùs, quando ſimul cum communione concurrit ſanguinis cõiunctio,ſecundùm *Roman.conſ.22.colum.3. verſ.nos autem,Anchar.conſ.171.col.3.verſ. item quia,*ſiquidem conſanguineus præfertur in emptione bonorum conſanguinei, *d. l.1.& l.ſi in emptione ff.de minor.Bar.conſ. 19.n.3.*& in hoc Regno indubitantèr ſocius
4 præfertur ratione congrui,per *Conſtit.Sancimus,de iure prothomiſ.*& per *Conſuet.* incip.*Si quis habet domum,verſ.& inſupèr,de iure congru.* quod latiſſimè etiam probat *Amat.var.reſol.lib.2.reſol.54.n.9.& ſeqq.*

5 Idq; procedit,etiam in locatione,ex traditis per D.meum hìc *n.1.2.&* 3.& poſt ipſum hoc idem voluit *D.Merlin.vbi ſuprà n.*12.ex *Buratto dec.350.nu.3.* ſed D.meus
6 *n* 4. id limitat, vbi ſocius ad æmulationem peteret prelationem,atq; ità deciſum refert
7 *num.*8.non tamen poteſt ſocius locare rem communem,ad alium vſum non deſtinatã, *gloſ.in l.Sabinus,in verbo conſtat,in fine, ff.commu.diuid.*quam ſequuti ſunt *Floria. & Alber.*& habetur per *Io.Fabr.in* §.*religioſum,verſ.in commune verò,Inſtit.de rer. diuiſ.Bal.& Iaſ.in l.1.C.de his,qui teſtam. facer.poſſ.*& per *Bart.& Caſtr. in l.& hæc diſtinctio,*§ *cùm fundus,ff.loca.*ideòq; cùm Scipio Turbolus, domum locari ſolitam,
8 quam cõmunem habebat cũ Antonio eius fratre, locaſſet Hieronymo Ferrario pro annis quinque,cũ pacto,quòd in ea fieri debuiſſent nonnullæ meliorationes,& aperturæ, comparuit d.Antonius, & noluit permittere, aperturas fieri,& domum mutari, contra antiquum ſolitum, ſiuè vſum,iuxtà
* prædictas doctrinas,quarè per S.C.ad relationem D.Conſil.*Morra,* fuit cõdemnatus d.Scipio ad reficiendum d.Hieronymo dãna,& intereſſe, & nihilominùs fuit prouiſũ, quòd primi inquilini non moleſtentur, in
9 Banca Figliolæ, locator enim tunc non tenetur ad damna,& intereſſe, quando ignorabat,ab alio prohiberi poſſe,ſecùs quando ſciebat,vt in caſu prędicto,quia habet conſocium in domo,& locauerat,non ad vſum deſtinatum, ſed cum detrimento domus, vt in ſpecie loquitur *Salycet. in l.ſi fundus, verſ.oppono tertiò, & verſ.oppono quartò, ff.locat.*

Et paritèr creditor conſanguineus, ſicut præfertur in emptione extraneo, *d. l.1.ff.de*
10 *priuileg.credit.*ità etiam præfertur in locatione bonorum debitoris conſanguinei, vt fuit per S.C. deciſum die 13. Decembris
* 1623.in cauſa D.Portiæ Sanſeuerinæ creditricis, & conſanguineæ cum D. Franciſco Exarques debitore ſuper affictu Terrę Lauriæ,ad relationem D.Regentis *Zufia,* tunc Regij Conſiliarij,in Banca Turini, nunc de
* Fuſco, prout etiam fuit anteà deciſum per d.S.C.iunctis Aulis die 10. Decẽbris 1619. in cauſa affictus Terræ Orioli,nàm fuit prelatus D.Alexãder Pignonus filius, & creditor Marchionis patris, in Banca de Spera,
11 *tex.*enim *d.l.*1.eſt in viridi obſeruãtia,cùm nõ fuerit correctus per *l.dudùm, C.de contrah.empt.*vt poſt *Alex.*& alios tenet *Goffred.* ſubtilis Doctor in *d.l.*1.& ſic iudicatũ teſtatur *Faber in Cod.tit.de iure delib. defin.14.in fine,& lib.8.tit.16.defin.*32.ac *lib. 5.coniect.iur.ciuil.c.15.in fine,* & procedit
12 etiam in feudis,*Iſern.in* §.*ſed,& res,nu.3. qual.olim feud.poter.alien. Paris de Puteo de reintegr feud.fol.241.n.15.*vbi coniungit diſpoſitionem iuris feudalis *d.*§.*ſed,& res,* cum *d.l.*1.

Et dũ de locatione verba fecimus, ſcias,
13 quòd denunciatio non debet fieri inquilino domus in hac Ciuitate Neapol.an velit continuare locationem, vt deciſum tradit D.Reg.*Sanfelic.* ſemper laudãdus *dec.*300. ſub *n.4.lib.*2.

Non tamen emptor domus in pacto de
14 retrouendendo, facta reemptione per tertium ceſſionarium iuris luendi, præfertur in venditione illi facta per Dominum domus, vt deciſum teſtatur per Rot.Roman. *Farinac.deciſ.*502. etiam in gradu appellationis,vt refert *dec.547.par.2.tom.4.* quam deciſionem refert,& ſequitur *Amatus reſol.*

54

Digitized by Google

54.*num.26.lib.2.variar.reſol.* quod proce-
15 dit,etiam ſi res fuerit meliorata per dictũ
emptorem cum pacto de retrouendendo,
ex traditis per *D. Conſil. de Anna conſ.* 77.
*nu.29.lib.*1. qui etſi loquatur in locatione,
idem tamen procedit in venditione, *l. fin.*
*in fine*,C.*de contrah.empt.Eſcobar de ratio-*
*cin.cap.*16.*nu*.3. & ità per prædicta ego ob-
16 tinui vti Aduocatus D.mei in cauſa cum
Marchione S.Iuliani,filio, hæredeq; doctiſ-
ſimi,ac æquiſſimi viri D.Regentis,ac Locũ-
tenentis R.C.S.*D.Bernardini Montaluo*;cũ
enim D.Marchio Vaſti, & Piſcariæ ceſſiſſet
D.meo ius luendi, quod habebat domus
venditæ dicto D.Bernardino,& facta dicta
reemptione, domum prædictam D. meo
vendidiſſet pro eodemmet pretio;facto de-
poſito per D.meum de capitali pretio do-
mus,cùm oppoſuiſſet dictus Marchio,præ-
ferri,ſtantibus etiam meliorationibus in
* dicta domo factis,per S.C.ſub die 21.Apri-
lis 1644. ad relationem D. Conſil. *de Soto*,
viri acutiſſimi ingenij,ac morum ſuauitate
amabiliſſimi,cum interuentu Dominorum
Conſil.*Prouenzalis,& Arias de Meſa*, fuit
prouiſum, quòd facto depoſito duc.700.
pro dictis pretenſis meliorationibus,dictus
Marchio S. Iuliani adueniente prima die
Maij extraſſet à domo prædicta,in Banca
Solarij. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Legato feudo, vel inſtituto hærede extraneo in feudalibus, nùm debeatur æſtimatio. Et quid in donatione contemplatione matrimonij rei feudalis,abſq; aſſenſu.**

### *SVMMARIVM.*

*Legato feudo non debetur æſtimatio,& n.*9.
*Sed contrarium,n.*2.
*Inſtituto extraneo hærede in feudo,non debetur æſtimatio.*
*Inter legatum,& hæredis inſtitutionem in materia æſtimationis feudi differentia constituitur,& n.*5.
*Aeſtimatio nõ debetur,ſi res feudalis, abſq; aſſenſu contemplatione matrimonij fuerit donata,niſi ſpecialitèr fuerit in illam caſũ promiſſa euictio,nec ſufficit generalis.*
*Sed contrarium,n.*7.
*Maximè,ſi donatio eſſet oneroſa,vel remuneratoria,& eſſet promiſſa euictio,nu.*9.10.& 11.
*Sed contrarium, licèt non ſit promiſſa euictio,n.*13.
8 *Quarta conſtituta in feudo, abſq; aſſenſu, debetur æſtimatio.*
12 *Donatio contemplatione matrimonij reſpectu vxoris, & filiorum, cauſam oneroſam habet.*
14 *Donatio contemplatione matrimonij dicitur remuneratoria,& ob cauſam,& n.*15.
16 *Euictio cadit in donatione ob cauſam,licèt non promiſſa.*
17 *Filij in donatis contemplatione matrimonij ſuccedunt vti patris hæredes.*
18 *Cautela pro filijs,vt in donatis contemplatione matrimonij non ſuccedant vti hæredes, refertur.*
19 *Deciſio cauſæ traditur.*

## Deciſio XL.

1 FAmigerata fuit quæſtio, an legato
feudo, abſq; aſſenſu debeatur æſti-
matio, & à *Doctoribus* valdè con-
trouerſa, ſiquidèm,negatiuam opi-
nionem ſubſtinuerunt DD. cumulati per
*Io.Vinc.de Anna in Conſt.*incip.*Conſtitu-*
*tionem Diuæ memoriæ,nu.*39. cum *ſeqq.* &
in *allegat.*125.126.127.& 140.*lib.*2. & per
*Conſil. Fab. de Anna* eius filium *conſ.* 87.
1.*vol.Camill.de Curte* in ſuo *diuerſ.feudal.*
*cap.multotiès,nu.*83.& 103.*fol.*53.*Intrigl.*
*de feud.cent.*1.*q.*51.*nu.*122.*De Ponte de*
*ſucceſſ.feud.lect.*11.*nu.*37. *Schrad.de feud.*
*p.*7.*c.*2.*nu.*9.*Roſental.de feud.c.*7.*nu.*10.ſub
*rubr.de ſucceſſ.ex teſtam.concluſ.*2.*Peregr.*
*de fideicomm.art.*33.*n.*23. *Anell.Amat.conſ.*
7.*nu.*34. partem verò affirmatiuam tenue-
2 runt DD.cumulati à *Reg.Lanario conſ.*80.
in cauſa Io.Antonij de Tuſo, per *Reg. de*
*Pont.conſ.*88.1.*vol.Camer.in cap.Imperia-*
*lem,fol.*26.*lit.*C. & *ſeq.* *Frecc. de ſubfeud.*
*lib.*3.*q.*33.*in fin.*idem *Reg.de Ponte in rubr.*
*de ſucceſſ.feud.lect.*11.*nu.*58. & in *tract.de*
*poteſt.Proreg.tit.*6.§.2.*per tot.* *Camill. Sa-*
*lern.ad Conſuet.Neap.in addit.*incip.*Si de-*
*betur,fol.*306. *Molfeſ.in Conſuet. Neapol.*
*par.*2.*q.*7.& pro hac opinione pluriès fuiſſe
iudicatum, fatetur *Io.Vinc.de Anna in d.*
*alleg.*126.& 127.& dicit,ſententiam fuiſſe
in reclamatione confirmatam in *repet. Cõ-*
*ſtit.Diuæ memoriæ,nu.*139. & iterùm, hoc
fuiſſe decìſum in dicta cauſa Io. Antonij de
Tuſo cum Marchione Lauelli, teſtatur *De*
*Ponte d.conſ.*88.*nu.*51.& contra ſuam opi-
nionem iudicatum,refert pluriès *De Anna*
*filius in add.ad Ann.patrẽ in rubr.de vaſall.*
*decrep.ætat.* ſub *n.*19.& *ſeq.Gizzarell.* ple-
nè, vbi omnes ferè *Doctores* pro hac opi-
nione cumulat,& contrarijs reſpondet *dec.*
35.aliàs 37. & quamuis S.C. in illa cauſa cũ
R.C.

Digitized by Google

R.C.fuerint in paritate votorum, tamen aliam deciſionem refert iunctis Aulis in cauſa Ludouici Capycij Galeoti cum illis de Ieſualdo,quæ deciſio eſt in *dec.*5.*S.C.D. Reg.Tapia* Marchionis Belmontis, & licèt *Io.Franc.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*6.§.2.*nu.*9.dicat,opinionem contrariam eſſe in puncto iuris veriorem,attamen fatetur, quòd iſta eſt magis communis omnium *Doctorum*,& cum ea pertranſit in *conſ.*73.2.*vol.nu.*2.vbi dat rationem diuerſitatis in legato,& contractu inter viuos,*Ricc.collect. dec.*1315.*Borrell.in ſumm.dec.tom.*1.*tit.*34.*de feud.n.*690.*De Medic.conſ.*131.*n.*12.

Alia etiam fuit quæſtio ventilata,vtrùm
3 inſtituto extraneo hærede in feudo,debeatur æſtimatio, & fuit deciſum negatiuè, & fuerunt deciſiones in cauſa illorum de Suriano,iunctis omnibus Tribunalibus, vt per *Fab.de Anna in addit* ad eius *Genitorem in alleg.*127.*in fin.*& iterùm fuit poſteà deciſum in cauſa illorum de Venato,de qua deciſione habetur per eundem *Fab.de Anna conſ.*87.*nu.*6.per *Octau.Bambacar. in alleg.*pro Principe Aſculi, poſt *repetit.cap. omnes filij, ſi de feud. defunct. milit.fuer. controu.* *Camill.de Curt.*in d.ſuo *diuerſ.d. cap.multotiès,num.*103.*Amend.ad Franch. dec.*1.ſub *num.*1.quamuis contrariam opinionem ſubſtinuerit *D.de Pont.conſ.*75.*nu.*15.*lib.*2.ratio autem diuerſitatis inter le-
4 gatum,& hæredis inſtitutionem poſuit idē *Reg.de Pont.in d.rubr.de ſucceſſ.feud. lect.*11.*nu.*58.quia legatum rei alienæ benè valet,ſaltèm,vt debeatur æſtimatio, §.*non ſolùm,Inſtit.de legat.*ſed in aliena hæredita-
5 te inſtitutio expreſsè eſt prohibita,*l.fin.C. de hæred.inſtit. Præſid.R.C. Anell. Amat. conſ.*8.ſub *nu.*26.licèt poſſit teſtator feudatarium grauare,iuxtà tamen diſtinctionem *D.Reg.Rouit.in prag.*1.*n.*122. *de tit. abuſu ſubl.& conſ.*35.*lib.*1.*& conſ.*28.*&* 39.*lib.*2.

Tertia fuit quæſtio, quid in donatione
6 contemplatione matrimonij rei feudalis, abſq; aſſenſu,an æſtimatio debeatur, & pro opinione negatiua ſcripſit *Lanar.conſ.* 3. qui tamen non loquitur in donatione contemplatione matrimonij,ſed *nu.*17.ex doctrina *Bart.& Bald.* dicit, quòd etiam ſi ſit promiſſa euictio generalitèr,niſi ſpecialitèr fuerit promiſſa in illum caſum,quòd æſtimatio non debetur. Verùm contra hanc
7 opinionem fuiſſe deciſum in S.C. quando in contractu donationis eſt promiſſa euictio,habetur ex *d.dec.*5.*S.R.C.* D.*Reg.Tap.* quam negatiuam opinionem ſtrenuè ſubſtinet D.*Reg.Rouit.in d.pragm.*1.à *nu.*128. cum *ſeqq.de titul.abuſu ſubl.*vbi etiam inſeruit *Allegationes* per ipſum editas in articulo prædicto pro D.Ioanne Sanchez cum D.Alonſo Sanchez.

Pro affirmatiua verò opinione ponderatur doctrina *Andr.in c.*1.§.*è contrario,col.ſi. de inueſt. de re alien.fact.* vbi conſtituta
8 quarta in feudo,abſq; aſſenſu,debetur æſtimatio,per quam doctrinam *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.*6.§.2.*n.*20.tractando plenè articulum,quàmuis in puncto iuris,veriorem exiſtimet opinionem, quòd legato
9 feudo non debeatur æſtimatio,licèt pluriès ſit contrarium iudicatum, attamen in donatione contemplatione matrimonij con-
10 trarium tenuit, ea ratione, quia quotieſcunq; donatio eſt oneroſa,& remuneratoria,tunc debetur æſtimatio, vt fuit deciſum in cauſa Aſcanij Columna cum illis de Rota,vbi fuit determinatus articulus,in donatione remuneratoria feudi, abſq; aſſenſu, deberi æſtimationem, vt per *Frecc.de ſubfeud.lib.*3.*in* 12.*differ.inter feud.ex pact.& feud.hæred.*& in illamet cauſa D.Alonſi Sanchez contra D.Ioannem ſcripſit idem *De Ponte in d.conſ.*98.*&* d.§.2.*nu.*26.tenendo opinionem prædictam pro indubitata,& Chriſtiana,& hāc etiam in donatione,optimè confirmant *Doctor.*allegati per D.*Reg. Tap.in d.dec.*5.*S.C.nu.*7.& in *dec.*6.*Supremi Italiæ Conſil.n.*25.latiſſimè hanc eandē opinionem comprobat *Gizzarell.dec.*22. *per tot.*& licèt cauſa *ibi* non fuerit deciſa, ſed tranſactione finita,ſicut etiam cauſa illorum de Sanchez, tamen nouiſſimè accidit articulus iſte in cauſa Saluatoris Romani cum Iſabella,& Cornelia Saſſone, donauerat enim Iſabella Baſile Ioan. Vincentio eius filio cōtemplatione matrimonij quoddam ſubfeudum quaternatum ſecundùm quid,ſitum in Terra Argentij, & quàmuis aſſenſus fuerit reſeruatus, non tamen fuit impetratus, & ideò Saluator creditor donatarij egerat contra dictos de Saſſone hæredes donātis ad æſtimationem,& pro parte hæredū donatarij dicebatur, quòd aliàs deciſa,& tractata in donatione, quatenus procederent, attamen debebant intelligi,
11 quando erat promiſſa euictio, in qua ſe fundauit S.C. in *d.dec.*5.*Reg.Tap.* vt habetur ex *d.dec.in fin.* & ſic intelligenda eſſe aiebant,quæ dixit *Andr.in d.c.*1.§.*è contrario,nu.*10.*in fin.de inueſt. de re alien.fact.* iuxtà terminos *text.in l.Ariſto,*§ *fin.ff.de donat.*& *l.*2.*C.de euict.* allegati ab eodem *Andr.*&*gloſ.in d.l.Ariſto* expreſsè tenet, quòd ſi fuit promiſſa euictio,debetur,ſecùs verò,ſi non fuerit promiſſa,quod plenè probatur in *d.l.*2.*C.de euict.* ibi,*quoniam auus tuus eum prædium ſibi donauerit,de euictione eorum cauit,*& ſic loquuntur,vbi eſt promiſſa euictio,cùmq; in hoc caſu euictio nō reperiebatur promiſſa,prætendebant,non teneri ad æſtimationem.

Secundò dicebatur, quòd donatio contem-

tem-

Digitized by Google

templatione matrimonij principalitèr re-
12 ſpiciebat intereſſe vxoris,& filiorum,ex ea procreandorum, reſpectu quorum dicitur habere cauſam oneroſam,iuxtà tradita per *Franch.in dec.*205.& per *Gizzar. d.dec.*22. cùmq; cauſa tractetur, non ad inſtantiam vxoris,neq; filiorum,ſed ad inſtantiam Saluatoris Romani creditoris, prædicta ratio retorquebatur in odium, contra regulam *l.quod fauore*,C.*de leg.*& ſi in caſu D.Alonſi Sanchez,in quo aderat intereſſe formatum vxoris,& filiorum,ſtante litis dubietate, vt refert *De Ponte in d.tit.6. §.2*, fuit cauſa tranſactione finita, quantò magis in caſu noſtro,vbi ceſſat eorũ intereſſe,& tractatur ſolùm de intereſſe creditorum donatarij.

Pro parte verò prædicti Saluatoris Romani creditoris replicabatur,nullam eſſe habendam rationem,quòd ſit promiſſa,vel non promiſſa euictio in contractu contemplatione matrimonij, ſiquidèm, vt optimè fundat *Gizzarell.in d.dec.22.num.17.* tales
13 donationes antipherna sũt vocatæ ab *Imperatore in l.cùm multa*, C.*de donat.ante nupt.*quas interpretatur *Napod.in rubr.de Iur.quartæ,nu.5.* Remuneratiuas, & ideò excedunt terminos, & naturam ſimplicis donationis, & tranſubſtantiantur in con-
14 tractum permutationis, & dationis in ſolutum, iuxtà *Vlpiani* reſponſum in *l.ſed & ſi lege,§.conſuluit,in fi.ff.de petit.hared.* & proindè tenetur de euictione,ità limitãdo *text.in d.l.Ariſto,num.22.*quod etiam
15 optimè fundatur, quia donatio contemplatione matrimonij, ſecundùm magis cõmunem opinionẽ dicitur donatio ob cauſam,vt habetur poſt alios per *Fontan.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.par.14.n.23.tom.1.* & melius *clauſ.4.gloſ.1.nu.1.*cum *ſeqq.* no-
16 uiſſimè *Gutell. de donat.contempl.matrim. tract. 1. diſcurſ.3.p.4.nu.6.* vbi alios refert, *Menoch.conſ.723.*ſub *nu.24.*in qua donatione ob cauſam locus eſt euictioni, etiam non promiſſæ, ſiuè à promiſſione, ſiuè à traditione incipiatur, *Bart. in l.Iulianus 131.§.qui fundum,nu.5.ff.de verb. obligat. Roſental. de feud.c.8.concl.29.nu.5. Gaſpar* [illegible] *de euict.§.4.nu.4.Fontan.in d.clauſ.* [illegible] *nu.23.* [illegible]

Obſtabit,quòd hìc non ſumus in [illegible] ore,quia vera eſt concluſio,quòd [illegible] tione facta contemplatione matrimonij acquiritur ius filijs, vti patris hæredibus,vt docuerunt *Fab.de Anna*, alios cumulans in *conſ.52. D.Reg.de Ponte conſ.80.1.vol.* & *Molfeſ.in conſ.2.* poſt *comment. ad Conſuet.*& De Ponte cautelam tradit in *d.conſ.80.nu.16.*ad hoc,vt excludantur cre-
18 ditores patris, vt in ſtipulatione apponatur pactum,quòd filijs,vti filijs, & non vti patris hæredibus ius acquiratur; latè etiam

*Surd. deciſion.322. per totam, & Peregrin. art.32.& dec.101.*& ſic hoc ius petendi feudum donatum cõtemplatione matrimonij alicui pro ſe,& hæredibus,venit creditoribus obligatum, & quàmuis filij,vel vxor nõ agant,poſſunt ipſi eorum iura experiri.

19 Et propterea diſcuſſo articulo in S.C.fuit 12.Iunij 1634.ex prædictis deciſum,deberi æſtimationem: verùm quia prætendebant conuentæ creditum anterius, fuit dictum, quòd in æſtimatione prædicta habeatur ea ratio,quæ de iure habenda erit de prætenſo credito, penès Actor.Mag. Veruſium, nunc verò Sollatium.

---

## OBSERVATIO
## In Deciſione XL.

### *SVMMARIVM.*

1 *Æſtimatio an debeatur, legato feudo, abſq; aſſenſu, & n.3.*

2 *Legatũ rei alienæ valet, ſaltèm quoad æſtimationem.*

4 *Inſtitutio hæreditatis alienæ non valet, & ità deciſum in feudo traditur, n.5.*

6 *Æſtimatio debetur, donato, vel refutato feudo contemplatione matrimonij, abſq; aſſenſu.*

7 *Filij an ſuccedant vti filij, vel vti patris hæredes in donatione contemplatione matrimonij, & n.8.9.10.11.12.& deciſio adducitur, num.13.*

1 AEſtimationem,ſiuè pretium deberi legato feudo abſq; aſſenſu ab hærede ſanguinis legatario,optimè fundat; ac rerum iudicatarum authoritate comprobat D. meus *hic,*
2 *num.2.*eò,quòd legatum rei alienæ valet,vt ſaltèm debeatur æſtimatio,ad *tex.in §. non ſolùm,Inſt.de legat.*vt tradit *n.4.*ſequitur D. *Praſ.Merlin.*Marchio Ramontis *c.81.n.68. cent.2.controu.forenſ.*ſed extraneo hærede
3 inſtituto in feudo,ſimilitèr ſine aſſenſu deberi,negat D.meus *nu.3.* vbi plures ad hoc deciſiones noſtrorum Tribunalium addu-
4 cit; quia alienæ hæreditatis inſtitutionem iura abhorrent, *l. fin.C.de hæred. inſtit.* D. *Praſ. Merlin.ibid.*vbi D.meum ad hoc etiã citat,quod etiam voluit *D.Reg.Capyc.Galeot.lib.1.controu.28.n.40.*

Hinc,cùm Camillus Sambaſilis vtilis Dominus Terræ Cancellariæ,quæ hodiè poſſi-
5 detur cũ titulo Ducatus per D. Federicum Caraſam ex Ducibus Nuceriæ Paganorum, in eius teſtamento inſtituiſſet heredem vniuerſalem in bonis allodialibus, & feudalibus Herſiliam eius vxorem, mortuo dicto Camillo Iuſtiniana de Afflicto neptis ex ſo-

 rore

rore tanquàm legitima ſucceditrix cępit poſſeſſionem dictæ Terræ, non contradicente dicta Herſilia, donec vixit, illaq; mortua inſtitit Iſabella Sambaſilis eius filia, & hæres, condemnari dictã Iuſtinianã ad ſibi ſoluẽdum pretiũ dictæ Terræ, ex illa vulgata traditione, quòd legato feudo debeatur æſtimatio legatario, quando in illo ſuccedere non poteſt, vel propter exiſtentiam proximioris, vel quia ipſemet extraneus, & ſic incapax feudi ſucceſſionis; attamen quia nõ de legato, ſed de feudi inſtitutione agebatur, iuxtà tradita ſuprà *nu*.3. fuit per S.C.
* iunctis Aulis referente *D. Cæſare Vitellio* Reg. Conſil. digniſſimo, ac vigilãtiſſimo, ſub die 6. Iulij 1576. abſoluta prædicta Iuſtiniana, in Banca Angriſani, nunc de Montella.

6 Debetur tamen æſtimatio, ſinè pretium donato feudo contemplatione matrimonij abſq; aſſenſu, etiam ſi non ſit promiſſa euictio, ex rationibus adductis per D. meum *nu*.15. *& ſeq*. Hinc, *D. Præſ. Merlin. d. cent*. 2. *cap*.60. *per tot*. luculentèr ſubſtinet, ac deciſum refert per S.C. 4. Martij 1641. donato, vel refutato feudo contemplatione matrimonij abſq; aſſenſu, ſemper deberi æſtimationem, nedùm filio, ſed & eius vxori, illudq; obligatum eſſe pro dotium, & iurium dotalium tuitione, vigore Capitulorum huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolitanis conceſſorum.

7 Ex donatione tamen contemplatione matrimonij facta, an acquiratur ius filijs vti hæredibus Patris, an vti filijs, videnda eſt *gloſ*. famoſa in *l. ſi tibi*, §. *ſi pactus ſim*, *verſ. proderit*, *& verſ. ſed quid ſi dubitetur*,
8 *ff. de pact*. vbi facit trimembrem diſtinctionem, quòd aut Pater eſt ſtipulatus pro ſe, filijs, & hæredibus, & tunc vti hæredes ſuc-
9 cedunt, aut pro filijs vti filiis, & tunc ſumus in claris, quòd vti filij; aut verò in dubio, &
10 ceſſantibus coniecturis, vti heredes ſuccedunt, quam *gloſa* theoricam *DD*. communitèr ſequuntur, vt per *Surd. dec*.322. & de iſto tertio caſu loquitur, & comprobat D. meus *nu*.17. ſequitur *D. Hodierna in obſer. ad Surd. d. deciſ*.322. *per tot*. vbi ex D. meo *dec*.70. *nu*.8. refert, coniecturas, ex quibus
11 filij præſumuntur vocati vti filij, & non vti hæredes, probandas eſſe per ipſos filios, dũ
12 in eis ſe fundant, & ſic deficientibus coniecturis, promiſſio facta filijs, intelligitur vti hæredibus, *Menoch. præſumpt*.48. *lib*.3. *D. de Franch. dec*.213. *nu*.55.56. *& ſeq*. ad ſaturitatem *Surd. dec*.322. à *nu*.18. *ad fin*. *D. Reg. Loffred. conſ*.1. *nu*.64. *verſ. ad quæ accedat gloſ*. ac *nu*.65. *& ſeq*. *Maſcard. de probat. concl*.1152. *nu*.1.2.3. *&* 4. vbi teſtatur, dictam opinionem eſſe veram, communitèr ab omnibus *DD*. ſequutam, & de magis communi, & veriori ſententia teſtatur *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib*. 14. *tit*.18. *nu*.9. *verſ. ſed diuerſa ſententia*, & voluit etiam *Alciat. conſ*.20. *n*.3. *lib*.3.

Similiſq; articulus fuit in S.C. diſputatus
13 in cauſa Fabij Caraccioli cum D. Troiano Caracciolo; in capitulis enim matrimonialibus inhitis inter Flaminium Caracciolũ, & D. Laudoniam Ruffam fuit facta donatio contemplatione dicti matrimonij per Paulum, & Liuiũ Caracciolos fratres dicti Flaminij, nedùm dictæ D. Laudoniæ, ſed filijs naſcituris ex dicto matrimonio duc.35. mil. de quibus dictus Flaminius diſponere potuiſſet ad ſui libitum, cùmq; perueniſſent duc.7. mil. ex bonis prædicti Pauli ad dictũ D. Troianum, vigore dictæ promiſſionis poſt mortem Flaminij Patris, inſtitit dictus Fabius creditor prædicti Flaminij, ſatisfieri ſuper dictis duc.7. mil. eò, quòd promiſſio intelligebatur facta filijs vti hæredibus, nedùm ex iuris diſpoſitione, ſed etiam vigore dictæ promiſſionis, dùm enim Flaminius poterat diſponere de quantitate donata, certum eſt, quòd filij non erant contemplati vti filij, ſed vti hæredes Patris, ideòq; per
* S.C. iunctis Aulis die 30. Maij 1616. fuit deciſum ad beneficium prædicti Fabij, votantibus DD. Conſil. *Alderiſio* cauſæ Commiſſario, *Saluo*, *Valcarcel*, *De Mora*, *Freccia*, *De Ianuario*, & *D. Præſid*. de Ponte Marchione S. Angeli, in Banca Carboni.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

## Matris renunciatio an, & quando noceat filijs venientibus ex propria perſona. Et quid in linea collaterali.

### *SVMMARIVM.*

1 *Renunciatio matris an, & quando obſit filijs venientibus ex propria perſona, & n*.5.12. *&* 17.

2 *Nepotes de iure nouiſſimo in ſucceſſione patrui ſuccedunt in ſtirpes, vnà cũ alijs patruis, & de ratione, nu*.3.

4 *Renunciatio matris habet tacitam conditionem, ſi hæreditas ei deferatur, & nu*. 13. *&* 16.

6 *Filij mortua matre, quæ dote accepta renunciauit, an poſſint venire ex propria perſona, & an dos debeat cõferri per filios, n*.7.

8 *Proximior ex propria perſona quomodò conſideretur in hac materia ſucceſſionis, & num. ſeq*.

10 *Nepos quando admittatur ad ſucceſſionem aſcen-*

Digitized by Google

*aſcendentium, & tranſuerſalium, & n. 19.*

11 *Ius accreſcēdi eſt potētius ſucceſſorio edicto.*

14 *Filij habent repræſentationem à lege, non à matre, & ideò renunciatio matris ipſis non obſtat.*

15 *Filius exhæredati non repellitur ſuccedere Auo ſimul cum patruo.*

18 *Reſoluto actu, cenſētur reſoluti omnes effectus ab eo procedentes.*

20 *Nepos repræſentādo gradum matris, erit in eodem gradu cum patruo, tā in ſucceſſione aſcendentium, quàm tranſuerſalium.*

1 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio XLI.

IN ſucceſſione q. Cler. Io. Iacobi Cicala mortui ab inteſtato, concurrebant Hieronymus, Simeon, Angela, & Franca Cicala fratres, & ſorores vtrinq; coniunctę, & illi de Guarino filij q. Thomaſinæ Cicalę, ſimilitèr ſororis vtrinq; coniunctæ prędicti q. Io. Iacobi. Cùmq; tractaretur decretum præambuli in Curia Baiulationis Ciuitatis Lycij; non fuit dubitatum, quòd in quatuor partibus dictæ hęreditatis ſuccedebāt dicti fratres, & ſorores vtrinq; coniunctæ; ſed dubium fuit de quinta parte, ſi ſpectabat ad filios q. Thomaſinæ præmortuæ, vel in ipſa ſuccedere debebant etiam prædicti fratres, & ſorores viuentes, & ideò fuit ſuperſeſſum in expeditione decreti præambuli reſpectu dictæ quintæ partis, à quo decreto cū fuiſſet appellatum ad M. C. fuit prouiſum, & datus ter minus in cauſa, & interim, quod dicti quatuor fratres, & ſorores immitterētur in poſſeſſionem etiam dictę quintæ partis; à quo decreto cùm fuiſſet appellatum ad S. C. & obtenta ſolita Reg. decretatio, quòd M. C. V. verbum faciat in eodem S. C. dicebant dicti de Cicala, decretum M. C. debere confirmari, ſtante renunciatione dictę q. Thomaſinæ matris dictorum de Guarino, quæ dicebatur, obſtarę filijs, etiam ex propria perſona venientibus: & Primò, quia cùm ſopita ſit hodiè famigerata illa quæſtio inter *Accurſ. & Bart.* ex vna, & *Azon.* ex alia; An [illegible]s ſuccedant vnà cum patruis in ſuc[illegible]e alterius patrui præmortui in ſtir[illegible] in capita, cū de iure nouiſſimo ſuc[illegible]n ſtirpes, & non in capita; de qua [illegible]e latè *Ludou. Morot. conſ. 1. Theſ. in dec. 162. Franch. dec. 24.* & hoc ea ratione, quia repræſentando gradū, & perſonam
3 matris, concurrunt in ſucceſſione cum alijs patruis, vt in *auth. vt fratrum filij, §. ſi igitur defunctus, de hæred. quæ ab inteſt. defer. Purpur. cōſ. 390. n. 10. lib. 1. Morot. d. conſ. 1. n. 43. Doctor Marta vot. 102. n. 8.* & ſic cùm matri, ſi viueret, obſtaret renunciatio, ità &
4 filijs, quamuis enim renunciatio matris tacitam habeat conditionem, ſi hæreditas ei deferatur, vt in *l. qui ſuperſtitis*, vbi *DD. ff. de acquir. hæred. & in l. pactum dotali, C. de collat. & in cap. quàmuis pactum, extrà de*
5 *pact.* & proindè, ea præmortua poſſent filij venire ex propria perſona, vt per *Gram. dec. 57. Molin. de primog. Hiſp. lib 2. c. 3. n. 47. De Ponte conſ. 40. nu. 6. lib. 1. Marant. diſp. 10. Dauth. in d. cap. quàmuis, n. 44. Cęuall. com. opin. q. 101.* & alij, per *Harthm. Piſt. quæſt. iuris lib. 4. q. 7. in princ.* & fatetur *Molfeſ. ad Cōſuet. Neap. tit. de renunc. q. 5.* Quod etiam
6 procederet, ſi mater accepta dote renūciauerit, quicquid dixerit *Marta in voto 210. n. 13.* inter *deciſ. Piſan & in tract. de ſucceſſ. legal. p. 1. q. 14. art. 2. &* Fōtan. *de pact. nupt. clauſ. 9. gl. vnic. p. 1. n. 52.* qui anceps in quęſtione videtur perſiſtere, quia in Regno ap-
7 probata eſt opinio affirmatiua; vt collata dote, vel id, quod acceperit, poſſint filij venire, non obſtante renunciatione matris, quod diffusè probat *Piſtor. d. lib. 4. quæſt. iuris q. 7.* ſub *n. 3. verſ. verùmtamen*, vbi DD. cumulat, & hāc ſentētiam crebriori Interpretum calculo eſſe approbatam teſtatur, & pluriès deciſum fuiſſe in S. C. refert *Piſanell. ad Cōſuet. Neap.* incip. *Si moriatur*, ſub *n. 39.* vbi ēt *Frecc.* qui refert, ſic deciſum in anno 1528. & in anno 1567. fol. 90. *Camill. Salern. ad Conſuet. Si qua moriens, n. 51.* quas deciſiones refert etiam *Molfeſ. in d. q. 5. n. 5. 6. & 7.* vbi nedùm DD. pro hac opinione cumulat, verū ampliat, ēt ſtante iuramēto, *De Pont. d. cōſ. 40. & Canc. var. reſol. lib. 3. q. 15. n. 56.*

Verùm pro parte dictorum de Cicala di-
8 cebatur, quòd etiam admiſſa hac opinione pro vera, tamen hoc intelligitur, quando ſunt proximiores defuncto ex propria perſona, vt dixit *Minad. in Conſt. Regni In aliquibus, n. 11. in 3. not.* vel ſunt in gradu cum alijs ſuccedere volentibus, *Surd. conſ. 355. n. 44. vol. 3. & Molfeſ. in d. q. 5. n. 37.* & habetur in *l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de liber. & poſth.* ſecus tamen, quando concur-
9 runt cum patruo, nàm cùm in dicto caſu reperiantur in vlteriori gradu, ex propria perſona non poſſunt cum patruo concurrere, & ſi volunt ſubintrare in locum matris, illa renunciatione ſe excluſit, & pro hac opinione ad excluſionem nepotum deciſum fuiſſe apud Senat. Pariſienſ. penès *Robert.* refert *Theſaur. quæſt. foren. lib. 2. q. 90.* vbi plenè de materia, & dictam opinionem ſequutum fuiſſe Senatum Pedemont. in filio hærede matris, refert *num. 20.* qui & ipſe hanc opinionem amplectitur, & ſequitur *Molf. d. q. 5. n. 37. Crot. in repet. cap. ipſo iure, n. 72. de reſcrip. in 6. Surd. d. cōſ. 355. n. 41.* poſt *Guid. Pap. q. 228. n. 2. Caſſan. conſ. 47. n. 28.* & *Rub. conſ. 43. in fi. Nicol. Bellon. conſ. 15. n. 10.*

Dicebatur inſupèr, quòd quatènus eſſet ad-

admittenda opinio ad fauorem nepotum,
10 attamen hoc erit intelligendum in ſucceſ-
ſione aſcendentium,ſecùs verò in ſucceſſio-
ne tranſuerſalium,nàm nepotes abſq; gra-
dus repræſentatione,& ſubingreſſione poſ-
ſunt venire ad ſucceſſionem aui, quia loco
filiorum habentur, ità vt debeant institui,
aut exhæredari,aliàs poſſunt contratabula-
re teſtamentum, *l.2. C.de poſthum.hæred.*
*inſtit.l.2.C.de ſuis,& legitim. Antonin.de*
*Amato var.reſol.reſol.2.nu.21.& 23.* quod
ſecùs eſt in ſucceſſione patrui, *Theſaur.*
*dec.162. Morot. d.reſponſ.1.num.44.* quia
portio fratris præmortui accreſcit fratri,ne-
11 pos verò venire non poteſt ex ſucceſſorio
edicto, quia ius accreſcendi potentius eſt
ſucceſſorio edicto,*Rol.à Vall.conſ.11.nu.9.*
*vol.1.Doct.in d.l.qui ſuperſtitis, & Morot.*
*reſp.22.n.7.*& poſt dictos *Molſ.d.q.5.n.36.*
Contrà verò dicebant ſorores de Gua-
12 rino, quòd illa concluſio, quòd renuncia-
tio matris non excludat filios venientes ex
propria perſona,quando hæreditas non eſt
delata in vita matris,fundata ex *Bar.* & alijs
in *d.l.qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit.*
13 fundatur ratione,quia habet in ſe tacitam
conditionem,ſi ei hæreditas deferatur, *Bal.*
*in l. fin.C.de pact.Paul.de Caſtr.* & alij in
*d.l.qui ſuperſtitis*,quod etiam corrobora-
tur alia ratione,quia filij ſubintrant locum
14 matris,nec eis obſtat renunciatio, quia re-
præſentationem non habent à matre, ſed à
lege,& proindè,non ex perſona matris, ſed
ex perſona propria ſuccedere intelligũtur,
vt docet *Bart.in l.1.§.ſi ſit nepos, ff.de col-*
*lat.dot.*& in *l.1.§.ſi filius, ff.de coniungend.*
*cum mancip.lib. Alex.in l.illam, n.11.verſ.*
*nec eſt bona diſtinctio, C.de collat.& conſ.*
*20.col.3.vol.1.& conſ.4.verſ.verſus fin.vol.*
*4.Cancer.var.reſol.p.3.c.15. nu.44. Piſtor.*
*qq.iur.lib.4.q.7.nu.3.* optimè *Faber* in ſuo
*Cod.lib.2.tit.3.de pact. diffin.1. Maranta*
*conſ.104.& diſp.10.n.9.& 33.Alex.Trenta-*
*cinq.conſ.49.* cum ſubſcriptione aliorum
quindecim Aduocatorum Neapol. *lib.1.*
*Robles de repræſ.lib.2.c.16.n.66.* cum *ſeqq.*
& fuit deciſum in cauſa Comitis Muri,licèt
contra ſcripſerit *Minad.conſ.12.*vt ipſemet
teſtatur in *Conſt.Regni In aliquibus,in 3.*
*notab.n.11.* optimè etiam *Ann. Robert.rer.*
*iudic.lib.2.c.5.* qui hoc firmat alio medio,
15 nàm filius exhæredati non repellitur ſucce-
dere auo ſimul cum patruo,vt eſt *tex.in*
*l.ſi quis filio, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. te-*
*ſtam.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.*
*95.n.8.* & ſic deciſum habetur per *Franch.*
*dec.67.Io.Andr.de Georg.allegat.23.nu.49.*
*Mart.vot.102.n.13. Anell.Amatus conſ.15.*
ſub *n.12.Intrigl.dec.11.n.21. Corn.cõſ.116.*
*n.15.lib.2.Molin.de rit.nupt.lib.3.q.84.n.11.*
*Fontanell.de pact.nupt.d.clauſ.9.gloſ.vnic.*
*p.1.n.60.* vbi teſtatur de cõmuniori,& ma-
gis recepta ſententia,*Surd.conſ.133.nu.29.*
quæ opinio fundatur etiam alia ratione,
tradita à *Morot.d.reſp.22.*ſub *n.5.*quia cùm
16 renunciatio matris habeat illam tacitam
conditionem, ſi hæreditas ei deuoluatur,
ea mortua, ſuperſtite illo, de cuius ſucceſ-
ſione agitur,habetur,ac ſi non eſſet facta,&
illo caſu,filiam potiùs dicitur excludi mor-
17 te,quàm renunciatione,quod ait,procede-
re,ſiuè ſimpliciter fuit facta renunciatio,
ſiuè pro ſe,& hæredibus,& etiam ſi filij agãt
vti hæredes matris, aut quòd euictio ab ea
promiſſa ſit,nàm ſi matris renunciatio di-
cto caſu habetur pro infecta, ab ea aliquid
fundamentũ ſumi non poteſt,quia nõ entis
nullæ ſunt qualitates, *l.eius, qui, ff.ſi cert.*
18 *pet.*& reſoluto actu,cenſentur reſoluti om-
nes effectus ab eo procedentes, ac ſi nun-
quàm factus fuiſſet,*l.1.§.ſiuè autẽ,& l.pen.*
*ff de cond.ſin.cauſ.l.voluntate, ff.quib.mod.*
*pign.vel hypoth.ſoluat.*neq; eſſe conſtituen-
19 dam differentiam inter ſucceſſionem aſcẽ-
dentium,& tranſuerſalium,inquit *Faber* in
ſuo *Cod.lib.2.tit.de pactis,diffin.1.* cùm ra-
tiones in vtroq; caſu militent,immò maio-
rem dicit eſſe rationem in tranſuerſali, qui
ſororem dotare non tenetur,vel dotem cõ-
ferre,& in linea tranſuerſali ſunt etiam deci-
ſiones relatæ à *Franch.dec.67.* & à *Minad.*
*in Conſt.In aliquibus,*ſub *n.11. d.not.3.* ſic
etiam in linea tranſuerſali loquuntur *The-*
*ſaur.d.q.90.Grauett.conſ.127.lib.1.n.1. Mo-*
*rot.conſ.22.*& ex Regnicolis *De Georg.alleg.*
*40.n.35.Marta de ſucceſſ.legal.p.1.q.14.art.*
*2.n.9.Marant.conſ.104.Anell. Amat.conſ.15.*
*Viſcont.*in ſuis *comm.concl.verb. filia.*
Neq; obſtabat id,quod ſuprà dicebamus,
quòd nepos,vel neptis habetur loco filij, &
pater tenetur eos inſtituere,vel exhæreda-
re,quia ſucceſſio non procedit ratione ſui-
20 tatis,ſed ratione proximitatis,& neptis,re-
præſentando gradum matris eius,eſt in eo-
dem gradu cum patruo, tàm in vno,quàm
altero caſu, vt rectè aduertit *Faber in loco*
ſuprà allegato,& ſic in linea tranſuerſali fuit
deciſum in S.C.in cauſa illorũ de Rendina;
vt diximus in *dec.4.* Et ſic etiã,omnibus di-
21 ſcuſſis fuit deciſũ in preſẽti cauſa die 3.De-
cemb.1636.ad relationẽ M.C.V.reformãdo
decretũ eiuſdẽ M. C. & proindè fuit dictũ,
remiſſa eſt quòad terminũ, verũ interim illi
de Guarino immittãtur in poſſeſſionẽ quin-
tæ partis hæreditatis q.Cler. Io.Iacobi Ci-
calæ;verũ capitalia nõ reemãtur,nec proce-
datur ad alienationẽ corporũ hæreditario-
rũ,incõſulta M.C.ſub pena nullitatis,& hoc,
quia cauſa non fuit deciſa in petitorio, ſed
in poſſeſſorio, & datus terminus in petito-
rio, quàmuis examinata fuerit etiam cauſa
proprietatis,penès Magnif. Secretar.S.C.
OB-

# OBSERVATIO In Deciſione XLI.

## SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia renunciante, recepta dote, an, & quando poſſit ex propria perſona, mortua matre ad ſucceſſionem venire, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

4 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti, & quando non dicatur impugnare renunciationem matris, n. 5. 6. 7. & 8.*

*Renunciatio matris habet tacitam conditionem, ſi ei hæreditas ſit delata tempore mortis patris.*

*Non entis nulla ſunt qualitates, ibid.*

10 *Nepos ex fratre, vel ex ſorore præmortua, concurrit vnà cum patruo ſuperſtite, vel illo defuncto cum eius filijs in ſucceſſione alterius patrui.*

*Quid ſi extet ſtatutum, vel conſuetudo, vt ſoror dotata de bonis patris, excludatur à ſucceſſione fratris ab inteſtato mortui, nu. 11. & ſeqq.*

12 *Conſuetudo Terræ Cerreti in ſcriptis redacta excludit filiam maritatam, etiam à ſucceſſione fraterna, fratribus ſuperſtitibus, non tamen ligat, ſi caret aſſenſu, nu. 14. intellige, vt n. 15. 16. & adducitur deciſio, nu. 17.*

13 *Conſuetudo Ciuitatis ſuperioris ligat ciues loci ſubiacentis, niſi habeant contraria propria ſtatuta.*

6 *Statutum eſt ſtricti iuris, & exorbitans à iure communi, ideòq; non extenditur, etiã ex maioritate rationis.*

DIximus in *dec. 4. n. 2.* ex D. meo *ibi* citato, nepotes ex filia renunciãte, recepta dote, matre præmortua, poſſe venire ex propria eorum perſona ad ſucceſſionem, quod etiam confirmat D. meus *hìc, nu. 6. 7. 14. 15. & 16.* atq; ita deciſum teſtatur *n. 21.* & nouiſſimè *D. Andreol. controu. 212. n. 1. par. 3. controu. forenſ.* & licèt *n. 2.* adducat nonnullos *DD.* affirmantes, id non procedere, quando mulier renunciauit pro ſe, & hæredibus, tunc enim filij hæredes matris renunciantis nõ poſſunt ſuccedere auo ex vi maternæ renũciationis; attamen *nu. 3.* eam limitationem [illegible]ſe oſtendit, ſuamq; opinionem plu[illegible] comprobat medijs à *n. 4.* per tot. *n. 7.* [illegible]am etiam reprobauerat antè ipſum [illegible] *nu. 17.* quamuis enim vti hæredes [illegible]on poſſint impugnare illius renun[illegible]m, ad *text. in l. cùm à matre, C. de* [illegible] nihilominùs non dicuntur, eo [illegible] is renunciationem impugnare, [illegible]x ratione adducta à D. meo, tàm in *d. dec. 4. nu. 6.* quàm *hìc, n. 13. & 16.* quia renunciatio illa matris habet tacitam conditionem, ſi ei hæreditas delata fuerit, vndè cùm illa pro infecta habeatur, ob defectum

6 conditionis, non poteſt in ea aliquod fundamentum fieri, quia non entis nullæ ſunt qualitates, vt per D. meum *d. n. 17.* quod etiã admittit *D. Andreol. ibid. nu. 10.* ſed etiam quia filij non impugnant matris renunciationẽ; ſed prętendunt, illã tantùmodò comprehendere ius ſucceſſionis, quod matri competijſſet, ſi ſuperſtes fuiſſet tempore mortis patris, non autem comprehendere caſum, vbi ſucceſſio non fuit delata matri, ſed filijs, vt ex *Peregr. conſ. 83. n. 10. verſ. quarè, vol. 5.* tradit *D. Andreol. loc. cit. nu. 9.*

7 Item, quando filius non vti hæres matris, ſed ex propria perſona, & extrà ius hæreditarium intendit, aliquid conſequi, non tenetur approbare factum matris, cuius eſt hæres, vt poſt *Bardellon. conſ. 97. n. 18, & Galuan. conſ. 1. num. 128. & ſeqq.* probat *D. Andreol. ibid. nu. 11.* qui *nu. 12.* probat, clauſu-

8 lam illam, *pro ſe, & hęredibus,* in renunciatione appoſita, de qua dixi *nu. 2.* intelligi debere, quãdo verè hæreditas matri renuncianti delata fuiſſet; tunc enim eius filij, hæredeſq, renunciationem impugnare ne-

9 quirent, & plus prætendere vti hęredes matris; Cęterùm, ſi mater renunciaſſet pro ſe, & filijs; tunc illi ex propria eorum perſona venire non poſſent, vt benè reſpondent *Peregr. d. cõſ. 83. n. 8. & ſeqq.* ac *Galuan. d. conſ. 1. n. 142. & ſeqq.* quos referens ſequitur *D. Andreol.* vbi ſuprà, *nu. 12.* & *Nos* latè comprobauimus in *d. dec. 4. n. 14.* & à *nu. 18.* per tot. *num. 22.* ac ità per M. C. deciſum retulimus *nu. 26.*

Et iuxtà tradita per D. meum *hìc nu. 3.*

10 nepos ex fratre, vel ſorore præmortua concurrit vnà cum patruo ſuperſtite, vel illo defuncto cum eius filijs ad ſucceſſionem

11 alterius patrui, ſed quid, ſi extet ſtatutum, vel cõſuetudo, vt ſoror dotata de bonis patris excludatur à ſucceſſione fratris ab inteſtato decedentis, an hoc caſu filius dictæ ſororis poſſit concurrere, & ſuccedere dicto patruo mortuo. Hic articulus fuit in S. C. diſputatus in cauſa Martij Piccirilli cum Ioanne, & Martio de Guido Terrę Guardiæ Sanframundi; deceſſerat enim Fabius de Guido ab inteſtato, & ad eius ſucceſſionem concurrebant dicti Ioannes frater, & Martius de Guido nepos ex alio fratre præmortuo, ac etiam dictus Martius Piccirillus nepos ex Iulia ſorore, etiam præmortua, qui quidèm de Guido ad excluſionẽ dicti Mar-

12 tij Piccirilli allegabant Conſuetudinẽ Terræ Cerreti, in ſcriptis redactam cum Regio aſſenſu, per quam filia maritata excluditur etiam à fraterna ſucceſſione, fratribus ſuper-

per-

Digitized by Google

perſtitibus;cùmq;Terra Guardiæ ſit de Comitatu Cerreti, ligatur eadem conſuetudine;non enim in controuerſiam deduci poſ-
13 ſe,aſſerebant,cõſuetudinem ſuperioris Ciuitatis,ſeù loci,ſiuè illius ſtatuta ligare Ciues loci ſubiacentis, niſi is locus propria habeat cõtraria ſtatuta, vel conſuetudines, ex *gl.*& *Bart. in l.ex ea cauſa, ff.de poſtul.* idem *Bart.in l.conuenerit,la* 2.§. *ſed ſi nuda, ff. de pign.act.Roman.conſ.*118.*Soc.iun. conſ.*2.*nu.*30.*&* 32.*& conſ.*80.*n.*9.*lib.*1.*Soc. ſen.conſ.*7.*lib.*1. *Crauetta de antiq. tempor. par.*4.*n.*53.*& ſeq.*

14 In contrarium tamen dicebat Martius Piccirillus,de dicta conſuetudine nullam eſſe habendam rationem, tùm quia, nullus aderat aſſenſus; ſed tantùm enunciebatur in copia extracta à Notario, ideòq; nihil operabatur conſuetudo,ad tradita per *DD. in l.ſi quod extraordinarium,C.de legation. lib.*10.vbi *Bart.nu.*4.*&* 5. & quatènus aſ-
15 ſenſus adeſſet,conſuetudo loquebatur in filia volente ſuccedere fratri, at hic filius ſororis præmortuæ ſuccedere volebat, non repræſentando perſonam matris, quo caſu cadere poſſet difficultas: ſed gradum tantùm repræſentando,ex propria perſona veniebat,ex traditis per D.meũ *d.nu.*3.cùmq;
16 ſtatutum ſit ſtricti iuris,& exorbitans à iure communi, non debet extendi,etiam ex maioritate rationis;tantò magis,quia dictũ ſtatutum non erat in viridi obſeruantia in dicta Terra Guardię,ex quo produxerat binas Iudicaturas in proprijs caſibus contra dicti ſtatuti diſpoſitionem. Quarè ad re-
17 lationem D.Conſiliarij *De Morra* ſub die * 27.Februarij 1617.fuit iudicatum ad fauorem Martij Piccirilli,vt admittatur ad ſucceſſionem patrui vnà cum prædictis Ioanne,& Martio de Guido,in Banca Cioffi.

M.*A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Creditores non habent ius offerendi dotem in pecunia mulieri agenti pro aſſecuratione ob vergẽtiam viri ad inopiam. Et quid,ſi bona,ſuper quibus petitur aſſiſtẽtia commodàm non recipiãt diuiſionem. Et an aſſecuratio ſit facienda iuxtà appretium faciendum per Aeſtimatores, vel per Licitatores,& Subhaſtationes,latè examinatur.

## SVMMARIVM.

1 *Mulier ob vergentiam viri ad inopiam poteſt,conſtante matrimonio aſſecurari ſuper bonis ipſius pro eius dote,et antefato.*
2 *Creditor poſterior non habet ius offerendi dotem in pecunia mulieri,pro eius aſſecuratione agenti,vel vendere bona communis debitoris.*
*Limita,vbi mulier dolosè compareret ad impediendam venditionem,n.*7.
3 *Vel vbi ageretur de reſtitutione dotis,ſoluto matrimonio.*
4 *Aſſecuratio dotis in mobilibus nõ datur,ſed illa vendi debent,& pretiũ in tuto reponi.*
5 *Aſſecuratio mulieri pro eius dote pro quo pretio fieri debeat.*
6 *Appretium iuſtum dicitur illud, quod per Aeſtimatores fit,non autem quod per Licitatores,& n.*12.
8 *Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt.*
9 *Retentio pro aſſecuratione datur mulieri,ſi tamen poſſideat.*
10 *Venditio rei ſtabilis non impeditur ob aſſecurationem petitam à muliere,vbi commodam non recipit diuiſionem.*
11 *Remedium* l.ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. *aduersùs anteriorem creditorem mulier intentare non poteſt.*
12 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XLII.

1 MVlier ob vergentiam viri ad inopiam poteſt,conſtante matrimonio aſſecurari ſuper bonis ipſius pro eius dote, & antephato,reponendo eam in tuto,iuxtà terminos *text.in l.vbi adhùc,C.de iur.dot.* & *l.ſi conſtante, ff.ſolut.matr.*fuit tamen dubitatum,an aduersùs mulierem petentem,aſſecurari,poſſit poſſeſſor offerre creditum in pecunia,& bona retinere,vel poſterior creditor offerre creditum,& bona communis debitoris vendere,& quãuis per *DD.*fuerit valdè controuerſum, vt per *Fab.de Anna conſ.*69.*vol.*1.qui pro vtraq; parte *Doctores* enumerat, attamen magis communis eſt opinio,ſecundùm quam fuit iudicatum ferè per omnia Tribunalia,quòd hoc ſit priuile-
2 gium dotis,vt non habeat locum ius offerendi,ſed mulier debet aſſecurari ſuper bonis ſtabilibus viri,aliàs enim, quia pecunia de facili conſumitur, poſſet conditio dotis fieri deterior, contrà *text. in l.Attilicinus, ff.de iur.dot.* quod tamen debet intelligi, conſtante matrimonio, eo enim diſſoluto mutatur conditio,& non tractatur de aſſe-
3 curatione,ſed de reſtitutione dotis,& prop-

Digitized by Google

pterea potest creditor poſterior, vel poſſeſ-
ſor offerre, vt fuiſſe determinatum in S.C.
dixit *Affl. in dec.* 199. vbi *Vrſill.* & alij *Ad-
dent.* & præcipuè *Thom. Gramm.* qui aliam
S.C. in propoſito caſu affert deciſionem, ità
etiam deciſum refert idem *Grammat. dec.*
*92. nu.* 17. & *Franch.* qui ceteros colligit in
*dec.* 54. *De Ponte in conſ.* 124. *&* 125. *vol.* 2.
& hanc opinionem tanquàm veriſſimam ſe-
quuti fuerunt *Theſaur. lib.* 2. *qq. for. quæſt.*
*65. nu.* 6. *Giurb. dec.* 16. *Gratian. dec. Marcb.*
194. *Ozaſc. dec.* 135. *Morot. in quæſt. de poſ-
ſeſſ. offerente, n.* 9. poſt eius *Conſilia*, qui etiã
ampliationes, & limitationes notat, *Gayll.
obſeru.* 92. *lib.* 2. vbi *Bernard. Greuæi*, qui
concordantes citat, & etiam limitationes
affert, *Cartar. dec.* 8. latiſſimè *Io. Bapt. Coſta
de remed. ſubſidiar. remed.* 1. & in *tract. de
iuris, & fact. ignor. cent.* 2. *diſt.* 80. *Bald. No-
uell. de dot.* 7. *par.* 24. *priuil. Neguſ. de pign.*
*5. par.* 1. *memb. verſ.* 9. *alius effectus*, *Maxill.
ad Conſuet. Barenſ. tit. de donat. inter vir. et
vxor.* §. *marito, nu.* 14. *Pellic. ad Conſuetud.
Auerſ. c.* 3. *nu.* 610. vbi etiam concordantes
allegat, licèt hoc non procederet in bonis
4 mobilibus, ex quibus fructus non percipi
poſſunt, quia eſſent vendẽda, & pretium re-
ponẽdum in tuto, iuxtà aliam *dec. Affl.* 221.

Fuit etiam controuerſum, pro quo pre-
tio debet mulier habere aſſecurationem,
5 pro pretio ſcilicèt faciendo per Aeſtimato-
res, quos Tabularios, ſiuè Tabellarios in
hac Ciuitate appellamus, an verò pro illo
pretio, quod ab alijs inuenitur, & *Capyc. in
dec.* 41. refert deciſionem S.C. quòd vxor
fuit admiſſa, non iuxtà apprețium, ſed iuxtà
pretium oblatum, contrarium tamen deci-
ſum apparet in cauſa Victoriæ Lagoniſſæ,
quæ fuit aſſecurata ſuper domo eius viri ad
inopiam vergentis pro pretio duc. 10000.
iuxtà appretium, ſecundùm allegata per *De
Ponte conſ.* 126. *vol.* 2. & non fuerunt factæ
ſubhaſtationes, ex quibus ſperabat maius
pretium Dux Turris maioris creditor po-
ſterior, vt habetur ex *d. dec. de Franch.* 54.
6 ea potiſſimùm ratione, quia excluderetur
mulier à beneficio ſibi à iure conceſſo, &
pretium iuſtum dicitur, quod per Aeſtima-
tores appretiatur, non autem per licita-
tionem, vbi calor licitantium ſolet eſſe
nimis animoſus, vt plenè diſcurrit *Franch.
in d. dec.* 54.

Quibus ſtantibus cùm poſt venditionem
Terræ Lauri factam ad inſtantiam Creditó-
rum tractaretur de venditione Terræ Pal-
mæ eiuſdem debitoris, & eſſent pluriès fa-
ctæ ſubhaſtationes pro venditione, & fuiſſet
facta oblatio duc. 70000. comparuit Illuſtr.
Marchioniſſa Lauri, & ſtãte notoria vergẽtia
viri ad inopiam, petijt, ſuper eadem Terra
Palmæ aſſecurari, & per S.C. fuit dictum, fiãt
ſubhaſtationes, ad finem prouidendi, à quo
decreto reclamauit Marchioniſſa, & prætẽ-
debat, ſtantibus prædictis nullo modo poſ-
ſe Terram prædictam ſubhaſtari, eidẽ enim
competebat aſſecuratio, mediante appre-
tio de nouo faciendo, ex quo poſt appre-
tium factum ob incẽdium Montis Veſuuij,
Terra prædicta erat notabilitèr deteriora-
ta, Creditores è conuerſo dicebant, quòd
ex ipſis nonnulli erant anteriores Marchio-
niſſæ, & quòd pro illa quantitate, in qua ve-
rè eſſet creditrix anterior, poterat ſatisfieri
ex reſiduo pretij Terræ Lauri, adhùc non
liberato, tantò magis, quia pro duc. 20000.
iàm habebat corpus dotale, iuxtà formam
capitulorum matrimonialium ipſi reſti-
tuendum, & quòd pro reſiduo non poterat
in perniciem creditorum impedire vendi-
tionem Terræ prædictæ illo tempore, in
quo plures concurrebant emptores, & ſpe-
rabatur, eſſe vendendam etiam vltrà appre-
tium primo loco factum. Propoſita cauſa
prædicta per Reg. Conſil. Sauium cauſæ Cõ-
miſſarium, fuit habitũ pro vero, quòd mu-
lieri competit hoc priuilegium aſſecuratio-
nis, nec poſſunt creditores poſteriores of-
ferre creditum, & quòd aſſecuratio eſt fa-
cienda iuxtà appretium, ſecundùm deciſa
in *d. dec.* 54. *de Franch.* Verùm vnus ex Do-
minis dubitauit, ſi hoc poterat practicari in
hac cauſa, vbi concurrebãt aliqua in facto,
quæ poſſent excludere prætentionem Mar-
chioniſſæ. Et primò certum erat, quòd quã-
uis per multum temporis ſpatium fuiſſet fa-
ctus concurſus creditorum prædicti Illuſt.
Marchionis, & proceſſum ad venditionem
Terræ Lauri, & aliorum bonorum, nunquã
Marchioniſſa petijt aſſecurationem, immò
facta venditione dictæ Terræ Lauri, fecerat
ſe graduare eius loco pro eius credito, & in
S.C. pluriès inſtitit, ſibi liberari aliquam sũ-
mam ex depoſito facto per emptorem ip-
ſius, hodiè autem quòd fuit repertus em-
ptor Terræ Palmæ, & ſperatur, quòd pretiũ
ſit augendum, ad impediendam promptã,
& paratam venditionem comparebat pro
aſſecuratione, & in hoc caſu fuit deciſum in
Senatu Pedemontano, vt per *Theſaur. dec.*
207. quòd quotieſcunq; mulier doloſè cõ-
paret pro aſſecuratione ad impediendam
venditionem, quòd hoc caſu ei nõ ſuccur-
7 ritur, & proptereà debebat procedi ad ven-
ditionem, & in pretio ſatisfieri, vt *num.* 3.
qui ſubdit. *Ideò cautæ debent eſſe mulieres,
& ſuper hoc inuigilare, vt ſi dubitent, ne
creditores mariti bona accipiant, præueniãt
ipſa, præoccupando, & vtendo remedio l. ſi
conſtante, cum ibi notat. per Bart. & l. vbi
adhùc, & ibi notat. per Cyn. & alios ſolut.*
8 *matr. Vigilantibus enim, & non dormienti-
bus iura ſubueniunt, l. pupillus, ff. quæ in
fraud.*

Digitized by Google

*ſ fraud. credit. l. non enim negligentibus, ff. ex*
*quib. cauſ. maior.* & quamuis de prædicta
deciſione videatur dubitare *Theſ. iun. in*
*addit.* quia nulla eſt conſtituenda differen-
tia, an adſit ſententia adiudicationis, vel nò,
tamen *in fine* concludit, quòd opinio *The-*
*ſauri patris* optimè procedit in eo caſu,
quando mulier non poſſidet, nec tractat
de retentione, ſed de apprehenſione, quan-
do enim poſſidet, quamuis non habeat ſen-
9 tentiam, poteſt retinere pro aſſecuratione,
ſecùs verò, quando non poſſidet. Secundò
dicebatur, quod quando de prædicta limi-
tatione dubitaretur, ſatis enim generalitèr
loquuntur *Doctores* in hac materia, & eſſet
nimis reſtringere diſpoſitionem ſupradi-
ctorum iurium, & omnes ferè *Doctores* ge-
ralitèr loquuntur, quòd mulier poſſit impe-
dire venditionem, attamen ex alio redde-
batur in præſenti cauſa dubitabilis, certum
eſt enim, quòd aliud nihil ferè ſupereſt vè-
dendum ex patrimonio prædicti Ill. Mar-
chionis, niſi Terra prædicta Palmæ, quæ
nō commodam patitur diuiſionem, vt poſ-
ſit vendi, quod ſupereſſet credito, cùm eſſet
maioris valoris dotis, & antephati prædicti,
deductis duc. 20000. dotalibus ipſius Mar-
chioniſſæ, qui extabant, & ex pretio dictæ
Terræ poſſet ſatisfieri ipſi Marchioniſſæ, &
10 alijs creditoribus, quo caſu, non eſſe impe-
diendam venditionem, deciſum refert *Fa-*
*ber* in ſuo *Codice lib. 5. tit. 7. de iur. dot. diſ-*
*fin. 27.* vbi dat rationem, *an non iniquum*
*eſſet reſpectu dotis, quæ non periclitetur in*
*damno morari creditores? atqui alio reme-*
*dio creditoribus conſultum eſſe non poteſt,*
*quàm vt ad totius domus licitationem deue-*
*niatur, hactènus igitur mulieri conſulēdum*
*erit, vt redactum ex licitatione pretium,*
*quantum ad dotis, & augmenti exſolutio-*
*nem ſatis erit, penès idoneum mercatorem*
*deponatur, per cuius manus vſuras legiti-*
*mas mulier percipiat, vt ſe, ſuoſq; alat,* quod
equidèm ſatis conſentaneum erit, tantò
magis in hac Ciuitate, in qua de facili emū-
tur annui introitus, ex quibus commodè
fructus percipi poſſunt, vel poſſet etiam de
facili fieri emptio aliorum bonorum im-
mobilium, ex quorum fructus poſſent ſe,
ſuoſq; iuxtà iuris diſpoſitionem alere, pro
quo erit etiā conſiderādū, quòd ratio vera,
& fundamentalis, vt oblatio pecuniæ non
admittatur ad excludendam mulierem ab
aſſecuratione dotium, & antephati ſuper
bonis viri, & ab omnibus *Doctoribus* conſi-
derata eſt, quia pecunia non eſt in fructu, &
de facili conſumi poteſt, & fieri conditio
dotis deterior, vt etiam aduertit *Franch. in*
*d. dec. 54.* quæ quidèm ratio, quàmuis mili-
tet in alijs Regionibus, vbi non de facili re-
periuntur venditores ſtabilium, vel annuo-
rum introituum, & ſic cum maximo dotis
periculo pecunia venit reponenda penès
Campſorem, vt honeſtum lucrum mulier
habere poſſit, ad ſui, & eius viri, & filiorum
ſubſtentationem, tamen omninò ceſſat in
hoc Regno, vt notiſſimum eſt, quia in dies
venduntur ſtabilia, & etiam feudalia, & de
facili pecunia cōuerti poteſt in emptionem
tot annuorum introituum, vt probat etiam
*Rouit. in pragm. 1. de cenſib. nu. 48.* Item &
tertiò conſiderabatur, quòd adſunt nōnul-
lī creditores Illuſtr. Marchionis anteriores
11 Marchioniſſæ; aduerſus quos non po-
teſt ipſa vti priuilegio aſſecurationis, vt
optimè docet idem *Faber in d. tit. de iure*
*dot. diffin. 28.* Et demùm dicebatur, quòd
Terra prædicta eſt maioris valoris quanti-
tatis dotium, & antephati, pro qua poterat
aſſecurari, & quādo bona ſtabilia ſunt ma-
ioris pretij, & indiuiſibilia, tunc non poteſt
concedi aſſecuratio pro pretio, quo fuit ap-
pretiata per Aeſtimatores, ſed eſt licitanda,
& factis ſubhaſtationibus poteſt concedi
aſſecuratio pro pretio, quod ab alijs inue-
nitur, nec in eo caſu poteſt procedere opi-
nio, quòd aſſecuratio fiat, mediante appre-
tio, ſed omninò eſt vēdenda, prout fuit no-
uiſſimè iudicatum per S.C. in cauſa Corne-
liæ Caraſæ Marchioniſſæ Genſani, quæ cùm
petijſſet aſſecurari pro eius dotibus, & ante-
phato ſuper dicta Terra, fuit ei oppoſitum,
quòd Terra prædicta erat ſatis maioris va-
loris, & pro creditoribus ſcripſit *Fab. de*
*Ann. in conſ. 63.* Et ex his per S.C. factis ſub-
haſtationibus fuit Terra liberata eidē Cor-
neliæ pro pretio oblato, retentis duc. 9000.
dotium, & antephati, & pro reliqua quanti-
tate fuit dictum, quòd faciat depoſitum, vt
apparet ex proceſſu Corneliæ Caraſæ Mar-
chioniſſæ Genſani cum creditoribus eius
viri, in Banca Carboni, & propterea fuit du-
bitatum, ſi in hac cauſa poterat practicari
deciſio prædicta, facta per Sac. Conſil. relata
per *Franchis.*
12 Et ideò fuit determinatum, benè fuiſſe
prouiſum per idem Sac. Conſil. quòd fiant
ſubhaſtationes pro venditione Terræ præ-
dictæ, ad finem prouidendi, citrà tamen
præiudicium iurium Marchioniſſæ, quia ſi
factis ſubhaſtationibus non fuiſſet repertus
emptor in ſumma tali, quòd eſſet ſatis ex-
pediens pro ſatisfactione creditorum, po-
tuiſſet determinare, quid erit in prædicto
caſu faciendum. Et tandèm facto de nouo
appretio, fuit Terra prædicta vendita Illuſt.
Principiſſæ Cariati, & fuit creditum dotis,
& antephatum liberatum dictæ Marchio-
niſſæ, vt in proceſſu Creditorum dicti Illuſt.
Marchionis Lauri, penès Sollatium Actor.
Magiſtr. Sacr. Conſil.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## In Deciſione XLII.

### SVMMARIVM.

1 *Vxor aſſecurari debet pro eius dotibus, & antephato, viro ad inopiam vergente.*

2 *Alienatio bonorum viri impeditur per ſolam petitionem aſſecurationis ab vxore factam.*

3 *Ius offerendi an, & quando detur creditori poſteriori contra vxorem, petentem aſſecurationem in bonis viri, & nu. 4. 5. & 7. vbi deciſio adducitur.*

6 *Pretium quale attendatur in iure offerendi, & in venditione pro amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, nu. 8. 9. 14. 15. & 16. vbi deciſiones referuntur.*

*Licitationes ſolent eſſe animoſæ, d. n. 6. & 9.*

*Æſtimatores in hoc Regno Neap. appellantur Tabularij, d. n. 6.*

10 *Appretium bonorum ſtabilium in Regno Neap. per quos fiat.*

11 *Res vnaquaq; habet pretium infimum, mediocre, & ſupremum.*

12 *Pretium ex quibus conſtituatur, & quale iuſtum dicatur, n. 13.*

13 *Appretium vbi à pluribus ſeparatim fit, & vnum eſt diuerſum ab alio in quantitate, tũc coaceruatis omnibus appretijs, tertia pars illorũ accipitur pro iuſto pretio.*

1 VIro ad inopiam vergente, poſſe vxorem pro eius dotibus, & antephato aſſecurationem petere ſuper eius bonis, habetur in iuribus per D. meum *hic* citatis *nu.* 1. quod etiã voluerunt *Barboſa*, vir ſanè doctiſſimus in *l. ſi cõſtante, ff. ſolut. matrim. D. de Marin. cap. 143. nu. 1. lib. 2. quotid. reſol.* immò pro-
2 pter ſolam petitionẽ aſſecurationis impeditur vẽditio bonorum ad inſtantiam aliorum viri creditorum executorum, vt probat, ac deciſum refert *D. Reg. Sanfelic. dec. 131. lib. 1.* non tamen datur ius offerendi
3 creditori poſteriori, ex dotis enim priuilegio mulier aſſecurari debet ſuper bonis ſtabilibus viri, ex ratione adducta per D. meũ *nu. 2.* & antè ipſum tradiderunt *D. Staiban. ſenior* ſua ætate Aduocatus celebris *conſ. 73. D. Reg. Capyc. Galeota controu. 65. n. 14. 20. & ſeq. lib. 2. Intrigl. ſing. 90. n. 102. p. 2.* D. *de Marin. cap. 119. num. 15. lib. 1. quotid.*
4 *reſol.* Contrarium tamen, quòd detur ius offerendi, probat *D. de Medicis* loquens in poſſeſſore *conſ. 133 nu. 12. & 13.* quod qui-
5 dèm ius offerendi, etiam poſt ſententiam datur, limitatè tamen, quouſq; petatur illius exequutio, vt ex *Capyc. dec. 41. num. 3. & 7. Menoch. remed. 3. adipiſc. n. 184. verſ. declaratur primò*, & alijs probaui in *Addit.* Deo fauente de proximo imprimendis ad *Conſilia* D. *de Medic. d. conſ. 133. ad n. 12.*

6 Non tamen in hoc iure offerendi attenditur pretium, quod ab alijs inuenitur, prę uijs ſubhaſtationibus, dùm licitationes ſolent eſſe nimis animoſæ, ſed attendi debet pretium faciendum per Aeſtimatores, quos in Regno Tabularios vocamus; hoc enim pretium iuſtum dicitur, vt in aſſecuratione vxori facienda, probat D. meus *nu. 5. & 6.*
7 prout fuit per S.C. determinatum ſub die
* 31. Octobris 1622. referente *D. Reg. Rouito* tunc Conſiliario, in cauſa hæredum Nicolai Aſſanto cum Ioſepho Pollice, in Banca Turini, vbi ius offerendi erat petitum, etiã poſt ſententiam liquidationis, & licitationes factas, & fuit declaratum, eſſe admittẽdos ad ius offerendi dictos hæredes poſſeſſores, iuxtà appretium faciendum, deductis meliorationibus.

8 Sed quando quis cogitur vendere domum, vel hortum pro amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, iuxtà *text. in l. ſi quis ſepulchrũ, ff. de relig. & ſumpt. funer. Giurb.* qui omnes citat *dec. 86. Cabed. dec. Luſit. 105. par. 1. D. Conſil. Gizzarell. dec. 38.* alijq; adducti per *D. Reg. Rouit. in pragm. 2. nu. 6. de monial.* tunc iuſtum pretium eſt perſoluendum, vt in *d. l. ſi quis ſepulchrum*, ibi, *Præſes compellere debet iuſto pretio, iter ei*
9 *præſtari*, & ſic non attenditur pretiũ, quod ab alijs offertur in licitatione, quæ, vt diximus *n. 6.* ſatis animoſa eſſe ſolet, ſed iuſtum, quod ex appretio Tabularij deſumitur, *D.*
10 *Reg. Rouit. ibid.* ideòq; in hoc Regno quãdo iudicia aguntur in Tribunalibus huius Ciuitatis, ſecundùm *pragm. 2. de Magiſtr. art.* Appretium bonorum ſtabilium. Primò fit per vnum ex Tabularijs Neapolitanis, præuia Buſſula eligendum. Secundò, eius reuiſio fit à Primario. Tertiò, & vltimò, reuiſio illius fit à Iudice ordinario cauſæ, vt etiam voluit *D. Nouar. collect. 3. nu. 1. in d. pragm. 2.*

11 Hinc, cùm pretia rerum ſecundùm *Ariſtotel. lib. 3. ethic. cap. 6.* habeant latitudinẽ, & vnaquæq; res habeat pretium infimum, mediocre, & ſupremum, & quod conſiſtit in mediocritate dicitur iuſtum, vt in *l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* nàm non ex cuiuſq; affectione, & ſumptu; ſed quantum communitèr vendi poteſt, conſtituitur, ad quod facit *text. in cap. 1. de empt. & vendit. in l. ſeruum meum, ff. ad l. Aquil. in l. ſeptem, C. de erog. milit. annon. lib. 11. gloſ.* ſingul. in *l. mortis cauſa capimus, §. fin. ff. de donat.*
12 *cauſ. mort.* quod quidèm pretium conſtituitur, conſideratis reditu, & qualitate rei, ad *text. in l. ſi quis, C. de reſcind. vend. in l. ſi fundus,* vbi *Bald. ff. de reb. eor.* item pręſentis

ſentis temporis diſpoſitione, *l.*3. §.*Diui, ff. de iure Fiſci*, item debent conſiderari onera, & alia, de quibus *gloſ. Abb. Felin.* & alij in *cap. cùm cauſa, il* 2. *de teſtib.* latè *Io. Andr. in* §. *nunc dicendum, verſ. fin. in tit. de empt. & vendit.* vbi iura citat ad dignoſcendum iuſtum pretium.

13 Sed ſi iſti Æſtimatores, & ſic Tabularius, Primarius, ac Iudex ſint diſcordes in appretio; nàm vnuſquiſq; variè ab alio æſtimauit, tunc Iudex coaceruatis omnibus appretijs, tertiam partem illorum accipere debet, illaq; iuſtum pretium iudicatur, *Girard. ſing.* 25. *Caſſan. in Conſuet. Burgund. in tit. des Iuſtices, in text.* ibi, *en mas eſige, nu.*5. & antè ipſum *Salyc. in l. hac edictali,* §. *his illud, col.* 2. *C. de nupt.* *Cotta in memorab. in verb. æſtimatores,* & poſt ipſos *D. Freccia de ſubfeud. lib.* 2. *in* 3. *author. Baron. n.*42.

14 Non tamen attenditur in appretio pretium expenſum in ædificatione domus, ſed quod à Tabulario æſtimatur, attentis traditis ſuprà *n.*6. & 7. ideòq; cùm Collegium
* IESVS PP. Ieſuitarum obtinuiſſet in S.C. quòd Sorores de Ebulo cogerentur ad vendendum earum domum pro conſtructione Collegij, facto priùs acceſſu per S.C. ac vrgenti neceſſitate exiſtēte, iuxtà *d. l. ſi quis ſepulchrum*, factoq; appretio per Tabulariū in duc.6044. illoq; confirmato per Primarium, quamuis in reuiſione per D. cauſæ Commiſſarium, viſo loco, domus prædicta fuiſſet appretiata in duc.7141. iuxtà expenſas erogatas in illius fabricatione; tamen
15 facto verbo in dicto S.C. iunctis Aulis, ſtan-
* te appellatione interpoſita per dictū Collegiū, ac viſo loco per DD. Conſil. fuit decretum D. cauſæ Commiſſarij reformatum, ac liquidatum pretium domus in d. duc.6044. ſeruata forma appretij Tabularij, ac Primarij, ſub die 14. Nouembris 1570. votante D. Præſidente *de Franchis*, ac DD. Conſiliarijs *Pinario* cauſæ Commiſſario, *De Bottis, Morgat, Villanoua, Quadra, & Alto-*
16 *mare*; cùmq; fuiſſet reclamatum per dictas Sorores de Ebulo, facta relatione in Colla-
* terali Conſilio, fuit confirmatum prædictū decretum S.C. vt habui ex *Apoſtilla* manu *D. Innocentij Paulutij*, qui fuit magnus, celebris, ac doctiſſimus Aduocatus, in calce *Allegationum*, quas ſcripſit pro dicto Collegio, quando autem dicatur iuſtum pretium in venditione annuorum introituum cum R. Cur. vide D. meū *dec.*188. *nu.* 14. 15. 20. 55. 87. 88. *et* 108. *lib.* 2. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Creditores abſq; aſſenſu anteriores an præferantur poſterioribus cum aſſenſu in pretio peruento ex venditione feudi ad inſtantiam creditoris habentis aſſenſum. Et an reuocatio tacita vigore *Conſtit. Diuæ Memoriæ* inducatur per litem motam ſuper nullitate venditionis feudi. Et an aſſenſus impetratus lite pendente ſuper nullitate vēditionis ſit ſubreptitius, ſi nihil de lite fuerit expreſſum, & an in ſuſpenſo remanere debeat, donec decidatur lis.

### SVMMARIVM.

1 *Pretiū loco rei in particularibus nō ſuccedit.*
2 *Pretium redactum ex re feudali, nō dicitur feudale.*
3 *Creditores abſq; aſſenſu anteriores, an in pretio peruento præferantur poſterioribus cum aſſenſu ex venditione feudi ad inſtantiam crediterum cum aſſenſu.*
4 Aſſl. in Conſt. Diuæ memoriæ, n.51. *declaratur.*
5 *Infecta primitiua contractus geſti cum minore, cum enormiſſima læſione, inficitur etiam deriuatiua.*
6 *Ratificatio nihil operatur, vbi à principio contractus claudicauit.*
7 *Aſſenſus lite pendente impetratus, an ſit in ſuſpenſo, donec decidatur lis, & nu.*15.
8 *Reuocatio tacita vigore* Conſtit. Regn. Diuæ memor. *an ſit inducta, moto iudicio ſuper nullitate contractus.*
9 *Venditio feudi abſq; aſſenſu, tacitè reuocatur, vbi idem feudum venderetur, vel generalitèr obligaretur.*
*Sed contrarium, n.*17.
10 *Aſſenſus non eſt contractus, ſed confirmatio contractus rei feudalis.*
11 *Aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi contractum.*
12 *Aſſenſus aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur.*
13 *Aſſenſus Domini nihil aliud operatur, niſi tollere obſtaculum.*
14 *Aſſenſus impetratus ſuper venditione facieda tēpore, quo alienās ſucceſſorē habebat, vel non erat de filijs deſperatus, nihil operatur; ſi mutatur rerū ſtatus, in quo ſucceſſoribus caret, & de filijs ſit deſperatus.*

15 Con-

15 *Contractus non retrotrahitur ad diem aſſenſus, in præiudicium tertij.*
16 *Aſſenſus lite mota ſuper nullitate contractus, ſubreptitius non dicitur, ſi de ea in ſupplicatione mentio facta non fuerit.*
17 *Contractus, etiam lite mota ſuper nullitate ipſius, ſeruari debet.*
18 *Contractum approbare dicitur, vbi quis lite mota ſuper nullitate exigere vellet virtute illius.*
19 Frecc. de ſubfeud. lib. 2. *confutatur.*
20 Conſt. Regni Diuæ memor. *locum habet in venditione feudi, ità vt vendito feudo, ex iure ſpeciali poſſit, tàm venditor, quàm emptor alienationem reuocare.*
21 *Minus eſt, habere actionem ad feudum, quàm ipſum feudum.*
22 Conſtit. Regn. Diuæ memor. *non procedit, vbi non agitur de ipſo corpore feudi, & ſic, vbi feudum directè non alienatur.*
23 *Probibitio alienationis feudi non habet locum in obligatione.*
24 *Actus agentium non poteſt vltrà eorum intentionem operari.*
25 *Deciſio cauſæ affertur.*

# Deciſio XLIII.

IN liberatione depoſiti duc. 1000. peruentorum ex pretio Terræ Careri de Prouincia Calabriæ vltrà concurrebant V.I.D. Antonius Coppula, qui habebat aſſenſum anteriorem, licèt contractus eſſet poſterior, & Hæredes q. Io. Dominici Raffa, qui licèt habuiſſent aſſenſum poſteriorem, habebant tamen contractum anteriorem; erat enim aſſenſus Antonij expeditus die 29. Martij 1629. & aſſenſus illorũ de Raffa die 29. Martij 1630. Cùmq; tractaretur de pecunia peruẽta ex re feudali, quę
1 quàmuis non ſit feudalis, cùm pretium non ſuccedat loco rei in particularibus, *l. qui vas, §. vlt.* vbi *gloſ.* concordantes citat, *ff. de furt.* licèt ſecus in vniuerſalibus, *l. Imperator, ff. de leg. 2. Napod. in Conſuet. Bona ſta-*
2 *bilia, in 1. gloſ.* & ideò pretium redactum ex re feudali, non dicitur feudale, *Iſern. in c. 1. §. & plauſtrorum, quæ ſint regal.* & in *cap. ſi verò, ſi de feud. fuer. controu. Affl. in Conſt. Baiuli locorum, in 3. not. Iac. de Beluiſ. Bald. Martin. Laud. Aluar. &* Cardin. *Alex. in c. 1. de feud. non habente propriam feudi naturam,* & alij allegati à *Surd. dec. 306. nu. 3. & à Franch. in dec. 64. nu. 3.* tamen quotiès venditur res feudalis ad inſtantiam Creditorum habentium aſſenſum, ex antiquo ſty-
3 lo Sac. Conſil. præferuntur Creditores cum aſſenſu, iuxtà tamen eorum anterioritatem, de quo ſtylo S.C. teſtatur *Franch. d. dec. 64.* quod quidèm & iure fundatur, ad euitandum inutilem circuitum; hypotheca enim creditorum cum aſſenſu ſuper feudo non extinguitur, niſi facta ſolutione, & ideò poſſent agere hypothecaria cõtra emptorem, & poſſeſſorem feudi moleſtare, qui breui manu ageret pro recuperatione pretij, & propterea, quando creditores cum aſſenſu vrgent pro venditione feudi, pretium liberatur creditoribus habentibus aſſenſum, ad finem, vt emptores, abſq; hoc onere hypothecæ feuda poſſideant, vt dixit *Franch. in d. dec. 64. nu. 16. Georg. in alleg. 18. in princ.* antè *nu. 1. Anna ſing. 204. & alleg. 141. nu. 12.* vbi *Fab. de Anna in addit. Mart. vot. 16. Camill. de Curt.* in ſuo *diuerſor. feudal. par. 1. in cap.* incip. *in hoc igitur, nu. 9. & 10. Epiſcop. Ricc. in collect. dec.* 888. immò ex hoc inoleuit practica, vt emptores in eorũ oblationibus ſoleant apponere conditionem, vt pecunia deponenda pro pretio ſoluatur creditoribus habentibus feudum obligatum, qui etiam debeant cedere eorum iura, ad finem, vt emptor ſubintret locum, & gradum ipſius creditoris anterioris cum aſſenſu, & propterea dicebat Antonius Coppula, quòd cùm ipſe habebat aſſenſum anteriorem, debebat in liberatione preferri, pro qua opinione, quòd præferatur, qui priùs aſſenſum impetrauit, poteſt allegari *Affl. in Conſt.* incip. *Conſtit. Diua memoria, nu. 51.* qui loquitur in caſu cõtrario, quando quis fecit contractum, ſub conditione impetrã-
4 di aſſenſum, & antè expeditionem aſſenſus alter obligauit cum aſſenſu, vbi dicit, quòd retrotrahitur, pro qua opinione videnda ſunt etiam ea, quæ adducit *Anna in repetit. d. Conſtit. n. 205.* cum *ſeqq.*

Secundò dicebat Antonius Coppula, quòd prædicti hæredes de Raffa nedùm carebànt aſſenſu, ſed etiam contractu obligationis, & proindè fruſtrà de anterioritate contendebant, quàmuis enim Ioſeph Grillus communis debitor ſe obligaſſet cum conſenſu tutoris in eorum beneficium, tamen obligatio fuit ex falſa cauſa, quòd Mutius eius pater erat debitor ipſorum, & quia de debito prædicto non conſtabat, ideò ſuper nullitate dictæ obligationis inſtituit iudicium, nulla habita conſideratione de pre-
5 tenſa ratificatione, nam infecta primitiua contractus geſti cum minore cum enormiſſima læſione, inficitur etiam deriuatiua, *Bald. in l. fin. C. de verb. ſignif.* in contractibus enim ſemper initium eſt ſpectandum, *l. ſi procuratorem, in princ. 1. reſp. ff. mand.*
6 *l. 1. §. non ſolùm,* propè *fin. ff. depoſ.* & proindè, cùm contractus à principio claudicauerit, ratificatio nihil operabatur, vt fundat *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 28. ad S.C. Maced.*

Et quàmuis lis adhùc non ſit finita, tamẽ prætendebat, ex hoc duas oriri concluſio-

nes. Primò, quòd dùm Ioſeph in anno 1627. incępit iudicium in S.C. petendo, nullos declarari, tàm prædictum contractum, quàm ratificationem, & ſuper hoc fuit lis conteſtata, aſſenſus poſtea impetratus facta litis
7 conteſtatione, vel erit ſubreptitius, vel ſaltim erit in ſuſpēſo, vſq; ad litis deciſionem, ex traditis per *Lanar. conſ. 17. n. 2.* poſt *Abb. Zabar.* & alios, & iſta nullitatis exceptio eſt tantæ efficaciæ, vt impediat exequutionem rei iudicatæ, *l. 4. §. condemnatus. ff. de re iudic. Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Franch. dec. 86. nu. 8. Ann. de vaſall. decrep. ætat. nu. 244. Maſtrill. dec. 173.* Vel & ſecun-
8 dò dubitari non poteſt, quòd ex ipſo iudicio moto ſuper nullitate cōtractus fuit inducta tacita reuocatio, vigore *Conſt. Regn.* incip. *Conſtit. Diuæ memoriæ*, & reuocationem reſultari ex actu tacito, probat *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 30. nu. 5.* vbi tacitè reuo-
9 cari intelligitur venditionem feudi abſquè aſſenſu, quando idem feudum venditur, vel generaliter obligatur, ex argum. *text. in l. ſi maritum, C. de donat. int. vir. & vxor.*

Verùm ex aduerſo dicebatur per illos de
10 Raffa, ipſos vti anteriores eſſe præferendos, nulla habita ratione aſſenſus anterioris prædicti Coppulæ; erat enim expeditus
11 ſuper contractu celebrando, cùm aſſenſus poſſit præcedere, & ſubſequi, *Iſern. in cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Feder. nu. 14.* non tamen eſt contractus, vt dixit *Anna in repetit. d. Conſt.* incip. *Conſtit. Diuæ memoriæ, nu. 65.* nec eſt actus de per ſe ſubſiſtens, ſed eſt confirmatio contractus rei feudalis, & non dato confirmabili, quod eſt cōtractus, non habet vbi figat pedes, vt poſt *Bald. in l. falſus, C. de furt.* docuit De Ponte *conſ. 5. nu. 49. & de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg.*
12 *§. 9. num. 7.* Et ideò aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur, vt poſt *Andr. de Iſern.* tenuit *Camer. in d. cap. Imperial. de probib. feud. alien. per Feder. fol. 52. lit. F. in fin.* & nihil de per ſe operatur aſſenſus Domini, niſi tollere obſtaculum, cùm vaſallus
13 transferat dominium, & contrahat hypothecam, idem *Camer loco cit. fol. 43. lit. P. De Ponte de poteſt. Proreg. tit. de ...fat. feud. §. 3. nu. 24.* & melius in *§. 8. num. 8.* nàm illud ius prohibitiuum diſpoſitiuum feudorum, per aſſenſum Regium tollitur, & relaxatur, quod etiam probat in *§. 9. nu. 17.* quod rectè quoq; explicat *Montan. in dict. cap. Imperial. §. præterea Ducatus, ſub n. 36. lit. P. & nu. 38. lit. V.* vbi quòd non ſtat in forma diſpoſitiua, ſed in confirmatiua, ità vt antequàm celebretur contractus, nihil operetur; attenditur enim dies celebrati contractus, ità vt aſſenſus impetratus ſuper vē-
14 ditione facienda tempore, quo alienans ſucceſſorem habebat, vel non erat de filijs deſperatus, nihil proderit, ſi tempore contractus mutatur rerum ſtatus; in quo ſucceſſoribus caret, & de filijs erit deſperatus, vt poſt *Andr.* docet idem *De Ponte d. tit. de refut. feud. §. 5. nu. 19. & 24.* & ideò nequè
15 contractus retrotrahitur ad diem aſſenſus, in præiudicium tertij, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 30. Afflict. dec. 286.* & alij allegati per *Ann. in repet. d. Conſtit. Diuæ memoriæ, nu. 208. cum ſeqq.* qui plures deciſiones refert, reſpondendo ad ea, quæ dixit *nu. 205.* ſuprà pro contraria parte allegata.

Nec obſtat, quod ſecundò loco dicebatur de ſubreptione aſſenſus, ex eo, quia nō
16 fuit expoſitum de lite mota; nàm ex hoc non redditur aſſenſus ſubreptitius, vt poſt *Io. de Amic. conſ. 150. nu. 9.* fundat latè *Lanar. d. conſ. 17.* vbi deciſionem refert, & *Medic. in conſ. 20.* quod probauerunt etiam *Ant. de Butrio in cap. ſignificante, de appell.* & *ibi* etiam *Panormit.* & ità deciſum refert *Capyc. in inueſt. in verb. feudorum exequutiones, & dec. 51.* Nec eſt verum, quòd ſit in ſuſpenſo, ità vt ſit expectandus exitus litis, nàm pendente lite ſuper nullitate contractus, interim donec aliter iudicetur, contractus habet ſuam firmitatem, & debet pro ipſius validitate præſumi, vt fundat, & deciſum refert *Franch. dec. 373.* qui dicit,
17 quòd interim contractus debet hinc indè ſeruari, *Maſtrill. dec. 160. nu. 15. Gizarb. dec. 100. Intrigl. ſingul. 155. lib. 2.* qui loquuntur in caſu magis arduo, quando is idem, qui iudicium intentauit, vult exigere virtute contractus prædicti, quo caſu videtur ipſum approbare, *Tiraq. in tract. de conſtit. 30. limit. nu. 20.* & alij allegati per *Intrigl. d. ſing. 155. nu. 3.* quod tantò magis procedit, quandò non eſt actor, ſed reus, qui ad euitandam debitam ſolutionem, nullitatis iu-
18 dicium inſtituit, nec etiam obſtare dicebatur de aſſenſus reuocatione tacita, nàm opinio *Frecc.* non eſt vndiq; tuta, cùm de communi obſeruantia, & conſuetudine Regni requiratur ſcriptura coràm Notario, & teſtibus, prout ex *Parid. de Put.* dixit *Medic. d. conſ. 20. n. 29.* vbi teſtatur, ſic obſeruari, vt fiat coràm Notario, ſiue Iudice Cartulario. Immò quamuis priùs dubia erat quæſtio, ſi reuocatio peruenire debeat ad notitiam aduerſarij, *Afflict.* enim in *dec. 111.* dicit, quòd *Ant. de Alex. & Andr. Mariconda* nullam rationem habebāt de reuocationibus clàm factis, licèt contrarium teneat *Ann. in repet. d. Conſtit.* incip. *Conſtit. Diuæ mem. n. 272.* tamen hodiè per *Reg. Pragm.* editam de anno 1616. eſt prouiſum, quòd iſtæ reuocationes, quæ fiunt vigore *d. Conſtit.* nullam firmitatem habeāt, niſi à die, quo fuerint partibus notificatæ, quæ eſt regiſtrata in *Prag.*

10.*n*.75.*in tit.de Offic.Iudic.* in nouella cõpilatione, edita in anno 1633.

Secundò dicebatur, *d.Conſtitut.* locum habere in venditione feudi, ità vt illo ven-
19 dito, ex iure ſpeciali poſſit alienationem reuocare, quod tàm venditori, quàm emptori eſt conceſſum, quicquid dixerit *Frecc. de ſubfeud.lib.2.quaſt.* incipiente, *à Regnicolis, in 1.author.Baron.* vbi latè articulum examinat, quia communitèr reprobatur, & contrà eum fuit iudicatum, vt per *Capyc. in dec.*100.*Lipar.ad Iſern.in cap.*1.*Imperator*
20 *Lotharius, Petr.de Gregor.de conceſſ.feudi, p.*8. *q.*16. & alios allegatos per *De Ponte de poteſtat.Proreg. tit.de aſſenſ.Reg.ſuper dot.* §.1.*n.*31.& per *Capiblanc.de Baron.pragm.* 4.*n.*87.vbi deciſiones refert, *Gizzar.dec.*2. *Reg.Rouit.pragm.*1.*nu.*33.*de fide memor.*& quàmuis idem iudicetur de feudo, quod de actione ad feudum, *Iſern.in Conſtit.Regni Honorem noſtri diadematis*, *Franch.deciſ.* 593.*n.*1.*Ann.alleg.*122.*n.*7.tamen in multis differt, minùs eſt enim, rei veritate, habere actionem ad feudum, quàm ipſum feudũ, *Iſern.in c.*1.*in princ.de cap.Corradi*, & ideò quotieſcunq; non tractatur de ipſo corpore feudi, non procedit *Conſtitutio*, vt dixit
21 *Frecc.in d.lib.*2.*in* 1.*author. in cap.* incip. *pluribus autem modis, n.*28. vbi dicit, quòd *Conſtitutio* limitatur, quotieſcũq; feudum directò non alienatur, hinc dicitur, quòd
22 pœna impoſita à lege in alienante feudum, vt illud amittat, non habet locum in obligatione, vt poſt *gloſ.in d.Conſtitut.in verbo iure proprio* dixit *Camer. in cap. Imperialem, fol.*15.*lit.H.* qui tamen hoc intelligit, quando non ſequuta fuiſſet traditio,
23 quàmuis enim nulla eſſet obligatio abſq; aſſenſu, attamen feudum non amittitur; quod etiam probatur ex *text.in l.adeum*, §.*Lucius, ff.de donat.* cùmq; venditio fuerit facta annuorum introituum ſuper re burgenſatica, cum obligatione bonorum burgenſaticorum, & feudalium, nulla poterat cadere reuocatio, vigore *Conſtitutionis*, & ideò nec vnquàm pars ſe ſomniauit reuocare contractum prædictum, quia quàmuis carebat tempore litis motæ aſſenſu, valida tamen erat obligatio perſonalis, ad quam inualidandam inſtituit iudicium nullitatis,
24 & ideò actus agentium non poterant vltrà eorum intentionem operari, *l.cùm omnis, ff.ſi cert.pet.* vbi *Iaſ.Dec.*& cęteri *Doct.Menoch.conſ.*116.*n.*35.

25 Quibus diſcuſſis die 30. Auguſti 1635. facta relatione per Reg.Conſiliar. Petrum Antonium Carauitam Aulæ Decanum fuit prouiſum, quòd infrà quatuor dies audiantur partes, & interim depoſitum liberetur Hæredibus Ioannis Dominici Raffa, præſtita cautione de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum, nàm ſi per decretum S.C. venirent, compilato priùs proceſſu, contractus prædicti annullati, tunc deberet reſtituere pecuniam acceptam creditori anteriori cũ aſſenſu, interim tamen debet ſeruari contractus, & pro ipſo præſumitur, per ſupradicta in Banca Actorum Magiſtri Carboni.

# OBSERVATIO
## In Deciſione XLIII.

### SVMMARIVM.

1 *Creditor cum aſſenſu, quàmuis poſterior, præfertur creditori anteriori ſine aſſenſu in liberatione pecuniæ peruentæ ex venditione feudi, & quando id procedat, n.*2.

2 *Aſſenſus, vt proſit creditori quomodò eſſe debeat.*

3 *Creditor cum aſſenſu, ſi fuit præſens in venditione feudi, & neglexit creditum conſequi, non habet regreſſum ſuper d.feudo.*

4 *Ceſſionarius creditoris cum aſſenſu, ſi non habet aſſenſum ſuper ceſſione, non præfertur creditori poſteriori cum aſſenſu, cõtrarium, n.*5.*maximè, ſi in ceſſione ſit cõſtitutus Procurator in rem propriam, n.*6.*& ità deciſum adducitur, n.*9.*&* 10.

7 *Iuriſdictio ſequeſtrari nequit ad inſtãtiam creditoris, abſq; aſſenſu, ſed contrarium deciſum affertur, n.*9.*&* 10.

8 D. Donatus Ant.de Marin. c.61.nu.9.lib.2. quotid.reſol. *declaratur.*

10 *Aſſenſus denegari poteſt, ſi tempore alienationis feudatarius caret filijs, vel in fraudem ſucceſſoris alienet, & ità iudicatum traditur, ibid.& n.*11.*& ſeq.*

13 *Contractus pendente illius nullitate exequendus eſt, etiam ſi ſit donationis, n.*14. *contrarium tamen cum cautione, nu.*15. *vbi ità determinatum adducitur.*

1 CReditores cum aſſenſu, quàmuis poſteriores præferendos eſſe creditoribus anterioribus ſine aſſenſu in pecunia redacta ex venditione feudi ſubhaſtati ad inſtantiam creditorũ cum aſſenſu, ex antiquo ſtylo S.C. in iure fundato, tradit D.meus hìc *n.*3.idq; repetijt *dec. ſeq.n.*1.*&* 16. *ac conſult.*56.*n.*8.*&* 11. *lib.*1.*& conſult.*84.*num.*2.*& ſeq.lib.*2. poſt *Manent.dec.*58.*nu.*16.*in fine, &* 17.*D.Reg. Rouit.deciſ.*45.*nu.*7.*&* 11. ac *D.Conſil.de Georgio alleg.*18.*&* 39.*n.*30.de cuius etiam Styli obſeruantia teſtatur D.*de Marin.cap.* 61.*num.*1.*lib.*2.*quotidian.reſol.* & nouiſſimè D.*Pratus obſeru.*17.*n.*4.5.6.7.*&* 10.*cent.*1. *pract.obſeru.* & ità deciſum refert D.meus
2 *d.conſult.*56.*n.*23. & ſufficit, quòd creditor habeat aſſenſum expeditum per verbum,

*fiat*

*fiat in forma*, dummodò non ſit elapſum biennium, intrà quod aſſenſus expediri potuerat in forma priuilegij, vt verius, articulū ad partes diſputando exiſtimat *D.Pratus ibid.à n.*28. per 54. qui contrarijs ſatisfacit *nu.*50.ideóq; ſatisfactis creditoribus cum aſſenſu in forma priuilegij, vel per verbum *fiat in forma*, intrà biēnium, pretium, quod remanet feudi venditi ſub haſta, remanet allodiale, & liberatur creditoribus, abſquè aſſenſu, iuxtà illorum anterioritatem hypothecæ, vt probat D.meus *d.conſult.*84. *n.*4. *& D.Pratus* vbi ſuprà *n.*7. non tamen po-
3 terit creditor cū aſſenſu habere regreſſum ſuper feudo, ſi præſens in iudicio auditus fuerit in venditione, & neglexit eius creditum conſequi, nam eo caſu, ius, & obligationem amiſit, *l. ſi eo tempore, verſ. cum præſenti, C. de remiſſ. pignor. D.Conſil.Staiban.* qui DD.cumulat *reſol.*5.*nu.*34.*lib.*1.*reſol. forenſ.*

4 Verùm, ſi non comparet creditor anterior cum aſſenſu, ſed eius ceſſionarius ſine aſſenſu ſuper dicta ceſſione, tunc creditor poſterior cum aſſenſu præfertur d. ceſſionario in liberatione pretij rei feudalis, nàm actio ad feudum eſt feudalis, D.meus *d.cōſult.*56.*n.*2.8.*&* 12. *& d.conſult.*84.*n.*6. *&* 24.vbi quòd ideò abſq; aſſenſu obligari, ſeù cedi minimè poſſe defendit, ſequitur *D. Pratus c.*26.*n.*1.2.*&* 3.*lib.*1.*diſcept.forenſ. & d.obſer.*17.*n.*1.poſt *D.Conſil.de Georgio,*
5 *D.de Franch.& D.Reg.de Ponte*, à qua opinione diſſentit *D.de Marin.d.c.*61.*n.*5. *cum ſeqq.*vbi, præferri ceſſionarium ſine aſſen-
6 ſu contendit, præſertim, ſi in ceſſione ceſſionarius ſit conſtitutus Procurator in rem propriam, tunc enim agendo, non vti ceſſionarius, ſed nomine cedentis, & vti illius Procurator, aſſenſu ſuper ceſſione non indiget, vt probat *n.*9.

Hìnc, cùm D.Princeps S.Seuerini ceſſionarius D. Marchionis Cuſani inſtitiſſet pro ſequeſtro iuriſdictionis Terræ Ceruinariæ in S.C.pro eius credito, *Ego* partes D.Fran-
7 ciſci Caraccioli Marchionis Ceruinariæ tuendo, dicebam, non eſſe locum petito ſequeſtro iuriſdictionis, cùm non habeat aſſenſum ſuper dicta ceſſione, ex traditis per *D.de Anna ſing.*180. & per *D Reg.Rouit.in pragm.*3.*num.*16.*cum ſeqq.de ord.iudic.* qui
8 quidèm aſſenſus ſuper dicta ceſſione omninò requiritur, vt diximus *nu.*4. nec limitationem adductam per *D.de Marin. d. n.*9. quam retulimus *nu.*6. ſuffragari d.D.Principi, dicebamus, ſiquidèm non vti Procurator in rem propriam, & nomine cedentis, ſed vti ceſſionarius litem cōteſtatus fuit, ac compilauit proceſſum ſuper reſciſſione cōtractus, ob non ſolutionem tertiarum contra d. D.Marchionem debitorem, & ſic d. limitatio, hoc caſu non habet locum, vt in
9 *l.*3.*C.de nouat.*& tradit D.meus *d. conſult.* 56.*n.*19. nihilominùs ſecundùm d.limita-
* tionem in cauſa prædicta iudicauit S. C. ſub die 19.Decembris 1650.ad relationem *D. Conſil. Nauarettæ* Hiſpani nobiliſſimi, ac morum ſuauiſſimi, cum interuentu *DD. Conſil.de Aquino, Soto, Pinto, & Ioanne Baptiſta Muſceptula*, quod quidèm decretum fuit cōfirmatum in gradu reclamatio-
* nis, ſub die 14.Februarij 1651.*Me* tamen ea mane abſente ob infirmitatem, vt ex actis in Banca de Scacciauēto, eò, quòd ità per priùs fuerat etiam deciſum per idem S.C.in cauſa Medici Pauli Aemilij Ferrellę cū D. Ioſepho de Aquino Barone Roccæ, in Banca Figliolæ, ad relationem *D. Conſil. Miroballi*, feudorum interpretis acutiſſimi.

Et dùm D.meus hìc *n.*14.agit de aſſenſu impetrato pro alienatione facienda, tempore, quo alienans ſucceſſorem habebat, vel non erat de filijs deſperatus, obſeruabis,
10 quòd iuſta cauſa denegandi aſſenſum, eſt, ſi tempore alienationis vaſallus caret filijs, vel in fraudem ſucceſſoris alienatio fieret, de qua fraude per probationes, vel coniecturas apparere debet, ideóq; cùm Aurelia de Ebulo vendidiſſet eius feuda Ioanni Baptiſtę de Ebulo eius viro, quia erat infirma, & ſine filijs, & alienatio erat facta viro, facta
* relatione in Collaterali Conſilio per *D.Reg. Moles* ad inſtantiam D. Comitis Oppidi ſucceſſoris d. Aureliæ, quia erat nepos ex ſorore primogenita, fuit denegatus aſſenſus, & prouiſum, non eſſe impartiendum, in anno 1593. pęnès Piſacanum, vt habeo ex *Apoſtilla* manuſcripta incerti Auctoris ad *Camerar.in l.Imperialem fol.*14.*lit.E.verſ. porrò ex his*, quam deciſionem poſt hæc ſcripta vidi relatam per *D.Bambacar.in allegat.*impreſſa pro D.Lælio Vrſino, *in fine tituli, ſi de feud.defuncti milit.fuer.controu. n.*19.*&* 20.aliam deciſionem refert *D.Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit.de legit.n.*8. ſequitur *D.Taſſon.de antephato, verſ. quar-*
11 *to, obſer.*2.ſub *n.*10.cùmq; etiam Iſabella de Tocco voluiſſet vendere feuda dotalia, ſcilicèt Chianchetellæ, Balbæ, & Altauillæ in fraudem Io.Antonij Lanarij eius filij primogeniti, fuit, patrocinante pro d.Io.Anto-
* nio *D.Lælio Gizzio* inhibitum per S.C. nè d.Iſabella alienaret d.feuda, ſub pęna nullitatis contractus, nàm erat deſperata de filijs, cùmq; d.Iſabella inſtitiſſet pro reuo-
12 catione d.inhibitionis, per S.C.ſub die 23.
* Ianuarij 1635.fuit datus terminus in cauſa, votantibus *D.Præſid.Vrſino*, ac *DD.Conſil. Salinas, Carleual, Conſtantio, de Franchis, Ianuario, Soria* cauſæ Commiſſario, & *Marcheſio*, in Banca Carboni.

Concluſionem tamen, quam tradit D. meus

Digitized by Google

meus *nu.* 17. vt pendente nullitate contra-
13 ctus, ille ſit exequendus, confirmat pro indubitato *D. Io. Iacobus* Anichinus, doctus, & eruditus iuuenis in *tract. de prauent. inſtrum.* quem morte præuentus de menſe Februarij 1650. ſub prelo reliquit *cap.* 2. *q.* 1. *nu.* 20. vbi D. meum *hic* citat, alioſq; addu-
14 cit; verùm ſi agatur de nullitate donationis, quamuis illius exequutio non impediatur, vt deciſum refert *Caſtill. dec.* 63. attamen contrarium defendit *Socin. conſ.* 78.
15 *vol.* 3. ſed exequitur cum cautione, vt per *Rebuff. ad Conſtitut. Gall. tom.* 1. *tit. de ſent. prouiſ. in præfat. nu.* 132. & *de ſent. execut. art.* 7. *gloſ.* 10. *num.* 3. *d. tom.* 1. ac *de reſciſſ. contract. art. vnic. gloſ.* 4. *nu.* 7. *tom.* 2. & ità
* deciſum fuit in cauſa D. Franciſci Pinarij cũ D. Henrico de Morra eius donatario, ſub die 16. Decembris 1619. ad relationem D. Conſil. *Melioris*, qui ſuo tempore fuit etiã Aduocatus inſignis, cum interuentu DD. Conſiliar. *Vargas, Golini*, ac *Sanfelicij*, in Banca de Mondellis. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Donans filiæ contemplatione matrimonij omnia bona, tàm acquiſita, quàm acquirenda, reſeruata certa quantitate diſponendi, ſi in vita contraxit debita, an debeant ex dicta quantitate reſeruata deduci, & quid ſi poſt debita contracta diſpoſuit de integra quãtitate reſeruata, inſtituendo hæredem eandem donatariã, an acceptando teſtamentum, remanebit hæres, facto, vel non facto inuentario obligata pro tota quantitate, an verò pro ea parte, quæ non fuit in vita diſpoſita. Et an, & quãdo ex contractu acquiratur ius abſenti, ſtante iuramento.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor cum aſſenſu, præfertur alijs abſq; aſſenſu, licèt anterioribus.*

2 *Legatarijs datur actio aduerſus alios legatarios, quibus fuit priùs ſatisfactum, & non aduerſus hæredem.*

3 *Hæres non conficiens inuentarium, non tenetur de proprio ad legata, vbi teſtator iuſſerit, illa ex bonis ſuis ſolui.*

4 *Hæres donatoris, qui omnia bona ſua præſentia, & futura donauit, reſeruata ſibi certa quantitate ad teſtandum, non tenetur inuentarium conficere.*

*Intellige, vbi certa eſſet hæreditas, n.* 20.

*Contrarium, n.* 21. & *ſeq.*

5 *Clauſula conſtituti in donatione, ex nunc pro tunc ſequuta morte transfert dominium tempore donationis, licèt effectus prorogetur ad tempus mortis.*

6 *Bona donata in inuentario deſcripta deleri poſſunt.*

7 *Titulus de ſeparation. bonorum non habet locum in feudis.*

8 *Actio nulla quæritur tertio ex pacto inter alios acto.*

9 *Actio creditorum non mutatur ex pacto inhito inter cohæredes.*

10 *Ementi rem cum onere ſoluendi tertio, nulla quæritur actio.*

*Limita, ad euitandum circuitum, nu.* 11.

12 *Actio abſenti ex iuramento in contractu inter alios inhito non quæritur.*

*Limita, in donatione, nu.* 13.

*Sed contrarium verius, n.* 17.

14 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*

15 *Promiſſio quàmuis iurata, intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

16 *Creditor cum aſſenſu præfertur alijs in pretio rei feudalis.*

18 *In materia iuramenti attenditur ius Canonicum.*

19 *Actio ad hoc, vt abſenti quæratur, ſufficit qualibet præſumpta ratificatio.*

21 *Inter donationes cum expreſſa reſeruatione vſusfructus, & ex nunc, pro tunc ſecuta morte differentia refertur.*

22 *Æs alienum licèt non ſit in bonis, eſt tamen in hæreditate.*

23 *Teſtator dùm diſponit de bonis donatis, hæres, & donatarius acceptans illius hæreditatem, tenetur ad legata.*

24 *Debita contracta poſt donationem, ſunt deducenda ex reſeruatione in ea facta.*

25 *Hæres non tenetur ſoluere legata in totum, vel in partem inualida.*

26 *Teſtator licèt generalitèr diſponeret, cenſetur, de bonis donatis diſpoſuiſſe, quotieſcunq; ex verbis aliud colligi non poſſit, & de alijs bonis diſponere nequiret.*

27 *Donatarius in re donata, & poſteà à donatore nominatim hæres inſtitutus, & grauatus, tenetur in omnibus obſeruare voluntatẽ defuncti, ſiuè inuentarium confecerit, ſiuè non, verùm cum diſtinctione.*

28 *Hæ-*

*28 Hæres non conficiens inuentarium, tenetur in ſolidum in pœnam ſpreti beneficij ſibi conceſſi, & deciſio, n.29.*

*30 Eccleſia Hæres nõ conficiens inuentarium, nùm teneatur in ſolidum.*

# Deciſio XLIV.

ANdreas de Ebulo carens filijs maſculis, cupiendo, conſeruari eius bona in familia, in anno 1582. nuptui tradidit Aureliam eius filiam primogenitam Io. Baptiſtæ de Ebulo eius conſanguineo, cuius matrimonij contemplatione eidem refutauit omnia eius bona feudalia, & burgenſatica, tàm acquiſita, quàm acquirenda, ex nunc pro tũc ſequuta eius morte, & cum conditione, vt dicta eius filia decedente cum liberis, poſſet idem Andreas diſponere, tàm inter viuos, quàm in vltima volũtate de duc.6.mil. & caſu, quo decederet abſquè filijs, quòd poſſet diſponere vſq; ad ſummam duc.20. mil. incluſis dictis duc.6.mil. & cum alio pacto, vt ipſa Aurelia in caſu mortis, ſuperſtitibus filijs non potuiſſet diſponere, niſi de ſumma duc.10.mil. ea verò decedente abſq; liberis, de integra medietate dotium, alia verò medietas peruenire debeat ad ipſum Andream refutantem, & ſuperuiuentem, eo autem mortuo, ad Sorores ipſius Aureliæ: Mortuo tandèm Andrea in anno 1590. in eius vltimo Elogio inſtituit hæredem vniuerſalem eandem Aureliam eius filiam, & diſpoſuit, tàm de duc.6.mil. reſeruatis, in caſu, quo decederet cum liberis, quàm de alijs duc.14.mil. in caſu, quo decederet abſq; liberis. Deceſſit tandèm Aurelia in anno 1603. nullis relictis liberis, inſtituto hærede vniuerſali in bonis allodialibus dicto Io.Baptiſta eius viro, & in feudalibus eo, cui de iure deberetur. Orta fuit lis inter Ill. Ducem Feroleti filium primogenitum Ioannæ de Ebulo ſororis vtrinquè coniunctæ dictæ Aureliæ, quæ poſt ipſam tenebat locum primogenitæ, & propterea ſuccedere debebat in bonis feudalibus, relictis per dictam Aureliam ſororem, cum dicto Io.Baptiſta de Ebulo viro, & hærede vniuerſali in burgenſaticis Aureliæ, ex quo virtute eiuſdem teſtamenti ſuæ vxoris prætendebat per viam prælegati quartam partem pretij prædictorum bonorum feudalium, quibus ſic ſtantibus interuenientibus communibus Amicis, & Aduocatis, fuit cõuentum inter dictum Ioa.Baptiſtam, & Ill. Principiſſam Sancti Boni ſororem vtrinquè coniunctam, & hæredem dicti Ill. Ducis Feroleti mortui abſq; liberis, vt omnia bona peruenta dictæ q.Aureliæ vigore donationis, & refutationis eidem factæ ab Andrea patre appretiarentur, quo appretio facto, deductis omnibus oneribus, & ſignantèr duc.20.mil. reſeruatis per ipſum in donatione, de quibus poſteà diſpoſuit in beneficiũ aliquorum legatariorum, & facta dicta deductione, de reſtanti valore dictorum bonorum burgenſaticorum, & feudalium medietas peruenire deberet ad beneficium dicti Io.Baptiſtę, cum conditionibus appoſitis in teſtamento, & codicillis Aureliæ, alia verò medietas ad beficium dictæ Ill. Principiſſæ, quę in ſatisfactionem portionis ſpectantis ad dictum Io.Baptiſtã ex nunc pro tunc eidem vendidit Oppida Caſtri Pignani, & Ciuitæ nouæ pro pretio appretiando, ità vt ſi plus valerent, vel minus portionis ad eundem ſpectantis, vna pars alteri reficeret, quæ duo Oppida peruenire deberent eidem Io.Baptiſtæ libera ab omnibus oneribus, & debitis factis, vſq; ad diem matrimonij contracti cum dicta Aurelia, & ſignãtèr à releuijs debitis Reg.Cur. tã per mortem Andreæ, quàm Ducis Feroleti, & à duc. 20.mil. diſpoſitis à dicto q.Andrea, vigore dictæ reſeruationis, promittens, eximere illum indemnem, & illæſum cum ſolutione facienda creditoribus, vel in ſolutum datione, & cum refectione damnorum, & intereſſe. Et inſupèr promiſit, ſoluere omnia onera facta per Andream poſt refutationẽ, & donationem factam Aureliæ filiæ, quæ conuentio fuit facta in anno 1605. & eodẽ anno fuit Regio aſſenſu roborata, & propterea fuerunt omnia bona remanſa in hæreditate Aureliæ appretiata, & deductis oneribus remanſit hæreditas ipſius in ducatis 107690. 2. 4. quorum medietas aſcendens ad duc.53845.1.2. ſpectauit ad Io.Baptiſtã, & in eorum ſatisfactionem fuerunt aſſignata dicta duo feuda, alia verò medietas remanſit in beneficium dictæ Principiſſæ, in cuius ſatisfactionem retinuit Oppidum de Capracotta appretiatum pro duc.67395.& quia valor dicti Oppidi erat maior ſua portione, ideò dicta Principiſſa ſe conſtituit debitricem dicto Ioa.Baptiſtæ, mediante alio cõtractu de anno 1606. in duc.13548.3.18. verùm in hoc ſecundo contractu fuit conuentum, quòd Io.Baptiſta aſſumeret in ſe onus ſoluendi duc.22900. creditoribus dictæ hæreditatis, inter quos in ſpecie erant incluſi dicti duc.20.mille reſeruati per Andream in refutatione, de quibus poſteà diſpoſuit, & pro illis promiſit, extrahere indemnem, & illæſam dictam Principiſſam, etiàm antè damnum paſſum.

Pro cuius conuentionis exequutione ſoluit Ioan.Baptiſta legatarijs aſſignatis per Andream, reſpectu verò Monialium Venerabilium Monaſteriorum Reginæ Cœli, & Don-

Donnæ Reginæ ex perſona ſororum de Ebulo, quibus fuerunt relicti duc. 3400. de prædicta ſumma duc. 6. mille reſeruatorũ, in caſu, quo Aurelia cum filijs decederet, correſpondidit de tot annuis introitibus ad rationem octo pro quolibet centenario, poſt verò eorum mortem proprietas fuit legata aliquibus locis pijs.

Verùm, quia defecit per multos annos à ſolutione dictorum annuorum introituũ, tàm ad inſtantiam dictorum Venerabilium Monaſteriorum, quàm ad inſtantiam aliorum Creditorum, quibus erat Io. Baptiſta ære alieno grauatus, fuit proceſſum ad venditionem Terræ Ciuitæ nouæ, & fuerunt liberatæ nonnullæ quantitates Creditoribus anterioribus; in reſtanti verò quantitate concurrebant dictæ Moniales ex cauſa annatarum decurſarum, & etiam in futurum decurrendarum, & alij Creditores dictæ Aureliæ cum aſſenſu, & fuit valdè diſputatũ inter ipſos, quia dicti Creditores Aureliæ

1 cum aſſenſu prætendebant, præferri, ratione aſſenſus, iuxtà allegata per *Ann. alleg. 30. & Georg. alleg.* 18. & vltimo loco per *Cõſiliar. Theodorum allegat.* 83. E contrà verò prætendebant Moniales, habere aſſenſum anteriorem, eo, quia in refutatione, vbi aderat poteſtas diſponendi de duc. 20. mille inerat aſſenſus, quibus ſtantibus nolentes litigare, ſe concordauerunt, & inſtiterunt, fieri liberationem, iuxtà eorum conuentionem.

Prædictis tamen ſe oppoſuerunt D. Ferdinandus, & Frater Io. Baptiſta Caracciolus filij ſecundogeniti Ill. Principiſſæ Sancti Boni, qui iura prædicta eius matris repræſentabant, prætendendo, dictam conuentionẽ non potuiſſe fieri in eorum præiudicium, cùm & ipſi erant creditores prædicti quondam Io. Baptiſtæ, virtute ſententiæ S.C. & quòd propterea, nullo modo poterat dictis Venerabilibus Monaſterijs aliqua quantitas liberari.

Primò, quia prædictus quondã Andreas, quàmuis ſibi reſeruauerit poteſtatem diſponendi, tàm in vita, quàm in morte de dictis duc. 20. mille, attamen in vita diſpoſuit de duc. 2400. ex cauſa damni paſſi in emptione Terræ Palmuræ, quam ſummam per decretum S.C. erat determinatum, ceſſiſſe in ſatisfactionem dictorũ duc. 20. mille, & ſimilitèr aliæ ſummæ erant ex pretio dictæ Terræ Ciuitæ nouæ liberatę alijs creditoribus ipſius Andreæ, quæ vnitæ cum duc. 1660. ſolutis per Io. Baptiſtam in ſatiſfactionem aliorum legatariorum Andreæ, aſcendebant ad ſummam pluſquàm duc. 26. mille, & propterea debitum prædictum erat extinctum, & poterant Moniales ſe di-

2 rigere contra eos, quibus fuerunt ſolutæ dictæ quantitates, ex regula *text. in l. finali, §. & ſi præfatam, C. de iur. deliber.*

Quibus pro parte dictorum Monaſteriorum reſpondebatur, quòd quàmuis debita ſoluta in vita Andreæ debebant cedere in damnum Aureliæ, quæ ſimilitèr erat obligata inſolidum cum dicto Andrea, & Io. Baptiſta eius viro, cuius beneficio, & damno debebant cedere, & quòd de decreto S.C. pendebat reclamatio, attamen quia videbatur, hanc reſponſionem habere maximam difficultatem, dicebatur, non poſſe negari, Aureliam fuiſſe hæredem vniuerſalem quondam Andreæ patris, & proindè, teneri ad omnia onera, ex eo, quia non cõfecit inuentarium, cùmq; dicti Fratres de Caracciolo repræſentarent iura dictæ Ill. Principiſſæ eius matris, quæ erat hæres Aureliæ, non poterãt plus iuris habere, quàm eadem Aurelia, & per conſequens, non poterãt aliquid opponere aduerſus creditum prædictum.

Cui difficultati pluribus modis reſpondebant Fratres de Caracciolo, & Primò, quòd quàmuis verum ſit, quòd hæres abſq; beneficio inuentarij teneatur inſolidum, attamen hoc intelligitur, quando teſtator voluit hæredem grauare ad ſolutionem legati, ſed in hoc caſu teſtator noluit grauare hæredem de bonis ſuis proprijs, ſed quòd ſolueret de duc. 20. mille reſeruatis, quia

3 teſtator, mandando ſolui legata de bonis ſuis, quàmuis hæres non fecerit inuentariũ, non ex hoc tenetur de proprio, *Natta in conſ. 363. nu. 21. Cephal. conſ. 95. n.* 18. *Surd. deciſ. 30. n. 2. in fine, Crauett. conſ.* 187. *nu.* 4. idem *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 13. n.* 4. quod benè probat *Phanuc. de inuent. p. 7. n.* 49. *cum ſeqq.* vbi non feciſſe inuẽtarium, non præiudicat hæredi, quando ex forma diſpoſitionis legata moderantur ad vires hæreditatis, & ponit exemplum, quando teſtator diſpoſuiſſet de pecunijs, quas habebat in tali loco, nàm ſi in loco à teſtatore deſignato non fuerint tot pecuniarum quantitates, quæ ſufficerent pro omnibus legatis, non teneretur hæres ſupplere de ſuo, ſic etiam, quando teſtator legat de bonis ſuis, quod communitèr eſſe receptum teſtatur.

Secundò dicebatur, confectionem inuẽtarij ex alio non afficere Aureliæ, quia ipſa erat donataria omnium bonorum prędicti Andreæ eius patris, virtute donationis contemplatione matrimonij ſuprà narratæ, in qua ex nunc, pro tũc in anno 1582. eidem donauit, etiam bona acquirenda, cum poteſtate diſponendi, tàm per actum inter viuos, quàm in vltima voluntate de dictis duc. 20. mille, quo caſu apertè apparet, quòd prętèr dicta bona reſeruata nihil remanere potuit in hæreditate, ideò non teneri hære-

Hh dem,

4 dem, etiam non confecto inuentario, deciſũ fuiſſe in Senatu Cathaloniæ refert *Mieres ad Conſtitutiones Cathaloniæ, in rubr. de iure dotium, nu.* 217. *collect.* 6. & eum ſequitur *Cancer.* qui etiam dictam deciſionẽ refert *variar. reſolut. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 113. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 5. ſub *n.* 46. quia in dicto caſu ceſſat iuris præſumptio, quòd hæres occupauerit bona, nàm nihil
5 remanet in hæreditate, cùm dominium bonorum donatorum, ex nunc pro tunc, ſecuta morte, cum clauſula conſtituti ſtatim tranſeat in donatarium, vt ex doctrina *Bal. in authent. contra cùm rogatus, in princip. C. ad Trebell.* & aliorum hoc firmat *Frãch. in deciſ.* 213. *in princ. Cauale. deciſ.* 42. *n.* 29. *p.* 1. *Theſaur. deciſ.* 38. *n.* 4. latè *Fab. de Anna conſ.* 1. *Intrigl. ſing.* 16. *num.* 2. & propterea inane teſtamentum Andreæ cenſeri debet, *Bald. in auth. etſi teſtator. n.* 2. *C. ad l. falcid.*
6 immò prædicta bona donata, quàmuis in inuentario poſuiſſet, ab eo illa delere poſſet, *Intrigl. deciſ.* 14. *num.* 32. *Maur. ſenior alleg.* 12. *num.* 11.

Tertiò dicebatur, quòd quàmuis eſſent dictæ Moniales creditrices Aureliæ, ex eo, quòd cùm fuerit hæres Andreæ teſtatoris, non fecerit inuentarium, tamẽ ipſi Fratres de Caracciolo ex perſona Ill. Principiſſæ eorum matris eſſent præferendi, quia creditum Monaſterij eſſet in actione perſonali aduerſus ipſam hæredem, creditum verò ipſorum de Caracciolo, vigore diuiſionis factæ inter Io. Baptiſtam, & d. Principiſſam mediante perſona Principis eius viri, ſtante contractu celebrato in anno 1605. in quo Io. Baptiſta de Ebulo, contra quem fuit vẽdita Terra Ciuitæ nouæ, non ſe obligauit ſoluere duc. 20. mil. in reſeruatione contentos, & deindè legatos per dictum Andreã, erat hypothecarium, & ſic aut iſtæ Moniales intẽdunt ſe ſatisfacere ſuper pretio peruento ſuper dicta Terra, tanquàm in bonis Io. Baptiſtæ, & non poſſunt, quia non eſt ei obligatum virtute dicti cõtractus, aut verò virtute contractus ſequuti poſteà in anno ſequenti 1606. in quo aſſumpſit onus ipſe Io. Baptiſta ſoluendi dicta legata, & carent aſſenſu, cùm Regius aſſenſus non fuerit impetratus in contractu inito in anno 1606. ſed tantùm in contractu celebrato in anno 1605. Et ſi prætendunt agere vti hæredes Aureliæ in burgenſaticis, erit actio perſonalis pro hæreditarijs portionibus, ipſi autẽ vigore dictæ tranſactionis initæ in anno 1605. cum Regio aſſenſu, quia paſſi fuerunt euictionem Terræ Capracottæ, erunt ex cauſa euictionis creditores in actione hypothecaria, & creditorem hæredis cum aſſenſu eſſe præferendum creditoribus de-
7 functi abſq; aſſenſu, quia in feudis locum non habet *tit. de ſeparation. bonor.* pluriès fuit deciſum in S. C. vt in cauſa Terræ Sexti, de qua per *Annam in alleg.* 30. & nouiſſimè in cauſa Creditorum Ill. Marchionis Caſæalberis, de qua deciſione meminit *Conſil. Theod. d. alleg.* 83. contrà ea, quæ ſcripſerũt *Georg. alleg.* 18. *& Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feud.* §. 8. *nu.* 1. *& ſeq.*

Quartò, ex alio ſperabant ipſi obtinere, quia ex hac promiſſione facta inter cohæredes de ſoluendis creditoribus, & legatarijs, & in ſpecie dict. duc. 20. mille legatos nullum ius fuit quæſitũ dictis Monialibus, quæ in contractibus prædictis non interuenerunt, & ſic quatènus ſe reſtringebant
8 ad promiſſiones factas in dictis contractibus, non poterant ex ipſis aliquam actionẽ acquirere, ex vulgata diſpoſitione *text. in l. cùm res, C. de donat.* vbi omnes ferè *Doctores* hoc notant, & in *l.* 2. *C. de hered. vel act. vend. & in l.* 2. vbi *Iaſ. n.* 1. *C. de pact. & in l. pacto ſucceſſorum, C. eod. tit.* quod etiam in terminis probatur in *l. licèt* 23. *C. famil. er-*
9 *ciſc.* vbi ex pacto inter cohæredes non poteſt actio creditoribus competens mutari, vbi *Bal. & Paul. de Caſtro* notant, quòd ex pacto inter cohæredes aliquod præiudiciũ creditoribus nõ infertur, ſed ſuum effectum ſortitur inter ipſos paciſcentes, & ſi eis non poteſt nocere, nec etiam prodeſſe, *l. ſi vnus, §. antè omnia,* vbi *Iaſ. ff. de pact.* hinc dixit *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *c. vlt. in epithom. nu.* 3. quòd ſi quis recipiat rem cum
10 onere ſoluendi tertio, quòd ei ex hoc contractu nulla actio competit, & hoc etiam firmat *Vinc. de Franch.* validiſſimè in *deciſ.* 273. *per totam,* licèt *ibi* ad euitandum cir-
11 cuitum inutilem ex quadam æquitate videatur alitèr deciſum, quod prætẽdebatur, non eſſe in caſu noſtro, quia Principiſſa non erat obligata, & pro hac opinione videndus eſt etiam *Giurba dec.* 62. *nu.* 27. & quàmuis in dicto contractu adſit iuramentũ, & con-
12 trouerſa ſit opinio, ſi ſtante iuramẽto actio quæratur abſenti, tamen opinionem, quòd neq; ex iuramento abſenti ius quæratur, tenent *Sanchez de matrimon. lib.* 1. *diſp.* 7. *q.* 3. *n.* 24. *Giurba d. dec.* 62. *n.* 30. *Gutierr.* latiſſimè, qui etiam contrarijs reſpondet in *cap. quàmuis, n.* 55. *de pact. in* 6. Et *Doctores* tenentes contrariam, quòd actio quæratur, loquuntur in illo caſu, quando fuit facta do-
13 natio abſenti, ſecùs quando inter partes ſit conuentio de ſoluendis debitis, vt poſt *Cynum* declarat *Bald. in d. l. cùm res, & in l. quotiès, C. de donat. quæ ſub mod.*

Et tandẽ dicebatur, quòd nec ipſa quondam Principiſſa, nec dictus quond. Io. Baptiſta contrahentes ad aliquid tenentur vigore dictæ promiſſionis, quatènus eſſet attendenda opinio, quòd per iuramentum

actio

actio quæratur abſenti, quia quàmuis in primo contractu de anno 1605. ipſa Principiſſa aſſumpſerit in ſe onus ſoluendi dictos duc. 20. mil. & in contractu de anno 1606. hoc onus remanſit ipſi Io. Baptiſtæ, tamen dicta obligatio debet intelligi conditionalitèr, & correſpectiuè, quatènus penès ipſos remanerent ſummæ diuiſæ. Cùm ergo ab ipſa fuerit ablata portio, quæ ei vti hæredi peruenit, quæ fuit Terra Capracottæ iàm euicta, & dictus Io. Baptiſta fuerit condemnatus ad reſarciendum dicta damna dictæ Principiſſæ pro medietate: & ſic penès ipsã remanſit ſatis minor ſumma eius, quæ in diuiſione peruenire debebat, propterea ceſſante cauſa obligationis prædictæ, debet ceſſare ipſa obligatio, ex vulgata regula, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, latè *Tiraq. in*
14 *tract. ceſſante cauſa, in verbo obligationis cauſa ceſſ. Pedroc.* alijs relatis in *conſ. vnico, n. 289. lib. 2. de reſol. contract.* qui loquitur in
15 promiſſione iurata, quod intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, & probant *Io. Campeg. de dote, p. 2. q. 92. & Caſtil. dec. 92.* Ex quibus dicebat, depoſitum, excluſis Monialibus eſſe liberandum Creditoribus Aureliæ, & ipſis, qui habebant ſententiam contrà Io. Baptiſtam de Ebulo, pro dicta euictione paſſa.

Pro parte verò Monialium ad vnum tantùm cauſa reſtringebatur, nempè ad contractum de anno 1605. in quo Ill. Principiſſa hæres in bonis feudalibus Aureliæ in contractu tranſactionis inito cum Io. Baptiſta de Ebulo hærede in burgenſaticis poſt aſſertionem factam de ſoluendis omnibus creditoribus Andreæ, tàm antè, quã poſt renunciationem factam Aureliæ filiæ, & in ſpecie prædictorum duc. 20. mille, aſſumpſit in ſe onus ſoluendi dictos duc. 20. mille legatarijs dicti quondam Andreæ, ſuper quo contractu aderat Regius aſſenſus, cùmq; pro obſeruantia omnium in contractu contentorum erat appoſita hypotheca, dicebatur, vigore ipſius habere hypothecata bona feudalia, & præcipuè dictum
16 Oppidum Ciuitæ nouæ, & propterea eſſe præferendos in pretio, iuxtà tradita per *Vinc. de Franch. dec. 64.* & quàmuis in contractu poſteà inito inter eaſdem partes in anno 1606. hoc onus remanſerit Io. Baptiſtæ, cui etiam fuerunt aſſignata feuda Caſtri Pignani, & Ciuitæ nouæ, tamen non per hoc fuit extincta hypotheca iàm anteà legitimè contracta ſuper dictis feudis, ſed fuit quæſita actio perſonalis aduerſus Io. Baptiſtam virtute dictæ obligationis, & ſic hodiè, quòd erat feudum prædictum Ciuitæ nouæ venditum tanquàm de bonis Io. Baptiſtæ, non poterat Principiſſa obligata ſoluere virtute dictæ obligationis de anno 1605. impugnare liberationem, iàm quòd alij creditores Aureliæ eam non impugnabant, ſtante concordia inter eos inita.

Nec prædictis obſtare, dicebatur, quòd in contractu non interuenerunt, & per conſequens non potuit eis ius acquiri, quia magis communis opinio eſt, quòd per iu-
17 ramentum acquiratur ius abſenti, vt tradit poſt alios *Gabriel. in commun. opin. tit. de verb. oblig. concl. 1. limit. 7. Theſaur. dec. 70.* ſub *num. 8. in verſ. ſed contrarium*, vbi duas Senatus deciſiones pro hac opinione refert, & aliam eiuſdem Senatus deciſionem affert *Theſaur. filius in addit. lit. A.* & pro hac opinione ſtat *gloſa* communitèr recepta in *cap. quàmuis 1. q. 7.* & in terminis, quòd quando inter contrahentes de ſoluẽdo alicui tertio abſenti, licèt nec partes, nec Notarius pro eo ſtipulati eſſent, ille abſens ratione iuramenti cẽſeatur præſens, & agere poſſit ex hac promiſſione, eo abſente, & non inſtante facta, ex *Bald. Specul. Alex. Felin.* & alijs hoc firmat *Vinc. Manc. de iuram. p. 4. effect. 59. nu. 3.* & in donatione ſpeciale eſt, quòd abſenti actio quæratur, *l. quotiès, C. de donat. quæ ſub modo*, vbi *Salycet. Andr. de Iſern. in c. 1. §. hoc quoquè, in verbo hæc deferuntur, de ſucceſſ. feud. Specul.* vbi *Io. Andreas de locat. & conduct. §. nunc videndum, in 70. quæſt.* & quòd per iuramentum quæratur actio abſenti; tenet etiam *Napod. in Conſuet. Neap. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquàm, n. 207.* vbi ait, quòd de iure canonico eſt abſolutum, quòd per iuramentum abſenti actio quæratur, ex *text. in cap. quotiès 1. q. 7.* vbi *gloſ.* & de iure ciuili ſaltim datur officium Iudicis, & quòd hæc opinio procedat, tàm de iure ciuili, quàm de iure canonico, latè *Roland. conſ. 19. n. 29.* cũ *ſeqq. lib. 1.* vbi ex *Felin. Hoſtienſ.* & alijs in *cap. quemadmodùm, de iure iurand.* fun-
18 dat, quòd in materia iuramenti, cùm ſit materia peccati, & ſic ſpiritualis, debet attẽdi ius canonicum, *Ruin. conſ. 144. n. 8. vol. 1.*

Dicebatur etiam, hodiè nõ poſſe ampliùs de hoc diſputari, quòd ſit actio quæſita ipſis Monialibus, cùm iam cõtractus habuerit ſuum effectum, quia Io. Baptiſta, ad quẽ vigore cõtractus anni 1606. ſpectabat onus ſoluendi legatum Monialibus, iàm per plures annos ſoluit, & quàmuis in dicto contractu non fuerit impetratus aſſenſus, tamẽ erit animaduertendum, quòd non fuit verè nouus contractus, ſed ſequela primi de anno 1605. in quo fuit conuentum inter ipſos cohæredes, quòd ſolutis priùs omnibus oneribus, quod ſupererat, inter eos diuideretur æqualitèr, & quòd omnia remanſa in hæreditate Aureliæ, deberent appretiari, ad finem ſciendi valorem, & pro aſſignando cuilibet portionem ſuam, cum oneribus,



Digitized by Google

quibus peractis poſteà in exequutionem contractus prædicti fuit factus ſecundus de anno 1606.& quàmuis in primo contractu onus ſoluendi duc. 20. mill. ſpectabat ad Principiſſam,fuit innouatum in ſecundo inſtrumento,& remanſit ad onus Io.Baptiſtę, id euenit ex qualitate portionum,& in ſecundo contractu fuit facta mentio de primo;immò,quòd erat in exequutionem ipſius; cùm ergò Moniales,nedùm obtinuerint annuas ſolutiones, verùm egerint coràm eorum Delegato pro hoc credito, & obtinuerunt,procedi ad vēditionem dictæ Terræ Ciuitæ nouæ, non poteſt dubitari, quòd ſtante acceptatione, & eius exequutione,ipſis fuit ius quæſitum; ſufficit enim
19 quælibet præſumpta, & tacita ratificatio, ad hoc,vt abſenti actio quæratur,vt notat *Theſ.dec.70.n.12.verſ.eſt,& alia acceptationis coniectura*,ex quibus cōcludebatur, Venerab. Monaſteria omninò debere obtinere.

Verùm vnus ex Dominis dicebat, quòd ex alio motiuo poterat hæc cauſa terminari,fundando obligationem ſoluendi in perſonam Aureliæ, qua fundata non poterat dubitari,prædictos Fratres de Caracciolo ex perſona Principiſſę eius matris non poſſe aliquid opponere, quia non habebant alium titulum, niſi vti hęredes Aureliæ, & controuerſia inter ipſius hęredes non poterat afficere creditoribus,etiam in actione perſonali,& propterea pro fundamento huius motiui non dubitabatur,quòd Andreas fecit prędicta legata ad beneficium Monialium, & quòd Aurelia fuit declarata hęres dicti Andreę, & non apparet, feciſſe inuentarium, & quàmuis opinio Senatus Cathalonię,relata à *Mieres,Camerio,& Fontanella* eſſet vera,quòd quotieſcunq; fit do-
20 natio omnium bonorum pręſentium,& futurorum,aliquo reſeruato,quòd hęres ipſius donantis, quàmuis non fecerit inuentarium, non tenetur vltrà quantitatem reſeruatam,tamen ratio huius deciſionis traditur,quia hoc caſu ceſſat ratio fraudis,quę prę ſumitur ex non confectione inuentarij, vt voluit etiam *Cacheran.deciſ.181.nu.17. Afflict.dec.13.& dec.44.n.33.*vbi quòd pręſumitur doloſus, & bonorum occupator,& *Fontan.de pact.nuptial.d.clauſ.4.gloſ.5.*ſub *n.46.*dat aliam rationem,quia eo caſu certa eſt hęreditas, quotieſcūq; ergo hęc ratio certæ hęreditatis, & quòd non poſſit fieri fraus,ceſſat,remanet iuris diſpoſitio,ex *l.fi. §.& ſi præfatam,C.de iur.delib.*quòd hęres non conficiens inuētarium, tenetur etiam de proprio,at in caſu noſtro ceſſat hęc ratio,quia Andreas refutauit omnia bona,ex nunc pro tūc ſequuta eius morte, & ſic habebat perceptionem fructuum totius hęreditatis,& ideò vltrà quantitates expreſſas in donatione, quæ fuit facta in anno 1581. potuit in anno 1590. in quo ſuum clauſit extremum diem,multa alia bona relinquere, & quàmuis pars ſentiens difficultatem, faciat diſtinctionem, quando fuit facta donatio cum reſeruatione vſusfructus,& quādo fuerunt donata omnia bona pręſentia, & futura,ex nunc pro tunc ſequuta morte cum aliqua reſeruatione, nàm primo caſu de fructibus reſeruatis poterat diſponere; ſecundo verò, non, cùm omnia fuerint do-
21 nata,præter excepta,vt diſtinguēdo docuit *Reg.de Ponte* pro alio D.Ferdinando Caracciolo in *conſ.116.lib.2.*& deciſum refert *Franch.dec.213.nu.1.* & hanc etiam diſtinctionem probat *Reg.Rouit.in pragm.4.nu. 15.de feud.* Quia diſtinctio non ſatisfacit, admiſſa enim eorum opinione, quòd omnia intelligantur donata, prætèr excepta, & propterea cùm etiam fuerint donata bona futura, quicquid acquiſiuiſſet ex fructibus, eſſet in donatione comprehenſum,tamen certum eſt, quòd de fructibus poterat diſponere eius vita durante ad libitum, & à bonis forſan per ipſum quæſitis ex dictis fructibus erant deducēda onera contracta, non dicitur enim acquiſitum, niſi deducto ære alieno, nàm æs alienum licèt non ſit in
22 bonis,tamen eſt in hæreditate,*l.1.C.ſi vert. pet.l.pro hæreditate,C.de hæred.act. l.nihil, ff.de verb.ſignific.Menoch.conſ.206.n.128.* & proindè,neceſſe erat,ſcire bona quæſita poſt donationem,& remanſa in hæreditate, ad finem deducendi æs alienum, & quod remanebat, non dubitabatur, eſſe comprehaſum in donatione, & propterea debebat fieri inuentarium per donatariam,quod cū non fuerit factum,tenebatur Aurelia ſoluere,nedùm duc.20.mille reſeruatos, ſed etiā onera contracta poſt donationem.

Dicebatur etiam ſecundò, quòd quàmuis prædicta deeſſent,ex alio fuiſſe obligatā Aureliam, eſt enim animaduertendum in facto,quòd in omnibus debitis contractis poſt donationem factam per dictum Andream,inſolidum ſe obligauerunt, tàm dictus Andreas,quàm Aurelia filia, & Io.Baptiſta gener, & ſic neceſſariò Aurelia notitiā habebat de debitis prædictis factis per Andream, cùmque poſteà non obſtantibus dictis alienationibus, & diſpoſitionibus, in vltimis conſtitutus Andreas diſpoſuit de bonis donatis eidem Aureliæ pro integra ſumma duc.20.mille, contentorum in reſeruatione,ſi admittimus opinionem,quòd debita in vita contracta per Andream extinguunt dictos duc.20.mille,in reſeruatione contentos,& teſtator diſpoſuit de illis integrè,ac ſi nunquam alienaſſet,& Aurelia hæres ſcripta hęreditatem adhiuit, ſciens,
alia

Digitized by Google

alia bona non remanſiſſe prętèr donata, de
quibus expreſsè teſtator diſpoſuit, dùm di-
xit, quòd diſponebat de dictis duc. 20. mil-
23 le, ſequitur, quòd tenetur hæres ſatisfacere
legata, etiam de dictis bonis donatis, quod
probatur ex *text. in l. ſequens quæſtio* 70.
*ff. de leg.* 2. vbi quærit *Iureconſultus*, an ea,
quæ maritus donauit vxori, veniant in pe-
titione fideicommiſſi, & dicit, quòd non,
quia ea habitura erat vxor, etiam, alio hæ-
rede inſtituto, quod tamen limitat, quando
nominatim de bonis donatis diſpoſuiſſet;
hinc; tenent *Doctores*, quòd quando dona-
tarius inſtituitur hæres à donatore, & no-
minatim grauatur de bonis donatis, iſquè
hæreditatem adierit, tenetur legata adim-
plere, quod probat *Clar. in §. teſtamentum*,
*q.* 71. *n.* 3. vbi reprobata opinione *gloſ. in l. ſi*
*mulier, in princ. in verbo ſi mortis, ff. de leg.*
3. tenet, quòd quando teſtator in ſpecie di-
ſpoſuit de bonis donatis, & hęres acceptat,
quòd tenetur ſoluere, quod etiam voluit
*Peregr. de fideic. art.* 6. *n.* 1. *&* 48. poſt *Bald.*
*Paul. de Caſtr. & Florian. in d. l. ſequens*
*quæſtio, & Alex. in conſ.* 20. *n.* 9. *lib.* 3. *Pariſ.*
*conſ.* 2. *n.* 49. *& conſ.* 33. *nu.* 89. *lib.* 3. *Grauett.*
*conſ.* 357. *lib.* 3. *Mantic. de coniect. vlt. volũt.*
*lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 28. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3.
*q.* 74. *n.* 7. *Ramon. conſ.* 85. *n.* 15. *Angel. conſ.*
331. *nu.* 3. *Simon de Prat. de interpr. vlt. vo-*
*lunt. lib.* 3. *ſolut.* 3. ſub *n.* 3. *fol.* 304. *Curt. iun.*
*conſ.* 54. *Ruin. conſ.* 130. *nu.* 9. *lib.* 3. *Decian.*
*reſponſ.* 3. *dub.* 1. *lib.* 1. *Fuſar. de fideicommiſ.*
*ſubſtit. q.* 632. *n.* 8. & meliùs *q.* 633. *n.* 10. vbi
alios colligit, *Franc. de Barry de ſucceſſ. lib.*
8. *tit.* 12. *nu.* 8. latè etiam *Fontanell. de pact.*
*nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *nu.* 30. cum *ſeqq.* &
eum ſequitur *Mar. Cutell. de donation. con-*
*templ. matrim. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *partic.* 10.
*n.* 97. Et hoc negari non poterat ab Aduo-
catis dictorum Fratrum de Caracciolo, cũ
hoc expreſsè probet *tex. in finalibus verbis*
*in d. l. ſequens quæſtio*, ſed negabatur, in hoc
caſu fuiſſe ſpecialitèr diſpoſitum de bonis
donatis; immò dicebatur, quòd potiùs de-
ficiebat voluntas teſtatoris, qui noluit gra-
uare hęredem in bonis donatis, ſed tantùm
de duc. 20. mil. reſeruatis; cùmq; de illis iam
diſpoſuerat in vita, erant antè omnia ex di-
24 cta reſeruatione deducenda onera contra-
cta poſt donationem, vt habetur ex *Salyc.*
*in l. fin. C. de leg. Eminentiſſ. Cardin. Tuſcb.*
in ſuis *practicabil. concluſ. lit. D. concl.* 651.
*n.* 10. *Cancer. variar. reſol. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 303.
& legata non ſunt ſoluenda, niſi de quanti-
tate remanſa, & ideò computatis debitis
contractis, in vita ſolutis, & legatis, nil re-
manebat pro Monialibus, neq; hæres ad-
eundo remanebat obligata ad ſoluendum
omnia legata, ſed tantùm illam ſummam,
quæ remanſit ex dictis duc. 20. mille, nàm
vltrà illam ſummam diſpoſitio redditur in-
ualida, & hæres non tenetur ſoluere legata
25 in totum, vel pro parte inualida, *Hieron. de*
*Laurent. dec.* 95. *n.* 1. *Cancer. lib.* 3. *tit.* 2. *nu.*
78. *var. reſol. Hodiern. in l. hac edictali, q.* 18.
*nu.* 12. cum *ſeqq.* & quòd ſint inualida vltrà
ſummam, de qua potuit diſponere, probat
*tex. in l. ſi vniuerſis* 15. *C. de legib.*

Et ideò difficultas cauſæ reſpectu huius
articuli reſidebat, ſi per hãc diſpoſitionem,
Andream nominatim diſpoſuiſſe intelligi
poſſet de bonis donatis, & dicebatur pro
parte Monialium, de hoc non poſſe dubita-
ri. cùm enim iſti 20. mille duc. reſeruati in-
cluderentur in bonis donatis, quotieſcunq;
diſpoſuit de tota ſumma prædicta, voluit
ſatisfieri legatarijs ſuper bonis donatis pro
26 integra ſumma duc. 20. mille, & vt dicatur,
teſtatorem diſponere de bonis donatis, nõ
requiritur indiuidualis expreſſio, ſed ſuffi-
ciunt alia verba vniuerſalia, dummodò ex
eis colligatur euidens illius voluntas, ità
*Pariſ. d. conſ.* 2. *&* 33. *Caualc. de vſufr. mu-*
*lier. relicto, n.* 104. *Bertazz. conſ.* 5. *nu.* 4. *Fu-*
*ſar. d. q.* 648. *n.* 8. *& q.* 633. *n.* 11. dicit, quòd
expreſsè, & nominatim dicitur diſponere,
quando de alijs bonis non poteſt intelligi,
argumẽto *tex. in l.* 2. *ff. de liber. & poſthum.*
*l. fundus, qui locatus, ff. de fund. inſtruct.*
*Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8.
*num.* 30.

Cùm ergo certa erat volũtas teſtatoris,
vt non obſtantibus debitis contractis ſol-
uerentur legata pro tota ſumma reſeruata,
nec poterat Aurelia, dùm teſtamentum ac-
ceptauit, dicere, quòd neſciebat debita con-
27 tracta in vita, neceſſariò videbatur fateri,
nominatim, & ſpecificè de bonis donatis
diſpoſuiſſe, quo caſu, hæredem teneri, nedũ
non facto inuentario, ſed etiam eo facto,
cum hac tamen diſtinctione, quia primo
caſu tenebitur etiam de bonis ſuis, in ſecũ-
do verò non poteſt teneri vltrà ſummam ei
ex donatione peruentam, quod in terminis
in donatione facta cum facultate diſponẽ-
di, & poſteà hęrede inſtituto donatario, qui
acceptauit hæreditatem, tenent *Fontanell.*
*in d. clauſ.* 4. *gloſ.* 5. ſub *num.* 47. his verbis,
*Verùm igitur erit ex ſupradictis, vt tandèm*
*receptui canamus, principale noſtrũ aſſum-*
*ptum, quòd donatarius ſi inſtituatur hæres*
*à donatore, & nominatim grauetur in bonis*
*donatis, iſq; eius hæreditatem adhiuerit, ſi-*
*uè cum inuẽtario, ſiuè ſine eo, tenetur ſem-*
*per voluntatem defuncti adimplere, cum*
*diſtinctione tamẽ, de qua ſuprà,* quam opi-
nionem ſequitur *Cutell.* in *loco* allegato ſub
*n.* 97. ibi, *cõſentire verò dicitur, vt benè fun-*
*dat Fontanella, quando hęreditatem appre-*
*hendit, ſiuè inuentarium conficiat, ſiuè non,*
tradens ità deciſum in illo Senatu, cum illa
intel-

Digitized by Google

intelligentia,quam ipſe fatetur, & licèt dubitet de opinione *Fontanellæ*,quando hæres feciſſet inuentarium; attamen videtur tenere opinionem, quòd non ſufficiat pro inuentario illa certitudo, quòd non adſint alia bona prætèr donata,ſecundùm opinionem *Mieres*, *Cancerij*, & eiuſdem *Fontanellæ*, ex quo repugnat *Conſtitutio Iuſti-*
28 *niani*, quæ vult, hæredem non conficientem inuentarium,inſolidum teneri in pœnam ſpreti beneficij à ſe inſtituti, quod etiam vult *Franch.dec.*536.

Quibus in facto adſtipulabatur, quòd Aurelia, & pro ea eius vir Io.Baptiſta de Ebulo,itá intellexit teſtamentum dicti Andreæ,vt teneatur ad omnia legata, & proindè omnibus ſoluit, & iſtis Monialibus licèt non ſoluerit capitale, quia eis non erat ſoluendum,ſed alijs locis pijs poſt eorum mortem,ſoluit tamen annuos introitus;immò in computatione facta inter eundem Io.Baptiſtam,& dictam Principiſſam in allegato contractu de anno 1605.fuerunt admiſſæ eidem Io.Baptiſtæ quantitates ſolutę dictis Monialibus poſt mortem Aureliæ.

Inſupèr fuit dictum,quòd ſi non obtinerent iſtæ Moniales,eſſet contra voluntatem teſtatoris,qui illas prædilexit, voluit enim, legatum ſolui de duc.6.mil. reſeruatis, ſi Aurelia filios procreabat, & alij ducat.14.mil.erant ſoluendi alijs legatarijs,& Io.Baptiſta etiam ſoluit dictis alijs legatarijs, & iſtæ magis dilectæ venirent excluſæ.

Quibus omnibus diſcuſſis iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, Me referente die 26.Martij 1637.fuit dictũ,quòd de depoſito peruento ex pretio Ciuitatæ no-
29 uæ in actis deducto liberentur Venerabilibus Monaſterijs Diuæ Mariæ Donnæ Reginæ, & Reginæ Cœli ex perſona Sororum de Ebulo annatæ decurſæ ex cauſa legati facti per quond.Andream de Ebulo,& reſiduum capitalis duc.3.mil. & quatuorcentũ conuertatur in emptionem, conſulto S.C. ſiuè Magnifico cauſæ Commiſſario, in beneficium dictorum Venerabilium Monaſteriorum,reſpectu tertiarum durante vita Monialium, ſalua prouiſione facienda reſpectu dicti capitalis,ſequuta eorum morte,in Banca de Felice, quæ quidèm reſeruatio reſpectu dicti capitalis fuit facta, ex quo dicebatur pro parte dictorum Fratrũ de Caracciolo,quòd cùm poſt mortẽ Monialium erant ſubſtitutæ cauſæ piæ, quòd illa non confectio inuentarij,quæ fortè ipſis nocuit reſpectu dictarum Monialium de Ebulo,quibus,non ratione piæ cauſæ, ſed conſanguinitatis videbatur factum legatum,non militabat reſpectu ſubſtitutorum,
30 quia cùm Eccleſia non teneatur facere inuentarium,itá nec ipſa poteſt actionem acquirere aduerſùs hæredem, ex quo non confecit inuentarium,ad tradita per *Franch.deciſ.*536. & *Ego* dixi in *dec.*15. verùm, quia hoc non poterat diſputari,niſi ſequuta morte ipſarum, ideò fuit tunc reſeruata prouiſio facienda, cùmq; poſt dictum decretum eſſet præſentatum inuentarium, & pro parte Curatoris Patrimonij qu.Io.Baptiſtæ de Ebulo fuiſſet petita in integrum reſtitutio aduerſùs dictum decretum, fuit tractatum de alijs articulis, & præcipuè, ſi erant,vel nè extincti dicti duc.20.mil. donati,& ideò decretum prædictum fuit pro parte exequutum, pro parte verò pendet prouiſio facienda.

## OBSERVATIO In Deciſione XLIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocati,qui in cauſa huius deciſionis ſcripſerunt,recenſentur.*

2 *Recipiens rem cum onere ſoluendi aliquid tertio abſenti,remanet obligatus,contrarium,nu.*6.*& 7.ſed limitatur,nu.*8.*&* 9. *& ità deciſum traditur,n.*10.

3 *Alteri per alterum minimè ſtipulatur, limita,n.*4.*&* 5.

8 *Donatarius conuenitur directò,vbi donans non habet hæredem, vel hæreditas non eſt ſoluendo,ſic etiam ad euitandum circuitum,nu.9.& tenetur creditori,nedùm actione perſonali,ſed etiam de proprio,vt deciſum adducitur,n.*10.

1 AD confirmationem huius deciſionis videas D.*Conſil.Staiban.lib.*1.*reſol.*60.61.*&* 62.vbi *nu.*53.*in fine* de hac deciſione memor fuit,ex quibus latiſſimè in dicta cauſa pro D.Duce Limatulæ,ac alijs creditoribus in iure ſcripſit contra Monaſteria Reginæ Cęli,ac S.Mariæ Donnæ Reginæ,& pro D.Ferdinando Caracciolo Duce Caſtri ſanguinis,ac D.Priore militiæ Hieroſolymitanæ Ioanne Baptiſta Caracciolo fratribus, in iure allegauit *D. Bartholomæus Franchus* Aduocatus perſpicaciſſimi ingenij, & primi ordinis. In qua cauſa prolato per S. C. decreto liberationis in beneficium dictorum Monaſteriorum, vt habetur per D.meum *num.*29. fuit petita in integrum reſtitutio per Curatorem Patrimonij illorum de Ebulo,qua pendente,partes ad tranſactionem deuenerunt,præcedente decreto eiuſdem S.C.interpoſito ad relationem D.Cõſiliar.*Prouenzalis*, vt teſtatur *Conſil.Staiban.d.reſol.*62.*n.*53.*in fin.*

Agit etiam D.meus *num.*10. cum *ſeqq.* an

Digitized by Google

an recipiens rem cum onere ſoluendi ali-
2 quid tertio abſenti, remaneat obligatus, & ſic actio ex dicto contractu illi tertio competat, in qua quæſtione affirmatiuam ſuſ-
3 tineo ſententiam; nàm licèt alteri per alterum inutilitèr ſtipuletur, ad *text. in l. ſtipulatio 38. §. alteri, ff. de verb. obligat. D. Praſ. Merlin. c. 61. n. 1. lib. 1. controu. forenſ.* attamen
4 regula prædicta in multis caſibus perdit ſuum officium, vt per *D. Conſil. Arias de Meſa lib. 3. var. reſol. cap. 50. nu. 2.* & Primò, non procedit in cauſa dotis, vt ex *l. Caius 46. ff. ſol. matrim.* deciſum refert, tàm per M.C.V. quàm per S.R.C. *D. Merlin. ibid. nu. 2.* ſequitur *D. Arias de Meſa* vbi
5 ſup. *nu. 10.* Secundò, fallit in donatione, vt in *l. quotiès 3. C. de donat. quæ ſub modo, D. Merlin. d. lib. 1. cap. 60. D. de Franch. dec. 74.* D. Arias de Meſa, qui cęteros colligit *loco citato, n. 16. & 18.*

6 Et licèt in contrarium ponderari poſſet *text. in l. legem 9.* & in *l. cum res 22. C. de donat. in l. hæreditatem 28. ff. eod.* & in *l. 2. C. de hæred. vel act. vend.* proùt deciſum fuit in cauſa Creditorum D. Principis Conchæ cum D. Duce Magdaloni, refert D. *Arias de Meſa d. c. 50. nu. 19.* ſed opus eſt, quòd
7 agat creditor actione reuocatoria contra donatarium, *Guid. Pap. deciſ. 105.* ſub *num. 1. D. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 5. q. 144. num. 5. Giurba*, qui ſic iudicatum refert *deciſ. 62. num. 25. D. Hodierna ad Surd. dec. 32.* ſub *num. 20. Coſta de remed. ſubſid. remed. 108. nu. 6.*

8 Nihilominùs, concluſio prædicta plures patitur reſtrictiones, & Primò, non procedit, vbi donãs nõ habet hæredẽ, & eius hęreditas non eſt ſoluendo; tunc enim directò agi poteſt contra donatarium, etiam quòd non ſit actum actione reuocatoria, vt deciſum refert *Guid. Pap. d. nu. 1. in fine*, qui *n. 2.* ponit verba ſententiæ, *Amatus*, qui omnes cumulat *reſol. 58. nu. 13. lib. 2. var. Hieron. Leo dec. 107. n. 29. lib. 1.* qui *nu. 34. & 35.* pluriès ità etiam iudicatum tradit, ſic paritèr deciſum per S.C. teſtatur *Aloyſ. de Leo* Beneuentanus in *l. æris alieni, n. 2. C. de donat. Coſta d. remed. 108. nu. 12. & de ration. rata q. 90. nu. 10. & ſeq. D. Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 1. q. 10. nu. 11.* Secundò fal-
9 lit, ſi viueret donator, vel adeſſet eius hæres, nàm ad euitandum circuitum inutilem agi poteſt cõtra donatarium, vt poſt *Guid. Pap. d. dec. 105. nu. 1.* probat *D. de Franch. dec. 273. nu. 4. & 5.* vbi *in fin.* ſic paritèr iudicatum teſtatur, & comprobat D. meus *hìc, nu. 11. Giurb. d. dec. 62. nu. 26. Boer. dec. 204. Amatus d. reſol. 58. num. 11. verſ. tamen ad euitandum*, D. *Merlin. d. q. 144. nu. 6. & 7. D. Arias de Meſa d. cap. 50. nu. 38.* de quo articulo latè ſcripſimus pro D. Magno Conmeſtabulo Columna contrà D. Marchionem Pollæ refutatarium, ac donatarium omnium feudorum, ac bonorum allodialium D. Marchionis eius fratris, vbi reſponſum dedimus deciſioni prolatæ in dicta cauſa Creditorum Principis Conchæ, & iã pendet deciſio, in Banca de Scacciauento.

Et ſecundùm noſtram affirmatiuam ſententiam, de qua *nu. 2.* iudicauit S.C. in cau-
10 ſa Laurentij Scaglioni cum Ioſepho, & alijs
* de Serſale, in Banca de Vendicto; cùm enim Cęſar Serſalis donaſſet Martio, & alijs eius filijs omnia eius bona pręſentia, & futura, cum onere dotandi Clitiam ſororem de paragio, & ſoluẽdi totũ illud plus, quod ipſe donans promiſiſſet, nàm facta promiſſione per dictum Cæſarem Torquato Scagliono pro dotibus dictę Clitiæ eius vxori ducat. 4000. cùm remanſerit debitor in duc. 1611. ad inſtantiam dicti Laurentij filij, ac hære-
* dis prædictæ Clitiæ, per S.C. ſub die 13. Aprilis 1638. fuerunt condemnati donatarij, ſiuè eius hæredes ad ſoluendum dicto Laurentio d. duc. 1611. & pro dicta quantitate cum intereſſe liquidando fuit præſtita aſſiſtentia ſuper bonis, quæ fuerunt prædicti Cæſaris, ad relationem D. mei tunc
* Reg. Conſil. & poſtmodùm mediante decreto d. S.C. ſub die 4. Iulij 1640. fuit prouiſum, quòd bona, ſuper quibus fuit præſtita aſſiſtentia, & alia poſſeſſa per dictos de Serſale ſequeſtrẽtur, & de menſe Maij 1651.
* ad relationem D. *Conſil. Miroballi* fuit per S.C. ordinatum, quòd fiat adiudicatio dictorum bonorum prædicto Laurentio pro eius credito capitalis, & intereſſe, pro exequutione ſententiæ, & decreti S.C. & ſic nedùm donatarij tenentur in actione perſonali, ſed etiam in bonis proprijs.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Moratoria an impediat inſtrumenti liquidationem. Et an ſit procedendum coràm Iudice Eccleſiaſtico, vel ſæculari cõtra eum, qui licèt tempore obligationis eſſet Clericus, tamen tempore iudicij cœpti habitum Clericalem dimiſerat.

*SVM-*

Digitized by Google

### SVMMARIVM.

1 *Liquidatio inſtrumenti non poteſt impediri ex eo, quòd non poſſit perueniri ad carcerationem debitoris.*

2 *Qualitèr inſtrumentum contra filiumfamilias, prodigum, & ſimiles liquidari poſſit, & n.3.26.& 27.*

4 *Moratoria, ſeù ſaluaguardia aduerſus inſtrumentum opponi poteſt, & impedit carcerationem, & nu. 12.*

*Amplia, quàmuis inſtrumentum eſſet iuratum, n.5.*

*Sed contrarium, nu.6.*

*Prima opinio verior de conſuetudine, nu.7.*

8 *Mora non committitur, pendente dilatione ad ſoluendum.*

9 *Intereſſe non currit, pendente dilatione à Principe conceſſa.*

*Limita, in contractu annuorum introituũ, num.* 10.

11 *Saluusconductus, ſeù moratoria debitori conceſſa, dicitur potiùs beneficium, quàm priuilegium.*

13 *Cautio à debitore, moratoriam, vel ſaluaguardiam habente, præſtari nõ debet, niſi parte petente.*

*Amplia, quàmuis id ex ſtatuto decernatur, num.* 14.

*Maximè, ſi debitor pauper eſſet, cùm tunc ſufficiat iuratoria cautio, n.*15.

*Vel vbi cum maxima difficultate fideiuſſores inueniri poſſint, n.* 16.

17 *Cautio in dilatione quinquennali non eſt neceſſaria.*

18 *Pœna liquidationis inſtrumenti olim erat amputationis manus ob periurium, hodiè verò eſt pecuniaria.*

19 *Procurator in cauſa criminali admitti non poteſt, & num.22.*

*Limita, vbi debitor eſſet infirmus, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, n.*20.

21 *Curia Baiuli Ciuitatis Catanzarij, inſtrumenta liquidare non poteſt.*

23 *Pœna quotieſcunq; applicatur Fiſco, dicitur cauſa criminalis.*

24 *Qualibet cauſa, etiam iniuſta excuſat à pœna.*

25 *Inſtrumẽtum contra minorem an, & quãdo liquidari poſſit.*

26 *Exceptio Macedoniani impedit liquidationem inſtrumenti.*

28 *Inſtrumentum liquidari poteſt contra debitorem, quàmuis poſt contractum debitum efficiatur alterius fori.*

29 *Debitor, ſi tempore contracti debiti fuerit Clericus, ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti debet, quamuis deindè duxerit vxorem, & nu.*31.

30 *Cauſa liquidationis eſt criminalis.*

32 *Clericus effectus miles, vel ducens vxorem, perdit Clericatum.*

33 *Laicus obligans ſe pœnis acta M.C. ſi antè tempus ſolutionis efficiatur Clericus, an remitti debeat ad Iudicem Eccleſiaſticũ.*

34 *Per ſolam citationẽ quis dicitur præuẽtus. Sed contrarium, n.*35.

36 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XLV.

IN cauſa V. I. D. Felicis Matthæi Riccardo cum Io.Baptiſta, & Petro Iacobo de Donna ad relationem M.C.V. fuit de duobus dubitatum. Primò, an moratoria, ſiuè ſaluaguardia conceſſa Ciuibus Turris Octauæ ex cauſa damni paſſi ob nouiſſimam exhalationem, & aquarum mineralium multitudinem ex Monte Veſuuio ortam de menſe Decembr. 1631. ex qua ferè ad vltimum exitium redacta fuit, impediat contra prædictos debitores poſſe liquidari inſtrumentum, ſeruata forma *Rit. M.C.V.* 166. Secundò, vtrum poſſit agi coràm Iudice ſæculari contra prædictum Petrum Iacobum, qui tempore contractæ obligationis erat Clericus, licèt poſteà vxorem duxerit, & hodiè laicus reperiebatur.

Quòad primum dicebant Conuenti, habere intentionem fundatam ex ipſa ſaluaguardia conceſſa Ciuibus dictæ Terræ per decemnium; pro parte verò Creditoris Curia pro Tribunali ſedente fuit productum decretum Spectabilis Regentis Rouiti Delegati in cauſis prædicti Veſuuiani incendij in contradictorio iudicio cum prædictis debitoribus, quòd ſaluaguardia obſeruetur reſpectu bonorum ſitorum in territorio dictæ Turris Octauæ. Cùmq; debitores haberent alia bona alibi ſita, dicebat, quòd non erat impedienda liquidatio, ſed circà modũ exequutionis debebat ſuperſederi quòad carcerationem debitorum, & exequutionem in bonis ſitis in dicto territorio Turris Octauæ, proùt in alijs caſibus fuerat
1 obſeruatum, in quibus quàmuis non poſſit perueniri ad carcerationem, tamen liquidatio non impeditur, proùt in minore docet *Carauita in d. Ritu 166. num* 12. & ſic etiam in filioſamilias in eodem *Ritu n.*77.
2 & 79. vbi dat formam ſeruandam à Iudice in vltimo peremptorio, quòd procedatur ad liquidationem. Verùm pro debito, & pœna ſuperſedeatur in executione perſonali, donec alitèr fuerit prouiſum, & in prodigo declarato poſt obligationem contractam, doctiſſimè reſoluit *Reg. Scipio Rouit. in Pragm. 4. de inſtrum. liquid. nu.* 17. vbi *Allegationes* inſerit, per ipſum factas in cauſa Marchionis Pollæ cum Paulo Frãcono Barone Luſignani debitore, & ſub *n.*42. deciſio-

Digitized by Google

ſionem refert,quòd procedatur ad liquida-
3 tionem,verum ſuperſedeatur in exequutio-
ne perſonali,tàm pro debito,quàm pro pę-
na,donec alitèr fuerit prouiſum,ad relatio-
nem eminentiſſimi ingenij viri Io.Baptiſtæ
Melioris,tunc Iudicis M.C.V. qui fuit etiã
Aduocatus facundiſſimus,& poſteà Regius
Conſiliarius,in quo articulo adeſt etiam
*deciſio de Franchis* 672.& licèt *ibi* cauſa
non fuerit deciſa,tamen pro hac opinione
reſidet etiam *Epiſc.Riec. in add. in d.deciſ.*
*Ioa. Maria Nouar. in praxi elect.for.q.25.*
*ſect.1.Galter.in praxi de liquid.inſtrum. in*
*2.par.princ.verſ.aduertatur inſupèr ad de-*
*bitorem,nu.20.*

Et licèt pro parte Conuentorum ad hæc
nihil replicaretur, erat enim defenſor ma-
lus nauta,attamen fuit ponderatum, quòd
4 moratoria,ſeù ſaluaguardia poteſt opponi
aduerſus inſtrumentum,& impedit carce-
rationem , vt in ſpecie tenent *Franc. Ant.*
*de Iud.Rober.de liquid.inſtrum.conſider.4.*
*nu.66.& Bernard.Pand. Grauin. in Com-*
*ment.ad Rit.M.C.V.164.in 5.p. declar.32.*
& meliùs *declar.36.*vbi loquitur de Priuile-
gio Brunduſino , quod eſt conceſſum ob
5 publicam vtilitatem Vniuerſitati, quo caſu
procedere, etiam in inſtrumento iurato,
fundat *Grammat. conſ. ciuil. 16.* quàmuis
enim de iure dilationes debitoribus con-
6 ceſſæ per Principes ſæculares non exten-
dantur ad debita iurata, vt poſt alios fun-
dat *Surd.conſ.299.nu.4.lib.2. Io.Vinc.de*
*Ann.in ſing.463.*vbi etiam *Ann.filius in*
*add.*Carau.*in Rit.M.C.V.287. Tuſch.in*
ſuis *concluſ.lit.D nu. 11.* & alij allegati per
*Carol de Graſſ.except.32.nu.13.*& per *Ma-*
*ſtril.ad indult.gener.cap.46.*ſub *nu.3.*atta-
7 men de conſuetudine totius Italiæ dilatio
à Principe conceſſa, comprehendit etiam
debita iurata,*Cucchus in l.1. C.de precib.*
*Imper.offer.nu.14.Cagnol.in l.1. C.de pact.*
*inter empt.& vend. Surd.d.conſ.299. n.15.*
*lib.2.*& ità obſeruari in Regno Siciliæ vltrà
Farum,refert *Graſſ.d.except.32.nu.17.* & in
Regno Neapolis *Carauit.d.Rit 287.nu.9.*&
vbicunq; iſtæ moratoriæ concedũtur,*Boer.*
*dec.296.nu.5.Dec.conſ.352.in fin.*vbi dicit,
de hoc non eſſe ampliùs diſputandum,alios
*Doctores* cumulat *Graſſ.d.except.32.nu.17.*
*& Maſtril.d.cap.46.nu.2.*& quàmuis fue-
rit productum decretum,Curia pro Tribu-
nali ſedente in contradictorio iudicio,inter
eaſdem partes prolatum,quòd dilatio , ſeù
ſaluaguardia non intelligatur data,niſi pro
perſona, & bonis ſitis in territorio Turris
Octauæ,& ſic excluſit bona alibi ſita,tamen
8 conſiderabatur,quòd mora non commit-
titur,pendente dilatione ad ſoluendum, *l.le-*
*cta.§.ſed ſi ſortis. ff.ſi cert.pet. Affl.in dec.*
*205.* vbi *Vrſill.Rot.Genuenſ. dec.164.* in-
9 tantum,quòd fuit diſputatum, ſi pendente
dilatione à Principe conceſſa debeatur in-
10 tereſſe, licèt in contractu annuorum in-
troituum intereſſe currere, fuerit reſolutũ,
vt per *Salyc.in l.1.C.de precib. Imper.offer.*
*Anton.Cucch.in tract.de morat.n.148.Lan-*
*cellot.Conrad.in Templo Iudic.q.23.nu.10.*
*Maſtrill.in dec.16. & ad indult.general d.*
*cap.46.nu.22.*Inſupèr ſaluuſconductus,ſiuè
moratoria omninò ſeruanda eſt , & nemo
ſub ea carcerandus,aut moleſtandus, *Cyn.*
*in l.præſenti,ff de his,qui ad Eccleſ.confug.*
*Nell.in tract.de Bannitis,in 2.par. tempor.*
*quæſt.11.Gregor.*Magalot.*in tract.de ſaluo-*
*conducto,in 2.par.* & alij per *Farinac. de*
*carcer.& carcer.q.29.*vbi diffusè materiam
tractat,& *nu.20.*ampliat, etiam in ſaluocõ-
11 conducto debitori conceſſo,vbi, quòd eſt
latè,& fauorabilitèr interpretandus,dicitur
enim potiùs beneficium, quàm priuilegiũ,
*Menoch.de arbitr.lib.2.caſu 336.n.24. Fa-*
*rinac.*vbi ſuprà,*nu.39.*& quælibet exceptio
in promptu probata impedit liquidationẽ,
& carcerationem, vt per *Carauit. in d.Rit.*
*166.num.57.* & quòd moratoria impediat
12 liquidationem,habetur ex *Rit.287.*& quã-
uis in eo requiratur,quòd præſtetur cautio,
13 tamen hoc eſt intelligendum,parte peten-
te,vt *ibi* declarat *Carauit.*ſub *nu.5.* & pro-
batur ex *text.in l.ſi quis filium, §. ſtipula-*
*tio,*ibi,*cùm interpellatis, ff.de collat.gloſ.in*
*l.vniuerſa,*vbi communitèr *Doctores, C.de*
*precib.Imper.offer.*& præcipuè *Paul.de Ca-*
*ſtro n.6.Alex.Angel.Cagnol. Marſil. Brun.*
*Surd.*& alij allegati per *Carol.de Graſſis in*
*d.except.32.n.125.*quod procedere in om-
14 ni ſtatuto,in quo decernitur, eſſe dandum
curatorem,ſemper intelligi, ſi à parte peta-
tur,fundat *nu.141.*cum *ſeqq.*Secundò limi-
tatur in debitore paupere, qui cautionem
15 inuenire non poteſt,quia tunc debitori cõ-
ceditur dilatio cũ iuratoria cautione,quod
probatur ex *text.in l.omnes,verſ.hac autem*
*inclita Vrbe,in princ.C.de Epiſcop.& Cler.*
& ità obſeruari in Regno Siciliæ vltrà Farũ,
refert *Graſſis* vbi ſuprà,*nu 162.* quod non
16 ſolùm procedit in eo,qui non poteſt fide-
iuſſores dare,ſed etiam in illo,qui cum ma-
gna difficultate poteſt,*Surd. dec.141. nu.8.*
*Gratian.diſcept.forenſ.cap.901.n.13. Fon-*
*tan.de pact.nupt.clauſ.7. gloſ.1 par.1. n.54.*
Conſiderabatur etiam,quòd iſta dilatio, ſi-
uè ſaluaguardia non eſt ſimplicitèr gratio-
ſa,in qua cautio deſideratur,ſed fundata in
iuſtitia,ob depauperationem ſequutam ex
caſu fortuitu exhalationis Montis Veſuuij,
17 quo caſu cautio non eſt neceſſaria, vt de
dilatione quinquennali habetur per *Vrſill.*
ad *Affl.deciſ.288.nu.2.Muſcat. in pract. in*
*4.par.in gloſ.in verb.petendo,nu.18.*Et licèt
de iure debeat dari cautio, vt per *Magal.*



Digitized by Google

*de ſaluoconductio,p.1.nu.53.* tamen in hoc
Regno nunquàm vidi obſeruatum, quòd
dentur fideiuſſores, ob ſimiles moratorias
conceſſas Ciuitatibus Brunduſij, & Man-
fredoniæ.

Neq; iſtis obſtare poteſt,quòd ſaluaguar-
dia prædicti debitoris erat reſtricta reſpe-
ctu perſonæ,& bonorum ſitorum in terri-
torio, quia cùm ſimus in liquidatione in-
ſtrumentorum, quæ eſt cauſa criminalis,
quia pœna erat periurij amputationis ma-
nus,vt per *Rit.179.& 171.*licèt hodiè hæc
18 pœna ex conſuetudine generali omnium
Curiarum huius Regni pro periurio inſtru-
menti liquidati non ſit in vſu,ſed eius lo-
co ſucceſſit pœna pecuniaria, ad rationem
caroleni vnius pro ducato debiti contenti
in inſtrumento, vt dixit *Carauit in d.Rit.*
*171.*& in *Rit.133.* poſt *Affl.in Conſt.Sta-*
*tuimus,nu.17.* propterea tanquàm cauſa
19 criminalis procurator non admittitur, vt
habetur in *Rit.109.* licèt hodiè per nouel-
lam Pragmaticam editam in anno 1608.
ad obtruncandas partium dilationes ad-
20 mittitur procurator cum ſpeciali manda-
to,quando principalis eſt infirmus, & extrà
Ciuitatem commoratur, iuxtà formam *ibi*
traditam,vt in *Pragm.7.de inſtrum.liquid.*
quicquid dixerit *D.Reg.Rouit in Pragm.1.*
*de offic.Baiul.* vbi inſerit *Allegationes* per
ipſum factas vti Aduocatum in cauſa Ba-
iuli Ciuitatis Catanzarij,qui prætendebat,
21 vt eius Curia poſſet inſtrumentum liquida-
re,ſiquidèm ipſe idem *nu.32.*refert, contra
prædictas *Allegationes* fuiſſe iudicatum,ne-
què obſtabunt verba illa in finalibus verbis
poſita,vt in *Ritu 109.licèt ſit ciuilis*, nàm
hoc declaratur per *Carauitam ibidem in*
*fine*, quòd eſt cauſa ciuilis reſpectu debiti,
quod à creditore petitur,non autem reſpe-
ctu pœnæ periurij,quæ oritur ex ipſa liqui-
datione,quàmuis enim pœna ſit hodiè pe-
cuniaria,tamen debet inſpici origo, quia
pœna erat amputationis manus, in cuius
locum poſteà ſucceſſit pecuniaria, & quòd
22 quandò ſucceſſit pœna pecuniaria in locũ
pœnæ corporalis,non admittatur procura-
tor,ex multis hoc diſtinguendo compro-
bat *Farinac.de var.& diuerſ.quæſt. q.100.*
23 ſub *nu.82.*& quòd quotieſcunq; pœna ap-
plicatur Fiſco,cauſa dicatur criminalis, ex
pluribus *Doctorum* authoritatibus reſoluit
idem *Farinac.d.q.100.nu.10.* qui teſtatur
de communi opinione, quæ deſumitur ex
*gloſ.in l.2.in princ.in verbo aureorum*, *ff.de*
*ſepulcbr.viol.*vbi *Bart.* qui etiam teſtatur
de communi,& licèt *gloſ.in l.ſi qua per ca-*
*lumniam,in verb.auri,C.de Epiſc.& cleric.*
videatur tenere contrarium, tamen eius
opinio communitèr reprobatur,vt per *Dec.*
*in rubr.de iudic.n.94.in 1.lect.*& alios alle-
gatos per eundem *Farinac.ibid.nu.12.* Ex
quo ſequitur,quòd cùm ſit actio criminalis
24 quælibet cauſa,nedùm iuſta,prout eſt iſta,
de qua agebatur,ſed etiam iniuſta excuſat
à pœna,& dolo,eſt *text.in l.igitur, verſ. &*
*generalitèr, ff.de liberal.cauſa, l.clàm poſſi-*
*dere, ff.de acquir.poſſ.* quod diffusè exor-
nat idem *Farinac.de pœn.temper.q.90.in-*
*ſpect.1.Surd.dec.216.nu.40.* cum alijs per
ipſos cumulatis.

Nec aduersùs prædicta vrget, quia *Ca-*
*rauit.in d.rit.166.n.12.*non dicit, quòd po-
teſt liquidari inſtrumentum contra mino-
25 rem,ſed allegata minori ætate,ipſo perſo-
nalitèr comparente, & eo reperto minore,
non carceratur,& ſic potiùs tenet,quòd cõ-
tra eum non poſſit liquidari inſtrumentũ,
licèt *Bernard.Pand.Grauin.de liquid.inſtr.*
*par.2.declar.16.nu.26.* dicat, quòd poteſt
contra minorem liquidari inſtrumentum
via Ritus, quando obligatur cum Tutoris
authoritate,vel Curatoris,ſi eſt maior an-
nis 14. de quo tamen articulo nouiſſimè
habetur per *Thor.in vot.97.*ſub *num.5.*vbi
refert,in anno 1613.fuiſſe in dubium reuo-
catum,ſi poſſit inſtrumentum liquidari cõ-
trà minorem,ea ratione,quia iuramentum
ligat minorem, vt in *auth.ſacramenta pu-*
*berum,C.ſi aduerſ.vend.*quod etiam voluit
*Incertus Author de præſent.inſtrum.f.* mi-
hi 596.quẽ ſequitur *Galter.in prax.liquid.*
*inſtrum.in ſecunda ſecunda par.princ.in*
*verb.aduertat inſupèr ad debitorem,nu.31.*
de veritate tamen, cùm caſus occurrerit,
26 erit cogitandum,ſic etiam in filiofamilias,
nàm exceptio Macedoniani impedit liqui-
dationem inſtrumenti, vt habetur ex *Reg.*
*Rouit.in pragm.1.de Senat.Conſul.Maced.*
*nu.26.Paſchal.de vir.patr.pot.par.1.cap.6.*
*nu.7.Molfeſ.conſ.4.nu.23.& ſeq. & Thor.*
*in 1.p.comp.in verb.inſtrumentum*, & tan-
27 dèm in prodigo, nàm à deciſione relata
per *D.Rouit.in d.pragm.4.de inſtru.liquid.*
pendet reclamatio,& in S.C.caſus non fuit
deciſus,vt per *Franch.in dec.672.* licèt ſit
longè diuerſus;nàm in caſu prędicto poteſt
cadere liquidatio,quia prodigalitas debi-
toris non debet nocere creditori, nec eſt
carcerandus,qui non poteſt adimplere pro-
miſſis,quia non habet liberam bonorum
ſuorum adminiſtrationem; & hæc quòad
primum articulum.

Quò verò ad ſecundum,in contrarium
faciebat doctrina *Bal.in l.affinitatis,C.com-*
*mun.de ſucceſſ.in fin.* vbi habetur,attendi
28 debere tempus commiſſi delicti, quamuis
poſteà delinquens efficiatur alterius fori, &
ex his *Gramm.dec.10.*refert,fuiſſe deciſum,
29 inquiſitum, qui tempore commiſſi delicti
erat clericus,quàmuis poſteà vxorem du-
xerit,eſſe remittendum ad Iudicem Eccle-
ſia-

Digitized by Google

ſiaſticum,qui deciſionem ſequitur Franch.
in dec.417.& ibi Addent.& licèt loquantur
præcitati DD.in cauſa criminali, attamen
30 per ea,quæ ſuprà fundauimus, cauſa liqui-
dationis inſtrumenti eſt etiam criminalis,
ratione periurij, quod etiam probant Affl.
dec.64.et Franch.dec.162.ex quibus,& alijs
in proprijs terminis conſuluit Paul. Staib.
in cauſa Ferdinandi Monſorij, qui tempore
celebrati contractus erat clericus, licèt po-
ſteà vxorem duxerit,& eo vxorato exiſten-
31 te tractabatur articulus liquidationis in-
ſtrumenti coràm Iudice laico,vt in conſ.20.
inter conſil.Molfeſ.in 2.p. vbi etiam in eius
addit.plura adducuntur, & præcipuè conſ.
Rom.345.n.18.& Alex.conſ.106.n.23.vol.3.
qui alia cumulat.

Verùm pro parte Creditoris dicebatur,
32 quòd reſpectu Petri Iacobi vnus ex dictis
Doctor.ait,quòd cauſa omninò erat tractã-
da coràm Iudice laico,eò enim ipſo, quòd
clericus efficitur miles, vel vxorem ducit,
perdit clericatus priuilegium, gloſ. in cap.
quiſquis,in verſ.arma,in fin.17.q.4.& cap.
quiſquis 84.diſt.Io.Andr. inter conſ.Alex.
poſt conſ.61.vol.4.& regularitèr attendi de-
bet tempus,in quo quis in iudicio vocatur,
vt tradit gloſ.poſt Alex.in l.nemo poteſt,nu.
31.ff.de leg.1.faciunt etiam notata per Ca-
rol.de Graſſ.de eff.cler.nu.1249.& per Ca-
rauit.rit.66.nu.10.qui videtur ſentire,eſſe
locum præuentioni.

Verùm ex aduerſo replicabatur, quòd
non poterant in hac cauſa applicari termi-
ni,quòd debet attendi tempus delicti pa-
trati,in quo ſe fundant Gramm.d.dec.10. &
alij allegati,quia iſte Petrus Iacobus,quan-
do ſe obligauit,in nihilo deliquit, ſed deli-
ctum periurij prætẽditur commiſſum tem-
pore,quo contra formam iuramẽti,& pro-
miſſionis non ſoluit in temporibus pro-
miſſis,quando iàm erat vxoratus,& laicus,
& ſic applicando deciſionem prædictam,
potiùs facit pro creditore;ſi enim eſt atten-
dendum tempus commiſſi delicti, non du-
bitabatur,quòd erat laicus,& vxoratus. Et
ad prædicta corroborandum adduceban-
tur ea,quæ diſcurrit Vinc.de Franch.in dec.
656.vbi loquitur de caſu, in quo quis tan-
quàm laicus ſe obligauit penès acta M.C.
deindè antè tempus ſolutionis erat cleri-
cus,fuit dubitatum in M. C. an poſſet pro-
cedi coràm Iudice laico, & quàmuis fuerit
per illam iudicatum, quoàd diſtrictionem
33 perſonæ eſſe remittendum ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum,quò verò ad bona, quòd cau-
ſa remaneat,ea ratione,quia per obligatio-
nem penès acta erat præuenta cauſa. De-
nuò in S.C.fuit dubitatum de dicta deciſio-
ne M.C.& licèt caſus non fuerit deciſus; at-
tamen ex ijs,quæ traduntur, apparet, benè
fuiſſe difficultatum, quia non ſufficit obli-
gatio,niſi ſequatur incuſatio dictæ obliga-
tionis,vt notat Afflict.dec.3. quæ cùm non
fiat tempore habili, quia obligatus reperi-
tur clericus,& ſic alterius iuriſdictionis, vi-
detur,non poſſe procedere, quod etiam
ſequitur Epiſcop.Ricc. in addit.ad d.deciſ.
656.& idem Ricc.deciſ.170.nu.3.par.3. aſ-
ſerit,ratione periurij eſſe procedendum co-
ràm Iudice Eccleſiaſtico. Nec obſtat conſ.
Staiban. cum ibi notat.per Molfeſ. quia
34 principalitèr ſe fundant in præuentione,
quæ ſecundùm aliquos per ſolam citatio-
nem ius tribuit,ad notat.in cap.propoſui-
ſti,in verſ.prauentus, extrà de for. compet.
in quibus terminis videtur loqui Franch.
deciſ.417.& 656.&,vt audiui fuit deciſum
in cauſa Ferdinandi Monſorij, in quo Stai-
ban.conſuluit contra eius conſil. & in hoc
35 proceſſu fuerunt producta alia exempla,
in quibus Sac.Conſil.iudicauit,in ſimili ca-
ſu non eſſe locum remiſſioni, vt in cauſa
Benedicti Codæ cum Anello de Mari, vbi
quàmuis eſſet cępta lis in Curia Archiepi-
ſcopali Neapol.tempore, quo Anellus de
Mari erat clericus, matrimonio poſtmo-
dùm per ipſum contracto,& ſic habitu cle-
ricali dimiſſo, fuit conuentus in M. C. V.
non obſtante, quòd tempore obligationis
eſſet clericus,& quòd fuiſſet iudicium ceptũ
in Curia Eccleſiaſtica, attamen habitu di-
miſſo fuit tàm per M. C. V. quàm per S. C.
remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum dene-
gata; ſic etiam fuit aliàs deciſum cum eo-
dem Petro Iacobo de Donna, qui cùm
eſſet conuentus ab Octauio de Gaeta inſi-
mul cum fratre laico,& ſuperſeſſum contra
clericum,ſtante aſſerto clericatu, cùm præ-
ſentaſſet creditor fidem matrimonij, & ſic
eſſe laicum,fuit per decretum S. C. ordina-
tum,eſſe procedendum in eodem S. C. pe-
tita remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum
non obſtante.

Et propterea die 8.Martij 1634. ad rela-
36 tionem Mag.Cur.Vic. quoàd primum ar-
ticulum moratoriæ,fuit communi voto de-
ciſum, illam impedire liquidationem in-
ſtrumenti,& proindè confirmatum decre-
tum Mag.Cur.Vic. contra prædictum Mar-
cum Antonium, quòd agatur ordinariè.
Quò verò ad ſecundum articulum, in quo
Mag.Cur.decreuerat, quòd reſpectu Petri
Iacobi,qui tempore obligationis erat cle-
ricus,quòd adeat Iudicem Eccleſiaſticum,
fuit decretum prædictæ Mag. Cur. reuoca-
tum,& proindè fuit dictum, remiſſa eſt ei-
dem Mag. Cur. quæ prouideat, quò d aga-
tur ordinariè, etiam reſpectu Petri Iaco-
bi,in Banca Saleſij Actuar. eiuſdem M.C.V.



Digitized by Google

# OBSERVATIO In Deciſione XLV.

*SVMMARIVM.*

1 *Moratoria ſolet à Principe concedi ad tempus debitori effecto non ſoluendo, & quādo locum habeat, nu.3.4.5.6.7.8.9.10. & 11. & impedit inſtrumenti liquidationem, nu.12.*

2 *Debitor, qui obtinuit moratoriam, an, & quādo debeat præſtare cautionem de ſoluendo poſt finitam moratoriam.*

13 *Legatum factum per Prodigum, antè tamen prohibitam adminiſtrationem valet, & ità deciſum adducitur.*

1 SOlet Princeps debitori effecto non ſoluendo cōcedere ad tempus ſaluū conductum, ſiuè guidaticum, quod Nos moratoriam, ſiuè ſaluaguardiā vocamus, *l.quotiès, & l.vniuerſa, C.de precib.Imperat. offer.* vt etiam tradit D. meus
2 *dec.68.nu.29.* quo caſu cautio præſtari debet, de ſoluendo debitum poſt finitam moratoriam, ad tradita per *D.Reg. Sanfelic.in praxi Iudic. ſect.27.nu.6.* ſequitur *D.Antichinus de præuent.inſtrum.cap.2.dub.4.nu.263.* quod tamen hodiè non practicatur, vt tradit *D.*meus *num.17. in fine,* ſed tantùm obſeruari videmus in dilationibus,
3 ſiuè moratorijs conceſſis pro ferijs. Quæ quidèm moratoria non militat in pluribus caſibus, & præcipuè quoad penſiones domorum, & debita contracta ob emptionem rerum comeſtibilium, vt per *Rebuff. de liter.dilat.art.1.gloſ.1.num.37.& 45. Boer.*
4 *dec.296.* Secundò, in decoctore, qui in decoctione fraudem commiſit, ſecùs ſi aduerſa
5 fortuna decoxerit, *Boer.dec.349.* Tertiò, in fideiuſſoribus, *Bald.& Iaſ.in l.1.C. de diuerſ.reſcript.Roman.ſing.633.* vbi limitat, ſi debitor promiſiſſet indemnitatē, tunc enim per indirectum non gauderet, quia fideiuſſor contra ipſum ageret, ideò datur cautela, vt principalis ſumat defenſionem, nàm tūc vterq; gaudebit, *Iaſ.in l.ſi, cùm procurator,*
6 *col.1.ff.de re iudic.* Quartò, contrà creditores, qui non ſunt ditiores debitoribus, *Affl. dec.377.Rebuff.d.gloſ.1.nu.27.* & rationem adducit *D. Nouar. in tract. de dat.inſolut.*
7 *q.28.nu.2.& 5.* Quintò, contra creditores pro labore perſonæ, *Rebuff.ibid.n.26.* Sex-
8 tò, in debitoribus, qui renunciauerunt in contractu moratoriæ impetrandæ, vt probat idem *Rebuff.* vbi ſuprà, *nu.28.* Septimò,
9 contra debitores Eccleſiæ, & locorum piorum, & piarum cauſarum, *Rebuff.loco cit. nu.32.* qui *nu.33.* ampliat contra bona pu-
10 pillorū. Octauò, contra dotem, *D.de Frāch. dec.219.* Nonò, contra Neapolitanos, ex ca-
11 *pit.37.* huius Fideliſſimæ Ciuitatis, *fol.36.* hanc tamen moratoriam impedire inſtrumenti liquidationem, fundat hic D.meus à
12 *nu.1.* ad 27. ac ità deciſum refert, dùm fuit prouiſū, q̄ agatur ordinariè, vt refert *n.36.*

Habetur etiā per D. meum *n.3.& 27.* an
13 contrà Prodigum liquidari poſſit inſtrumentum; ideòq; obſeruabis, quod cùm prodigus teſtamentum facere nequeat poſt interdictam adminiſtrationem à Iudice, fuit in S.C. dubitatum, an legatum duc. centum per V.I.D.Io.Angelum Ruſſum, dùm erat ſub patris poteſtate, relictū Io. Sabbato Faſano, eſſet perſoluendum à Ianuario hærede Octauij patris, dùm vti prodigus dictus Io.Angelus plurièsfuerat ad dicti Octauij patris inſtantiam carceribus mancipatus, quamuis à Iudice adminiſtratio prohibita
* non eſſet, & tamen per S.C. ſub die 1.Iulij 1626. ad relationem D.Regentis *Rouiti*, tūc Regij Conſiliarij fuit dictus Ianuarius condemnatus ad ſoluendum dicto legatario legatum prædictum, in Banca de Amico.

M.A.*Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## An, & quando licitum ſit, hodiè emere, & cras donare, ad euitandum ius congrui, & an Dominus directus præferatur vicino retrahere volenti; & quid in ipſomet emphyteuta emente cenſum, & à quo tempore incipiat currere tēpus petendi prælationē.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius congrui non competit aduerſùs donatarium.*

*Intellige, duobus concurrentibus, nu.4.& 6.*

2 *Actio iuris congrui non transgreditur poſſeſſorem.*

3 *Emptor poteſt, hodiè emere, & cras donare. Intellige, vt n.10.*

5 *Fraus iuris congrui arguitur ex donatione facta filio infanti, & n.7.*

*Contrarium, n.9.*

8 *Pater legitimus adminiſtrator dicitur in ijs bonis, in quibus habet vſumfructum.*

11 *Fraus iuris congrui arguitur ex poſſeſſione rei donatæ per eundem donatarium.*

12 *Poſ-*

Digitized by Google

12 *Poſſeſſio acquiritur per locationem, & perceptionem fructuum.*
13 *Conſtitutum, & precarium an ſufficiant pro traditione in materia* Conſuet. Neap. Inſtrumenta donationum.
14 *Dominus directus præfertur vicino volenti retrahere rem venditam iure congrui.*
*Contrarium, n.19.*
*Prima opinio verior, n.22.*
*Amplia, etiam concurrente Domino cenſus ad formam Bullæ, nu.23.*
*Limita in* Domino *cenſus ſubalterni, nu.20.*
*Intellige, vbi non concurreret* Dominus *directus, n.24.*
15 *Prælatio* Domino *directo rei emphyteuticæ competit de iure communi, & ex pactis in inſtrumento conceſſionis adiectis.*
16 *Stante ſtatuto, quòd ciuis præferatur in venditione territorij alijs emere volentibus, concurrit cum* Domino *directo.*
17 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
18 *Quodlibet ſtatutum, vel conſuetudo in materia iuris congrui, intelligitur, dummodò non concurrat* Dominus *directus.*
21 *Dominus cenſus ſubiugatorij non præfertur vicino retrahere volenti rem venditam.*
25 *Secundus conceſſionarius habetur ad inſtar* Domini *directi, reſpectu ſubemphyteutæ, & n.29.*
26 *Aſſenſus, nedùm* Domini *directi, verùm ſubalterni in alienatione ſubfeudi quaternati ſecundùm quid, requiritur.*
27 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim validum eſt.*
28 *Plures directi* Domini, *& plures vtiles conſtitui poſſunt.*
30 *Dominus ſubalternus non præfertur emphyteutæ ementi iura dominicalia.*
31 *Mulier præſumitur de pecunia viri acquirere.*
*Limita, vbi mulier haberet bona extradotalia, nu.32.*
33 *Dominium rei emptæ acquiritur ementi.*
34 *Ius congrui non amittit emphyteuta, emendo directum dominium aduerſus vicinum ementem.*
35 *Tempus prælationis non incipit currere, niſi à die requiſitionis.*
36 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio XLVI.

IN cauſa appellationis interpoſitæ per Petrum de Aliſante à decreto Curiæ Artis Serici, per quod fuerant condemnati, tàm dictus Petrus, quàm Liuia Moruillo eius vxor ad relaxandum quandam domum, ſitam in hac Ciuitate iure congrui virtute Conſuetudinis Neapolitanæ. Introducta cauſa in S.C. fuit de pluribus dubitatum, & primò, quia ſtatim facta emptione dictæ domus per Liuiam Moruillo fuerat donata eius filio, in infantili ætate conſtituto, dicebat Petrus vti pater, & legitimus adminiſtrator filij, quòd ceſſabat ius congrui, cùm hæc actio non detur,
1 niſi contra emptorem, & poſſeſſorem, proùt expreſsè dicit *Conſuet. Si quis emit*, ſub *tit. de iure congrui*, ibi, *rem ipſam emptam ſi eam poſſidet*, eſt enim actio perſonalis in
2 rem ſcripta, quæ non tranſgreditur poſſeſſorem, vt dicit *Napod. in d Conſuet. nu.41.* Et quãuis domus ſit poſſeſſa per eius filiũ, tamen contra eum nõ poteſt habere locum ius congrui, quia non militat in contractu donationis, vt poſt *Napod. in loco* ſuprà allegato, tenuit *Anell. Amat. conſ.48. n.7. Affiict. in Conſtit. Sancimus, §. licèt, Marant. diſp.9. num.4. Rendell. de iur. prothomiſ.* vbi *Ant. Caput. in gloſ. ex donatione*, & quòd li-
3 citum ſit emptori, hodiè emere, & cras donare, diſputato articulo tenet *Napod. in d. Conſuet. nu.42.* qui dicit, quòd in dicto caſu ceſſat ius congrui, tàm contra emptorem, ex eo, quòd non poſſidet, quàm contra donatarium, quia non poſſidet titulo emptionis; Quod non negabatur ab actore, qui erat Thomas de Stephano, qui habebat domum collateralem, ſed dicebatur,
4 quòd quamuis licita ſit talis donatio, tamen duo copulatiuè deſiderabantur. Primò, quòd donatio fiat abſq; fraude, & ſimulatione. Secundò, quòd ſit in poſſeſſione donatarius rei donatæ, vt per eundem *Napod. in d. Conſuet. in d. n.41. in verbo poſſidet, Affiict. dec.338. & 370.* & quòad primum, quòd in caſu prædicto aderat maxima fraus, quia donatio, nedùm erat facta con-
5 iunctæ perſonæ, ſed filio infanti, qui ſimul cum eius parentibus habitabat, & pater remanſit in gubernio domus prædictæ, vt in puncto tenet *Marant. d. diſp.9. nu.25.* ſequitur *Scip. Bucin. in d. Conſuet. fol.334. in verſ. hodiè emo, & cras dono*, dicebatur etiã, quòd de dicto inſtrumento donationis ex
6 alio non erat habenda ratio, quia non aderat corporalis poſſeſſio capta per danatariũ, quæ in ſpecie requiritur, aliàs præſumitur in fraudem iuris congrui, vt diſponitur in *Conſuet. Inſtrumenta donationum*, vbi *Napodan. in verb. perueniat*, ſub *tit. de Inſtrument. confect. per Curialiſc.* & habetur in *Addit. ad Napodan. in d. Conſuetud. Si quis emit, in verb. nota, hic caſus pluriès fuit deciſus per S.C. quòd donatio facta à patre fi-*
7 *lio infanti, de qua permanſit in poſſeſſione, præſumitur fuiſſe factam in fraudem iuris congrui*, de quibus deciſionibus meminit etiam *Scipio Rouit. in deciſ.3.* & idem refert fuiſſe per S. C. iudicatum in anno 1613. ad

ſui

Digitized by Google

ſui relationem, non obſtāte, quòd pater nomine filij locauerat, & perceperat fructus penſionum ex domo donata, quia aut ſpectant ad ipſum patrem iure vſusfructus debiti vigore patriæ poteſtatis, nè ſint peioris conditionis bona à patre profecta, quàm aduentitia, iuxtà *text. in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. Milanenſ. dec. Sicil. 3. nu. 90. lib. 2.* qui hanc opinionem latè defendit,
8 aut verò attenta opinione *Bart. in l. frater à fratre, nu. 16. ff. de condit. indeb.* in eis non habebit vſumfructum, & non erit de dictis bonis legitimus adminiſtrator, cùm in ijs tantùm bonis dicatur legitimus adminiſtrator, in quibus habet vſumfructum, vt plenè fundat idem *Rouit. nu. 14.* licèt *Petr. de Bellapert. in l. ſi infanti, C. de iure delib.* ſequutus ab *Aretino, Franch.* & alijs cōtrarium videatur ſentire, vt aduertit idem *Rouit.* tamen opinio *Bart.* eſt communis, & tenenda in iudicando, vt dixit idem *Aretin. in l. fin. §. pupillus, ff. de verbor. oblig.* & proptereà vltrà deciſiones adductas per *Rouit.* Sacr. Conſil. pluriès iudicauit ad fauorem actoris, condemnando conuentos ad relaxandum, vt meminit *Thor. in 2. p. compend. in verb. donatio*, & in *3. par. in verb. donatio domus*, & in *verb. donatio facta à patre filijs*, & in *vot. 23. Praſ. Amat. d. conſ. 48.*

Dicebatur autem in contrarium, quòd
9 iſta donatio facta filio non dicitur facta in fraudem, vt tenuit *Afſl. d. dec. 338.* vbi *in fin.* refertur deciſio, quòd ſtante donatione facta à patre filio, fuerant conuenti abſoluti à iudicio iuris congrui, de qua deciſione etiā meminit *Bucin. in loco* allegato, ſequitur *Viu. dec. 320. nu. 3.* alios allegat *Viſcont.* in ſuis *concluſ. in verb. ius congrui*, nec de deciſione Sac. Conſil. de anno 1613. & de alijs relatis per *Regen. Rouit. & Thor.* dicebātur, eſſe habendam aliquam rationem, quia ex dictis per eos fuerunt fundatæ in fraude, & dolo ementis, & poſteà donantis, nàm & ſi aliqui dicant illud vulgare adagium, quòd licita ſit hæc fraus, hodiè emo, & cras dono,
10 tamen eſt intelligendum, quando vera eſt donatio, non quando ſimulata, *Amat. conſ. 93. n. 67, Io. de Amic. conſ. 1. nu. 69.* cum *ſeqq. Affl. in Conſt. Sancimus*, verſus *fin.* & omnia per ipſos pōderata, ceſſant in hoc caſu, quia non fuit emptor Petrus de Aliſante, qui vti pater, & legitimus adminiſtrator filij donatoris poſſidebat, ſed Liuia Moruillo mater,
11 quæ domum eius filio donauerat, nec remanſit in poſſeſſione domus, ex qua poſſeſſione fraus colligeretur, *l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* ſed Petrus pater tanquàm legitimus adminiſtrator filij, & illud, quod dicitur, quòd fuit facta donatio filio infanti, potiùs facit ad beneficium conuenti, quia ſpeciale eſt, vt Notario ſtipulante, ei dominium quæratur, vt ex *text. in l. 2. ff. rem pupill. ſalu. fore*, & ex alijs fundat *Rouit. d. dec. n. 3.* & quā-
12 uis non aderat actus poſſeſſionis, tamen poſſeſſio erat iàm dicto donatario quæſita per actus locationis, & perceptionis fructuum, vt per *Franch. dec. 204. n. 10.* & adeſt
13 conſtitutum, & precarium, quæ ſufficere in materia *d. Conſuet. Inſtrumenta donationum* dicit *Napod. ibid. in verbo traditionem, nu. 77.* licèt de hac opinione videatur dubitare *Franc. Ant. Villan. in apoſtill. ad d. Conſuet. fol. 303.*

Secundò fuit dubitatum, nàm dictus Petrus dicebat, quòd ex alio erat abſoluendus, quia ipſe habebat dominium directū dictæ domus, nàm cùm fuiſſet conceſſum territoriū, vbi fuit domus ædificata à Thoma Caracciolo in anno 1564. Carolo Cuomo ad annuum canonem duc. vndecim, cū pactis emphyteuticis, cùmq; ex donatione dicti Thomæ perueniſſet in beneficiū Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neap. per Gubernatores illius fuit venditus cenſus prædictus vnà cum directo dominio dicto Petro de Aliſante, & nō poterat dubitari de identitate Territorij, quia fuerunt productæ ſolutiones cenſus annuorum ducatorum vndecim, & vendi-
14 tio erat facta cū onere dicti cenſus, & proptereà dicebatur, quòd concurrente Domino directo cum vicino retrahere volente, præfertur Dominus directus, vt deciſum tradit *Franch. dec. 610.* qui alias refert deciſiones, & teſtatur, ſic in Sacro Conſilio ſemper deciſum fuiſſe, & hoc tenet *Napod. in d. Conſuet. Si quis emit, nu. 34. Capyc. dec. 99.* vbi *Additio Maſulli, Tiraquell.* & alij allegati per *Franch. in d. deciſ. 610.* ſequitur *Viſcont.* in ſuis *concluſ. in d. verb. ius con-*
15 *grui*, nā prælatio directo Domino competit de iure communi, ex *text. in l. fin. C. de iur. emphyt.* & ex *Bulla Cenſuali Pij V.* ac etiam ex pactis in inſtrumento emphyteutico adiectis, & hoc quoq; probat *Iacob. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 11. n. 58.* vbi for-
16 mat quæſtionem, an ſtante ſtatuto, quòd in venditione territorij præferantur Ciues de illa Ciuitate, vel Oppido, vbi eſt ſitum territorium, ſi cōcurrat Dominus directus cum Ciuibus de illo Oppido, vel Villa, quis præferatur, Dominus directus, vel Ciuis, &
17 concludit, ex eo, quia ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi, *l. 2.* iuncta *glo. C. de noxal. cap. cùm dilectus, de conſuet.* ideò dominus directus, cui de iure cōmuni prælatio competit, omnibus præferri debet, ex diſpoſitione *text. in d. l. fin. C. de iure em-*
18 *phyt.* quodlibet enim ſtatutum, vel conſuetudo eſt intelligenda, dummodò non concurrat dominus directus, quia ipſe ſemper in-

Digitized by Google

in emptione eſt præferendus, quod probat
ex *Alber. Bal. Ang.* & alijs.

Ex aduerſo dicebatur, quòd contra
19 hanc opinionem, quòd immò conſangui-
nei, vel vicini præferantur Domino cenſus,
tenuit *Nauarr. in c. ſi fœneraueris, nu.* 127.
*q.* 44. *Molin. de contract. diſput.* 194. *num.* 8.
*Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 1. *nu.* 245.
*Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 742. *nu.* 60.
*Ludouic. de Auendan. de cenſib. Hiſpan. cap.*
89. *nu.* 23. *Megal.* 2. 2. *inſtit. confeſſ. lib.* 2. *c.* 7.
*q.* 2. ſub *nu.* 84. *P. Leonard. Duard. de cenſib.*
§. 4. *q.* 11. *nu.* 4. & fuiſſe deciſum in Rota Ro-
mana, habetur ex deciſionibus collectis per
eundē *Duard.* poſt *tract. de cenſib. dec.* 306.
& poſt *tract. Cencij dec.* 308.

Secundò dicebatur per actores, quòd
20 cenſus annuorum duc. vndecim peruentus
ad dictum de Aliſante, eſt cenſus ſubalter-
nus, quod probatur, quia in conceſſione
facta per Thomam Caracciolum aſſeritur,
Territorium prædictum eſſe obnoxium
alio cenſui annuorum duc. 10. qui debeba-
tur Natali Guarracino verè Domino dire-
cto, & dominiū non poteſt eſſe penès duos,
& quòd primus Dominus directus debeat
in emptione præferri, habetur ex eodem
*Ludouic. Cenc. de cenſib. par.* 2. *cap.* 2. *q.* 1. *art.*
3. *n.* 4. vbi ſic refert deciſum per Rot. Rom.
quæ eſt *dec.* 306. apud eundem *Cencium.*

Ad primum replicabatur per Conuen-
tum, quòd dicta per *Molin.* & alios allega-
21 tos in contrarium, non procedunt, quando
dominus directus concurrit cum vicino,
vel conſanguineo, ſed loquuntur in domi-
no cenſus ſubiugatorij, qui prælationem
petit, vigore *Bullæ Pij V.* in qua datur pri-
uilegium prælationis dicto domino cēſus,
nàm eo caſu priuilegium conceſſum per di-
ctam *Bullam*, nunquàm tertio præiudicare
valeret, & ideò hoc priuilegium compete-
re poſſet, alio non concurrente, qui vigore
ſtatuti, vel conſuetudinis, prælationem ha-
beret, aliàs enim, vt aduertit *Scacc. de com-
merc. & camb.* §. 1. *q.* 1. ſub *n.* 245. eſſet ape-
rire viam fraudibus, nàm qui vendere in-
tendit, ſi vellet vicinum excludere, priùs
ſubmitteret cenſui eandem rem venden-
dam, ad excluſionem iuris congrui vicino
competētis; ſed quando dominus directus
concurrit cū vicino, vel cōſanguineo, ſēper
22 præfertur dominus directus, vt poſt *Gugl.
de Cuneo, Alber. Rayner. & Bal.* hoc fundat
*Angel. in l. Imperator. la* 2. *ff. de pact.* plenè
per *Corbul de iure emphyt. tit. de cauſ. pri-
uat. ob alienat. irrequiſ. dom. fact. ampl.* 23.
*Bald in d. l. Imperator, n.* 4 *Iaſ. in d. l. fin. C.
de iur emphyt.* ex *nu.* 12. *Alex. conſ.* 27. *lib.* 6.
*nu.* 6. *Tiraquell. de retract.* § 21. *gloſ. unic.*
*nu.* 3. & in § 1. *gloſ.* 3. *nu.* 2. *Affl. dec.* 72. *nu.* 2.
vbi etiam *Vrſill. Amic. de iur. emphyt. q.* 82.
23 *nu.* 8. vbi quòd quando concurrit Domi-
nus directus cum Domino cenſus, præfer-
tur Dominus directus, & pro hac opinione
fuit deciſum in *Rot. Rom. in recent. in* 1. *par.
dec.* 571. *Franc. Solſon. de laudem. in reſiduo
Cellula* 12. *de duplicato laudemio, nu.* 34 &
meliùs in 3. *q. princ. n.* 51. cum *ſeqq. Petr. Ia-
cob.* in ſua *prax. tit. de action. in rem pro re,
qua incid. in comm in vend. Cumia ſuper
Ritib. Regni Siciliæ, cap.* 99 *nu.* 31. *Nepit. in
Conſuet. Catin. tit.* 40. *nu.* 16 *Pancirol. conſ.*
144. *nu.* 7. *Riminal. iun. conſ.* 511. *n.* 26. & fuiſ-
ſe iudicatum per Senatum Pedemontanum
refert *Theſaur. dec.* 169. *nu.* 2. *Maur. Burg.
de laudim.* 1. *part. inſpect.* 3. *num.* 25. *Intrigl.
ſingul.* 339. *lib.* 1. *Muta in Conſuet. Panorm.
cap.* 28 *in noua declarat. nu.* 32. *Peregr. dec.*
69. *nu.* 4 *Hieron. Firmia in cap. Regni Sici-
liæ, Rit.* 199. *lib.* 1. vbi *Petr. Rizz. lit. E. Ren-
dell. de iure prothomiſ. verſ. per emphyteuſ.
nu.* 34. & quòd Dominus directus præfera-
tur Domino cenſus, vltrà *Amic.* ſuprà alle-
gatum, hoc etiam tenuit *Borrell. conſ.* 61.
*nu.* 18. *Franch. d. dec.* 610. vbi ampliat, etiam
quòd emphyteuta haberet poteſtatem af-
francandi in pecunia.

Ad ſecundum verò, quod opponebatur
de cēſu ſubalterno, replicabatur, quòd *DD.*
24 ſuprà allegati loquuntur, quando Dominus
directus concurrit cum Domino ſubalter-
no, quia tunc non eſt dubium, quòd dire-
ctus præfertur, ſed quando Dominus dire-
ctus prælationem non petit, eàm poteſt pe-
tere Dominus ſubalternus, poſſunt enim
diuerſis reſpectibus eſſe duo Domini dire-
cti, vndè primus emphyteuta cenſetur Do-
minus ſecundi, & ſecundus tertij; vt dixit
*Io. Fab. in* § *adeò, Inſt. de locat. & conduct.
nu.* 5. *&* 6. & ſub *nu.* 7. dicit, quòd emphy-
teuta, qui alij dedit in emphyteuſim, habet
25 omnia iura, quæ quis habet in re emphy-
teutica, dummodò non fiat præiudicium
priori domino, quod etiam tradidit *Socin.
conſ.* 256. ſub *nu.* 2. ibi, *& ſciat, qui primò
concedit, dicitur Dominus reſpectu primi
emphyteutæ, ità primus emphyteuta dicitur
dominus reſpectu ſecundi;* per *text. in cap.
illud, de prohibit. feud. alienat. per Fede-
ric.* hoc idem, & meliùs probatur per *Gu-
tierr. de Gabell. q.* 43. *nu.* 6. vbi ait, quòd ſe-
cundus conceſſionarius habetur ad inſtar
domini directi, reſpectu ſubemphyteutæ, &
hoc in terminis tenuit *Valaſc. de iur. em-
phyt.* 1. *par q.* 13. *nu.* 12. & in Regno de hoc
videtur non poſſe dubitari; cùm recepta ſit
opinio. Sicuti in ſimili dicimus in ſubfeu-
26 do quaternato, quod nos vocamus feudū
quaternatum ſecundùm quid, in alienatio-
ne cuius requiritur conſenſus, tàm domini
directi, quàm ſubalterni, *Andr. de Iſern. in
Cōſt. Regn. Si aliquis Baro, in verb. licentia,*
& la-

Digitized by Google

& latiùs in *cap.Imperialem*, ſub *n.9. Camer. d.cap.Imperial.fol.69.lit.I. & fol.73. lit.K. Ann. in repetit.Conſt.Regni*, incip.*Conſtit. Diu.memor.n.*196.& 199.*Gugliel.Hannett. lib.3.iuris feudor.cap.*10 *fol.*175.*Iacob.de Ardizon.in vſib.feudor. in verbo,nunquid ſufficiat,cap.*103.*f.*242.*Blanc. in Epithom. feudal.lib.2.nu.74.Iacobin.de S.Georg. de feud.verſ.& cum pacto,nu.22.Affl.dec.*282. latè *Menoch.conſ.126.nu.*165. cum plurib. *ſeqq.*vbi alios allegat.*De Ponte de poteſtat. Proreg. tit.de aſſenſ.Reg.*§.1.*num.*3. & licèt contrarium ſentiat *Clar.in lib.4.ſentent. q.* 32.*in fin.*attamen hæc opinio eſt magis cõmunis, & in Regno eſt communitèr rece-
27 pta, & validum eſt argumentum de feudo ad emphyteuſim, vt per *Valaſc. de iur.emphyt.q.39.nu.*19.quod quidèm optimè declarat *Caldas de iur.emphyt.lib.*1. *tit.de renouat.emphyt.quæſt.*13. vbi plenè tractat articulum,& *nu.*23.reſoluit, quòd non obſtante ſubinfeudatione primus vaſallus remaneat vtilis dominus,ſeù quaſi vtilis,propter quod poteſt à ſecundo exigere ſeruitia cõuenta in inueſtitura à ſe facta, quod probat ex *Affl.in proœm.Conſt.q.*23. & in *cap.* 1.*de cap.Corrad.*antè *nu.*15.vbi dicit, in ſecundum vaſallum tranſire exercitium vtilis dominij,nec eſt in iure alienum,quòd plu-
28 res vtiles domini, aut plures directi diuerſis reſpectibus conſtituantur,*l.ex aſſe, ff. ad Sen.*Conſul.*Trebell.*quod probatur ex *tex. cap.*1.§.*illud, de probib.feud. alien.per Federic.* vbi qui ſecundò infeudauit,appellat dominum reſpectu ſecũdi, & proindè idem Caldas *nu.*21.*ibid.*concludit,quòd emphy-
29 teuta alteri ſubemphyteuticans,habet ſimilitèr illa iura dominicalia,quæ concedũtur directo domino, emphyteuſim concedenti,ſequendo opinionem *Valaſc.d.q.*13. *nu.*12.& cum eo tranſit etiam *Gamma dec. Luſit.*244.*nu.*1.*& nu.*9.quod negare non poteſt *Molin.de contract.diſp.*471.nàm diſputato articulo ſub *n.*12.tenet,quòd ſubinfeudans,vel emphyteuta,qui ſubemphyteuticat,habebitur loco domini directi.

Tertiò per actores dicebatur,quòd dato, abſq; veri preiudicio,quòd poſſet dominus ſubalternus habere prælationem,ac ſi eſſet
30 primus concedens,attamen ceſſat in caſu prædicto, quia cùm emphyteuta ſecundus emerit iura dominicalia, cenſus extinguitur,cùm actio,& paſſio non poſſint ſtare in eodem ſubiecto,*l.Vranius, ff. de fideiuſſ. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.22.nu.*5. tantum enim operatur in hoc emptio,quàm ſi idem emphyteuta remaneret directus dominus,*Paul.de Caſtr.in l.fin.*§.4.*in princ.ff. de leg.*& quàmuis emphyteuta ſit vxor, & vir emerit cẽſum à Sacra Domo Diuæ Mariæ Annunciatæ,attamen conſtante matrimonio mulier acquirit viro, nàm de ipſius
31 pecunia præſumitur emere,ad euitandum turpem quæſtum,ex diſpoſitione *text.in l.Quintus Mutius, ff.de donat. inter vir. & vxor.Franch.dec.*536.*nu.*4. Verùm prædictis replicabatur,quòd præſumptio *d. legis Quintus Mutius* ceſſat, vbicunq; vxor ha-
32 bet bona extradotalia,vt *ibidem DD.*declarant,& quatènus eſſet de pecunia viri,nõ haberet,niſi actionem ad pretium, non au-
33 tem ad rem, quia dominium acquiritur ementi,ex diſpoſitione *text. in l.multum intereſt,*C.*ſi quis alteri,vel ſibi.* Inſupèr, licèt idem emphyteuta emiſſet directum do-
34 minium, & vicinus domum coniunctam emeret,nõ per hoc perderet ius congrui,ad ſe ſpectans,vigore *Conſuetudinis*,proùt in terminis tenuit *Napodan.in Conſuet. Si ex vno,de iure congr.*& eum ſequitur *Affl.in Conſt.Regni Sancimus*, & ſic deciſum in S.C.refert *Colut.Coppul. in addit. ad Conſuet.Si quis emit,in apoſtil.*quæ incip.*Quid autem*,hoc idem pluriès fuiſſe deciſum refert *Franch d.dec.*551.*Maſtrill.deciſ.*102. *n.*8.*Ricc.collect.dec.6.*

Et demùm dicebatur,quòd nec tempus
35 petendi prælationem erat elapſum, quia non incipit currere,niſi à die requiſitionis, vt per *Franch.dec.*17.*nu.*9. Ex quibus die
36 die 5.Iunij 1637.fuit deciſum,benè fuiſſe appellatum pro parte Petri de Aliſante, etiã ex nouitèr deductis in S.C.& propterea ipſum Petrum eſſe præferendum in emptione domus prædictæ, pęnès Actorum Magiſtr. S.C.de Litto.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XLVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ius congrui in hoc Regno competit vicino contra emptorem rei ſtabilis.*

2 *Emptor quando poſſit hodiè emere , et cras donare,in fraudem iuris congrui.*

3 *Fraus, ſiuè ſimulatio ex quibus arguatur, & nu.*4.

5 *Dominus cenſus ſubalterni præfertur vicino in iure congrui, non tamen domino directo.*

6 *Tempus petendi prælationem competens domino cenſus,eſt duorum menſium à die requiſitionis.*

7 *Denunciatio quomodò fieri debeat domino directo in venditione rei cenſualis.*

8 *Tempus compromiſſi quando currere incipiat,& n.*9.10.*&* 11. *vbi deciſio affertur.*

Ius

5 IVs congrui competere vicino contra emptorem in venditione rei ſtabilis in hoc Regno, nulli dubium eſſe poterit, vt in *extrauag. Sancimus, de iure prothom.* & in *Conſuet.* incip. *Si quis emit, de iure congrui*, quæ loquuntur in contractu venditionis, ideòq; non habet locum in donatione, vt per D. meum *hic, n.1. & 2.*
2 emptor enim non prohibetur, hodiè emere, & cras donare, duobus tamen concurrentibus. Primò, quòd donatio ſit facta abſq; fraude, & ſimulatione. Secundò, quòd donatarius ſit in poſſeſſione rei donatæ, vt
3 tradit *nu.4.6. & 10.* Quæ quidem fraus, ſiuè ſimulatio coniecturis probatur, vt per *D. Conſil. Staiban. reſol.9. nu.7. lib.1. reſol. forenſ.* & inter alias coniecturas arguitur ex
4 donatione facta filio infanti, vt inquit D. meus *nu.5. & 7. D. Staiban. ibid. nu.26.* poſt *D. de Marin. lib.2. quotid. reſol. cap.69. nu.5. in fine, & 8.* vbi D. meum citat, hinc idem *D. Staiban.* vbi ſuprà, *n.27.* refert, fuiſſe poſſeſſorem per M.C.V. condemnatum ad relaxandum bona, non obſtante donatione facta filiæ abſenti, ex coniecturis ſimulationis deductis à *nu.12.* per tot. 19.

Sed circumſcripto hoc articulo donatio-
5 nis factæ in fraudem iuris congrui, ex alio articulo fuit deciſum in fauorem poſſeſſoris in hac cauſa; nempè, quia erat ceſſionarius domini cenſus ſubalterni, ideòq; præferendus vicino retrahere volenti, *l. fin. C. de iure emphyt.* prout fuit prælatus, vt habetur *nu.36.* ſolummodò enim à directo domino poſſet excludi, ſed illo non concurrēte, præfertur vicino, vt probat *n.24. & ſeqq.*
6 Tempus tamen petendi prælationem eſt duorum menſium à die requiſitionis, vt in *d.l. fin.* & ſequitur D. meus *nu.35.* ac dicta
7 denunciatio fieri debet formitèr in ſcriptis cum Notario, & teſtibus, vt explicat *gloſ. in d.l. fin. in verb. per atteſtationem*, ac debet exhiberi inſtrumētum alienationis, & cum eo requiſita, illudq; inſtrumentum debet eſſe integrum, cum omnibus pactis, vt explicat *Caldas de iure emphyt. lib.4. cap.13. n.8.* adeò, quòd ſola monitio non ſufficiat, vt probat *nu.18.*
8 Hinc etiam tempus compromiſſi currit à die acceptationis, *l.3. §. tamen ſi, & l. ſi cū dies, §. receptiſſe, ff. de recept. arbitr. Annotat. ad ſtat. Ciuit. Parmæ, in rubr. de arbitr. & arbitrator. verſ. à die notificationis, fol.* mi-
9 hi 52. niſi in compromiſſo ſit dictum, ab hodiè, tunc enim currit à die ſtipulationis, *D. de Franch. dec.354. nu.3. & dec.626. nu.2.*
10 id tamen intelligitur, vbi fuiſſet præſens Arbiter, ex illius enim præſentia videtur inducta acceptatio coràm partibus, *D. Borrell. de compromiſſ. §.3. gloſ.4. nu.7.* & ità fuit
11 ſolemnitèr deciſum per S.C. in cauſa D. Ducis Nuceriæ cū D. Duce Noiæ, fuerat enim inter eos factum compromiſſum, & promulgatum laudum per *D. Camillum Villanum*, tunc Aduocatum Primarium, poſtmodùm Cōſiliarium meritiſſimum, aduerſùs quod laudum fuerunt propoſitæ nullitates. & prima in ordine erat, nàm compromiſſum erat factum ſub die 13. Martij 1602. in præſentia Arbitri, cum facultate decidēdi infrà dies 15. à dicta die in antea, & laudum erat promulgatum ſub die 18. Martij 1603. & ſic per annum poſt terminum præfixum, & tamen laudum latum poſt terminum eſt ipſo iure nullum, *Affl. dec.73. nu.8. D. Reg. Rouit. in pragm. 1. num.34. de arbitr.*
* & propterea per S.C. ſub die 1. Februarij 1613. fuit iudicatum, nullitates obſtare, referente D. Conſil. *Scipione de Curtis*, cum interuentu DD. Conſiliar. adiunctorum *Saluo, Pareſcia, & Morra*, ex quo primo loco erat facta paritas, votantibus dicto *D. de Curtis*, ac DD. Conſil. *De Conſtantio, Vargas, Valdeuieſo, & Pagano*, in Banca de Felice. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Creditores pro expenſis funeris, & vltimæ infirmitatis an præferri debeant creditoribus expreſſam hypothecam habentibus.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores pro expēſis funeris, et vltimæ infirmitatis non præferuntur hypothecarijs expreſſam habentibus, & n.3.*
*Sed contrarium, n.7.*
*Intellige, vt n.19. & 22.*
2 Tex. in l. impenſa, ff. de relig. & ſumpt. funer. *declaratur.*
4 *Specialia non ſunt multiplicanda.*
5 *Creditores reales hypothecas habentes, omnibus alijs priuilegiatis præferuntur.*
6 Text. in l. penult. ff. de Relig. & ſumpt. funer. *declaratur.*
8 Chriſtoph. Mart. in dec.21. *declaratur.*
9 Tex. in l. fin. §. in computatione, *cum* gloſ. C. de iur. delib. *explicatur.*
10 *Lex generalitèr loquens, generalitèr intelligi debet.*
11 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
12 Vinc. de Franch. in dec.51. *ad interpretationem* l. penul. ff. de relig. & ſumpt. funer. *confutatur.*
13 *Funerum impenſæ ſunt priuilegiatæ, nedū*



Digitized by Google

*de æquitate, & iuris ciuilis diſpoſitione, ſed etiam de iure Diuino.*

14 *Sepelientes cadauera laudantur ab ipſo Deo.*

15 *Fauor impenſarum vltimæ infirmitatis publicam concernunt vtilitatem.*

*Item funerum impenſarum, n.16.*

*Et dicuntur pia cauſa, n.17.*

18 *Funerum, & vltimæ infirmitatis impenſæ circà eorum priuilegia æquiparantur.*

20 *Creditor pro expenſis vltimæ infirmitatis dicitur creditor hæreditatis.*

21 *Filius nō dicitur ſe hæreditati paternæ immiſcere, quia funeralia patri facit.*

23 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XLVII.

1 VVlgata eſt quæſtio, an creditores pro expenſis funeris, & vltimæ infirmitatis præferri debeant hypothecarijs expreſſam habentibus, & Moderni Practici ſemper habent in ore deciſionem S.C. confirmatam in gradu reclamationis in Collaterali Conſilio, relatam per *Franch. in dec.* 51. qui pro negatiua opinione concludit; verùm quia deciſio prædicta non fuit ab omnibus recepta, ideò cùm caſus accidiſſet inter Creditores Illuſt. Franciſci Loffredo Principis Amoruſij cum Artium, & Medicinæ Doctoribus Io. Dominico Magliocca, & Mario Schipano, qui eũdem Franciſcum magnis laboribus, & per longum temporis ſpatium in vltima infirmitate curauerunt, voluimus quæſtionem prædictam latiùs examinare.

Dicebant Creditores hypothecarij, ipſos eſſe præferendos, ad quod adducebant primò *gloſ.* tàm *Accurſij*, quàm *Irnerij in l. impenſa* 45. *ff. de relig. & ſumpt. funer. Irner.*
2 dixit, quòd id, quod diſponitur in *d. l.* ꝙ impenſa funeris præferatur alijs creditoribus, intelligendum eſt, vt fortè *text.* loquatur de credito, quod ſine pignore debetur, & ſic inter Creditores perſonalem tantùm habẽtes obligationem, *l. eos, qui, C. qui pot. in pign. habean. Accurſ.* verò ampliat dictam prælationem etiam reſpectu Creditorum, qui habent hypothecam tacitam, ſecùs verò in habentibus eypreſſam, ſicut dicimus in dote, ex *text. in l. fin. C. qui potior. in pignor. habean.* & hanc opinionem, quòd non
3 præferantur habentibus expreſſam, tenent *Ripa in l. quæſitum, nu. 8. ff. de priuil. credit.* & latè diſputato articulo ſequitur *Neguſãt. de pignor. in 2. memb. 5. p. nu. 28.* & huic opinioni adhæruit *Gutierr. in l. nemo poteſt, n. 95. ff. de leg. 1.* licèt poſteà mutauerit ſententiam *tract. quæſt. lib. 2. q. 72.* eam etiam tenuit Odofred. *in l. & ſi quis, §. 1. ff. de relig. & ſumpt. funer. Petr. de Bellaper. in d. l. eos, C. qui pot. in pign. hab. Angel. in l. 2. C. de priuil. credit.* vbi etiam Zaſius, *Bald. Nouell. de dote in* 10. *par. princip. in* 9. *limit. Franc. Connan. in l. 4. Comment. iur. ciuil. tit. qui potior. in pign. hab. Iō. Bapt. Aſin in l. impenſa, ff. de relig. & ſumpt. funer. Vincent. de Franch. d. dec.* 51. *Borgnin. Caualc. in tract. de vſufruct. mulier. relict. nu.* 95. *Amend. ad Franch. in d. dec.* 51. qui dicit, ab ea non eſſe recedendum, ex quo ſententia S.C. facit ius in Regno, & hanc deciſionē ſequitur *Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſan. cap. 4. n.* 510. qui diſputato articulo dicit, non eſſe recedendum ab opinione deciſa per S.C. *Chriſtoph. Mart. dec. 21. in princ. Petr. Vanderan. de priuileg. credit. tit. de ijs, qui priuil. intend. c.* 1. inter *tract. tom.* 18. *Fab. de Ann. in addit. ad Patrem in ſing.* 258. *Vital. de clauſ. in verbo & ſpecialitèr obligauit, nu.* 4. *Boccac. ad* Conſtit. *Marchiæ Vt minorum, gloſ. 9. nu. 17. Viu. dec. 307. in fine, Petra ad Capyc. dec. 84. nu. 2.*

Fundatur hæc opinio, primò, quia con-
4 currerent plura ſpecialia, cùm eſſet nedùm actio priuilegiata reſpectu Creditorum habentium tantùm perſonalem actionem, ac in habentibus tacitam hypothecam, & tertiò in habentibus etiam expreſſam, & ſpecialia non ſunt multiplicanda, *l. 1. C. de dot.*
5 *promiſſ.* Secũdò, quia Creditores reales hypothecas habentes præferuntur omnibus alijs priuilegiatis, *d. l. eos, & l. at ſi quis, §. colonus, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Tertiò, *Vinc. de Franch. in d. dec.* 51. declarat *text. in d. l. penult. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*
6 ponderãdo illud verbum, *ſolet*, quaſi quòd actio funeraria conſueuit præcedere, ſed nō ſemper, quod non poteſt verificari, niſi in hypothecaria expreſſa, aliàs enim dixiſſet, *ſemper præcedit.*

7 Sed contra hanc opinionem, quòd Creditores pro expenſis funeris, & vltimæ infirmitatis præferantur, tenent *Caballin. Milleloq.* 677. *par.* 1. *Arnol. Ferron. in Conſuet. Burdeg.* qui loquitur propriè in Salario Medicorum, *de teſtam. lib. 2. §. 5. Borgnin. Caualc. in repert. in verb. creditor funeris,* vbi inuehit contra *Vincent. de Franch. Roland. conſ. 14. nu. 23. lib. 1. Ripa de peſte, tit. de remed. præſeru. num. 133. Facbin. controuerſ. iur.* diſputato articulo hanc opinionem ſequitur *lib. 12. cap. 49. Thom. Actius de infirmit. eiuſq; priuileg. & effect. par. 2. in verb. creditor, Sebaſt. Medices de fortuit. caſib. q. 6. nu. 29. par. 2. Mar. Muta ſuper Conſuet. Panorm. cap. 38. nu. 27. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 297. n. 10. cum ſeqq. Borrell. conſ. 8. Merlin. de legit. lib. 2. tit 1. q. 15. Ricc. collect. deciſ. 9. Spin. in ſpecul. teſtam. in vlt. gloſ. num. 45. Franciſc. de Petris* vir eruditus, & nobiliſſimi ingenij *Feſtiuar. lection. lib. 1.*

Digitized by Google

*lib.1.cap.5.nu.25.Hodiern.ad Surd. in dec. 112.Caſtr.Corn.*& alij in *l.fin. §.in computatione*, per illum *text.C.de iur.delib. Bart. in l.1. ff.ſol.matr.in 4.oppoſ.Aret.Inſt.de leg.falcid.§.fin.in 2.notab.Socin.iun.in d.l.penult. ff.de relig. & ſumpt.funer. Franc. Porcell.de inuent.*cum alijs vnito,*q.5.nu.6. Iaſ.& Corn.in d.§.in computatione, Coſt. de port.rata,q.73.nu.1.& remed.83. de remed.ſubſid.Polydor.Ripa obſeru.*174. latè *Gratian.diſcept.forenſ.tom.1.cap.94.Federic.Scott.reſp.12.lib.3.tom.2. Rebuff.tom.1. Conſtit.Gall.tit.de ſent.prouiſ.in præf.n.61.* & eandem etiam opinionem tenuit *Anton. de Amat.variar.reſol.lib.1.reſol.3.nu.7.* vbi alios allegat.

Et hanc etiam opinionem ſequuti fuerũt ferè omnes Hiſpani,*Ant.Gomez.in l.30. Tauri,*vbi etiam *Zifuentes,et Tell.Fernandez,Gregor.Lopez,* & alij in *l.12. tit.13.in verb.deudas,Gutier.pract.quaſt.lib.2.q.72.* vbi mutauit opinionem eius, quod dixerat in *d.l.nemo poteſt,nu.95.Garz.de expenſ.& melior.cap.8.nu.23.Cancer.var.reſol.lib.3. tit.de inuent.nu.*168.*Florez Diaz de Mena, var.quaſt.lib.1.q.6.nu.11. Lara de anniu. & capell.lib.1.cap.25.nu.23. Matienz.lib.5. tit.6.l.13.gloſ.3. del quinto, y hazienda del teſtador, Aluar.Valaſc.in prax.partit.c.19. nu.39.*cum *ſeqq.Angul.de melior.in explic. l.13.tit.13.*vbi etiam *Azebed. Ant.Pichard. in §.1.Inſtit.de leg.falcid.n.4.Amator Rodriq. de concurſ.credit.par.1.art.3.* & hanc opinionem etiam ſequitur *Bernar. Bacch. ad Hieron.Treutler.vol.2.diſp.25. in verb. aut in funus faciendum,fol.*mihi 612. *de benef.quis cred.contr.debit.ſuccur.*

Et ſic deciſum fuit ferè in omnibus Tribunalibus,vt in Senatu Finizano per *Borgn. Caualc.dec.32.par.1.* in Senatu Mantuano habetur per *Surd.dec.*112.*&* 255. in Senatu Peruſino *Ioſeph.Ludouic.dec.*78.*par.*2.in Regno Siciliæ *Maſtrill.dec.10.& Io.Franc. del Caſtill. dec.*103. reprobata opinione *Vinc.de Franch.* in Francia *Gerard. Maynard.dec.50.lib.5.* in Senatu Piſano *Marta voto 8.num.*65.in Senatu Ferrarienſi *Amat. dec.*8.in Senatu Cathaloniæ *Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.6.gloſ.2.par.5.nu.26.&* 27. vbi refert deciſionem factam in anno 1614.in cauſa propria, in Senatu Pariſienſi *Pappon.lib.18.tit.6.arreſt.*44.in Senatu Pedemontano *Theſaur.qq.forenſ.lib.4.q.24.* vbi,quòd in eius patria nõ ſeruatur deciſio *Vinc.de Franch.* cùm contra illum ſit ma-
8 gis communis ſententia, poteſt etiam adduci pro hac opinione *dec.Chriſtoph.Martij* 21.vbi quamuis fuerit deciſum pro Creditoribus,fuit ex eo, quia non tractabatur de expenſis in vltima infirmitate.

Fundatur hæc opinio ex *text.in l.fin. §. in computatione,C.de iure deliber.*vbi datur
9 licentia hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, retinendi quicquid in funus expendit,vbi *gloſ.in verb.funus* dicit, quòd in funus expenſæ,omne æs alienum excedunt,loquitur ergò *text* .generalitèr, & ſic non poteſt reſtringi in debito defuncti cum hypotheca,quia lex non diſtinguit,neque nos diſtinguere debemus,*l.de pretio, ff.de*
10 *publ.in rem act.*& generalitèr loquens,generalitèr debet intelligi, *l.1. §.generalitèr, ff.de legat.præſtan.* & dicit, *omne creditum*,
11 & qui omne dicit,nihil excludit, *l.Iulianus,ff.de leg.3.* Et proindè ita *text.* prædictum intellexerunt *Paul.de Caſtr.& Corn. in d.l.penult. ff.de relig.& ſumpt.funer.*vbi dicit *Marcianus* Iureconſultus, quòd impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur,quæ etiam omne creditum ſolet præ-
12 cedere,cùm bona ſoluendo non ſunt. Neq; interpretatio *Vincent. de Franch.* ad illud verbum,*ſolet,*quod intelligi debet,quando non adeſt hypotheca creditorum anteriorum,poteſt adaptari,quia hoc in *text.*prædicto non dicitur, ſed generalitèr dicitur, *omne creditum pracedit,*& potiùs illud verbum,*ſolet,*adaptari poteſt,quando accidit, vt concurrant Creditores cum eo, qui impenſas prædictas fecerit.

Tertiò, hæc opinio probatur,quia fune-
13 rariæ actionis prærogatiua,& priuilegium, tàm de iure diuino,quàm de æquitate, & iuris ciuilis diſpoſitione deducitur, vt poſt *Ægid.Ramirez de Arellano in relectione l.2. ff.de priuileg. credit.* deducit *Amator Rodriq.de concurſ.cred.p.1.art.3.* ſub *nu.4.*
14 *verſ.quorum opinio,* cùm à Deo ipſo laudentur cadauera ſepelientes,vt legitur de *Tobia cap.1.& 2.& c.14.lib.2.Regum,* & ex alijs congeſtis per *Albornoz lib.1.artis contract.tit.17.cap.3. D.Io.de Vela in tract. de pœn.delict.cap.21. de ſepulchr. viol. num.4.*
15 qui fauor impenſarum in vltima infirmitate reſpicit publicam vtilitatem,nè homines derelinquantur in infirmitate, & vti beſtiæ feræ moriantur deſperati,vt per *Ioa.Franc. del Caſtillo d.dec.103.n.9.*ſic etiam impen-
16 ſæ funeris,intereſt enim Reipublicæ, mortuos ſepeliri,*Bald.in l.fin.nu.7. D.de negot. geſt.Cagnol.in l.induit,nu.7.ff.de reg. iur.*
17 & dicitur cauſa pia, *l.ſi quis ſepulchrum, §. prætor ait,*vbi *gloſ.& DD.ff.de religioſ.& ſumpt.funer.*

Ex quo fit,vt impenſæ funeris, & vltimæ
18 infirmitatis æquiparentur, & eadem priuilegia habeant,vt dicunt *DD.in d.l.fin. §.in computatione,C.de iure delib.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.12.tit.10.nu.9.* & probat *Bald.in l.reſtituenda,C.de petit.hæred.in fin.Borgn.Caualc.in dec.3.de contract.*& in *tract.de vſufr.mul.relict.n.96. Alex. & Iaſ.*



Digitized by Google

in d.l.fin.§.in computatione, Neguſ. de pignor.2.membr.5.par.nu.28. Ludou.Gomez in regul.Cancell.in reg de infirm.reſign.q.9. priuil. 5. Gomez,Ziſuent,Tell. & alij in d.l. Tauri, & Matien.Gregor.Lop.Azeued. & alij in d.l.13. tit.6.Grat.diſcept.for.tom.1. d.c.94.& alij ſuprà allegati.

Quod autem dicitur de expenſis in in-
19 firmitate,intelligendum erit,de ea infirmitate,in qua quis deceſſit,Rolan.à Vall.in d. conſ.14.nu.17.lib.1.Surd.d.dec.255.nu.16. Grat.diſcept.for.tom.1.c.94. n.16. Franch. in d.dec.51.in fin. Et eſt ratio,nàm Credi-
20 tor pro impenſis vltimæ infirmitatis dicitur creditor hæreditatis, ſecùs verò is, qui eſt creditor pro expẽſis infirmitatis,ex qua conualuit, vndè ſibi imputet, cur non exegit ab ipſo viuente,Borgn.Caualc.d.dec.32. nu.7.Surd.d.dec.255.nu.26.Maſtrill.d.dec. 10.in fin.Chriſtoph.Mart.d.dec.21.num.7. & ideò filius,qui funeralia fecit patri ſuo,nõ
21 per hoc dicitur ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ,ſed pietatis cauſa,l.at ſi quis,§.plerique, ff.de relig.& ſumpt.fun. Mant. de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.10.n.9.

Quod autem diximus de funeraria impenſa,& vltimæ infirmitatis,intelligendum
22 erit,de his tantùm ſumptibus, qui neceſſariò impenſi ſunt,habita ratione perſonæ,& facultatis, vt aduertit Franch.in d.dec.51. in fin.& probat text.in l.ſi quis,§.ſumptus, & in l.at ſi quis,§.funeris cauſam, & l.funeris, ff.de relig.& ſumpt.funer.Garz.de expenſ.& melior.d.cap.8.nu.1. Matienz.& Gregor.Lopez in d.l.13.gloſ.3.per tot. Couarr.in cap.Raynaldus,§.3.nu.2.de teſtam. Gamma dec.Luſitan.308.& alij per Amator. Rodriquez de concurſu credit.d.art.3. n.11. Ex quibus videbatur, quòd quãuis opinio Vinc.de Franch.ſequuta per S.C.ſit probabilis,& eam ſequuti fuerint nonnulli primæ Claſſis Doctores,ità vt deciſio prædicta poſſet ſubſtineri,attamen opinio contraria eſt æquior,& magis communitèr recepta,& ſic
23 non viſum fuit ab ea recedere.Et proindè die 9.Martij 1637. fuit per S.C.data prælatio Medicis,non tamen pro ſumma eiſdem legata à dicto Ill.Principe, ſed illam limitãdo,iuxtà laborem dictorum Medicorum. Martius Simeone pro Fęlice eſt Act.Mag.

# OBSERVATIO In Deciſione XLVII.

## SVMMARIVM.

1 Expenſæ funeris, & vltimæ infirmitatis æquiparantur,& dicuntur cauſa pia,n.7. Creditor pro expenſis funerum, & vltimæ infirmitatis præfertur creditoribus hypothecarijs, ibid.& ità deciſũ adducitur prò ſalario Medicorum,n.2 pro medelis, n.3. & pro impenſis funerum,etiam creditori ex cauſa dotis,& antephati,n.4.

5 Impenſa funeraria doti præfertur,ac etiam legitimæ, ſub n.6.

6 Medicus poteſt ægrotum etiam inuitum curare,& repetere expenſas curationis, ac mercedem repetere.

8 Mulier licèt iuuetur Velleiano,quãdo alienam ſuſcipit obligationem,fallit in cauſa pia,& ſic in obligatione pro medelis viri, & ità deciſum traditur,n.9.

10 Creditor pro medelis,& impenſis funerum præfertur etiam Fiſco creditori hypothecario.

11 Fiſcus an præferatur creditori delinquentis pro expenſis erogatis in illius captura,& incorporatione bonorum confiſcatorum.

12 Creditor ex cauſa penſionis domus,pro primo anno præfertur creditori ex cauſa penſionis ſequentis anni,extende etiam in creditore ex cauſa tertiarum, ſiuè reditus,nu.13.

1 EXpenſas funeris, & vltimæ infirmitatis æquiparari,eademq; priuilegia retinere,dixit D.meus hìc, nu. 18.ideòq; latiſſimè probat à nu.7. per 22.creditores pro dictis impenſis funerum,ac vltimæ infirmatis præferri creditoribus expreſſam habentibus hypothecam, ex ratione, de qua in l.ſi quis ſepulchrum, § prætor ait, ff.de relig.& ſumpt.funer. D. Merlin.de legit.lib.2.tit.1.q.15.nu.5. quidquid in contrarium deciſum dixerit D.de Franch.dec.51.ego autem vltrà DD.per D. meum citatos,addo Duenn.reg.397.nu.7. Caualc.de tutor.c.9.nu.95.& 218. Meirer. de pignor.lib.2.tit.3.n.5.cum ſeqq.D.Conſil. Carleual.de iudic.tom.2.lib.1. tit.3. diſp.29. nu.7.Sanctiſs.Ludouiſ.dec.67.D.Mart.vot. 83.nu.5.Rip.obſeru.174. Mierez de maior. q.28.nu.32.D.Merlin.d.q.15.nu.13. Ripol. var.reſol.cap.vlt.nu.406. D.Gait. de credit. cap.4.quæſit.11.n.1910. & propriè nu.1931. & Perez Sigler.conſ.14.vbi deciſum refert
2 pro ſalario Medicorum,proùt in caſu huius deciſionis,vt habetur nu.23. ſic paritèr D. Franc.de Petris conſ.49.qui nu.7 refert,per
3 S.C.fuiſſe prælatum Pharmacopolam etiam creditoribus hypothecarijs anterioribus,& tandèm D.Conſil.Staiban.reſol.64. à nu.1. per 5.loquentem ſimilitèr in Pharmacopola,qui nu.59.in fine refert,fuiſſe prælatum
4 alijs creditoribus, ſic etiam per S.C.ad re-
* lationem D.Conſil.Prouenzalis fuit prælatus D. Antonius Maſcambrunus nobilis Beneuentanus, Aduocatus doctus, eruditus,ac morigeratus, eius partes tuendo D. La-

Digitized by Google

*Lælius Gizzius* meus frater, pro impenſis funeris, per ipſum erogatis in morte *D. Fabritij Maſcambruni* Iudicis criminum M.C.V. eius conſanguinei, non obſtante, quòd D. Duciſſa Campiclari eius vxor eſſet
5 creditrix ex cauſa dotium, & antephati, in Banca Cioffi, eò, quòd funeraria impenſa præfertur doti, *D. Anna ſing.* 258. alijq; relati per *D. de Petris ibid. nu.* 3. licèt contrarium teneat *Surd. dec.* 112. *nu.* 5. *&* 6. quòd præfertur tantùm creditori in actione perſonali, hinc dixit *Garz. à Tolet. dict.* 577.
6 quòd poteſt Medicus ægrotum etiam inuitum, & repugnantem curare, & deindè curationis expenſas, & mercedem repetere, ad quod *DD.* citat, & etiam *gloſ. in can. prouidendum* 83. *diſt.* ac paritèr legitimam antecellit funeris impenſa, *l. impenſa, & l. ſeq. ff. de relig. & ſumpt. funer. D. Merlin. ibid. nu.* 7. quando tamen eſt moderata, vt tradit *nu.* 11.
7 Et dùm impenſa funeris, vel vltimæ infirmitatis dicitur cauſa pia, iuxtà tradita per D. meum *n.* 17. erit obſeruandum, quòd
8 licèt mulier iuuetur beneficio S.C. Velleiani, quotieſcunq; alienam ſuſcipit obligationem, *l.* 1. *ff. ad Velleian.* tamen limitatur, ſi obligatio mulieris reſpiceret cauſam piã, vt per *Roman. in auth. ſimilitèr, C. ad leg. falcid. Tiraq. de priuil. pia cauſa, priuil.* 103.
9 ideòq; per S.C. in cauſa Vxoris Aſtrudilli de * . . . . . quæ ſe obligauerat pro medelis datis dicto eius viro, fuit condemnata ad illarum ſolutionem, iuxtà *l. penul. ff. ad Sen. Conſul. Velleian.* vt habeo ex *Apoſtilla* manuſcripta in *d. l. penul. D. Iacobi Lottheri*, qui fuit Aduocatus doctus, ac perſpicaciſſimi ingenij.
10 Et paritèr creditor pro medelis, ac impẽſis funeris præfertur etiam Fiſco creditori hypothecario, vt deciſum refert *D. Thorus* per R.C.S. in *compend. dec. tom.* 3. *par.* 1. *ver-*
11 *bo Fiſcus an præferatur, fol.* 466. an autem Fiſcus ſit pręferendus creditori delinquentis, pro expenſis erogatis pro captura delinquentis, ac incorporatione bonorum confiſcatorum, vide *D. Conſil. Carleual. de iudic. d. tom.* 2. *diſp.* 1. *nu.* 29. 30. *&* 31. *& diſput.* 12. *nu.* 3.
12 Et demùm creditor ex cauſa penſionis domus pro primo anno præfertur creditori ſimilitèr penſionis ſequentis anni, *l. inſulam* 14. *ff. qui pot. in pign. hab.* quam concluſionem extendit *D. Conſil. Carleual. d. tit.* 3. *diſput.* 33. *nu.* 1. vt procedat, etiam in creditore ex cauſa tertiarum, ſiuè reditus, ex ratione adducta *num.* 3.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Stante mutatione monetæ ordine Superioris ſolutio an debeat fieri, habito reſpectu ad valorem intrinſecum tẽpore contractus, vel tempore ſolutionis.

### SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius non tenetur de caſu fortuito.*
2 *Mutuum, vel depoſitum an ex pecunia numeratione præſumatur, & quando, n.* 13. *cum ſeq.*
3 *Pecunia poſita pęnès Mercatorem præſumitur depoſita, & an tale depoſitum dici debeat regulare, vel irregulare, & nu.* 8. *& an potiùs ſit contractus mixtus, nu.* 13.
4 *Pecunia ſolui debet ſecundùm valorem tempore contractus, vbi mutatio monetæ fieret circà valorem intrinſecum.*
*Amplia, quamuis moneta antiqua in totum ſit repulſata, n.* 6.
5 *Legatum ſolui debet in ea moneta bonitate, qua fuit tempore teſtamenti, ſiuè melior, ſiuè deterior facta fuerit.*
7 *Solutio vbi eſſet facienda de moneta antiqua, vſus cuius eſſet reprobatus, debet fieri de noua, & currenti, ad æſtimationem tamen antiquæ.*
9 *In ſolutione pecuniæ quod tempus attendi debet, ipſius ſolutionis, vel contractus, recenſentur nonnullæ opiniones, & n.* 12.
*Et quid in materia depoſiti, nu.* 10. *&* 11. *vbi deciſio.*
14 *Periculum, & commodum pecuniæ mutuatæ non ſpectat ad mutuantem.*
15 *Solutio, nedùm in mutuo, verùm in omnibus alijs contractibus, ſententijs, & pœnis pecuniarijs facienda eſt, prout tempore contractus, vel ſententiæ valebat, ſiuè poſtmodùm pecunia habuerit augmẽtum, ſiuè diminutionem.*
16 *Pactum, quòd pecunia reddi debeat in eadẽ æſtimatione, ineſt in contractu mutui, quamuis non exprimatur.*
17 Molin. de contract. q. 402. in fin. *explicatur.*

# Deciſio XLVIII.

ANtè mutationem monetæ, quæ euenit in hoc Regno in anno 1622. die 2. menſis Martij, vt habetur in *Pragm.* 13. ſub *tit. de monetis*, in noua compilatione, de qua mẽtio-

tionem fecimus in *dec*.17.*&* 24. quidam
depoſuerat penès publicum Mercatorem
quandam pecuniæ quantitatem, mutatio-
ne autem ſequuta fuit depoſitum liberatū.
Petijt creditor à Mercatore pecuniam pe-
nès ipſum depoſitam in moneta currenti,
vnà cum intereſſe, pro parte tamen ipſius
1 replicabatur, quòd depoſitarius non tene-
tur de caſu fortuito, ad *text.in l.*1.*C.depoſi-
ti*, cum *ibi* notatis, nec dicatur, quòd hoc
non fuit depoſitum regulare, ſeù purum,
quod eſt, quando pecunia depoſita eſt in
ſacculo ligata, vel occluſa, tāquàm ſpecies,
quàmuis enim pecunia fuerit numerata,
quia potuit numerari, ad finē ſciendi, quan-
ta fuerit, quo caſu hæc numeratio tanquàm
ſpecies depoſiti puri, & ſignati fines illius nō
excedit, *l.Lucius, ff.depoſit. Rodericus de
ann.reddit.lib*.3.*q*.11.*num*.19.& quamuis ex
2 numeratione præſumatur potiùs mutuum,
quàm depoſitum, iſtud intelligitur, quando
mutuatur indigenti, ſecùs verò Mercatori,
vel aliàs diuiti, vel opulento, quia præſumi-
tur penès ipſos depoſita, potiùs gratia dan-
tis, quàm accipientis, *Gratian. diſcept. fo-
renſ.c*.174.*nu*.8.

Secundò dicebatur, quòd quamuis non
3 ſit verè depoſitum regulare, ſed dominium
ſit translatum in depoſitarium, proùt in
dubio eſſe præſumendum, dixit idem *Gra-
tian in d.c*.174.*n*.3. cùm conſuetudo adſit,
vt iſtæ pecuniæ ad numerum dentur Mer-
catori, & ad numerum reddautur, tamen,
ſtante illa mala qualitate monetæ, ipſi Mer-
catori conſignatæ tempore depoſiti, non
debebat reſtitui, niſi, habito reſpectu ad ve-
rum valorem ipſius tempore conſignatio-
4 nis, quando enim mutatio monetæ fit circà
valorem intrinſecum, tunc debet ſolui ſe-
cundùm valorem tempore contractus, ex
doctrina *Iſern.in cap*.1, *in verbo moneta,
quæ ſint regal*.per *text.in cap.olim, de cenſ*.
inſpicitur enim tēpus contractus, *l.ſi fun-
dū, ff.de euict*.& ità fuiſſe decisum per *Do-
ctores* Collegij Neapolitani, habetur ex *Af-
flict*. qui & ipſe inſimul cum *Antonio de
Alexan.Diomede Mariconda*, & alijs eximijs
legum verticibus interuenit in *dec*.194. &
hanc opinionem ſequuti fuerūt *Corn.conſ*.
181.*lib*.2.*Grat.conſ*.13.cum duob.*ſeqq.lib*.1.
*Boer.dec*.327 *Oldrad.conſ*.31.ex *text.in l.ſi
ità, & l.fin.ff.de aur.& arg.leg. & l.vxori*
33.*in princ.&* §.1.*& l.nomen* 34. §.1.*ff.de
conſtit. pecun*. quam *Oldradi* opinionem
tāquàm communem ſequitur *Faber* in ſuo
*Cod.de ſolut.tit*.29.*lib*.8.*diffin*.15.*& diffin*.
44. vbi deciſum refert, ſoluendum eſſe lega-
5 tum in ea monetæ bonitate, quæ fuit tem-
pore teſtamenti, ſiuè melior, ſiuè deterior
facta fuerit, & de communi opinione teſta-
tur *Gabriel.in comm.opin, tit. de ſolut.con-
cluſ*.1.vbi *Doctores* colligit, & regulam præ-
dictam ampliat *nu*.4.etiam ſi moneta anti-
6 qua in totum ſit repulſata, qui eſt propriè
caſus noſter, quæ tamen ſolutio fieri debet
in moneta noua, ad rationem tamen anti-
quæ, *Anton.Butr.in cap.quanto, col*.3.*verſ.
quando moneta, de iur.iurand*. vbi etiam
*Abb.col*.4.*verſ*.1.*caſu*, qui de communi te-
ſtatur, & hanc eſſe communem opinionem,
tàm Legiſtarum, quàm Canoniſtarum, ha-
betur ex *Summa Angelica in verbo ſolutio,
in* 2. *concluſ*. & communem dixit *Caual.
comm.contr.comm.q*.219 & plures, tàm Ro-
tæ Romanæ, quàm diuerſorum Tribuna-
lium deciſiones refert *Riccius collect. deciſ*.
1722. *Affl.deciſ*.90.& eſt doctrina *Bartol.in
l.Paulus* 110.*nu*.6. *ff de ſolut*. vbi, quòd ſi
7 vſus primæ monetæ ſit reprobatus, debet
ſolui de moneta noua, ad æſtimationem tn̄
antiquæ, ex *text.in l.elegantèr*, §.*qui repro-
bos, ff.de pignor*.& eſt *text.in cap. olim cau-
ſam, de cenſib*.& notata per *Cyn. in l.mini-
mum, C.in quib.cauſ.in integr.reſtit.non
ſit neceſſ.Minſyng.cent*.4 *obſeru*.1.*Boer.dec*.
327.*Surd.conſ*.335. 368 406. 438.*&* 454.
*nu*.9.*Federic.Martin.de iur.cenſ.cap*.5.*nu*.
121.*&* 125.*& cap*.8.ex *n*.63.*Rota Roman.
in dec*.222.*n*.1.*&* 6.impreſſ.poſt *tract.Cenc.
de cenſib.& dec*.759.*num*.1. ex collect. per
*Farinac.Theſaur.dec*.174.*num*.1. vbi, quòd
ità ſolet Senatus obſeruare, & ſic vidit pra-
cticari, *Andr.Kobl*.in ſua *exercitat.legal*.18.
*&* 19.*Bertaz.clauſ*.30.*gloſ*.7.*Fab.de Anna
conſ*.54.*nu*.9.*lib*.1. *Molin.de contract.q*.312.
*Felician.de cenſib.lib*.4.*cap.vnico, num*.28.
*Paul.Comitol.reſponſ.moral.lib*.3.*q*.44. *nu*.
12.*Sixtin.de regal.lib*.2.*cap*.7.*Ioan.Gall.ar-
reſt.Pariſ.q*.202.*Couarr.de veter. numiſm.
collat.cap*.7.*nu*.2.*in* 1.*concluſ.Pinell. in l*.2.
*C.de reſcind.vend.in* 1.*part.rubr.cap*.3.*nu*.
23.*Cagnol.in l*.2. *C. de pact. inter empt. &
vendit.Brun.de augm.moneta, par*.18.*limit*.
10.*Fachin.controu.iuris, lib*.2.*cap*.10.*Gayll.
& ibi Greuæi lib*.2.*concluſ*.73. poſt *conſid*.
2.incip.*ampliſſimus, & Canoniſt.in d.cap.
cùm olim, & cap.cùm Canonicus, de cenſib.
Roderic.de ann.reddit.lib*.2.*q*.15.*nu*.92.*Ce-
nedo ad decret.collect*.80.*num*.1.*Budel.in
tract.de monet.& re nummaria, lib*.2. *c*.23.
*Tiraq.de retract.lignag*. §.1.*gloſ*.18.*nu*.26.
*Put.dec*.149.*lib*.2.*Caualc.dec*.16.*nu*.40.*Se-
raph.dec*.944.*nu*.2. & eandem opinionem
ſequitur *Rota Roman.in recent.dec*.597.*p*.1.
vbi aliæ eiuſdem Rotæ recenſentur deciſio-
nes, & demùm hoc idem in Bancis publicis
huius Fideliſſimæ Ciuitatis fuit practica-
tum, quæ non ſoluerunt, niſi duas tertias
partes debiti, & alia tertia pars remanſit in
ſuſpenſo, quæ nunquàm fuit ſoluta.

Pro parte verò Creditoris dicebatur, non
8 poſſe dubitari, hoc fuiſſe depoſitum irregu-
lare,

Digitized by Google

lare, cùm non fuerit pecunia obſignata, & proindè videtur depoſita, vt depoſitarius vti poſſit,& tantundèm poſteà reſtitueret, vt eſt *tex.in l.de die,§.1.ff.depoſiti,Roderic. d.lib.3.q.11.nu.19.& nu.22.* dicit,quòd non videtur receſſum à natura depoſiti, quòad alia tamen in hoc,quòd recipiens ex precario vti poſſit,& in eius creditum abeat eius periculo,non poteſt dici verè depoſitum, omne enim commodum, vel incommodū eſt eius,qui habet pecuniæ dominium, *l.ſi inter virum,C.de iur.dot.*

Ad ſecundum verò dicebatur, quòd ſa-
9 tis controuerſa eſt opinio, an attendi debeat tempus ſolutionis,an verò tempus cōtractus, ſiquidèm *Aretin. conſ.11.nu.3. & conſ.84.nu.1.Vrſil.ad Afflit.in d.dec.194.* dicunt,quòd ſi moneta non mutetur in bonitate intrinſeca, ſed ſolùm variatur valor extrinſecus,non debet attendi tempus cōtractus,ſed tempus ſolutionis, modò non ſit in mora,vt habetur per *Doctores in l.cū quid,ff.ſi cert.pet.* & de communi teſtatur *Couarr.in comment.veterum numiſm. collat.cap.7.in fin.* qui allegat etiam *Brun.in tract.de augm.moneta, p.1.concl.vlt.col.5. Curt.ſen.in tract.de monet.q.11.Socin.ſen. conſ.298.lib.2.* & hanc communem eſſe opinionem,& ab ea non recedēdum,dixit *Gaballin.de vſur.q.100.n.375.* quicquid *Boer. dec.327.* contrariū ſentiat, *Menoch.conſ.49. n.9.cum ſeqq.* vbi latè,& *conſ.138.n.13.* latè *Gabr. comm.opin.tit.de ſolut.concluſ.2.* vbi innumeros congerit, *Roman.conſ.123.Capr. conſ.29.nu.9.Guid.Pap.deciſ.493.Paul.de Caſtr.in l.3.in fine princ.C.comm.de leg.Io. Faber in auth.hoc niſi,C.de ſolut. Imola in d.cap.quanto,de iur.iur.n.19.Corn.conſ. 321.col.vlt.lib.3.Cardin.in clem.1. de decim. q.13.Berous conſ.143.nu.26.lib.1.Brunor. à Sole q.5.nu.30.* & ſecundùm hanc opinionem deciſum fuiſſe in pluribus arreſtis de anno 1594.1560.1567.1568.& 1579.refert *Annæus Robert. rer. iudic. lib.1.cap.16.* vbi exactiſſimè diſputato articulo *in fine* dicit, Senatū pro creditore pronunciaſſe,& æquū eſſe iudicauit,vt ſolutio ſi fieret in moneta poſteà currenti,haberetur ratio valoris,qui nunc eſt,& non qui tempore cōtractus fuit, & iterùm in anno 1586.hoc idem fuiſſe iudicatum affirmat *lib.4.cap.18.in fin.* ea ratione, nàm in nummis, non ipſa materiæ bonitas,ſed valor,qui publica authoritate dictus,& præpoſitus eſt,ſpectari debet,hinc dixit *Ariſt.lib.5.ethic.cap.55.* quòd intrinſeca nummorum bonitas conſiſtere intelligitur,aut in ipſo Principis caractere,ex quò materia formam accipit, aut in ipſo valore,qui authoritate publica pretij loco impoſitus eſt,& ideò de currenti moneta rationem habet *Summ.Pontif. in clem.2.* vbi *gloſ.de decim.Gaball.de vſur.d.q.100. Gall. q.203.& 302.Boer.d.dec.327.* & quòd ſolutio fieri debeat de moneta currenti tempore ſolutionis,voluit etiam *Azor. inſtit.mo-*
10 *ral.par.3.lib.10.cap.7.* & propriè in materia depoſiti dixit *Bart.in d.l.Paulus, in fin. ff.de ſolut.* quòd ſi fuit factum depoſitum centum librarum in florenis, cum pacto, quòd reddantur in florenis in eadem æſtimatione,tunc ſub eadem æſtimatione reddi debent,ſi autem nihil eſſet dictum, quòd deberent reddi in æſtimatione communi, quæ eſſet tempore,quo debet fieri ſolutio, *l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem mille, ff. eod.tit.de ſolut.* quā *Bart.* doctrinā ſequitur *Crauett.conſ.47.n.1.* Quibus tamen nō ob-
11 ſtātibus S.C.ſequutum fuit primam magis communem opinionem in cauſa Sanctoli Ruſica cum Franciſco Guaſtauigna,& proptereà die 16.Nouembris 1635. iudicauimus,quòd ſoluat debitor,pęnès quem erat depoſita pecunia in moneta currenti, cum diminutione tamen quinti, & ſic ad rationem viginti pro quolibet centenario; vnà cum intereſſe liquidando,in Banca de Martino,quæ quidèm quantitas fuit regulata ex ijs,quæ aliàs per S.C. fuerunt iudicata, iunctis Conſiliarijs duarum Aularum in cauſa Duraſtantis de Roſatis,vt per *D.Reg. Rouit.in dec.33.* ſub *nu.19.* vbi S. C. iudicauit,in contractibus inhitis antè diem 2.mēſis Martij 1622.quo die Pragmatica mutationis monetarum fuit publicata,vt ſupra diximus,eſſe faciendam ad eandem rationem 20.pro cētenario,proùt fuit prouiſum per Decretum generale latum die 3.Auguſti 1623.reſpectu ſolutionum,per quod fuit pęnitùs ſublatus vſus pecuniæ banchariæ, quæ non poterat expendi, niſi pro ſumma duc.5.pro quolibet centenario in qualibet hebdomada, vt vulgò dicebatur, *in giro*; hoc eſt,eas ſoluendo in quadam imaginaria pecunia,quæ nō poterat à Banco extrahi in pecunia numerata, niſi ad rationem prædictam, & aliàs etiam in depoſito facto per Reuerend.Capitulum Diui Nicolai Barenſis, pęnès Alexandrum Vbertini reperi idem fuiſſe iudicatum per Doctiſſimum, & Nobiliſſimum, ac moribus ſuauiſſimū Virum Ferdinandum Branciam,tunc Regium Conſiliarium, & Conſultorem Reuerend. Capellani Maioris,poſt verò digniſſimum Regentem in Supremo Italiæ, nunc autem in Collaterali Conſilio,quod decretum in gradu appellationis fuit deindè confirmatū per Regentem Rouitum,cuius acta reperiūtur pęnès Hieronymum Stincam, dicti Capellani Maioris Actuarium.

Nec de contrarijs fuit habita ratio, tùm
12 quia nonnulli ex DD. in contrarium allegatis loquuntur in deterioratione,aut augmento

Digitized by Google

mento in bonitate extrinſeca, non autem intrinſeca, vel quando id, quod ſoluitur, in ſolutione tantùm eſt, non in obligatione, vt per *Ant. Fabr. de var. num. deb. ſolut. c. 21.* ſequitur *Caſt. de iur. & fact. ignor. diſt. 63. nu. 47.* vbi declarat, quando in ſolutione, & quando in obligatione, & quamuis aliqui loquantur etiam in bonitate intrinſeca; attamen magis communis opinio eſt in contrarium, ex rationibus, & cauſis adductis à DD. ſuprà citatis, quibus in caſu præſenti, & aliam rationem affero, quia veriſſimum eſt, quòd depoſitum in pecunia non obſignata, quatenùs Depoſitario conceditur, vt ea vti poſſit, & tantundem reddat, quia hoc caſu non eſt merè depoſitum, ſed irregulare,
13 & dicitur contractus mixtus, & participat de mutuo, & depoſito, quod non eſt inconueniens, cùm qualitates prędictæ ſint compatibiles, etiã in eodẽ cõtractu diuerſis reſpectibus, vt rectè declarat *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 11.* ſub *nu. 30. verſ. tertiò verò*, & notant *Doctores in l. 2.* & in *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* & ſic quatenùs vti poteſt pecunia depoſita, dicitur potiùs mutuum, & datur actio certi conditio ex mutuo. Immò Depoſitarius per plures annos vſus fuit pecunia depoſita, nec tempore mutationis monetæ apparebat, pęnès eum remanſiſſe monetam reprobam; vnuſquiſquè enim ex Proregis ordine reuelare debebat tempore promulgationis *Pragmat.* quantitatem pe-
14 cuniæ reprobæ, pęnès ipſum exiſtentem, ſed in contractu mutui, nec vtile, nec damnum debet eſſe mutuantis, vt probat *tex. in d. l. Paulus, ff. de ſolut.* & *ibi Doctores*, & *l. cũ quid, ff. ſi cert. petat.* In mutuo enim id agi tacitè intelligitur, vt eiuſdem generis, & in eadem qualitate reddatur, *Inſt. quib. mod. recontrah. oblig. in princ.* vbi *gloſ. in verb. qualitatis, & d. l. cùm quid, & l. lecta*, & *ibi gloſ. & l. 2. ff. eod. tit.* & hanc concluſionem,
15 quòd idem valor monetæ ſit reſtituendus, nedùm in mutuo, verùm etiam in omnibus alijs contractibus, ac etiam in ſententijs, & pœnis pecuniarijs, prout tempore contractus legis, aut latæ ſententiæ valebat, ſiuè pecunia poſtmodùm habuerit augmẽtum, ſiuè detrimentum, vltrà *Doctores* ſuprà citatos, hoc voluerunt etiam *Sotus de iuſtit. & iure, concluſ. 6. q. 1. art. 2. Medina de reſtitut. q. vlt.* & alij allegati per *Molin. de contract. d. q. 312. in princ.* vbi latè hanc concluſionem probat in ſpecie in mutuo. Nec de doctrina *Bart. in d. l. Paulus, ff. de ſolut. in fine*, dùm loquitur de depoſito, eſt habẽda ratio, quia loquitur ſub dubio, & per ſu-
16 pradicta, pactũ, quòd debeat pecunia reddi in eadem ęſtimatione, ineſt in cõtractu mutui, in quam ſpeciem trãſit tale depoſitum, quamuis non exprimatur, & in contractu mutui adeſt magis communis opinio contra *Bart.*

Et quàmuis idem *Ludou. Molin. de contract. q. 402. in fin.* videatur idem tenere,
17 attamen, ſi benè aduertatur, loquitur in augmento, quod peruenit ad Depoſitarium ex cambio, aliàs enim contradiceret eis, quæ dixit in *d. quæſt. 312.*

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XLVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps tenetur ſub pœna peccati tollere monetam falſam, & non poteſt cudere monetã improbã, niſi in caſu neceſſitatis.*
2 *Moneta reproba fuit probibita expendi ſub die 2. Martij 1622.*
3 *Depoſitarius monetæ reprobæ an, & quando teneatur de caſu fortuito, & ſic de mutatione monetæ, & nu. 5. 6. 7. & 8.*
*Periculum monetæ depoſitæ ad quem ſpectet, d. nu. 3.*
4 *Mutatio monetæ connumeratur inter caſus fortuitos.*
9 *Reſtitutio capitalis in reemptione annuorũ introituum fit in moneta noua, ad æſtimationem antiquę, cum deductione tamen quintæ partis ob mutationem monetæ, vt deciſum adducitur, n. 10.*

1 TEnetur Princeps monetam ære plenam, vel nimis contaminatam tollere, alioquin peccat, vt probat *D. Reg. Rouit. in prag. 1. n. 22. de monet.* non enim debet improbam monetã cudere, extremæ neceſſitatis caſibus exceptis, ad tradita per *Rodulph. Vuerner. in diſcur. de re monet. n. 6. et 11.* quẽ referẽs ſequitur *Ioa. Chriſtoph. Dornſperg. in reſp. iur. de mutat. monet. occurſa in anno 1621.* & alijs duob. *ſeqq. n. 101.*

Ideòq; oculatiſſimus D. Prorex ſub die 2. Martij 1622. prohibuit, expendi mone-
2 tam ærosam, & tonſam, & præcipuè granorum quinque, vulgò *Zannette*, à Monetarijs conditam, vt in *pragm. 13. de monet.* de qua D. meus *hic, in princ.* & *dec. 17. in princ.* vbi *Nos* paritèr diximus *nu. 1.* cuius *pragmat.*
3 occaſione fuit in hac deciſione dubitatum, an Depoſitarius monetæ reprobæ traditæ ad numerum, non tamẽ in ſacculo, teneatur
4 de caſu fortuito, & ſic dictæ mutationis, dùm illius caſum inter fortuitos enumerat *Dornſperger.* vbi ſuprà, *nu. 75.* ac à nemine præuideri potuiſſe affirmat *nu. 76.* In cuius
5 articuli deciſione illa eſt communis reſolutio, ac *DD.* opinionum conciliatio, quòd aut

Digitized by Google

aut depoſitum ſit gratia Depoſitantis tantùm, vt hic, & tūc Depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa, *l.quod Nerua, ff.depoſ. Niger Cyriac.controu.*442.*nu.*21.*lib.*3.*controu.forenſ.*& alia iura adducit *D.Ciarlin. cap.*156.*nu.*6. *&* 17.*lib.*2. *controu.forenſ.* non tamen tenetur de caſu fortuito, *l.*1. *C. depoſ.l.cōtractus, ff.de reg.iur.*D. meus *hic, nu.*1. *Cyriac.ibid. n.*14.15. *& ſeqq. D.Ciarlin.*vbi ſuprà, *nu.*7. aut ſit in perſonam indi-
6 gentis, & ſic pauperis, qui ſolet vti pecunijs, & tunc, quia videtur ei data poteſtas vtendi pecunia depoſita, periculum ſpectat ad
7 Depoſitarium; aut verò depoſitum fuit factum in perſonam diuitem, vel mercatorem, & hoc caſu periculum erit Deponentis, quamuis pecunia ſit conſignata ad numerum, cùm præſumatur factum gratia dātis, vt benè diſtinguendo probat *D.Ciarlin.loco* cit.*nu.*10. *&* 11. vbi alios citat, eandemq; diſtinctionem adducit D.meus *n.*2. & comprobat, ſed diuerſimodè aliquantulùm *Salyc.in l.incendium*, *C.ſi cert.petat.* quem adducit *Carroc.de depoſ.par.*1. *tit.ſi depoſit.aliam rem, quam accep.reſtit.nu.*6.
8 ſed S.C. in hac cauſa, & in alijs *ibi* per D. meum relatis *nu.*11. amplexum eſt opinionem, Depoſitarium non teneri de caſu fortuito, & ſic mutationis monetæ, ideóq; fuit facta deductio ad eius beneficium quintæ partis pecunię, pęnès ipſum depoſitæ, iuxtà deciſa in ſimili apud *Reg.Rouit.dec.*33. *n.*19. & in cauſa S.Nicolai Barenſis cū Alexandro Vbertino mercatore depoſitario, cuius partes tuebatur *D. Lælius Gizzius* meus frater, qui cauſę victoriam pro Cliente reportauit.
9 Quæ quidèm deciſio comprobatur, ſiquidèm in reemptione annuorum introituum ſoluitur, & ſit reſtitutio monetæ nouæ, ad æſtimationem tamen antiquæ, tempore contractus, nulla habita ratione, nùm debitor ſenſerit damnum, vel illam expenderit pro proba, ad tradita per *Gratian. cap.*884.*nu.*2.4. *&* 5.*lib.*5.*diſcept.foren.* vbi loquitur in terminis *d.pragm.*13.*de monet.* vt etiam latiſſimè probat D. meus à *nu.*4.
10 per 7. & proindè fuit deciſum in pluribus alijs cauſis, eſſe deducendam quintam partem capitalis tempore reemptionis in moneta noua, videlicèt in cauſa Iſabellæ Bo-
* nellæ cum Camillo Lamberto, & alijs, ad relationem M.C.V. in S.C. in Aula *D.Rouiti* die 29. Octobris 1626. in Banca Io.Gregorij Canalis, & ſimilitèr in cauſa Iulij Cæſa-
* ris Albertini cum Marino Caracciolo per S.C. ad relationem D.Conſil.*Petri Antonij Carauitæ*, & in cauſa *D.Io.Baptiſtæ Filin-*
* *gerij* Aduocati doctiſſimi, ac morum ſuauiſſimi, poſteà Regij Conſiliarij meritiſſimi, cum Octauio de Marzo, ad relationem M.C.V. in S.C. in eadem Aula *D.Rouiti*, in eadem Banca Canalis, quorum exempla ſunt producta in proceſſu Camilli Longi Marchionis Vinclatorij, & Lucretiæ de Morra Marchioniſſæ Montis Rocchettæ, cū Petro Spinello, in Banca Solatij, hodiè de Salamanca, aliaq; exempla ſimilia habes in proceſſu inter Notarium Io. Dominicum Picone, & hæredes quond. Franciſci Dies in M.C.V. in Banca Franciſci Mongelli.

*M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Antephatum, ſtāte Regia Pragmatica, quòd ſit pro dotibus ducatorum quatuormille infrà pro tertia parte dictæ dotis in virgine, & medietas tertiæ partis in vidua, & pro dotibus à ducatis quatuormille vſquè ad decem mille ſit quarta pars in virgine, & medietas dictæ quartæ partis in vidua. Quid quando erit ducatorū quatuor mille, nec plus, nec minus?

### SVMMARIVM.

1 *Antephatum antè Regiam Pragmaticam quantum erat in virgine, vel vidua.*
2 *Verbum,* antephatum, *nō reperitur in iure, ſed dicitur* antipherna.
3 *Regia Pragmat. in materia antephati edita fuit ad tollendum egeſtatem familiarum.*
4 *Antephatum, attenta Regia Pragmatica quomodò liquidari debeat in dote ducatorum quatuor mille.*
4 *Dictio,* infrà, *non importat excluſionem.*
6 *Dictio,* vſquè, *excluſionem denotat.*
*Intellige, an à lege, vel ab homine, nu.*10.
*Sed contrarium, n.*7.11. *&* 13.
*Idem in feudis, n.*8.
*Idem in emphyteuſi, nu.*9.
12 Reg.Pragm.3. de Offic.S.C. *habet locum, tā in ſententia continente ſummam ducat. centum quinquaginta, quàm infrà.*
13 *Antephatum ità debet taxari in materia Regia Pragmatica, ſi contineret ducatos quatuor mille, decem mille, et viginti mille, quàm infrà ſummas prædictas, vbi deciſio cauſæ traditur.*

Ll De-

# Deciſio XLIX.

IN Generali Parlamento celebrato in an-
no 1617. fuit ſupplicatum Excellentiſſi-
mo Duci Oſſuni, tunc huius Regni Pro-
regi pro moderatione antephati, quod
conſtituitur à viro vxori tempore contracti
matrimonij, cùm ex quadã inueterata ob-
ſeruantia vir conſtituebat pro antefato me-
1 dietatem dotis in virgine, & tertiam partem
in vidua, lucrifaciendum ab vxore in caſu
mortis viri, quòad proprietatem, & vſum-
fructum, viro abſque liberis decedente, &
quòad vſumfructum tantùm, liberis exiſtẽ-
tibus, vt per *Capyc. in c. Imperialem, verſic.
tertiò antephatum, fol. 17. col. 1. de prohibit.
feud. alien. per Federic. Afflict. deciſ. 37. ver-
ſus fin. Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. p. 7. de
iur. quar. q. 2. n. 4. & par. 1. c. 3. n. 18. & p. 3. q.
21. nu. 7.* quod quidèm verbum, *antephatũ*,
2 licèt non reperiatur in iure, tamẽ eſt vſuale
in hoc Regno, vt tradit idem *Molfeſ. d. par.
7. q. 1. n. 11.* de iure enim *antipherna* dici-
tur, vt in *l. cùm multa, C. de donat. antè nupt.*
ex quibus quidèm antefati ſolutionibus
nonnullæ familiæ in ægeſtatem venerunt,
& ideò concluſum fuit in dicto Generali
Parlamento, vt ſupplicaretur Domino Pro-
3 regi, vt dignaretur, per Reg. Sanctionem
ordinare reformationẽ dicti antefati, itàut
non eſſet ampliùs in virgine medietas do-
tium, ſed à ducatis quatuor mille dotium
infrà conſtitueretur antefatum pro tertia
parte, & à duc. 4. mil. vſq; ad decem, ad ratio-
nem duc. 25. pro quolibet centenario, &
ſic quarta pars, & à duc. 10. mil. vſq; ad vi-
ginti mille, ad rationem viginti pro quoli-
bet centenario, quæ eſt quinta pars, & pro
dotibus ducatorum viginti mille vſquè ad
triginta mille, ad rationem ducatorũ quin-
decim pro centenario, & à dicta ſumma ſu-
prà, proùt partes ſe conueniri poterint,
dummodò non excedat ſummam ducato-
rum quindecim pro quolibet centenario,
& quòd tàm exiſtentibus, quàm non exi-
ſtentibus filijs non lucretur antefatum, niſi
quòad vſumfructum tantùm, & poſt mortẽ
ipſarum mulierum redeat ad patrimoniũ,
vndè exiuit, reſpectu verò viduarum, quòd
ſit medietas tãtùm eius, quod ad ipſas ſpe-
ctaret, ſi eſſent virgines, & fuit prouiſum,
proùt fuerat ſupplicatum, & emanata fuit
Regia Pragmatica ſub die 30. Decembris
dicti anni 1617. quæ eſt *Pragmatica 1. de
donat. propt. nupt. ſiuè quarta, vel antefato,*
de qua *Pragmatica* mentionem etiam facit
*Thor. in 1. par. compendij, in verbo donati-
ua, verſus finem.*

Accidit, quòd contracto matrimonio in-
ter quõd. Franciſcum Faraldum, & Portiam
dell'Abbadeſſa mulierem viduam, omnes
de Terra Sancti Seuerini, fuerunt promiſſæ
dotes ducatorum quatuor mille, & antefa-
tum, ſeruata forma *d. Regia Pragmatica*, &
fuit dubitatum, mortuo viro, vtrum antefa-
tum eſſet liquidandum pro tertia, vel quar-
ta parte dictæ dotis, ex quo in d. *Regia
4 Pragmatica* dicitur, quòd à ducatis qua-
tuor mil. infrà ſit tertia pars, & à duc. qua-
tuor mille vſq; ad decem mille quarta pars,
& ſic iſta ſumma ducatorum quatuor mille
poteſt cadere in vtraq; diſpoſitione, ꝙ quidẽ
quotidiè poteſt dubitari, nedùm in d. sũma
duc. quatuor mille, ſed in sũma duc. decẽ, &
20. mille, per eadẽ enim verba ſancitur in d.
ſummis, & valdè miratus fui, ꝙ Iudex M. C.
V. *Io. Dominic. Taſſon.* qui in interpretatio-
ne dictæ *Regiæ Pragmaticæ* integrum edi-
dit volumen, quæſtionem prædictam non
tangat, & quidèm pro parte Hæredũ Fran-
ciſci dicebatur, articulũ non eſſe dubitabi-
lem, quia in ſpecie à ducatis quatuor mille
vſq; ad decem mille dicit, deberi antefatum
ad rationem vigintiquinque pro centena-
rio, & ſic hæc ſumma ducatorum quatuor
mille includitur, ad quod adducebatur *gloſ.
in Conſtit. Reg.* incip. *In cauſa depoſiti, in
verb. vltrà libram*, cùm enim diſpoſitum
ſit per *d. Conſtit.* vt in depoſito, cuius quan-
titas infrà vnam libram auri ſubſiſtit, tres
teſtes fide digni, & omni exceptione maio-
5 res debeant intereſſe, quærit *gloſ.* quid ſi
depoſitum ſit de libra, & non plus, nec mi-
nus, & dicit, ſic eſſe dicendum, ac ſi eſſet in-
frà libram, & dùm *Pragmatica* dicit, à duca-
tis quatuor mille vſq; ad decem, debet eſſe
incluſa quantitas ducatorum quatuor mil-
le, nec aliquid refert, quòd vſquè ad ſummã
ducatorum quatuor mille ſit ſtatutum an-
tefatum pro tertia parte, quia illa dictio, *vſ-
què*, poteſt importare excluſionem dictæ
ſummę, vt habetur ex *Menoch. de arbitr. iu-
dic. lib. 1. qu. 80. n. 129.* vbi in ſimili probat,
6 illam dictionem, *vſquè*, poſſe ſtare excluſi-
uè, ex *tex. in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell.*
iuncta *l. abſentem, ff. de pœnis*, vbi per illa
verba, *vſquè ad relegationem*, probat, rele-
gationem non includi, quod etiam proba-
tur ex *text. & ibi gloſ. in c. 1. extrà de ordi-
natis ab Epiſcopo, qui renunc. Epiſcop.* vbi
*gloſ.* dicit, quòd hæc dictio, *vſquè*, ſtat exclu-
ſiuè, & pro hac opinione iudicauerant Ar-
bitri in hac cauſa.

In cõtrariũ verò adducebatur *tex. in l. 1.
§. ſi intrà, ff. de ſucceſſ. edict.* vbi verba, *intrà
centeſimũ diẽ, & in centeſimo die*, parifican-
tur, ſemper enim centeſimus dies includi-
7 tur, item dicebatur, quòd in hoc caſu di-
ctio, *vſquè*, eſt accipienda incluſiuè, non ve-
rò excluſiuè, vt habetur ex *tex. & ibi gloſ.
in l. fin. §. Senatores, ff. de Senat.* ſic etiam ac-
cipi-

Digitized by Google

cipitur in *can. à ſubdiacono 93. diſtin. & 15. qu. fin. cap. cùm multa, cap. fin. §. quia verò,* vbi *gloſ. in verb. vſquè, extr. de præsbytero non baptizato*, & in alijs iuribus allegatis per *Aegid. Bellem. in d. cap.* 1. *de ordinat. ab Epiſc.* ſub *num.* 1. hoc etiam optimè probat *Bart.* poſt *Gulielm. de Cuneo in l. patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3. Menoch. conſ.* 337. ex *num.* 17. cum *ſeq.* Sic etiam in feudis, in
8 quibus ſecundùm Regni Cõſtitutiones ſucceditur vſquè ad tertium gradum, quòd illa dictio, *vſquè*, ſtet incluſiuè, illud includendo, firmauerunt *Curt. in tract. feud. 3. par. n.* 50. & eum ſequitur *Io. Thomas de Marin. de gener. & qualit. feud. tit.* 12. *de feud. fratern. n.* 25. *fol.* mihi 127. *à ter.* quicquid dixerit *Andr. de Iſern. in cap.* 1. §. *hoc quoquè, de his, qui feud. dar. poſſ.* cùm contra eum ſit communis opinio Modernorum, *Iacobut. de Franch. in d.* §. *hoc quoquè, nu.* 2. vbi plenè probat, quando hæc dictio incluſiuè ſit accipienda, *Epiſcop. Liparul. in d.* §. *hoc quoq;*
9 *in verb. excluſiuè*, ſic etiam in emphyteuſi, quæ conceditur vſquè ad tertiam generationem, habetur per *Doctores in l. fin. C. de iur. emphyt. Capra conſ.* 87. *n.* 5. *Crot. conſ.* 75. *n.* 7. *Corbul. de iure emphyt. titul. de cauſ. priuationis ob lineam finitam, n.* 78. *verſ. extenditur quartò*, & deciſum in Rota Romana apparet *in deciſ.* 170. *n.* 1. *par.* 2. *diuerſ. in nouiſſ. Magon. deciſ. Florent.* 8. *nu.* 27. & ſic etiã regularitèr obſeruari dixit *Octau. Vulpel. in tract. de præpoſ. & aduerb. ſignif. in dictione, vſquè, Gratia. diſcept. foren. c.* 161. *n.* 22. *Gonzal. ad* 8. *Regul.* Cancell. *gloſ.* 12. §. 1. *nu.* 1. *Burg. conſ.* 25. *nu.* 25. & alij latè per *Mart. de clauſul. p.* 2. *clauſ.* 77. & p *Aug. Barboſ. in tract. de dict. & clauſ. dict.* 379. *n.* 1. diffuſè *Tiraq. de retract.* §. 1. *gloſ.* 11. *n.* 66. *Rip. de nocturn. temp. q.* 63. *n.* 5. *& ſeq. Grat. de dict. dict.* 296. vbi diſtinguit, an à lege, vel ab ho-
10 mine ſit poſita illa dictio, *vſquè*; nam in primo caſu ſemper ſtat incluſiuè, quando alteri legi non aduerſatur.

Et demùm dicebatur, quòd prædicta procederent, quando per *Reg. Pragmat.* fuiſſet cautum, vt à dotibus vſq; ad ſummam duc. 4. mil. antephatum ſit pro tertia parte, quo caſu cadit diſputatio, ſi illa dictio, *vſquè*, ſtet incluſiuè, vel excluſiuè, licèt ex ſupradictis appareat, quòd niſi alitèr conſtet de volun-
11 tate diſponentium, & niſi aduerſetur ius commune, ſemper eſt accipienda illa dictio incluſiuè, vt optimè diſtinguit *Aegid. Bellem.* qui articulum prædictum examinat in *d. c.* 1. *de ord. ab Epiſcop.* Verùm per dictam *Reg. Pragm.* cauetur, vt à ſumma duc. 4. mil. infrà antephatum ſit tertiæ partis in virgine, & medietas dictæ tertiæ partis in vidua, quo caſu in terminis loquitur *text. in d. l.* 1. §. *ſi intrà, ff. de ſucceſſ. edict.* per quem *text.* ità in caſu ſimili fuit deciſum in S.C. vt ſtante alia *Regia Pragm.* quæ eſt 3. *de offic. S.C.*
12 quòd ſententiæ proferendę per M.C. à duc. 150. infrà, executioni demandentur, præſtita cautione in caſu retractationis; nàm ſi ſententia continet ducat. 150. nec plus, nec minus, fuit determinatum, eſſe locum dictæ *Regiæ Pragm.* & executioni demandandam ſententiam cum dicta cautione, vt apparet ex *Franch. dec.* 703. quem ſequitur *Rouit. in d. Pragm.* 3. *de off. S.C. n.* 11. vbi etiam affert pro hac opinione *gloſ. in d. Conſtit. Reg.* incip. *In cauſa depoſiti*, quæ in contrarium, & malè per Aduocatum Portiæ Faraldæ fuit allegata, quia potiùs hanc opinionem probat, prout benè aduertit *Reg.*
13 *Rouit.* Et propterea diſcuſſo negotio in S.C. ad mei relationem fuit die 1. April. 1636. iudicatum, antephatum pro medietate tertiæ partis duc. 4. mil. deberi Lauræ dell'Abbadeſſa, ex eo, quia erat vidua, quando ſe nuptui tradidit Franciſco Faraldo: Notandum tamen erit, quòd idem, quando caſus acciderit erit forſan iudicandum, quando dos erit duc. 10. mil. 20. vel 30. mil. quamuis vtatur *Reg. Prag.* dicta dictione, *vſquè*, quia videtur, caſum eſſe parificandum, pœnès Act. Magiſt. Fabritium Sollatium.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XLIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Capitula matrimonialia, quando introducta fuerant.*

2 *Antephatum de iure communi, dicitur antipherna; quid in Valentia, in Delphinatu, Barchinonæ, in Sardinia, ac in Cathalonia, ibid.*

3 *Antephatum debetur filijs, ſi vxor fuerit occiſa per maritum, & nu.* 5.

4 *Maritus occidendo vxorem reſtituit dotem, ac perdit donationẽ propter nuptias, etiam ſi cum cauſa occiderit.*

6 *Antephatum in dote ducatorum quatuor mille eſt tertia pars.*

7 *Dictio,* infrà, *vel vſq; ſtat incluſiuè, ſic etiam dictio* A. Ab. *nu.* 8. *& pariter dictio* In. *nu.* 9. & Ad, *num.* 10.

10 *Venditio à quercu ad oliuam non includit quercum.*

11 *Dies termini, quando non computetur in termino.*

12 *Maritus tenetur ad reſtitutionem dotis, & antephati vxori, ſi illa diſcedat ſeparato matrimonio, quoàd Thorum culpa viri, contrariũ deciſum adducitur, n.* 13. *&* 14.



Digitized by Google

1 MAteriam antephati pertractat hìc
D. meus, ideò obſeruabis, quòd
illud regularitèr conſtituitur in
capitulis matrimonialibus, quę
introducta fuiſſe inter Tobiā, & Saram, refert
*D. Taſſon. de antephat. verſ. 4. obſer. 4. n. 1.* ex
*Tobiæ cap. 7. in fin.* & de iure communi an-
2 tephatum dicitur antipherna, *l. cùm multæ,*
*C. de donat. antè nupt.* vt tradit D. meus *n. 2.*
In Valentia verò nūcupatur Creix, *Hieron.*
*Leo deciſ.* 184. *nu.* 2. qui *nu.* 6. dicit, quòd
apud Delphinales ſuperuita vocatur, &
Barchinonæ, in Sardinia, ac in Cathalonia
Screix, ſiuè ſponſalitium appellatur, vt tra-
dit *n.* 3. 5. *&* 14. idq; confirmat etiam *Oliba.*
*de action. par.* 1. *n.* 3. *&* 4. vt retuli in reſpon-
ſo edito pro D. Magn. Comeſtabulo Go-
lumna in cauſa cū D. Margharita de Auſtria
Branciſorte, & Columna Principiſſa Buterę,
in qua D. meus cōpilauit *dec.* 197. *lib.* 2.
3 Tenetur tamē maritus ſoluere antephatū
filijs, ſi occiderit vxorē, etenim in odiū ipſius
occidētis vxor fingitur ſuperuiuere, vt dixit
4 *Caſt. in l. ſi ab hoſtib. §. ſi vir, n. 2. ff. ſol. mat.*
quo caſu, nedū dotē reſtituit, ſed etiā dona-
tionē propter nuptias perdit, *l. conſenſu, §.*
*ſin autem, C. de repud.* etiam ſi cum cau-
ſa occiderit, vt fuiſſe per Coll. Conſ. iudica-
tum refert *D. Reg. de Ponte deciſ.* 24. *n.* 7.
in qua cauſa pro marito in iure ſcripſit *D.*
*Io. Vincent. Caualerius conſ.* 185. *lib.* 2. *ma-*
5 *nuſcript.* licèt contrarium per S. C. deciſum
* fuerit in cauſa Antonelli Criſconi ſub die 22
Februarij 1560. in Banca de Capua, nam
prima opinio eſt verior, quam latè cōpro-
bat *D. de Ponte ibid. à n. 8. ad fin.*
Circa verò principalē articulū huius deci-
ſionis, an antephatū, attenta *Reg. Prag. 1. de*
*don. propter nupt ſiuè antephat.* dotis duc. 4.
mil. ſit tertia, vel quarta pars, dùm *Prag.* ſta-
6 tuit, ꝙ antephatū à dotibus infrà duc. 4000.
ſit tertia pars, à duc. 4000. vſquè ad ducat.
10000. ſit quarta pars, & D. meus à *n.* 7. per
tot. *nu.* 12. concludit, quòd dictiones, *infrà,*
7 & *vſquè* ſtant incluſiuè, & ſic eſſe tertiam
partem dotis duc. 4000. & *nu.* 13. ità deciſū
adducit, quę deciſio cōprobatur ex dictio-
ne *A.* in d. *Pragm.* appoſita, ibi *A* duc. 4. mil.
8 *vſquè* ad duc. 10. mil. & *A* duc. 10. mil. in
duc. 20. mil. & *A* duc. 20. mil. in ducat. 30.
mil. & *A* duc. 30. mil. ſupra, nàm ſemper illa
includit, ſicut dictio A*b*, vt pluribus relatis
probat B*arboſ. dict.* 1. *n.* 1. in *tract. de dictio.*
idq; comprobat *nu.* 2. ex *Gratian. c.* 161. *nu.*
23. *lib.* 1. *diſcept. forenſ.* quòd ſtante ſtatuto,
vt *A* pulſu Campanæ de ſero nullus incedat
cum armis, vel vadat per vicos, ſub certa
pœna; tunc ſtatutum illud eſt intelligendum
poſt finitum pulſum Campanæ, ſic etiam
9 propter dictionem *In*, ibi appoſitam,
quià tunc etiam ſtat incluſiuè, *Cardin. Tu-*
*ſcus pract. concluſ. lib.* 2. *concluſ.* 238. *nu.* 5.
quem ſequitur *Barboſ. dict.* 131. *num.* 14. ſic
10 etiā ſi adiungatur dictio, *Ad, Vulpell. dict.*
*A. n.* 1. vbi, quòd quando venditio fuit facta
à quercu ad oliuam, quercus in ea non in-
cluditur, nam dictio *Ad*, includit, compro-
11 bat *Barboſ. dict.* 7. *n.* 4. ſic paritèr dicimus,
vbi ſtatuitur terminus *A* die contractus, vel
appellationis, tunc dies termini non com-
putatur in termino, *Barboſ. d. dict.* 1. *n.* 4.
Hìnc etiā, quàmuis maritus teneatur ad
reſtitutionem dotis, & antephati vxori, quæ
12 diſcedit ſeparato matrimonio, quòad Tho-
rum culpa viri, vt per *D. de* Franch. *dec.* 244.
*nu.* 3. & *Theſ. deciſ.* 130. tamen contrarium
13 fuit per S. C. determinatum quòad ante-
phatum, ſi vxor diſcedat, ob ſæuitiā, & mala
* tractamenta mariti, nàm tantummodò
dos eo caſu reſtituitur, in cauſa Laurę de
Loffredo cum Horatio Granuccio eius vi-
ro, referente *D. Regente de Conſtantia,*
tùnc Regio Conſiliario, die 17. Decembris
1591. in Banca Ciuitellæ, poſteà Solla-
tij, nunc de Salamanca, patrocinante pro
14 dicta Laura d. *D. Io. Vincent.* C*aualerio,* vt
ipſe refert *d. conſ.* 185. vbi etiam ità anteà
* fuiſſe deciſum teſtatur in cauſa Marchionis
Vici, cum D. Antonia de Cardines de anno
1586. in Banca de Felice, ac paritèr in cauſa
* Ducis Neritonis cum eius vxore, & in plu-
ribus alijs cauſis.

*M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

## Vicinus an, & quando poſſit impediri, nè in altum extollat ędificium in ſolo ſuo. Et quid, quando impeditur aſpectus ad mare.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ædificium quilibet poteſt extollere vſquè ad Cœlum.*
*Amplia, quàmuis vicini lumina afficerentur, nu.* 3.
*Limita, vbi adeſt ſeruitus, vel præſcriptio altius non tollendi, nu.* 2.
*Item, ſi fieret ad æmulationem, n.* 5.
*Item limita, vbi tolleretur aſpectus ad mare, num.* 18.
*Sed quid, ſtante Conſuetudine Neap. n.* 20. 21. *& ſeq.*
4 D*olo facere non dicitur, qui iure ſuo vtitur.*
6 A*emulatio in dubio non præſumitur.*
7 A*edificare quilibet poteſt cum cautione de demoliendo.*

8 Aedi-

8 *Ædificium quando dicatur fieri ad æmulationem, & nu.16.*

9 *Nemo inuitus cogitur vēdere, vel cōtrahere. Limita, fauore Eccleſiæ, n.10.*

11 *Ædificare etiam in ſolo proprio quis non poteſt, vbi via deterior fieret, vel vbi aqua liberè per eam non curreret, nu.13. Limita, ſi fieret minus luminoſa, n.14.*

12 *Vtilitas publica priuatæ eſt præferenda.*

15 L.altius, & l.ſi ædibus, C.de ſeru. & aqu. *limitantur, & n.28.*

17 *Ædificium an cedat in vtilitatem ædificantis, vel in damnum vicini, remitti debet per Iudicem Peritis.*

19 L.penul. C.de ædific.priu. *nùm obſeruetur in hac Ciuitate, & nu.21. 22. & ſeq.*

24 *Conſuetudo Neap. reſpectu ædificij in aſpectu maritimo conformatur cum diſpoſitione iuris communis.*

25 *Aedificium, per quod aſpectus maris, nedùm directè, ſed per obliquum impeditur, non probibetur, intermiſſo ſpatio centū pedū. Amplia idem in ædificio in proſpectu montium, nu.26.*

27 Liber Nouellarum *an ſit authenticus.*

28 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio L.

POſſidentibus Hyacinto Salla, & Au-
guſtino Thodino quaſdam domus
in hac Ciuitate Neapolis, in loco,
vbi dicitur, *Pizofalcone*, & propriè
in frontiſpitio viæ Diuæ Mariæ *della Soli-
taria*, prætendebant ſuprà antiquum ædi-
ficium aliud conſtruere, & in altum extol-
lere, ex quo Vicinorum domus habentes
proſpectum ſuperiorem ad mare valdè dā-
nificabantur, & ideò, tàm Petrus Brunus,
qui habebat domum in frontiſpitio, quàm
alij Complatearij, nouum opus nunciando
obtinuerant mandatum, vt nihil innouare-
tur, inconſulto S.C. ſiuè cauſę Commiſſario,
factoq; acceſſu ſuper loco, tàm per cauſæ
Commiſſarium, quàm etiam per S.C. inſta-
bant dicti Salla, & Thodino pro reuocatio-
ne mandati, ad hoc, vt poſſent fabricam cō-
1 tinuare, & in altum extollere, cuiq; enim li-
cet fabricare, & in altum extollere, vſq, ad
Cœlum, *l.altius, & l.ſi ædibus, C.de ſeruit.
& aqu.* & *ibi Doctor. l.fin. ff.de ſeruit.* niſi
2 adeſſet ſeruitus conſtituta, vel præſcripta
altiùs non tollendi, *Gayll.obſeruat.69.lib.2.
Menoch.conſ.298.nu.24.Viu.dec.*306. quod
3 procedit, etiam ſi lumina vicini afficeren-
tur, *l.Proculus, ff.de damn.infect.l.fluminū
24.§.fin. ff.eod.tit.l.ſi in ædibus, & l.cum
eo, ff.de ſeruit.vrb.præd.* & eſt ratio, quia
4 non videtur dolo facere, qui iure ſuo vti-
tur, *l.nullus videtur, ff.de reg.iur.* vbi *Dec.
5 & Cagnol.* niſi hoc faceret ad æmulationē,
*l.opus nouum, ff.de oper.publ. cap.piſanis,
in fin.de reſtit.ſpol. Theſaur.dec.*16.*nu.*10.
*Sichard.conſ.feud.*9.*nu.*15. *Menoch.de ar-
bitr.caſ.*156.*n.*3.*lib.*2. *cent.*2. *& præſumpt.*
29.*n.*28.*lib.*6.*Viu.d.dec.*306. *nu.*6. *&* 493.
*nu.*6.*Maſcard.concluſ.*620.*de probat.n.*15.
quæ tamen æmulatio in dubio non præſu-
mitur, *Gayll.d.obſeruat.*69.*lib.*2. vbi etiam
6 *Greuæi*, & ideò onus probandi ęmulationē,
incumbit ei, qui eam allegat, *gloſ.in d.l.flu-
minum, §.fin.Bar.Iaſ.* & alij in *l.quominùs,
ff.de flumin.Gayll.* vbi ſuprà, *nu.*31. ex qui-
bus concludebatur, quòd ex quo ipſi Salla,
& Thodino prętendebant, ipſorum domum
nullam habere ſeruitutem altius non tollē-
di, & de iure erat ipſis licitum in altum ex-
tollere in ſolo proprio, vſq; ad Cœlum, non
7 poterant interim impediri, ſaltim præſtita
cautione de demoliendo, *l.*1. *& l.de pupil-
lo, §.ſi is, cui renunciatum*, & *l.etſi ſatiſda-
tionem, §.ſciendum, ff.de oper.nou.nunc.*

Pro Vicinis verò, & Complatearijs plura
dicebantur, ex quibus prætendebant, debe-
ri dari terminum in cauſa, firmo remanente
mandato, & Primò, ſatis eſſe probatā æmu-
lationem prædicti de Salla (qui magis pro
reuocatione mandati vrgebat) prætenden-
tis in altum extollere, ex eo, quia ipſi obtu-
lerant ei ſoluere pretium domus prædictæ,
cum pacto, vt nullo vnquàm tempore ex-
tolli poſſet, & dictæ domui imponere ſer-
uitutem altius non tollendi, & ſic diceba-
tur, quòd ceſſabat ipſorum intereſſe, cùmq;
hoc non obſtante ipſe ædificare intende-
bat, hoc erat ad æmulationem, vt damnifi-
caret vicinis, nàm dicitur fieri ad æmula-
8 tionem, quando qui vult ædificare, hoc fa-
cit cum iniuria, & damno alterius, animo
nocendi, non vtilitatis, vel neceſſitatis, &
quando ædificanti non prodeſt, & vicinis
nocet, *Menoch.d.caſ.*156.*Gayll.d.obſeru.*69.
*nu.*28.*Honded.conſ.*80.*vol.*1. *Alexan.Rau-
denſ.reſp.*7. *Marcell.Calà de mod.artic.* §.2.
*nu.*1450. Cui tamen argumento reſponde-
9 batur, quòd nemo ad vēdendum, vel alitèr
contrahendum compelli poteſt, vt dixerunt
*Bald. & Salyc.in l.nec emere, C.de iur.delib.*
& probat *text.in l.inuitum, C.de contrahen.
empt. & text.in l.dudùm, C.eod.tit.de con-
trah.empt.* dixit, quòd grauis videtur iniu-
ria, vt homines de rebus ſuis facere aliquid
10 cogantur inuiti, maximè in priuatis, quic-
quid ſit fauore Eccleſiæ, vt per *Couarr.var.
reſol.c.*14.*in fin.lib.*3.*Gomez.in l.*46.*Taur.
nu.*9.*Muta dec.Sicil.*8. *nu.*7. tantò magis,
quia ex ædificio nouitèr ſuper ſolo eorum
cōſtruendo maximam ſperabat vtilitatem,
vltrà affectionem, quam habebat propriæ
eius domui.

Secundò dicebant Complatearij, quòd
ex hoc ædificio non ſolùm domus ipſorum
ob-

Digitized by Google

11 obſcurabantur,verùm,quòd ipſa via deterior fieret,quo caſu non licet ædificare,neque in ſolo proprio,prout ex *text. in l.2. §. idem Labeo,ff.nè quid in loco publ.* hoc probat *Crauett.conſ.94. Aloyſ.de Leo in l.1.n.9. C.de ædif.priuat.* quod maximè procedere debebat in hoc caſu, in quo vſus viæ pu-
12 blicæ incommodior reddebatur,nàm vtilitas publica eſt præferenda priuatæ,*l.vnica,§.fin.*vbi *Bar.C.de caduc.toll.l.vtilitas, C.de primip.lib.12.*ſed prædictis replicabatur,quòd deficiebat factum, cũ ſatis luminoſa remanebat via,nec in aliquo deteriorabatur,& *tex.in d.l.2.§.idem Labeo* loqui-
13 tur in eo caſu, quando ex nouo ædificio aqua in via collecta reſtagnaret,quod *gloſ.* explicat,quando aqua priùs currebat liberè per viam,& per nouum ædificium curſus aquæ impediretur,quia eſſet maximum damnum tranſeuntibus per viam, ſecus tamen eſt in caſu,de quo agebatur, nàm da-
14 to,quòd via eſſet aliquid minus luminoſa, non per hoc impediebatur tranſitus per eã, & hæc eſt vtilitas publica, quæ conſiderari poteſt, non autem,quòd ſit magis, vel minus luminoſa,nonnulla etiam conſiderabãtur in facto,& præſertim, quòd aderat ſeruitus virtute cuiuſdam inſtrumẽti, & quòd in frontiſpitio viæ,& propriè in pariete domus,quæ extolli prætendebatur aderat arcus,quæ omnia requirebant probationem, immò facto acceſſu ſuper loco pro videndis cõfinibus,fuit repertum, quòd ſeruitus non erat impoſita prædictæ domui, & de arcu dicebatur,à principio fuiſſe portam, quæ poſteà fuit fabricata, vſq; ad medietatem,quia aderat præcipitium, in quo de facili poterant pueri, vel animalia cadere, & ideò Petrus Erunus, & alij Complatearij ad alium articulum tranſierunt,prætendendo, quòd ex hoc nouo ædificio maximum dãnum inferebatur vicinis, & pauciſſimum lucrum,& vtilitas prædicto Hyacinto Salla ædificare volenti, & quòd ex hoc argueba-
15 tur, hoc effici ad æmulationem,quo caſu concludunt omnes,quòd poteſt ædificium impediri,& eſt communis limitatio ad *d.l. altius*, cum ſimilibus, vt *ibidem* per *DD.*& præcipuè *Ant.de Padill.n.22.verſ.quod quidem,Gayll.d.obſeru.69.*& alij ſuprà allegati,
16 & æmulatio arguitur ex ipſa pauca vtilitate extollere volentis, cum tàm maximo detrimento vicini, vt dixit *Bartholom.Veronen.in tract.de ſeruit.cap.39. de ſeruit. nè lum.offic.*ſequitur *Cephal.conſ.130.lib.1. Roman.conſ.52,Gratian.diſcept.forenſ. lib. 4.cap.745.nu.35.cum ſeqq.* & quia adhùc non erat datus terminus in cauſa, dicebatur,quòd quamuis nõ eſſet hoc probatum, tamẽ apparebat ex loci inſpectione,& quãdo adeſſet aliquod dubij, quòd erat com-
17 mittendum Expertis, vt relationem facerent de vtilitate ædificare volentis, habito reſpectu ad expenſas,& damnum vicinorũ, vt in terminis dixit *Alex.in conſ.174. vol.2.* quòd tunc officio Iudicis recurritur ad arbitrium boni viri,& iſte erit Arbiter,vel Architector,vel alius Peritus in arte, & ſi poſſunt haberi duo,non debet eligi vnus, & iſti Periti in arte videre habebunt,an tale ædificium cedat in neceſſitatem, & vtilitatem, an verò principaliter ad nocendum, & offendendum lumen,& eum ſequitur *Cephal. d.conſ.130.*qui alios allegat,latè *Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.29.n.24.*

Verùm pro parte ædificare volentis dicebatur,quòd nullo modo erat admittenda hæc partis concluſio,eſſe hoc committendum Expertis, ſtante viſura loci facta per S.C.ſed maior difficultas fuit inter nos,
18 quia vnus ex Dominis dixit,quòd pro deciſione huius cauſæ aderat *text.* punctualis in *l.penult.C.de ædific.priuat.* vbi habetur, quòd quamuis regulariter ſecundùm leges *Leonis Imperatoris* quilibet poterat fabricare in ſuo ſolo,in altum ſe extollendo,vſq; ad Cœlum, dummodò adſit intermedium
19 ſpatium duodecim pedum,tamen hoc fallit,quando tollitur aſpectus ad mare, quia tunc non poteſt in altum extollere, niſi intrà ſpatium centum pedum,& quia viſum fuit valdè notabile, fuit ſuperſeſſum in deciſione cauſæ,& fuerunt vocatæ partes, vt informarent ſuper dicto articulo, verũ poſt aliquot dies dicebat alius ex Dominis, quò hæc *lex* nunquàm erat obſeruata, & maximè in hac Ciuitate, quæ eſt conſtructa iuxtà littus maris, & penè infinitæ domus erant ædificatæ,tollendo vicinis maris aſpectum, & nunquàm de hoc conquæſti fuerunt,ſed ſemper fuit obſeruata *Conſuetudo* huius Ciuitatis, incip. *Si quis habet*, ſub *tit.de ſeruit.*qua cauetur,vt dilungare
20 ſe debeat per duodecim palmos, & ſic quotieſcunq; aliquis ædificauit cum diſtantia duodecim palmorum, nunquàm fuit prohibitus,quãuis priuaretur aſpectu maritimo.Inſupèr notabatur, quòd *Sebaſtianus Napodanus* inſignis Doctor Neapoli-
21 tanus, qui has *Conſuetudines* commentauit,& omnes alij,qui poſt ipſum ſcripſerũt, qui omnes fuerunt doctiſſimi,& peritiſſimi, vtiq; ſi *Conſuetudo* limitaretur in dicto caſu aſpectus maritimi,tàm elegantem limitationem in Ciuitate Neapolitana,vbi nonnullæ domus habet talem aſpectum, non reliquiſſent.Tertiò dicebatur,hanc *legem* fuiſſe ſcriptam ad Amantium Præfectum Vrbis Conſtantinopolitanæ Græco Idiomate,& in *Codicibus* antiquis talis *lex* non reperitur,vt etiam notat *glo.in l.fin.C.eod. tit.*vbi dùm in *text. in d.l.fin.* fit mentio

de-

Digitized by Google

de *d. lege*, quæ fuit promulgata à *Zenone Imperatore*, dicit *gloſ. Accurſij*, ſed vbi eſt? & ſic certum eſt, quòd tempore *Accurſij* nõ aderat in Volumine *Codicis* inſerta, vndè neceſſariò eſt fatendum, quòd non erat vſu recepta, ad quod adducebatur à ſimili id, quod dicit *Azo in ſumma, in proœmio auth.* ſub *nu.* 8. vbi loquendo de *Conſtitutionibus*, quæ ſunt compilatæ in Volumine *Authenticorum*, dicit, quòd in quibuſdam *Libris* plures ſunt *tituli* in vna Collatione, quàm in alijs, & ſunt etiam multæ *Conſtitutiones* locales extrauagantes, quæ hodiè locum non videntur habere, & nullam afferunt vtilitatem, vndè deſunt in multis *Authenticis*, & ſic dicebat, quòd de ijs *legibus*, quę non reperiuntur inſertæ tempore compilationis, non debet aliqua haberi ratio.

Sed prædictis replicabatur, quòd non
22 erat in conſideratione, quòd nunquàm hęc *lex* in hac Ciuitate fuit practicata, quia neq; ſcimus contrarium, & quamuis in aliquibus locis forſan fuiſſet fabricatum contra formam *text.* prædicti, hoc euenit, quia non fuit oppoſitum, ſicuti nequè in hac cauſa opponebatur à principio, cùmq; nunquàm appareat, fuiſſe cõtra *leg.* prædictã iudicatũ, hodiè ſi opponitur, nõ poteſt recedi à iuris diſpoſitione, & quamuis fuerit dubitatum apud *Iuſtinianum Imperatorem*, ſi hæc *lex* erat intelligenda localis, hoc eſt, reſpectu Vrbis Conſtantinopolitanæ tantùm, tamen in *d. l. fin.* C. *eod. tit. de ædific. priuat.* determinat, obſeruari debere in omnibus Ciuitatibus, Romano Imperio ſubiectis, & ex hoc *Salye. in d. l. fin.* notat, quòd quamuis aliqua *Imperatoris Conſtitutio* iuris communis correctoria ſit directa ad aliquem Pręfectum, ſicuti erat iſta directa ad Amantium Præfectum Vrbis Conſtantinopolitanæ, tamen ſemper intelligitur generalis, niſi
23 de contrario appareat. Neq; prædictis obſtare dicebatur *Conſuetudo* Neapolitana, quia in ea idem diſponitur, quod ius commune, quòd regularitèr ædificium vnum ab altero, ad hoc, nè luminibus afficiatur, debeat diſtare per duodecim palmos, ſicut lex communis loquitur de pedibus, hoc tamen limitatur, quando tollitur aſpectus ad mare, quod, vt dixit *Iuſtinianus in nouella* 60. aliàs 63. regiſtrata in *auth. de nou. oper. nunc. maritim. aſpect.* eſt rerum omniũ gratiſſimum, hìnc eſt, quòd cùm noſtræ *Conſuetudines* non loquantur de hoc caſu, ſunt interpretandæ ſecundùm ius commune, à quo recipiunt interpretationem, adeò vt omnes *leges* loquentes de eadem materia, de qua *Conſuetudines* loquuntur, accomo-
24 dandæ ſunt *Conſuetudini*, quæ in hoc caſu omnes qualitates iuris communis aſſumit, vt ex *Bart.* communitèr recepto, & alijs in *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* & ex *Piſtor. lib.* 2. *quæſt. iur. q.* 20. *par.* 2. *lib.* 2. & ex alijs fundat *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 27. & eſt *text. in l.* 1. §. *fin. ff. ad l. falcid.* & in *cap. ex parte, de verb. ſignif.* nec mirum, ſi per *Addentes* non ſit poſita hæc limitatio, quia hæc *lex* in antiquis *Codicib.* non reperiebatur, quamuis de ea mentionem fecerit *Imperator Iuſtinianus*, nedùm in *d. l. fin.* C. *de ædific. priu.* verùm in *nouella* 165. vbi ampliat hoc dictum, vt nedùm lo-
25 cum habeat, quando per directum tollitur aſpectus maritimus, ſed etiam, quando per obliquum, vt non poſſit ædificari, niſi intermiſſo ſpatio centum pedum, vt notat etiam *gloſ. in d. l. penul. in verbo directus*, vbi *Harmenopolus* ex *Papin. lib.* 3. *quæſt.* extendit
26 hoc etiam ad proſpectum montium, ſic de eadem *lege* mentionem fecit idem *Iuſtin. in d. nouell.* 60. aliàs 63. *in d. tit. in auth. de nou. oper. nunc. maritim. aſpect.* vbi in *gloſ.* marginali habetur, quòd *Iureconſult. Contius* eam inuenit, & traduxit, & in *d. tit.* collocauit, ſic etiam *lex Zenonis* collocata reperitur in nouis *Codicib.* impreſſis Venetijs de anno 1592. poſt *librum feudorum* inter *Conſtitutiones Imperatorum*, & proptereà dicebatur, quòd quamuis tempore *Accurſ.* & aliorum antiquorum Iuriſconſultorum hæc *lex* deſiderabatur; attamen hodiè non poteſt ampliùs de ea dubitari, & licèt dicebatur, quòd hic *liber nouellarum* non erat ità authenticus, vt poſſet adduci ad deciſionem cauſarum, *Roffred. de libell. par.* 6. *tit. de bon. poſſ. contra tabul. quæ datur auo, ſeù proauo, f.* mihi 40. ſub *lit. A.* vbi dicit, quòd *liber nouellarum* authenticus nõ eſt, quem etiam refert *Alber. in rubr. de emend. Iuſti-*
27 *nian. Cod. nu.* 4. vbi ponit quæſtionem, vtrũ *liber nouellarum* ſit iuris ciuilis, & licèt pro parte negatiua adducat *Roffred. in loco* ſuprà alleg. tamen dicit, quòd contrarium tenent *Azo, & Accurſius*, qui multotiès in *gloſ.* ſuis ipſum *librum nouellarum* allegãt, & ſic etiam tenet *Odofred.* in eadem *rubric.* & paſſim omnes alij *Moderni*, licèt hæc quæſtio non intrabat in hac cauſa, poſtquã de dicta *lege Zenonis*, nedùm mentionem faciat *Iuſtin. in dictis nouell.* verùm etiam idem *Iuſtin. in d. l. fin.* C. *de ædif. priu. & nouell.* 60. aliàs 63. eſt inſerta in *vol. authen. in d. tit. de nou. oper. nunc. marit. aſpect.* & hanc *legem* cum *dict. nouellis* ad probandam limitationem prædictam allegat doctiſſimus *Cuiac. in d. l. penul.* & in *d. nouellis*, & *ibidem* etiam *Harmenopolus*, & nouiſſimè hoc idẽ habetur ex *Oſualdo Salligero in addit. ad Donellum enucleatum lib.* 11. *c.* 5. ſub *lit.* G. vbi tradit vnum ſingulare, quòd in hoc caſu, quando tollitur aſpectus maritimus, poterit vicinus intrà dictum ſpatium prohibere,

Digitized by Google

bere; etiam abſq; ſeruitute, limitando *text. in d. altius*, qui quidem maritimus aſpectus fuit conſideratus etiam à *Muta dec. Sicil.* 8. *nu.* 8. licèt *leges* prædictas non adducat, qui dicit, ex his, & alijs oppoſitionibus prohi-
28 bitum fuiſſe nouum ædificium. Diſcuſſo plenè hoc articulo fuit viſum aliquibus ex Dominis, quòd deciſio illius poterat eſſe valdè præiudicialis, ex quo nunquàm fuerat in hac Ciuitate practicatum, & licèt aliqui fuiſſent in voto, eſſe dandum terminum ſimplicitèr in cauſa, firmo remanente mandato iniuncto dicto Hyacinto, vt non fabricaret, ſtãte expreſſa deciſione prædictarum *legum*, attamen maior pars inclinauit, eſſe dandum terminum in cauſa, verùm, quòd dictus Hyacintus poſſet fabricare, vſquè ad primum appartamentum Petri Bruni, cui ex hac deciſione remanebat aſpectus ad mare in ſuperiori appartamento, & alij Cõplatearij non valdè damnificabantur.

Verùm, cùm fuiſſet ab hoc decreto reclamatum, fuit etiam in reclamatione conſideratum, quòd prædictus de Salla emerat domum, vbi ad præſens ædificare intendebat, & ædificium in altum extollere, priuando vicinum dicto proſpectu, lite intèr ipſaſmet partes pendente reſpectu alterius domus collateralis, quam etiam extollere intendebat, priuando dictam domum Petri Bruni, & ſic conſiderabatur, quòd emptio prædicta fuit facta potiùs ad æmulationem pro damnificando vicino, cum quo litem habebat in eadem materia proſpectus. Ex quibus in reclamatione vnus ex Dominis, qui votauerat ad beneficium ædificare volentis, concurrit cum alijs, qui votauerunt pro Complatearijs, & fuit facta paritas, & datis tribus Adiunctis die 1. Martij 1638. fuit confirmatum decretum S.C. quamuis non omnes Adiuncti fuerint eiuſdem voti, vnus enim valdè dubitauit, ſi erat dandus terminus ſimplicitèr, firmo remanente mãdato. Et ſic exequutum fuit, proùt in Banca Plinij Iuuenis pro Sarro Act. Mag.

# OBSERVATIO
## In Deciſione L.

### *SVMMARIVM.*

1 *Aedificare quilibet poteſt in ſuo ſolo, et vſq; ad Cœlum extollere, tàm de iure communi, quàm conſuetudinario Neap. etiam ſi vicino officiat; limita, vt n. 2. cõtrarium deciſum, n. 34.*

3 L. ex quo pace, C. de ædific. priuat. *localis in Vrbe* Conſtantinopolitana, *fuit ampliata in omnibus Romani Imperij Prouincijs, in* l. fin. C. eod. *& quo tempore impreſſa, n.* 5. *&* 6.

4 Leges tituli, C. de ædific. priuat. *tempore primæ impreſſionis erant duodecim, poſteà in ſecunda impreſſione, addita* l. ex quo pace, *quæ eſt* penult. *fuerunt redactæ ad treſdecim, n.* 6.

7 *Princeps faciens mentionem de alia* lege, *quæ in corpore iuris impreſſa non reperitur, vim legis non habet, niſi diſpoſitio relata ſit in totum certa, & ſpecifica.*

8 L. fin. C. de ædific. priuat. *fuit abrogata ſaltèm per viam declarationis ex* Nouella 63. de nou. oper. nunc. *& per* Conſuetud. Neap. *incip.* Si quis habet, de ſeruit. *n.* 10. Nouella 63. de nou. oper. nunciat. *eſt localis in Vrbe* Cõſtantinopolitana, *ibid. et n.* 12.

9 *Lex generalis per ſpecialem abrogatur, idéq; procedit in ſtatutis, in contractibus, in pactis, & ſtipulationibus pretorijs.*

10 Conſuetudo Neap. *incip.* Si quis habet, de ſeruit. *cùm generalitèr loquatur, etiam de proſpectu maris intelligi debet, nu.* 11.

13 L. ex quo pace, & l. fin. C. de ædific. priuat. *non ſunt vſu recepta in Ciuitate Neap. ideòq; non ligant ad illarum obſeruantiã. Leges tunc inſtituuntur, cùm promulgantur, & tunc confirmantur, cùm moribus viuentium approbantur, ibid. Limita, nu.* 15. *&* 16.

14 *Lex ſicut comprobatur per vſum, ità per nõ vſum, & non obſeruantiam tollitur.*

17 *Leges quamplures sũt in corpore iuris ſcriptæ, ſed non vſu receptæ, ideòq; non ſeruantur, & enumerantur, n.* 18. 19. *&* 20.

21 *Non vſus quomodò probetur, & nu.* 22. 23. *&* 24.

23 *Princeps videns, & non contradicens, leges non ſeruari, videtur illas tollere, & n.* 27.

25 *Conſuetudo inducitur ex actis tantùm extraiudicialibus, quamuis res indicata non interuenerit.*

26 *Leges vſu recepta, quæ in detrimentum abierunt per decennium, non habent poſteà vires, de ratione, nu. ſeq.*

28 *Actor non poteſt vti legibus non vſu receptis, vel ſi receptis, per decẽnium ſublatis.*

29 Doctores *de hac materia loquentes declarantur, & elucidantur, & nu.* 31.

30 *Seruitus non inducitur ex licentia data aperiendi feneſtram; ſed tantùm actio perſonalis, quæ hæredem concedentis non obligat ad ſeruitutem.*

32 Deciſio 50. D. Reg. Marchionis Torelli *explicatur.*

35 L. altius, C. de ſeruit. & aqua *limitatur, vbi adeſt æmulatio, ſic etiam* Conſuet. Neap. *incip.* Si quis habet, de ſeruit.

Vni-

Digitized by Google

1 VNicuiq; licet in ſuo ſolo fabrica-
re,ac in altum tollere,vſq; ad Cę-
lum,vt in l.altius, & in l.ædibus,
C.de ſeruit.& aqua, etiam ſi lu-
mina vicini officiat, l.proculus, ff.de damn.
infect. cum ſimil.ſic paritèr de iure Conſue-
tudin.Neap.per Conſuet.incip. Si quis ha-
bet,de ſeruit.vbi Napodan. alijq; Addentes,
2 ea tamen concluſio limitatur,vbi aſpectus
maris vicinæ domus tolleretur, tunc enim,
relicto centum pedum ſpatio, nouum ædi-
ficium conſtrui non prohibetur, ex Zeno-
nis Conſtit.in l.ex quo pace 12.C.de ædific.
3 priuat. quæ etſi localis ſit reſpectu Vrbis
Conſtantinopolitanæ tantùm, vt ex illius
lectura dignoſcitur,attamen per Iuſtinian.
Imperatorem in l.fin.C.eod.tit. fuit decla-
ratum,illā ſeruari in omnibus Romani Im-
perij Prouincijs,prout etiam ſeruādam eſſe
in hac Ciuitate,deciſū teſtatur D.meus hic,
n.28.quę deciſio vti noua,cauſā litigandi in
ſimilibus præbuit,& infraſcripta in cōtrariū
adduci poſsēt pro ędificare volētibus,vltrà
ea,quæ tradidit D.meus à n.8.per tot.n.17.
Primò,nàm d.l.ex quo pace,tempore pri-
4 mæ impreſſionis Codicis non erat impreſſa,
ſed erat incognita, vt notat D. meus ſub
nu.21.quod etiam comprobatur,quando-
quidèm omnes DD.Claſſici antiqui,nume-
rum legum d.titul. C.de ædific. priuat. ad
duodecim,& non vltrà legunt, hinc Angel.
de Peruſ.in d.l.fin.inquit, iſta lex non le-
gitur in Scholis, nec in ea poſſet poni caſus
per diuinationem, confirmat enim Conſti-
tutionem Zenonis,in omnibus Vrbibus Ro-
mani Imperij obtinere debere, quæ localis
erat,& præcipit,obſeruari, præterquàm in
nouatis per Zenonem,quæ autem nouauerit
Zeno,& quæ introduxerit,non habemus,hic
non ſunt alia. Sed poſt nouas impreſſiones
5 Codicis Venetijs ſub anno 1583. & 1592.
Anton Contius Græcæ diſciplinæ curioſus,
d. Zenonis Conſtitut. anteà deperditam, è
Græco in Latinum tranſtulit,& in dicta no-
ua Codicis impreſſione, imprimi curauit,
vt ipſe Contius adnotauit in Nouella Iu-
ſtin.63. de nou.oper. nunciat.marit.aſpect.
6 & ſic nunc numerum treſdecim legum
d.tit. legimus,quocircà ex defectu d.Zeno-
nis Conſtitut.etſi l.fin.illam referens,vim
7 legis ſumere haud poſſe,affirmamus; licèt
enim relatum fiat ab habente poteſtatem
de nouo condendi,quo caſu diſpoſitionem
relatam non eſſe neceſſe,probat Ferret.cōſ.
86.nu.6.lib.1.Aret.conſ.76.col.3. hoc enim
procederet in diſpoſitione in totum certa,
& ſpecifica,ad tradita per Gratian.lib.3.di-
ſcept.forenſ.cap.501.nu.16.& 17.& c.508.
n.31.ad 35.& antè ipſum tradiderunt Surd.
conſ.419.nu.23.in fine,lib.3. ac Rimin. iun.
conſ.42.nu.5.

8 Secundò,nàm d.l.fin. fuit abrogata ſal-
tèm per viam declarationis per eundem
Iuſtin.in d.nouella 63.mandando,Zenonis
Conſtitut. intelligi ſolùm, quòad Vrbem
Conſtantinopolitanam,vt benè intuēti pa-
tebit in verſ.cauſam,quæ, & verſ.ſequitur
autem,& verſ.ex relatione,ſicut contineba-
tur in d.l.ex quo pace, & ſic localis remanet
9 diſpoſitio Zenonis Conſtitut. lex enim ge-
neralis per ſpecialem abrogatur, l.ſed, &
poſteriores, ff.de legib. quod etiam in ſta-
10 tutis procedit, ità per illum text. conſuluit
Alex.conſ.58.num.3.& conſ.122. in princ.
lib.4. ac in contractibus, l.cùm plus, §.lex
dicta, ff.locat. idemq; in pactis,l.pacta no-
uiſſima, C.de pact. & tandèm in prætorijs
ſtipulationibus,l.1.in fin.ff. de prætor. ſti-
pulat. ſicut etiam derogata videtur per d.
Conſuet.Si quis habet, vbi tantummodò
11 ſpatium duodecim palmorùm requiritur,
quæ cùm generalitèr loquatur,debet intel-
ligi etiam de proſpectu maris,vulgatis iuri-
bus,& quòd d.nouella 63.ſit localis in Vrbe
12 Cōſtantinopolitana, teſtatur Iulianus Pa-
tritius Conſtantinopol.in explicat.volumi-
nis trium poſteriorum librorum Codicis,&
Authenticorum,ſeù Nouellarum,cum Scho-
lijs Antonij Contij tom.5.ſub nu.20.f.135.
ibi,hæc conſtitutio localis eſt,&c.quod etiā
confirmat Gothofred ſuper Cod.Iuſtin.im-
preſſo Coloniæ in anno 1615.in notis ad d.
l.fin.lit.G.verſ.vbiq; terrarum,f.618.col.1.
& Io.Leuciarius in ſua ecloga, ſiuè ſinopſi,
quæ Baſilicon iuris nuncupatur,lib.58.cap.
22.fol.491.& nouiſſimè Renatus Choppinus
Aduocatus Pariſienſis de ciuil. Pariſior.
morib.ac inſtit.lib.1.tit.4.de ſeruit.vrban.
præd.nu.12.
Tertiò,quandoquidèm, tàm d.l.ex quo
13 pace,quàm d.l.fin.non ſunt vſu receptæ in
hac Ciuitate Neapol.& proptereà dicendū,
illas nos non ligare ad illarum obſeruan-
tiam;leges enim tunc inſtituuntur,cū pro-
mulgantur,& tunc confirmantur,cū mori-
bus vtentium approbantur, can. priuilegia
3.diſt.Roman.conſ.512.nu.13. & ſicuti lex
14 comprobatur per non vſum;ſic è contra
per non vſum,& non obſeruantiam deficit
legis virtus,gloſ.in c.1. vbi DD.de treugua,
& pace,Alex.conſ.132. col. 1. lib.1. Cephal.
conſ.176.nu.18.& ſeq.lib.1. Menoch.lib.2.
præſumpt.2.Pariſ.conſ.105.lib.4. Rol.conſ.
99.nu.6.lib.2. & non vſus legum operatur
derogationem illarum, Iaſ.in l.de quibus,
ff.de legib.qui nu.33.& 34. de communi
15 teſtatur, eò magis, dùm in corpore iuris in
prima impreſſione Codicis d.l. ex quo pace
non reperiebatur,non cènſetur approbata,
& conſequentèr non obſeruāda, can.ſi Ro-
manorum 21.diſt.l.matriculam,in fin. C.de
agent.in reb.lib.12.Roman.ibid.num.12. Et



Digitized by Google

quamuis poſteà in alia impreſſione *Codicis*
16 deſcripta reperiatur, tamen quia iuri com-
muni diſſona eſt, Iudex ſecundùm eam non
iudicabit, ſed priùs Superiorem conſulet ſu-
per ea, *c. paſtoralis, in fine, de fide inſtrum.*
& ità in ſpecie tenuit *Roman. d. nu.* 13. *verſ.*
17 *ſecundò, quia,* ſic etiam, nàm nonnullæ aliæ
leges in corpore iuris ſcriptæ, quia tamen
vſu receptæ non fuerunt, non ſeruantur.
18 Sicuti dicimus de *l. de creationibus, C. de
Epiſcop. aud.* & de *l. fin. C. de curat. furioſ.*
quæ diſponūt, vt in dando curatore furioſi,
Iudex hoc faciat in præſentia Epiſcopi, &
trium Primatuum, & tamen iudicatū refert
*Bart. conſ.* 144. *lib.* 1. quòd illæ non fuerunt
vſu receptæ, quòad præſentiam Epiſcopi, &
Primatuum, & proindè non ſeruantur.
19 Item *l. fin. C. de iure delib.* iuncta *auth.
ſed cū teſtator, C. ad l. falcid.* requirit, quòd
vltrà teſtes ordinarios adhibeantur loco le-
gatariorum alij tres teſtes probatæ opinio-
nis, locupletes, & diuites; & tamen ex quo
non fuerunt vſu receptæ, dicit *Bart. conſ.*
154. *n.* 11. quòd non ſeruantur.
20 Sic etiam *l. is, qui cum telo, ff. ad l. Cornel.
de ſicar.* cùm non fuerit vſu recepta, nec ſer-
uatur, vt notant *Bart.* & alij *ibi*, & ſic de
infinitis alijs *legibus*, quæ allegari poſſent.
21 Nec tergiuerſari poterit, *d. l. ex quo pace,
& d. l. fin.* non fuiſſe vſu receptas; ſiquidèm
non vſus probatur eo ipſo, quòd allegans
velle obſeruantiam *dict. ll.* non probat illa-
rum vſum, ità *Grauetta conſ.* 1. *&* 298. *n.* 5.
*Caputaq. dec.* 204. *& ſeq. D. Conſil. Arias de
Meſa lib. 2. var. reſol. c.* 18. *n.* 3. ſic etiā, quādo
22 contrarium diſpoſitionis *dict. ll.* fuit obſer-
uatum, *Rimin. iun. conſ.* 34. *num.* 15. *lib.* 1. *&
conſ.* 180. *in fin. lib.* 2. *Alex. conſ.* 196. *nu.* 14.
*& ſeq. lib.* 1. *Gabr. conſ.* 84. *nu.* 6. *lib.* 1. quan-
23 doquidèm in hac Ciuitate Ciues, & habi-
tantes ædificauerunt, tollendo vicino aſpe-
ctum maris, vt patet, nedùm ex ædificijs an-
tiquis, ſed etiam nouis, & per iſtos conti-
nuos actus, ac vſus contrarios diſpoſitioni
*dict. ll.* ſpatio, non decem, ſed innumerabi-
lium annorum, vidente Principe, & non cō-
tradicente, ſed patiente contrarium ſeruari,
quarè videtur, *dict. ll.* tollere, & eſt commu-
nis opinio, de qua *Beuintend. dec.* 13. *nu.* 9.
*& ſeq. Aret. conſ.* 11. *nu.* 4. *&* 5. ſequitur *D.
Arias de Meſa ibid. num.* 4. quem refert *D.
Pratus obſeru.* 13. *nu.* 5. *cent.* 1. hinc ad pro-
24 bandam ſcientiam, & patientiam contra
diſpoſitionē legū ſufficit cōtrarius vſus per
decennium, *Felin. in cap.* 1. *nu.* 6. *verſ. ex no-
ua*, vbi de communi teſtatur opinione, *de
treugua, & pace*, ſequitur *Couar. var. reſol.
lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 6. *verſ.* 5. vbi etiam commu-
nem eſſe opinionem refert, *Alex. conſ.* 6.
*colum.* 1. *verſ. & pro prædicta*, ac *conſ.* 39.
*in princ. lib.* 3. *Aret. d. conſ.* 11. *nu.* 5. *verſ. ſed*
25 *oſtenditur*, cùm abſq; ſententijs, ſed cum
actis extraiudicialibus tantùm conſuetudo
induci poſſit, *Bart.* & alij relati per *Grigor.
Lopez in l.* 5. *tit.* 2. *par.* 1. *gloſ. verb. fueron
dados*, at in hac Ciuitate diſputare de fre-
quentia actuum, inutile videtur, dum ex
oculari inſpectione illam habemus.
26 Immò etiam ſi *dict. ll.* vſu receptæ fuiſ-
ſent, & per decennium in deſuetudinem
abijſſent, ad præſens non habent vires, ità
*Socin. iun. conſ.* 32. *nu.* 15. *&* 16. *lib* 3. *Aret.*
27 *conſ.* 154. quia cenſetur, Principem contra-
uentioni acquieſcere, & abrogare, *Bart. in
l. ſi publicanus, ff. de public.* ideòq; actor
28 non poteſt vti legibus non vſu receptis,
vel receptis, & per decennium ſublatis, *Ce-
phal. conſ.* 136. *n.* 18. *& ſeq.*
Ex quibus ſatis patet, fuiſſe reſponſum *d.
l. ex quo pace, & d. l. fin.* ac *nouell.* 63. cum
qua concordat *nouell.* 65. in cōtrarium per
29 D. meum adductis, & licèt *Harmenopol. in
prompt. iur. ciuil. lib.* 2. *tit.* 4. *§.* 59. *de proſpe-
ctu, f.* 163. de *d. Zenonis Conſtit.* meminiſſe
videatur, tamen in §. 60. de maris proſpectu
quaſi in deriſum refert, *maris proſpectum*,
inquiens, *quòd ſi his proſpectibus ſtemus, et
acquieſcamus, nulla certa domus, pagus, aut
Vrbs condi, excogitariuè queat*, ſic etiam
Cuiac. *in d. l. ex quo pace*, & in *dict. nouell.*
63. *&* 65. loquitur ſecundùm *d. l. ex quo pa-
ce*, quam abrogatam eſſe ſuprà demonſtra-
uimus ex *dict. nouell.* ac etiam per deſuetu-
dinem in toto Orbe, de quibus *Cuiac.* ver-
bum nullum, vel ſaltèm eſt localis, ex tradi-
tis ſuprà *nu.* 3. 8. *&* 12. Nec paritèr *Oſuald.
Salliger. ad* Donell. *enucleat. lib.* 11. *cap.* 5.
ſub *lit.* G. obſtat, non enim de maris proſpe-
ctu, & de centum pedum ſpatio relicto lo-
quitur; ſed ſimplicitèr in materia ſeruitu-
tis vrbanorum prædiorum, ſecundùm iura
de ſeruitutibus loquentia, legatur quæſo, &
de dictis per *Mutam dec.* 8. *n.* 7. non eſt ha-
benda ratio, quamuis enim loquatur de
proſpectu maris, nihilominùs ad proban-
dum eius dictum allegat *ſemetipſum in
cap.* 116. *Sicil. nu.* 108. *tom.* 2. vbi nec de ma-
re, nec de eius proſpectu, verbum vllum le-
gimus, tractat tantummodò materiam *Lal-
tius*, C. *de ſeruit. & aqua*, citat paritèr *Be-
roum conſ.* 124. *nu.* 13. vbi agitur, quòd ex
30 ex licentia aperiendi feneſtram non dici-
tur inducta ſeruitus, ſed actio perſonalis, &
proindè, hæredem concedentis non teneri
31 ad ſeruitutem, & ſic nihil de proſpectu ma-
ris adducitur, proùt nec etiam *Cepolla de
ſeruit. proſpect. cap.* 34. verba facit de pro-
ſpectu maris, ſed *ibi* agitur, quomodò ſer-
uitutes proſpectus, & luminū differant, & in
terminis conſtitutæ ſeruitutis.
32 Et ſic obſtare minimè videtur deciſio,
quam refert D. meus *d. nu.* 28. quæ non ali-
tèr

Digitized by Google

tèr fundatur ex iuribus *d.l.ex quo pace, & l.fin.*ſed tantùm ex æmulatione, ibi, *& ſic conſiderabatur, quòd emptio prædicta fuit facta potiùs ad æmulationem pro damnificando vicino, cum quo litem habebat in eadem materia proſpectus,* ex qua æmulatione
33 limitatur diſpoſitio *d.l.altius,* vt probatur in *l.opus nouum, ff.de oper. publ. Theſaur. dec.*16.*n.*10.cum alijs allegatis per D.meũ *n.*5.ac etiam *d.Conſuet.Si quis habet*, nàm ceſſant, exiſtente æmulatione, ideòq; ſubdit D.meus, quòd vnus ex Dominis, qui primo loco votauerat pro ædificare volente, in reclamatione concurrit cum alijs, qui pro Complatearijs votauerant, & ſic fuiſſe in paritate votorum DD. Conſiliarios in reclamatione, ad quam paritatem dirimendam datis tribus adiunctis, duo tantùm ex eis concurrerunt pro confirmatione decreti S.C.& ſic per vnum votum obtinuerunt Complatearij, vt refert D.meus *d.nu.*28. *in fine*, & ſic negari haud poteſt, articulum ſaltèm eſſe ſatis dubium pro vtraq; parte.
34 Verùmtamen, cùm iterùm de illo diſputari contigiſſet in dicto S.C. eò, quòd cùm ædificare cœpiſſet Lelius Balduinus in eius domo, fuit inſtatum per Monaſterium Ieſus Mariæ Ordinis Prædicatorum inhiberi, ex quo aſpectus maritimus tollebatur per aſpectũ collateralem; nihilominùs per S.C. ✱ facto acceſſu ſuper loco, ad relationem *D. Io.Baptiſtæ Iouini* Reg.Conſil.ac mei Domini fuit iudicatum, licere dicto Lelio fabricare de anno 1649. in Banca Cioffi. Et iterùm cùm ædificaſſet D.Maria de la Cerda in eius ſolo in Regione Echiæ, vbi dicitur, *à Pizzofalcone*, fuit ei inhibitum per D. Conſiliar. *De Conſtantio* ad inſtantiam D.Principiſſæ Marani, ſub prætextu, quòd ex dicto nouo ædificio tollebatur aſpectus ad mare, quem ſemper habuit ex eius domo, in eadem Regione exiſtente, & facto acceſſu per S.C.ſuper loco prædicto, patrocinante pro dicta D.Maria perſpicaciſſimo, ac variarum literarũ eruditiſſimo *D. Aloyſio Capacio*, poſteà Reg. Cõſil. meritiſſimo, cauſa non fuit vſq; adhùc deciſa, ſed ex prædictis veritas articuli haberi poterit.

M.*A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Legatum duplicatũ an, & quando eidem debeatur, ad explicationem *tex.in l.cùm cẽtum, ff.de adim. legat. & l.planè, §. ſed ſi non corpus, ff.de legat.* 1.

## SVMMARIVM.

1 *Quantitas bis legata quando ſemel debeatur, & nu.*7.
2 *Et quid ſi vna quantitas in teſtamento eſſet legata, & altera in codicillis.*
3 *Legatum à patre filiæ factum, cum dote cõpenſatur, maximè, vbi in teſtamento non erat quantitas legata congruens doti reſpectu patrimonij teſtatoris.*
4 *Legatũ ex quãtitate patrimonij moderatur.*
5 *Teſtator, hæredem duplici præſtatione legati grauare voluiſſe non præſumitur, etiam concurrente fauore ſanguinis, & filiationis.*
6 Text.in l.cùm centum, ff.de adim. legat.& l.planè, §.ſed ſi non corpus, ff.de legat.1. *explicantur, & n.*7.
8 *Legatum vtrumquè debetur, vbi pater ducentum filiæ pro dote reliqueret, & centum in caſu, quo filius maſculus decederet, etiam ſi vtraq; diſpoſitio titulo inſtitutionis facta ſit.*
8 *Legatum vtrumq; debetur, vbi ex diuerſis perſonis eſſet præſtandum.*
10 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio LI.

IN teſtamento qu. Martucci de Martuccio de Ciuitate Auerſæ aderat inſtitutio trium eius filiorum maſculorum, cum ſubſtitutióne inter eos ad inuicem, & aderat etiam legatum ad beneficium trium fœminarum, his verbis, *Item detto Magnifico teſtatore dice hauer tre figlie femine, nominate Geronima, Caſſandra, e Beatrice, vole, che ſiano date per dote à ciaſchedunna di eſſa ducati ottocento à tempo del lor maritaggio, quali ce li laſcia eſſo teſtatore per raggione, ò cauſa de loro dote*, voluit etiam, vt nuptui traderentur tempore, quo eſſent annorum 18.ſeù 20. & non maioris ætatis, & quòd in caſu mortis prædictorum eius filiorum maſculorum, abſq; filijs legitimis, & naturalibus ſuccederet Venerabile Monaſterium Monialium Diui Hieronymi dictæ Ciuitatis, & filijs fœminis ſoluerentur ducat. mille, his verbis, *Item vole, che quando tutti li figli maſcoli moriſſero ſenza figli legitimi, & naturali, et le femine campaſſero, dette figliole debbiano hauer docati mille per vna, et lo reſto vole ſia del detto Monaſterio di S.Geronimo in caſo predetto, & in tal caſo detto Monaſterio lo laſcia herede*, cùmq; poſt multos annos eſſet nuptui tradita Beatrix ab eius fratribus, tempore, quo nedùm exceſſerat vigeſimum, ſed trigeſimum ætatis annum, eiq; dediſſent pro dote ducatos mille, &

quingentum, & demùm mortuis omnibus
maſculis abſq; filijs, & ſic facto caſu,in quo
Monaſterium fuit vocatum,adepta poſſeſ-
ſione hæreditatis, egit Beatrix contra Mo-
naſterium pro ſolutione duc.mille,replica-
batur pro parte Monaſterij, non eſſe, niſi
vnicum legatum,& proindè ſtante ſolutio-
ne duc.mille,& quingentum,vel habuiſſe
totum legatum,vel ſaltim negari non pote-
rat,habuiſſe duc.octingentum,in ſolutione
enim duc.1500.fuit habita ratio,quòd non
in 20.ſed in 30.ætatis anno fuit nupta,& ſic
ad præſens prætendebat, non deberi dictæ
Beatrici,niſi duc.ducentum ad complemē-
tum duc.mille,ex diſpoſitione *tex.in l.cùm*
*centum 9.ff.de adim.leg.*vbi quando in eo-
1 dem teſtamēto bis quantitas etiam diuer-
ſa legatur,niſi conſtet de contraria teſtato-
ris voluntate,quando eſt pro eadem cauſa,
ſemel tantùm debetur, quod melius pro-
bat *ibi gloſ.in verbo tantùm deberi,* vbi di-
2 cit,quando legata ſunt in eodem teſtamen-
to facta,ſeù in Codicillis,ſemel tantùm , &
vltima quantitas debetur,quod etiam pro-
bat *Ludou.Molina de iuſt. & iur.tract.*1.
*diſp.*201.*verſ.quando bis*,& melior eſt *tex.*
*in l.planè,la prima,§.ſed ſi non corpus*,vbi
*gloſ.& §.ſed ſi pondus, ff.de legat.*1.vbi re-
gulariter habetur , quòd quando eadem
quantitas,vel res in indiuiduo vni,& eidem
legata fuit in eodem teſtamento,ſemel tan-
tùm debetur,quod quoq; probat *l.*45. *tit.*
9.*par.*6.vbi *Gregor.Lopez*, quæ *lex* Hiſpa-
norum concordat cum *text.in l.quingen-*
*ta, ff.de probat.*

Dicebatur, inquam,pro parte Monaſte-
rij,quòd in caſu noſtro,nedùm non conſta-
bat de voluntate teſtatoris multiplicandi
legata;verùm de contraria,tùm quia,facta
ad inuicem maſculis ſubſtitutione , noluit
eam facere fœminis reſpectu legati ducat.
800.tùm etiam,quia legatum continet ean-
dem cauſam dotis, quæ quamuis non ſit
expreſſa in vltimo legato , tamen ſic debet
de iure intelligi,dùm enim pater legat filię,
3 intelligitur animo compenſandi cum do-
te,quia hoc eſt debitum neceſſarium , *l.ſi*
*cùm dotem,§.ſi pater, ff.ſolut. matrimon.*
*Gabr.conſ.*59.*lib.*2. *Mantic.de coniect.vlt.*
*volunt.lib.*10.*tit.*2.*nu.*5.tantò magis,quia
tempore teſtamenti non erant nuptæ,*Bar.*
*in l.Titio centum,§.Titio genero, nu.*9.*ff.de*
*condit.& demonſtr. Ruin.conſ.*224.*nu.*10.
*lib.*1.*Mantic.d.tit.*2.*lib.*10.& eadem quan-
titas legata congruit doti reſpectu patri-
monij teſtatoris, *l.vtrum, ff.de donat.inter*
*vir.& vxor.l.ſi ſeruus plurium,§.vlt. ff.de*
*leg.*1. Dicebatur etiam, quòd ſi aliter eſſet
intelligendum teſtamentum , & legatum
multiplicandum,ſubſtitutio facta Monaſte-
rio euaneſceret, cùm caſu, quo omnes tres
filiæ viuerent , ſoluere debuiſſet ducat. tria
mille,& hæreditas non eſſet capax, quæ in-
ſpectio ſufficit ad moderandum legatum,
*l.quidam in teſtamento* 30.*ff.de legat.*2.
4 legatum enim moderatur ex quantitate
patrimonij,*l.quæſitum,§.ſed & ipſe Papi-*
*nianus, ff.de fund.inſtruct.Bart.in l.*1.*nu.*
14.*ff.de legat.*2.neq; præſumendum eſt, te-
5 ſtatorem voluiſſe grauare hæredem dupli-
ci præſtatione legati, etiam concurrente
fauore ſanguinis,& filiationis,*l.huiuſmodi,*
*§.cùm pater*,vbi *Iaſ.nu.*7.*ff.de legat.*1.*l.*2.
*§.vltim.ff.de priuil.dot.l.Titia , § qui in*
*vita, ff.de leg.*2.

Pro parte tamen Beatricis Martuccio re-
6 plicabatur,quòd diſpoſitio *text.in d.l.cùm*
*centum, ff.de adim.legat.*& in *l.planè,la pri-*
*ma,§.ſed ſi non corpus, ff.de leg.*1. & alia
allegata,loquuntur,quando eadem ſumma
fuit legata,& ſic intelligunt iura prædicta
*Bart.in d.l.cùm centum*, & probatur ex *d.l.*
*planè*,ibi,*ſed quantitas eadem*,vbi *Iaſ.n.*11.
*verſ.*2.*limita*,& de communi *ibidem* teſta-
tur *Zaſ. Menoch.de præſumpt.lib.*4.*præ-*
*ſumpt.*128.*& de arbitr.iudic.lib.*2.*cent.*3.
*caſu* 213.*Gomez.var.reſol.cap.*12.*num.*38.
*Mart.de ſucceſſ.legal.par.*4.*quæſt.*18.*art.*1.
*nu.*113.ſed in caſu noſtro primum legatum
fuit duc.octingentum,ſecundum verò duc.
mille,& ſic quantitates erant diuerſæ. Se-
cundò,prædicta diſpoſitio locum non ha-
7 bet,quando legata relinquuntur in diuer-
ſis caſibus,ac diuerſis temporibus,proùt in
caſu noſtro,in quo prędictum legatum duc.
octingentum fuit relictum ſimpliciter tem-
pore matrimonij,ſecundum verò duc. mil-
le,in caſu,quo omnes maſculi decederent,
abſq; filijs legitimis,& naturalibus , vt pro-
bat *Anton.Gomez.d.c.*12.*var.reſolut. Bald.*
*conſ.*349.*nu.*2.*lib.*4.& meliùs *conſ.*140.per
tot. *lib.*5. vbi in terminis conſuluit , quòd
8 in caſu,quo pater reliquerat filiæ duc.200.
pro eius dote,& centum in caſu, quo filius
maſculus decederet, quòd vtrumq; lega-
tum debeatur,quamuis vtraq; diſpoſitio ſit
facta titulo inſtitutionis, quod etiam affir-
mat *Zabarell.conſ.*51.*in* 4.*dub.Vaſquez de*
*ſucceſſ.progreſſ.lib.*3.*§.*21.*nu.*10. cum plur.
*ſeqq.tom.*2.Tertiò fuit conſideratum,quòd
quantitates prædictæ erant ſoluendæ à di-
uerſis perſonis, nempè duc.800. ab eius fi-
lijs,& hæredibus inſtitutis,duc.mille à Mo-
naſterio in caſu euenientis conditionis,
quòd maſculi decederent abſq; filijs legi-
timis,& naturalibus,& ſic ſuccedit iuris di-
9 ſpoſitio, quòd quando à diuerſis perſonis
debet ſolui legatum,tunc vtrumq; debetur,
ex diſpoſitione *text.in l.ſi pluribus, §.fin.*
*ff.de legat.*1.*l.ſeruo alieno, §.ſi quis à pri-*
*mo, ff.eod.*vbi etiam *Doctores,Mantic.de*
*coniect.vlt.volunt.lib.*9.*tit.*3.*n.*30.*Vaſqu.*



Digitized by Google

in loco ſuprà cit. *Speculat. in tit.de teſtam.* §.1.*nu.*12.vbi *Io.Andr. Cardin.Tuſch.* qui alios cumulat in *verbo legatum*, *concl.* 76. *nu.*33.*Ioſeph Ludouic.concluſ.*24.*commun. concluſ.verſ.Declara nonò*,vbi omnia prædicta confirmat poſt *Gomez. ibidem*, *Michael.Craſſ.recept.ſent.* §.*legatum,q.*60.& *Menoch.de arbitr.caſu* 213.vbi *num.*25.id Iudicis arbitrio relinquit. Quamobrem in
10 caſu prædicto iudicauimus in S.C.vtrumquè deberi legatum,quia habitum fuit pro vero,quòd pater, qui totam hæreditatem in caſu mortis eius filiorum reliquit Monaſterio, voluit, dicto caſu fœminis ſolui alios ducat.mille,vltrà octingentum, & cōdemnauimus Monaſterium ad ſolutionem duc.mille,ex cauſis tamen diſcuſſis,abſquè intereſſe;pendet reclamatio reſpectu intereſſe,in Banca de Spera.

# OBSERVATIO
## In Deciſione LI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum diuerſarum quantitatum in duabus orationibus factum, vtrumq; debetur, quid ſi legata ſint facta in diuerſis ſcripturis, num.*2. *affirmatiuè deciſum adducitur, n.*3. & 4.

5 *Legatum quando cenſeatur factum animo compenſandi cum alio legato, vel debito voluntario, & n.*6. *ac* 8.

7 *Summa minor ineſt in maiori.*

8 *Debitor voluntarius legans, vel donans filio ſui creditoris, non cenſetur legaſſe, vel donaſſe animo compenſandi, quamuis pater ſit vſufructuarius bonorum filio legatorum.*

1 PRobat D.meus *hic,nu.*6. cum tribus *ſeqq.* legatum factum diuerſarum quantitatum in duabus orationibus,vtrumq; deberi,ac ità per S.C. in facti contingentia deciſum refert *nu.*10. quam concluſionem etiam probat *Purpurat.conſ.*142.*nu.*3.*vol.*2.& nouiſſimè *Linglois dec.*32.*q.*2.*per tot.* idquè tantò magis
2 procedit,ſi legata ſint facta in diuerſis ſcripturis,& in vna non fit mentio de altera,vt in ſpecie conſiderat *Alex. in l.ſi pluribus*, §.*ſi eadem,nu.*3. *ff.de legat.*1. ſecùs ſi de alia mentionem feciſſet, quia videtur voluiſſe corrigere, argum. *l.*1.§.*in nouiſſimo*, *C.de caduc.toll.*

3 Hinc,cùm Liuia de Ariano petijſſet à Ioſepho de Ancora ducat. 500. ei legatos per Horatium de Ancora eius virum, ac alios ducat.600.eidem per illum donatos virtute inſtrumenti donationis, mediante laudo prolato per doctiſſimos Aduocatos *D. Carolum Fœnicem*, & *Scipionem*
* *Garganum* de menſe Iulij 1586.fuit condēnatus dictus Ioſeph hæres prædicti Horatij ad ſoluendum vtramq; quantitatem, in Banca Iubeni,nunc de Fuſco,patrocinante pro dicta Liuia D. *Io. Vincentio Caualerio*, vt in *conſ.*70.*n.*5.*vol.*1.manuſcript. vbi ſub *nu.*1.inter alios *DD.* adductos citat *Crauett.conſ.*282. à *nu.*1. ad 7. qui decem potiſſimùm argumentis hanc opinionem corroborat.

4 Sic paritèr deciſum reperio per D.Con-
* ſiliat.*Riccardum* de anno 1612. in Banca Chiaieſe,nàm cùm Io. Baptiſta Ametranus in eius teſtamēto legaſſet,dari per Gubernatores Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis ſingulis annis Matthæo, Petro, & Aſcanio de Thoro eius nepotibus,ac ipſorum primogenitis ducatum vnum cum candela mediæ libræ,& deindè in codicillis voluiſſet,dari candelam vnius libræ,fuit iudicatum, vtramq; candelam deberi, vt habeo ex *Codice* manuſcript. D.Conſil. *De Morra,in verb.legatum duplicatum.*

5 Sed ſi quis debeat alteri ann.ducat. decem, eoſq; ei leget in teſtamento, in quo deindè eidem leget annuos ducat. triginta, an vtrumq; legatum debeatur, an verò primum legatum ann.duc.10. cenſeatur compenſatum cum dicto legato ann.duc.30. & negatiuam ſententiam, vt compenſatum non cenſeatur, tenet *Couarr.in cap.officij, nu.*2.*verſ.eſt igitur,extrà de teſtam.* eamq; ſequuti ſunt *Vrſill. ad Affl.dec.*44. *num.*13. *Menoch.præſumpt.*110.*n.*6. *lib.*4. quia non compenſatur cum debito voluntario, *l.creditorem, ff.de leg.*2.*D.Præſ.Merlin.* qui ab hac vita migrauit de menſe Septembris 1650.*cent.*2.*controu.forenſ.cap.*44.ſub *nu.* 1.vbi latè per tot.agit,quando legatum cēſeatur factum animo compenſandi cū debito voluntario,vel neceſſario,de quo articulo agit etiam *D.Ciarlin. cap.*189. *lib.*2. *controu.for.*& *D.Andreol.controu.*247.*nu.* 1.*lib.*3.ſed pro deciſione huius articuli videas *Menoch.ibid.nu.*8. vbi per tot. *nu.* 28.
6 refert quatuordecim coniecturas, ex quibus præſumitur animus non compenſandi,& à *nu.*29.per 54. tradit decem, & octo coniecturas contrarias, ex quibus dignoſcitur animus compenſandi,& inter ipſas illa eſt,quam adducit *nu.*32. vbi quantitas le-
7 gata eſt maioris quantitatis debito, tunc enim in maiori ſumma ineſt minor, *l.*1.§.*ſi ſtipulanti, ff.de verb. oblig.at.* ſed contrarium tenet *Alciat.reſp.*498.*n.*5. *verſ.maximè*,*D.Ciarlin.d.c.*189.*n.*48.

Et

Digitized by Google

Et debitor voluntarius donans,vel legãs
8 filio ſui creditoris, non cenſetur donare, vel legare animo compenſandi,*D. Andreol. d.controu.247.nu.*8.etiam ſi pater creditor eſſet vſufructuarius bonorum filijs relictorum,vt bene probat *n.9.* *M.A.Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Alimenta vxori relicta,cum cõditione habitandi cum filijs, an, & quando illis præmortuis debeantur,ad explicationem *text.in l. Seio, ff.de alim. legat. & l.1. C.de legat.*

### SVMMARIVM.

1 *Alimenta vxori relicta, vt cum filijs habitaret, non debentur, ſi conditio non adimpleatur.*

2 *Vxori tunc alimenta debentur præmortuis filijs,vbi cum eis incæperit habitare.*

3 *Alimenta vxori relicta, cum conditione cohabitandi cum filijs, an,& quando illis præmortuis debeantur, recenſentur nonnulla diſtinctiones.*

4 *Legatum alimentorum vxori relictum,cum conditione cohabitandi cum filijs, an fauore filiorum,vel ipſius vxoris factum eſſe cenſeatur, recenſentur nonnulla opiniones, & n.6.*

5 *Teſtator, ſi legãdo vxori veſtes,& aurum, dixerit,*quòd animus eius eſſet relinquẽdi multò plus,& eam honorandi de maiori quantitate,ſi facultates eſſent magis amplæ, *& cum alijs ſimilibus, an ex hoc argui poſſit, legatum alimentorum vxori relictum, cum conditione cohabitandi cum filijs, eſſe factum fauore vxoris, & non filiorum.*

7 *Deciſio cauſa adducitur.*

# Deciſio LII.

ANgelus Saccocius filijs hæredibus inſtitutis legauerat Hieronymæ Fraſconæ eius vxori veſtes,& aurum,& omnia alia pro eius ſeruitio facta, tempore, quo eam nuptui accepit,adiectis verbis,*quòd habuiſſet animum plus relinquendi, ſi maiores poſſediſſet facultates,*deindè ſubdit, *& volendo reſtare in mia caſa con li miei figli, ſia ſpeſata, e trattata come padrona,*decedẽtibus autem filijs hæredibus inſtitutis ſubſtituit Nicolaum Frãciſcum Saccocium eius fratrem,& ſucceſſiuè Olimpiam eius neptem, factus eſt caſus,quòd omnes filij in vita teſtatoris prædeceſſerunt,& facto caſu ſubſtitutionis, petijt Hieronyma Fraſcona,ſibi deberi alimenta, quamuis in domo cum filijs non habitauerit,ex eo,quòd ſtante eorum mor-
1 te,per ipſam non ſtetit.Dicebatur pro parte Olimpiæ hæredis,non eſſe locum petitis, quia alimenta non debentur, niſi conditio cum filijs habitandi adimpleatur, *l.ſed ſi, ff.de verb.obligat.Surd.de aliment.tit.5.q.4. in princ.* nec dicatur, quòd ſi omnes filij moriantur,legatarius conſequatur alimenta extrà domum,quia per eum non ſtat,*l.1. C.de legat.*vbi omnes *DD.Bart.in l. illis libertis, ff.de condit. & demonſtrat.* quia eſt
2 intelligendum,quando mater cępit habitare cum filijs,& ſic paruit conditioni,quibus tamen decedentibus, non per hoc adimitur legatum, quia faciliùs conſeruatur,ſiuè continuatur legatum, poſtquàm conditio impleri cęperit, licèt illa poſtmodùm deficiat, ſecùs verò, vbi nunquàm conditioni parere cęptum ſit, quæ diſtinctio probatur ex *l.Seio,& ibi gloſ.in verbo viuentis, ff.de ann.legat.* vbi habetur,quòd legatum debetur pro parte hæreditaria viuentis filiæ, dat rationem *gloſ.*quòd non debetur præmortuis filijs,quia in eorum perſona conditio caſu fortuito deficiebat, quod etiam ſequitur *Ruin.conſ.*42.ſub *nu.20.vol.2.*vbi dicit,quòd legatum alimentorum inchoatum viuentibus filijs,eorum fauore conſeruatur,ſic intelligendo *text.in d.l.1.C.de legat.* quam diſtinctionem approbat etiam *Surd.de alim.d.tit.*5.*q.*4. vidẽdus eſt etiam *Fulgoſ.in l.1.C.de inſtit. & ſubſtit.num.6. verſ.in ea,*ibi,*alimentorum,*vbi dicit,*poteſt pleniùs reſponderi,quòd ibi conditio non deficit caſu,quia eſt intelligendum,ſi Titius fuerit moratus cum matre,quãdiù viuebat mater, vndè conditio morandi non deficiebat,ſed implebatur.*

Ex aduerſo tamen dicebatur,quòd prædicta procedere poſſunt, quando legatum
3 cohabitandi eſt factum gratia illorum,cum quibus morandum eſt, & in iſtis terminis loquitur *tex.in d.l.Seio,& ibi gloſ. ff.de ann. legat.*vbi Caio ſuo amico legauit,ſi voluerit vacare negotijs hæredis,ſicut ſuis vacare ſolebat, & reliquit annuos ſenos aureos,& habitationem,qua vtebatur in vita teſtatoris,& ſic legatum erat recompenſatiuum laboris, & ideò mortuis filijs legatum non debetur,dat *text.*rationem,quia labor, & pecũnia diuiſionem recipiunt,& in iſtis terminis loquuntur *Ruin.* & alij ſuprà citati, ſecus autem eſt, quando legatum ſimpliciter fuit factum,donec habitauerit, vel voluerit

Digitized by Google

lverit habitare, quia tunc ſufficit, vt per legatarium non ſtet, ità probat *text. in l. Caio Seio, §. Imperator, ff. de alim. & cib. legat.* & eſt etiam *text. in l. Stichus* 20. *§. fin. ff. eod. tit.* & in *d. l. illis libertis* 83. *ff. de cond. & demonſtr.* & quamuis in illo caſu liberti cœperint habitare antè mortem, tamen ratio, quæ traditur, eſt, quia per eos non ſtetit, quominùs morarentur, mortuo filio teſtatoris defeciſſe non videri, & optimè etiam probatur ex *text. in d. l. 1. C. de legat.* vbi *gloſ.* pro concordantia iurium, quæ in contrarium allegantur diſtinguit, quando legatum eſt factum fauore legatarij, an verò eorum, cum quibus habitare iuſſit teſtator.

Et ſic punctus eſt, videre, nùm fauore
4 legatarij, vel hæredum ſit factum legatum, & quòd ſit factum fauore legatarij, multa concurrebant in hoc caſu. Primò, quia conditio, ſiuè modus habitandi erat in voluntate ipſius vxoris, *e volendo reſtare in mia caſa con li miei figli, ſia ſpeſata, e trattata come padrona*, quod verbum, *ſi voluerit habitare*, probat, fuiſſe factum fauore legatarij, ſecùs tamen, quando imponitur neceſſitas habitandi, *Socin. ſen. conſ.* 70. *num.* 2. *in fin. vol.* 1. *Surd. de alimen. d. tit.* 5. *q.* 4. *nu.* 16. *Dec. conſ.* 601. vbi plenè de materia, *Io. Baptiſt. à Sancto Seuerino* inter *conſ. Socin. conſ.* 69. *num.* 7. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 123. *n.* 14. *Peregrin. de fideicomm. art.* 16. *nu.* 123. & ſub *n.* 145. *Ruin. d. conſ.* 42. *nu.* 10. plenè etiam per *Menoch. conſ.* 146. *vol.* 2. *Cephal. conſ.* 429. *n.* 114. cum *ſeq. lib.* 3. vbi contrarijs ſatisfaciunt.

Secundò conſiderabantur illa verba, vbi legando ei veſtes, & aurum, dicit, *quòd animus eſſet relinquendi multò plus, & eam*
5 *honorandi de maiori quantitate, ſi facultates eius eſſent magis amplæ*, & ideò rogat eam, vt patientiam habeat, ſi ei maiora legata non feciſſet, ex quibus colligitur, quòd maximo amore eam proſequebatur, & ſic legatum alimentorum, fauore legatarij, & non hæredum fuiſſe factum, probatur, ità *Menoch. d. conſ.* 146. *num.* 10. *& Cephal. d. conſ.* 429. *num.* 106. *vol.* 3. vbi hoc arguunt ex eo, quòd teſtator vocauit vxorem eius dilectiſſimam, & antè eos *Dec. d. conſ.* 601. *nu.* 4. *verſ. vndè tertius, & Socin. d. conſ.* 70. *nu.* 3. *vol.* 1.

Et quamuis legatum non eſſet factum fauore ipſius legatariæ, attamen negari non
6 poteſt, quòd dicatur caſus mixtus, tàm fauore legatarij, quàm hæredis, eſt *text. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg.* 3. *Peregrin. d. art.* 16. *nu.* 149. & hoc caſu, etiam conditione deficiente legatum deberi, dixit *Dec. d. conſ.* 601. *num.* 4. *Surd. d. q.* 4. *tit.* 5. *nu.* 16. *Menoch. d. conſ.* 146. *nu.* 45. *&* 30. *& de præſumpt. præſumpt.* 123. *lib.* 4. *in fin.* vbi dicit, quòd præponderatur fauor legatarij, nè legatum extinguatur, & tandem in dubio ſemper iudicandum eſt, fuiſſe factum fauore legatarij, vt ex ſententia *Corn. Caccialup. & Dec.* fundauit *Menoch. d. conſ.* 146. *n.* 9. & in *d. præſumpt.* 123. *in princ.* vbi etiam allegat *Imol. in d. l. illis libertis*, *in fin. ff. de condit. & demonſtr. gloſ. & Doctor. in d. l.* 1. *C. de legat. Cephal. d. conſ.* 429. *n.* 109. *vol.* 3.
7 Quarè diſcuſſo articulo prædicto, S. C. admiſit opinionem, legatum deberi, habuit enim pro vero, legatum fuiſſe relictum fauore ipſius vxoris legatariæ, verùm quia in domo morando cum filijs, cum minori impenſa fieri poterat, quàm extrà domum, ideò fuit dictum, iuxtà liquidationem faciendam per S. C. die 15. Maij 1635. in Bãca de Ferrarijs, nec vlla fuit habita ratio, quòd non erat inceptum habitare, ſtante, quòd filij præmortui erant, nàm *Menoch. in d. conſ.* 146. adducit argumentum prædictum pro maiori corroboratione prędictorum, tota enim quæſtio dependet à fauore cuius fuerat factum legatum, ſi enim fauore legatarij, tunc legatum ſemper debetur, per ſupradicta.

---

# OBSERVATIO In Deciſione LII.

## SVMMARIVM.

1 *Alimenta per virum relicta vxori habitare volenti cum filijs, debentur, etiam ſi vxor non cohabitauerit cum illis, quia erant præmortui eorum patri, & num.* 5. 6. *de ratione, nu.* 3.

2 *Verbum*, volendo, *denotat voluntatis arbitrium.*

3 *Legatum habitandi quando cenſeatur factum fauore legatarij, & importet neceſſitatem, n.* 4 *et ſi fuerit mixtum interpretatur fauore legatarij, n.* 6.

6 *Fauor legatarij præponderatur fauori hæredis.*

7 *Pupillus regularitèr educari debet apud matrem, limita, vbi mater contraxit ſecundas nuptias, nu.* 8. *intellige, vt nu.* 9. *& deciſiones adducuntur, n.* 10. *&* 11.

11 *Educatio pupillorũ eſt Iudici arbitraria. Arbitrium educationis debet eſſe regulatum, ibid.*

13 *Pater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur educatione filiarum, quæ eo caſu educari debent in Conſeruatorio, vel Monaſterio.*

Con-

Digitized by Google

1 Concludit, ac deciſũ refert D. meus *nu.* 7. deberi alimenta relicta per virum vxori, habitare volenti in domo ipſius teſtatoris cum communibus filijs, quamuis cum illis mater nõ cohabitauerit, eò, quòd erat patri præmortui, ad cuius deciſionis comprobationem
2 dicimus, quòd verbum illud, *volendo*, in legato appoſitum, de quo D. meus antè *nu.* 1. & ſub *nu.* 4. voluntatis arbitrium denotat, ad *text. in l. cùm quidam, ff. de legat.* 2. ità in puncto tradit *D. Praſ. Merlin.* qui alia iura, & *DD.* citat *c.* 40. *nu.* 36. *cent.* 2.
3 *controu. forenſ.* ideòq; legatum habitandi cenſetur factum fauore legatarij, & magis in ſpecie poſt D. meum *d. nu.* 4. voluit *D. Conſil. Arias de Meſa lib.* 2. *var. reſol. cap.* 5. *nu.* 4 *&* D. *Merlin. ibid. nu.* 37. qui *num.* 38. ſic deciſum refert in cauſa Principiſſæ Scillæ 30. Iulij 1624. licèt ſecùs eſſet, ſi habitan-
4 di neceſſitas legatario impoſita fuiſſet, vt poſt D. meum *d num.* 4. limitant etiam D. *Merlin.* vbi ſuprà, *nu.* 38. & *D. Arias de Me-*
5 *ſa loc. cit. n.* 6. & propterea mortuo eo, cum quo legatarius habitare habebat, legatum minimè expirat, vt in terminis terminantibus probant *gloſ. & DD. in l.* 1. *C. de legat. D. de Franch. dec.* 58. *nu.* 3. *&* 4. alijq; plures relati per *D. Arias de Meſa d. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 21 *&* 25. ac *d. cap.* 5. *nu.* 4. *&* 15. ad quod videndi ſunt etiam *Benint dec.* 98. *nu.* 2. *& Farinac. in fragm. ad repert. de vltim. vol. in verbo legatum vxori, n.* 5. vbi alios citat.

6 Immò etiam ſi legatum eſſet mixtum, quia reſpiceret fauorem hæredis, & legatarij, ad *text. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de legat.* 3. *l. Seio, ff. de ann. legat.* adhùc fauore legatarij factum præſumitur, nàm illius fauor præponderatur fauori hæredis, vt poſt D. meum *nu.* 6. comprobat *D. Merlin. d. cap.* 40. *n.* 39. & proindè legatum, mortuis liberis debetur, vt latè poſt D. meum *d n.* 5. defendit *D. Arias de Meſa d. cap* 5. *nu.* 5. vbi D. meum citat, & *nu.* 19. qui *nu.* 2. 3. 4. 7. 9. 10. *&* 11. refert coniecturas, ex quibus elicitur, legatum fuiſſe factum fauore legatarij.

7 Hìnc obitèr ſcias, quòd regularitèr pupillus educari debet apud matrem, *l.* 1. *C. vbi pupill. educ. debet*, *D. Reg. Rouit. dec.* 8. mater enim eſt omniũ fide dignior quòad educationem, vt in *auth. de nupt. Chriſt. Mart.* qui alios adducit *dec.* 61. *nu.* 2. ex ratione, de qua in *l fin. C. de curat. furioſ.* & alijs adductis per *Surd. de alimen. tit.* 4. *q.* 13. *nu.* 12. verùm hæc regula fallit, vbi mater ad
8 ſecundas nuptias conuolauit, tunc enim inſurgit præſumptio contrà ipſam, vt ob maiorem dilectionem erga ſecundum virum, & filios naſcituros ex illo, inſidiatur inſimul cum Vitrico vitæ pupilli ex primo matrimonio, vt eo defuncto ſuccedat ipſa mater, ad commodum filiorum ſecundi matrimonij, & proptereà pupilli educatione priuatur, ad *text. in d l.* 1. ſequitur *D. Reg. Rouit.* qui DD. citat *ibid. nu.* 4. poſt *D. de Franch.*
9 *dec.* 350. *n.* 3. ideòq; vbi mater eſt excluſa à filij ſucceſſione, aut per diſpoſitionẽ teſtatoris, aut ex pacto, quia cõtraxit matrimonium ſecundum vſum Capuanæ, & Nidi huius Ciuitatis, vel ex ſtatuto alitèr diſponente circa matris ſucceſſionem, & concurrat etiam honeſtitas vitæ, & famæ matris, ac Vitrici, ceſſat illa leuis præſumptio contrà matrem captandæ mortis, & conſequentèr legis etiam diſpoſitio, ità vt educatio pupilli apud matrem fieri poſſit, vt iudicatum dicit *D. de Franch. d. dec.* 350. *in fine*, quem refert, & ſequitur *D. Rouit ibid. nu.* 5. ac confirmat *Chriſt. Mart.* vbi ſupr. *n.* 4. & ità etiã
10 per S. C. iudicatum fuit de anno 1572. refe-
* rente D. Conſil. *De Bottis*, viro doctiſſimo, ac perſpicaciſſimo, fuit enim ordinatum, quòd filiæ qu. N. de Figueroia educentur penès Hieronymam de Vigliega matrem, non obſtante tranſitu ad ſecundas nuptias, in Banca Ciuitellæ nunc de Salamanca; ſic
* etiam fuit per S. C. data educatio D. Principiſſæ Caſtri Franchi D. Corneliæ Caracciolæ matri, quamuis tranſijſſet ad ſecunda vota cum D. Petro Pignatello, in Banca de Fuſco, olim de Cantone; ſic paritèr noſtris
11 temporibus determinatum vidimus; ſi-
* quidèm per idem S. C. fuit data educatio D. Tereſiæ Petræ, D. Iuliæ Tortelli matri, quamuis ſecundas nuptias contraxerit cum *D. Ioan. Baptiſta Amendola*, in Ban-
12 ca Cioffi; arbitraria nàmq; eſt Iudici educatio pupillorum, vt in *d l.* 1. quam proſequitur *Chriſt. Mart. examin.* 38. *nu.* 1. quod quidèm arbitrium regulatum eſſe debet, vt tradit *n.* 2. 3 4. 5. 6. 7. *&* 8.

Sic etiam pater per tranſitum ad ſecũda
13 vota priuatur filiorum primi matrimonij educatione, vt deciſum teſtatur *Peguer. dec.* 95. aliàs 97. aliamq; deciſionem refert *Fontanella de pact. nupt. clauſ.* 5 *gloſ.* 8. *p.* 1 1. *nu.* 31. ſed vnam, eandemq. deciſionem eſſe putat D *Rouit d. dec.* 8 *nu.* 11. vbi *verſ. ex quibus*, ſtante ſuſpitione Patris, ac Auiæ, refert, fuiſſe per S. C. ordinatum, filiam eſſe educandam in Conſeruatorio, ſiuè Monaſterio. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Pater nõ excluditur à ſucceſſione filij in dotibus maternis, attenta diſpoſitione *Conſuetudinis Barenſis.***

SVM-

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Filio ab inteſtato decedente pater non ſuccedit, attenta* Conſuetudine Capuanæ, & Nidi, & Ciuitatis Barenſis.

2 Conſuetudo Ciuitatis Bari *dicens, muliere abſq; liberis decedente, dotem ad patrem reuerti, eſt ſimilis iuri communi.*

3 L. dos à patre, C. ſolut. matrim. *procedit, etiam ſi mulier cum liberis in matrimonio moriatur.*

*Amplia, etiam in extraneo dotante, & ſtipulante, ſibi dotem reddi, n.4.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu non eſt ſumēdum, vbi legum correctio induceretur.*

6 *Verba in* Conſuetudine Barenſi *poſita, ſcilicèt,* quòd Conſuetudo prędicta concordat cum Conſuetudine Capuanæ, *ex errore Impreſſoris in vltima editione poſita ſunt.*

7 *Pater ſuccedit filio in dotibus maternis, ex diſpoſitione* Conſuet. Barenſis.

8 *Deciſio cauſa traditur.*

# Deciſio LIII.

PER decretum M.C.V. fuerunt condemnati hæredes quondam Angelilli Moſſæ ad exfractandum à quadam domo exiſtente in Terra S. Nicandri Prouinciæ Terræ Bari, & fuit abſolutus Franciſcus Antonius Riſoldus, aliàs Signorini à petitione reſidui dotis promiſſæ per quondam Antonium Mondellum in anno 1585. prædicto Angelillo pro Iſabella Mondella eius filia, à quo decreto cùm fuiſſet appellatum in S.C. fuit mihi commiſſa cauſa appellationis, cùmq; tractaretur de expeditione, dicebatur pro parte appellantis, non poſſe tractari de exfractatione domus, cùm fuerat conſignata quond. Angelillo in excambium alterius domus eidem in dotem promiſſæ, quod per plures teſtes erat probatum. Inſupèr dicebatur, omninò condemnari debere conuentum ad reſiduū dotium, ſiquidèm ex actis conſtabat, hæredem Iſabellæ, cui fuerat dos promiſſa, fuiſſe Ioannam eius filiam, cui abſq; liberis decedenti ſucceſſit Angelillus eius pater, perſona cuius repræſentabatur per ipſos appellantes, qui in M.C. ſuccubuerant.

Pro parte tamen Franciſci Antonij appellati de prædictis non dubitabatur, ſed dicebat, nullo modo potuiſſe Angelillum ſuccedere Ioannæ eius filiæ, obſtante *Conſuetudine Ciuitatis Bari*, ſecundùm quam apparebat fuiſſe cōtractum matrimonium, incipien. *Dos à patre profecta*, ſub *tit. de iur. dot.* in qua cauetur, quòd mortuis filijs abſq; deſcendentibus, hæreditas debet venire ad proximiores, qui iſto caſu non po-
1 teſt eſſe patet, cùm in eadem *Conſuetudine* dicatur, *quòd d. Cōſuetudo Barenſis concordat cum Conſuetudine Capuana*, ſecũdùm quam nulli dubium eſt, quòd quandocunquè filius moritur ab inteſtato, pater non poteſt ſuccedere, de qua *Conſuetudine Capuana, & Nidi* mentionem facit *Afflict. dec. 237. & Franch. dec. 91.* itàut mortuus reputetur, vt dixit idem *Franch. dec. 552. nu. 7.* latè *Fab. de Anna in conſ. 2. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tit. de renunciat. q. 14. nu. 12. & 22. Anton. de Amato reſol. 48. n. 10.* cum concordantibus.

Ex aduerſo dicebatur, nullo modo *Conſuetud. Ciuitatis Bari* excludere pa-
2 trem à ſucceſſione filiorum ab inteſtato, ſed ſolũ prouidere, quòd dos à patre profecta, muliere abſq; liberis decedente, ad patrem debet reuerti, quod concordat cum diſpoſitione iuris communis, vt in *l. dos à patre, C. ſolut. matrim.* licèt *Maxilla* commentator prædictarum *Conſuetudinum* dicat, quòd dùm Statuentes dicunt, *ſicut & iura præcipiunt*, errauerunt in iure, quia ſecundùm opinionem *Bulgari, Azonis, Accurſij*, & *Bart. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. d. l. dos à patre* pro-
3 cedit, etiam ſi mulier cum liberis in matrimonio moriatur, quod etiam procedere in extraneo dotante, quando ſtipulatur, dotem ſibi reddi, notant *Doct. in d. l. dos à patre*, licèt ipſe ſaluando Statuētes dicat, quòd
4 loquuti fuerunt in dote profectitia, ponendo caſum magis dubitabilem, quia ſicut reuertitur ad dotantem, ſtantibus liberis, tātò magis abſq; liberis, neq; poteſt ex hac *Conſuetudine* ſumi argumentum à contra-
5 rio ſenſu, quia quando inducitur legũ correctio, tale argumentum extrahi nō debet, *gloſ. in c. 1. de ætat. & qual.*

Verùm puto, alio modo poſſe ſaluari Statuentes, quia filijs extantibus per *Conſuetudinem* in aliquo innouatur ius commune, filijs autem non extantibus nihil innouatur, & ſic benè dixerunt in primo caſu, quando mulier abſq; liberis decederet, dos ad patrem dotantem reuertitur, ſicut & iura præcipiunt, quod euidentèr apparet, quia ſtatim ſubnectitur, prouidendo ſecundum caſum, quando filij extant, & ſtatuunt, quòd filijs extantibus infrà ętatem dos, non ſimplicitèr ad dotantem reuertitur, ſed ſub fideiuſſione, & ab eo tamdiù cuſtoditur, donec filij ad ætatem perueniant legitimam, & interim fructus rerum immobilium eorum lucro cedunt, quibus dos fuerat ex pactione redhibita, nec tenētur aliquid filijs, etiam pro alimentis tribuere, niſi non habeant vndè ſe alant, quia tunc ex quadam æquitate erunt ex fructibus dotis alimen-

tandi,& nutriendi, nè cogantur fame perire,aut cum dedecore mendicare, ſed filijs poſteà ad legitimam ætatem venientibus, dos erit ipſis ſine diminutione, & fideiuſſione reſtituenda,& eo caſu libera remanet dos penès eos,ſubdit poſteà iſta *Conſuetudo,quòd filijs,& filiorum filijs,& ſic de cæteris mortuis ſine iudicatione*, quod idem importat,ac ſi dixiſſet,ſine diſpoſitione in morte, vt dixit *Maxilla* in eadem *Conſuetudine,nu.*125. & adhùc conditio redhibitionis extenditur; Anſam difficultatis præbuit noua impreſſio prædictarum *Conſuetud.* de anno 1596. vbi inueniuntur addita illa verba, *concordat cum Conſuet.Capuana*, ſecundùm quam pater remanet excluſus ab inteſtato, ex quibus verbis prætendebat,

6 omninò Angelillum patrem eſſe excluſum à ſucceſſione filij ab inteſtato mortui,& dotes peruenire debebant ad dotantes,& eorum hæredes proximiores ex latere materno. Cùmq; per *Conſuetudinem* vocentur proximiores, intelligi debere, dicebant,de proximioribus,dempto patre, qui erat excluſus,ad quod etiam adducebatur idem *Maxilla in d.Conſuetud.Dos à patre*, ſub *nu.*135. vbi dicit, quòd ſi poſt mortem dotantis moriantur filij filiæ dotatæ præmortuæ, etiam in minori ætate, dos iret ad hæredes ipſorum venientium ab inteſtato.

Verùm animaduerti,quòd in prima impreſſione prædictarum *Conſuetudinum* Patauij de anno 1550.non adſunt illa verba, *concordat cum Conſuetudine Capuana*, &

7 ideò potiùs ex errore Impreſſoris ſunt poſita,quod ſatis apertè dignoſcitur ex ipſa textura ſermonis,quia reuera talia verba non cadunt,& ideò intelligēda eſt *Conſuet. Barenſis* ſecundùm impreſſionem antiquā, proùt per propria verba, abſq; illa additione etiam refert idem *Maxill.ibid.d.n.*124.

8 *&* 125.Ex quibus die 8. Martij 1633. fuit communi voto habitum pro vero in S.C. quòd illa verba, *concordat cum Conſuetudine* Capuana, ſint appoſita in *d. Conſuet.* in impreſſione de anno 1596.ex errore Impreſſoris,& propterea iudicauimus, per dictas *Conſuet.* patrem non eſſe excluſum à ſucceſſione filiorum, & proindè reuocato decreto M. C. condemnauimus hæredes dotantis ad ſolutionem reſidui dotis.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos à patre profecta, ad illum reuertitur, mortua filia abſquè liberis,tàm de iure cōmuni,quàm Conſuetudinario Barenſi.*

2 Conſuetudo Barenſis, *incip.* Dos à patre profecta,de iure dot.*quæ contineat, ibid. & non habet locum, vbi quis dotat mulierem de bonis proprijs illius, vel ex paterno teſtamento, vel ex forma ſtatuti, d.n.*2.*& loquitur in dote profectitia,n.*3.

*Pactum reſtitutionis dotis faciendæ ad dotantem eſt nullum, vbi dos ſoluitur de bonis mulieris, d.nu.*2.*& dos ad hæredes mulieris vadit,ibid.*

4 *Filij ſuccedunt vti filij,non autem vti hæredes in dote, ſecundùm* Conſuet.Barenſ.

*Pater ſecundùm* Conſuet.Barenſ. *an ſuccedat in tota dote, mortuis filijs,an autem in legitima,ibid.*

1 DOS à patre profecta, ad illum redire debet,muliere abſq; liberis decedente,ad *text.in l. dos à patre;C.ſolut.matrim.* ſic etiam habetur in *Conſuet.Barenſi*,incip.*Dos à patre profecta,de iur.dot* quæ tria continet. Primò,quòd dos profectitia ſoluto matrimonio ſine filijs,reuertitur ad dotantem. Secundò, quòd extantibus filijs, dos redit ad dotantem,non abſolutè, ſed cuſtodienda vſq; ad ætatem annorum 18.& interim dotans lucratur fructus.Tertiò,quòd filijs decedentibus antè annum 18.aut poſt,nulla facta diſpoſitione in vita,vel in morte, dos ſimilitèr ad dotantem pleno iure reuertitur.Ideòq; in caſu præſentis deciſionis fuit determinatum,mortua muliere,à patre dotata cum filijs,& illis ab inteſtato, & ſine liberis decedētibus, dotem ſpectare ad patrem filiorum, vt habetur *nu.*8.

2 Quæ quidèm *Conſuetudo Barenſis* non habet locū,vbi quis dotat mulierem de bonis proprijs illius,vel ex paterno teſtamento,vel ex forma ſtatuti,vt in hoc Regno, ex *Conſtit.In aliquibus*, per quam frater tenetur dotare ſororem de paragio de bonis paternis, & proindè pactum reſtitutionis dotium faciendæ ad dotantem,in capitulis matrimonialibus adiectum, ſecundùm *Cōſuetudinem* prædictam ſtipulatis, ſiuè interueniat,ſiuè non ſoror,eſt nullum,& proindè mortua ſorore cum filijs, & illis etiam mortuis ab inteſtato,& ſine filijs, pater ſuccedit in dote prædicta, non autem illa re-

3 uertitur ad dotantem;*Conſuetudo* enim loquitur tantummodò in dote profectitia, quæ ex liberalitate dotantis peruenit, vt diſputari in S.C. euenit in cauſa V.I.D. Nicolai Minei,cum V.I.D.Ferdinando de Pace;quamuis enim dictus Ferdinandus fuiſſet condemnatus ad dotis reſtitutionem ad fauorem dicti Nicolai dotantis per Curiam Ciuitatis Polignani,tamen interpoſita appellatione ad S.C. in Banca Figliolæ;

pro

Digitized by Google

pro d. Ferdinando in iure ſcripſit *D. Lælius* meus germanus, cuius ſcripta ob eius mortem peruenerunt in poſſe aliorum Aduocatorum, & propterea illius dicta reaſſumẽdo, ac alia cumulando, reſponſa iuris tradiderũt, nedum *D. Io. Thomas Tironus* meus Dominus, Aduocatus doctiſſimus, religioneq; ac pietate clariſſimus, ſed etiam *D. Io. Bapt. Hodierna*, & pariter D. *de Marin. c. 167. lib. 2. quotid. reſol.* ad quem breuitatis cauſa Lectorem remitto; pendet adhuc deciſio cauſæ prædictæ.

Non tamen deſinas videre *D. Sempron. Aſciam determ. 6. nu. 2.* vbi rationes per D. meum hìc adductas comprobat, & *determ. 9. n. 23.* vbi, quòd filij ſuccedunt vti filij, non autẽ vti heredes in dote, ex *d. Conſuet. Barenſi*, & quòd illis morientibus, licèt pater ſuccedat, vt probat *determ. 99. n. 7.* adhùc tamen *ibid. n. 16.* fundat, patri tantummodò legitimam competere ſuper bonis filij, ſed cogita, dùm caſus euenerit.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Curialis ex iure ceſſo an, & quãdo trahat, & non trahatur, ad explicationẽ *Rit. M. C.* 228. incipien. *Item, quòd nullus priuilegiatus.*

### SVMMARIVM.

1 *Curiales trahunt, & non trahuntur, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
*Ampl. a, etiam ſi exteri ſint, dummodò ſint matriculati, n. 2.*
3 *Curiales in materia fori æquiparantur pupillis, & viduis.*
4 *Mulier in capillis trahit, & non trahitur.*
*Limita, ſi patrem haberet, n. 5.*
6 *Inter priuilegiatos priuilegia cõquaſſantur.*
7 *Curialis ex iure ceſſo quando trahit, & non trahatur.*
8 Ritus M.C. 228. *incipien.* Item, quòd nullus priuilegiatus, *an ſit in obſeruantia.*
9 Rit. M.C. 228. *nùm procedat in Actione agente vigore donationis.*
10 Carauit. in Rit. 228. n. 9. *declaratur, & n. 12.*
11 *Curialis ceſſionarius, licèt lucratiuo titulo, tunc trahit, & non trahitur, quando ceſſio careret fraude.*
13 *Ceſſio ex cauſa lucratiua, donatio eſt.*
14 *Deciſio cauſæ refertur.*

# Deciſio LIV.

EGit in Sac. Conſ. Fabius Goſinus vti donatarius, & ceſſionarius Martiæ Pingue, petendo aſſiſtentiam ſuper bonis, quæ fuerunt Eliſæi Pingue eius patrui, debitoris ex cauſa adminiſtrationis tutelæ contra Portiam Pingue eius filiam de Terra Guardiæ SanFramundi, cumq; pro parte dictæ Conuentæ fuiſſet inſtatum, cauſam eſſe remittendam ad Iudices competentes dictæ Terræ, dato per me vti Commiſſario cauſæ termino ſuper remiſſione, fuit probatum per dictũ Fabium, ipſum eſſe Procuratorem in Regijs Tribunalibus, & Cauſidicum, & compilato proceſſu dicebat, omninò remiſſionem eſſe denegandam, ex *Ritu M. C. V.* 232. incip. *Item, quòd omnes Curiales*, vbi cauetur,
1 quòd omnes Curiales, vti Aduocati, Procuratores, & Scriptores habẽt priuilegium trahendi ad prædictam M. C. V. & quòd ipſi ab alijs non trahantur tam in ciuilibus cauſis, quàm in criminalibus, quod procedere
2 etiam reſpectu exterorum, qui ſunt matriculati, dixit *Muſcat. in praxi S. C. par. 2. glo. competentes, n. 74. Ricc. collect. deciſ.* 2312. & pluriès fuiſſe iudicatum in M. C. & ſæpiùs idem practicaſſe tradit *D. Reg. Carol. de Tapia* Marchio Belmontis in *Conſt. Reg. Statuimus, n. 14. cum ſeqq. in 1. par. Iur. Reg. & Io. Bapt. Thor. in 1. par. compend. in verbo. fori priuilegio, Marcell. Calà de modo articul. gloſ. 1. n. 90. limit. 17. & in Rit.* 233. ha-
3 betur, quòd æquiparantur in hac materia pupillis, & viduis.

Sed pro parte Conuẽtæ dicebatur, quòd ipſa erat etiam priuilegiata, quia erat virgo,
4 cui idem priuilegium competit, quod viduis, & pupillis, vt pluriès fuiſſe deciſum in S.C. refert *Franch. deciſ.* 100. ex deciſione *Andr. de Iſern. in d. Conſt. Reg. Statuimus, 2. col. verſ. quid ſi vidua, vel virgo*, qui hoc tenet pro abſoluto, vbi etiam *Affl. in 8. q. Viu. deciſ. 65. n. 3. Menoch. de arbit. iudic. c. 66. in addit.* nouiſſimis, *n.* 15. & licèt contrarium teneat *Andr. Gayl. obſeru. 1. n. 41. & ſeqq. lib. 1.* contrarium tamen tenuerunt *Frãc. Milan. dec. Sicil. 5. n. 2. lib. 2. Natt. reſponſ. 590. Viu. deciſ. 521. Bernard. Greuai ad Gayl. d. obſeru. 1. conſid. 1. n. 11.* vbi pluriès, ità fuiſſe iudicatum aſſerit, & communitèr ità teneri per DD. habetur ex *Intrigl. ſing. 101. lib. 1. D. Franc. del Caſtillo dec. Reg. Sicil. 48. n. 12. tom. 1. Reg. Tap. in d. Conſtit. Statuimus, n. 22. lib. 2. Paſchal. de virib. pat. poteſt. par. 2. c. 2. nu.* 94. quod tamen non
5 procedere reſpectu virginis, quæ habet patrem, quia fori electionem, & variationem non habere, fuit deciſum in S. C. in cauſa



Digitized by Google

Horatij Curialis de Surrento, de qua deciſione meminit *Viſcont. in addit. ad d. deciſ.* 190. *de Francb.* ſub *n.* 11. cùmq; in caſu, de quo agebatur, prædicta Conuenta non ha-
6 bebat patrem, dicebat, quòd priuilegia debebant conquaſſari, ad *text. in Auth. quas actiones*, C. *de Sacr. ſanct. Eccleſ. Bartol. in l. ſed & ſi miles, ff. de excuſ. tutor. Hippolyt. de Marſill. ſingul.* 681. *Caualcan. deciſ.* 1. *de contract. Menoch. de arbit. iud. lib.* 2. *caſ.* 66. *n.* 46. *Theſaur. deciſ.* 177. *n.* 9. *Francb. deciſ.* 188. *&* 353. *Carauit. in Rit.* 228. *n.* 1. *& Rit.* 231. *Reg. Carol. de Tap. in d. Conſtitut. Statuimus, num.* 26.

Verùm pro parte Actoris replicabatur, hunc caſum decidi per *Rit. M. C. V.* 228. incip. *Item, quòd nullus priuilegiatus*, vbi
7 expreſsè cauetur, quòd nullus priuilegiatus trahit alium priuilegiatum, niſi ſit Curialis, & ſic prædicta conquaſſatio priuilegij ceſſabat in caſu prædicto; ſed adhùc inſtabat Conuenta, quòd in eodem *Ritu* diſponitur, quòd priuilegiatus trahit non priuilegiatũ, etiàm ex iure ceſſo, ex cauſa tamen neceſſaria, non lucratiua, excepto Curiali, qui ad Curiam ipſam pro iure ceſſo non trahit. Cùmq; prædictus Fabius Golinus actor iudicium agebat tanquàm donatarius Martiæ Pingue, & ſic ex cauſa lucratiua, dicebat Portia conuenta, ex eodem *Ritu* apparere, ipſum Actorem carere priuilegio prædicto.

Prædictis tamen replicabatur per dictũ
8 actorem, quòd *Ritus* non erat in obſeruantia, vt teſtatur *Carau. in d. Ritu*, ſub *nu.* 9. & eum ſequitur *Muſcatell. d. par.* 2. *in glo. competentes, n.* 89. ex doctrina *Io. de Amic. in conſ.* 24. *n.* 7. *verſic. non obſtat.* Dicebatur etiam, quòd *Ritus* loquitur in iure ceſſo, & actor iudicium mouit virtute donationis,
9 & non ceſſionis, ad quod ponderabatur doctrina *Io. de Amic. in d. conſ.* 24. *n.* 21. *ver. præterea*, & ſic in hac cauſa iſti duo veniebant diſcutiendi articuli, & primò, quomodò ſit intelligenda prædicta doctrina *Carauita* in eo, quod dicit, *Rit.* 228. non obſeruari; ſecundò, ſi idem ius militet in donatione, quod militat in ceſſione lucratiua.

Quòad primum fuit pro abſoluto habitum,
10 quòd illud, quod dicit *Carauita*, quòd *Ritus* non ſeruatur, non eſt reſpectu, vt Curialis etiam ex iure ceſſo trahat, ſed quòd non ſeruatur illa diſtinctio, ſi ceſſio ſit ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, quia in vtroq; caſu priuilegiati habent priuilegium trahendi, excepto Curiali, qui ex iure ceſſo non trahit, vt cauetur in d. *Ritu* 228. quod expreſsè dicit *Carau. in d. n.* 9. dùm dicit, quòd d. *Ritus* 228. & *Rit.* 290. in practica non ſeruantur, ſubdit poſteà, nàm agentes ex iure ceſſo ex cauſa lucratiua, admittuntur, & ſi ſunt priuilegiati, vtuntur eorum priuilegio electionis fori, & eum ſimpliciter ſequitur *Muſcat. in loco* allegato, *& Io. de Amic. in d. conſ.* 24. *n.* 7. non dicit, *Ritum* prædictum non ſeruari in M. C. V. ſed in Ciuitate Venaſri, vbi erat lis, in qua ipſe ſcripſit; nàm dicit, quando eſſet in viridi obſeruantia, prout non eſt in Ciuitate hac, nec lis erat circa electionem, vel variationem fori, ſed
11 circa validitatem, vel inualiditatem donationis, ſiuè ceſſionis, vel ſi erat in fraudem, vel ad æmulationem, & quòd d. diſtinctio de ceſſione ex cauſa lucratiua, vel oneroſa non ſeruetur, ſed quòd indiſtinctè, quando eſt perſona priuilegiata, ceſſionarius trahat, dummodò ceſſio ſit vera, & ſine fraude, ex mente *Andr. in d. Conſtit. Statuimus* tenet *Afflict. ibid. n.* 27. *in* 6. *quæſt.* & ità deciſum fuiſſe per S.C. refert *Francb. dec.* 195. *Menoch. de arbitr. iudic. in addit. ad caſ.* 66. *nu.* 43. *Capiblanc. de Baronib. in Prag.* 8. *par.* 1. *n.* 351. *Marcell. Calà de modo artic. gloſ.* 1. §. 1. *n.* 95. *Ricc. collect. deciſ.* 1426. *Paſcbal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 91. *Nouar. in prax. elect. fori, q.* 4. *ſect.* 2. *& in comment. ad Pragm.* 2. *vbi de crim. agi oport. & Muſcat. in pract. ciuil. par.* 2. *in gloſ. competentes, n.* 89. Quæ autem dicantur perſonæ miſerabiles, habetur per *Afflict. in d. Conſtit. Statuimus, Theſaur. dec.* 177. *Viu. deciſ.* 65. *Francb. dec.* 100. 187. *&* 608. *Couarr. pract. quæſt.* 6. *Menoch. de arbitrar. d. caſu* 66. *Capyc. dec.* 109. *n.* 10. *& Reg. Tap.* in allegata *Conſt. Statuimus*, & ſic fuit deciſum, quòd illud, quod dicitur à *Carauita*, & alijs, quòd *Ritus* 228. non eſt in vſu, procedit reſpectu
12 illius diſtinctionis, ſiuè ſit ceſſio ex cauſa oneroſa, ſiuè lucratiua, non verò circa ſecundam partem d. *Ritus*, in quo indiſtinctè dicitur, quòd Curialis pro iure ceſſo nullo modo trahat.

Quò verò ad ſecundum, quòd erat donatio, & non ceſſio, ſecundùm tradita per *Io. de Amic. in d. conſ.* 24. eius doctrina non fuit habita pro vera, quia ceſſio ex cauſa
13 lucratiua, etiã donationem importat, cùm donatio propria, & abſoluta dicatur, cùm quis ea mente det, vt ſtatim accipientis fiat, abſq; alia cauſa, niſi vt liberalitatem, & munificentiam exerceat, *l.* 1. vbi *gloſ. in verb. liberalitatem, ff. de donat.* verùm quia iura non poſſunt donationibus tradi, cùm ſint incorporalia, ideò ſit per ceſſionem, & quòd ceſſio poſſit fieri per donationem, probatur in *l. per diuerſa*, quæ eſt *penult. C. mandati*, vbi, & ipſa ceſſio gratuita idem impor-
14 tat, quod donatio, vt *ibi* declarant DD. Ex quibus de menſe Iunij 1634. iudicauimus, cauſam eſſe remittendam ad Curiam Terre Guardiæ SanFramundi. Fabritio Solatio Actorum Magiſt.

OB-

# OBSERVATIO In Deciſione LIV.

## SVMMARIVM.

2 *Curialis gaudet priuilegio electionis fori, non tamen ſi agat ex iure ceſſo, n. 2.*
3 *Ceſſio gratuita idem eſt, quod donatio.*
4 *Curiales, qui ſint.*
5 *Virgo patrem habens, an gaudeat priuilegio electionis fori.*
6 *Virgo patre orbata, ſi facta fori electione in cauſa ciuili, lite non conteſtata virum duxerit, ea nòn gaudet, ſecus in cauſa criminali, nu. 7.*
8 *Virgo habet fori electionem, ſi agat pro ſtupro, nè etiam variationem, n. 9. vbi ità deciſum adducitur.*
10 *Iudices in concedenda variatione, debent inueſtigare, nè illa fiat in fraudem Fiſci.*
11 *Neapolitanus habitans in aliqua Terra, ſi ibi deliquerit, non gaudet priuilegio fori, & ità iudicatum traditur, n. 12.*
13 *Locatus, vel Fidatus Regiæ Dohanæ menæ pecudum Apuliæ habet fori electionem contra Neapolitanos, & ità deciſum adducitur, num. 14.*

1 CVriales gaudere priuilegio electionis fori, tradit *D. Conſil. Carleual. de Iudic. diſput. 2. n. 589.* ideòque agitur in hac deciſione, an Curialis ex iure ceſſo trahat ad M.C.V. etiam aliàs priuilegiatum, vigore *Ritus d. M.C.V.* 228. & diſcuſſo ad partes articulo, fuit per S.C. negatiuè determinatum; & ſic cauſam remittendam eſſe ad Curiam conuenti, vt habetur *nu.* 14. ex duabus nempè rationibus.
2 Primò, quia *Ritus* expreſsè mandat, quòd Curialis ex iure ceſſo nullatènus trahat, vt tradit D. meus *n.* 12. & poſt ipſum D. *Carleual. ibid. n.* 591. Secundò, ſiquidèm quamuis Curialis egerit ex donatione, non autem
3 ex ceſſione; attamen ceſſio gratuita idem eſt, quod donatio, vt innuit D. meus hìc *n.* 13.
4 Sed quinā ſint Curiales videndum erit, & ſecundùm D. meum *nu.* 1. eorum appellatione continentur Aduocati, Procuratores, ac Scribæ M.C.V. ſed D. *Præſ. Merlin. c. 64. n. 3. & 4. cent. 2. controu. forenſ.* ſub nomine Curialium intelligit, venire Capitaneos Iuſtitiæ, eorumq; Lictores, Magiſtros actorum, Scribas, Nūtios, Cōmiſſarios, Executores, aliosq; huius generis, ex *Conſt. Reg.* incip. *Statuimus*, & alia incip. *Magnæ noſtræ Curiæ*, & ex *Rit. d. M.C.V.* 232.

Non tamen Virgo patrē habens potitur
5 priuilegio fori, vt deciſum teſtatur D. meus *hic n.* 5. quam deciſionem acritèr, ac longo calamo impugnat *D. Pratus lib. 1. diſcept. forenſ. c. 13. à n.* 31. per 73. auctoritate plurimorum, præſertim *D. Reg. Rouit. dec. 49. nu.* 12. D. *Carleual. d. diſp. 2. q. 6. nu. 23. verſ. nec de Viſconte*, & licèt *D. Pratus n.* 72. memor ſit D. mei *hic d. n.* 5. attamen poſt *n.* 101. refert, per S.C. ad relationem M.C. fuiſſe deciſum, Virgini patrem habenti competere electionem fori, & *Ego* cū hac deciſione affirmatiua concurro, ex rationibus adductis per *D. Rouit.* D. *Carleual.* ac D. *Pratum.*

Virgo tamen patre orbata, ſi facta fori
6 electione in cauſa ciuili, virum duxerit, non gaudet electione prædicta, re tamen integra, & ſic lite non conteſtata, vt probat D. *de Marin. c. 243. à n. 1.* ad 7. quod tamen ſe-
7 cus eſſe in cauſa criminali, in qua Ius Fiſco acquiritur per d. electionem factam in M.C.V. quamuis ipſa virum duxerit, vt probat *num.* 8. & 9.

Sic etiam Virgo habet fori electionem pro ſtupro, in eius perſonam commiſſo ad-
8 uerſus ſtupratorem, vt deciſum habemus apud D. *de Franch. deciſ.* 599. vbi D. *Epiſc. Ricc.* in *addit.* & *collect. deciſ.* 1. & 137. & cōprobat D. *Conſil. Paſchal. de patr. poteſt. c. 2. p. 2. n.* 94. quos, aliis etiā relatis ſequitur D.
9 *Nouar. de elect. fori par. 1. qu. 13. n.* 2. & de variatione fori facta à M.C.V. ad Iudicem loci delicti per Virginem, deciſum teſtatur *Vrſill.* ad *Afflict. dec.* 257. ſub *n.* 2. Et ità pa-
* ritèr iudicatum fuit per M.C.V. ſub die 16. Decembris 1612. in Banca Cuntij, in cauſa Brandæ de Sarro ſtupratæ, cum abortu ſecuto, ac petentis variationem à M.C.V. quam elegerat in eius forum, ad Curiam Vinclatorij, cuius eſt vtilis Dominus cum titulo Marchionatus D. *Federicus Longus*;
10 In qua variatione cōcedenda Iudices debent, maxima cum diligentia inueſtigare, eùm in dubio illa ſit ſuſpecta, vt per *Maſtrill. dec. 187. n. 30. & deciſ. 268. nu.* 29. nè concordatis partibus fiat variatio, & delicta remaneant impunita, vt per D. *Nouar. d. par. 1. q. 4. n.* 13.

Et dùm de electione fori verba fecimus,
11 obſerues, quòd Neapolitanus, ſi transferat incolatum in aliam patriam, ibiq; delinquat, non gaudet priuilegio Neapolitanis conceſſo, ad finem trahendi in M.C.V. ſed remittendus eſt ad Curiam Terræ, vbi deliquit, ac domicilium habebat, vt per *Afflict.*
12 *deciſ.* 384. & conferunt tradita per *Boer. dec.* 260. ac per *Gayll. lib. 2. obſer.* 36. prout fuit per S.C. deciſum in cauſa Notarij Io. Ba-
* ptiſtæ Florilli Neapolit. qui incolatum agebat in Terra Petræ Molariæ, ibiquè deliquerat, nàm quamuis per M.C.V. fuiſſet denegata remiſſio ad Curiam d. Terræ, inſtante D. Principe Roccæ Romanæ eius vtili Domino; viro æquiſſimo, ac de nobiliſſima familia de Capua; tamen interpoſita appellatio-

Digitized by Google

latione ad S.C. fuit decretum M.C.V. reuocatum, & remiſſa cauſa prædicta ad dictam Curiam, referente D. Conſil. *Carauita*, cum interuentu D. Proreg. *Lopez*, Propræſid. S.C. ac D. Conſil. *Anguli*, die 14. Octobris 1625. ſub patrocinio D. *Lelij Gizzij* mei germani, penès Secretarium S. C.

13 Et pariter Locatus, vel Fidatus Regię Dohanæ menepecudum Apuleæ habet electionem fori, vel in Regia Dohana, vel in R.C.S. etiam contra Neapolitanos, vt deciſum refert D. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 8. *nu.* 49. quem ſequutus eſt *D. Nouar. de elect. for.* in nouiſſ. impreſſ. *queſt.* 47. *nu.* 3. & ſic ſimilitèr fuit

14 deciſum per S. C. in cauſa Detij Recchi Neapol. cum Fabritio Brancia notorio Fidato dictæ Regiæ Dohanæ, petente remiſſionē ad dictam Regiam Dohanam, ad quā

* fuit remiſſa, ſub die 24. Martij 1629. referente D. Conſil. *Prouenzale*, in Banca Cioffi, ſub tutela dicti *D. Lelij* pro dicto Fabritio.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### An Dominus teneatur recognoſcere ſcripturam ſui Inſtitoris, ſeù Factoris, filius ſui patris, hæres ſcripturam defuncti, ac vxor ſui viri.

#### SVMMARIVM.

1 *Diuerſitas ætatis inducit diſſimilitudinem manus.*
2 *Quis alienas manus recognoſcere nō tenetur.*
3 *Opera hominum tempore variantur.*
4 *Dominus tenetur recognoſcere chirographū ſui Inſtitoris.*
5 Gloſ. in §. ſi quis autem, in verb. eos, auth. de trient. & ſemiſſ. *explicatur.*
6 *Hæres tenetur recognoſcere ſcripturam defuncti.*
*Item vxor viri, filius patris, & ſimilium.*
7 *Deciſio in cauſa traditur.*
8 *Recognitio Apodixarū qualitèr fieri debeat.*

## Deciſio LV.

IN diſcuſſione computorum Ioan. Leonardi de Gaudio ratione adminiſtrationis factæ bonorum, introituum, & animalium Ill. Principis Caſalis Maioris inſtitit Ioan. Leonardus, quòd dictus Ill. Princeps recognoſceret apocas, & ſcripturas factas, & ſubſcriptas, nedùm per ipſummet Principem, & per qu. Principem Philippum Brancia eius patrem; ſed etiam per eius Aerarios, & Miniſtros; dicebatur pro parte dicti Principis, promptum eſſe recognoſcere ſcripturas propriæ manus ipſius; ſed non teneri ad recognitionem ſcripturarum, & apodixarum eius patris, & Miniſtrorum, nàm difficilis eſt hæc recognitio, dùm aliena manu ſcripta non facilè dignoſcitur, nec etiam propria, non enim ità

1 ſcribit iuuenis, & robuſtus, ſicut ſenex, & calami, & atramenti mutatio facit diſſimilitudinem, vt habetur ex *text. in §. 2. in ver. literarum, in auth. de inſtrum. caut. & fid.* & ideò *gloſ. in §. ſi quis autem, in verb. eos, in auth. de trient. & ſemiſſ.* dicit, quòd alie-

2 nas literas quis non poteſt cognoſcere, vt ſuas, imò etiam quandoq; vix ſuas, cùm alitèr ſcribat iuuenis, quàm ſenex, iuxtà *text. in d.* §. 2. ſuprà alleg. quod etiam procedit

3 in alijs operibus hominum, nàm non ſemper ſunt eadem, neq; videntur eſſe eiuſdem hominis, plerunq; enim robur hominis, ætas, tempus, opportunitas naturalis, cauſam operarum mutant, *l. ſi non ſortem* 26. §. *libertus, ff. de cond. indeb.*

4 In contrarium verò pro parte dicti de Gaudio dicebatur, quòd hæc quæſtio deciditur ab *Imbert. in inſtit. forenſ. lib.* 1. §. *rurſus*, & eum refert, & ſequitur *Rebuff. ad Conſt. Galliæ, in tract. de chirograph. & cedul. recognit. art.* 1. *nu.* 6. qui tenent, quòd Dominus tenetur recognoſcere chirographum ſui Inſtitoris, vel negare, & *Rebuff.* intelligit *gloſ. in d.* §. *eos*, quòd loquatur, nō

5 ad finem, vt non teneatur recognoſcere, ſed quia negando ſcripturam ſui Inſtitoris, vel negotium gerentis, vt non incidat in pœnam dupli, per *auth. contra, qui propriā, C. de non num. pecun.* & ideò ſi ignoretur, an ſit Inſtitoris ſcriptura, poterit eam negare, & liberum erit actori, eam verificare; nec poterit dicere, ſe non teneri confiteri, vel negare, ex quo non eſt ſcripta per ipſum, & teſtatur, ità ſeruari in praxi, quòd teneatur

6 recognoſcere ſcripturam defuncti, & vxor viri, ex *Io. Gallo, & Aufrer.* tenet idem *Rebuff. d. art.* 1. *de chirograph. & cedul. recogn. nu.* 4. vbi refert, quòd Regina Hieruſalem, & eius filij fuerunt condemnati ad recognoſcendum ſigillum patris, in literis appoſitum, & hanc opinionem, tàm in hærede, quàm in Inſtitore, ſeù Factore, ac in Patre, tenuit etiam *Burſat. conſ.* 39. *vol.* 1. *num.* 23. *Paul. Granut. in theorem.* 15. ſub *n.* 27. *Borgnin. Caualc. de contract. p.* 2. *dec.* 27. *nu.* 55. Et tandèm adducebatur, quòd hoc idem fuit deciſum per S.C. in anno 1625. in Aula Regij Conſiliarij Carauitæ, vbi fuit coactus filius,

Digitized by Google

filius, recognoſcere apocam patris in cauſa Anelli de Petruccio cum filijs q. Io. Vincentij Turboli, quod fuit productum in eo-
7 dem proceſſu fol. 82. Et ideò die 27. Febr. 1637. ad relationem Reg. Conſil. de Angelis, iunctis Aulis fuit deciſum, teneri Illuſtr. Principem ad recognitionem petitam, in Banca Caroli Strinæ. In hac cauſa vltrà ſupradicta fuit conſideratum, quòd ſatis difficilis erat verificatio prędictarum ſcripturarum huic Adminiſtratori, dùm erat facienda in Oppidis, quæ erant ſub dominio eiuſ-
8 dem Principis; Ad materiam autem recognitionis apodixarum, & aliarum priuatarum ſcripturarū videndi ſunt *Couarr. practic. quæſt. cap. 22. Koppen. dec* ſeù *quæſt. 46.* per tot. latiſſimè etiam *Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. &c. lib. 2. c. 11. nu. 933.* cum plur. *ſeqq.* aliqua etiam per *Nicol. Genuam in tract. de ſcript. priu. q. 14. lib. 1.*

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione LV.

### SVMMARIVM.

*Scriptura priuata non recognita, non probat, & an faciat aliquod indicium, vel coniecturam, ibid. & vt probet, requiritur, quòd recognoſcatur, n. 2. & quomodò probetur, nu. 4.*

2 *Scribens tenetur recognoſcere ſcripturam ab ipſo ſcriptam.*

*Dominus tenetur recognoſcere ſcripturam ſui Inſtitoris, ſic etiam hæres ſcripturam defuncti, et vxor ſcripturam mariti, ibid.*

5 *Teſtes tres requiruntur in ſcriptura, ſecundùm* l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. *& debent eſſe probata, atq; integra opinionis, n. 9. intellige, vt n. 10.*

6 *Teſtes duo requirũtur in recognitione, ſeù verificatione ſcripturæ, iuxtà* l. ſcripturas, *quando tertius teſtis eſt præmortuus, contrarium, n. 7. & ità deciſum adducitur quòad creditores hypothecarios, ſecùs quòad chirographarios, n. 12.*

8 *Subſcriptio teſtis mortui eſt verificanda per comparationem.*

1 Text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab. *procedit etiam quòad creditores in actione perſonali, ſed contrarium deciſum affertur, n. 12.*

13 *Teſtes in recognitione ſcripturæ priuatæ, quando probent, & n. ſeq.*

15 *Apoca Bancaria quando dicatur recognita, ad finem habendi exequutionem paratam ſecundùm* pragm.

16 *Literæ miſſiuæ verificantur per teſtes deponentes, habere notam manum, ſic etiam literæ cambij, vbi negatur acceptatio.*

1 SCripturam priuatam non recognitam nullam fidem facere, dixit *Decian. conſ. 54. nu. 2. & 3. lib. 5.* ex *text. in l. inſtrumenta*, in *l. rationes*, & in *l. exemplo, C. de probat.* refert, & ſequitur *D. Ciarlin. lib. 2. controu. forenſ. cap. 179. n. 21.* alia iura etiam citat *D. Reg. Sanfelic. in praxi iudic. ſect. 51. nu. 10.* ſed tantùm aliquod indicium, ac coniecturam fauore producẽtis, dixit idem *D. Ciarlin. d. lib. 2. cap. 156. num. 44.* quod tamen reprobat *D. Sanfelic. ibid. nu. 10. in fin.* etſi in pluribus caſibus probare oſtendat *nu. 13. 14. & 15.* ideòq; vt
2 illa probet, recognoſcenda eſt à ſcribente, vel ſi aliena manu ſcripta ſit, à principale ſubſcribente, quilibet enim tenetur recognoſcere propriam manum, ſiuè chirographum, vt optimè deducit *Rebuff. ad Conſt. Gall. tom. 1. tit. de chirogr. & ſchedul. art. 1.*
3 *nu. 1.* ſicut etiam Dominus ſcripturam ſui Inſtitoris, vt probat D. meus *n. 4.* & paritèr hæres ſcripturam defuncti, & vxor ſcripturam viri, vt comprobat *nu. 6.* quod etiam voluit *Farinac. in repertor. iudic. q. 59. n. 21.* & ità deciſum in duabus cauſis refert D. meus *nu. 7.* de quibus memor fuit *D. Thor.* ſcilicèt de prima, *in Comp. dec. p. 3. ſect. 1. in verb. hæres an teneatur*, & de ſecũda in caſu huius deciſionis, in qua pro Io. Leonardo Gaudio patrocinium præſtitit *D. Ioſeph Magaldus, d. p. 3. verb. filius patris hæres.*
4 Apoca tamen, vel alia ſcriptura priuata probatur, vel confeſſione, vel teſtibus, ſi cõfeſſione, quia recognoſcendo eam fateatur, probat *l. cùm de indebito, in fin. ff. de probat. D. Sanfelic.* qui alia iura adducit vbi ſuprà, *nu. 18.* ſi teſtibus recognoſcatur, & tunc ſimilitèr probationem inducit, non tamen teſtes eſſe poſſunt minus duobus, *l. vbi numerus, C. de teſtib. l. comparatio-*
5 *nes, C. de fid. inſtrumen.* licèt tres requirantur teſtes in materia *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* ad excluſionem creditoris poſterioris hypothecarij, vt per *D. Sanfelic. loc. cit. nu. 20.*

Hìnc cùm D. Franciſcus Magnatus prætendiſſet, declarari creditorem hypothecarium, ac præferri, nedùm creditoribus hypothecarijs poſterioribus, ſed etiam chirograharijs patrimonij Franciſci de Rinaldo, & Fabij Spartani, eò, quòd habebat albaranum cum clauſula conſtituti, & hypothecę,
6 trino teſte roboratum, licèt verificatum per duos tantùm, nàm alius tertius teſtis erat præmortuus tempore iudicij moti, quo caſu ſufficere recognitionem duorum teſtiũ ſuperuiuentium, prætendebat *D. Aſcanius Raitanus* meus Dominus, ac Aduocatus primi ordinis, ex *Gratian. cap. 429. nu. 1. & 11. lib. 3.* ac *dec. 94. nu. 18. 19. & 20.* & alijs,
7 attamen *Ego*, qui iura dicti patrimonij, ac

cre-

creditorum tuebar, dicebam, contrarium tenere *Mantic.de tacit. & ambig.conuent. lib.11.tit.24.nu.11.Maſcard.de probat.concluſ.110.n.28.& concluſ.285.num.4.Surd. dec.71.nu.1.& 2.Menoch.conſ.199.nu.46.* alioſq; plurimos, quos breuitatis cauſa
8 omitto; ac quatenus poſſet attendi opinio *Gratian.*& Aſſeclarum, erat verificāda ſubſcriptio teſtis mortui per comparationem, quæ in caſu prædicto facta minimè erat, vt de communi teſtatur opinione *Riminal. iun.conſ.213.nu.30.lib.2.*quod etiam negare nequiuit idem *Gratian.d.dec.94.nu.21.* ac etiam *Gabriel.*qui omnes citat *lib.1.cōmun.concluſ.tit.de probat.concluſ.10.n.27.*
9 immò erat probandum, teſtes prædictos eſſe probatæ,atq; integræ opinionis, iuxtà *d.l.ſcripturas*, vt iudicatum refert *D.de Franch.dec.644.nu.2.in fin.* aliam deciſionem adducit *D. Sanfelic. d.ſect.51.nu.21.* & probant *Gratian.cap.537.n.1.2.3.20.21.& ſeq.& d.dec.94.nu.24.D.Conſil.Carleu. de iudic.lib.1.tit.2.diſput.8.nu.37.* vbi per S.C.id pro vero habitum fuiſſe teſtatur,attenta diſpoſitione *Conſtit.Regni*,incip. *Inſtrumentorum robur*, eò magis, quia con-
10 trà teſtes fuerat in illorum receptione oppoſitum in genere,ex *Theſ.q.89.nu.10.& 11.*vel ſaltèm erat articulanda, licèt non probāda illorum qualitas,ex eod. *Gratian. d.cap.537.nu.31.*& tandèm contendebam,
11 *text.in d.l.ſcripturas* procedere,etiā quòad creditores chirographarios,dùm eadem viget ratio antidatæ,vt per *Tiraquell.de retract.conuent.§.1.gloſ.7.num.45.& 48.* ac *Gabriel.d.concluſ.10.nu.6.* Quarè per S.C.
12 ſub die 12. Maij 1651. ad relationem D.
* Conſil.*Marciani* mei eximij Domini,cum interuentu DD. Conſil. *Franciſci Antonij Muſcettulæ,Nauarettæ,Coppulæ*, ac *De Torre*, fuit deciſum,hæredes dicti D.Franciſci eſſe creditores vigore dicti albarani in actione hypothecaria reſpectu creditorum in actione perſonali tantùm,in Banca Borrelli, & ſic habitum fuit pro vero per S.C. quòd tres teſtes requirantur in recognitione contrà creditores hypothecarios,& duo reſpectu creditorum in actione perſonali.
13 Non tamen probāt teſtes in recognitione priuatæ ſcripturæ, ſi deponant,habere notam manum, nàm debent deponere, vidiſſe ſcribere,*Grammat.dec.84.Affl.dec.181.* vbi *Vrſill.*aliiq; *Addentes*, *D Epiſcop. Ricc. collect.19.D.Sanfelic.*vbi ſuprà,*num.28.D. Ciarlin.d.lib.2.cap.175.nu.26.* verùm ſi te-
14 ſtes deponant,habere notam manum,quo caſu ſemiplenè probant,*D.Sanfel. dec.155. lib. 2.* & fiat comparatio per alios teſtes cum alia publica ſcriptura ſcribentis, ex qua ſimilitèr ſemiplena probatio inducitur,vt per *Affl. d. dec.181.n.7.in fi.*tūc prædictæ ſemiplenæ probationes coniunguntur,ad faciendam plenam probationem,*D. Sanfelic.ibid.nu.2.*vbi *in fine* iudicatum re-
15 fert,apocam Bancalem fuiſſe habitam pro verificata per teſtes deponentes,habere notam manum,cum comparatione facta, & proindè,habere exequutionem paratam, ſeruata forma *Reg.pragm.*
16 Litteræ autem miſſiuæ verificantur per teſtes deponentes, habere notam manum, & tunc probant,*Affl.d.dec.181.nu.5.* ſicuti etiam litteræ cambij,quando negatur acceptatio,vt per D.*Sanfelic.d.ſect.51.num.28. verſ.quò verò.* M.A. Gizzius.

## ARGVMENTVM.

Aſſenſus *Capituli* nùm extendatur ad contractum cenſualē, ex pecunia dotali factum, tempore,quo in capitulis matrimonialibus expreſsè fuerit conuentum, vt pecunia prædicta conuerteretur in emptionē annuorum introituum pro ſecuritate dotium, latè explicatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *In pretio rei feudalis præferuntur creditores cum aſſenſu,ad euitandum circuitum.*
2 *Aſſenſus,in exequutiuis, & dependentibus ex eodem contractu, vbi fuit præſtitus, extenditur.*
3 *Contractus factus in exequutionem alterius contractus, dicitur correſpectiuus, & non debet diuerſo iure cenſeri,& in ipſo contractu ineſſe iudicatur.*
4 *Aſſenſus præſtitus in vno contractu, extenditur ad alium correſpectiuum.*
5 *Aſſenſus præſtitus in promiſſione de vendēdo,extenditur ad ipſam venditionem.*
6 *Aſſenſus nō requiritur in ratificatione, quæ fit ratione promiſſionis.*
7 *Aſſenſus vigore* Capituli *dotibus conceſſus, extenditur ad contractum mutui,deindè celebrati.*
*Sed intellige,vt nu.14.*
*Item ad bona ſoceri,nu.9.*
8 Capitulum Regni *tribuens aſſenſum dotibus,reſpicit ipſas dotes, & ipſarum conſeruationem,& non perſonas.*
10 *In materia aſſenſus,vbi militat eadem ratio,*

*tio, eadem quoq; diſpoſitio militare debet.*
11 *Aſſenſus* Capituli *intelligitur præſtitus in ipſo inſtrumento dotali, nec dicitur ſubſidiarius, & n.12.*
13 *Contractus correſpectiuus quando dicatur.*
15 *Aſſenſus* Capituli *non extenditur ad contractum cenſualem pecuniæ dotalis.*
16 *Deciſio cauſæ affertur.*

# Deciſio LVI.

IN liberatione depoſiti peruenti ex pretio Caſalis Grummi in Prouincia Terræ Laboris, venditi ad inſtantiam Creditorum Io. Antonij Salinas concurrebat D. Iumara Caracciola, ad præſens Marchioniſſa S. Ioannis, cum Vincentio Capycio, Secretario Ioanne de Lezcano, & alijs Creditoribus, nec dubitabatur de anterioritate crediti D. Iumaræ, ſed de Regio aſſenſu, iuxtà enim tradita per *Præſ. de Franch. dec. 64.* in pretio peruento de re
1 feudali præferuntur creditores cum aſſenſu, ad euitandum circuitum, & etiam ex ſpeciali pacto, quod ſolent apponere emptores, quamuis enim D. Iumara non habebat aſſenſum hominis, prætendebat, habere aſſenſum legis, vigore *Capituli Neap. & Gratiæ* conceſſæ mulieribus Neap. de qua in *Pragm. 2. de feud.*

Verùm dicebant creditores, qui habebant aſſenſum, quòd *Capitulum,* ſiuè *Gratia* non poterat extendi ad caſum præſentem, in quo Io. Antonius Salinas non interuenerat in capitulis matrimonialibus, neq; in inſtrumento dotali, ſed cùm q. Ioa. Thomas Coſſus primus vir D. Iumaræ receperit duc. 2000. ex Monte, dicto *delli Caraccioli,* illos conuertit in emptionem tot annuorũ introituum cum dicto Io. Antonio Salinas, ſuper qua venditione omninò erat expediendus Regius aſſenſus, ad finem, vt bona feudalia remanerent obligata.

Pro parte verò D. Iumaræ dicebatur, aſſenſum *Capituli* debere intelligi, nedùm in inſtrumento dotali, ſed in omnibus actibus conſequutiuis ad illud, quamuis enim regularitèr aſſenſus non extendatur de perſona ad perſonam, nec de contractu ad contractum, neq; de re ad rem, *Andr. de Iſern. in cap. Imperial.* vbi etiam *Camerar. fol.* 18. *lit. R.* de quibus per *De Ponte conſ. 36. vol. 1. & de poteſt. Proreg. in tit. de regal. impoſit. §. 7. nu. 26. Anna in repetit. Conſt. Conſti-*
2 *tutionem Diuæ memoriæ, nu.* 28. Attamen hoc limitatur in exequutiuis, & dependentibus ex eodem contractu, vbi fuit præſtitus aſſenſus, vt habetur ex *Gizzarell. in dec. 67. nu. 7.* in nouis. Cùmq; emptio de pecunia dotali ſit facta in exequutionem inſtrumenti dotalis, & capitulorum matrimonialium, in quibus expreſsè cauetur, eſſe de pecunia dotali faciendam emptionem pro maiori ſecuritate dotis, proùt communitèr ſolet fieri in hac Ciuitate; iſte ſecundus cõtractus dicitur correſpectiuus ad inſtrumẽtum dotale, *Bal. in l. petens, n.* 49. *C. de pact.*
3 & proindè eodem iure cenſeri debet, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 627. num. 22.* immò cenſetur ineſſe in ipſo actu, & ſic in inſtrumento dotali, *Tiraqu. de retract. conuent. gloſ. 1. §. 5. nu. 1.* cum plurib. *ſeqq.* & vnicus actus eſt reputandus, idem *Gratian. diſcept. cap. 692. nu.* 38. & in propria materia aſſen-
4 ſus præſtiti in vno contractu, extendi ad alium correſpectiuum, habetur ex *Iſern. in cap. 1. nu. 5.* poſt *med. qui ſucceſſ. teneant.* & ex *Camer. in d. cap. Imperialem, f. 51. lit. M.*
5 qui dixit, aſſenſum præſtitum in promiſſione de vendendo, locum habere etiam in ipſa venditione in *d. fol.* 51. *lit. P.* & ſic etiam
6 non requiri nouum aſſenſum in ratificatione, quæ fit ratione promiſſionis factæ de ratificando, refert iudicatum *Affl. dec. 285. nu.* 14. & in propria materia *Capituli* exten-
7 di ad contractum mutui poſteà celebrati, refert *Camerar. in loco* proximè citato, vbi ità dicit iudicatum in cauſa D. Mariæ de Gueuara, ea ratione, quia in capitulis matrimonialibus mentio fiebat de contractu mutui, qui erat ſequela prædictorum capitulorum.

Secundò dicebatur, quòd *Capitulum, &*
8 *Gratia* reſpexerunt, non perſonas, ſed dotis conſeruationem, vt probat *Camerar. in loc.* proximè citato, *lit. P. verſ. & ideò dicebam,* quem ſequitur *Reg. Rouit. conſ. 17. n. 8. lib. 2.* qui ex hoc concludit, quòd quicunquè eſt obligatus pro dote, vel antephato, comprehenditur in *Capitulo,* quod probarunt *Anna alleg. 115. nu. 15. De Ponte,* & alij allegati per eundem *D. Rouit. in pragm. 6. nu. 4. de feud.* quod etiam expreſsè tenet *Camer. in d. cap. Imperial. fol. 53. lit. E. & O. & De Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. nu. 43.* & ideò
9 extendi ad bona ſoceri, fuit iudicatum, vt per *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 13. Camer. ibidem, f. 52. lit. Q.*

Et tandèm, cùm ratio expreſſa in dictis
10 capitulis ſit conſeruationis dotis, quotieſcunq; militat ratio prædicta, debet & eorum diſpoſitio vigere, quod procedere, nedùm in materia fauorabili, in qua verſatur publica vtilitas, proùt eſt dotium conſeruatio, vt per *Minad. conſ. 3. nu. 11. & De Pont.* vbi ſuprà, *nu.* 28. verùm etiam in materia ſtricta, vt habetur ex *gloſ. in auth. vt ij, qui oblig. ſe hab. perhib. res min. in ver. ad curationem, Abb. in cap. at ſi clerici, §. adulterijs, de iudic.* & propriè in materia aſſenſus Pontificis fundat *Felin. in cap. ſignificaſti, n. 11.*

*de reſcript. Gulielm. de Bened. in cap. Raynuntius, nu.* 151. *de teſtam.* & in aſſenſu Regis, *M in ad. d. conſ. 3. nu.* 13.

Pro Creditoribus verò dicebatur, quòd prædicta nullo modo militabant; ſiquidèm aſſenſus *Capituli* intelligitur præſtitus in
11 ipſo inſtrumento dotali, vt expreſsè dictat eius verba, vt in *cap.* 20. inſerto in *pragm.* 2. *de feud.* & meliùs in *cap.* 21. inſerto in *prag.* 3. ibi; *Item ſupplicano, che in tutti l'inſtromenti dotali, che da quà inanzi accaderanno farſi in queſta Città di Nap. illo tunc, che ſiano fatti l'inſtromenti dotali, & obligatione di beni feudali,* quod etiam firmat *De Ponte d. tit. 6. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. n.* 13. & propterea id, quod fuit deciſum in cauſa Galeatij Farneſij cum Duce Hadriæ, vt habeat locum in bonis etiam Soceri, ex eo, quia Socer erat obligatus in inſtrumento dotali, ſuper quo ſtatim, quòd eſt celebra-
12 tus, Intelligitur præſtitus Regius aſſenſus, & ex his fuit iudicatum, nō eſſe ſubſidiarium, vt fuiſſe indicatum aduersùs Fiſcum, refert *Anna in d. alleg.* 115. *in fin.* & ità obtentum fuiſſe in Reg. Cam. ſub eius patrocinio, dicit *De Ponte in d. tit. 6. nu.* 16. in cauſa Elionoræ Caracciolæ, qui etiam *num.* 26. reprehendit *Camerar.* qui ſe fundat, nè mulier remaneat indotata, quia ratio non eſt vera, cùm in *d. cap.* 21. nec verbum quidèm de indotatione, ſed ſimpliciter eſt petitus, & conceſſus ſuper inſtrumento dotali, & ex hoc non fuit habita pro vera eius opinio, quòd aſſenſus prædictus ſit ſubſidiarius, cū pluriès contrarium fuerit deciſum, vt per eundem *De Pont. loc. cit. n.* 17.

Ex quibus apparebat reſponſio ad ea, quæ in contrariū adducebantur, & id, quod dicebatur de prætenſa correſpectiuitate,
13 nullo modo poterat applicari ad caſum, ſiquidèm correſpectiui dicuntur illi contractus, quorum vnus reſpectu alterius confectus eſt, & vno deficiente, corruit alter, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 12. & dicuntur correſpectiui, quando vnico contextu fuerunt actus celebrati, vel infrà breue tempus, vt *nu.* 28. veluti in ſequenti die, *Crauett. conſ.* 298. *num.* 13. & eò ipsò, quòd contractus ſunt correſpectiui, non poteſt ſtare vnus ſine alio, licèt cauſam habeat ſeparatam, modò vnum contractum ſine alio partes non feciſſent, vt ex multis copioſè fundat *Gurb. dec.* 85. ſub *n.* 20. quæ quidèm omninò ceſsāt in caſu noſtro, cùm quilibet ex prædictis contractibus poſſit ſtare de per ſe, & ſint longè poſt tempore celebrati.

Nec obſtat illud, quod dicitur de ſeque-
14 la, & exequutione contractus, ſiquidèm reſpectu contractus mutui neceſſaria fuit noua *Gratia*, vt in *d. prag.* 3. quàmuis eſſet etiā comprehenſus, & correſpectiuus cōtractui inſtrumēti dotalis, & deciſio relata per *Camer. d. fol. 51. lit. M.* fuit fundata; quia in capitulis matrimonialibus facta erat mentio de dicto contractu mutui, & tamen ad euitandum iuris dubietatem, neceſſaria fuit noua *Gratia*.

Nec tandèm aliquid faciebat, tractari de conſeruatione dotis, quia per ea, quæ plenè diſcurrit *De Ponte in d. tit. 6. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. nu.* 13. aſſenſus *Capituli* non reſpicit, niſi inſtrumentum ipſum dotale, nec
15 poteſt trahi ad alios contractus, & ideò ſēper fuit obſeruatum, vt in emptionibus factis per Virum de pecunia dotali impetretur Regius aſſenſus, tanquàm neceſſarius, quia per *Gratiam* conceſſam per S. M. Ciuibus Neap. conceditur aſſenſus tantùm in ipſo inſtrumento dotali, nec aliud fuit vnquàm petitum, nec conceſſum, vt ſuprà dictum eſt, eſſet enim ampliare *Gratiam* ad id, quod nunquàm fuit cogitatum.

16 Et propterea de menſe Iulij 1635. ad relationem Reg. Conſil. D. Thomæ de Carleual, iunctis Reg. Conſil. duarum Aularum fuit deciſum, pecuniam peruētam ex dicto pretio Caſalis Grummi eſſe liberandā Creditoribus cum aſſenſu, non obſtātibus prætenſis per dictam D. Iumaram Caracciolā, penès Figliolam Act. Mag.

# OBSERVATIO
## In Deciſione LVI.

### SVMMARIVM.

1 Capitula 20. & 21. Ciuit. Neap. *non extenduntur ad contractum annuorū introituum, ex pecunia dotali factum.*

2 *Aſſenſus præſumitur præſtitus in inſtrumēto dotali, & nu. 11. & donationibus contemplatione matrimonij, n. 12. intellige, vt nu. 13.*

3 *Aſſenſus* Capit. Neap. *quibus proſit, & ad quos extendatur, n. 4. 5. & an ſit ſubſidiarius, nu. 6.*

7 *Aſſenſus præſtitus ſuper promiſſione de vendendo, extenditur ad ipſam venditionem, & requiritur in promiſſione de re feudali, nu. 8.*

*Promittens vendere, nullo expedito aſſenſu ſuper dicta promiſſione, poteſt etiam reuocare, iuxtà* Conſt. *incip.* Conſtit. Diuæ memoriæ, *& non tenetur ad intereſſe, d. n. 8. & ità iudicatum traditur, ſub n. 10.*

9 *Promiſſio de vēdendo obligat promittentem ad intereſſe, contrarium in re feudali, & ſic deciſum adducitur, ſub n. 10.*

Fuit

Digitized by Google

1 FVit in cauſa huius deciſionis funda-
tum, aſſenſum *capit.*20. huius Ciui-
tatis, de quo in *pragm.*2. *de feud.* &
*capit.*21. inſerti in *pragm.*3. *eod. tit.*
Neapol. mulieribus conceſſi, non extendi
ad contractum annuorum introituum, ex
pecunia dotali factum, quamuis in capitu-
lis matrimonialibus eſſet dictum, quòd de
pecunia prædicta fieret emptio annuorum
introituum, pro dotium ſecuritate, vt per
D. meum *num.*11. *&* 15. ac ità deciſum, vt
refert *nu.*16. dùm depoſitum peruentum
ex pretio rei feudalis, fuit liberatum alijs
creditoribus cum aſſenſu, ex ratione addu-
2 cta *d. nu.*11. nàm aſſenſus præſumitur præ-
ſtitus inſtrumento dotali, quod procedit,
quando adeſt obligatio feudalium bonorũ,
vt voluit *conſult.*27. *n.*6. *&* *conſult.*29. *nu.*
7. 30. 33. *&* 40. *lib.*1. ſecùs ſi illa deficiat, vt
tradit *ibid. nu.*11. & ità etiam fundat, ac de-
ciſum refert per S.C. ſub die 13. Martij 1646.
*D. de Marin. lib.*2. *quotid. reſol. cap.*28. *n.*19.
*in fin.* in cauſa D. Lutij Capycij cum erudi-
tiſſimo, ac perſpicaciſſimo viro D. Andrea
Marcheſio Præſid. S.C.
3 Qui quidèm aſſenſus *capit.* nedùm pro-
deſt mulieribus, ſed etiam omnibus alijs,
quibus reſtitutio dotis facienda eſt, etſi ex-
traneis, vt in *d. capit.*21. ſiuè *pragm.*3. de
qua *D. de Marin. ibid.* ſub *nu.*7. ac etiam in
4 aſſecuratione, vt optimè docet D. meus *d.*
*conſult.*29. *num.*24. & extenditur, nedùm ad
bona ſoceri vxoris, vt deciſũ refert D. meus
*hic, nu.*9. & *d. conſult.*29. ſub *nu.*11. & com-
probat *D. de Marin.* vbi ſup. *n.*15. ſed etiam
5 ad bona ſoceri mariti agentis ad conſequu-
tionem dotis, ex contractu mutui, vt deter-
minatum paritèr teſtatur D. meus cit. *con-*
*ſult.*29. *n.*10. *&* 20. ac etiã *D. de Marin. loc.*
6 citat. *nu.*16. neq; ſubſidiarius eſt talis aſſen-
ſus, vt poſt D. meum *hic, nu.*12. probat *D. de*
*Marin.* contrà *Camerar. d. cap.*28. *num.*10.
qui *nu.*11. limitat, vbi mulier, vel eius hęres
poſſet ſatisfieri ſuper allodialibus, tũc enim
Iudex non debet permittere, vt agat ſuper
feudalibus, ex *D. Præſ. Minad. dec.*13.
Et dùm D. meus *nu.*5. tradit, aſſenſum
7 præſtitum ſuper promiſſione de vendendo,
locum habere etiam in ipſa venditione; ob-
ſeruabis, quòd promiſſio de vendendo nõ
eſt venditio; *Valaſc. dec.*83. *nu.*2. *&* 3. *Theſ.*
*dec.*233. *Gargiar. conſ.*35. *nu.*4. *lib.*1. & in
8 ea requiritur aſſenſus, ſi promiſſio ſit de re
feudali, ſecundùm veriorem opinionem, de
qua poſt alios teſtatur *D. Bilotta concluſ.*
*feud.*43. ſi autem nullus ſit impetratus aſ-
ſenſus ſuper dicta promiſſione, poteſt pro-
mittens talem promiſſionem reuocare, vi-
gore *Conſtit.* incip. *Conſtitutionem Diuæ*
*memoriæ*, ità vt non teneatur ad intereſſe,
ſi non vendat, vt per *Affl. in d. Conſt. nu.*30.
& per D. meum *conſult.*11. *nu.*11. *lib.*1. etſi
9 promiſſio de vendendo obliget promitten-
tem ad intereſſe, iuxtà tradita per D. meum
*ibid. nu.*9. ſed *Frecc. de ſubfeud. limit.*12. *ad*
*d. Conſtit. num.*28. tenet contrarium, cuius
10 opinionem ſequutus eſt *D. de Franch. dec.*
48. *nu.*1. ac etiam *D. Minad. conſ.*29. *n.*10.
*&* *ſeq.* & ſecundùm hanc opinionem fuit
* iudicatum per S.C. referente eodem *D. de*
*Franchis* in anno 1581. in fauorem D. Co-
mitis Torellæ filij D. Ducis Atripaldæ con-
tra D. Principem Biſiniani, dùm D. Comes
fuit abſolutus ab intereſſe petito per D.
Principem, propter reuocationem promiſ-
ſionis de retrouendendo, eò, quòd carebat
aſſenſu, in Banca.......
11 Sic paritèr licèt aſſenſus intelligatur prę-
ſtitus inſtrumento dotali, vt retulimus *n.*2.
& fundat *D. Præſ. Merlin. cent.*2. *controuerſ.*
*forenſ. cap.*58. *n.*19. & ſequitur *Dom. Con-*
*ſil. Staiban. lib.*1. *reſol. forenſ. reſol.*61. *n.*55.
& omnibus in eo contentis, *D. Merlin. cap.*
60. *nu.*29. *d. cent.*2. poſt *D. Conſil. Marcell.*
12 *Marcian. conſ.*36. *n.*3. *lib.*2. & ſic etiam do-
nationibus contemplatione matrimonij, in
capitulis, vel inſtrumento dotali factis, vt
probat *D. Merlin. d. cap.*60. *num.*17. id ta-
13 men intelligitur pro ſecuritate dotis, & an-
tephati, non autem ad alium finem, vt deci-
ſum refert *D. de Marin. d. cap.*28. *nu.*18. *in*
*fine*, ex *Apoſtilla D. Minadoi*, & ſic filius
non poteſt ſe tueri tali aſſenſu capituli ſuper
donatione ei à patre, vel alio facta contem-
platione matrimonij, ſed tãtummodò vxor
pro conſequutione eius dotium, & ante-
phati, vt conſultus ex prædictis reſpondi in
conſeſſu habito pro D. M. Comeſtabulo
Columna contra D. Marchionem Pollæ,
eiuſq; creditores, licèt contrarium ſubſti-
nuiſſent *D. Landulphus de Aquino*, & *Dom.*
*Hieronymus de Angelillis*, Aduocati docti,
& eximij ingenij, at cum mea opinione cõ-
currerunt *D. Eraſmus de Põte*, & *Dom. Ho-*
*nuphrius de Palma*, Aduocati paritèr eru-
diti, ac perſpicaciſſimi, & idem *d. D. Honu-*
*phrius* ob ſua merita præſidet in M. C. V.
criminum vti Aduocatus Regij Fiſci, ex be-
nignitate Sereniſs. Regis noſtri Philippi IV.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Ius prothomiſæos an habeat locum in feudo hæreditario, & an, & quando ex receptione pretij facta per Agnatum, cenſeatur dicto iuri renũciatum.



Digitized by Google

## Et an competat reſtitutio in integrum aduerſus lapſum termini ad retrahendum. Et an competat fœminæ,& alijs in vlteriori gradu exiſtentibus,quando proximior non vult,vel renunciauit.Et quid quando veriſimilitèr, non ad ſui commodum, ſed aliorum retrahere vellet.Et ex quibus præſumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Ius prothomiſaos ſpectans ad agnatos,habet locum in feudis hæreditarijs, & nu.3.*
*Limita,vbi dicto iuri eſſet renũciatum,n.8.*
2 *Communis forma inueſtituræ in Regno eſt, pro ſe,& hæredibus.*
3 *Feudo nullitèr alienato datur agnatis ius prælationis,etiã in vita alienantis,refuſo pretio,at eo mortuo,nullo ſoluto pretio.*
*Limita,in feudo hæreditario,n.36.*
4 *Feudum conceſſum pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus,dicitur hæreditarium.*
*Sed contrarium,cùm dicatur ex pacto , & prouidentia,n.5.*
6 *Ius retractus non militat in feudo ex pacto, & prouidentia.*
7 *Ius prælationis competit agnatis, etiam in afflictu feudi hæreditarij.*
9 *Minor dicitur læſus eò ipsò,quòd renũciat.*
10 *Decretum Iudicis in contractu minoris interpoſitum,non impedit reſtitutionem in integrum,data læſione.*
11 *Minor,ſtante læſione reſtituitur aduerſus contractum iuratum.*
12 *Læſus quis non dicitur in prælatione,quando non probaretur, habuiſſe pecuniam neceſſariam ad emẽdum illud,in quo præferri prætendit.*
*Se[d] contrarium, vbi res retrahenda fuiſſet maiorum, nu.13.*
14 *Ratificatio ex verbis,et ex factis inducitur.*
15 *Receptio pretij inducit alienationis ratificationem,& nu.19.*
*Amplia,etiam in minore facto maiore,n.16. 18. & 54.*
*Intellige, vbi pretium recipit tanquàm creditor venditoris, n.20.*
17 *Soluens pretium promiſſum, contractum ratificat.*
21 *Præsẽs,& tacẽs,& pretiũ recipiens,nõ cẽſetur venditioni conſentire,vbi ſuo nomine aliquid geſtũ nõ fuit,ſed ad alium finẽ.*
22 Conſanguineus *non prohibetur retrahere rem alienatam , quamuis fideiuſſerit pro venditione rei venditæ.*
23 *Interuentus alicuius ex forma ſtatuti pro Mundualdo,non præiudicat in retractu.*
24 *Præſtitia iuris retractus,renũciationẽ inducit,vbi ad illũ finẽ in cõtractu interuenit.*
25 *Venditioni conſentiens, cenſetur hypothecam remittere.*
26 Notarius *ſtipulans contractum alienationis rei ſibi hypothecatæ,tanquàm liberæ, & nemini obligatæ,ſibi præiudicat.*
27 *Ius retractus competit fœminis,vbi maſculi nollent redimere.*
*Contrarium,n.28.*
*Prima opinio in Regno verior,nu.29.*
30 Tex.in c.1.§.ſed & res,per quos fiat inueſt. *explicatur.*
31 *Parentis appellatione venit pater, auus, & proauus.*
*Intellige,impropriè,n.32.*
33 *Prima cauſa ſucceſſionis,liberorum eſt.*
34 *Remotior agnatus nõ prohibetur retrahere, proximiori renũciãte tacitè,vel expreſsè.*
35 Harth.Piſtor.qq.iur.lib.2.q.12.n.76. & ibi *eius* Filius in addit.*confutantur.*
37 *Ius retractus competit ei,qui,ſi feudũ alienatum non fuiſſet,ſucceſſurus eſſet.*
38 *Ius retractus competit fœminæ,vbi non eſt excluſa à ſucceſſione feudorum,& nu.55.*
39 *Ius retractus ſpatio vnius anni , & vnius diei præſcribitur, & quid, vbi alienatio fieret in extraneum.*
40 *Tempus iuris retractus an minori currat.*
41 *Aduerſus temporis lapſum minori competit reſtitutio in integrum, & n.57.*
42 *Prælatio,ad hoc vt cõpetat,quæ requirãtur.*
43 *Ius retractus eſt denegandum, vbi quis,nõ pro ſe, ſed pro alio vti vellet.*
44 *Ius retractus nõ cõpetit agnato pauperi,qui mutuo pecuniã eſſet recepturus,& n.56.*
45 *Agnatus retrahens, non poteſt ab emptore prohiberi,nè alteri cedat.*
*Intellige,vt n.47.*
46 *Vicinus poteſt retrahere , vt maiori pretio deindè vendat.*
48 *Agnatus retrahens,ſi dubitetur , nè alteri cedat,debet proferri ſententia ad beneficium ipſius tantùm,vel ſub conditione.*
*Sed contrarium,n.58.*
49 Boer.quæſt.139.*confutatur.*
50 *Ius retractus eſt denegãdũ agnato minori, vbi ex illo ei damnum reſultaret,et n.59.*
51 *Prælatio in feudis hæreditarijs agnato competit.*
52 *Iudicis decretum,& iuramentum non tollunt reſtitutionem in integrum.*
53 *Sufficit pro læſione,rem fuiſſe ſuorum maiorum,in materia retractus.*
60 *Deciſio in cauſa affertur.*

De-

# Deciſio LVII.

1 PLuriès fuit in hoc Regno diſputatū, an ius retractus, ſiuè prothomiſeos ſpectans ad agnatos, ex diſpoſitione *text. in c. 1. §. ſed & nes, per quos fiat inueſtitura, in cap. 1. §. porrò, qualitèr olim feudum alien. poter. & in c. 1. §. Titius, & de feud. defunct. milit. fuer. controuerſ.* habeat locum in feudis hæreditarijs, ex quo communis forma inueſtituræ in Regno eſt 2 pro ſe, & hæredibus, vt tradit *De Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. §. 3. n. 16.* vbi etiam, quòd non inſtitutus in feudo ſuccedit vti hæres ex ipſo principio generationis feudi, ex doctrina *Andr. in c. 1. de inueſt. de re alien. fact. & Guglielm. de Perno in loco* ab ipſo allegato, & ſic deciſum refert *Franch. deciſ. 1.* & copioſè *Nicol. Ant. Gizzarell. dec. 28.* vbi *n. 21.* dicit, quòd hæc forma fuit introducta in Regno per *Capit. Conſiderantes, Garz. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. tit. 10. lit. M.* Et quidèm noſtris temporibus fuit ſemper deciſum pro opinione affirmatiua, incipiendo à cauſa Iuliæ Muſceptulæ cum Mutio Simonetta, de qua per *De Ponte in deciſ. 11. Collater. Conſil.* vbi inſerit *Allegationes* eruditiſſimi *Scipionis Rouiti*, tunc temporis prædictæ Iuliæ Aduocati, qui poſteà fuit Regius Conſiliarius, Præſidens Regiæ Cameræ, & Regens Regiam Cancellariam, & ideò *Reg. Tapia in annotation. ad Conſtit. Sancimus, de iure prothom. n. 76. in lib. 4. iuris Regni* dicit, dictam deciſionem eſſe nouam, & ſolemnem, anteà enim non reperitur deciſum, quæ quidē deciſio fuit poſteà approbata per S.C. in nonnullis alijs cauſis, vt in cauſa Ill. Ducis Laurini, in anno 1614. penès Sarrum Actor. Magiſtr. & iterùm in cauſa Ill. Marchionis Aquauiuæ, prætendētis prælationem in venditione Terræ Iuliæ Nouæ, quæ vendebatur ad inſtantiam Creditorum Ill. Ducis Adriæ eius patris, de qua cauſa meminit *Cōſil. Theodor. in alleg. 92. & D. Rouit. in rubr. de feud.* ſub *num. 32.* Sic etiam in venditione Terræ Durazzani, & in venditione Terræ Serræ Capriolæ vēditæ per Ill. D. Ferdinandum Gonſagham Principem Melficti Ill. Duci Biſaciarum, & fuit data prælatio D. Andreæ Gōſaghæ eius filio in anno 1625. in Collaterali Conſilio. In cauſa illorum de Vicedominis, & in alia cauſa Alexādri de Loffredo, de quibus per *Fuluium Lanarium* morigeratum, & doctum olim Patronum Regalis patrimonij, nunc verò Præſidentem Regiæ Cameræ in *addit. ad Reg. Lanar.* patruum in *d. §. ſed & nes, n. 64. fol. 335.* Ità etiam fuit deciſum in vēditione Terræ Montiſalti, in anno 1630. iunctis Aulis, & ſic paſſim in alijs cauſis, & nouiſſimè in cauſa venditionis Ciuitatis Mottulæ ad relationem Conſiliarij Carauitæ, ſimilitèr iunctis Aulis, & licèt in cauſa D. Annæ Mariæ Caraſæ cum D. Alonſo Sāchez fuerit, vt audiui ab aliquibus ex Dominis votantibus, dubitatum de hoc articulo, tamèn cauſa fuit deciſa ex alijs articulis, qui erant in illa cauſa, & Ego dùm eſſem Aduocatus Creditorum Illuſt. Marchionis Orioli, eorum partes ſuſtinendo, ſcripſi pro negatiua opinione, eam amplectendo, tanquàm in puncto iuris veriorem, & nonnulla conſiderabam ad excluſionem eorum, quæ per *D. Reg. Rouit. in alleg.* inſertis in *d. deciſ. 11. Reg. de Ponte* traduntur, & inter alia, 3 quòd hoc ius prælationis, quod datur in vita, refuſo pretio, poſt mortem autem nullo pretio ſoluto, vt habetur in *d. §. Titius*, fundatur præcipuè in nullitate alienationis, & quia, vt viuo alienatore venditio haberet effectum, neceſſe eſt, vt retrahere volens, in eius vita ſoluat pretium, vt aduertit *Koppen q. 54. n. 33.* & quòd hæc nullitas contractus ſit cauſa finalis, conſiderata à *Doctoribus*, non autem ea, quæ habetur in *l. lex, quæ tutores, ff. de adminiſtr. tutor. & in l. ſi in emptionem, ff. de minor.* in terminis voluit *Georg. Obrecht.* Germanus, qui poſt *Piſtor.* contrariæ opinionis anteſignanum ſcripſit *de iure feud. lib. 4. c. 9. n. 98. & Matth. Berlich.* in ſuis *practicabil. concluſ. concluſ. 57. vol. 2.* & reuera *Piſtor.* videtur loqui in eo 4 feudo, quod ipſe vocat hæreditarium, conceſſum pro hæredibus feudalibus, ex corpore legitimè deſcendentibus, in quemmodum plerunq; feuda in Germania concedi ſolent, vt idem *Harthm. Piſtor.* teſtatur *quæſt. iur. lib. 2. q. 3. num. 60.* quam feudi formam hæreditariam eſſe, probat in *d. q. 3. per tot. Doctores* pro vtraq; parte enumerando, vel ſaltim mixtum, cui tamen aſſertioni nō aſſentit *Knichen. de veſtitur. pact. c. 2. nu. 30.* qui dicit, quòd ſolus *Piſtor.* ſequutus à *Cothmann. conſ. 2. nu. 62. & 299.* & à *Federic. PrucKman conſ. 4. nu. 23. lib. 1.* contendit, hanc feudi formam importare feudum hæreditarium, ſed omnes alij ſen- 5 tiunt, importare feudum ex pacto, & prouidentia, vt habetur ex *Doctoribus* enumeratis ab eodem *Piſtorio à n. 1. & à Menoch. conſ. 391. & Vulteio de feud. c. 8. n. 31. lib. 1.* Et ſic etiam hoc feudum ex pacto vocat *Surd. conſ. 108. num. 10. & 11.* & propterea idem *Matth. Berlich.* qui poſt *Piſtor.* ſcri- 6 pſit, tenuit, non habere locum in dicto genere feudi ius retractus, in *d. concluſ. 57. & Obrecht. de iur. feud. d. lib. 4. c. 9. nu. 28.* & pro hac opinione, quia innumeros *Doctores* cumulaui, hìc non repeto, quæ cauſa non fuit alitèr deciſa, ſed tamē poſteà vidi in eodem pro-

Digitized by Google

proceſſu, D. Alexandrum Pignonum obti-
7 nuiſſe prælationem in affictu, & ſic etiam reſpectu affictus fuit obſeruatum cum Ill. Duce Ebuli, & in alijs cauſis.

Hinc orta controuerſia inter Dominum Iulium Maſtrillum M. C. V. Regij Fiſci Patronum, nunc Regium Conſiliarium cum Carolo, & Liuia Zattara, qui prætendebant retrahere Terram Mariliani, venditam annis elapſis per Cæſarem fratrem primogenitum pro pretio duc. centum quadraginta millia, dicebant, ex tot deciſionibus habere intentionem fundatam, cùm dubitari non poterat, quòd ipſi erant agnati, & quòd feudùm Mariliani eſſet feudum paternum, emptum à Iacobo Zattara communi patre.

Pro parte verò dicti Regij Fiſci Patroni nonnulla opponebantur ad excluſionem
8 Actorum, & Primò contra Carolum dicebat, ei obſtare renunciationem per ipſum factam prælationi, mediante inſtrumento cum iuramento, & omni ſolemnitate vallato, in quo, nedùm alienationi conſentijt, ſed etiam in ſpecie iuri retractus renunciauit; quo caſu nõ habere locum ius prælationis, ſiuè retractus, habetur in *d. §. porrò, & §. Titius*, vbi etiam *Doctores* omnes, quod quidèm non negabatur per Actorem, ſed dicebat, tunc temporis fuiſſe minorem, & proindè petijſſe, admitti ad dictum retra-
9 ctum, etiam per viam reſtitutionis in integrum, eò enim ipsò, quòd ipſi renunciauit, dicitur læſus, *cap. conſtitutus, de in integr. reſtit.* vbi *Canoniſtæ*, & habetur per *Doctores in d. l. ſi in emptionem, ff. de minor. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 140. Theſaur. dec. 99. nu. 15.* latiſſimè *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 4. n. 82. Harthman. Piſtor. d. lib. 2. quaſt. iur. q. 12. nu. 49. in fin. Conſil. Marcian. conſ. 8. n. 4. Giurb. deciſ. 78. n. 6. Caſtill. dec. 244.* quod procedere dicebat, non obſtante Iudicis decreto interpo-
10 ſito ſuper dicto contractu, nàm Iudicis decretum non impedit reſtitutionem in integrum minori, data tamen læſione, vt probat *text. in l. ſiquidèm, C. de præd. minor. gloſ. in l. eos, C. de his, qui ven. ætat. impetrau. Octau. Simoncell.* poſt *Bart. Bald.* & alios in *tract. de decret. lib. 3. tit. 7. n. 3. Caldas de reſtit. in integr. in verbo læſis, nu. 64.* & latiſſimè hanc opinionem comprobat *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q. 22. art. 9.* ſic etiam neq; ei afficere poteſt iuramentum, quia
11 etiam aduerſus contractum iuratum minor reſtituitur, *Affl. dec. 322. n. 9. Simoncell. de decret. d. lib. 3. tit. 8. n. 207. Mancin. de iuram. p. 4. eff. 3. nu. 2. Franc. Marc. dec. 21. lib. 1. Aym. Crauett. conſ. 192. n. 9.* & alij relati per *Marchiſell. pract. quaſt. c. 29. nu. 17.* difficultas videbatur conſiſtere, ſi læſio ſit probata, nàm in hoc articulo aliqua fuit inter *Doctores* controuerſia, nàm *Abbas in d. cap. conſtitutus* tenuit, quòd ad probandam læſionem, neceſſe eſt probare, quòd
12 tempore venditionis minor habebat pecuniam promptam, & neceſſariam, & hanc opinionem ſequutus fuit *Ann. alleg. 27. nu. 24.* vbi *in fine* deciſionem refert, & ſic etiã *Camill. Salern. ad Conſuetud. Neapolit. in proœmio Caroli fol. 32. lit. D.* vbi de eadem deciſione meminit, *Marcell. Calà de modo articul. q. 260. n. 757. Maſtrill. in conſ. vnico* poſt *deciſion. n. 68.* & latiſſimè hanc opinionem comprobat *Facbin. conſ. 64. n. 15.*

Verùm contraria ſententia, quòd ſatis
13 probata intelligatur læſio, ſi probatum fuerit, rem retrahendam fuiſſe maiorum, ex diſpoſitione *text. in d. l. ſi in emptionem, ff. de minor.* probauit *Bal. ibid.* & eum ſequitur *Alex. conſ. 67. n. 7. vol. 5. Surd. conſ. 226. n. 17. Gratian. diſceptat. forenſ. lib. 1. c. 26. nu. 25. Sforz. Odd. de reſtit. in integrum q. 4. nu. 83. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 52. nu. 42.* & alij allegati à *Giurb. dec. 78. nu. 13.* vbi miratur de opinione *Facbin.* & dicit, quòd eſt contra *text. in l. illam, C. de collat.* & pro hac opinione deciſum refert, & eũ ſequitur *Franc. Ant. Coſta conſ. 94. n. 37.*

Maior videbatur difficultas, ex quo Ca-
14 rolus poſt maiorem ætatem recepit pretiũ à dicto Iulio Maſtrillo, & proindè fuit dubitatum, an ex ipſa pretij receptione inducatur ratificatio cõtractus, cùm ratificatio, tùm ex verbis, tùm etiam ex factis inducatur, *l. Paulus, ff. rem rat. hab. Benintend. dec. Bonon. 70. n. 18.* & pretium eſt inſeparabile à venditione, vt dixit *Puteus dec. 397. nu. 7.*
15 *lib. 2.* & quòd ex receptione pretij inducatur ratificatio venditionis, probat *Crauett. conſ. 159. n. 5. Menocb. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. nu. 123.* vbi latiſſimè ex *text. in l. liberis, §. 1. ff. de liber. cauſ.* multa ſimilia congerit, *Tiraquell. de iur. conſtit. limit. 30. nu. 12.* idem *Crauett. conſ. 237. n. 2. & conſ. 276. n. 6.* & in ſpecie in minore idẽ *Menocb.* vbi ſuprà, *num. 127.* vbi, quòd ſi minoris res alienatur, ſi factus maior pretium petat, id
16 agit, vt magis venditionem perficiat, & idẽ *Menocb. conſ. 98. num. 43. lib. 1. & conſ. 203. nu. 34.* vbi ratificare etiam dicitur contra-
17 ctum, qui pretium promiſſum ſoluit, *l. Iulianus, § fin. & l. ſequent. ff. ad Maced. & l. ſi filius, ff. de minor. 25. ann. Aret. cõſ. 128. n. 6. Alex. conſ. 117. n. 2. lib. 5. Dec. conſ. 132. nu. 5. Menocb. conſ. 384. n. 2. Natta conſ. 341. n. 4.*
18 quæ ratificatio validat actum geſtum tempore minoris ætatis, nec poterit in integrũ reſtitui, *l. 1.* vbi *gloſ. in verbo ratam, C. ſi maior fact.* Tantò magis, quòd pretium re-
19 cepit virtute antecedentis contractus venditionis, & ex receptione eorum, quæ in contractu promittuntur reſultat expreſſa rati-

ratificatio, *Bellon. conſ.* 15. *nu.* 11. *Surd. conſ.*
48. *n.* 2. *Farinac. dec.* 136. *nu.* 5. *tom.* 2. *& dec.*
131. *tom.* 1. *n.* 2. *in poſthumis, Alex. conſ.* 127.
*n.* 2. *lib.* 5. *Creſcent. dec.* 1. *de procur.* nec prę-
dictis videbantur obſtare ea, quæ tradidit
*Caualer. in dec. Rot. Rom.* 657. *nu.* 3. vbi ha-
betur, quòd non videtur induci ratificatio-
nem venditionis per receptionem pretij,
10 quando pretium recipit tanquàm creditor
venditoris, & quòd per hoc non videtur re-
nunciaſſe iuri retractus, cùm eo non cen-
ſeatur renunciatum, niſi per actum de dire-
cto contrarium, ex *Felin. in cap. cùm acceſ-
ſiſſent*, & alijs per ipſum allegatis, quod etiã
videtur probari ex traditis per *Tiraq. de
retract. lignagier*, §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 160. vbi ex
diſpoſitione *text. in l. quidam ex parte* 12.
*ff. de euict.* probat, quòd præſens, & tacens,
11 & pretium recipiens, videtur venditioni
conſentire, quod tamen intelligit, quando
nomine ſuo fuit aliquid geſtum, ſecùs autẽ,
quando ad alium finem, & propterea ſe re-
mittit ad dicta per eum *n.* 273. vbi fideiuſ-
ſor adhibitus in venditione pro euictione
12 rei venditæ, ſi conſanguineus erit, non pro-
hibetur retrahere, ſic etiam in eo, qui iure
ſtatuti interuenit in contractu, veluti in
13 Mundualdo, quia non ſibi præiudicat in
retractu, vt habetur ex eodem *Tiraquell. in
loco* citato, *nu.* 141. *Borcholt. de feud. c.* 8. *nu.*
72. & eum ſequitur *Koppen in d. q.* 54. *n.* 71.
quia hoc intelligi poteſt de ſimplici præ-
ſentia, ſecùs verò, quando quis in contractu
14 interuenit ad illum finem, vt retractui re-
nunciet, *Vueſembec. conſ.* 35. *nu.* 14. *& Ro-
ſental. in loco* per ipſum allegato, quæ om-
nia concurrebant in caſu, de quo agebatur,
in quo Carolus interuenit in contractu vẽ-
ditionis, & retractui, ſibi vti agnato compe-
tenti, renunciauit, & in eodem contractu
fuit ſibi pars pretij aſſignata per Cæſarem
fratrem venditorem, quàmuis Carolo in
minori ætate exiſtente, & ideò interfuit Iu-
dicis decretum, & eo poſteà facto maiore
pretium prædictum, quod ex eo contractu
peruenit, vbi retractui renunciauit, recepit,
nec tradita per *Caualer.* ſunt ſimplicitèr
vera, cùm in contrarium vrgeant omnia ſu-
periùs allegata, & quòd per conſenſum vẽ-
15 ditoris tollatur etiam hypotheca, habetur
ex *tex. in l. ſi probaueris, ff. de remiſſ. pignor.
l. fideiuſſor*, §. *pater, ff. de pign.* hinc *Ann. Ro-
bert. rer. iudic. lib.* 4. *c.* 14. ponit quæſtionem
de Notario, qui cùm haberet hypothecam
ſuper quodam fundo pro eius credito, ſti-
pulauit contractum, in quo idem eius de-
bitor obligauit eundem fundum, aſſeren-
16 do, nullam aliam in eo hypothecam con-
traxiſſe, vtrum dictus Notarius, qui ratione
eius officij contractum ſtipulatus fuit, poſ-
ſit tanquàm prior in tempore dictum ſecũ-
dum creditorem excludere, & diſputato ar-
ticulo dicit, Senatum iudicaſſe contra No-
tarium, de qua deciſione etiam meminit
*Papon. arr. ſt. Pariſienſi* 10. *lib.* 11. *tit.* 3. latè
*Renat.* Coppin. *lib.* 3. *de morib. Pariſ. tit.* 2.
*n.* 22. *Rot. Genuæ dec.* 190. *num.* 13. *&* 18. Ex
quibus videbatur, Carolum ſaltim ex dicto
conſenſu poſt maiorem ætatem eſſe exclu-
dendum.

Quam difficultatem præſentiens Aduo-
catus dictorum de Zattara, iudicium inſti-
tuit, nedùm ad inſtantiam dicti Caroli fra-
tris, ſed etiam Liuiæ ſororis, reſpectu cuius,
dicebat, ceſſare amaritudines, cùm non re-
27 nunciauerit retractui, & nedùm tempore
venditionis, ſed etiam quando erat minor,
cui competere hoc ius dicebat, quamuis
eſſet in vlteriori gradu, ex quo maſculi eam
præcedebant, ſecundùm receptiorem, & cõ-
muniorem ſententiam, de qua per *Fachin.
controuerſ. iur. lib.* 7. *controu.* 17. *Koppen in
d. q.* 54. *n.* 58. *Roſental. de feud. c.* 9. *membr.* 2.
*concl.* 82. ſub *n.* 7. *& cõcl.* 92. *n.* 2. *Reg. Rouit.
in rubr. de feud. n.* 39. in nouiſſimè impreſſis,
*Reg. de Ponte in d. dec.* 11. *Gallerat. de renun-
ciat. cent.* 1. *renunc.* 42. *n.* 10. & quàmuis con-
trariæ ſententiæ fuerit *Cuiac. in d.* §. *ſed &
28 res, titul.* 4. *lib.* 42. ſecundùm intellectum
*Harthman. Piſtor. quæſt. iur. lib.* 2. *q.* 12.
*n.* 66. qui dictam opinionem fundat, eamq;
ſtrenuè defendit *Simon Vlricus Piſtorius
filius in addit. ad patrem*, vbi rationibus ad-
ductis per *Fachin. & Roſental.* reſponden-
29 do tenet, proximiori tantùm competere.
Tamen in Regno videtur magis recepta
prima opinio, & eam tenet *Affl. in d.* §. *ſed
& res, n.* 2. *& in d.* §. *porrò, n.* 81. & hoc etiã
probat *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 11.
*gloſ.* 4. & pro hac opinione videtur in ter-
minis *text. in d. cap.* 1. §. *ſed & res, per quos
fiat inueſtit.* ibi, *niſi ſibi, vel alij proximiori*,
30 quod non poteſt intelligi alio modo, niſi
quando proximior in gradu non vult redi-
mere, tunc alio proximiori competit, & li-
cèt *Harthman.* Piſtor. *in loco* allegato *n.* 71.
intelligat illa verba, *& alij proximiori*, non
ordine ſucceſſiuo, ſed quia incertum erat,
vtrum is agnatus, ad quem oratio dirigitur,
vel alius proximior eſſet, & ideò actio quæ-
ri, ait, illi tãtùm, qui proximior reperiretur,
quem intellectum ſequutus fuit Piſtor. *fil.
in addit. ad patrem*, quod quidèm non col-
ligitur ex verbis in *d.* §. *ſed et res*, dùm dicit,
*ſi quis ex agnatis ſuis rem, quæ à communi
parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit,
alienare voluerit, non permittitur ei, etiam
ſecũdùm antiquam conſuetudinem, alij eam
vendere, niſi ſibi, vel alio proximiori, pro
æquali pretio accipere volenti*, & ſic ſuppo-
nit caſum in feudo, quod à communi pa-
rente peruenit, tàm alienare volenti, quàm
ei,

ei,cui oratio dirigitur,& ſic videtur potior,
quòd is, cui dirigitur oratio,ſit frater alie-
nantis , quàmuis enim parentis appellatio-
31 ne de iure intelligi poſſit,nedùm de patre,
ſed de auo, & proauo, & deinceps,vt habe-
tur ex *tex.in l.appellatione parentis 51.ff.de
verb.ſignif. & in l.iuris conſultus,§.paren-
tes , ff. de gradib.* attamen hoc intelligitur
32 impropriè , non autem propriè , vt notat
*gloſ. in d.l.appellatione*, vbi dicit, quòd hoc
intelligitur ex interpretatione vocabuli,ſe-
cus ex vocabuli ſignificatione,hinc multo-
ties de patre intelligitur,vt habetur ex *tex.
in l.1. ff. de liberal.cauſ.* vbi *gloſ.in verb.pa-
renti* intelligit pro patre.

Et ſic dùm dicitur in *text.* quòd à com-
33 muni parente per ſucceſſionem peruenit,
prima cauſa ſucceſſionis eſt liberorum , vt
in *authent.de hered.ab inteſt.col.9. & in
authent.in ſucceſſione,C.de ſuis,& legitim.*
non contradicit,quòd poſſit loqui de fratre
alienantis , qui proximior eſſet omnibus
alijs,& ſecundùm prædicta procederet do-
34 ctrina mag is à *Doctoribus* approbata , quòd
proximiori agnato renunciante tacitè,vel
expreſsè retractui,nō prohibetur alius pro-
ximior retrahere.

35 Nec prædictis obſtabant rationes addu-
ctæ à *Piſtor.d.q.12.num.76.* nam ijs reſpon-
det *Facbin.d.lib.7.controu.17.* & *Roſental.
de feud.d.c.9.membr.2.d.concl.82.* nec etiam
vrgent rationes adductæ à *Piſtor.fil.* dùm
ſe fundat in diſpoſitione iuris feudalis,quia
ſi in vita alienantis vult retrahere, debet
ſoluere pretium,ſi verò vult mortem expe-
ctare,nullo pretio refuſo,quia ſi proximior
retrahere nolit in vita, ſed expectare mor-
tem, ſi alius proximior admitteretur , eſſet
priuare proximiorem,rem vendicàre volē-
tem,ſequuta alienantis morte,quia reſpon-
detur, quòd non poteſt dubitari, quòd illa
rei vendicatio,quæ competit,ſequuta mor-
36 te alienantis,locum ſibi vendicet tantum-
modò in feudo ex pacto,nàm in feudo hæ-
reditario hoc ius nullo modo competere
poteſt proximiori agnato , & ideò,vt ſuprà
*n.3.* dixi, valdè ſemper dubitaui de hoc ar-
ticulo, ſi retractus poteſt procedere in feu-
do hæreditario,tamen admittendo opinio-
nem magis receptam , & iudicatam in hoc
Regno,neceſſe eſt,fateri, quòd hoc ius re-
tractus in feudo, quod nos vocamus hære-
ditarium,eſt ad inſtar alienationis feudi ex
pacto,durante vita alienantis,nàm ſicut va-
lida eſt alienatio,durante eius vita, ſi pro-
ximior vult retrahere,debet pretium ſolue-
re,ſic etiam,quia in feudo hæreditario vali-
da eſt alienatio cum aſſenſu Domini,ſem-
per,quòd vult proximior retrahere, debet
ſoluere pretium,nulla habita diſtinctione,
in vita,vel in morte; ſic reſpondendo etiam
ad ea,quæ ſuprà dixi,quòd nullitas contra-
ctus ſit cauſa retractus,quia re vera duran-
37 te vita alienantis non poteſt conſiderari
nullitas , ſed ipſa proximitas , & propterea
datur ad beneficium proximioris , qui, ſi
feudum non eſſet alienatum , ſucceſſurus
eſſet , quaſi, quòd ſi conceſſum eſt domino
feudi hæreditarij,illud alienare cum Regio
aſſenſu,æquiſſimum eſt,vt ad minus ſalua
ſint iura ſucceſſori,iure retractus,pretio re-
ſtituto , feudum habere, quòd ſi ſucceſſor
proximior hoc iure vti nolit,ſicut in hære-
ditate locum habet ſucceſſorium edictum;
ſic etiam in hoc iure retractus, quod com-
petit quaſi ſucceſſori,hoc eſt,quia in feudo,
ſi non fuiſſet alienatum,ſucceſſurus eſſet, &
quòd hoc ius retractus competat ei , qui
ſucceſſurus eſſet,probat *Roſental.in loco* ſu-
prà allegato,& fatetur *Piſtor.fil.in d.addit.*
verſus *fin. verſ.quòd verò ſententiam ſuam,*
& ità etiam tenet *Affl.in d.§.ſed & res,* &
alij pro hac opinione ſuprà allegati,*Griuel.
deciſ.40.*

De ſecūda oppoſitione, quòd Liuia erat
38 fœmina,neq; aliqua fuit habita ratio, cùm
pro hac opinione in Regno,vbi fœmina nō
eſt excluſa à ſucceſſione feudorum,fuit iu-
dicatum in dicta cauſa Iuliæ Muſceptulæ,
relata per *D de Ponte d.deciſ.11. Collater.
Conſil.* & hanc opinionem pro indubitata
admittit *Fab.de Ann.obſeru.* 10. poſt *colle-
ctan.Carpan.ad Statut.Mediolan. cap.417.
nu.199. Tiraquell.* latè diſputato articulo
*de retract.lignag.§ 1.glo.9.ex n.200.ad 233.*

Fuit etiam & tertiò aduerſus Liuiam op-
39 poſitum de temporis lapſu,ex quo erat iā
annus elapſus,quando præferri petijt,iuxtà
diſpoſitionem *tex.in d.§.Titius*,& propte-
reà fuit ab Aduocatis diſputatum,à quo tē-
pore incipiat annus currere,& ſi ſtante vē-
ditione facta extraneo requirebatur curſus
triginta annorum , de qua quæſtione latè
per *gloſ.in d.§.Titius*, vbi *Iſern.Iacob.de
Beluiſ.Præpoſit.Aluarot.Affl.Zaſius,& Io.
Thomas de Marin.* latiſſimè etiam *Piſtor.
quæſtion.iuris,lib.2.q.8.& 13.nu.29.* & per
*tot.Facbin.controuerſ.iur.lib.7.c.9.* *Koppen
d.q.54 nu.8.Reg.Rouit.in pragm.63.n.8.de
offic.Procurat.Cæſar.in nouiſſ. Carpan.ad
Statut.Mediolan.d.c.417.Giurb.dec.75.n.1.
Gramm.dec.103.num.206. Maſtrill.dec.8.
Vulteius de feudis c.11.lib.1.n.190. Roland.
conſ.57.n.64.lib.3.* Sed in dicta quæſtione
non fuit immoratum, quia dicta Liuia erat
40 minor,& vel minori non currit tempus, vt
voluit *Affl.in d.§.porrò,n.73.* vel & veriùs,
illi currit , vt voluerunt *Schrader de feud.
p.8.c.7.nu.49.Roſental.de feud.c.9.concl.92.
n.14.& in addit.lit.Q.Piſtor.d.lib.2.quæſt.
iur.q.12.n.36.* Sed ei competebat reſtitutio
41 in integrum, *Sforz.Odd.de reſtit.in integr.
p.1.*

*par.* 1. *q.* 36. *art.* 4. *Cacheran. dec.* 158. *verſ.* 9.
*Vin. deciſ.* 534. *nu.* 41. & hoc etiam voluit
*Bart. in l. nàm & poſteà, §. ſi minor, ff. de*
*iur. iur.* & quòd minor ſit læſa eò ipsò, quòd
ius prælationis non petijt, ex *Giurb. dec.* 78.
*nu.* 13. *Coſta conſ.* 94. *num.* 39. & alijs ſuprà
fuit fundatum.

Verùm, cardo difficultatis in hac cauſa
videbatur conſiſtere in eo, quia Liuia erat
pauper, nec poterat habere ad ſummum
duc. 12. mil. pro dote, & cum tàm pauca
quantitate non poterat emere feudum va-
loris duc. 140. mil. & reſpectu Caroli ex di-
uiſione apparebat, ſuam portionem, tàm de
paternis, quàm de maternis bonis, quòd
non habebat duc. 15. mil. & prælatio non
42 competit, niſi quatuor concurrant, primò,
quòd retrahere volens, ſoluat integrum
pretium, ſecũdò, ſumptus, & expenſas tem-
pore contractus factas, tertiò, quòd intrà
annum, & diem prælationem petat, quartò,
vt ſibi, & in vſum ſuum retrahat, ità *Gayll.*
*pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 19. *nu.* 8. *& ſeq.* &
eum ſequitur *Coſt. de port. rata, q.* 100. *n.* 3.
& ideò non competit, quando res, ſuper
qua præferri petit, in eius poſſe non eſſet
permanſura, *Guid. Pap. dec.* 411. *Vrſill. ad*
*Afflict. dec.* 238. *nu.* 6. & proptereà quotieſ-
43 cunq; appareat, quòd retrahere petens,
non ad ſui, ſed ad alterius beneficium hoc
facere intendat, ei eſt deneganda prælatio,
*Iacob. Nouell. de iur. prothom.* §. 5. *n.* 49. vbi
44 dat cautelam, quomodò poteſt fraus dete-
gi, quod meliùs probat *Verall. deciſ.* 143.
*par.* 1. ſi pauper ſit retrahens, & ad ſoluen-
das pecunias pro retractu neceſſarias in-
habilis, adeò, vt mutuo illas ab alijs eſſet
recepturus.

In contrarium tamen allegabatur *Boer.*
*q.* 139. vbi, quòd non poteſt per emptorem
retrahenti obijci, quòd non poſſit cedi ius
45 retractus, ſed quòd hoc competit agnato,
& *Papon. lib.* 11. *tit.* 7. *art.* 14. *in appendice*
dicit, quòd vicino retrahenti licita fuit po-
46 ſteà venditio pro maiori pretio, dicebat
etiam Aduocatus Liuiæ, quòd quamuis
maxima ſit vera, quòd non poſſit retrahi ad
beneficium alterius, ſicuti non poteſt cedi,
tamen, quòd hoc pendet à futuro euentu, &
illicò, quòd obtenta prælatione per Liuiã,
47 Terram prædictam alteri ceſſerit, erunt
ſalua iura Iulio emptori, fraude detecta, il-
lam recuperandi, vt aduertit *Tiraq. de re-*
*tract. lignag.* §. 5. *gloſ. vnica, num.* 2. *& Ma-*
*tienz. l.* 5. *gloſ.* 12. *nu.* 2. *tit.* 11. & deciſum re-
fert *Vrſill. ad Affl. d. dec.* 238. *nu.* 6. *Gayll. d.*
*obſeru.* 19. *lib.* 2. *nu.* 10. *Coſta de port. rata,*
*d. q.* 100. *nu.* 3. vel potuit proferri ſententia,
48 condemnando Iulium emptorem ad re-
laxandum dictam Terram ad beneficium
Liuiæ pro ſe ipſa tantùm, vt fuit deciſum
per Magnam Regiam Curiam Regni Sici-
liæ, de qua per *Caſtill. dec.* 244. *lib.* 3. vel ferri
ſententia, ſub conditione, quod poſſe fie-
ri, habetur ex *text. in l.* 4. §. *illud, ff. de fidei-*
*comm. libert. Cardin. Tuſch. concl.* 585. Ve-
rùm de opinione *Boerij* non fuit habita ra-
49 tio, cùm contra ipſum ſit communis opi-
nio, proùt vltrà allegatos *Cacher. deciſ.* 156.
*Tiraquell. de retract.* §. 26. *gloſ.* 1. *num.* 40.
*Franciſc. Marc. deciſ.* 2. *part.* 2. *Amod. de*
*Ponte de laudem. q.* 3. *Epiſcop. Ricc. collect.*
*dec.* 1760. & alij per *Giurb. dec.* 51. qui *n.* 10.
dicit, quòd nunquàm pro opinione *Boerij*
fuit iudicatum, & *in fine* deciſum refert,
fuiſſe conuentum abſolutum, ex eo, quòd
ex coniecturis conſtabat, quòd non ad eius
beneficium fuerat petitum ius retractus.
Et in caſu, de quo agebatur alia concurre-
bant, quia nedùm Liuia ad ſui commodum
retrahere non poterat, ſtante eius modica
dote, & portione, ſed quatènus voluiſſet pe-
cuniam mutuo accipere pro faciendo de-
poſito, non poterat eam habere, niſi facta
venditione annuorum introituum ad ra-
tionem ſeptem pro centenario, proùt com-
muniter fieri ſolent ad minus in hac Ciui-
tate venditiones prædictæ, & certum eſt,
50 quòd fructus dictæ Terræ non poterant
aſcendere ad rationem duc. trium, vel qua-
tuor, vel ad ſummum duc. quinque pro cẽ-
tenario pretij exburſandi, & ſic infrà paucos
dies ipſa paupera Liuia, quæ erat minor, &
hoc iudicium inſtituit ad inſtãtiam eorum
fratrum, amitteret pro interuſurio ſuper-
fluè ſoluendo vltrà fructus percipiendos,
illam paucam dotem, quã habebat, & pro-
pterea, aut retrahere intendebat, ad benefi-
cium aliorum, & hoc ei non erat permiſſũ,
aut verò, ad ſui commodum, & erat cum
eius maximo, & euidenti damno. Quarè in
alienatione, vel obligatione rei minoris ne-
ceſſariò requiritur decretum Iudicis, per
quod pronunciatur, rem ſine damno ipſius
alienari, ſiuè obligari poſſe, vt per *Sforz.*
*Odd. de reſtitut. in integr. par.* 1. *q.* 22. *art.* 11.
*nu.* 69. Quibus omnibus diſcuſſis in S. C. ad
relationem Reg. Conſil. Petri Antonij Ca-
rauitæ die 6. Iunij 1637. de primo articulo
51 generali, ſi habeat locum prælatio in feu-
dis hæreditarijs, fuit ab aliquibus dubita-
tum in puncto iuris, verùm, quia videba-
tur, opinionem affirmatiuam magis rece-
ptam fuiſſe in Regno. Ideò fuit cum dicta
opinione votatũ, & proptereà fuerunt aliæ
52 quæſtiones diſcuſſæ, & fuit concluſum, Iu-
dicis decretum, & iuramentum non tollere
beneficium reſtitutionis in integrnm, pro
53 qua obtinenda fuit amplexa æquior opi-
nio, quòd ſufficiat læſio, rem fuiſſe ſuorum
maiorum, fuit etiam reſolutum, Carolum
54 eſſe excludendum ex receptione pretij in



Digitized by Google

maiori ætate conſtitutum, & quòad Liuiã
55 non fuit dubitatum, ei competere præla-
tionem, quàmuis fœmina, & alios habebat,
qui eam præcedebant in gradu, ſed præla-
tioni renunciauerunt, & quàmuis anni cir-
culus à die venditionis eſſet elapſus, quia
56 tanquàm minor ei competebat in integrũ
reſtitutio, tamen fuit valdè dubitatum de-
57 ſimulatione, quia veriſimilitèr ad ſui bene-
ficium Liuia retrahere non valebat, nec po-
58 terat practicari, quòd ſententia fieret ad
commodum Liuiæ tantùm, vel ſub condi-
59 tione, quiä ſtante eius minori ætate S. C.
judicauit, non eſſe ei expediens, pecuniam
ab exteris, vel à fratribus mutuo accipere,
vel annuos introitus illis vendere, & pro-
60 pterea fuit iudicatum, non eſſe locum præ-
lationi petitæ pro parte Caroli, & Liuiæ
Zattara, ex cauſis in proceſſu deductis, & in S.C. diſcuſſis, penès Actor. Magiſtr. de Scacciauento, quod fuit etiam in cauſa reclamationis, me referente confirmatum, & interpoſitum perpetuum ſilentium.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LVII.

### SVMMARIVM.

1 *Prælatio competit agnato in feudo hæreditario mixto, &ità deciſum adducitur, tàm Neap. nu. 2. quàm in toto ferè Orbe Terrarum, n. 3.*

4 Tex. in l. 2. C. de reſcind. vendit. *habet locum in locatione, non tamen ea finita, num. 5. contrarium, nu. 6. & ità deciſum adducitur, nu. 7.*

1 COmmuniſſima eſt DD. opinio, ius prothomiſæos, ſiuè prælationem competere agnato in feudo hæreditario mixto, ex text. in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. in cap. 1. §. porrò, qual. olim feud. alien. poter. & in cap. 1. § Titius, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu. vt tenuerunt Afflict. in d. § porrò, nu. 18. & in tract. de iur. prothom. in princ. nu. 7. verſ. item quæro, Paris de reintegrat. feud. cap. an ſi vẽdatur res, per tot. & ſignantèr nu. 14. & ſeq. Iaſ. conſ. 56. per tot. vol. 3. Sbrader. de feud. par. 8. cap. 7. n. 26. Harthm. Piſtor. de feud. lib. 2. par. 1. q. 11. nu. 20. verſ. id, quod etiam, Clar. in §. feudum, q. 42. verſ. ſed quia, Schurph. damnat. memor. conſ. 82. nu. 2. in fin. cent. 2. Cannet. in extrauag. Volentes, § proſpexit etiam Rex, num. 17. in fin. & 18. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 32. n. 8. & ſeq. Gotbofred. Auſon. diſput. feud. 10. theſ. 5. Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. n. 7. verſ. octauò nota, tom. 1. D. de Franch. dec. 387. D. Reg. de Gurt. in diuerſ. feud. fol. 49. à nu. 53. vſq; ad 57. D. Conſil. de Anna obſeru. 2. decad. 1. D. Reg. Rouit. qui ipſos refert, & ſequitur in alleg. impreſſa poſt deciſ. 11. D. Reg. de Ponte dec. 11. à n. 73. qui contrarijs reſpondet à n. 106. & ſeq. & in rubr. de feud. à nu. 17. quos addo infraſcriptos alios, quos hùc vſquè vidi, Carol. Xbinchberg. in tract. de differ. inter feud. ex pacto, & hæreditarium, cap. 5. nu. 29. Io. Schouer. Vualterchif. lib. 1. diſput. feud. diſputat. 9. theſ. 103. & ſeq. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de feud. ſuper decreto Inſolant, gloſ. 3. par. 2. incip. Exiſtentibus filiabus, per tot. Iacob. Thoming. dec. 43. Matienz. ad lib. 5. ll. Hiſpan. tit. 11. de empt. & retract. l. 7. gloſ. 1. ex nu. 27. & ſeq Koppen. dec. German. 54. nu. 5. Sebaſtian. Næuium in ſiſtem. iur. par. 5. lib. 2. feud. tit. 9. nu. 110. Arnold. Ferron. in Conſuet. Burdegal. tit. de retractu, §. 2. Fachin. lib. 7. controu. iur. cap. 10. verſ. notandum, & cap. 11. Gaſpar. Theſ. lib. 1. qq. for. cap. 39. nu. 1. 2. & 6. Kinchen. de feud. tit. de inueſt. par. 1. cap. 2. nu. 186. & 344. cum ſeq. D. Reg. de Ponte d. dec. 11. & de poteſt. Proreg. tit de diuerſ. prouiſ. §. 1. n. 13. Matth. Vueſemb. damnat. memor. conſ. 54. num. 6. Peregr. dec. 21. nu. 5. & dec. 150. nu. 26. D. Preſ. Fuluium Lanar. in addit. ad D. Reg. Patruum in d. §. ſed & res, à n. 40. fol. 329. Dom Reg. Tapiam Marchionem Belmontis dec. S. C. 57. num. 13. Anton. Monac. de feud. interpretat. cap. 54. par. 2. nu. 15. & 31. Bal. in d. §. Titius, in figuratione caſus, & in §. porrò, nu. 4. & de iur. prothomiſ. nu. 12. in fine, D. de Marin. lib. 1. quotid. reſol. cap. 24. nu. 10. & cap. 233. nu. 1. Zaſ. de feud. par. 9. fall. 7. nu. 30. verſ. ſi tamen, Sonsbec. de feud. par. 13. n. 120. Borcolten. in ſimili tract. cap. 8. nu. 149. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 3. nu. 10. & 11. Aluarot. in d. §. Titius, col. 1. verſ. vndè intellige, Vulteium de feud. in loco relato per Roſental. vbi ſupr. concluſ. 89. lit. F. Iacob. de Beluiſ in eod. §. Titius, in princ. & in c. 1. §. hoc quoq; n. 3. de ſucceſſ. feud. Curt. de feud. p. 4. n. 151. Mart. Laudenſ. in d. § Titius, n. 23. & conſ. 1: 9. n. 19. & 36. inter conſ. feudal. diuerſ. D. Reg. Sanfelic. qui latiſſimè hanc ſententiam comprobat dec. 100. à nu. 1. ad 36. lib. 1. compilata in cauſa prælationis Terræ Orioli, in qua pro prælatione ſcripſit famigeratus, ac excelſi ingenij D. Carolus Brancacius, tunc Aduocatus, nunc Regius Conſiliarius, vt teſtatur D. Sanfelic. ibid. ſub nu. 18. & contrà prælationẽ pro Creditoribus conſuluit D. meus conſult. 27. & 28. lib. 1. de quibus D. Sanfelic. loc. citat. à n. 36. ad fin. deciſ. proùt etiam cõtrà prælationem aliàs ſcripſerat D. meus

con-

*conſult.96.lib.2.*ſed ſuccubuit, vt *ibi in fin.* teſtatur.

Quæ quidem concluſio, rerum iudicatarum authoritate corroboratur noſtrorum
2 Tribunalium. Primò, in cauſa Iuliæ Muſcettulæ, pro qua ſcripſit *D. Reg. Rouit.* cum Mutio Simonetta, pro quo allegauit *D. Conſil. Alderiſius*, tunc Aduocatus famigeratus. Secundò, in cauſa Ducis Laurini. Tertiò, in cauſa Durazzani, patrocinante doctiſſimo viro *Orlando Franco*. Quartò, in cauſa Ducis Lareni. Quintò, in cauſa illorum de Vicedominis. Sextò, in cauſa Alexādri de Loffredo cū illis de Sparano. Septimò, in cauſa Marchioniſſæ Piſcariæ. Octauò, in cauſa Ciuitatis Mottulæ, ſub patrocinio *D. Ioſephi Magaldi*. Nonò, in cauſa Iuliæ Nouę, in qua allegauit *D. Conſil. Theodorus*, tunc Aduocatus inſignis, vt in *alleg.92.* & pro emptore ſcripſit *D. Orlandus Francus*. Decimò, in cauſa Ciuitæ Nouæ, & Caſtri Pignani. XI. in cauſa Serræ Capriolæ, patrocinante eximio Aduocato *D. Octauio Vitaliano*, qui ex lucro tot annorum Aduocationis, emit Terras Campibaſſi, Lorateni, Ferrazzani, & Sāctæ Crucis de Murcono. XII. in cauſa Ducis Montiſalti, cuius iura tuebatur *D. Ioa. Camillus Cacacius* meus Dominus, Aduocatus primi nominis, poſteà R.C.S. Fiſci patronus, ac Præſidens, & demùm Regens electus in Supremo Italiæ Conſilio apud Sacram Maieſtatem Regis noſtri, & in contrarium allegauit D. meus *d. conſult. 96.* XIII. in cauſa Terræ Lauri, ſub patrocinio *D. Didaci Moles*, licèt contrà prælationem ſcripſerit in dictâ cauſa *D. de Marinis*. XIV. in cauſa affictus Ciuitatis Grauinæ. XV. in cauſa ſimilitèr affictus Terræ Orioli. XVI. in cauſa Ciuitatis Caſertæ. XVII. in cauſa Terræ Mirandæ, patrocinante dicto *D. Magaldo*. XVIII. in cauſa huius deciſionis, ſub patrocinio *D. Lelij Gizzij* mei germani, fuit enim deciſum, de iure cometere prælationem, vt *hic* per D. meum *nu.51.* licèt ex varijs facti circumſtantijs fuerit determinatum, non eſſe locum prælationi, iura emptoris tuente *D. de Marin. cap. 116. lib.2. quotid. reſol.* qui contrarium per priùs ſubſtinuerat *d. cap.24. nu.10. & cap.233. nu.1.* vt hæc omnia adduxi in *reſponſo* edito pro D. Delitia Caraſa Principiſſa Sepini, traſcripto per *D. Thor. in ſupplem. Comp. dec. p.2. in verbo prelatio.* XIX. in cauſa dictæ prælationis Terræ Sepini, nàm licèt dicta D.
* Principiſſa ſub die 22. Maij 1644. ad relationem *D. Conſil. Gamboa* fuerat excluſa à prælatione petita, tamen in decreto dicitur, *ex cauſis in S.C. diſcuſſis*, & ſic habitum fuit pro vero, competere prẹlationem dictę D. Principiſſæ, ſed ex facti circumſtantijs fuit excluſa, partes D. Marchionis S. Iuliani emptoris tuente D. *Petro Carauita*, vt per *D. Thor. in ſuppl. dec. p.1. in verb. prælatio*, à quo decreto cū reclamaſſet dicta D. Principiſſa, *Me* pro ea etiā patrocinante fuit reuocatum decretum prædictum, & data
* prælatio eidem D. Principiſſæ, ſub die 7. Iunij 1649. ad relationem *D. Conſil. Iouini*, in Banca Figliolæ. XX. in cauſa per *Me* rela-
* ta *dec.19. nu.4.* XXI. & vltimò, in cauſa affictus Terrę Cercę Maioris, ſub tutelā *D. Horatij Palumbi*, in Banca Figliolæ.

Et nedùm in his noſtris Tribunalibus
3 hæc opinio pro prælatione amplexa fuit, ſed etiam in toto ferè Orbe Terrarum, vt teſtantur *Peregrin.* I.C. doctiſſimus *d. deciſ. 21. nu.3. & dec.150. nu.26. in fine, Pappon. tit.5. arreſt.6. & tit.7. arreſt.1.* cum *ſeqq.* & *lib.13. tit.1. de feud. arreſt.2. in fin.*

Et dùm de læſione egit D. meus *nu.10.* cum *ſeqq.* ſcias, remedium *l.2. C. de reſcind.*
4 *vendit.* habere locum, etiam in locatione, ex traditis per D. *Conſil. de Anna conſ.24. nu.3. lib.1.* difficultas tamen fuit, an proce-
5 dat finita locatione, & in hoc articulo *Dec. conſ.583. nu.8. verſ. vltimò conſiderandum*, negatiuè reſpondet, quem ſequutus eſt *Valaſc. de iur. emphyt. q.28.* per tot. ſed affirma-
6 tiuam ſententiam ſequuti ſunt *Pinell.* vir ſanę eruditiſſimus, & apud *Me* magnæ authoritatis in *d. l.2. par.1. cap.3. nu.18. Fachin. controu. iur. par.2. cap.22. Menchac. controu. vſufreq. lib.3. cap.61. num.12. Cauall. comm. contra comm. q.136. nu.28. Caroc. de locat. tit. de vendit. Molin. de contract. diſp.487. Gamma dec.19. & Gutierr. pract. qq. lib.2. q.138. nu.2. verſ. ſed pro contraria*
7 *parte*, ſed ſecundùm hanc affirmatiuam opinionem fuit per S.C. iunctis DD. Conſil.
* duarum Aularum in Collaterali Conſilio iudicatum, referente *D. Conſil. De Curtis*, in cauſa D. Comitis Villæ Medianæ cum D. Duciſſa Soræ, de anno 1613. in Banca de Fœlice. M. *A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Pactum exequutiuum in inſtrumento guarentigiato adiectum, quanto tempore præſcribatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum liquidari non poteſt poſt viginti annos à die natiuitatis actionis.*



Digitized by Google

2 *Actio exequutiua perſonalis præſcribitur ſpatio 10.annorum,realis verò 20.*

3 *Pactum exequutiuum in inſtrumento guarentigiato adiectum,quanto tempore præſcribatur.*

4 A legibus Hiſpaniarum *ad* Rit.M.C.V. *non rectè arguitur.*

5 *Liquidatio inſtrumenti eſt iudicium criminale,& non ſpectat ad Baiulum,et n.9.*

6 *Pœna liquidationis inſtrumenti olim erat obtruncationis manus,hodiè verò effecta eſt pecuniaria,n.8.*

7 *Accuſationes criminales ſpatio viginti annorum præſcribuntur.*

10 *Inſtrumentorum liquidationes quarè tractentur per Iudices Ciuiles M.C.V.*

11 *Iudex Criminalis poteſt ad liquidationem inſtrumenti procedere.*

12 *Effectus guarentigiæ quid operetur.*

13 *Aduerſùs pactum exequutiuum alia exceptio prætèr ſatisfactionis opponi non poteſt.*

14 *Exequutio,quæ fit per Iudicis officium nobile,ſpatio 30.annorum præſcribitur.*

15 *Pactum exequutiuum ſpatio 20.annorum non præſcribitur.*

16 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio LVIII.

1 PER *Ritum M.C.V.*167. cautum reperitur,quòd non poſſit procedi ad liquidationem inſtrumenti poſt viginti annos à die natiuitatis actionis,& ità in praxi ſeruari,dixit *ibi Carauit.* quod de iure communi probat *Bald. in l.planè,ff quod falſ.tut.auth.*

Fuit tamen dubitatum in S.C. an idem ius ſit ſeruandum, quando agitur in vim pacti exequutiui,in inſtrumento guarentigiato adiecti, & quidèm in Hiſpania parti-
2 culari lege ſancitum eſt, quòd actio exequutiua perſonalis ſpatio 10.annorum præſcribatur,realis verò 20. annorum curriculo, vt habetur in *l.5.tit.de las preſcriptiones,in nou.recopil.*& in *l.63.Tauri,*vbi *Gomez.*& alij,quod etiam habetur apud *Greg. Lopez in l.22.tit.29.p.3.*latiſſimè per *Parlad.lib.1.rer.quotid.c.2.§.12.* & alios,& ſic
3 videbatur eſſe obſeruandum in pacto exequutiuo. Tantò magis,quia particularitèr ità reperitur prouiſum per *d.Rit.* ad quod videndi ſunt etiam *Grauinenſ.in Rit.187. par.3. declar.2. Frecc.de liquidat.inſtrum. par.10.in princ. Franc.Ant. de Iudice Roberto de liquidat.inſtrum. conſider.2. nu.3. Galter.in prax. liquid.inſtrum. in 2.p. primæ partis,n.27.*

In contrarium verò fuit conſideratum, quòd de legibus Hiſpaniarum non eſt fa-
4 cienda illatio, cùm ſint leges locales, quæ ligãt in eadem Prouincia,vbi ſunt promulgatæ,nec etiam de *Ritu* prædicto 167. quia non loquitur, quando proceditur vigore pacti exequutiui, ſed quando criminalitèr
5 agitur ad liquidationem inſtrumenti, dicitur enim iudicium criminale propter periurium,vt dixit *Affl.dec.64.num.2.Franch.*
6 *dec.162.*Immò priùs procedebatur ad manus obtruncationem,vt aduertit *ibi Carauita,*& habetur ex *Ritu 171.& 179.*vt etiã diximus in *dec.45.nu.18.* Accuſationes au-
7 tem criminales vltrà 20.annos inſtitui non poſſunt,vt habetur in *l.querela, C.de falſis,* quandò verò agitur virtute dicti pacti exequutiui,tunc nõ agitur criminalitèr, ſed ciuilitèr,habens enim inſtrumẽtũ cum clauſula guarentigiæ,poterit illud præſentare, & liquidare,iuxtà formam *Rit.M.C.V.166.* quãmuis enim hodiè pœna obtruncationis
8 manus non obſeruetur,erat enim ſtatuta pro periurio ex *Regni Conſtit.* incip. *Cùm iuxtà prouidam, verſic. aut per fraudem,* & in *Conſtit.*incip *Eos,qui ſcientèr,* tamen hodiè ex conſuetudine generali omnium Curiarum Regni loco huius pœnæ obtruncationis manus ſucceſſit pœna pecuniaria vnius caroleni pro quolibet ducato debiti contenti in inſtrumento,vt per *Affl. in Conſtit.Regn.Statuimus,in 17.notab. Foller.*in ſua *praxi cenſuali,nu.89. Carauit.in d.Rit.171.nu.2.* quæ pœna etiam criminalis dicitur,origo enim ſemper inſpici debet, argum. *text.in l.qui id, quod, ff. de donat.*quod in proprijs terminis probat *Guid. de Suzaria in l.reos, C.de accuſat. Franch. dec.162.num.15. Reg.Tapia in 3.lib. iuris Regni,tit.de liquid.inſtrum.* ſub *nu.30.* vbi
9 concludit,cauſas liquidationum vti merè criminales non poſſe ſpectare ad Baiulum, & ità refert deciſum inter Ciuitatem Catãzarij,& eius Baiulum in anno 1604. & licèt in M.C.V. vbi ſunt diſtinctæ iuriſdictiones cauſarum ciuilium,& criminalium, quotidiè videamus, cauſas liquidationum inſtrumentorum tractari per Iudices ciuiles,
10 hoc ideò practicatur, quia ciuilis dicitur actio reſpectu debiti in inſtrumento contenti,vt habetur ex *Rit.109.* Sed reſpectu pœnæ dicitur criminalis,& ideò citationes ſubſcribũtur per Actuarium cauſarum criminalium,nec prohibetur Iudex cauſarum
11 criminalium, quin poſſit procedere ad liquidationem inſtrumenti via *Ritus,* vt aduertit *Reg.Tap. ad Rit.168.in d.lib.3. Iuris Regni.*Poterit ergò creditor virtute inſtrumenti guarentigiati,vt ſuprà dixi, non ſolùm criminalitèr,verùm etiam ciuilitèr illud præſentare in iudicio merè ciuili,& age-
12 re exequutiuè,tanquàm de re liquida, & noto-

notoria , effectus enim guarentigiæ hoc operatur, quòd creditum dicatur liquidũ, & certum,nec poſſit à parte negari , quòd fieri non poteſt, vbi non adeſſet clauſula guarentigiæ,vt habetur ex *Bald.in l.etiam, de execut.rei iudic. Aretin.in l.naturalitèr, §.nihil commune, ff.de acquir.poſſeſſ.Barz. dec.43.& 94. Reg.Rouit.in rubr. de liquid. inſtrum. nu.27.* quo debito liquido exiſtente practica inoleuit,vt agenti exequutiuè virtute inſtrumenti cum clauſula gua-
13 rentigiæ non poſſit opponi alia exceptio, niſi ſatisfactionis , & terminus impartitur ſuper ſatisfactione tantùm , non autem ordinarius,prout prætendebat debitor,debere prouideri in hac cauſa, dicebat tamen creditor,quòd de iure communi exequutio fit per Iudicis officium nobile , quod
14 durat per annos 30. prout quælibet actio perſonalis,vel realis,vt habetur ex *gloſ.in l.ſicut rem,C.de præſcript.30. vel 40. ann.* vbi etiam *Bald.* qui dicit,*gloſam* illam eſſe ſingularem in 2.*lectura* , eamq; ſequitur in *l.2.C.de exequut.rei iudic.Gomez.in d.l.63. Tauri,*ſub *num.*1. *Tiraquell.*latiſſimè *de vtroq; retract.tit.1.§.35.nu.40. Afflict. dec.* 245.*Bald.& DD.in l.Iudex poſteaquàm, ff.de re iudic. Franciſc. Balb. de præſcript. quarta par. principal. q.31.nu.1.Flamin. Carthar.dec.*120. Rotæ executiuæ Genuæ, & hoc in puncto dixit *Carauit.in d.Rit.167. nu.*32.vbi tenet,quòd illud,quod dicitur in *d.Ritu,*quòd per lapſum 20.annorum non
15 poſſit procedi ad liquidationem inſtrumenti,non habet locum,quando agitur via exequutiua, citando debitorem ad dicendum cauſam,quarè contrà ipſum non debeat exequi,vigore inſtrumenti,tunc enim poteſt agi via exequutiua,etiam poſt lapſũ 20. annorum . Et propterea die 6.Martij 1636.in cauſa Dominici Carola cum Ra-
16 phaele Palumbo iudicauimus , poſſe exerceri pactum exequutiuum , agendo,ad dicendum cauſam,quarè non debeat exequi, etiam poſt 20.annos, confirmando decretum M.C.per quod ità fuerat prouiſum,denegando debitori terminum ordinarium, in Banca Ioannis Gregorij Canalis Actuarij eiuſdem M.C.

---

## OBSERVATIO
## In Deciſione LVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pactum exequutiuum ex quibus inducatur,& quomodò practicatur contrà debitorem,nu.2.& eius hæredes,nu.3.*

2 *Præcepta de ſoluendo vigore pacti exequutiui,duo fiunt regularitèr debitori, antequàm expediantur literæ exequutoriales realitèr contrà ipſum,vel illius hæredes, etiam ad inſtantiam ceſſionarij creditoris, nu.3. contrarium , nu.11. intellige, vt nu.12.*

4 *Pactum exequutiuum datur , quando non eſt compilatus proceſſus ſuper inualiditate inſtrumenti,cum cautione tamen de reſtituendo,ſecùs ſi proceſſus eſt compilatus,nu.5.*

6 *Liquidatio inſtrumenti via* Ritus M.C.V. *impeditur,ſi Curia pro Tribunali ſedente debitor præſentet copiam proceſſus cõpilati ſuper nullitate illius, & ità deciſum traditur, nu.7.*

8 *Pactum exequutiuum triginta annorum ſpatio præſcribitur,& ità deciſum adducitur,n.10.*

9 Ritus M.C.V. 167. *loquitur de liquidatione inſtrumenti,non autem de pacto exequutiuo.*

13 *Exequutio ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ , triginta annis præſcribitur, etiam quòd adſit mala fides ex parte debitoris,vbi de ratione.*

14 *Ius liquidandi via* Ritus 167.M.C.V.*præſcribitur ſpatio 20. annorum, à die, quo ceſſit ſolutionis dies,intellige, vt n.18.*

15 *Obligatio ſtipulata penès acta habet paratam exequutionem,& an poſſit incuſari poſt lapſum decem annorum , ibid. & nu.16.ac 17.*

1 DE pacto exequutiuo in inſtrumento adiecto agit hic D.meus,ideòque obſeruabis, quòd illud pluribus modis inducitur.Primò,ex clauſula,quòd poſſit exequi more penſionum domorum Ciuitatis Neap. Secundò, per licentiam ingrediendi, & capiendi propria authoritate,vt per *Alex.conſ.85.nu.5. lib.6.*& Tertiò,per licentiam datam creditori ſine iudicij ſolemnitate,ad tradita per *Coler.de proceſſ.execut.c.5.p.1.* vt refert *D. Reg.Sanfelic.dec.312.n.14. lib.2.* vbi ſecundum,ac tertium modum,tantummodò ap-
2 probat;quarè frequentiſſimè in noſtris Tribunalibus,& vt plurimùm in M.C.V. in praxi ſeruatur,pro ſolutione tertiarum, vel ſortis principalis ad certum tempus ſolui promiſſæ,præuio tamen præcepto, quòd in biduo ſoluat debitor,aliàs exequatur vigore pacti,licèt frequentiùs duo fiant præcepta de ſoluendo,cum comminatione exequutionis,& demùm ad litteras exequutoriales deuenitur,realitèr tantùm,iuxtà tradita per *D.Præſ.Merlin.cent.2. controuer. for.c.66.nu.5.*poſt *D.Conſil.Carleual. lib.1. tit.1.diſput.2.q.7. ſect.3.*ſub *nu.*913.*de iu-*

dic.

Digitized by Google

3 dic. & practicatur etiam contrà hæredes debitoris, D.Reg.Sanfelic.ibid. nu.1. & D. Conſil.Staiban. lib.1. reſol.forenſ.reſol.84. nu.16. & 18. & nedùm ad inſtantiam cre-
4 ditoris exercetur, ſed etiam eius ceſſiona- rij, vt probat nu.3. ac ità deciſum refert nu.4. qui nu.5. fundat, pactum prædictum exequendum eſſe, vbi proceſſus non eſt cō- pilatus ſuper inualiditate inſtrumenti, nàm pro cautela debitoris ſufficit cautio de re-
5 ſtituendo, à creditore præſtanda, ſed quan- do proceſſus eſt compilatus, tunc num.6. probat, exequutionem non eſſe conceden- dam vigore dicti pacti, immò quotiès de-
6 bitor citatus, non vigore pacti exequutiui, ſed via Ritus M.C.V. ſuper tenore inſtru- menti, tunc præſentando copiam proceſſus compilati, tàm in S.C. quàm in M.C.V. ſu- per nullitate illius, Curia pro Tribunali ſe- dente impeditur liquidatio, etiam quòd nō ſit præuentum, ſeruata forma Reg.pragm.1. de præuent.moder. vt bis deciſum refert D. Reg.Sanfelic.ibid.nu.7. & 8. comprobant Cenc.de cenſib.q.95.num.31. Maſtrill.dec. 157.nu.23. Fontanell. qui ſic paritèr iudi- catum tradit, de pact.nupt. tom.2. clauſ.7. gloſ.2.par.5.nu.27. cum ſeqq. Amat.reſolut. 36.nu.18.lib.1.var.reſolut. & ità Me patro-
7 cinante fuit deciſum per S.C. die 30. Maij
* 1640. iunctis Aulis, ad relationem M.C.V. in cauſa D. Marchionis Piſciottæ cum D. Hortentio de Petio Aduocato famige- rato, in Banca de Palma, nàm fuit ordina- tum, quòd cauſa remaneat in Sacr.Conſil. vbi erat compilatus proceſſus ſuper nulli- tate inſtrumenti.

8 De iure tamen communi, pactum exe- quutiuum 30. annorum ſpatio præſcribi- tur, vt poſt infinitos DD. tradit Dom.Conſil. Carleual.de iudic.d.lib.1.tit.3.diſput.4.n.15. ea ratione, quia exequutio expeditur offi- cio Iudicis, quod tanto tempore præſcribi- tur, proùt quęlibet actio perſonalis, vel rea- lis, vt tradit D.meus hic, nu.14. & proſequi- tur D.Epiſcop.Barboſ.de penſion.par.2.q.17. nu.4. & poſt ipſum D.Carleual.d.nu.15. vbi D.meum hic citat, & per prius dixerat etiā tit.1.diſput.7.nu.5. & 28. at quia in caſu hu- ius deciſionis tempus 30. annorum non erat effluxum, ſed tantummodò anno- rum 20. ideò deciſum fuit, poſſe exerceri
9 pactum prædictū, nō obſtante Rit.M.C.V. 167. qui loquitur in liquidatione inſtrumē- ti via Ritus d.M.C.V.

Et ex his cū fuiſſet conuentus in M.C.V.
10 D.Franciſcus de Lagoneſſa Dux S. Martini ad ſoluendum tertias pro annatis 31. vigo- re pacti exequutiui ad inſtantiam hęredum Antoniæ Capaciæ ex cauſa annuorum duc. 8. pro capitali duc.100. & poſt bina præce- pta interpoſita, quòd ſoluat, fuiſſet domi ordinatū per D.Iudicem Apicellam, quòd expediantur literæ exequutoriales, tamen facto verbo in S.C. ad inſtantiam D.Ducis, cuius partes Ego tuebar, in Aula D.Conſil. Ducis Mariliani, cum interuentu D.Reg. Zufiæ Propræſid. S.C. ac DD. Conſil.Ioui-
* ni, Martinez, & Gomez, hac mane 20. Octobris 1650. fuit deciſum, quòd detur terminus in cauſa, cùmq; ſtatim fuerit pro- ducta ſatisfactio capitalis, de anno 1623. fuit ordinatum, dictum Ducem non eſſe mole- ſtandum pro debito prædicto, in Banca Conſtantini, ſic etiam deciſum tradit D. Thorus, intrà tempus annorum triginta, in Compend.dec.par.3. verb. pactum reſciſſo-
11 rium, fol.236. licèt contrà hęredes debito- ris iudicatum referat, nullam prodeſſe præ- ſcriptionē, etiā cētum annorum, d.p.3.verb. pactū exequutiuum, f. 229. quæ tamen de-
12 ciſio ſubſtineri nequit, ex traditis ſup.n.3.

Pari modo exequutio ſententiæ in rem
13 iudicatam tranſactæ, 30. annorum ſpatio præſcribitur, vt poſt gloſ.vlt. in l.ſępè qui- dèm, C.de præſcript.30.vel 40. ann. & alios DD. adductos probat D.Carleual.d.diſp.4. ſect. num.1. etiam quòd adſit mala fides ex parte debitoris, eò, quòd ſciebat, vt tradit n.2. ex ratione adducta n.3.

14 Sicut, & ius liquidandi via Ritus 167. M.C.V. præſcribitur ſpatio annorum 20. decurrendorum à die, quo venit ſolutionis dies, quo tēpore inſtrumentū liquidari po- terit, vt ibi explicat Carauit. vbi etiā Troyſ. n.1. & D.Reg.Marchio Belmontis in d.ritu 167.lib.3.iur.Regn.rubr.43. & in Cōſt.Du- ram, & dirā, n.14. rubr.19.lib.4. iur.Regn. alijq; relati per D.Carleu. vbi ſup.n.12. Hinc
15 etiā obligationes pęnès acta, paratā habere exequutionem probauit idem D.Carleual. d.lib.1.tit.2.diſput.8.num.12. ſed 30. annis præſcribi docuit d. diſputat.4. num.13. vbi improbat, & malè Dom.Reg.Tap. ſentien- tem, præſcribi decem annorum curriculo in dict.Conſtitut.Duram, & diram, nu.14.
16 verùm ſi exequutio dictę obligationis non fuerit petita infrà decem annnos, non amit- titur actio agendi via exequutiua, ſed mo- dus faciendæ exequutionis, quia hoc caſu requiritur citatio ad dicendum cauſam, quarè obligatio non ſit exequenda, & de- bitore non opponente cōgruam exceptio- nem, ordinatur, quòd incuſetur obligatio, & expediantur litterę exequutoriales reali- ter, & perſonalitèr, Carauit.in Ritu.128. nu.3.verſ. ſecundus caſus, D.Carleual.ibid.
17 nu.14. ſecùs verò, ſi non ſint elapſi decem anni, tunc enim incuſatur obligatio abſquè dicta citatione, Carauit. ibid. num.1. & in ritu.262.nu.11. D.de Franch. deciſ.118. nu.8. cum ſeqq. quos referens ſequitur D. Carleual.loc.cit.

Tan-

Digitized by Google

Tandèm obſeruabis, quòd licèt ius li-
38 quidandi inſtrumĕtum via *Ritus M.C.V.* præſcribatur ſpatio 20. annorum, vt diximus, *nu.* 14. tamen pro tertijs decurſis per dictum tempus, & pro alijs decurrĕdis, nequaquàm præſcribitur, vt poſt *Paz*, *Felic. Gutierr.* & alios docet *D. Carleual. d. diſp.* 4. *nu.* 10. cum *ſeqq.* *M.A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Fœmina, ad hoc vt dicatur maſculiata, quæ requirantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Maior licèt non poſſit reſtitutionem in integrum petere, tamen poteſt reſtitutioni petitæ per minorem inhærere.*
2 *Æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt.*
3 *Procurator acceptando decretum, Principali non præiudicat.*
4 *Error Procuratoris poteſt à Principali, nedùm antè ſententiam reuocari, verùm poſt in cauſa appellationis.*
5 *Mulier dotis conditionem deteriorem facere non poteſt.*
6 *Soror dicitur maſculiata, quotieſcunq; frater dicat, nolo dare paragium.*
*Nec admittitur purgatio moræ, n.* 12.
*Amplia, etiam ſi interpellatus à ſorore, nihil reſpondiſſet, cùm in ſui præiudicium habeatur, ac ſi negaſſet, & n.* 9.
7 *Ad hoc vt fœmina dicatur maſculiata, quæ requirantur, & n.* 9. 10. *&* 23.
*Et quandò dici poſſit maſculiata, n.* 11.
8 *Maſculiatio quid importet.*
13 *Mulier, ſi petierit paragiū, poterit variare, & petere ſucceſſionem vti maſculiata.*
14 *Paragium in maritata, legitimā nō excedit.*
15 *Paragium in maritanda poterit arbitrari vſq; ad virilem portionem, conſiderata quantitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero filiorum.*
16 *Aeſtimatio paragij an ſit facienda, habito reſpectu ad tempus mortis.*
17 *Legitima eſt quota bonorum, & non hæreditatis.*
18 *Legitima poteſt in pecunia liquidari, vbi cohæredibus aliud non expediret.*
19 *Paragium ſufficit in pecunia dari.*
20 *Vita, & militia in pecunia ſalui poteſt.*
21 *Fideicommiſſum, cauſam dotis nō includit, maximè in deſcendentibus.*
*Intellige, in ſubſidium, n.* 22.
24 *Mora non contrahitur, antequàm creditum ſit liquidatum.*
25 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio LIX.

PER Decretum S.C. fuit liquidatum paragium Iſabellæ Capoceſalo in duc. 3000. à quo decreto obtinuit Anna Capoceſalo vnica filia, & hæres q. Ioa. Dominici eius fratris, fieri verbum in S.C. ad finem videndi, ſi erat deferendum reſtitutioni in integrum, per ipſam vti minorem petitæ, cui quidèm reſtitutioni inhæruit Iſabella, prætendendo, ipſam
1 fuiſſe grauatam, & quamuis maiorem, poſſe inhærere reſtitutioni petitæ per minorem, ex *text. in l. quòd ſi minor, §. reſtitutio, & ibi Bald. ff. de minor.* & in *l.* 2. *& ibi gloſ.* magiſtralis in *verb. inſtauratione, C. ſi aduerſ. tranſact. Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q.* 47. *art.* 10. *nu.* 47. *Baiard. ad Iul. Clar. in*
2 *§. fin. q.* 44. *nu.* 23. Aequalitas enim in iudicijs eſt ſeruanda, vt habetur ex *gloſ. in d. §. reſtitutio, in d. verb. inſtauratione*, vbi etiā *Bald. & Sforz. Odd. in loco* proximè citat. & ideò prætendebat, paragium eſſe liquidandum in virilem, vel ipſam declarari maſculiatam, nulla habita ratione prætenſæ acceptationis decreti prædicti liquidationis in
3 duc. 3000. tanquàm factæ per Procuratorē, qui non poterat ipſi præiudicare, ad *text. in l.* 2. *C. de error. Aduocat.* & quòd error Procuratoris poterat per ipſam reuocari, ne-
4 dùm vſq; ad ſententiam, ſed etiam in cauſa appellationis, *l. fin.* vbi *Bald. C. eod. tit. de error. Aduocat. l. creditor, §. iuſſus, ff. de appell.* Immò in hoc caſu, quamuis eſſet ab ipſamet Iſabella decretum approbatum,
5 non poterat conditionem dotis facere deteriorem, vulgata *l. Aebutius*, cum concord. *ff. de pact. dotal. Franch. dec.* 489. *n.* 28. *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q.* 10. *art.* 6. *in fin.* & quatènus prædicta non procederent, dicebat, quòd ex hac noua contumacia fratris, & poſt eius mortem prædictæ Annæ differentis præſtare paragium, iuxtà liquidationem iàm factam per dictum Decretum S.C. quòd ipſi oriebatur noua actio variandi, & petendi maſculationem, ex doctrina *Andr. in Conſtit. In aliquibus, verſ. quòd ſi dicat, nolo dare dotes*, vbi etiam *Afflict. verſ. quintò quæro*, & propriè ſub *n.* 31.
6 quotieſcunq; enim frater dicit, nolo dare paragium, tunc ſtatim ſoror maſculiatur, nec admittitur moræ purgatio, *Andr. in d. Conſtit. In aliquibus, verſ. ſi ergò mortuo patre, col.* 6.

Rurſùs dicebatur, Iſabellam fuiſſe ma-
7 ſculiatam, tàm antè, quàm poſt decretum prædictum, quàmuis enim ad inducendam maſculiationē neceſſaria ſit interpellatio, ſiuè requiſitio ſororis cōgruo loco, & tempore, & quòd frater requiſitus habeat fa-

cul-

Digitized by Google

cultatem, & potentiam maritandi, ità vt
malitioſè differat, ſororem maritare, & do-
tes dare, vt habetur per *Napod. in Conſuet.*
*Si moriatur, verſ. eas autem, nu. 42. in princ.*
debet ergò ſoror interpellare fratrem con-
gruo loco, & tempore, & expectare ſexde-
cim annos, vt illis elapſis dicatur maſculia-
ta, & ſuccedat vti maſculus, *Napodan. in d.*
*verſ. eas autem, in verb. differentibus, n. 48.*
& ità fuiſſe deciſum per S.C. refert *Affl. dec.*
*159. & dec. 370.* vbi *Vrſill.* Nihil aliud enim
importat maſculiatio, quàm habilitatio fœ-
minæ ad ſuccedendum ſecundùm ius com-
8 mune, ac ſi conſuetudo non adeſſet in con-
trarium, *Molfeſ. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt.*
*q. 9. nu. 2.* Tamen hæc omnia ſubijciuntur
Iudicis arbitrio, qui conſiderare debet fa-
cultates, locum, & modum, & ex his cogno-
ſcere, ſi frater malitioſè diſtulit maritare,
ità *Piſanell. in d. Conſuet. Si moriatur, in*
*d. verſ. eas autem*, ſub *nu. 50. fol. 93. in ad-*
*dit.* incip. *Nota, quòd ſi tempore mortis*, facit
doctrina *Napod. in d. Conſuet. in verb. diffe-*
*rentibus, nu. 46.* & in *verb. facultatem, n. 69.*
*& 71. fol. 101. Molfeſ. in comm. ad Conſuet.*
*par. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 1.* ſub *n. 8. 9.*
*& 10.* & in *2. tom. in addit. ad quaeſt. 2. in*
*4. part. & Andr. in d. Conſtit. In aliquibus,*
*verſ. quid ſi requiſitus, & verſ. quid ſi vult*
*eſſe hæres, fol. 159. nu. 70.* dicit, quòd ſi fra-
ter à ſororibus requiſitus, non reſpondet,
Iudex debet illi aſſignare tempus congruũ
ad reſpondendum, ad finem declarandi, ſi
vult eſſe hæres ſolus, & dare dotem de pa-
ragio ſororibus, vel admittere ſorores ad
ſucceſſionem, ſequitur *Molfeſ. d. 4. p. q. 4. n. 3.*
In facto autem ponderabatur, quòd cũ
in eius 23. anno frater eam in Monaſterio
intruſerit, educandi cauſa, ſtatim medieta-
9 tem hæreditatis petijt tanquàm maſculia-
ta, & frater nihil reſpondit, quo caſu habe-
tur pro contumace, ac ſi negaſſet in eius
præiudicium, *Iſern. in d. Conſtit. In aliqui-*
*bus, col. 6.* ex *text. in l. de ætate, §. qui tacuit,*
*& §. nihil intereſt, ff. de interrogat. act.* vbi
etiam *Bald.* & in *l. quidam, ff. de acquir. hæ-*
*red.* & habetur in *c. 2. de confeſſ. in 6.* & ſic ip-
ſo viuente fuit à ſorore interpellatus. Item
10 interpellatio reſultat ex curſu termini vſq;
ad annum decimum ſextum, quandò ma-
litioſè terminus elabitur, quod probat
*Napodan. in d. Conſuet. Si moriatur, verſ. eas*
*autem, nu. 46. fol. 92.* vbi dat exemplum,
quando frater ſe abſentauit, nè dotes daret,
neq; poteſt dubitari, quòd malitioſè diſtu-
lerit, eam maritare, ſtante etenim qualitate
perſonæ, congrua dote, & in hac Ciuitate
Neapolitana, vbi ex eius amplitudine non
poteſt dubitari, quòd ſi eam voluiſſet mari-
tare, congruè poſſet, & frater, ipſa viuente,
ab anno eius 16. pluriès eius ſororem in
diuerſis Monaſterijs poſuit, non ad alium
finem, niſi vt non cogeretur, eam maritādo
dotem ſoluere.

Secundò conſiderabatur, quòd hæc con-
tumacia fratris in non maritando ſororem
infrà 16. annum, fuit etiam expreſſiùs con-
firmata per dictam Annam eius filiam, &
hæredem, cum qua fuit proſequutum iudi-
cium, & fuit condemnata per ſententiam
S.C. ad paragium liquidandum, & non ob-
11 ſtante ſententia, illud non ſoluit, immò fa-
cta ipſius liquidatione in ducat. 3000. petijt
aduerſus decretum prædictum reſtitutio-
nem in integrum, ad finem dilatandi ſolu-
tionem. Immò dixit, quòd nolebat ſoluere
dotes, & Iſabella declarauit, ſe velle ſucce-
dere, quo caſu dicebatur, quòd abſq; dubio
erat maſculiata, ex doctrina *Andr. in d. Cō-*
*ſtit. In aliquibus, verſ. ſi ergò mortuo patre,*
*col. 2.* circà *fin.* ſequitur *Camill. Salern. in*
*d. Conſuet. Si moriatur, verſ. idem iuris eſt,*
& in *verbo quod hic dicitur, fol. 104.* vbi re-
fert deciſionem S.C. in fauorem Viſagiæ
Longæ contra Thomam Rubeum, referen-
te Magnifico Conſiliario Geſualdo, ſub die
6. Octobris 1554. & hoc caſu, quando dixit,
12 nolo dare dotes, non admittitur moræ
purgatio, attenta *Conſuetudine* huius Ciui-
tatis, licèt ſecùs ſit de iure *Conſtitut. Regni*
*In aliquibus, Affl. d. dec. 159. Molfeſ. ad Cō-*
*ſuet. de ſucceſſ. ab inteſtat. par. 4. q. 7. nu. 9.*
quod probat *Andr. de Iſern. in d. Conſt. In*
*aliquibus. col. 6. verſ. ſi dicat, nolle dare do-*
*tes,* vbi allegat *text. in l. 1. §. item ſi ità, ff. ad*
*l. falcid.* quem ſequitur *Affl. in verſ. quintò*
*quæritur,* ſub *nu. 31.* Nec prædictis obſta-
bit, quòd ipſa Iſabella, ſeù eius procurator
acceptando decretum illud, notificauit pro-
13 curatori partis aduerſæ, quia poteſt hodiè
variare, quod probat idem *Iſern. in cap. 1.*
*in 2. addit.* ſub *nu. 22. & 23. verſ. de æquitate*
*durum eſt, dicere, & verſ. hac videtur tole-*
*rabilior, de nat. ſucceſſ. feud.* vbi in caſu for-
tiori tenet, quòd ſi frater promittat ſorori
dotem infrà certum tempus, & in tempore
præfixo non ſoluerit, poterit variare, & ſuc-
ceſſionem petere, vti maſculiata, quem ſe-
quitur *Napodan. in d. Conſuet. Si moriatur,*
*n. 59. verſ. Item pone, quòd frater,* vbi etiam
*Naucler. in addit.* incip. *Sed quid, ſi elapſo*
*tempore.*

Quod quidèm tantò magis dicebatur eſ-
ſe in hac cauſa iudicandum, quia hodiè nō
14 tractabatur de excluſione maſculi, quia
iàm mortuus erat, relicta vnica filia fœmi-
na, quæ nuptui tradita reperiebatur extrà
familiam, & hoc caſu, quatènus non eſſet
maſculiata, deberi paragium, dicebat, vſq;
ad virilem, & ſi enim paragium in filia ma-
ritata nō excedat legitimam, vt dixit *Andr.*
*in d. Conſtit. In aliquibus, col. fin.* & ſequitur
*Affl.*

Digitized by Google

*Affl.ibid.nu.*45.qui ità iudicatum refert in S.C.*dec.*160.*Ricc.collect.dec.*746.In filia au-
15 tē nō maritata poteſt arbitrari vſq; ad virilem portionem, *Napod.in d.Conſuet.Si moriatur, in verb.paragium, Andr.in d.Conſt. In aliquibus, Gramm.dec.*101.*nu.*64.conſiderata quantitate patrimonij,qualitate cōiugum,& numero filiorum, *Franch.dec.*61.*nu.*5.*De Ponte conſ.*45.*n.*6.*& conſ.*65.*nu.*5.*vol.*1.*Maxill.in Conſuet.Barenſ.* §.*dos à patre,n.*42.*&* 54.*Petr.de Gregor.de dote de parag.q.*32.ſub *nu.*4.vbi plures deciſiones refert,*Viu.dec.*187.*nu.*1.*Borgnin. Caualc. dec. Fiuiz.*29.*nu.*16.*Peregr. dec. Patau.*3.*nu.*5.*Cannet.in Extrauag.Si aliquem Regni Siciliæ,*§.*& quantum ſit,nu.*9.*Franc.de Amic.in cap.*1.*de ijs,qui feud.dar.poſſ.*§.*pro cuius definitionis,n.*7.*fol.*3.*&* §.*& veniendo,fol.*164.*Piſanell.in d.Conſuet.Si moriatur,in d.*§.*paragium,*vbi ſic deciſum refert, & licèt hoc ſit Iudici arbitrarium,tamen in hoc caſu poſt mortem maſculi Iudex debet arbitrari, vt fœmina non excludatur, *Socin.ſen.conſ.*92.*nu.*13.*vol.*1. Tantò magis,quia Victoria altera ſoror fuit maritata, viuente eius fratre in anno 1617. cum dote duc.6000.

Pro parte verò Annæ neptis dicebatur, quòd debebat liquidatio paragij facta per S.C.diminui ad ducat.500. eidem Iſabellæ legatos per Scipionem patrem,& ſic prouideri, eſſe deferendum reſtitutioni in integrum,per ipſam petitæ,ſtante qualitate, & tenuitate patrimonij,erant enim bona æſtimanda tempore mortis patris, & non ad præſens tempus,in quo ex induſtria Io.Dominici eius patris bona erant aucta, nàm cùm adeſſet in hæreditate quoddam Rus, fuit per ipſum diuiſum,& cenſuatū diuerſis
16 perſonis,cùm enim paragium ſit loco legitimæ,æſtimatio ipſius debet fieri tempore mortis,*l.Papinianus,*§.*quarta, ff. de inoff. teſtam.l.cùm quæritur, & auth. nouiſſima, C.eod.tit.l.etiam,*§.*fin.& l.ſi patronum,* §.*ſi ex bonis,ff.de bon.libert. Alex. conſ.* 103.*num.*15.*vol.*2.*Gramm.dec.*57. *Franch.dec.*61.*nu.*6. *Anna conſ.*26. latiſſimè *Maſtrill. dec.*251.*nu.*8. Nec dicendum, quòd legiti-
17 ma eſt quota bonorum, non hæreditatis, ideòq; eſt ſuper ſingulis corporibus præſtanda,*l.ſcimus,*§.*repletionem,verſ. ex ipſa ſubſtātia patris,C.de inoff.teſtam.& l.omnimodò,ff.eod.* quia vbi omnibus cohære-
18 dibus non expediret, poteſt Iudex legitimam in pecunia liquidare, *Menoch. de arbitr.iud.caſu* 163.*Ioſeph.Ludou.dec.Lucenſ.* 28.*nu.*39. quod in paragio eſt abſolutum, quia ſufficit in pecunia dari, *Napod.in Cōſuet.Si qua mulier, nu.*23. qui dicit, quòd hoc onus non eſt adeò reale,quòd neceſſariò ſit ex ipſis corporibus bonorum remā-
ſorum in hæreditate præſtandum, ſufficit
19 enim ſoluere in pecunia, & ità ſemper fuit interpretatum,& obſeruantia inde ſequuta optima eſt interpretatio,*l.ſi de interpreta-*
20 *tione, ff.de legib.* prout in ſimili de vita,& militia dixit *Andr.de Iſern.in Conſtit.In aliquibus,* ibi, *ad petendum pecuniam pro dote,col.*7.*Petr.de Greg.in tract.de dote,de paragio,q.*3.*in princ.& q.*38.*n.*7.*Gratian. diſcept.forenſ.c.*116.*n.*26.

Inſupèr dicebatur, quòd reſpectu aliorum bonorum non poterat haberi ratio in liquidatione paragij, tāquàm ſubiectorum fideicommiſſo aut, & quamuis fideicom-
21 miſſum non includat cauſam dotis, maximè in deſcendētibus,vulgata *auth.res,quæ, C.comm.de legat.Theſaur.* qui alios congerit *dec.*192.*Franch.dec.*613. tamen hoc in-
22 telligitur in ſubſidiū,aliis bonis nō extātibus,*Couarr.var.reſol.lib.*3.*c.*6.*n.*11. *Padill. Peregr.* Menoch.& alij allegati per *Franch. dec.*519.*Ludou.dec.Lucenſ.*28.& ideò agēs ꝑ dote,debet probare,nō adeſſe alia bona, niſi fideicōmiſſo ſubiecta, *Maſtrill. dec.*56. *Rouit.conſ.*41.*n.*19.& alij ſuprà citati.

Quò verò attinet ad maſculiationem,dicebatur,ceſſare omnia requiſita ad inducēdam maſculiationem, deficit enim contu-
23 macia fratris,qui ſtatim,quòd fuit iudicialitèr requiſitus,deceſſit,nec conſtabat,ipſū, nec eius hæredem fuiſſe congruo loco, & tempore requiſitos, iuxtà doctrinam *Napod.in d.Conſuet.Si moriatur,* §.*eas autem,* de quibus requiſitis plenè per *Molfeſ.in Comment.ad Conſuetud.p.*4.*q.*1. eſt enim maſculiatio inducta in pœnam fratris dilatantis maritare ſororem,quo caſu non ſufficit exceſſiſſe 16.annum, nàm dies non interpellat pro homine in pœnalibus, ſed requiritur interpellatio,*Bart.in l.ſi ità ſtipulatus,n.*54.*ff.de verb.oblig. Affl. d.dec.*370.*n.*8.*Theſ.dec.*212.*& Molfeſ.loco* cit. *nu.*11.

Nec contumacia poteſt iudicari poſt ſētentiam S.C.per quam fuit neptis condemnata ad paragium liquidandum,quia quantitas paragij ſoluenda,non erat liquidata,
24 & antequàm per Iudicem ſit liquidatum creditum,mora non contrahitur,*Affl.deciſ.* 205.*Monter.dec.Arag.*6.*nu.*5.*Bellon. deciſ. Genua* 118.*Mareſcott.var.reſol.lib.*1. *c.*57. quod probatur ex *text.in l.*2.*C.de vſur.* & ex *Bald.in l.acceptam,C.eod.tit.*& in *l.in fideicommiſſi,ff.eod.tit.* & quamuis poſteà per decretum S.C. fuerat liquidatum in duc.3000.tamen adhùc pendebat reſtitutio in integrum. Diſcuſſa hac cauſa in S.C.
25 die 11.Februarij 1633.iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum,fuit deciſa, & dictum, Viſis ſupplicationibus vtriuſq; partis, videlicèt, tàm ſupplicatione ad inſtantiam Annæ petentis reſtitutionem in integrum,

Qq quàm

quàm ad instantiam Iſabellæ, quæ prætendebat, eſſe maſculiatam, ſaltim ex nouo capite, quia poſt liquidationem ipſius paragij diſtulit ſoluere quantitatem dotis liquidatam, fuit reſolutum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, & diſcuſſis viribus patrimonij, fuit iudicatum, nullam adeſſe læſionem, non habita ratione de aſſerto fideicommiſſo, quia vltrà diſpootionē iuris, quòd non includit cauſam dotis, in caſu prædicto expreſsè erat prohibita alienatio, præter quam in cauſam dotis, & quia fuit habitum pro vero, non eſſe maſculiatam, neq; ei deberi virilem, fuit etiam dictum in decreto, non obſtantibus oppoſitis, & petitis per Iſabellam, interuenientibus D. Præſide Petro Iordano Vrſino, ac DD. Carauita, Piccolellis, Zufia, nunc meritiſſimo Regente, D'Ocampo, Carleual, Sapio, Conſtātio, cauſæ prædictæ Commiſſario, Mendiecta, Franchis, & me Hectore, & idem in ſimili fuit iudicatum, non deberi Iuliæ Capyciæ Galeota virilem, ſed paragium liquidandum vnà cum intereſſe, quāuis per teſtes probaſſet interpellationem fratri factam, ex eo, quia non erant omnia alia requiſita ſuprà adducta, benè verificata, per decretum ad mei relationem interpoſitum ſub die 23. Martij 1637. penès Iacobum Figliola S.R.C.Act.Mag.

# OBSERVATIO In Deciſione LIX.

## SVMMARIVM.

1 *Maior licèt non reſtituatur in integrum, tamen poteſt inhærere in integrum reſtitutioni petitæ per minorem, cum quo litem habet.*

2 *Terminus conceſſus minori, eſt communis maiori cum eo litiganti.*

3 *Maior nō poteſt renunciare appellationem in præiudicium maioris collitigantis.*

4 *Maior quando in integrum reſtituatur.*

5 *Contractus nullus reſpectu minoris, an ſit nullus etiam reſpectu maioris, inſolidum cum eo obligati, & nu.6. deciſio adducitur, nu.7.*

8 *Procurator ſicut non poteſt acceptare decretum, ità nec etiam illud expreſsè renūciare, nec etiam nominationem teſtium, ac appellationem, etiam ſi habeat mandatum cum libera, nu.9. intellige, vt nu.10. ſed deciſio traditur, n.11.*

12 *Soror de iure Regni debet à fratre dotari, ſed non dotata, non maſculiatur, ſecùs de iure conſuetudinario, & vt maſculiata dicatur, quæ requirantur, n.13.14.15. & admittitur ad ſucceſſionem paternā, maternam, & collateralium, n.16. ac ad medietatem bonorum antiquorum, nu.17. ac etiam contra minores, intellige, vt nu.18. deciſio adducitur, nu.19.*

20 *Paragium in filia maritata, & in nuptura quantum ſit, & quid, vbi nulla fuit conſtituta dos, deciſio traditur, n.21.*

22 *Filia dotata à patre de paragio, habet legitimam in bonis matris, etiam ſi ſit ingreſſa Monaſterium cum dote Ingreſſarum, intellige, vt ibi, & nu.23.*

24 *Vita, & militia non debetur filio tertiogenito per ſecundogenitum, qui ſucceſſit primogenito, & ità iudicatum aſſertur.*

25 *Filius ſecundogenitus, mortuo patre habet electionem, an velit vitam, & militiam, vel partem pretij in feudo nouo.*

26 *Pars pretij debetur, attento valore temporis emptionis, non autem mortis in feudo nouo, limita, vbi in contrarium aſſiſtat patris voluntas, & ità deciſū traditur, n.27.*

28 *Intereſſe partis pretij debetur filio ſecundogenito à die mortis patris, & ità determinatum aſſertur.*

29 *Fideicommiſſum non includit cauſam dotis, maximè in deſcendentibus, alijs bonis liberis non extantibus, nec etiam intereſſe, & ſic iudicatum refertur, nu.30. & ſub nu.31. nec pariter antephatum, eiuſq; intereſſe, vt deciſum adducitur, d.n.31.*

1 Maior, licèt non poſſit petere in integrum reſtitutionem, poteſt tamen inhærere in integrum reſtitutioni petitæ per minorem, cum quo litem habet, vt poſt D. meum *hic, nu.1.* tradiderunt *D. de Franch. dec. 269. Afſl. dec. 213.* Maſtrill. *dec. 42. Valaſc. conſult. 25. &* Capyc. *dec. 170.* nàm dilatio, ſiuè
2 terminus, qui conceditur minoribus, eſt communis maioribus, cum ipſis litigantibus, *l. petenda, C. de temp. in integr. reſtitut. Fontanell. dec. 112. nu. 2. lib. 1.* ex ratione adducta, *nu. 4. & 7.* ità vt poſt conceſſam re-
3 ſtitutionem, illi renunciare non liceat, in præiudicium aduerſarij, *D. de Franch. deciſ. 141. & 269.* alijq; apud *Fontanell. ibid. n.6.*
4 ſic etiam conceditur in integrum reſtitutio maiori litiganti cum alio maiore, ex capite minoris ætatis alterius, qui non eſt in iudicio, ſed habet intereſſe coniunctū, *l. ſi communem, in princ. ff. quemadm. ſeru. amitt. Fontanell. dec. 111. nu. 12. & ſeqq. d. lib. 1.* & ità deciſum tradit *nu. 23.* ſic paritèr iudicatum refert *Phæb. dec. 61. lib. 1.*
5 An autem nullitas contractus allegata per minorem, proſit etiam maiori cum ipſo inſolidum obligato in contractu prædicto, & affirmatiuam ſententiam tuentur *Ludou. deciſ.*

*deciſ.Peruſ.*27.*par.*1. *Montan.de tutel.c.*33. *n.*494.*Pariſ.conſ.*12.*lib.*2.*Oddus de reſtit.in integr.p.*1.*q.*46.*art.*5.*n.*19.rationes aſſignāt *D.de Franch.deciſ.*247.*num.*4. *& D.Praſ. Merlin.cent.*1.*controuerſ.forenſ.c.*55.*n.*17. & faciunt tradita per *Rebuff.ad* Conſt.*Gall. to.*2.*de reſtit.art.*2.*gloſ.*3.*n.*5.*& Odd.d.p.*1. *q.*46.*art.*4.

6 Sed negatiua ſententia probari videtur in *l.Marcellus*, vbi *gloſ.& Bart.ff.de fideiuſſ.*& in *§. ſi quis verò, aut Epiſcopo, auth. de alien.& ampliat.*comprobat *Mohed.deciſ.*2.alias 223.*de fideiuſſ.*ſed in cauſa Ioan-
7 nis Antonij Citarellæ cum creditoribus, per S.C.die 1.Aprilis 1615. ad relationem
* D.*Conſil.Salui* fuit deciſum,contractus eſſe validos, etiam reſpectu minorum, pro quantitatibus tamen, quæ apparent verſa in eorū vtilitatem iuxtà liquidationem faciendam per S.C.in Banca de Scacciauēto, quam deciſionem etiam retulimus *deciſ.* 19. *num.* 5.

Et ſicut Procurator non poteſt in præiudicium Domini acceptare decretum, vt
8 tradit D.meus *n.*3.ità etiam,non valet illud renunciare expreſsè, ſiuè nominationem factam in aliqua cauſa, pro examinandis teſtibus ſui principalis, ità vt non obſtante dicta renunciatione,poſſit principalis dicta nominatione vti,examinari faciēdo teſtes, ad intellectum *Reg. pragm.*7.*de ord.iudic.* per quam permittitur,fieri nominationem teſtium examinandorum extrà locum iudi-
9 cij; Procurator enim expreſsè appellationē renunciare non poteſt,ad tradita per *Seraphin.dec.*857.*num.*2.*D.de Franch.dec.*579. quos ſequuti ſunt *Amat.deciſ. Marcb.*59. *num.*9. *Giurb.dec.*8.*n.*45.*& Gratian.deciſ.* 79.etiam ſi haberet mandatum cum libera, *D.Golin.de procurat.p.*2.*c.*5.*n.*117.ſolum-
10 modò enim Procurator preiudicare poteſt Domino,omittendo,& ſic permittendo,labi tempus datum ad proſequendam appellationem,*Alex.conſ.*115.*n.*2.*lib.*5.imò hoc caſu fundat, ſubueniri Domino per viam reſtitutionis in integrum,ex *tex.in c.*2.*de reſtit.in integr.in* 6.Quarè in cauſa D.Prin-
11 cipis Buteræ Federici Columnæ cum D. Marchione Arenarum, referente D. meo tunc Reg.Conſil.delegato per S.M.eiuſdem
* D.Principis,die 25.Iunij 1640.per S.C.fuit deciſum,quòd non obſtante renunciatione nominationis factæ per Procuratorem D. Marchionis, valeat idem D.Marchio intrà dies 23.præciſè,& peremptoriè examinare teſtes,in Banca Iuuenis,nunc de Vendicto.

Verùm circa principalē articulum huius deciſionis .ſ.maſculiationis fęminæ, obſeruo, quòd ſecundùm *Conſtit.Regni*, incip.
12 *In aliquibus*,frater tenetur ſororem dotare,ſed ſi eam maritare diſtulerit, illa non maſculiatur, ſed ſecundùm *Conſuet.Neap. Si moriatur, de ſucceſſ.ab inteſta.*maſculus ſuccedens tenetur fęminas dotare, ex prærogatiua ſexus excluſas: ſed ſi differat illas maritare, vſquè ad annum 16. completum, ſecundùm paragium,& facultates,tunc fœminæ poſſunt petere portionem virilem de bonis paternis,& maternis,& ſic vti maſculi ſuccedunt,ideòq; maſculiatæ dicūtur, vt tradit *D.Conſil.Prouenzal.in d.Conſuet.*
13 *Si moriatur,obſeru.*18.*nu.*1.*in fine*,plura tamen requiſita,vt fęmina maſculiata dicatur,ponit D.meus *num.*6.7.9.10.*&* 11.ſed *D.Prouenzal.obſeru.*21.*n.*1. vbi D.meum citat,ad tria reſtringit, ſicquè vſu obſeruari fatetur, Primò,quòd fęmina non reperiatur maritata in ætate annorum ſexdecim,Secūdò, quòd frater, vel nepos ſucceſſor ſit requiſitus loco,& tempore, Tertiò,quòd ſucceſſores talitèr interpellati,habeant potentiam,ac maritādi facultatem, ità,quòd malitioſè differant illas maritare,ipſiſq; dotem dare,ſecundùm paragium, & facultates, & de ſecundo requiſito latiſſimè agit *obſeru.* 22.*per tot.*vbi etiam,quòd d.interpellatio
14 ſit probanda per ſororem,& quòd ſufficiat extraiudicialis interpellatio,fundat *obſeru.* 23. ſed magis proficuam eſſe iudicialem interpellationem, perbellè docet *obſer.*24. non tamē ſufficit, ſi interpellatio fiat domi, vel Procuratori, cùm ſit facienda perſonalitèr maſculis, vt in mora conſtituantur,vt comprobat *obſeru.*25.à *n.*6.per 19.verùm
15 in caſu abſentiæ maſculorum admittit interpellationem factam domi, vel Procuratori,habenti mandatum generale,vt ſubdit *n.*20.qui etiam *obſeru.*27.*n.*6.tradit, quòd
16 maſculiatio, non ſolùm operatur, quòad ſucceſſionem paternam, & maternam; ſed etiam quòad ſucceſſionē collateralium, & ad contraria reſpondet *num.*7.cum *plurib.*
17 *ſeqq.* quæ quidèm fęminæ maſculiatæ ſuccedunt etiam in medietate bonorum antiquorum cum maſculis,vt fundat *ibid.n.* 19. *& ſeq.* & tandèm dicta maſculiatio proce-
18 dit etiam contra minores, maritare diſtulentes,licèt illi reſtituantur, vt deciſum refert *obſeru.*28.*n.*8.vbi alios citat;& proindè
19 ſtantibus requiſitis enunciatis ſuprà *n.*13. *& ſeq.* per S.C. ſub die 6. Octobris 1554.
* Priſapia Longa fuit maſculiata,contra Thomam Rubeum,in Banca Bozzauotræ.

Et dùm D.meus *nu.*14.*&* 15.dicit,quòd paragium in filia maritata non excedit le-
20 gitimam,in maritata autem, vſq; ad virilē portionem aſcendit,vt etiam cēſuit *D.Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de ſucceſſ. mulier.nu.*12. & nouiſſimè *D.Pratus c.*14. *n.*66. *lib.*1.*diſcept.forenſ.*ſed *D.Reg.Capyc. Galeota lib.*2.*controu.illuſt.controu.*16.*nu.*
21 fundat,quòd ſi mulier fuit dotata cum



Digitized by Google

parua dote, cum ſpe tamen conſequendi maiorem dotem, eo caſu paragium poteſt aſcendere ad virilem portionem, & ita deciſum refert *num.15.& D.Prouenzal.in d. Conſuet.Si moriatur, abſtr.12.n.10.& 11.* tradit, quòd in nupta paragium nõ excedit legitimam, niſi tradidiſſet in dotem viro
21 ius petendi virilem portionem; ideóq; cũ nuptæ fuiſſent Laura,& Prudentia Amoreſano, nulla conſtituta dote eorum viris,cũ petijſſent in S.C. à Matthæo Amoreſano fratre paragium,vſquè ad virilem,eò, quòd nulla conſtituta dote cenſentur promiſiſſe omne totum, quod prætendere poſſent ſu-
* per bonis paternis,& maternis, per S.C.ſub die 19. Nouembris 1646. ad relationem *D.Conſil. Brancatij* fuit liquidatum paragium in duc.500. pro qualibet ipſarum, incluſis etiam fructibus, nàm legitima erat tantummodò duc.350. vt ex proceſſu in Banca Figliolæ, ſed filia à patre dotata de paragio poteſt petere aliud paragium ſu-
22 per bonis matris, ſcilicèt legitimam,iure naturæ debitam, *Napod.in Conſuet.Si qua mulier,n.25.D.de Anna alleg.81.n.4.*ſic paritèr filia,quæ ingreſſa eſt Monaſterium, & habuit à patre paragium Ingreſſarum, vt per *Afſl.dec.348.* niſi filia renunciaſſet,nàm attenditur renũciatio,*Napod.in Conſuet.Si moriatur,verſ.eas autem, n.96.* dummodò filia aliquid habuerit de bonis maternis
23 tempore renunciationis, *Vrſil.ad Afflict. dec.129.nu.4.*nec obſtat,quòd vnica ſufficit dotatio, ad hoc vt fœmina excludatur à ſucceſſione bonorum paternorum, & maternorum, vt eſt in ore omnium, id enim locum habet,vbi fœmina dotatur de bonis paternis, ac maternis, tunc enim nil aliud petere poteſt, *Napod.in d.Conſuet.Si moriatur, d.num.96.* latè *Molfeſ.ad Conſuet. Neap.p.4.q.29.nu.15.cum ſeqq.*ſecùs verò, quando nihil habet à matre, ſed ſolùm à patre dotatur.

Agitur per D.meum *n.20.* de vita, & militia, ideò obſeruabis, quòd illa haud de-
24 betur filio tertiogenito à ſecundogenito, qui ſucceſſit primogenito, vt tenuerunt *Capyc.dec.211.D.de Franch.dec.73.nu.18.* & fuit deciſum per S.C.referẽte doctiſſimo, ac æquiſſimo *D. Horatio Marcheſio* Reg.
* Conſil.die 24.Nouembris 1592. in cauſa Marchionis Campaneæ cum eius fratre,in Banca Carboni pro Balſamo.

Sic paritèr obſeruandum erit, quòd in feudo nouitèr per patrem acquiſito, ſequu-
25 to illius obitu,filius ſecundogenitus habet electionem, an velit vitam, & militiam, vel partem pretij,ad tradita per *D.Reg. Rouit. in pragm.25.nu.3.de feud.*ideóq; ſi elegerit,
26 habere partem pretij,illa intelligitur,ſecundùm pretium,quo feudum emptum fuit,nõ autem iuxtà valorem tẽpore mortis patris, vt teſtatur *D.de Anna ſing.200.* alijq; apud D.meum *conſult.25.num.5.lib.1.* ſequitur *D.Rouit.ibid.num.55.* vt etiam iudicatum fuit per doctiſſimos Arbitros.ſ.DD.*Io.Vincentium Corcionem*, *Fuluium Lanarium*, *Io.Vincentium Macedoniam*, & *Andream Marcheſium*, in cauſa D. Annæ Coppulæ cum D.Iulia eius ſorore,arbitrãdo paritèr, intereſſe deberi à die mortis patris, ad rationem duc.ſex pro centenario, vt refert D.meus *d.conſult.25.in fine*, qui tamen cõſuluit, quòd attendatur tempus mortis, vt
27 habetur à *n.6.*per 34.attamen ſi in contrarium aſſiſtat patris voluntas, tunc valor tẽpore mortis attenditur,& ſic contraria opi-
* nio, vt fuit per S.C. determinatum,die 13. Februarij 1561. referente *D.Conſil.Manſo* in cauſa Io.Iacobi Cecere cum Mario Cecere,ſtantibus diſpoſitione,& conuentione inter patrem,& filios in capitulis matrimonialibus d.Marij ſecundogeniti, in quibus Io.Angelus pater voluit, quòd ſua hæreditas diuideretur inter prædictos eius filios, & quòd in nihilo Io. Carolus primogenitus ſuperaſſet d.Marium,in qua diſpoſitione, ſeù promiſſione feuda includi,non dubitatur, ex traditis in fortioribus per *Dec. conſ.389.nu.11.& conſ.390.poſt nu.3.*quæ
28 quidèm pars pretij debetur cum intereſſe à die mortis patris,vt probat D.*Reg.Rouit. vbi ſuprà,nu.50.* & propriè *verſ.imò in hoc caſu*,vt deciſum retulimus ex D.meo ſuprà *n.26.in fine*,& fuit iudicatum paritèr in dicta cauſa de Cecere,ſub die 3.Aprilis 1563.
* ad relationem D.*Conſil.de Curte*,nàm fuit condemnatus d.Io. Iacobus ad ſoluendum intereſſe d.pretij à tẽpore, quo fructus feudalium percepti fuerũt ab ipſo,& in eadem ſententia fuit liquidatum, in Banca de Capua, nunc de Amico.

Et tádèm iuxtà ea, quæ adducit D.meus *n.21.*fideicommiſſum non includit cauſam
29 dotis, maximè in deſcendentibus,alijs bonis liberis non extantibus,quod etiam voluerunt *Fuſar.de ſubſtit.q.531.&* D.*Conſil.Paſchal.de patr.poteſtat. p.2.c.7.n.1.& ſeq.*idquè procedit,etiam quòad intereſſe dotis,vt per D.*de Franch.dec.613.* vbi licèt referat, dictũ articulũ nõ fuiſſe deciſum per S.C.in hanc tamen partem inclinare videtur, quã vti veriorem ſequitur, & pluribus medijs comprobat, contrarijs etiam ſatiſfaciendo D.*Paſchal.d.c.7.nu.32.cum ſeqq.* & ità deciſum refert D.*de Ponte dec.34.nu. 38.& 39.*& comprobant *P.Molfeſ.conſ.29. n.13.lib.2.& Barz.dec.108.n.15.*

30 Quapropter in cauſa D.mei ceſſionarij Vincentiæ de Marra cum Auguſtino,& Didaco de Marra, die 1.Martij 1638.ad rela-
* tionem D.*Conſil. Carleualij* fuit præſtita

aſſi-

Digitized by Google

aſſiſtentia ſuper bonis in iudicio deductis pro quantitate debita pro dote d. Vincentiæ, & intereſſe liquidando, in Banca de Felice, ſub patrocinio *D. Lelij Gizzij* mei germani, idemq; procedit pro antephato, vt
31 magis communitèr receptum eſt apud *Peregr. de fideicom. art. 42. n. 96. D. de Franch. d. dec. 613. nu. 10. Sforz. Odd. de fideicomm. q. 43. nu. 127. & ſeq. D. Paſchal. d. par. 2. c. 2. nu. 56. Fuſar. de ſubſtit. q. 533. nu. 1. & D. Rouit. conſ. 5. lib. 1.* vbi ſic pluriès iudicatum adducit, & propterea in eadem cauſa D. mei ceſſionarij Virgiliæ de Vrſo cum d. de Marra, fuit præſtita ſimilitèr aſſiſtentia ſuper bonis, in inuentario contentis pro dotibus, antephato, & intereſſe d. Virgiliæ vxoris q. Auguſtini de Marra fideicommittentis, pro quantitate liquidanda, ſub die 12. Februarij 1636. ad relationem eiuſdem *D. Carleualij*, patrocinante pro D. meo eodem *D. Lelio Gizzio*, in d. Banca de Felice.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Naufragium quomodò probetur, & an, & quando in examinatione teſtium requiratur partis citatio. Et an præcidēs funes alterius Nauis, ad præcauēdum Nauis ſuæ naufragium, teneatur ad emendam damni.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes recepti, parte non citata, in naufragio probant, & n. 3.*
*Intellige, ſi pars non eſt præſens in loco, ſed in longinquis partibus, & quando naufragium euenit in itinere Nauis, nō autē in loco, vbi teſtes recipiuntur, vt n. 4.*
2 *Probationes in naufragio debent fieri in loco naufragij, quàmuis ſit Iudex incompetens, quæ poſteà probant coràm Iudice competenti.*
5 *Teſtes non idonei, ex alijs adminiculis corroborari poſſunt.*
6 *Probationes in ciuilibus coniunguntur.*
7 *Probationes non legitimæ in cauſis Mercatorū, an fidem faciāt, ac ſi eſſent legitimæ.*
*Quid, ſi procedatur, ſola facti veritate inſpecta, nu. 8.*
9 *Probationes omnes ſunt Iudici arbitrariæ.*
10 *Nauta quando teneatur ad emendam damni, & n. 19. referuntur deciſio huius cauſæ.*
11 *Actio legis Aquiliæ pro refectione damni nō datur, niſi vbi adeſt damnum, & culpa damnum dantis.*
12 Text. in l. quemadmodùm, §. item Labeo, ff. ad leg. Aquil. *an procedat in actione ciuili, vel criminali.*
13 *Lex generalitèr loquens, debet etiam generalitèr intelligi.*
14 *Vicinus pro incendio orto in alterius vicini domo, an poſſit intermediam domum deſtruere, ſi timeat, incendium peruenturum ad eius domum.*
*Et an teneatur actione legis Aquiliæ, & an ad emendam damni, n. 15. & 18.*
16 *Ex lege Aquilia poteſt agi ciuilitèr, & criminalitèr.*
17 *Declarantur* text. in l. quemadmodùm, verſ. Item Labeo, ff. ad l. Aquiliam, & in l. 3. §. ait Prætor, ff. de incend. ruin. & naufr.
20 *Vicini debent contribuere in emendatione domus deuaſtatæ.*

## Deciſio LX.

EXiſtèribus in Portu Ciuitatis Crotonis in Prouincia Calabriæ Vltrà inter alias Naues Tartana patronizata à Io. Baptiſta Cauaſinno, quæ erat Thomæ de Stephano, & Tartana Io. Baptiſtæ de Valle, exorta magna tempeſtate, omnes Nautæ dereliquerunt Tartanam dicti de Stephano, quæ iàm erat exonerata, in Tartana verò dicti de Valle, quæ erat onerata frumento remanſerunt duo tantùm Nautæ. Cùmq; Tartana dicti de Stephano regeretur per quatuor funes, duæ quarum erant ligatæ à parte puppis in ſcopulis dicti Portus, aliæ verò à parte pruris regebantur anchoris, vi ventorum funibus, quibus à terra regebatur iàm ruptis, alijſq; duobus capitibus funarum, quibus anchoris regebatur præciſis, Tartana prædicta naufragauit.

Prætendebat dictus de Stephano, prædictam Tartanam iàm naufragatam patronizatam per Io. Baptiſtam Cauaſinnum culpa prædictorum duorum Nautarum Tartanæ Io. Baptiſtæ de Valle fuiſſe naufragatam, quoniam per ipſos funes anchorarum fuerunt præciſæ, ad quod probandum deducebantur tres teſtes, ad eius inſtantiam examinati in Ciuitate Crotonis, qui deponebant, nedùm per dictos Nautas fuiſſe præciſas, verùm etiam, quòd dictus de Valle illius dominus dùm erat in dicto Portu, à terra clamauit, ordinando dictis ſuis Nautis præciſionem prædictam, & quòd ſi dictæ ſunes inciſæ non fuiſſent, non eſſet naufragata, ſicuti neq; naufragatæ fuerūt aliæ Naues,

ues,quæ in dicto Portu exiſtebant.

Diſcuſſa hac cauſa,de duobus fuit dubitatum,& Primò, vtrum dictæ probationes eſſent ſufficientes, quia fuerunt receptæ, parte non citata.Secundò,dato,quòd benè eſſet probatum, vtrum potuiſſet dictus de Valle de iure hoc facere,ad præcauendam eius Nauem.

Quòad primum dicebat Actor, quòd
1 ſpeciale eſt in naufragio, quòd teſtes recepti,parte non citata probent,ex *text. & ibi Bart.in l.2.C.de naufrag.lib.11.* ex quo duo
2 ſpecialia eliciuntur,vnum,quòd probationes debent fieri in loco, vbi caſus euenit, quamuis ſit incompetens, & illæ poſteà
3 probant coràm Iudice competenti, aliud ſingulare,vt probent,quamuis ſint recepti, parte non citata,vt notat in *ſummario ibid. Bart. & nu.2. & 4.Rota Genuæ dec.3.nu.17. & dec.77.nu.5.* Verùm fuit dictum,quòd
4 prædicta practica,quam mirabilem appellat idem *Bart* procedit,quando pars non adeſſet in loco,ſed in longinquis partibus, & in naufragijs ſequutis in itinere Nauis, ſecùs autem,quando in loco,vbi caſus euenit,& vbi teſtes recipiuntur,pars fuerit præſens,quia tunc debent recipi,parte citata, quod probat *Alex. in addit. ad Bart.in d.l.2.circa med.* ibi, *Et aduerte mirabile, quòd tali examinatione non eſt neceſſe citari partem,quæ fortè multum eſt à longinquo*, ſequitur *Anton.Corſetus in ſingul.in verb.teſtis,c.18* vbi,quòd ſic intelligi poteſt *text. in l.ſcire oportet,§.ſufficit,ff.de excuſ. tut.* vbi ſufficit,probari caſum ex naturali iuſtitia,ideſt ſecundùm ius gentium,in quo in ore duorum,vel trium ſtat omne verbum, non attenta ſolemnitate ciuili, hoc idem habetur ex *Hippol.de Marſil.in ſingul.24. incip.clarum*,vbi,quòd teſtes in cauſa naufragij, vel periculi in partibus longinquis, vel remotis poſſunt recipi, parte non citata,& probant naufragium,*Io.de Anan.in cap.excommunicationi,in antepen.col.extr. de raptor.*ſequuntur etiam *DD.in d.l.2.C.de naufrag.lib.11.*& præcipuè *Rebuff.nu.3.& Stracc. in tract. de nautis,par.2. nu.7. & Dec.conſ.82.ſub n.3.verſ.non obſtat.*

Dicebat etiam Actor, quòd ex alijs adminiculis erat adhibenda fides dictis teſtibus.Et primò,quia idem Ioa.Baptiſta de Valle conuentus comparuit in eadem Curia,& examinauit teſtes,ipſo actore non citato.Inſupèr dicebat, quòd prædicti teſtes conualidabantur ex depoſitione aliorum teſtium examinatorum,parte citata in Curia Conſulatus,duo enim ex eis deponebant de confeſſione extraiudiciali ipſius Io.Baptiſtæ, & ſe vidiſſe duo capita funis, quæ nauem naufragatam regebant,inciſa, & quòd ſi non fuiſſent præciſæ funes, Nauis,ſeù Tartana non periret,prout nulla ex alijs Nauibus in eodem Portu exiſtentibus naufragium paſſa fuit,quæ probationes etiã coadiuuabantur ex aliquibus teſtibus eiuſdem partis, qui deponebant, vi ventorum duo tantùm capita funium,quæ erant ligata ſcopulis fuiſſe rupta, & licèt nihil dicebant de præciſione aliorum duorum, tamẽ neq; deponebant,quæ capita funium erant rupta.Ex quibus dicebatur, quòd non poteſt dubitari,quòd quamuis teſtes exami-
5 nati,parte non citata non probent; regulariter tamen de iure teſtes non idonei ex alijs adminiculis corroborari poſſunt, *Bal. in l.admonendi,ff.de iur.iuran.Alexan.in l. ſæpè,n.71.ff.de re iud.Barbat.conſ.27.nu.1. Rot.Gen.dec.97.n.6.*& ex eorum depoſitionibus coniectura quædam Iudici eſſe põt, quæ eius animum inclinet,ad ità credendũ, eadem *Rot.Gen.dec.3.n.13.*ex *Alex.in l.1.*
6 *n.56.ff.ſi cert.pet.* & in ciuilibus probationes coniunguntur,vt habetur ex *Afflict. & ibi Vrſil.dec.12.*quod maximè procedit in-
7 ter Mercatores,inter quos probationes nõ legitimæ fidẽ faciunt,at ſi eſſent legitimæ, *Aretin.conſ.127.n.2.*poſt *Bal.in l.ſolam,C. de teſtib.Iaſ.in l.ſingularia,nu.32.ff.ſi cert. pet. Dec.in c.dilecti,in 3.not.extrà de iud.*& licèt hæc concluſio impugnetur à *Strac. in tract.de mercat.in titul. quomodò in cauſis mercatorum procedendum ſit,*ſub *rubr.de prob.* attamen,quicquid ſit de veritate,hãc
8 concluſionem admittit, vbi proceditur,ſola facti veritate inſpecta,vt *n.1.in fi.*& *nu.2.*
9 adnotauit, omnes probationes eſſe arbitrarias,& in manu Iudicis eſſe,quid,aut cui credat,& quanta fides teſtibus ſit adhibẽda,*l.3.§.ideòq; D. Hadrianus,ff.de teſtib.*

Secũdò fuit dubitatum, habito caſu prædicto pro plenè probato,an teneatur Ioan.
10 Baptiſta ad emendã damni,dicebat enim eius Aduocatus,pro ſe habere caſum legis in *l.quemadmodùm 29. § item Labeo, verſ. nullam actionem dandam, ff.ad leg. Aquil.* vbi in proprio caſu de Nautis,qui ad euitãdum naufragium, ſi nullo alio modo, niſi præciſis funibus alterius Nauis explicare ſe potuiſſent,nullam contra eos eſſe actionẽ dandam,vbi *gloſ.in d.verbo nullam* allegat *text.in l.quo naufragium,*quæ eſt 3.*ff.de incend.ruin.& naufrag.* vbi quòd ceſſante
11 dolo,neq; tenetur ad emendã damni,quod etiam probatur, quia actio legis Aquiliæ pro refectione damni non datur, niſi vbi adeſt culpa inferentis,& ſic duo requiruntur,primò,vt damnum ſit illatum,ſecundò, vt adſit culpa damnum dantis, *Sebaſt.Medic.de fortuit.caſib.par.1.q.11.num.6. in 7. vol.tract.Ant.Fumaus in tract.de eo, quod intereſt,cap.1.nu.6.in 5.vol. tract. Alberic. de Roſat.de ſtatut.lib.4. q.2.nu.4.in 2.vol tract.*

Digitized by Google

tractu, nec prædictis obſtare dicebatur limi-
12 tatio, quæ à parte in aula adducebatur, quod *tex. in d. l. quemadmodùm, in d. §. item Labeo* procedat, vt non detur actio criminalis, ſecùs verò actio ciuilis pro damno illato, nam huic intellectui contradicunt verba *tex.* ibi, *nullam actionem*. Et ſic non poteſt reſtringi ad criminalem, quia eſſet deſtruere illud
13 verbum, *nullam actionem*, vltra quòd cùm lex loquatur generalitèr, debet etiam generalitèr intelligi, *l. generalitèr, ff. de legat. præſtan. l. de pretio, ff. de public. in rē act. Surd. conſ. 271. num. 28. lib. 2.* Hinc etiam infertur,
14 quòd vicinus orto incendio in domo alterius vicini, poſſet domum intermediam alterius vicini deſtruere, ſi timeret, ad eius domum incendium eſſe peruenturum, & de deſtructione hac facta ſine dolo, & iniuria de domo vicini, ædium ſuarum defendendarum cauſa, nec de dolo, nec actione legis Aquiliæ teneri, probatur ex *text. in d. l. 3. §. ait prætor*, & ex argumento *tex. in l. ſi quis fumo, §. 1. ff. ad l. Aquil.* tenet *Viuius*, qui ſic deciſum refert *dec. 150.* & ad prædicta faciunt etiam, quæ diffusè refert *Rouit. in deciſ. 59.*

Pro Actore dicebatur etiam, attentis his terminis vicini deuaſtandi domum intermediam ad euitandum incendium domus
15 ſuæ, quàmuis contrà eum non poſſet agi criminalitèr, poſſet tamen ciuilitèr ad emẽdationem damni, vt optimè fundat *Gayl. obſeruat. 22. lib. 2.* vbi late *Greuai*, & diffusè *DD.* cumulando *Farinac. de var. & extraordinar. crimin. q. 110. num. 144. & 146.* vbi quòd ſi domum intermediã deuaſtauerit, ad abundantem cautelam, tunc tenebitur ad damnum illatum ex deuaſtatione, niſi probauerit, quòd eadem domus diruta cõbuſta fuiſſet ex eodem incendio, quàmuis ab ipſo non fuiſſet demolita, quod etiam probat *Coſta de portione rata, q. 5.* vbi dicit, quòd id, quod dicitur de domo vicini cõbuſta, intelligẽdum eſt etiam de naufragio, hoc quoq; probat *Dec. conſ. 651.* vbi quòd ſi vicinus pro euitando periculo peſtis, domum vicini comburit, tenetur ad æſtimationem domus, niſi hoc factum fuiſſet, publica authoritate, *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſana 6. n. 58. in fin. p. 1. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. p. 2. q. 7. n. 23.*

Vndè dicebatur, quòd cũ ex lege Aqui-
16 lia poſſit agi ciuilitèr, & criminalitèr, & hoc eſt primum, & tertium caput legis Aquiliæ, vt habetur in *l. 2.* & in *l. ſi ſeruus ſeruum, ff. ad l. Aquil.* ex quo ſecundum in deſuetudinem abijt, vt habetur in *d. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſerui autem occidentis, verſic. huius legis*, & ipſe non intendebat agere criminalitèr, quia non adfuit dolus, ſed ad emenda-
17 tionem damni. Nec prædictis obſtare dicebatur *tex. in d. l. quemadmodùm, verſic. ite Labeo, ff. ad l. Aquil. & text. in l. 3. §. ait prętor, ff. de incend. ruin. & naufrag.* loquuntur enim in alio caſu, hoc eſt, quando vi ventorum Nauis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius nauis, nam ſi nullo alio modo, niſi præciſis funibus explicare ſe potuiſſent, nullam actionem eſſe dadam aduerſus præciſores, & non fuit in hoc caſu probatum, quòd nullo alio modo, niſi præciſis funibus ſe explicare potuerunt, nec in *d. l. quemadmodùm, §. item Labeo* cum alijs concordantibus apparet, ex illa præciſione funium ortum fuiſſe naufragium nauis præciſæ. Et
18 propterea dicebatur, habere locum *text. in l. ſi quis ædes, eod. titul. ff. de incend. ruin. & naufrag.* vbi deuaſtans domum vicini, ad hoc vt præcaueat, nè domus ſua incendio comburetur, non tenetur de dolo, ſed ad emendam damni, ex *l. ſi quis 49. §. 1.* ibi, *iuſto enim metu ductus, ff. ad l. Aquil.* Quibus
19 diſcuſſis in Sacro Conſilio ad relationem Regij Conſiliarij Petri Antonij Carauitæ confirmauimus ſententiam Conſulatus, per quã erat condemnatus conuentus ad emẽdationem damni, iuxtà liquidationẽ facien-
20 dam, verùm quia in emendationem Nauis naufragatæ contribuere debebant omnes aliæ Naues, ſicuti in ſimili procedit in domo combuſta, nàm debent cõtribuere omnes aliæ vicinæ, quæ ex illa deuaſtatione incolumes ab incendio euaſerunt, vt habetur ex *Gayl. d. obſeruat. 22. lib. 2. nu. 4. Bocer. de Regal. c. 3.* ſub *n. 249. Raudenſ. d. dec. 6. n. 60. Damhoud. in prax. ciuil. c. 14. verſic ſi ad domum meam. Modeſt. Piſtor. conſ. 16. vol. 1.* in qua contribuere etiam debet vicinus deuaſtationem paſſus, *Io. Baptiſta Coſta de port. rata d. q. 5. Bernard. Greuzi ad Gayl. in d. obſeruat. 22. conſid. 1. num. 5. Farinac. d. q. 110.* ſub *nu. 151.* vbi alios DD. allegat, ideò fuit arbitratum damnum, habita conſideratione, quòd Tartana naufragata non prę-ciſis funibus erat etiam in periculo naufragij in duc. ducentum pro omnibus, die 16. Nouembris 1637. penès Vincentium Bortellum Actorum Magiſtrum.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione LX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nauium vſus apud antiquos varius, ac maximus fuit.*

2 *Romani in fabricandis Nauibus maximum ſtudium adhibebant, vbi de ratione.*

3 *Naues bellicæ ſunt tutiſſima præſidia, & Caſtra*

*Caſtra belli, præſertim Vrbis Venetiarū.*

4 *Nauigatio eſt periculoſa, & quo tempore.*

*Nauigans præſumitur mortuus, & rarò reuerti ſolet, ibid.*

5 *Mors nauigantis, vel militis quomodò probetur.*

6 *Iudicium naufragij eſt ſummarium circà ordinem iudiciarium, & probationes.*

*Naufragium quomodò probetur, ibid. & adducitur praxis, n.7.*

8 *Aſſecuratio, ſiuè Naulizatio eſt de iure permiſſa.*

*Aſſecurator Nauis, quando non teneatur de aſſecuratione, ibid.*

1 DE Nauibus, earum naufragio, illiuſq; probatione agitur in hac *deciſion.* cùmque materia ſit practicabilis, erit præſciendum, Nauium vſum apud Antiquos varium, ac maximum fuiſſe, cùm enim ad vſum belli illas conſtruebant, varijs nominibus nuncupabant, vt in *l. 1. §. quædam enim Naues, ff. de exercit. act.* in *l. 1. C. de cupreſſ. ex luco Daphaneſ. lib. 11. Boer. deciſ. 177. nu. 15. & 16.* refert, & ſequitur D. *Reg. Capyc. Galeot. reſp. Fiſcal. 13. nu. 99* qui ex *Iulio Ferrett. de re nauali, lib. 2. cap. 1. n. 17.* refert, Romanos
2 gloriæ, & virtuti attendentes, magnum adhibuiſſe ſtudium in fabricandis Nauibus, putantes, Imperatoriam Maieſtatem, non ſolùm armis in terra; ſed etiam in aqua, armis, & legibus armatam, ac decoratam eſſe oportere, & nihil intereſſe ad militarem virtutem, an Equis in terra, aut Nauibus in
3 aqua pugnetur; ideòq; bellicas Naues eſſe tutiſſima præſidia, & Caſtra belli, dixit *D. Capyc. Galeot. ibid. nu. 106. & 109.* & præſertim Vrbis Venetiarum, vt annuit *n. 114.* & tempore Alexandri Magni illas perduraſſe per annos ducentum, & vltrà, tradit *Muta dec. 3. nu. 7.*

4 Periculoſa tamen eſt nauigatio, præſertim à menſe Octobris, vſq; ad mēſem Aprilis, vt aduertit *Muta cap. 24. nu. 2. & 3. lib. 1. Sicil. & cap. 91. n. 38. lib. 6.* ideòq; vt inquit *Iaſ. in l. 1. nu 9. ff. ſi quis caut.* pœnitentia dignus eſt, qui per aquam traiecit, quod poterat per terram pertranſire, quod dictum ſequitur *Muta d. nu. 38. in fine,* hacq; etiam de cauſa dixit *D. Ciarlin. c. 130. n. 23. & 31. lib. 2. controu. forenſ.* quòd veriſimile eſt, nauigantem eſſe mortuum; quia nec inter viuos, nec inter mortuos recēſetur, *Rot. Gen. dec. 36. nu. 6. D. Viſcont. in concluſ. iur. in verb. Nauigantes;* rarò enim illi reuerti ſolent, ſicuti qui triremibus addicuntur, *Magon. deciſ. Lucenſ. 44. nu. 6.* immò proba-
5 ri mortem nauigantis ex libro Nauis, in quo defunctorum nomina deſcribuntur, iuxtà tradita per *Gratian. cap. 869. num. 23. diſcept. forenſ.* ſicuti etiam probari per literas Ducis Militum, ſub quo ille militabat, habetur in *auth. hodiè, C. de repud. Peregr. de fideicomm. art. 43. nu. 41. verſ. aut literas recepit.*

Ad *deciſ.* tamen propriùs deueniendo
6 dicimus, quòd iudicium naufragij eſt ſummarium, tùm circà ordinem iudiciarium, quia ſine libello in eo proceditur, vt tradit *Ferrett. de re naua. lib. 8. nu. 39.* tùm etiam circà probationes; nàm teſtes non citati, & parte abſente admittuntur, vt probat D. meus *nu. 1. & 3.* dummodò ſit abſens à loco naufragij, ſecùs ſi ibi præſens ſit, vt reſolutum per S.C. tradit *num. 4.* ac ſimilitèr naufragium probatur per coniecturas, & literas teſtimoniales, & alia ſimilia, vt per *Monac. dec. Flor. 1. n. 96. & ſeq.* Naufragium enim ſcire præſumitur, qui propè littora fuerunt, *Muta in d. cap. 24. nu. 4.* circà quas
7 probationes erit obſeruandum, quòd Officialis Nauis, & Vaxelli, ſequuto naufragio debet comparerè coràm Iudice loci naufragij, illudq; patefaciendo, producat teſtes ſuper eodem, vt de cętero moleſtari non poſſit de naufragio prædicto à Domino Nauis, vel Vaxelli, *l. nè quid, §. de his, ff. de incend. ruin. & naufrag.* & in *l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* ità ex iuribus prædictis probat *Muta in d. c. 91. n. 33.*

8 Sic etiam ſcias, quòd contractus aſſecurationis, ſiuè Naulizationis de iure valet, vt probat *Muta in cap. Sicil. 259. in princ. lib. 5. & dec. 3. n. 1.* non tamen tenetur Aſſecurator Nauis, in qua aderāt merces, ſi illæ eſsēt ad aliud Vaxellum aſportatæ, abſq; conſenſu Aſſecuratoris, & Vaxellū ſit naufragatum, vt tradit poſt alios *Muta d. dec. 3. n. 6.* adducens etiam *text. in l. fin. §. ſi ex conditione, ff. ad l. Rhod. de iact.* Circà verò, qui contribuere teneantur in emendatione dāni Nauis naufragatæ, vt in caſu huius *deciſ.* videas omninò *D. Capyc. Galeot. d. reſp. 13. nu. 103.* *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Patre, vel matre exiſtēte in medio qualitèr ceſſet diſpoſitio Conſuetudinis Neap. Et an portio fœminæ accreſcat ſolùm maſculo, & quid quando cum matre concurreret, & quomodò procedat; quando ſunt ſolùm ex vno latere cōiuncti, latè diſcutitur.

*SVM-*

Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo Ciuitatis Neapolis, quòad parentes non tollit ius ſuccedendi de iure communi.*

*Et quomodò intelligatur, n. 3.*

2 *Fratres ex vno latere coniuncti, excluduntur à ſucceſſione alterius fratris, de iure communi, per exiſtentiam parentis.*

*Limita, attenta Conſuetudine Neapolitanum. 4.*

5 *Inconueniens non eſt, vt duo ſuccedant eidē diuerſo iure.*

6 Ant. de Alex. in addit. ad Conſuetud. Sed ſi morienti, de ſucceſſ. ab inteſt. *incip.* De iure iſtarum Conſuetudinum *impugnatur.*

7 *In materia Conſuetudinis Neap. an portio fęmina dotata, & excluſa accreſcat maſculo, concurrente cum matre in ſucceſſione.*

8 *Vnica dotatio de iure Conſuetud. Neap. ſufficit ad excludendam fęminam ab omnib. ſucceſſione.*

*Sed quando, n. 10.*

*Limita, de iure Conſtitutionis Regni, n. 9.*

11 *Fęmina maſculiata an concurrat cum maſculo in ſucceſſione alterius fratris, attenta Conſuet. Neap.*

12 *Fœmina non dotata, nec maſculiata, an, & quando faciat partem ad beneficium maſculorum in materia Conſuetud. Neap.*

13 *Frater conſanguineus ſubiacet oneri maritandi ſororem conſanguineam.*

14 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota, de proprietaria, vſufructuaria efficitur.*

15 *Parentes, ſi ijs ab inteſtato decedentibus non admittuntur ad eorum ſucceſſionem, ſi matrimonium contractum ſit ſecūdùm vſum Capuana, & Nidi.*

# Deciſio LXI.

MOrtuo Antonio de Iordano abſq; filijs, relicta Ioanna ſorore vtrinq; coniuncta, ac Innocentio, & Maria conſanguineis, ac etiam Catharina de Maria eius matre, fuit mediante decreto præambuli M.C.V. prædicta Catharina eius mater declarata hæres ab inteſtato pro medietate quòad vſumfructum tantùm, ex quo conuolauerat ad ſecundas nuptias, cum onere tamen dotandi Ioannã de Iordano eius filiam, & Mariam eius priuignam, à quo decreto appellauit prædicta Catharina, prætendendo, fuiſſe grauatam, ex quo dicebat, ſe eſſe hæredem, nedùm in vſufructu, ſed etiam in proprietate, non obſtante tranſitu ad ſecundas nuptias, erat. n. orta inter ipſam, & prædictos de Iordano quædam tranſactio, per quam pretendebat, fuiſſe remiſſam pęnam impoſitam ex *auth. ex teſtamento*, C. *de ſecund. nupt.* & ipſam non habere onus dotandi prædictas Ioannam, & Mariam, & obtinuit ſolitam Regiā Decretationem, quòd Magna Curia verbū faceret in Sacro Conſilio, in quo diſcuſſo articulo fuit decretum M.C.V. reuocatum, & determinatum, non pro medietate, ſed tantùm pro quarta parte debere hæredem declarari prædictam Catharinam quòad vſumfructum tantùm.

A quo decreto cùm fuiſſet reclamatum, de duobus dubitatum fuit, & Primò, pro qua parte erat hæres declaranda. Secundò, ſi debebat declarari hæres, nedùm quòad proprietatem, ſed etiam quòad vſumfructū. Et quòad primum dubium faciebat, quia quàmuis eſſent bona ſubiecta Conſuetudini huius fideliſſimæ Ciuitatis, tamen vulgare eſt axioma, quòd matre, vel patre exi-
1 ſtente in medio non habet locum Conſuetudo, ſed quòad ſucceſſionem ab inteſtato ſeruatur ius commune, vt dixit *Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, nu.* 132. & 180. vbi *Addentes, & in Conſuet. Et ſi teſtator, in verbo proximiores, Franch. dec.* 91. & 92. & *dec.* 543. *n.* 4. & plenius in *dec.* 606. & *Regens Rouit. in quæſt. Illuſtr.* poſt *Commentaria ad Pragmatic.* & de iure communi eſt *text. in authent. defuncto*, C. *ad Tertull.* &
2 clariſſimum eſt, quòd conſanguinei, vel vterini à ſucceſſione fratrum excluduntur, & propterea *Ant. de Alexan. in Conſuet. Sed ſi morienti, de ſucceſſion. ab inteſt. in addit.* incip. *de iure iſtarum* *Conſuet.* tenuit, quòd conſanguineus tantùm repellitur à ſucceſſione, & admittūtur mater, & frater vtrinq; coniunctus, ea ratione, quia matre exiſtente in medio non habet locum Cōſuetudo, ſed ius commune, & ità de facto fuiſſe conſultum, & iudicatum per Sacr. Conſil. Neap. teſtatur, & *Antonium de Alexandro* ſequutus fuit *Io. Angelus* Piſanellus *ibidem*, qui dicit, ità fuiſſe iudicatum per egregium Doctorem D. Conteram de Peruſio.

Verùm prædictis non obſtantibus contrarium fuit iudicatum per S.C. vera enim eſt regula, quòd patre, vel matre exiſtente in medio, non habet locum Conſuetudo, ſed hoc eſt intelligendum, quòad ipſos parentes, non per viam ceſſationis, ſed non
3 comprehēſionis; nàm cùm Conſuetudines diſponant, vt proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis paternis, & proximiores ex parte matris, in bonis maternis, non loquuntur de patre, vel matre, neq; eos excludendo, neq; includendo, & propterea remanet in diſpoſitione iuris communis, ſed nō

ex hoc ſequitur, quòd ceſſat Conſuetudo
quòad alios. Cùmque per Conſuetudines
conſideretur coniunctio ex latere, vbi bo-
4 na peruenerunt, nulla facta diſtinctione,
ſi ſint ex vno, vel vtroq; latere coniuncti,
vt habetur in *d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua,*
*& ibi Napodan.nu.*131. & meliùs *nu.*240.
& deciſum refert in S.C. *Franch. dec.*619.
*Molfeſ.par.*4.*q.*39.*nu.*3. licèt ſecus eſſet de
iure communi, proùt latè per *Menoch.præ-*
*ſumpt.*75. *lib.*4. ex quibus ſequitur, quòd
fratres ex vno latere coniuncti, debent ad-
mitti cum patre, vel matre ad ſucceſſionem
fratris; reſpectu tamen illorum bonorum,
quæ dependent ab eo latere, vndè ſunt cō-
iuncti, vt ex pluribus hoc probat *Molfeſ.d.*
4 *par.q.*4.& hoc in terminis tenuit *Napod.*
*in d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua,nu.*226. vbi
dicit, quòd ambo ſuccedunt, hoc eſt pater
de iure communi, & vterinus ex iure mu-
5 nicipali Conſuetudinis huius Ciuitatis, nec
eſt inconueniens, vt duo ſuccedant eidem
diuerſo iure, *l.nàm & ſi parentibus, in fin.*
*ff.de inoff.teſtam.l.ſi cum patrono, ff. de*
*bonor.poſſeſſ.* & per notata in *l.*1. *C.quand.*
*non petent.part.pet.accreſc.* & ſecundùm
hanc opinionem fuiſſe bis iudicatum in
S.C. teſtatur *Vrſill.in dec.Aſſ.*38.qui acer-
rimè hanc opinionem defendit, licèt aliqui
Proceres, & Sapientes Regni contrarium
teneant, intelligendo de *Anton.de Alexand.*
*& Io.Angel.Piſanell.* & hæc opinio eſt in
Regno recepta, vt per *Franch.in addit. ad*
*d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua,*incip.*Iſta ver-*
*ba,fol.*mihi 118. *Minad. dec.*38. *verſ.bìne*
*dubitatur,De Ponte conſ.*61. *lib.*2. eundem
*Franch. dec.*92. *&* 606. & *Vrſill.* ſequutus
fuit *Viui.dec.*397.*nu.*13. *in fin. & dec.*469.
*n.*8.*& commun.opin.*334.*&* 335. *Monald.*
*conſ.*13.*nu.*6.*Molfeſ.ad Conſuetud.d.par.*4.
*q.*46.*nu.*11.qui valdè increpat contrà *Anto-*
6 *nium de Alexandro*, & ità fuit nouiſſimis
temporibus deciſum in S.C. iunctis Regijs
Conſiliarijs duarum Aularum, in cauſa
Hippolytæ Capomaza cum illis de Bur-
rello, ad relationem quond. Reg.Conſiliar.
Fabij Riccardi, in Banca de Mondellis, de
qua deciſione mentionem fecit *Io.Baptiſt.*
*de Thoro in compend.deciſ. par.*1.*in verb.*
*frater vtrinq; coniunctus*, ſuper qua cauſa
emanatum fuit *conſil.Reg.Rouiti* 29. *vol.*2.
& pro alia parte ſcripſit *Reg.Conſil.Io.Ba-*
*ptiſt. Melior*, cuius *conſil.*fuit inſertum per
eundem *D.Rouit.in conſ.*28.*d.vol.*2.

Qua opinione admiſſa adhùc remanet
7 alia difficultas, an mater admitti debeat cū
filio maſculo, an verò portio fœminarum
accreſcere debeat ad beneficium ipſius
maſculi, & quidèm hæc quæſtio latè diſcu-
titur per *Franch.in d.dec.*92. vbi refert de-
ciſionem S.C.in cauſa Iacobi Caraccioli, in
qua fecit *conſil.De Pont.*61. vbi fuit deter-
minatum, fœminas non ſuccedere, & ſic cō-
tra fratres ſecundogenitos, qui portiones
ſororum, quæ renunciauerant, repræſenta-
bant, & fuit ſententia confirmata etiam in
reclamatione, in qua fuit Iudex, & Com-
miſſarius D.*Præſ.de Franch.*vt teſtatur *De*
*Ponte d.conſ.*61.*in fin.*& nouiſſimè *Caput.*
*ad Conſuetud.Si moriatur,p.*1.§.6.qui *n.*19.
dicit, ſe vidiſſe proceſſum, & prima ſenten-
tia fuit de anno 1576. ſecunda verò de an-
no 1584.& refert verba ſententiæ. Verùm
deciſio prædicta rectè procedit, quia ibi ſo-
rores erant dotatæ, & proptereà erant om-
ninò excluſæ. De iure enim Conſuetudinis
8 huius Fideliſſimæ Ciuitatis vnica dotatio
ſufficit ad excludendam ſororem, ſiuè ſit
dotata à patre, ſiuè à fratre, ad inſtar iuris
Longobardorum, *l.ſi pater, l.ſi quis filiam,*
*l.ſi ſororis, & l.ſi quis habuerit, in Longo-*
*barda,de ſucceſſ.Glo.Marini in Conſtit. Vt*
*de ſucceſſionibus,verſ.coniugata, Minad.in*
*Conſtit.In aliquibus,in princ.nu.*58. & alij
per *Reg.Rouit.in conſ.*23.*nu.*17.*lib.*1.quid-
quid in contrarium ſcripſerit *Ann.ſen. al-*
*leg.*81. cùm contrà ipſum ſit iudicatum, vt
ipſe idem refert *in fine*, licèt ſecus ſit de
9 iure Conſtitutionum Regni, vt ipſe idem
*Rouitus* aduertit, & proptereà erat diſtin-
10 guendum, nàm aut ſoror eſt dotata, & re-
nunciauit, & tunc omninò à ſucceſſione ex-
cluditur, ſecundùm has Conſuetudines, &
in hoc eſt deciſio S.C. relata per *Franch.in*
*d.dec.*92. aut verò, quàmuis non ſit dotata,
11 nec maritata, tamen eſt maſculiata, & ex-
ceſſit 16.annum, & tunc vnà cum maſculis
ſuccedit in virilem, vt habetur in *d.Cōſuet.*
*Si moriatur,§.eas autem,*vbi *Addentes*, &
per *Franch.dec.*91.*&* 92.*De Ponte d. conſ.*
61. aut deindè non eſt maritata, nec dota-
ta, nec exceſſit 16.annum, ſed eſt minor,
12 proùt erat in caſu, de quo agebatur, & tunc
facit partem ad beneficium maſculorum,
vt apertis verbis dixit *Napod. in Conſuet.*
*Si qua mulier habente liberos*, quod proce-
13 dit etiam in fratre conſanguineo, ad cuius
onus remanet dotare ſororem conſangui-
neam, vt poſt *Napodan.* & alios probat
*Franch.dec.*26.*nu.*6. *Molfeſ.d. part.*4. *q.*41.
*nu.*5. Ex quibus fuit die 3. Nouembr. 1632.
decretum S.C. confirmatum, nulla prorsùs
facta dubitatione reſpectu ſecundi articuli
14 proprietatis dictæ quartæ partis, ex quo
cùm feciſſet tranſitum ad ſecunda vota, cla-
riſſima ſunt verba *text.d.auth.ex teſtamen-*
*to,C.de ſecund.nupt.* nequè de aliquo con-
ſenſu, vel remiſſione fuit aliquid proba-
tum, proùt aſſerebatur, ſicut eſt videre pe-
nès Secretarium, licèt alitèr eſſet dicen-
15 dum, ſi matrimonium eſſet contractum ſe-
cundùm vſum Capuanæ, & Nidi, per quem
re-

Digitized by Google

renunciatur ſucceſſioni filiorum quandocunq; morientium ab inteſtato, ſecundùm quem pater, nec mater vllo modo ſuccederent ab inteſtato, vt pleniſſimè diſſeritur per *Molfeſ.d.p.1.c.2.*

# OBSERVATIO In Deciſione LXI.

## SVMMARIVM.

1 Conſuet.Neap.Si quis,vel ſi qua,de ſucceſſ. ab inteſtat. *non habet locum, patre, vel matre in medio exiſtente, ſed ſeruatur ius commune, intellige, vt n.6.& 7.*

Conſuetud.Neap.*terminantur in diſtrictu Ciuitatis,d.n.1.*

2 *Fratres,& ſorores ex vtroq; latere ſuccedunt cum parentibus in bonis alterius fratris ab inteſtato defuncti de iure communi,& ex vno tātùm latere ſuccedunt, attenta* Conſuet. Neap. *nu.3.*

4 *Frater ex vtroq; latere quando excludat fratrem ex vno latere, attenta* Conſuet. Neap.

5 Conſuetud.Si quis,vel ſi qua,de ſucceſſ. ab inteſtat.*habet locum,auo,vel auia in medio exiſtente,intellige,vt n.6.& 7.*

7 *Pater,vel mater non ſuccedit filio ab inteſtato,quando matrimonium eſt contractum ſecundùm vſum Capuanæ,& Nidi, & ſic* alla noua manera.

8 Conſuet.Si quis,vel ſi qua,de ſucceſſ.ab inteſtat.*quando locum habeat.*

9 *Filius ſororis carnalis præfertur fratri vterino in feudo nouo,et itá deciſū traditur.*

10 *Pars pretij feudi noui non debetur in linea collaterali,& ſic iudicatum refertur.*

1 IN ore omnium eſt regula, de qua D. meus *hic,nu.1.*quòd patre, vel matre exiſtente in medio non habet locum in hac Ciuitate Neap.*Conſuetud.* incip.*Si quis,vel ſi qua,de ſucceſſ.ab inteſtat.* Conſuetudines enim Neap.terminantur in diſtrictu Ciuitatis, *Montan.controu.*8. ſub *nu.*1.ideòq; regulatur ſucceſſio ſecundùm ius commune,*auth.defuncto,C.ad Tertull.* quam concluſionem ſequuti ſunt D.*Conſil. Marcell.Marcian.conſ.*1.*nu.*20.*lib.*2. *&* D. *Prat.lib.*1.*diſcept.forenſ. cap.*41. *nu.*4. ac *lib.*2.*cap.*6.*nu.*2.quem ſatis commendat D. meus *dec.*169.ſub *num.*15.*lib.*2. & copioſè proſequitur D.*Conſil.Prouenzal.in d.Conſuet.obſer.*22.per tot.Quarè fratres,& ſoro-
2 res ex vtroq; latere ſuccedunt cum parentibus in bonis alterius fratris ab inteſtato defuncti,ex diſpoſitione *d.auth.defuncto,* vt etiam probant *Farinac.dec.*88.*nu.*1.*& dec.*90.*nu.*17. poſt *Repertor. de vlt. volunt.* ac D.*Prat.d.lib.*1.*cap.*24. *nu.*21. Verùm
3 ſi ſint coniuncti ex vno tantùm latere,attēta *d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua*, ſuccedunt, licèt ſecùs ſit de iure communi,D.*Prouenzal.ibid.obſeru.*23.*n.*29.

4 An autem frater ex vtroq; latere,attenta diſpoſitione *d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua*, excludat æqualem in gradu coniunctum,ex vno tamen latere,& affirmatiuam ſententiā defendit D.*de Marin.lib.*1.*quotid.reſolut. cap.*70.*nu.*11. *verſ.ſed quidquid*, *& nu.*13. ſed ipſo relato,cōtrarium ſubſtinet D.*Prouenzal.in d.Conſuet.obſeru.*7.*nu.*1.4. *&* 5. contrarijs ſatisfaciendo *nu.*3.quod tamen eſt intelligendum,iuxtà diſtinctionem traditam per D.meum *nu.*4. vt non excludatur in bonis lineæ, cuius eſt coniunctus ex vno latere,ſecùs quòad bona alterius lineæ, cum qua non eſt coniunctus, tunc enim excluditur.

5 Auo tamen,vel Auia in medio exiſtente nō ceſſat *d.Conſuet.Si quis,vel ſi qua,* ſicut è contrà non habet locū,patre,vel matre in medio exiſtēte,vt latè diſcuſſo negotio fundat *D.Prouenzal.obſeru.*24.*n.*17.cum *ſeqq.* & ad contraria reſpondet à *n.*27.cum *ſeqq.*

6 Quæ omnia procedunt,ſi matrimonium ſit contractum ſecundùm *d. Conſuetud. Si quis,vel ſi qua*,& ſic,vt vulgò dicitur, ſecūdùm Conſuetudinem antiquam, & in ſcriptis redactam,vt per D.*Prouenzal.ibid. obſeru.*25.*in princ.*vbi *nu.*1. quærit,an idem
7 dicatur, ſi matrimonium ſit contractum ſecundùm nouum vſum Capuanæ,& Nidi, & ſic *alla noua manera*, & deguſtato ad partes articulo per *tot.d.obſeruat.* contra parentes concludit,ſed ſi matrimoniū fuerit contractum,iuxtà morem Procerum,&
8 Magnatū,ceſſat *d.Cōſuet.Si quis,vel ſi qua*, patre,vel matre in medio exiſtente,vt benè deducit *D.Prouenz.d.obſeru.*26.*n.*9.*et ſeq.* etiam quòd nihil ſit dictum in capitulis matrimonialibus,de filiorum ſucceſſione; dummodò contrahentes gaudeant honoribus Sedilis Capuanæ,vel Nidi, vt paritèr concludit D.*Prouenzal.obſeru.*27. & proindè ſucceſſionem in dicto caſu regulari ſecundùm dictum morem Procerum, & Magnatum,vt fundat *ibid.nu.*9 cum *ſeqq. ibiq;* allegat D.meum *dec.*35.vbi *Nos* aliqua diximus *nu.*28.*& ſeqq.* Et tandèm obſeruabis,quòd *d.Conſuet Si quis, vel ſi qua* non habet locum in linea deſcendenti,ſi credimus *Montan.controu.*1.*n.*8.10.*&* 22.

Et dùm in hac *deciſ.*agitur de ſucceſſio-
9 ne fratris,obſeruandum erit,quòd filius ſororis carnalis, præfertur fratri vterino in ſucceſſione feudi noui,vt per D. *Conſil.de Anna conſ.*125.*lib.*2.vbi in *fine* ſic deciſum

per S.C.tradit,iunctis DD. Conſ.duarum Aularum,& ſecundùm prędictam determinationem fuit per idem S. C. ſimilitèr iunctis Aulis iudicatum in cauſa Zenobiæ de Blaſio,cũ Alexandro Ionata in anno 1625. in Banca Carboni,& ſic cõtra d. Zenobiam, pro qua ſcripſerat D.*Conſil. Theodor.alleg.* 101. In qua cauſa fuit etiam diſputatus articulus, nùm dictus Alexander teneretur ſoluere partem pretij dicti feudi noui,quãuis ageretur in linea Collaterali, & fuit pariter iunctis Aulis die vltima Octobris 1625. prouiſum,non deberi, & ſic fuit abſolutus dictus Alexander,quamuis ipſe,& dicta Zenobia eſſent heredes æqualiter in burgenſaticis, licèt contrarium ſubſtineat D.*Reg.Rouit.in prag.*15.*n.*47.*de feud.*

*M. A. Gizzius.*

ARGVMENTVM.

## An fructus bonorum antiquorũ maturati, & non exacti,veniant ſub diſpoſitione Conſuetudinis Neap.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus percepti ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis,an ſint hæredis,vel fideicõmiſſarij.*
2 *In diſpoſitione Conſuetud. Neapol. veniunt omnia, quæ obuenerunt hæredi in vim acceſſionis, ſeù lucri.*
3 *Fructus,& vſuræ veniunt ex bonis,& non propter bona.*
4 *Fructus maturati in vita ipſius hæredis, nõ veniunt in diſpoſitione Conſuetud.Neap.*
5 Io. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.9. de ſucceſſ.mulier.n.15. *declaratur.*
6 *Fructus maturati, & à ſolo ſeparati,an pertineant ad hæredem beneficiati,vel ad ſucceſſorem in beneficio, an ad Cameram Apoſtolicam.*
*Et quid in annuis introitibus,nu.*8.
7 *Beneficiatus vſufructuario æquiparatur.*

# Deciſio LXII.

IN cauſa Marcelli Filomarini cum Gubernatoribus Congregationis Laicorum Domus profeſſæ Societatis Ieſu, hæredis quondam Victoriæ Garganæ fuit dubitatum, ſi fructus bonorum antiquorum maturati vſquè ad diem mortis prędictæ qu. Victoriæ eſſent ſubiecti Conſuetudini Neapolitanæ, & per conſequens,ſi erat locus ſequeſtro petito pro parte dicti Marcelli proximioris vocati ex Conſuetudine, & quidem hæc quæſtio tractatur late à DD. in materia fideicommiſſi, an ſcilicet 1 fructus percepti ex bonis fideicommiſſo ſubiectis,ſint hæredis, vel fideicommiſſarij, & communiter diſtinguitur, quòd aut ſunt maturati poſt aditam hæreditatem, & ſunt ipſius hæredis, aut verò antè, & veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, *Peregrin. de fideicomm.artic.*49. *Fachin. controuerſ. iur. lib.*4.*c.*43.quod probat *text.in l.poſtulante,* §.*huiuſmodi.ff.ad Trebell.*& quomodò ſint diuidendi fructus naturales, vel induſtriales,& ciuiles,& qui ſemel in anno colliguntur,latè *Fuſar.de fideicomm.ſubſtit.q.*626. *per tot.* Verùm dicebatur pro parte Marcelli, quòd hic caſus deciditur per *Napodan.in Conſuetud.Si quis,vel ſi qua,in verbo obuenerunt, n.*227.vbi habetur,venire 2 in diſpoſitione Conſuetudinis omnia, quæ hæredi obuenerunt in vim acceſſionis, seù lucri, & magis punctualitèr *ibid. Piſanell.* dicit, venire fructus eiuſdem rei, ex *text.in l.qui procurator, ff.de procur.* vbi diſponi- 3 tur fructus,& vſuras venire ex bonis,& non propter bona, quod latiùs explicatur per *De Ponte de poteſt.Proreg tit.*9. *de ſucceſſ. mulier.nu.*15.idem etiam videtur ſentire *Gaſpar de Leo in ead. Conſuetud.* ibi, *tenet hic Napodan.* allegat *Innocent. in cap. cùm in officijs, extrà de teſtament.* & poſt *Socin. in conſ.*93.*in* 3.*dubio,vol.*1. *Caſſan.in Conſuetud. Burgund.rubric.*7.§. 4.*n.*5.*Arnold. Ferron. ad Conſuet. Burdeg. tit. de teſtam.* §.8.& alios hoc validè firmat *Fab.de Anna conſ.*119.*vol.*2. *n.*14. *cum ſeqq.*

Verùm, prædictis non obſtantibus die 19.Maij 1635. contrarium iudicauimus ad relationem Regij Conſiliarij Carauitæ,penès Actorum Magiſtrum Spera, quia verè 4 fructus bonorum antiquorum maturati in vita hæredis ſunt ipſius hæredis, & poteſt de illis diſponere,ſicuti de alijs bonis liberis,*Naucler.in addit.* ad *Conſuetud. Si qua moriens,fol.*13. ibi, *in eadem Conſuetudine quæritur,* quæ opinio in S. C. fuit ſequuta, & ità ſemper iudicatum, vt per *Franch.in* 5 *dec.*604.*n.*4.& eam latè comprobat *Molfeſ. titul.*1.*de bonis,q.*20. qui *Io.Franciſci de Ponte* doctrinam intelligit, quotieſcunquè fructus eſſent maturati, viuente teſtatore, vel percepti antè aditam hæreditatem,quia tunc ipſam augerent. Facit etiam ad prædicta quæſtio, an fructus maturati, & à ſolo 6 ſeparati pertineant ad hæredes beneficiati, an verò ad ſucceſſorem in beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, & circumſcripta *Bulla Iulij III.* edita de anno 1550. incip. *Motu proprio,* quàmuis nonnulli teneant, ſpectare ad ſucceſſorem in beneficio, de quibus per *Surd.conſ.*333.*nu.*6.tamen cõmunis

mum eſt concluſio, quòd fructus maturati, & à ſolo ſeparati, ſpectant ad hæredem beneficiati, qui vſufructuario æquiparatur,
7 *glo. in c. ſi propter, verbo primi anni*, vbi etiã *Philipp. Frãc. n. 5. de reſcript. in 6. Hoſt. Zabarell. Imol. & Barbat. in c. fin. de pecul. clegic. Rendina in prompt. recept. ſentent. tit. 5. nu. 6. Moneta de diſtribut. quotidian. par. 3. q. 4. nu. 21. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 3. n. 13. Bonac. variar. tract. diſput. 4. de oblig. beneſ. punct. 3. nu. 6. Barboſ. ad collect. in cap. tua nobis, de confirm. vtil. vel inutil. nu. 26.* quod præſertim procedit in annuis introi-
8 tibus, qui principalitèr debentur, & non tanquàm acceſſorij ad ſortem principalẽ; *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, in 4. col. de Conſtit. Vinc. de Franch. deciſ. 254. nu. 12.* & ideò in illis non cadit diſtinctio, ſi ſint pendentes, vel non, vt *nu. 5.* prout erant in caſu, de quo agebatur, & propterea, vt ſuprà diximus, fuit ſequeſtrum denegatum.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fructus bonorum antiquorum maturati in vita hæredis, quamuis non exacti, ad illum pertinent, & nu. 5. ſed exiguntur à proprietario, qui pro rata diuidet, n. 6.*

2 Text. in l. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell. *procedit in vſuris, non autem in annuis introitibus.*

*Annui introitus debentur principalitèr, & de per ſe, non autem acceſſoriè, ibid. & dicuntur fructus ciuiles, nu. 3.*

*Fructus ciuiles pro exactis habentur, ſtatim ac ceſſit ſolutionis dies, d. n. 3.*

Tex. in l. in ſingulos, ff. de ann. legat. *declaratur d. num. 3. & 4.*

8 *Fructus ciuiles diuiduntur inter emptorem, & venditorem pro rata temporis, maximè in vẽditione facta ex cauſa retractus, vigore pacti de retrouendendo, n. 9. etiam ſi ſint anticipatè exacti à venditore, n. 10. & ità deciſum additur n. 7.*

1 IN hac cauſa Marcelli Filomarini, cuius partes neruosè defendebat D. *Ioſeph Magaldus* fuit deciſum, fructus bonorum antiquorum maturatos in vita hæredis, eſſe illius, qui diſponere de ipſis poteſt, ſicut de alijs bonis liberis, vt refert D. meus *nu. 4.* ex ratione adducta, *n. 8.* dùm enim ceſſerat dies ſolutionis in vita hæredis, quamuis exacti non ſint, illos ad ſuos hæredes tranſmittit, *Mantica deciſ. 14. n. 7. & ſeq.* nàm, vt inquit D. *de Franch. deciſ. 254. nu. 5.* fructus maturati in vita vſufructuarij, habentur pro exactis, ſequitur alios adducens D. *Hodierna lib. 1. contro. forenſ. cap. 4. n. 33. & 41.* vbi latiſſimè de iſto arti-
2 culo pertractat, ideòq; nõ obſtat *tex. in l. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell.* quem adducit D. *de Franch. deciſ. 49.* quandoquidèm illius diſpoſitio procedit in ijs vſuris, quæ ſunt acceſſoriæ ad ſortem, & ex natura acceſſionis ſequuntur ſortem; ideòq; ratione conſolidationis vſusfructus accreſcũt proprietario, cui ſors ipſa principalis debetur; quarè cùm exactæ non ſint, ad ipſum proprietarium pertinent, *l. ſi nomen, ff. de legat. 3.* D. *de Franch. d. deciſ. 254. nu. 7 & 8.* at caſus huius deciſionis erat in annuis introitibus, qui principalitèr, & de per ſe debentur, non autem acceſſoriè, prout vſuræ, ad tradita per D. meum *nu. 8.*

3 Sic etiam cùm iſti annui introitus ſint fructus ciuiles, vt per D. *de Franch. deciſ. 168. n. 13. & 15.* qui ſtatim ac ceſſit dies ſolutionis, pro exactis habentur, vt ſubdit *n. 16.* non poteſt ad illos inferri, ex *l. in ſingulos, ff. de annuis legat.* vbi fructus ab vſufructuario non percepti, ſiuè ſint maturati tẽpore eius mortis, ſiuè non, ad proprietariũ ſpectant, ea ratione, quia vſufructuarius nõ eſt dominus fructuum, antequàm illos percipiat; ſed illi proprietario reſeruantur, *l. ſi vſufructuarius meſſem. §. vlt. ff. quemadm.*
4 *vſusfruct. amitt.* iura enim prædicta locum ſibi vendicant in fructibus naturalibus, & in reſponſionibus annuis, quę ſoluũtur pro illis, vt benè dixit *Surd. conſ. 84. nu. 4. lib. 1.* & ex his omnibus confirmatur deciſio iſta.

Hinc velim obſerues, quòd nedùm hæres tranſmittit ad ſuos hæredes annuos in-troitus, integralitèr maturatos; ſed etiam
5 ratam illorum debitam, vſq; ad diem mortis, quia pro rata temporis ſunt diuidendi, *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 15. nu. 10.* D. *de Franch. d. deciſ. 79. & 168. nu. 17. Peregrin. de fideicom. art. 49. nu. 99. & 100.* alijq; apud D. *Hodiern. vbi ſup. n. 34. & ſeqq.* quorum
6 exactio ad proprietarium ſpectat, qui poſteà illos diuidet pro rata cum hæredibus vſufructuarij, vt ex aliorum placitis ſubiũgit D. *de Franch. d. dec. 168. n. 18.*

Quarè cùm D. Carolus Gambacurta Princeps Macchiæ, ex Beato Petro Gambacurta de Piſis, vti ceſſionarius iuris luendi
7 Regiæ Curiæ, ſub die 23. Martij 1647. reemiſſet à D. Thoma Firrao Principe S. Agathæ officiũ Monterij Maioris, ſiuè Præfecti Venationis ei venditum per Regiam Curiã pro ducat. 10. mil. cum pacto de retrouendendo quandocunq; emanatis bannis prohibitiuis venationem in locis prohibitis, comparuerunt Venatores, qui diritus licentiarum ſoluerant anticipatè, vt fieri ſolet D. Principi S. Agathę pro vno anno, antè reem-

reemptionem prædictam,& obtinuerunt à D.Prorege per Scriptorium, non eſſe moleſtandos pro tempore in licentijs contento, pro cuius ordinis exequutione fuit per D. Conſil. *Brancatium* cauſæ Commiſſarium domi ordinatum, non eſſe moleſtandos, ſalua prouiſione facienda, in damnum cuius cedere deberet dirictus prædicti, anticipatè exacti, ideòq; facto verbo in S. C.
* per eundem *D.Brancatium* hac mane 10. Iulij 1651. fuit *Me* patrocinante pro D.Petro Gambacurta hodierno Principe Macchiæ, ac Monterio Maiore deciſum, dirictus prædictos cedere in damnum dicti D.Principis S.Agathæ, in Bãca Clauelli pro Salamanca; ex infraſcriptis per *Me* adductis; ſi-
8 quidèm dirictus prædicti ſunt fructus ciuiles, qui ſingulis diebus percipiuntur, ideòq; diuidendi ſunt pro rata tẽporis inter venditorẽ, & emptorẽ, ex trad. ſupr. *n.*3. & cõprobat *D.Barbat.de diuiſ.fruct. par.*2. *cap.*1. *n.*9. & *c.*5.*n.*16. & in indiuiduo in vẽditio-
9 ne facta ex cauſa retractus conuentionalis, vigore pacti de retrouendendo, fundat *D. Barbat.d.par.*2.*cap.*6.*n.*29. & propriè *n.*43.
10 & magis in terminis terminantibus, etiam ſi dirictus eſſent exacti anticipatè à venditore, vt erat caſus iſte, vt teneatur ratam illorum ad emptorem ſpectantem reſtituere, tradit *Gutierr.canonic.qq.cap.*33.*nu.*21. & 22. quem ſequutus eſt *D.Barbat. d.cap.* 5.*nu.*14. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**An Cõſuetudini Ciuitatis Neapol. quòd in antephato ſuccedant filij vti hæredes patris, poſſit per pactum inter contrahentes renunciari. Et an quæratur ius filijs abſquè ſtipulatione Notarij.**

### *SVMMARIVM.*

1 *Mater pro filijs ſtipulari non poteſt. Limita, in patre, n.3.*
2 *Mater filios non habet in poteſtate.*
4 *Filij in antephato, attento iure communi ſuccedunt vti filij, & non vti hæredes. Secùs de iure Conſuetudinis, n.5. Amplia, quàmuis matrimonium eſſet contractum ſecundùm morem Procerum, & Magnatum, n.6.*
7 *Antephatum ipſo iure debetur, quàmuis nõ ſit conſtitutum. Limita, de iure Conſuetudinario Ciuitatis Neap. nu.8.*
9 *Pater tenetur filio in recompenſationem dotis receptæ, donationem propter nuptias conſtituere.*
10 *Conſuetudo poteſt per pactum remoueri.*
11 *Pacta inter contrahentes ſeruanda ſunt.*
12 *Iuramentum ſupplet ſtipulationẽ Notarij.*
13 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio LXIII.

Contracto matrimonio inter Antonium Paſquale, & Lucretiam de S.Antonio, fuerũt per dictam Lucretiam dati in dotem duc. 4. mil. & tàm prædictus Antonius, quàm Not. Ferdinandus Paſquale eius pater conſtituerunt antephatum duc. 2. mil. quod antephatum, fuit conuentum, quòd poſt mortem prædictorũ Cõiugum peruenire debeat ad filios ex dicto matrimonio naſcituros, tanquàm filios, & non tanquàm hæredes. Cùmque per mortem viri, relictis liberis eſſet factus caſus lucrifactionis antephati, obijt tandèm prædicta Lucretia vxor, ſuperſtitibus prædictis filijs, orta fuit cõtrouerſia inter filios ex dicto matrimonio procreatos, & Creditores prædicti q. Antonij, filij enim prætendebant, in bonis Not. Ferdinandi Aui eſſe præferendos pro prædicto antephato, excluſis Creditoribus Antonij patris, ſtante pacto prædicto; Creditores verò Antonij prætendebant, nullam habendam eſſe rationem de prædicto pacto, quia per illud nullum ius fuit quæſitum filijs, ſiquidèm mater ſolummodò pro filijs naſcituris fuit ſtipulata, & de iure veriſſima eſt concluſio,
1 quòd mater, nec pro filijs natis, nec naſcituris ſtipulari poteſt, nec etiam ex cauſa dotis, per *text.in l.pactum dotale*, vbi omnes *DD.C.de pact.* per quem *tex.* idem concordantes allegando tenuit *Peregrin.de fideic. art.*51.*nu.*8. & antè eum *Ant. Gabr. comm. concl.lib.*3.*in tit.de verb.obl. concluſ.*1.*n.*7. *verſ.ſicut è conuerſo.* Quod quidèm ea ra-
2 tione confirmatur, quia mater non habet filios in poteſtate, §.1.*in fin. Inſtit.de patr. pot.* & in §.*fœmina, Inſt.de adopt.* & propterea non poteſt pro filijs ſtipulari, ex regul. *text.in l.Caius*, vbi *Scribentes, ff.ſol. matr.*
3 quod ſecùs eſt in patre, quia habet filios in poteſtate, & ideò poteſt pro illis ſtipulari, *Bart.in l.quod dicitur, ff.de verb.oblig.* & in *d.l.Caius*, & vera eſt in iure regula, quòd alteri ſtipulari nemo poteſt, *l.ſtipulatio iſta, §.alteri, ff.de verb.oblig.* §.*ſi quis alij, Inſt. de inutil. ſtipul.* & propterea dicebatur, quòd filij prædicti qu. Antonij non poſſunt ex eorum propria perſona ſuccedere, quã-

uis

Digitized by Google

nis enim iure communi attento in antephato, ſeù donatione propter nuptias filij ſuccedunt tanquàm filij, non tanquàm patris hæredes, iuxtà text. in auth. hæres, C. de ſecund. nupt. attamen quia matrimonium
4 fuit celebratum in hac Fideliſſima Ciuitate, & inter Ciues Neapolitanos, locum habet Conſuetudo huius Ciuitatis, ſecundùm quam filij in antephato ſuccedunt vti hæ-
5 redes patris, iuxtà diſpoſitionem Conſuet. quæ incip. Quartam autem, de iure quarta, vbi Napodan. in verb. fructus, quicquid dixerit Affl. in dec. 314. cùm contra eum fuerit pluriès deciſum, vt refert Piſanell. in add. ad d. Cōſuet. incip. Montuo Hieronymo de Anuſio, & habetur etiam ex dec. de Franch. 106. & 182. Vrſill. ad d. dec. Affl. 314. nu. 5. quibus adſtipulabatur, quòd in capitulis matrimonialibus neq; apparebat, Notarium pro prædictis filijs ſtipulaſſe, iuxtà diſpoſitionem text. in l. 2. ff. rem pupill. ſaluam fore, gloſ. in d. §. ſi quis alij, Inſt. de inutil. ſtipul. Dec. in l. quo tutela, § nec paciſcendo, nu. 2. ff. de reg. iur. Couarr. in tit. de teſtam. in 3. p. nu. 13. circà med. & var. reſol. lib. 1. c. 14. nu. 11. & Surd. dec. 322. nu. 2. & ſic dicebatur, quòd cùm prædicti filij non poterant venire ex eorum propria perſona, ſed vti hæredes patris, tenebantur ſatisfacere ipſis Creditoribus, & per hoc ipſi erant præferendi. Pro parte verò filiorum non negabatur concluſio, quòd de iure Conſuetudinario filij ſuccedant in antephato, tanquā hæredes, & non tanquàm filij, cùm hoc procedat hodiè abſq; controuerſia, ſtantibus tot, tantiſq; deciſionibus S.C. quod proce-
6 dere, quamuis matrimonium ſit contractū ſecūdùm morem Procerum, & Magnatum, fuit deciſum in cauſa Comitis Montis Calui cum Comite Montellæ, in anno 1570. verba cuius ſententiæ referuntur à Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. p. 1. c. 3. nu. 21. ex quo tempore fuit inuenta cautela, apponere pactum in capitulis matrimonialibus, vt in antephato ſuccedant filij vti filij, non vti patris hæredes, vt dicit De Ponte de poteſt. Proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. nu. 25. & nunquàm fuit dubitatum, quòd pactum prædictum ſit validum, & per conſequens, quòd filij tanquàm filii in antephato ſuccedant, neq; in hoc requiritur, quòd aliquis ſtipuletur pro filijs, non enim eſt donatio, quæ filijs elargitur, cùm antephatum de iure
7 communi debeatur, quamuis non ſit conſtitutum, quando tamen dos fuit ſoluta, gloſ. in auth. dos data, in verb. meretur, C. de donat. antè nupt. Bart. in auth. de æqualit. dot. nu. 9. multa per Vrſill. ad dec. Affl. 242. nu. 2. & Surd. dec. 214. num. 8. & licèt multi contrarium teneant, vt ibi notat Additionator Hodiern. qui multos pro contraria opinione cumulat, quicquid tamen ſit, negari tamen non poteſt, quòd non ſit donatio gratuita.

De iure autem Conſuetudinario quam-
8 uis neceſſaria ſit antephati conſtitutio, vt habetur in d. Conſuet. Quartam autem, vbi Napodan. nu. 8. & in Conſuet. Dos, & quarta, Gramm. dec. 97. tamen, vt dicit Napodan. in loc. ſup. citat. iniuſtè faceret maritus recipiens dotem, ſi donationē propter nuptias vxori non conſtituat, ex text. in § fin. auth. de nō elig. ſecund. nub. & pater tenetur eius nurui conſtituere antephatum, quia ſicut erat onus patris dotare filiam, ità tenetur in recompenſationem receptæ dotis con-
9 ſtituere filio donationem propter nuptias, l. fin. C. de dot. promiſſ. & plenè probat Molfeſ. par. 7. q. 3. per tot. & ſic iſta antephati cōſtitutio non dici poteſt donatio, ſeù liberalitas, ſed facere id, quod debet maritus ob dotem receptam. In hoc autem antephato dubium non eſt, quòd de iure communi ſuccedunt filij vti filij, d. auth. hæres, C. de ſecund. nupt. verùm hoc fuit innouatum per
10 Conſuet. vt ſuccedere debeant vti hæredes, conſuetudo autem poteſt remoueri per pactum; ſunt enim pacta Ciuium, vt dixit Napodan. in Conſuet. Si quis habens Curtim, nu. 21. de aper. non facien. & in proœm. Conſuet. §. præfatis autem, & Addentes in princ. proœm. fol. mihi 4. lit. C. & Napod. in eod. proœm. nu. 22. Tantò magis, quia conſuetudine ſublata remanet ius commune, & res de facili reuertitur ad primæuam naturam,
11 pacta autem dotalia, quæ fiunt inter contrahentes ſunt ſeruanda, l. 1. & tot. tit. C. de pact. dotal. & proindè non poſſunt applicari termini donationis, quia verè non eſt donatio, per ſupradicta, cùm tàm de iure communi, quàm de iure Conſuetudinario debeat poſt mortem vxoris ad filios peruenire, ſolùm eſt differentia in modo ſuccedendi, nàm ſecundùm ius commune ſuccedunt vti filij, de iure conſuetudinario vti hæredes, & hic modus ex pacto inter omnes contrahentes, qui in contractu matrimonij interueniunt, paciſcitur, & ex his nunquàm fuit dubitatum, tale pactum valere, & eſſe obſeruandum, vt dixerunt omnes Moderni, qui de prædicto pacto ſcripſerunt, vt per De Ponte in d. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. Molfeſ. c. 3. par. 1. nu. 19. Ricc. coll. 777. qui alios congerunt, faciunt etiam notata per Theſaur. quæſt. for. lib. 3. q. 9. n. 17. multa etiam congerit modernus Thorus, in Compend. dec. in verb. filij mortua matre, tom. 1. quod tantò magis procedere debebat in caſu
12 noſtro, vbi aderat iuramentum, quo caſu idem operatur effectus, ac ſtipulatio Notarij, gloſ. in can. quotiès Cordis 1. q. 7. Gabr. commun. concluſ. concl. 1. n. 69. de verb. oblig.

Alex.

Digitized by Google

*Alex.conſ.*185.*vol.*6.*nu.* 8. Et ex his die 24. Octobris 1631. fuit iudicatum, non eſſe de-
13 ferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Venerabilis Eccleſiæ Diuæ Mariæ ad Celiarium aduersùs ſententiam S.C. per quam erant adiudicati filijs annui introitus pro prædicto antephato, ad relationem Regij Conſiliarij Octauij de Piccolellis Aulæ Decani, & cauſæ Commiſſarij, cum interuentu doctiſſimi, & oculatiſſimi Viri Spectabilis Petri Iordani Vrſini, noſtri S.C. Preſidis, interuenientibus etiam Reg. Conſil. Zufia, Sauio, Prouenzale, Mendiecta, & me Hectore, in Banca Martij Simeonis pro Felice. Videndus etiam ad materiam *Fab. de Anna conſ.*74.*vol.*1.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione LXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Antephatum, iure communi inſpecto, ſpectat ad filios, quamuis nō hæredes patris, contrariū de iure conſuetudinario Neap. nu.*2. *& ità deciſum adducitur, n.*4. *quid ſtante pacto, quòd filij ſuccedant vti filij, nu.*8.

3 Affl. dec. 37. nu. 6. & dec. 314. nu. 4. *declaratur, & nu.* 5.

6 *Antephatum contracto matrimonio ſecundùm vſum Procerum, et Magnatum, pertinet ad filios, vti patris hæredes, contrarium, num.*7. *quid ſtante pacto appoſito, quòd filij ſuccedant vti filij, n.*8.

9 *Antephati medietas debetur vxori propter oſculum, nō contracto matrimonio adhùc per verba de præſenti, etiā ſi oſculū fuerit violentum, & deciſum adducitur.*

1 ANtephatum per vxorem lucratum ob mariti mortem, ſuperſtitibus filijs, mortua matre ſpectat ad filios, tanquàm filios, quamuis nō ſint patris hæredes, iure communi inſpecto, ad *tex. in auth. hæres, C. de ſecund. nupt.* vt tradit inſignis Religioſus *P. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par.*1. *cap.*3. *nu.*19. *tom.*1. & poſt ipſum D. meus *hic, nu.*4. *&* 9. *in fin.* ac *dec.*98 *nu.*19. *D. de Marin. lib.*2. *quotid. reſol. cap.*23. *nu.*1.

2 De iure tamen conſuetudinario Neap. ex *Conſuet. Quartam autem,* ſub *tit. de iure quarta,* debetur filijs, vti hæredibus patris, vt etiam tradiderunt *Molfeſ. ibid. nu.*19. D. meus *hic, nu.*5. *D. de Marin. ibid. num.*2. *D. Conſil. Staiban. reſol.*32. *nu.*1. & *reſolut.*80. *nu.*24. *lib.*1. *reſol. forenſ.* ac *D. Conſil. Prouenzal. in Conſuet.*1. *de ſucceſſ. ab inteſt. obſeru.*13. *n.*7. & ità deciſum refert *D. Io. Angel. Piſanell.* I.C. clariſſimus, ac magni ingenij, in *allegat.* inſertis per *D. de Marin. d. lib.*2. *cap.*22. à *n.*10. cum *ſeqq. D. Carol. Anton. Boctilierius de ſucceſſ. ab inteſt. tit. de excluſ. parag. & maſcul. cap.*1. *theor.*14. *nu.*1. *in princ.*

3 Et quamuis *Affl. dec.*37. *nu.*6. ſubſtineat opinionem, vt antephatum pertineat poſt matris mortem ad filios, quamuis non ſint hæredes patris, contrà *Napod.* ac ità deciſum dicat *dec.*314. *nu.*4. quem ſequutus eſt *D. Boctilier.* vbi ſup. nihilominùs contrà *Afflict.* indiſtinctè iudicatum tradit *D. de Franch. dec.*106. *nu.*7. vbi reprehendit *Addentes ad Affl.* ſequutos fuiſſe illius opinionem, eamq; deciſionem pro abſoluta confirmat *dec.*182. *nu.*14. Immò idem *D. Piſanell. loc. cit. nu.*11. refert, quòd *D. Antonius*
4 *de Ianuario,* tunc Præſes S.C. dixerat, quòd *Affl in d. dec.*314. fuerat malè recordatus, dū idem D. *de Alex.* teſtabatur, quòd contrà *d. deciſ.* bis iudicauerat S.C. de anno 1513. & 1535. quas deciſiones etiam refert ipſe *D. Piſanell. in addit. ad Affl. d. dec.*314. & in *d. Conſuet. Quartam autem, verſ. mortuo Hieronymo de Ariano,* & *Ego* addo aliam ſimi-
* lem deciſionem eiuſdem S.C. iunctis Aulis latam, in cauſa Aloyſiæ Caracciolæ cum Hippolyta Caracciola, ad relationem D. Conſil. *Camilli de Curtis,* poſteà Regentis
5 digniſſimi, die 16. Februarij 1598. vel dicendum, quòd *d. dec.*314. *Affl.* procedere poteſt extrà Ciuitatem Neapol. & in locis, vbi ius commune ſeruatur, vt filij in antephato ſuccedant, quamuis non ſint patris hæredes, vt tradit *D. Conſ. de Anna conſ.*74. *nu.*8. *lib.*1. *D. Taſſon. de antephat. verſ.*4. *obſer.*4. ſub *nu.*62. ac D. Epiſcop. *Ricc. coll.*777. *p.*4.

Quarè cauendū erit à deciſione lata per S.C. in cauſa Creditorum D. Comitis Mon-
6 tellæ, cuius partes tuebatur *Dom. Fabius Marcheſius* I.C. maximus, ac eximia laude cumulatiſſimus, & pro Creditoribus in iure ſcripſerunt *D. Fabritius Brancatius* Aduocatus celeberrimus, ac *D. Vincentius Maſtrillus* eximię doctrinæ inſignis, per quam fuit deciſum, quòd contracto matrimonio ſecūdùm morem Procerum, & Magnatum, antephatum perueniat ad filios, vti patris hæredes, vt teſtatur *D. de Franch. d. dec.*106. *nu.*8. *&* 9. illamq; regiſtrauit *Molfeſ. d. c.*3. *n.*21. quos ſequitur, alijs etiā relatis *D. Boctilier. d. theor.*14. ſub *n.*1. & de ea pariter meminit D. meus *hic, nu.*6. *& d. dec.*98. *nu.*20. ex ratione adducta per *d. D. de Franch. dec.*537. *nu.*17. *D. de Anna conſ.*2. *nu.*2. *lib.*1. *D. Reg. de Pont. conſ.*65. *nu.*74. & in *tract. de poteſt. Proreg. tit.*9. *de ſucceſſ. mulier. n.*24.
7 illaq; dura viſa fuit eidem *D. de Pont. d. tit.*9. *nu.*25.

Digitized by Google

*nu.*25.*Molfeſ.in d.cap.*3.ſub *nu.*21.*in fine*, & lata fuit ad inſtigationem *D.Reg. Salernitani*, viri alioquin doctiſſimi, tunc Præſid. S.C. qui contrarium tuebatur, & propterea vt eius opinio approbaretur, adiunxit Iudices in cauſa prædicta ſibi viſos, vt refert *Molfeſ.par.7.q.2.nu.13.ad Conſuet.Neap.* eò magis, quia fuit facta cum maxima diſcuſſione, vt refert D.*de Franch. d.dec.*106. *nu.*9. eamq; deciſionem pariter impugnat *Montan.controu.*1.*n.*44.

Ideòq; ad tollendam omnem dubietatem,
8 tem, à tempore dictæ deciſionis latæ in cauſa Creditorum D.Comitis Mōtellæ, de qua ſupr.*nu.*6.in capitulis matrimonialibus apponitur pactum, vt filij in antephato ſuccedant tanquàm filij, non autem tanquàm hæredes patris, vt refert *Molfeſ d.q.*2.*nu.*14.*& conſ.*2.*num.* 38.*lib.*1. ipſoq; relato ſequitur D.meus *hic*, ſub *nu.*6. quem citat D.*Bocti-lier.ibid.nu.*2.*in fin.* ac etiam D. *de Marin. d.cap.*22.*n.*3. D.*Taſſon.d.obſeru.*4.ſub *n.*62. & proindè, ſtante pacto prędicto, ſic iudicatum tradit D.meus *n.*13. eò magis ad euitandam diſpoſitionem *Reg.pragm. vnic. de donat.propter nupt.ſiuè antephat.* editæ ſub die 30. Decembris 1617. per quam hæredes patris ſuccedunt in antephato, mortua vxore, extent, vel non filij, vt etiam refert D.*de Marin.lib.*1.*quotid.reſol.cap.*15.*nu.*1. vt excludantur creditores paterni à dicto antephato, nàm ſi filij ſuccederent vti hæredes patris, illud eſſet obnoxium creditoribus, vt per D.*Ant.de Alex.in d.Conſuetud. Quartam autem, verſ.ex hac conſuetudine, fol.* mihi 251.*in fine*, & ſic bis deciſum iunctis Aulis, refert D.*de Franch. d.deciſ.*106. *nu.*6.*in fine.*

Obſerues tamen in hac materia ante-
9 phati, quòd mulier lucratur medietatem illius, ei promiſſi in capitulis matrimonialibus, ſubſequuto tamen oſculo, & ſi non cōtracto matrimonio per verba de præſenti, vt per D.*de Franch.dec.*503. idemq; procedit, ſi oſculum fuerit violentum, & deindè fuerunt confecta capitula matrimonialia, in quibus fuit promiſſum antephatum, nàm viro mortuo, antequàm matrimonium cōtraheretur per verba de præſenti, debetur
* medietas antephati, vt fuit deciſum die 15. Maij 1640. per Mag.Cur.Vic.in cauſa Mariæ Aſcione cum hæredibus Bernardini Nocerini Caſalis Reſinæ, ad relationem D. Iudicis *Io.Baptiſtæ Muſceptulæ*, in Banca de Falco. *M.A.Gizzius.*

---

ARGVMENTVM.

Inſpecta Conſuetudine Neapolitana, nùm mulier mortuo viro poſſit contra ſocerum, vel ſoceram agere, vt adueniente tempore ei fiat reſtitutio dotis ex portione, quam eius vir, ſi ſuperuixiſſet, habiturus fuiſſet.

*SVMMARIVM.*

1 *Filio recipiente dotem ab vxore, quam duxit, conſentiente patre, vel matre, eo mortuo parentes non tenentur ad illius reſtitutionem, eorum vita durante, ſed poſt mortem, de iure* Conſuetudinis.

2 *Creditor in diem an, & quando antè diem poſſit agere, recenſentur nonnulla opiniones, & nu.*3. *&* 8.

4 *Maritus pendente dilatione anni ad ſoluendum dotem, poteſt cogi ad præſtandam cautionem, de ſoluendo finito anno.*

5 *Pater cōſentiens, dotem filio ſolui, obligatur. Fallit de iure Conſuetudinario, n.*7.

6 *Simplex patris præſentia, abſq; conſenſu in ſolutione dotis filio, eum non obligat.*

9 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio LXIV.

PER *Conſuetudinem* huius Ciuitatis, incip.*Filio ducente vxorem*, ſub *tit. de patre recipiente dotes ſimul cum vxore, & filio*, cautum reperitur,
1 quòd ſi filius recipit dotem ab vxore, quam duxit, conſentiente patre, vel matre, filio præmortuo parentes non tenentur ad reſtitutionem dotis, eorum vita durante, ſed hæredes poſt prædictorum parentum mortem tenentur ad reſtitutionem prædictarum dotium, vſq; ad concurrentem quantitatem, ſeù valorem partis bonorum, quæ ipſi filio præmortuo contingeret, ſi patri, vel matri ſuperuixiſſet: Hinc incidit quæſtio, quia præmortuo filio, qui vxorem duxerat cum conſenſu patris, dotemq; receperat, mulier petijt reſtitutionem dotium, fuit eius ſocer pater viri præmortui liberatus, ſaluis iuribus ei competentibus poſt eius mortem, inſtitit propterea mulier, vt ex nunc per S.C. explicaretur illa prouiſio iurium reſeruata poſt mortem patris, dicebat enim, ex nūc velle eſſe in tuto quātitatis
2 ad ſe perueniēdæ, poſt mortē prædicti eius ſoceri, nàm quamuis qui præmaturè agit, plus petere videatur, §.*plus*, *Inſt.de action.* & propterea competat exceptio, quòd agere non poteſt antè tempus, §.*temporales*,

Sſ *Inſtit.*

Digitized by Google

*Inſtit.de except.*attamen *Bartol.in l.ità ſti-*
*pulatus, in 2.q.ff.de verb.obligat.*diſtinguit,
3 q̄ aut dies eſt appoſitus in obligatione ab
homine,vel à lege,quãdo eſt appoſitus à le-
ge miſerationis gratia, tunc poteſt antè diē
agi,& in ſpecie in dote, iuxtà diſpoſitionem
*tex.in l.vnic.* §.*exactio, C. de rei vxor. act.*
& q̄ poſſit mulier antè diē agere, dixit *Affl.*
& ibi *Vrſill. in deciſ.279.per tot.* & quòd
4 pendente dilatione anni ad ſoluendum do-
tem poſſit cogi maritus ad præſtãdam cau-
tionem de ſoluendo,finito anno,fuiſſe deci-
ſum in S.C.teſtatur *Franch.dec.218.Carau.*
*in Ritu 167.nu.8.Viuius deciſ.413.* diffusè
per *Ludouic.*in ſuis *commun. concluſion. in*
*concluſ.8.* idem *Franch. deciſ. 341. nu.5.&*
*deciſ.695.Peregrin.de fideicomm.art.41.n.3.*
*Cacher.dec.130.in fin.Surd.deciſ.151.n.6.*
*Rota Gen.deciſ.91.n.22. Pellic. ad Conſuet.*
*Auerſ.c.9.n.51.Cagnol.in l. omnibus,ff.de*
*reg.iur.n.15. Ricc.coll.deciſ.1420.*
Ex aduerſo autem fuit conſideratum,
5 quòd quamuis iure communi inſpecto per
conſenſum pater ad reſtitutionem dotis
obligetur, iuxtà diſpoſitionem *text. in l ſi*
*cùm dotem,* §.*tranſgrediamur,ff.ſolut. ma-*
6 *trim.*licèt præſentia ſimplex non ſufficeret,
vt malè ſentit *Corn.conſ.256.vol.1.& conſ.*
*303.vol.4.* ſed requiritur conſenſus,& quòd
dos ſoluatur ipſi ſocero, vel ſaltim filio de
eius conſenſu,ſecundùm veriorem, & com-
muniorem opinionem , de qua per *Mila-*
*nenſ.in deciſ.Sicil.par.1.deciſ.19.* & ſecun-
dùm prædictam opinionem fuiſſe iudica-
tum in Sac.Conſ. in cauſa Venerabilis Mo-
naſterij S. Gaudioſi,cum Ioanna Carlina,
refert *Thorus* in ſuo *Compend.1.par. in*
*verbo prælatio an ſibi locum,* & deciſionem
prædictam etiam refert *Molfeſ. ad Conſuet.*
*Neap.par.4.q.19.de renunciat.in addit. Ca-*
*cher.deciſ.44.n.20. Maſtrill.deciſ.46.nu.13.*
*Barboſ.in d.*§.*traſgrediamur, Paſchal. de*
*virib.patr.poteſt.c.8.n.82.*Attamen hoc re-
7 peritur immutatum de iure Conſuetudi-
nario huius Fideliſſimæ Ciuitatis, vbi ex-
preſsè cauetur, quòd parentes non teneau-
tur ad reſtitutionem dotis , ſed cùm ipſi
mortui fuerint, teneantur hæredes, pro
quantitate tamen, quæ filio contingeret ex
portione parentum,ſi viueret, & ſic nulla
actio , aut obligatio oritur contra patrem,
vel matrem, ſed tantùm, vt quòad hoc ha-
beatur,ac ſi filius eſſet viuus tempore mor-
tis patris,& ſuccederet,& de illa portione
tenentur hęredes patris ſoluere dotem mu-
8 lieri,omnes autem ſupracitati DD. qui te-
nent, agi poſſe contra debitorem in diem,
antequàm dies cedat, loquuntur, quando
iam eſt orta actio, & obligatio,ſed tempus
eſt à lege conceſſum miſerationis gratia , &
ſic cùm nulla contra patrem ſit orta actio
perſonalis,nec bona ſint obligata,niſi qua-
tenus in hæreditate remanerent pro por-
tione filij,non poteſt aliqua actione mulier
9 contra ſocerum experiri. Et proindè ſacta
relatione de prædictis in S.C.per Regium
Conſiliarium D. Franciſcum Sauium, de
menſe Decembris 1632. fuit cōmuni voto
deciſum,non eſſe pro nunc locum petitis.

## OBSERVATIO In Deciſione LXIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mulier quando agere poſſit contra ſocerum pro reſtitutione dotis de iure communi, & quando de iure conſuetudinario Neapol.num.2.*

3 *Creditor in diem, an agere poſſit, vt aduenien te die ei ſoluatur,& n.5.6.& 7.*

4 *Socer vigore Conſuet. Neap.nùm ſit obligatus pro dote filio ſoluta.*

8 *Dos quando reſtitui debeat vxori ab hæredibus viri,& n.9.*

10 *Mulier agẽs pro dotibus mortuo viro,eiuſq; hereditate iacente habet alimenta , & expenſas, & an habeat retentionem bonorũ viri , non reddita ratione tutelæ adminiſtratæ, tàm pro dote,nu.11.quàm pro intereſſe,& anteſato,num.12.13.& 14.vbi deciſum adducitur,& nu.15.*

VEriſſima eſt concluſio de iure cō-
muni,de qua D.meus *deciſ.36.n.*
*3.* vbi *Nos* etiam *n.2. & conſult.*
*138.nu.5.& 14.lib.2.*& *hic nu.5.*
*& 6.* quòd mulier non poteſt agere contra
1 ſocerum, mortuo viro,pro dote, niſi duo-
bus copulatiuè concurrentibus,quòd ſcili-
cèt matrimonium ſit contractum cū illius
conſenſu, & quòd dos ipſi patri, vel de eius
2 conſenſu, filio ſit ſoluta; Iure verò conſue-
tudinario huius Ciuitatis inſpecto,per *Con-*
*ſuet.* incip. *filio ducente vxorem, de patre*
*recip.dot.ſimul cum vxor. & fil.* pater eius
vita dùrante non tenetur ad dotis reſtitu-
tionem; ſed hæredes poſt illius mortem
cogendi ſunt, vſquè ad concurrentem quā-
titatem , ſeù valorem partis bonorum pa-
tris,quæ filio pręmortuo contingeret,ſi vi-
ueret, vt probauit D. meus *d. dec.36.n.11.*
*in fine,*vbi Nos diximus *n.3.*& cōprobat *d.*
*conſult.138.n.17.*& *hic n.1.& 7.* ideoq; fuit
3 in hac deciſione dubitatū,an mulier credi-
trix in diē agere poterat,vt adueniente die
mortis ſoceri dos ſolueretur ab eius hędi-
bus,pro cōcurrenti quātitate, ad filiū præ-
mortuum, & ſic eius virum ſpectante,ſi vi-
ueret,iuxtà *d.Conſuet.* & fuit deciſum,non
eſſe locum petitis,excludēdo viduam à pe-
titio-

Digitized by Google

titione prædicta,vt habetur *n.9.* ex ratione
4 adducta *nu.*8.quia cùm nulla ſit orta actio perſonalis contrà ſocerum, nec bona ſint obligata,niſi quatènus in hæreditate remanerent pro portione filij,non poterat mulier aliqua actione contrà ſocerum agere.;
5 & licèt in contrarium facere videatur alia *deciſ.*D.mei 151 *lib.*2.vbi ſub *nu.*32. refert, potuiſſe creditorem, ſiuè donatarium in diem agere, vt adueniente die ei ſoluatur, attamen termini non ſunt pares, quia quãtitas debita donatario in *d.deciſ.*151. erat certa,hìc verò incerta,poterat enim eſſe, quòd nihil in hæreditate ſoceri reperiretur, & ſic nulla portio deberetur filio præmor-
6 tuo, ſuper qua ſatisfieri potuiſſet vxor de eius dotibus,& licèt contrarium defendant D.*Thorus voto* 84.*num.*378.*&* D.*Ciarlin. cap*,95.*nu.*31.*lib.*1.*controu.forenſ.* vt mulier poſſit agere antè diem,vt tamen adueniente die dos ei ſoluatur, attamen ex dictis per D.meum *hìc*,& per D. *Pratum lib.* 2.*diſcept. forenſ.cap.*9.*nu.*3. hoc intelligi-
7 tur,quando eſt nata actio, ac paritèr obligatio,& faciunt tradita per D.*Nouar.deciſ.* 69.*nu.*4.

8 Et dùm D.meus *hìc*,*nu.*4. *&* *d.dec.*151. *nu.*7.dixit,quòd viro datur dilatio anni ad reſtitutionem dotis,ex *tex.in l.vnic.§.exactio,C.de rei vxor.act.* quod intellige,ſi in bonis mobilibus conſiſtat, ſecùs verò,ſi in ſtabilibus,quæ ſtatim reſtituuntur, vt in *d.§.exactio*, D.*Nouar. d.dec.*69.*nu.*1. *&* 2.
9 hoc tamen anni beneficio priuatur maritus,ſi negligẽs fuit in adhibendis Medicis, & medicamentis vxori infirmæ,vt pluribus medijs probat D.*Nouar.ibid.*à *nu.* 5.per 8. & allegat D.*Viuium*,hoc in ſpecie tenentẽ in *dec.*197. *n.*14.vbi itã deciſum per Regiã Curiam Aquilanam etiam refert.

10 Viro tamẽ mortuo,eiuſq; hæreditate iacente,vxori dotes repetenti eſt prouidendum de expenſis, & alimentis ex bonis dictæ hæreditatis iacentis, vt deciſum refert *Rebuff.ad* Conſtit.*Gall.tit.de ſenten. prouiſ. art.*3.*gloſ.*1.*nu.*14.ex rationibus adductis per *Garz.à Tolet.dec.*57.

11 Nulla autem retentio competit hæredibus mariti aduersùs vxorem agentem pro dotis reſtitutione, non reddita ratione tutelæ adminiſtratæ,ex *text.in d.l.vnica,§.taceat*,D.*de Franch.dec.*642.*nu.*1.ſecùs verò,
12 ſi vxor agat pro ſolutione intereſſe dotis, vt diſputato hinc indè articulo deciſum refert D.*de Franch.ibid.n.*12.*in fine*, idemq;
13 procedit,etiã reſpectu antephati,vt deciſũ habemus apud eundem D.*de Franch.loc. cit.* ſub *nu.*3.quam ſententiam ſecutus eſt D.*Conſ.de Georg.alleg.*36.*n.*8. poſt D.*de*
14 *Anna ſing.*214.& in vtroq; caſu, tàm intereſſe dotis,quàm antephati fuit paritèr determinatum per S.C.competere retentio-
* nem hæredibus viri,in cauſa Lucretiæ Saidiæ, cũ hæredibus Ioa.Andreę Barrilis, referente D.*Conſ.Morra*, in Banca de Mon-
15 dellis,hodiè de Salamãca, ſub die 21.Maij 1614. & in cauſa Ioannæ Lõghæ,cum Ma-
* rio Prignano, ad relationem D. *Conſil.de Petio*,in Banca de Martino, ſub die 16. Iunij 1627. *M.A.Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Bonæ fidei poſſeſſor an, & quãdo per litis conteſtationem conſtituatur in mala fide, ità vt teneatur ad fructuum reſtitutionem. Et an perempta inſtantia perimat etiam mala fides,quæ ex ipſa litis conteſtatione inducitur.

## SVMMARIVM.

1 *Mala fides reſpectu fructuum reſtitutionẽ, per litis conteſtationem inducitur.*
*Amplia,etiam quoad eos, qui percipi potuerint,num.*2.
*Sed contrarium, niſi ſubſequatur ſententia, nu.*3.
*Declara,vt nu.*9.11.*&* 12.
4 *Litis conteſtatio fictam,et non veram inducit malam fidem.*
*Sed contrarium,vbi inſimul cum eo produceretur inſtrumẽta,& ſcriptura,ex quibus cõſtaret de bono iure actoris, & poſſeſſor cognoſcat,rẽ ad ſe nõ pertinere,n.*11.
5 *Emptor per ſolam litis conteſtaticnem non poteſt cognoſcere, rem à ſe poſſeſſam,ad alium pertinere.*
*Intellige,vt n.*6.*&* 11.
7 *Condemnatio in fructibus,lite pendente perceptis à die publicationis, an, & quando fieri debeat.*
8 *Deciſio Sacri Conſilij.*
10 *Mala fides in iudicio petitionis hæreditatis, nedùm per litis conteſtationem,verũ per ſimplicem denunciationem inducitur.*
13 Tex.in l.qui ſcit,§.fin.ff.de vſur.& l.in bonæ fidei,§.in contrarium, ff.de acquiren. rer.domin.*conciliantur, & n.*17.
14 Text.in d.l.qui ſcit, §.fin. *plures habet intellectus.*
15 *Poſſeſſor fructus ſuos redimere nõ cogitur.*
16 *Fructus pendentes pars fundi ſunt.*
18 *Perẽpta inſtãtia,perimit mala fides,et poſſeſſor ad fructuũ reſtitutionẽ nõ tenetur.*



Digitized by Google

*Amplia, quam uis deindè eſſet reſtaurata Principis gratia, & n.19.*

*Sed contrarium, n.21.*

20 *Per peremptionem inſtãtia fingitur, nunquam fuiſſe motam litem.*

22 *Citario, & litis conteſtatio ſunt facti, & prò infectis haberi non poſſunt.*

# Deciſio LXV.

PEr mortem Andreæ Cangiani fuit mediante decreto præambuli M. C.V. declarata hæres vniuerſalis ab inteſtato Iſabella Liſta eius vxor, ex *titul vndè vir, & vxor,* ex eo, quia fuit ꝓbatũ, nõ adeſſe aſcẽdẽtes, neq; deſcẽdẽtes, neque collaterales in gradu ſucceſſibili, & mortua Iſabella fuit declaratus eius hæres Dominicus de Silueſtro eius filius, qui vẽdidit quoddam Rus hæreditariũ, quod fuit prædicti Andreæ, Art. & Medicinæ Doctori Marco Antonio Galterio, & Iſabellæ Porporæ coniugibus, pro pretio inter eos conuento, qui poſſiderunt pacificè, & quietè per aliquod temporis ſpatium. In anno deindè 1615. comparuit in M. C. V. quidam Thomas de Scio, aſſerens, ſe nepotem, & hæredem dicti Andreæ, & inſtitit, vt dicti Coniuges non accederent ad Rus prædictum, ex quo erat ſuum, & dato termino in cauſa, fuit oppoſitum per dictos Coniuges de pendentia litis in S.C. & facto per M.C. decreto, quòd doceat de litis pendentia, non fuit ampliùs de cauſa loquutum, vſquè ad annum 1620. quo tempore fuit inchoatum nouum iudicium in S.C. & penès acta, vbi comparuerunt creditores ſuper eodem Rure, petijt dictus Thomas relaxationem eiuſdẽ Ruris, vnà cũ fructibus, & dato nouo termino in cauſa, ac facta electione Examinatoris, ſiluit iudicium ab anno 1621. vſquè ad annum 1626. quo tempoce exhibitis teſtium depoſitionibus, ex quibus conſtabat de iuribus actorum, fuit ſtatim facta publicatio; & demùm in anno 1628. fuit prolata per S.C. ſententia ad eius beneficium, condemnando dictos Coniuges conuentos ad relaxationem Ruris prædicti, vnà cum fructibus pro quantitate, & tempore liquidandis, compilatoq; proceſſu ſuper liquidatione, non fuit dubitatum de quantitate fructuum reſtituendorum quolibet anno, ſed à quo die erant reſtituendi. Dicebat enim Actor, eſſe faciendam liquidationem ab anno 1615. quo tempore fuit inceptum primũ iudicium in M.C.V. vbi fuerat lis conteſtata, & ſic obtinuerat decretum domi Magn. cauſæ Commiſſarij, confirmatum per S.C. licèt abſq; matura diſcuſſione, & ideò reclamauerunt Conuenti, & obtinuerũt, verbum fieri, in qua reclamatione fuerunt diſputati duo iuris articuli; & Primò, an per litis conteſtationem conſtituatur poſſeſſor in mala fide. Secundò, an perempta inſtantia, perimat mala fides.

Et quòad primum tres fuerunt DD. opi-
1 niones, prima fuit, quòd per ſimplicem litis
conteſtationem conſtituatur mala fides,
quæ fuit *gloſ. in l ſed & ſi lege 28. §. ſi antè, ff. de pet. hæredit.* vbi *Bar. & Paul. de Caſtr.*
2 & alij DD. qui dixerunt, nedùm per litis cõ-
teſtationem teneri poſſeſſorem ad fructus perceptos, ſed qui percipi potuerunt, ex *tex. in l. certum, C. de rei vendicat. & l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. l. 1. ff. ſi cert. petat. l. & ex diuerſo, ff. de rei vendic.* vbi etiam *gloſ. & DD. l. ſi fundum,* vbi etiam *Salycet. C. eod. tit. & l. in bonæ fidei, §. in contrarium, ff. de acquir. rer. domin. Balbus in l. Celſus, n. 111. ff. de vſucap. & in tract. de præſcript. 2. par. 3. partis, quæſt. 2. Rip. in c. cùm M. Ferrarienſis, n. 159. de conſtitut. Tiraquell. de retract. conſanguin.* qui DD. cumulat *in §. 15. gloſ. 1. n. 28. cum ſeqq. Menob. conſ. 2. n. 343. Vaſq controu. illuſtr. lib. 2. c. 80. in princip. Villalobos* in ſuis *commun. opin. in litera* M. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1002. & in terminis *Capyc. deciſ.* 11. vbi deciſum refert, quòd debet attendi prima litis conteſtatio, quando bis fuit conteſtata, *Hector Felic. alleg. 43. & Epiſc. Ricc. collect. dec.* 2049.

Secunda fuit opinio, quòd non ſufficiat
3 litis conteſtatio, ad hoc, vt teneatur ad fru-
ctuum reſtitutionem, ſed quòd requiratur ſententia, vt poſt *Cuiac. in d. §. ſi quis à non domino* tenuit *Fachin. controu. iur. lib. 1. c. 59.* latè diſputato articulo, & hæc opinio fundatur ex *tex. in l. qui ſcit, § fin. ff. de vſur.* vbi apertis verbis habetur, quòd non ſufficit ſcientia, ſed quòd fundus ſit euictus, ibi *bonæ fidei emptor quòad percipiendos fructus intelligi debet, quandiù fundus euictus fuerit,* qui *tex.* aduerſari videtur alijs iuribus, pro prima opinione adductis, & præcipuè *tex. in d. l. in bonæ fidei, §. in contrariũ, ff. de acquir. rer. domin.* vbi ꝓbatur, quòd ſtatim atq; poſſeſſor cognouit, rem eſſe alienã, tenetur ad fructuum reſtitutionem, quod etiam probat *tex. in l. qui mihi bona, ff. eod. tit.* quos *Eguinar. Baro in §. ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* dixit, non poſſe concordari, & eum refert, & ſequitur *Couar. lib. 1. var. reſol. c. 3. n. 7. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. n. 614.*

Tertia fuit opinio, quòd ſola litis conte-
4 ſtatio non inducat malam fidem veram, ſed
fictam, & ideò non ſufficit ad fructuum reſtitutionem, quia vera, non ficta requiritur, *Gregor. Lopez in l. 40. tit. 28. par. 3. in verb. podria lleuar, in fin.* & hoc in terminis voluit *Garz. de expenſis, & melior. c. 23. nu. 44.*

ex

Digitized by Google

ex *tex.in d.l.in bonæ fidei,§.in contrariū*,vbi requiritur, ad hoc vt conſtituatur in mala
5 fide quod emptor cognoſcat,rem à ſe poſſeſſam,ad alium pertinere, quod non fit ex ſola litis conteſtatione,allegat *Pet.de Bellapert.& Paul. de Caſtr.in d. l.ſi fundum*, C. *de rei vendic.* & nu.40. reſpondet DD. ſentientibus, per ſolam litis conteſtationem conſtitui poſſeſſorem in mala fide, *Lancell. Dec.in l.apud Iulianum,§fructus, notab.2. ff de leg.*1.& hanc etiam opinionem latè diſputato articulo tenet *Harthmā.Piſtor.qq. iur tom.*4. *qu.*27. vbi improbata priùs opinione *Garziæ n.*2.illam admittit *n.* 7.quan-
6 do ità facta eſt denunciatio,vt poſſit malam fidem inducere; non enim debet poſſeſſor in mala fide conſtitui, quin ſi talia interueniant,quæ probabilem rei alienæ ſcientiam inducant,quod etiam in omni denunciatione receptum eſt à *Scribentibus in c.nihil,de reſcript.l.alienam,ff.pro empt.& d.l.ſi fundum,C.de rei vendic.*& ideò teneri empto-
7 rem ad fructuum reſtitutionem,non à die litis conteſtationis,ſed à die publicationis, deciſum refert *Afflict.deciſ.*39.quia ex tunc efficitur malè fidei poſſeſſor, & hāc opinionem latè comprobat *Reg.Rouit. in pragm. de inſtant cauſ.non reſtituen.in rubric.nu.*16.ex doctrina *Socin. in tract.de inſtantia, nu.*54.*Afin.*in ſua *prax. §.*2.*c.*15.*n.*33.*Rebuff.in concord.tit.de priuil.appellat.§. Statuimus,verſic.*4. *Caball. conſ.*89.*nu.*8.*qu.*2. *vol.*2.& ex alijs ab eo congeſtis, & hāc opinionem ſequutū fuit Sacrum Conſilium in hac cauſa,tanquàm æquiorem.

Et propterea die 17.Octobris 1635. ad
8 relationem Regii Conſiliarij D. Franciſci Sauij iudicauimus,deberi fructus à die publicationis factæ, quæ fuit in anno 1626. quod etiam fuit confirmatum in reclamatione,ad relationem Regij Conſiliarij de Franchis die 4.Iulij 1639.ex quo tunc cōſtabat per probationes,Rus fuiſſe dictis cōiugibus venditum à non Domino,ſtante enim exiſtentia prædicti de Scio, nepotis teſtatoris,non poterat vxor ſuccedere,reuocando decretum primo loco factū,abſq; matura diſcuſſione, nàm prima opinio fuit viſa ſatis dura Sac.Conſ. quòd per ſimplicem litis conteſtationem teneatur ad reſti-
9 tutionem fructuum, quæ tamen poſſet admitti in iudicio petitionis hæreditatis, vbi
10 nedùm per litis conteſtationem,ſed per denunciationem in mala fide conſtituitur, *l. item veniręnt,§.petitam,ff. de petit.hæredit. Piſtor.d.qu.*27.*lib* 4.*n.*5. vel quando ſimul cum litis conteſtatione producerentur inſtrumenta, vel aliæ ſcripturæ, ex quibus conſtaret de bono iure actoris, ità vt poſſit poſſeſſor cognoſcere, rem ad ſe non pertinere,quia à non Domino emit,quando autem nihil oſtenditur, ex quo fundari poſſit
11 Actoris intentio, ratio naturalis non patitur,vt fructus reſtituere debeat conuentus, ex eo, quòd Actor ad ſe pertinere dicat, vt aduertit *Garz.in d.c.*23. *de expenſ. & melior.nu.*44.& probat *tex.in d.l.in bonæ fidei, §.in contrarium*, vbi habetur, quòd ad inducendam malam fidem, oportet, vt cognoſcat, fundum ad alium pertinere,quod non fit ex ſola inſtantia actoris, abſq; probationibus,ſaltim per inſtrumenta,dicitur
12 enim malę fidei poſſeſſor,qui poſſidet rem, quam,certò ſcit, ad alium pertinere, vt ex pluribus probat *Viſcont.*in ſuis *concluſ.iur. in verbo malæ fidei poſſeſſor*, quod etiam probauerunt *Menoch.de recuper. poſſeſſ. d. remed.*15.*n.*613.*& Couar. variar. reſolut. d.c.*3.*lib.*1.*num* 7.

De ſecunda verò opinione fundata in *tex.in d.l.qui ſcit,§. final.ff.de vſur.*non fuit
13 habita ratio,quia aduerſatur, nedùm diſpoſitioni *tex.in d. l.in bonæ fidei, §. in contrarium*,ſed omnibus iuribus, in contrariū adductis,ex quibus probatur, quòd ſtatim, atq; ſuperuenit ſcientia in poſſeſſore, rem poſſeſſam eſſe alienam,conſtituitur in mala fide, nec facit ampliùs fructus ſuos, & ideò *Loriot.* regulam conſtituit in *l.fructus, col. penult.de regul.iur.*quòd pro illo tempore, quo cępit mala fides,teneatur ad fructuum reſtitutionem, anteà verò,nequaquàm,quā etiam ſequitur *Io. Copus in tract. de fructib.lib.*2.*tit.*4.*c.*5.*& 6.in* 17.*volum.tract. Franciſ.Hothoman.in d.§.ſi quis à non domino,Inſtitut.de rer. diuiſ.*

Ad *tex.* verò in *d.l. qui ſcit* diuerſimodè
14 reſpondent DD.& primò aiunt,procedere, vt antè ſententiam faciat fructus ſuos, ſed quòd teneatur Iudicis officio reſtituere, quæ reſponſio eſt *gloſa in d.l.qui ſcit*,& eam ſequitur *Bart.in d.l.ex diuerſo,nu.*9. & nouiſſimè *Conſiliar.Merlin.controuerſ. iuris c.*24.*n.*13.ſed iſta opinio non ſatisfacit,non benè enim conueniunt, facit fructus ſuos, & illos tenetur reſtituere, ſiquidèm redimere non cogitur fructus ſuos poſſeſſor,ſed quos tanquàm ex fundo alieno ſciens percipit, vt probat optimè *text.in d.l. in bonæ*
15 *fidei*,& ideò alij ſentięrunt,quòd *tex.in d.l. qui ſcit* loquitur de fructibus pendentibus, vt voluit *Franc.Hothoman.in d. §. ſi quis à non domino*,& ſecundùm hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in S.C.refert *Epiſcop.Ricc. in prax.var. reſol.c.*322. vbi dicit,non obſtante *deciſione* Capycij 11.ità fuiſſe iudicatum. Sed neque cum hac ſolutione mens quieſcit, quia fructus pendentes ſunt pars fundi,*l.Iulianus,§.ſi fructibus, ff. de action. empt.l.fructus, ff. de rei vendic.* & ſic cùm
16 non ſint adhuc percepti,ſed ſolo cohæreāt, non eſſet dubitabile,venire in relaxatione ipſius

Digitized by Google

ipſius fundi, quarè puto, *leges* prædictas eſ-
17 ſe conciliandas, quòd *tex. in l. qui ſcit* pro-
cedat, quando poſſeſſori non verè, & certè
conſtat, rem poſſeſſam eſſe alienam, nam
quamuis poſt publicationẽ in cauſa poſſit
emptor ex probationibus factis per Acto-
rem cognoſcere, rem poſſeſſam eſſe alienã,
tamen poſſet dari caſus, quòd adeò ratio-
nes Actoris eſſent per reſponſiones, & pro-
bationes in contrarium adductas dubiæ, vt
non poſſet reus certam ſcientiam habere,
rem poſſeſſam eſſe alienam, antequàm de-
terminetur per ſententiam, & hoc eſt, quod
voluit *Socin.* in alleg. *tract. de inſtant. n.* 54.
& alij, quos refert, & ſequitur *Rouit. in dict.*
*Pragm. in rubr. de inſtant. cauſ. non reſtit.*
ſub *nu.* 16. vbi *deciſionem* Capyc. 11. intelli-
git, quando probationes per Actorem fortè
eſſent publicatæ, & de eis notitiam habue-
rat reus, vel etiam ſi ipſe reus aliquid pro-
baſſet, quod dubias redderet probationes
Actoris, quo caſu requiritur ſentẽtia, vt cer-
tificetur poſſeſſor de iuribus Actoris, iam
per ſuam probationem obtenebratis.

Secundus verò articulus, an perempta
18 inſtantia, pereat etiam mala fides, adhùc à
*DD.* cõtrouertitur, & quidèm partem affir-
matiuam tuetur *gloſ. in l. 2. in fine prima*
*gloſ. C. de fruct. & lit. expenſ.* vbi quàmuis
poſt litem conteſtatam teneatur reus ad
fructus, tamen ſi triennio lis fuerit interru-
pta, non tenebitur ad fructus, & eam ſequi-
tur *ibidem Io. Faber, & Salyc.* qui illam ſin-
gularem appellat, *Bald. in cap. grauis, verſ.*
*quærenti iniuſtè, de reſtit. ſpoliat.* & alij lõ-
ga ſerie congeſti per *Tiraqu. de retract. li-*
*gnag.* §. 15 *gloſ. 2. nu. 17. Theſaur. dec. 29. in*
19 *fin. Rub. dec. 2.* vbi hanc opinionem ſeruari
in eo Senatu dixit, ſic etiam *Peregr. de fi-*
*deic. art. 49. nu. 139.* nec inſtaurata inſtantia
per Principis gratiam, tenebitur poſſeſſor,
*Rouit. in d. pragm. in rubr. de inſt. cauſ. non*
*reſtit. nu.* 18. *Bart. in l. 2. nu.* 28. *C. de edend.*
*Nicol. Valla de reb. dub. q.* 15. cùm inſtantia
20 perempta, hoc reſpectu habeatur, ac ſi nũ-
quàm eſſet mota lis, *l. cùm lite mortua*, vbi
etiã *Bart.* & cęteri, *ff. de iudic.*

Contrariam verò opinionem, quòd non
21 perimat mala fides, perempta inſtantia, te-
nuerunt *Marant.* in ſua *prax. in 5. par. Bar-*
*tholom. Veronen. in cautel. 49. Menoch. de*
*recuper. poſſ. d. remed.* 15. *nu.* 596. *Lancellot.*
*de attent. in præfat. 2. par. cap. 4. num.* 606. &
hãc opinionẽ ſequutus fuit Senatus Sabau-
diæ, vt per *Ant. Fabr. lib. 3. tit. 8. diffin. 2. C.*
22 *de lit. conteſt.* ea ratione, quia cùm citatio,
& litis conteſtatio ſint facti, non poſſunt ha-
beri pro infectis, *l. in bello, §. facti, ff. capt.*
*& poſtlim. reuerſ. l. verùm 31. ff. de reg. iur.*
*& l. deniq; ff. ex quib. cauſ. maior.* & hanc
opinionem ſequutum fuit S.C. vt per *Ca-*
*pyc. in d. dec.* 11. ſequitur etiam *Ricc. collect.*
*deciſ.* 2049. Hic articulus quamuis fuit di-
ſcuſſus in hac cauſa, non tamen oportuit
decidi, quia ab anno 1626. quo die fuit fa-
cta publicatio in cauſa, non fuit inſtantia
perempta, verùm durum eſſet, recedere ab
opinione aliàs amplexa per S.C. quæ vide-
tur magis rationi conſona.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſor quando conſtituatur in mala fide,*
*et n. 2. 5. 6. 7. 8. & an teneatur ad fructus*
*perceptos, & futuros, n. 3.*
4 *Poſſeſſor malæ fidei nunquàm præſcribit,*
*& poſt litem motam incipit eſſe reus,*
*ſub nu. 8.*
*Succumbens in lite, dicitur conſtitutus in*
*mala fide, ſub nu. 5.*
Text. in l. ſed ſi lege, §. ſi antè litem, ff. de
acquir. hæred. *procedit in petitione hære-*
*ditatis, ſub nu. 8.*
9 *Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ad fructuũ*
*reſtitutionem, dummodò abſit mala fi-*
*des, nu. 10.*
11 *Mala fides quando dicatur adeſſe.*

1 CIrcà principalem articulum huius
deciſionis, an per litis conteſta-
tionem poſſeſſor conſtituatur in
mala fide, D. meus tres retulit
opiniones *DD.* de prima agit *num.* 1. quòd
2 per ſimplicem litis conteſtationem conſti-
tuatur in mala fide, quod etiã voluit *Amat.*
*var. reſol. lib. 1. reſol. 14. num. 15. Fontanell.*
*dec. 72. n. 6. lib. 1.* dummodò tamen factum
aliundè probetur, vt tradit *D. Conſ. Dexart*
3 *dec. 10. nu. 14.* qua opinione attenta, poſſeſ-
ſeſſor tenetur, nedùm ad reſtitutionem fru-
ctuum præteritorum, *Intrigl. conſ. 4. n. 215.*
*& conſ. 5. nu. 105. Fontanell. dec. 64. num. 7.*
*lib. 1. Hier. Leo dec. 133. nu. 11. lib. 2.* ſed etiã
percipiendorum, *Petr. Royt. deciſ. 5. nu. 410.*
*Intrigl. d. conſ. 4. nu. 104. Hier. Leo ibid. Lu-*
*douic. Bell. conſ. 223. nu. 8.* ità vt nec trien-
4 nij vſucapione ſe tueri poſſit, vt ſubdit *n. 9.*
malæ fidei enim poſſeſſor nunquàm præ-
ſcribit, ad tradita per *D. Ciarlin. lib. 2. con-*
*trou. forenſ. cap. 196. num. 39. Mella de præ-*
*ſcript. par. 2. cap. 4. num. 2.* D. *Præſ. Merlin.*
*cent. 2. controu. forenſ. cap. 63. Fontanel. dec.*
*75. num. 5. lib. 1.* D. *Conſil. Staiban. reſol. 15.*
*nu. 12. reſol. 36. nu. 37. & reſol. 98. num. 62.*
*lib. 1. reſol. forenſ.* ſed hæc prima opinio ſa-
tis dura viſa fuit S.C. vt teſtatur D. meus
*nu. 8.*

Digitized by Google

*nu.8.in fin.*qui eam confutat paritèr *deciſ.* 130.*nu.*13.*lib.*2. Secunda verò opinio, de
5 qua *hic,nu.*3.vt non ſufficiat ſola litis conteſtatio,ſed etiam requiratur ſentẽtia, quia ſuccumbens in lite,dicitur eſſe in mala fide,vt per Duran.*dec.*426.*n.*20.neq; fuit in hac deciſione admiſſa,ex rationibus traditis per D.meum *nu.*13. Tertia paritèr opinio,quam retulit *nu.*4.*& ſeqq.*ea eſt, quòd
6 ſola litis conteſtatio non inducat malã fidem veram,ſed fictam ; ideòq; ex ea quis condemnari non poteſt ad fructuum reſtitutionem, nàm vera, non ficta mala fides requiritur,quod etiam docet *Fontanel.dec.* 436.*num.*9.*lib.*2. ideòq; poſſeſſorem,non à
7 die litis conteſtatæ, ſed à die publicationis teneri ad fructuum reſtitutionẽ,tunc enim efficitur malæ fidei poſſeſſor, vt probat D. meus *n.*7.quam ſententiam S.C. ſequutum fuit in hac cauſa,vt habetur *nu.*8. de qua deciſione meminit etiam *dec.*130.*n.*8.*lib.*2. hancq; opinionem ſeruauit,decidendo Prętorium Sardiniæ,vt per D.*Dexart.d.dec.*10. *nu.*1.qui *nu.*70.circà *med.*allegat D.meum *hic, num.*4.licèt *Montan.*ex *text.in l.ſed ſi lege,§.ſi antè litem,ff.de petit.hæred.*quar-
8 tam opinionem adducat,vt malę fidei poſſeſſor incipiat eſſe reus poſt litem motam, *Ramon.conſ.*50.*nu.*39.ſed *text. in d.§.antè litem* procedit in iudicio petitionis hęreditatis,vt aduertit D.meus *hic,nu.*10. & pro-
9 ptereà bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos,eoſq; non reſtituit,*l.bona fidei emptor, ff.de acquir.rer.dom.*D.meus *d.dec.*130.*n.*11.
10 & vt non reſtituantur fructus,ſufficit,quòd abſit mala fides, *Farinac.deciſ.*66.*tom.*1.& ità etiam deciſum adducit D.*Nouar.deciſ.* 144.*nu.*5.alioſq; bonæ fidei effectus refert D.*Iul.Cæſar Caluin.in tract.de aquit.c.*40. *nu.*2.*lib.*1.*& cap.*114.*nu.*18.*&* 19.*lib.*2.
11 ſicut è contrà,quando conſtat de titulo inualido,& iniuſto ceſſat bona fides,& apparet mala,vt ex alijs fundat D.meus *dec.* 191. *num.*17.*lib.*2. M.*A.Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Actio ad ſeruitutem redimendã an trãſeat in ſingularem ſucceſſorem. Et an Clerici ligẽtur Conſuetudinibus Laicorum, quando ab Eccleſiaſticis fuerunt approbatæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Fundo vendito,& poſteà ceſſa actione perſonali pro ſeruitute,quando teneat ceſſio.*
2 *Conceſſio num perſonalis,vel realis dicatur, vbi promiſſio fieret alicuius iuris, quod debetur ab vno prædio alteri,& non exprimitur,iure ſeruitutis,& verba ſonãt in ſimplex factum.*
3 *Seruitus perſonalis,& non realis præſumitur conſtituta, quando concedens dixit,* concedo tibi facultatem eundi.
4 *Aduerſus ſeruitutes in inſtrumento conuẽtionis cõtentas non inducitur præſcriptio.*
5 *Patres Ieſuitæ non ligantur Conſuetudinibus Neap.nec actiuè,nec paſſiuè.*
6 *Clerici ligantur* Conſuetudini Neapol. *ſub* tit.de apert.non faciend.*ex* Rit.22.Curiæ Archiepiſc.*& n.*22.
*Amplia, etiam reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum,nu.*24.
*Limita,reſpectu Patrum Ieſuitarum,n.*7.
*Sed contrarium,nu.*8.
*Intellige,vt nu.*25.
9 *Emptor non ligatur promiſſioni facta per venditorem eius vicino,in domo ſua feneſtram non extruere.*
10 *Seruitus realis tunc dicitur,vbi conſtituitur reſpectu certi,& determinati prædij.*
11 *Seruitus in dubio realis cenſetur.*
12 *Seruitutes ſunt iura prædiorum, ſiuè ruſticorum, ſiuè vrbanorum.*
13 *Seruitus impoſita,tàm actiuè,quàm paſſiuè tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
*Intellige,vt n.*14.
15 D*oſſitia quid ſit de iure Conſuetud. Neap. & quid differat ab apertura.*
16 *Feneſtra claudi debent, ſi conſtat de innouatione,quamuis appareant cantones, & cancellata ferrea.*
17 *Concedens, vnam aperiri feneſtram, alias prohibuiſſe cenſetur,& n.*19.*&* 20.
18 *Maritus & ſi generalis ſit vxoris adminiſtrator, tamen ſi in vna cauſa expreſsè habuerit mandatum, in cęteris cenſetur prohibitus.*
21 *Pacto circà clauſuram, vel aperturam feneſtræ ſtandum eſt,in materia Conſuet.Neap.*
23 *Clerici in materia iuris congrui Conſuet. Neap.non ligantur.*

# Deciſio LXVI.

INter Lucretiam Ramirez, & quondam Bartholomæum Lopez fuit in anno 1590. conuentum, vt liceret dicto Bartholomęo aperire in muro diuiſorio vnam feneſtram ad lumen ingrediendum,per quam aſpectum haberet ad viri-

da-

Digitized by Google

darium domus dictæ Lucretiæ, cum can-
cellata lignea à parte domus ipſius Bartho-
lomæi, vita tamen illius durante tantùm, ità
vt ſtatim, eo mortuo clauderetur. In anno
poſteà 1618. mortuo Bartholomæo, D.
Franciſcus de Mendozza hæres Lucretiæ
Ramirez, mediante alio inſtrumento con-
tentus fuit, vt dicta apertura ſic etiam per-
maneret, vita durante Lucretiæ Camardel-
læ viduæ relictæ dicti quond. Bartholomei,
& Caroli Lopez eius filij, ſolutis dicto de
Mendozza duc. 12. pacto adiecto, vt ſi in-
terim domus venderetur, aut alio modo
alienaretur, vel vellet in domo, & viridario
prædicto fabricare, reſtitutis dictis duc. 12.
ſtatim ipſorum morte non expectata clau-
dere teneantur dictam feneſtram. Cùmque
domus prædicti de Mendozza perueniret
in poſſeſſione Reuerendorum Patrum Ie-
ſuitarum pro ampliatione Eccleſiæ Diui
Franciſci Xauerij, per dictos Reuerendos
Patres fuit factum depoſitum dictorum
duc. 12. & fuit inſtatum pro clauſura, nedùm
vnius, ſed trium feneſtrarum, iàm in eodem
loco apertarum.

Dicebat Conuentus, nullum ius compe-
tere dictis Reuerendis Patribus, ex eo, quia
pactum fuit perſonale, quòd reſtituendo
duc. 12. teneatur claudere, & ideò cùm ipſe
D. Franciſcus de Mendozza, qui habebat
dictam facultatem, in caſu, quo domum
venderet, illam non exercuit, nec eam ceſ-
1 ſit dictis Patribus, ipſi nequeùnt hoc pactũ
exercere, ex doctrina *Bart. in l. ſi ſub vna
ſignificatione* 136. §. *ſi quis in viam*, *nu.* 3.
*ff. de verb. oblig.* vbi ſi quis vendidit fundũ,
& poſteà cedit illam actionem perſonalem
pro ſeruitute, & dicit, quòd ſi anteà vendit,
& poſteà cedit, non valet, quia iàm eſt ex-
tincta actio, *Ludou. Rom. in l. ſtipulationes*,
*nu.* 25. *ff. de verbor. oblig.* quod etiam pro-
bat *Hartbm. cap.* 6. *tit. de pact. & tranſact.
lib.* 2. *Ariſmin. Tepat. in tit. de ſeruitut. in
genere, c.* 1. vbi quando conceſſio, ſiuè pro-
2 miſſio fit alicuius iuris de vno prædio ad
aliud, & non exprimitur, iure ſeruitutis, &
verba ſonant in ſimplex factum, tunc non
eſt conceſſio realis, vel prædialis, ſed perſo-
nalis, & propterea non ſequitur fundi poſ-
ſeſſorem, quod etiam probat *Bart. in l. pa-
ter, nu.* 7. & 8. *ff. de ſeruitut.* loquens in fa-
3 cultate eundi, quia præſumitur conſtituta,
non ſeruitus realis, ſed perſonalis, quando
dicit, *Concedo tibi facultatem eundi*, & qua-
tènus aliqua ratio competeret, dicebatur,
quòd non poterat tractari de claudendo,
niſi vnam tantùm feneſtram, de qua loqui-
tur contractus, nàm aliæ, præſumitur, quòd
per priùs aderant.

Ad id, quod dicitur de *Conſuetud.* huius
Ciuitatis, quòd quando adeſt inſtrumen-
tum conuentionis, quòd aliquis ipſorum
debeat aliquam aperturam habere, tunc
4 non obſtabit nec præſcriptio longiſſimi tē-
poris, quia dictæ conuentioni eſt ſtandum,
ac ſi nouiſſimè facta fuiſſet, vt in *Conſuet.*
incip. *Vbi reperitur*, ſub *tit. de apert. non
faciend.* quia iſtæ feneſtræ ſunt abſq; can-
tonibus, & ſemper Tabularij Neapolitani
faciunt claudere feneſtras, abſq; cantoni-
bus, vt dixit *Capyc. in Conſuet. Si quis ha-
bet, de iure congrui, lit. B. fol.* 357. Replica-
batur, prædicta non procedere, quia cùm
Actor ſit Collegium Patrum Ieſuitarum
5 Collegij Diui Franciſci Xauerij, Conſuetu-
dines Neapolitanæ ipſos non ligant, nec
actiuè, nec paſſiuè, *Franch. dec.* 285. & 411.
*Reg. Tapia de iur. Regni in Conſtit. Sanci-
mus, nu.* 66. *Petra ad Capyc. in dec.* 98. *Ricc.
6 par.* 3. *dec.* 180. & quatènus Clerici ſubiace-
rent huic Conſuetudini, vigore *Ritus Curiæ
Archiepiſc.* 22. vbi etiam *Campanilis*, atta-
7 men Patres Ieſuitæ tanquàm exempti vir-
tute eorum priuilegiorum, non debent *d.
Ritui* 22. ſubiacere.

Quibus tamen non obſtantibus contra-
8 rium fuit deciſum die 27. Octobris 1637.
ad relationem Reg. Conſil. Carauitæ, dictæ
Religionis delegati, nec viſum fuit obſtare
primum dubium, quia quatènus in perſo-
nā Lucretiæ Ramirez ſeruientis eſſet con-
ſtituta ſeruitus perſonalis, Collegium tan-
quàm nouus Dominus non teneretur ſer-
uitutem pati, ſicuti in caſu contrario pro-
9 mittens vicino, in domo ſua feneſtram non
extruere, ſi deinceps domum vendat, em-
ptor ad id obligatus non eſſet, quia illa ob-
ligatio perſonalis non afficit rem, vt per
*Hippolyt. ſingul.* 334. quem refert, & ſequi-
tur *Tepat. de ſeruit. vrban. præd. cap.* 2. ſed
10 reuera hæc ſeruitus conſtituta, fuit realis,
non autem perſonalis, nàm quotieſcunquè
ſeruitus conſtituitur reſpectu certi, & deter-
11 minati prædij, dicitur ſeruitus realis, prout
etiam in dubio eſt cenſenda, *Gomez Leo
dec.* 2. *in deciſ. Diuerſ. tom.* 2. qui etiam *in
fine* dicit, quòd ſeruitus realis durat, ſiuè
prædium dominans, vel ſeruiēns alienetur,
quod etiam voluit *Bar. in d. l.* 136. §. *ſi quis*,
*ff. de verb. obligat.* hìnc in *l. quid aliud*, *ff.
de verb. ſignific.* & in *l.* 1. *ff. de ſeruit. ruſtic.
prædior.* habetur, quòd ſeruitutes ſunt iura
12 prędiorum, ſiuè de ruſticis, ſiuè de vrbanis
loquamur, *Coraſ. miſcell. iuris ciuil. lib.* 5.
*cap.* 25. *nu.* 3. & *Camill. Salern. ad Conſuet.
Neapol. in rubr. de ſeruit.* & ideò quando
alienatur fundus, cui eſt ſeruitus impoſita,
vel fundus, ad cuius vtilitatem ſeruitus eſt
13 conſtituta, ius ſeruitutis, tàm actiuè, quàm
paſſiuè tranſit in ſingularem ſucceſſorem,
*l. via*, §. *ſi fundus*, & §. *quæcunq; ff. de ſer-
uit. ruſtic. prædior. l. cùm fundus*, & *l. ven-
ditor*,

Digitized by Google

*ditor, ff. commun.præd. & in l.prouinciali C. de ſeruitut. & aqua*, cum aliquibus
14 tamen declarationibus, de quibus per *Ludouic. Roman.in d.l.Stipulationes, nu. 27.ff. de verbor.obligat.*inter alias tamen eſt,quãdo non eſt ſeruitus conſtituta ad beneficiũ prædij; ſed perſonæ, quia tunc eſt perſonalis,& non egreditur perſonam,& in hoc caſu procedunt contraria, in caſu autem,de quo agebatur, erat conceſſum,vt poſſet fieri feneſtra, ſiuè apertura ſuper viridarium domus, quæ hodiè poſſidetur per Patres Ieſuitas, & ſic abſq; dubio conſtituta fuit ſeruitus luminis prædictæ domui, quod probant verba *tex.* Conſuetudinis in *Conſuet. Altius,de ſeru.*vbi habetur,ꝙ inter ſeruitutes numerãtur doſſitię,& alię aperturę,
15 vbi *Napodanus* declarat, ꝙ doſſitia eſt feneſtra ſatis arcta, ità, quòd non ſit,niſi pro lumine,non pro aſpectu,apertura verò cõprehendit ſeruitutem aſpectus.

Dicebatur etiam, quòd quàmuis hodiè
16 in dictis feneſtris appareant Cantones, & Cancellatæ ferreæ,nàm ſecundùm notata per *Capyc. in Conſuetud. Si quis habet parietem,ad nu.* 18.*litera B.* quia conſtat de innouatione,claudi debẽt,quia idem eſt,ac ſi eſſent ſine Cantonibus; cùm non appareat de conceſſione, nec dicatur, quòd in-
17 ſtrumentum loquitur de vna tantùm feneſtra, quia vna conceſſa, cenſentur omnes aliæ prohibitæ,argumento *tex. in l.maritus 21.C.de procur.* vbi quàmuis maritus pro vxore agere poſſit in quacunq;cauſa, etiam extradotali, tamen hoc fallit, vbi habuit
18 mandatum in vna cauſa, quia in cæteris cenſetur prohibitus, quod etiam notat *ibi gloſ.in verb.præſcripſerat,* quæ alia iura allegat,& *ibi etiã Alexand.& Staiban.conſ.*14.
19 *nu.* 8. & in materia ſeruitutum hoc probat *tex.in l.ſi cùm meus, ff.ſi ſeruit. vindic. & Capoll.de ſeruit.vrban.præd.c.*30.*nu.*5. vbi in terminis loquitur in eo, qui paſſus fuit, fieri vnam feneſtram,quòd tunc alias facere nõ poſſit,inuito Domino,immò dat eandem cautelam, quæ fuit adhibita in caſu noſtro,quòd fiat inſtrumentum,in quo permittatur,fieri vnam feneſtram, vel immitti
20 tigna,& quòd promiſſa ſeruitute pro vna feneſtra, non poſſit fieri alia,probat etiam *c.62.de feneſtra,nu.1.& 2.* quod etiam ad literam probat *tex.in l.is modus,*C.*de ſeruit.*

Et quàmuis prædicta de iure communi
21 ſint clara, tamẽ hoc clariſſimum eſſe dicebatur de iure Conſuetudinario, per dictam *Conſuetudinem,* incip. *Vbi reueritur,in tit. de apert.non faciend.* Cùmq;habeamus inſtrumentum,illi eſt ſtandum,& proindè potuit Venerabile Collegium,facto depoſito
22 ducat. duodecim inſtare, quòd feneſtræ claudantur,ſeruata forma pacti,in dicto inſtrumento appoſiti, nec oppoſitio, quòd
23 Conſuetudines Laicorum non ligent Clericos,nec actiuè,nec paſſiuè, eſt in conſideratione,nàm in materia ſaſinarum,ſabricarum faciendarum, vel demoliendarum, & omnium aliorũ ſimilium, excepto iure cõgrui approbatæ ſunt Conſuetudines Neapolitanæ per *Ritum Curiæ Archiepiſcopalis* 22.vt etiam *ibi* declarat *Campanilis,*ſequitur *Squillant. de priuil. cleric. c.7. nu.*103. *Caput.ad Conſuetudin. Neapol. in proœm. Caroli,§.7.num.6. Franch.deciſ.*285. licèt
24 nonnulli teneant,etiam in materia ſeruitutum ſtatuta,& conſuetudines Laicorum eſſe ſeruandas,etiàm quòad bona Eccleſiaſtica,de quibus per *Addentes ad Napodan. in d.Conſuet.Si quis emit,*videndus eſt etiam ad materiam *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 310. *Carol.de Graſſ. de effect. cleric. effect.*2.*nu.* 205.*Molfeſ. ad conſuetud. Neap.tit.de perſon.par.2.qu.7. Franch.dec.*411. nec etiàm oppoſitionem priuilegij Ieſuitarum exem-
25 ptionis à iuriſdictione Ordinarij, dicebatur,eſſe in conſideratione, quia poſſet procedere reſpectu fori,nõ autẽ, vt nõ ſint ſubditi legibus rationabilibus, ſaltim quòad vim coactiuam, vt per *Rodriquez,* qui loquitur etiàm in legibus laicalibus,*de regularib.tom.1.q.66. art.2.*

## OBSERVATIO In Deciſione LXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Seruitus realis acquiri ſolet pacto, vel præſcriptione.*

2 *Pactum conceſſionis ſeruitutis debet concludentèr probari,ac debet eſſe expreſſum,& clarum.*

3 *Seruitus realis,quando præſcriptione acquiritur,intelligitur de continua, vel quaſi ſeruitute,intellige, vt ibi.*

4 *Vicinus non poteſt in muro communi feneſtram aperire, intellige,vt ibi.*

5 *Ius paſcendi conceſſum cum animalibus ſuis,nõ comprehendit animalia habita ad ſocidam,& nu.ſeqq. non tamen animalia empta, cauſa mercimonij, ſiuè lucri, nu. 10.11.& 12.ſed contrarium, num.13. & ità deciſum traditur,nu.14. & 16.*

6 *Animalia capta ad ſocidam, non fiunt capientis,ſed remanent in dominio, & proprietate dantis,intellige,vt nu.8. ac 9. & non poſſunt paſcua ſumere in alieno territorio,non ſoluta mercede paſcui,n.7.*

*Dictiones,*eorum,ſuorum,& meorum,*dominium,& proprietatem important, d.nu.* 6.*& ſub nu.* 13.

8 *Animalia data ad ſocidam, quomodò ſint*

*communia cum ſocio, & num.* 9.

*Socius cum animalibus captis adſocidam, non poteſt paſcua ſumere in territorio, in quo habet ius paſcendi cum animalibus ſuis, d. num.* 8.

12 *Vſus conceſſus, intelligitur, quoad neceſſaria, & quotidiana.*

*Vſum plenum Villæ, vel fundi habens, non poteſt vti pomis, oleribus, & floribus ad compendium, ideſt ad lucrum, ibid.*

13 *Iudex ſucceſſor poteſt declarare decretum ambiguum prædeceſſoris, ex his tamen, quæ in actis continentur.*

DE ſeruitute reali agitur in hac deciſione, vt habetur *nu.* 10. ideòq;

1 obſerua, quod illa acquiri ſolet pacto, vel præſcriptione, *l.* 1. *§. pen.* vbi *gloſ. & DD. ff. de aqua plu. arcen. Cæpoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap.* 19. *D. Andreol.* qui alios citat *controu.* 178. *n.* 1. *lib.* 1. *controu. forenſ. D. Ciarlin. lib.* 1. *controu. forenſ. c.* 30. *nu.* 24. *& lib.* 2. *c.* 182. *nu.* 2. proùt pacto acquiſita fuit in caſu huius deciſionis,

2 vt in princip. illius habetur, quo caſu pactũ debet concludentèr probari, *l. altius, C. de ſeruit. & aqua. Afflict. deciſ.* 400. *nu.* 10. ac debet eſſe clarũ, & expreſſum, *Gratian. cap.* 502. *nu.* 58. *&* 59. *lib.* 3. *diſcept. forenſ.* ex ratione adducta per *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 38. *nu.* 30. & ſequitur *D. An-*

3 *dreol. ibid. nu.* 2. quando verò præſcriptione acquiritur, intelligitur de ſeruitute continua, vel quaſi; non autem de diſcontinua, niſi interueniat vſus tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extet, vt diſtinguendo probat *D. Andreol. loc.* citat. *num.* 3. 4. *&* 5.

Et proptereà, etſi licitum ſit vicino in

4 ſuo muro feneſtrã aperire, vt docet *D. Ciarlin. d. c.* 182. *nu.* 3. non tamen conceditur in muro communi, vt limitat *d. c.* 30. *nu.* 26. niſi pacto, vel præſcriptione ſit inducta ſeruitus realis, vt diximus *num.* 1. & probat *Giurba ad Conſuet. Meſſan. c.* 29. *nu.* 26. & quemadmodùm ſeruitus, nè luminibus officiatur, habet cauſam cõtinuam, *Caualc. deciſ.* 8. *nu.* 66. *& ſeqq. par.* 5. ità etiam feneſtra, & proptereà inter ſeruitutes continuas numeratur, *D. Ciarlin. eod. c.* 30. *nu.* 20. & comprobat D. meus *n.* 15. ex *Conſuetud.* incip. *Altius, de ſeruit.*

Sed dùm de ſeruitute hìc agitur, obſer-

5 uandum etiàm erit, an data communitate paſcendi inter duas Vniuerſitates cũ eorum animalibus, poſſint ciues paſcua ſumere cum animalibus ad ſocidam habitis, & negatiuè interrogatus reſpondi pro Vniuerſitate Atiſſæ, cõtra Vniuerſitatẽ Tornaricij; Siquidèm communio, ſiuè conceſſio loqui-

6 tur, *con li loro animali*, & tamen animalia accepta ad ſocidam, non fiunt capientis, nec communicantur cum eo, ſed remanent in pleno dominio, & pro prietate concedentis; verbum enim, *loro*, quod latinè exponitur, *eorum*, ſiuè, *ſuorum*, importat dominium, & proprietatem animalium ciuium Tornaricij, vt de dictione, *eorum*, habetur in *l. Quintus, §. Mutius, ff. de auro, & argent. legat. Barboſ. dict.* 87. *nu.* 1. & de dictione, *ſuorum*, ſimilitèr habetur in *d. l. Quintus, §. argento*, vbi *Bar. nu.* 3. *Menoch. conſ.* 129. *nu.* 1. *& præſumpt.* 162. *nu.* 28. *lib.* 4. *Barboſ. dict.* 344. *num.* 1. ſicuti de dictione, *meum*, dicimus ex *l. non ſolùm, §. meum, ff. de rei vendic. Capoll. de ſimul. contract. præſumpt.* 13. *nu.* 102. *in fine, & ſeq.* ideòq; probat *Oter. de paſc. & iur. paſcen. c.* 26. *per*

7 *tot.* præcipuè *nu.* 10. animalia ad ſocidam accepta, non poſſe paſcua ſumere in territorio alterius, niſi cum conſenſu illius, ac ſoluta mercede pro herbagio, per Dominos animalium, ex ratione adducta *nu.* 11. & proptereà exterus non poteſt frui iure paſtoragij, ſocijs, ſiuè ciuibus Tornaricij cõpetẽte, ſocius. n. ſocij mei, ſocius meus nõ eſt, *l. qui admittitur, ff. pro ſoc. Oter. ibid. n.* 13.

Nec animalia data ad ſocidam, intelli-

8 guntur conceſſa, vt ſint communia ratione dominij, ſed tantùm ratione fetuum, qui communicari debent; paſtor enim, vel partiarius ponit operas, *l. cũ duobus, §. in coeunda, ff. pro ſoc. Caſſan. in conſuet. Burg. verbo Deſdrobiz. rubr.* 4. *§.* 23. *nu.* 66. & ideò remanent concedentis, & illius periculo cedunt, ceſſante culpa paſtoris, vel partiarij, nequè in eis ſocius dominium habet, & ſic tanquàm de alienis pecoribus, mercedẽ ſoluere tenetur, vt probat *Oter. vbi ſup. nu.* 14. & dominium non transferri in ſocium, expreſsè voluit D. Iudex *Capiblanc. in prag.* 11. *nu.* 103. *de Baron. lib.* 1. vbi aliam rationem tradit, & ità conſuluiſſe fatetur.

Nec dicatur ex eodẽ *D. Capiblanc. ibid.*

9 *n.* 104. vt ciues teneantur ſolummodò pro parte ſpectante ad exterum concedentem animalia ad ſocidam, pars namq; ſocij eſt deducenda franca pro ſuo vſu, & quòd dominium pro parte translatum cenſeatur, dùm ſors, finita ſocietate ſit diuidenda, ex *Gabriel. conſ.* 62. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Quandoquidèm eius opinio nequaquàm ſubſtineri poteſt, cùm contrarium ſit de iure verius, vt probauimus, à *nu.* 5. *per* 8.

Quæ omnia confirmantur ex obſer-

10 uantia ſic iudicandi, ſiquidèm *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *authbor.* 46. *nu.* 4. *in fine*, in cauſa D. Vincentij Coſſi, cum ſuis Vaſſallis Terræ Vairani, refert per S. C. ipſo referente fuiſſe deciſum, vt Vaſſalli immittant eorũ animalia in territorio Baronis, quatenùs inter ſeipſos ſit vſus, nec animalia capiant

ad

Digitized by Google

ad ſocidam, vel vt extraneis vendant, & ſic in alijs etiam cauſis iudicatum fuiſſe *ibid.* tradit.

Verùmtamen dd. deciſiones per *Freec.* relatæ benè procedunt, quòad animalia ad
11 ſocidam habita, ex ſuprà per nos traditis à *d. nu.* 5. *&* 8. ſed quòad animalia habita cauſa mercimonij, ſiuè induſtriæ, videtur ſubſtineri non poſſe, ex dicta enim conuentione videtur conceſſus vſus, non autem vſusfructus; minus namq; eſt in vſu, quàm in vſufructu, *Inſtit. de vſu, & vſufruct. in princ.*
12 & quæ in conceſſione vſus veniunt, ad neceſſarium, & quotidianum vſum reſtringũtur, & hac ratione, nec vſus cedi, nec donari, nec vendi poteſt, §. *item is, qui ædium, Inſtit. eod. tit. l. ſed neq; & l. deniq; ff. eod.* Inſuper, habens plenum Villæ, & fundi vſum, non poteſt vti horto, pomis, oleribus, & floribus ad compendium, *l. plenum, ff. eod. tit.* vbi *Accurſ.* verbum, *compendium*, explicat, *lucrum*, & confirmatur ex verbis ſubſequẽtibus in *tex.* ibi, *vt ad vſuarij victum reſtringatur*, & ſic videtur conceſſus vſus neceſſarius, non autem, vt emolumentum, & fructus ex vſu capiat.

Contrarium tamen erit affirmandum
13 pro confirmatione dd. deciſionum; quippè conceſſio loquitur de animalibus ſuis ſimpliciter, nulla facta diſtinctione, ideòq; intelligitur, tàm de animalibus ſuis ad proprium vſum, quàm pro induſtria; nàm omnia animalia ſunt ſua, & ſuum dicitur, in quo quis habet proprietatem, §. *cùm in ſuo ſolo, Inſtit. de rer. diuiſ.* & comprobauimus ſuprà *n.* 6. & in materia fauorabili indefinita æquipollent vniuerſali, quando eadem eſt ratio, *l. ſi pluribus, ff. de legat.* 2. *l. ſi plures,*
14 *ff. de legat.* 3. & ità per S.C. deciſum fuit die 27. Ianuarij 1540. in cauſa Vniuerſitatis
* Apricenæ, hodiè nuncupatæ Caſalis maioris, cum Pardo Pappacoda, vtili domino Caſtri Pagani, ad relationem *D. Conſil. Io. Franc. Brancia.* fuit enim prouiſum, quòd Vniuerſitas Apricenæ valeat vti iure paſcendi, & ligna incidendi, iuxtà verba Priuilegij cõceſſi per Imperatorem Federicum, qui conceſſerat dictæ Vniuerſitati, vt illius ciues, in tenimentis Caſtri Pagani, & S. Nicandri vti poſſint paſcuis pro animalibus ſuis, & ligna incidere, ad eorum vſum, & vtilitatem; cùmq; d. Pardus inſtitiſſet, declarari, vt decretum prædictũ intelligeretur, pro
15 vſu tantùm, cùm poſſit Iudex ſucceſſor declarare decretum ambiguum prædeceſſoris, ex his tamen, quæ in actis continentur, vt eſt communis DD. opinio in *l. inter ſtipulantem, §. 1.* vbi *Alex. nu.* 10. *ff. de verb.*
16 *obligat.* propterea per idem S. C. referente *D. Conſil. Antonio Orificio*, viro acutiſſimi
* ingenij, ac poſtmodùm Præſidis eiuſdem S. C. die 7. Iulij 1562. fuit deciſum, quòd liceat Vniuerſitati, vti etiam cum pecoribus emptis cauſa mercimonij, ſiuè lucri, in Banca de Mondellis.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Priuilegium iuriſdictionis ampliſſimum, etiàm contra viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas, conceſſũ alicui perſonę magnæ qualitatis, an trãſeat in ſingularẽ ſucceſſorẽ, non eiuſdem qualitatis.

### SVMMARIVM.

1 *Feudum vbi non reddit ad Dominum iure reuerſionis, ſed titulo particulari, tunc qualitas feudi non reſoluitur, ſed poſſidebit Dominus vti priuatus.*
2 *Adhoc quarè ex feudo reuerſo ad Dominũ non ſoluatur.*
3 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
4 *Priuilegium conceſſum contra viduas, pupillos, aliaſq; miſerabiles perſonas, tranſit in poſſeſſorem iuriſdictionis.*
*Sed contrarium, num.* 5.
6 *In ſingularem ſucceſſorem non tranſit id, quod conceditur, quando eſſet ſingulare, & contra ius commune.*
7 *Ad hoc, vt diſpoſitioni* l. vnicæ, C. quand. Imper. inter pupill. & vid. *derogetur, ſpecialis, & non generalis requiritur derogatio, & num.* 18.
*Amplia, quàmuis in priuilegio adeſſet clauſula, per quam comprehenderentur ea, de quibus opus erit fieri expreſſa mẽtio, n.* 8.
*Item amplia, vt nec ſufficeret, habere derogationem per relationem ad aliud priuilegium, in quo prædicta derogatio eſſet expreſſa, num.* 16.
9 *Priuilegium* l. vnic. C. quand. Imper. *miſerationis cauſa introductum fuit.*
10 Io. Franciſ. de Ponte in deciſ. 3. *declaratur.*
11 *Vbi aliquid detrahitur, vel additur priuilegio, nouum dicitur priuilegium.*
12 *Noua dicitur inueſtitura, quando ſub nouis pactis accipitur.*
13 *Rex non cenſetur conceſſiſſe, quod eſt maius, vbi non concederet, quod eſt minus.*
14 *Ex cauſula,* exceptis iuriſdictionalibus, nobis ratione maioris dominij competentibus, *in priuilegio poſita, nõ intelligitur*

 reſer-

Digitized by Google

*reſeruatum priuilegium contra viduas.*

15 Deciſ.Vinc.de Franch.192. *declaratur.*

17 *Prorogatio nõ habet locum in his,quæ sũt ſupremi Imperij,& Principi reſeruata.*

19 *Clauſula in priuilegio poſita,*prout meliùs, & pleniùs,*quid operetur.*

20 *Deciſio adducitur.*

# Deciſio LXVII.

FVit dubitatum in S.C. ſi priuilegium conceſſum Sereniſſimæ D.Iſabellæ de Aragonia Duciſſæ Mediolani iuriſdictionis criminalis Terræ Gripralearum in Prouincia Hydruntina, etiam contrà viduas,pupillos, & miſerabiles perſonas,cũ derogatione *l.vnica,C.quãdo Imperator* tranſeat in beneficium Spectabilis Gregorij Caſtelli Ianuenſis Comitis Gagliani,ad præſens poſſeſſoris prædictæ iuriſdictionis; dicebatur enim per dictum Baronem,omni dubitatione remota, ipſum habere prædictũm priuilegium, ſiquidèm prædictæ Duciſſæ ſucceſſit Sereniſſima Bona Sforzia Regina Poloniæ,& Duciſſa Bari, cui titulo legati ſucceſſit Inuictiſſimus glorioſæ memoriæ Philippus II.& quãdo feudum non reddit ad Dominum iure reuerſionis,& ex lege feudi,ſed titulo particula-
1 ri, quia Vaſallus ipſum hæredem inſtituit, vel ei donauit,tunc qualitas feudalis non reſoluitur,ſed poſſidebit Dominus vti priuatus, vt poſt *Rayn.in cap.Imperialem,§. habito. nu.*33. *Capyc.in inueſtit. in verbo feudorum diuiſio, verſ.ſeruitutes, & Curt. in 4.par.tract.feud q.*14. *verſ.prædictam tamen concluſionem,*dixit *De Ponte in dec.* 3.*Collat.Conſil.nu.*25. neq; mutat feudum
2 ſuam naturam,& adhoa non ſoluitur,non ex eo, quòd feudum per reuerſionem ad dominum ſit extinctum,iuxtà regulam vulgatam,quòd res ſua nemini ſeruit, *Andr.in cap.*1.*ex quib.cauſ. feud.amitt.num.* 12.ſed quia Rex ſibi ipſi ſoluere nõ poteſt,vt poſt *Afflict.*tenuit idem *De Ponte in d.dec.n.*27. *Lipar.ad Iſern.in cap.*1.*§.quid ergò.in verbo ſeruitutes, de inueſtit.de re alien.fact.* Cùmq; per Regiam Curiam fuiſſet poſteà vendita prædicta iuriſdictio,primò D.Antonio Aquauiuæ cum pacto de retrouendendo,& deindè liberè,& abſq; pacto de retrouendendo D.Antonio Carafæ,intelligitur vendita cum eiſdem priuilegijs,& prærogatiuis, proùt ipſe Rex virtute legati eidem facti per dictam Bonam Reginam poſſidebat, quod in hoc caſu erat incontrouertibile; in priuilegio enim venditionis prædictæ iuriſdictionis D. Antonio Carafæ aderat clauſula,*proùt meliùs,& pleniùs eã poſſidebat ipſe Rex Philippus II.ac tenuerunt,& poſſiderunt prædicta Duciſſa Mediolani,& Regina Poloniæ,* & ſic cum derogatione prædictæ *l.vnica,* relatum enim
3 eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus,*l.aſſe toto,ff.de hæred.inſtit.Tiraq.de vtroq; retract.gl.*5. *verſ.vndecimum genus.*

Inſupèr fuit venditum omne id, quod Rex habebat,& dubitari non poteſt, quin virtute prædictæ diſpoſitionis penès ipſum peruenerit omne id, quod Regina Bona
4 poſſidebat, & qui omne dicit, nihil excludit, & tandèm ſic erat obſeruatum, & iudicatum,vt cùm aliàs idem articulus eſſet cõtrouerſus,quàmuis remiſſio eſſet denegata Baroni per Regiam Audientiam, tamen per M.C.V.fuit cauſa remiſſa. Pro parte tamen Regij Fiſci dicebatur, omninò eſſe confirmandum decretum M.C.V. per quod erat denegata remiſſio Baroni,ex duobus,& pri-
5 mò,quia quàmuis cõceſſio eſſet facta prædictæ Duciſſæ Mediolani cum derogatione *d. l. vnica,* attamen hoc priuilegium erat conceſſum perſonæ,& proindè non poterat in alias perſonas transferri, quæ non ſunt eiuſdem qualitatis, vt pluriès deciſum in S.C.fuiſſe,refert *Io.Thom.Minad.in repetit. Conſtit.Regn.In aliquibus,*ſuper *verſ.in aliquibus* 13.*col.verſ.& per hoc*, quem refert,& ſequitur *Franch.dec.*125.*nu.*1.*deciſ.* 275.*num.*7.*& dec.*505.*in fine*, vbi teſtatur, quòd pro tempore, quo ipſe fuit Regius Conſiliarius,& Præſes Sacr. Conſil. ſemper vidit obſeruari,quòd quando virtute priuilegiorum,prædictas clauſulas habentium fuit petitum per Barones,ad eorum Curias cauſas eſſe remittendas, nunquàm fuerunt remiſſæ,ſed dictum fuit, quòd procedatur
6 in M.C.quando enim alicui conceditur aliquid multum ſingulare,& contra ius commune,non tranſit in ſingularem ſucceſſorẽ, *Affl.dec.*361.*Bald.in cap.quoniam Apoſtolica,in fine,de offic.deleg.*& ità ſemper fuiſſe obſeruatum in ſimilibus cauſis in S.C. pluriès vidimus, quicquid dixerit *Reg.Rouit.* quòd ſuo tempore fuit pluriès iudicatum contrarium in *Prag.*1. *vbi de delict.quis cõueniri debeat,*ſub *num.*43.ex quibus forſan dubitabilis videbatur eſſe articulus,vt aſſerit *D.Reg.Conſil.Carleual.de iudic.lib.*1.*tit.* 1.*diſp.*2.*q.*6.*ſect.*7.*nu.*381.*in fin.*nàm contrarium apparet ex ſuprà allegatis,& cum opinione *Minadoi* acquieſcit idem *D.Carleual.*qui etiam alios allegat, quibus addo doctum virum *Montan.de regalib.in verbo bona vacantia,nu.*4. vbi ſtrenuè hanc opinionem defendit,reſpondẽdo ad *Rouitum,* contrarium aſſerentem.

Secundò,propriùs ad materiam *d.l.vnic.* deueniendo, certum eſt, quòd vt prædictæ
7 diſpoſitioni derogetur, requiritur ſpecialis derogatio, & non ſufficit generalis, vt per

*Cyn.*

Digitized by Google

*Cyn.*& alios *Scribentes in d.l.vnic.* nec ſuffi-
8 cit,quòd in priuilegio adſit clauſula,*vt; cō-
prehendat etiam ea,de quibus oporteret fie-
ri expreſſa mentio*,vt poſt *DD.in d. l. vnic.*
tenuerunt *Antibolus de muner. & honor.
par.3.princ.1.col.verſ.adde,quòd Princeps,
Belluga in ſpecul.Princ.in rubr.38.§.con-
quaratur,verſ.2.Gramm.dec.*20.& alij per
*Franch.dec.*192. Eſt enim hoc priuilegium
9 conceſſum miſerationis gratia, & proindè
multa habet particularia,vt *d.dec.*192.*nu.*4.
& 5.vbi caſus fuit deciſus in perſonam D.
Ferdinandi Gonſaghę,cùm enim ob rebel-
lionem Ferdinandi Sanſeuerini Principis
Salerni eſſet deuoluta ad Regiam Curiam
Terra Sancti Seuerini, & deindè conceſſa
prædicto D. Ferdinando,abſq; tamen de-
rogatione ſpeciali dicto priuilegio *l.vnica*,
proùt erat in priuilegio prædicti Principis,
ſed cum ampliſſimis verbis,& cum clauſu-
ſula,*proùt meliùs,& pleniùs,&c.* Et tamen
fuit remiſſio ad Curiam Baronalem prædi-
ctæ Terræ petita,per S.C.denegata, & licèt
prædictæ deciſioni reſpondebatur pro par-
te Baronis, quòd in hoc caſu erat deuolu-
tum feudum ob rebellionem , & ſic iure
feudi,& non titulo particulari, quo caſu nō
10 vt Baro,ſed vt priuatus dicitur habere, vt
fundat, & deciſum refert *D.Conſ. Marcian.
conſ.*34.*n.*9.attamē dicebatur,quòd tradita
per *Doct.* & relata per *De Ponte in d. dec.*3.
procedunt reſpectu Creditorum defun-
cti, quotieſcunq; .n. aliquid detrahitur, vel
11 additur priuilegio,dicetur nouum priuile-
giū, *l.in ius ciuile, ff.de iuſt.& iur. Oldrad.
conſ.*178.*Bal.conſ.*125.*n.*4.*vol.*2. *Affl.deciſ.*
112. qui dicit,q̄ tunc dicitur noua inueſti-
12 tura,quando ſub nouis pactis accipitur,vi-
detur enim tacitè feudum in manu inue-
ſtientis refutari, & deindè per ipſum inue-
ſtientem de nouo inueſtiri, quod latè fun-
dat *Cacher.dec.Pedemont.*23.*n.*23.vbi con-
cordantes allegat. Verùm in inueſtitura fa-
cta D.Antonio Carafę prędictę iuriſdictio-
nis criminalis erant multa excepta,quæ per
priùs erant conceſſa prædictæ Duciſſæ Me-
diolani, immò nonnulla minoris ponderis
prædicti priuilegij contrà viduas,cùm erant
excepta cognitio homicidij clandeſtini , &
alia minoris conſequentiæ,& propterea nō
eſt credendum , quòd Rex , qui noluit
13 concedere,quod eſt minus, voluiſſet con-
cedere,quod eſt maioris ponderis,quo ar-
gumento etiam vtitur *Franchis in d.deciſ.*
192.ſub *num.*11. & 12. Inſupèr , in dicto
priuilegio aderat clauſula , *exceptis iu-
14 riſdictionibus,nobis ratione maioris domi-
nij competentibus*, per quæ verba expreſsè
fuiſſe reſeruatum priuilegium contrà vi-
duas,fundat *Franch.in d.dec.num.*14.& ſic
15 deciſio non eſt fundata in eo,quia per re-
bellionem feudum erat Regi apertum,ſed
ex alijs,quæ omnia concurrebant in priui-
legio,de quo agebatur , & deciſio prædicta
eſt cōmunitèr recepta,vt per *Theſaur. dec.*
177.*Io.Franc.del Caſtill.dec.*39. *nu.*3. vbi
in ſpecie tenet, quòd in tantum requiritur
16 vera,expreſſa,& ſpecialis derogatio *dict. l.
vnic.* quòd non ſufficeret,eam habere per
relationem ad aliud priuilegium , in quo
prædicta derogatio eſſet expreſſa, & *Bellu-
ga in ſpecul.Princip.rubr.*38.ſub *nu.*2. poſt
*Ant.de Butr.in c. ſignificaſti,de for.compet.*
17 dicit,quòd in his,quæ ſunt ſupremi Impe-
rij, & Principi reſeruata, non habet locum
prorogatio,& quòd ad Regium Imperium,
& ſui Procuratorem in Regno ſpectat, vi-
duas, pupillos , & miſerabiles perſonas in
18 ſua protegere iuriſdictione , & quòd ſem-
per requiratur ſpecialis derogatio , viden-
dus eſt *Giurb.dec.*82.*n.*4.& *dec.*42.*nu.*20.
*Grat.diſcept.forenſ.cap.*182.*nu.*10. moder-
nus *Io.Maria Nouar.in fine prax.de elect.
& variat.fori,dec.*28. *Maſtrill. deciſ.Sicil.*
127.*nu.*14. *Peregrin.dec.Patau.*129.*nu.*7.
*Paſchal.de vir.patr.poteſt.p.*2.*cap.*2.*n.*106.
& quæ ſint perſonæ miſerabiles , habetur
per *Menoch.de arbitr.iudic.caſ.*66.*Affl.dec.*
257.multa in *Conſtitut.Statuimus,de offic.
magiſtr.Iuſtit.*& tandèm hoc idē fuit deci-
ſum in S.C.cū Vniuerſitate Terræ Summæ,
quæ cùm fuiſſet vendita per Ducem Sum-
mæ Comiti Triuenti, proclamauerunt ad
domanium,& prætendebat Vniuerſitas , ex
quo prædictus Dux habebat à Regia Ma-
ieſtate priuilegium ampliſſimum, etiam cū
derogatione *l.vnic.*cauſam viduæ non ob-
ſtante electione fori eſſe ad ſuam Curiam
remittendam,& ſuccubuit, vt per *Franch.
in deciſ.*517.

19 Nequè opitulatur illa clauſula, *proùt me-
liùs,& pleniùs,&c.*quia optimè reſponde-
tur per *Franch.in d. deciſ.*192. *nu.*9. & 10.
neq; exemplū,quòd aliàs fuit cauſa remiſſa,
quia reſpondet idem *Franch. in d.dec.*517.
vbi plura exempla remiſſionis afferuntur.

Et ex his in prædicta cauſa Domini iuriſ-
20 dictionis criminalis Terræ Griptalearum,
dùm eſſet inquiſitus Paulus Cæſar,& alij de
homicidio in perſonam Pauli Mannara , &
per Viduam fuiſſet iurata perhoreſcentia
in prædicta Terra Griptalearum,& proindè
per Regiam Audientiam , & M.C.V. fuiſſet
Baroni remiſſio denegata.Facta relatione
in S.C.die 8.Nouembris 1632. Decretum
M.C. poſt longam diſcuſſionem communi
omnium voto fuit confirmatum,vt in Ban-
ca Act. Mag.Balzani in M.C.V.pendet ta-
men reclamatio mihi commiſſa.

OBSER-

## OBSERVATIO In Deciſione LXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegium iuriſdictionis conceſſum magno Principi, etiam contrà viduas, pupillos, ac miſerabiles perſonas, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, non eiuſdem qualitatis, & quarè, n. 2. 3. 4. & 5.*

3 L. vnica, C. quando Imperat. inter pupill. & vid. *quando derogata cenſeatur, & nu. 4. 5. & 6.*

6 *Aſſenſus an corruat reſpectu derogationis* l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. *ſi in memoriali aſſenſus non fiat de ea mentio, ſed tantũ in inſtrumento venditionis, ad quod ſe refert memoriale, & decretatio dicat,* fiat in forma, cuius tenor habeatur pro inſerto, & ſpecificè declarato, quoàd expreſſa tantùm, *& nu. 7. 8. 9. & 10.*

9 *Aſſenſus expreſſus, non autem tacitus, ſiuè præſumptus, in Regno requiritur.*

11 D. Thorus in Compend. dec. par. 3. ſect. 2. verb. priuilegium conceſſum à Rege, *declaratur.*

1 FVit in hac deciſione determinatum per S. C. ad relationem M. C. V. priuilegium iuriſdictionis ampliſſimũ, etiam contrà viduas, pupillos, & miſerabiles perſonas, conceſſum alicui perſonæ magnæ qualitatis, non tranſire ad ſingularem ſucceſſorem, qui non eſt eiuſdẽ qualitatis, & proindè fuit confirmatum decretum M. C. V. per quod erat denegata remiſſio Baroni, vt refert D. meus *nu.* 20. vbi dicit, pendere reclamationem à dicto decreto S. C. cùmq; omnes proceſſus criminales exiſtentes in Archiuio dictę M. C. V. fuerint combuſti in anno 1648. ex cauſa plebiculariæ tumultuationis, ideò non potui perquirere proceſſum, ad finem videndi, quomodò fuerat deciſus articulus in gradu reclamationis.

2 Deciſio tamen prædicta ex tribus rationibus fundatur. Prima eſt, quia priuilegium conceſſum ſtrenuo Viro, vel magno Principi, non trãſit in generali alienatione, etiã cũ aſſenſu perſonis inferioribus facta, quibus Rex non fuiſſet conceſſurus, vt tradit *nu.* 5. quod etiam voluerunt *Paſeth. conſ.* 14. *D. Viuius deciſ.* 208. nec præſumitur concedere, non concedenda, nec quæ cum difficultate concedi ſolent, ad tradita per *Ripam in l. obligatione generali, ff. de pignor.* Secunda ratio, de qua *nu.* 7. *&* 18. eſt, quia, vt diſpoſitioni *l. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* derogetur, ſpecialis requiri-

3 tur derogatio, cui priuilegio perſonæ miſerabiles renunciare non poſſunt, renunciatio enim tolleret miſericordiam, quod eſſet contrà bonos mores, vt poſt *Bald. Felin. Alex. Barbat. Rebuff.* & alios, etiam ſi cum iuramento renuncient, probat *Carauit. in ritu* 231. *nu.* 4. ideò ſolus Princeps deroga-

4 re poteſt, & hoc cum expreſſa derogatione, vt diximus, adeò, vt non ſufficiat, ſi in ſecũdo priuilegio dicatur, *vt comprehẽdat etiã ea, de quibus oporteret fieri expreſſa mẽtio,* vt probat D. meus *n.* 8. & comprobat *Menoch. præſumpt.* 40. *nu.* 6. *&* 25. *lib.* 6. *Theſ. dec.* 177. *num.* 11. *verſ. alij verò, Marta de clauſul. par.* 1. *clauſ.* 73. *nu.* 10. *in fine,* ſicut

5 nec etiam ſufficeret clauſula, *quorum priuilegiorum tenor habeatur pro expreſſo,* vt deciſum oſtendit *Grammat. dec.* 20. *nu.* 3. 4. *&* 5. *Barboſ. clauſ.* 70. *nu.* 9. *Marta de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 123. *nu.* 3. 4. *&* 6. Tertia verò ratio fuit, nàm in ſecundo priuilegio aderat clauſula, *exceptis iuriſdictionibus, nobis ratione dominij competentibus,* vt refert *n.* 13. ideòq; cenſetur reſeruatum priuilegium contrà viduas, vt oſtendit *nu.* 14. ex *D. de Franch. dec.* 192. *nu.* 14. immò clauſula prædicta cenſetur ineſſe in quacunq; conceſſione, *Marta par.* 2. *clauſ.* 65. *nu.* 2. & non comprehendit inſolita, vt probat *clauſ.* 239. *nu.* 2. *par.* 1.

6 Verùm, ſi in memoriali aſſenſus venditionis feudi non ſit appoſita clauſula, *etiam contrà miſerabiles perſonas,* vel cum derogatione *d. l. vnic.* cùm alterum ipſorum requiratur, vt per Principem derogatum cẽſeatur, *D. de Franch. dec.* 187. ſed tantùm ſe referat inſtrumento, in quo adeſt clauſula prædicta, an derogatio inducta cenſeatur *d. l. vnic.* ſi in decretatione aſſenſus ſit tãtummodò dictum, *fiat in forma, cuius tenor habeatur pro inſerto, & ſpecificè declarato, quoàd expreſſa tantùm,* & videtur dicẽdum, quòd ſic, quia in Regno ſufficit aſſenſus relatiuus ad inſtrumentum, vt probat *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 15. ſed in contrarium fa-

7 ciunt, nàm fuit adiuncta clauſula, *quoàd expreſſa tantùm,* quo caſu idem *Freccia* tenet, ꝙ non operatur virtus relationis, nàm ad tollendam dubitationem dictorum verborum, *cuius tenor, &c.* cęperunt DD. Regentes apponere clauſulam, *quoàd expreſſa tantùm,* vt reſtringatur aſſenſus ad id tan-

8 tùm, quod narratur, & exprimitur Regi, immò etiam, circumſcripta dicta clauſula, *quoàd expreſſa tantùm,* nec opinio *Frecc.* eſt vndiq; tuta, cùm *Dec. conſ.* 373. *in fine* teneat contrarium, *ibiq;* de communi teſtatur opinione, vt non ſufficiat relatio, vel ſaltim eſt controuerſa opinio, vt patet apud *Tiraquell. ad ll. connub. gloſ.* 7. *n.* 194. ideòq; dixit *Aret. in l. pluribus, in princ. ff. de verb. oblig.*

*oblig.* quem ſequitur *Tiraqu. ibid. nu.* 195. quòd huiuſmodi expreſſio, per relationem dicitur expreſſio generalitèr, impropriè verò, & ficta ſpecialitèr, vndè dùm per *Conſtit.*
9 *Regni Conſtitut. Diuæ memoriæ* requiratur expreſſus aſſenſus, nec ſufficiat tacitus, prout eſt fictus, ſiuè præſumptus ex tempore, vt per *Frecc. d. lib. 2. q. 28. D. de Anna in d. Con-*
10 *ſtit. nu.* 51. *&* 52. ſequitur, quòd nullo modo ſufficiat expreſſio relatiua. Item idem *Frecc. d. q.* 15. *col.* 2. *verſ. & hoc habemus in Regno*, loquitur regularitèr in clauſulis ordinarijs, & conſuetis, ſed aliud expreſsè firmat in reſeruatis exorbitantibus, & ſpeciali expreſſione dignis, qualis eſt derogatio *d. l. vnic.* vt ſuprà fundauimus, & in indiuiduo, quòd quando in aſſenſu nō exprimitur aliquid conceſſum in contractu, ſpeciali expreſſione dignum, quod ſi fuiſſet expreſſum, Rex, vel non conceſſiſſet, vel difficiliùs, vt eo caſu vitietur aſſenſus, non obſtante dicta clauſula, *cuius tenor, &c.* latè probat *Dom. Conſil. de Anna conſ.* 112. *num.* 1. *verſ. neq; dicunt*, vſq; ad *nu.* 17. *lib.* 2. vbi in caſu ſuo defendit, aſſenſum valere, quia Rex ſciuit, & quia non erat ſpeciali expreſſione dignum, vt tradit *nu.* 9. *verſ. at ſuprà*, conferunt tradita per *D. Loffred. conſ.* 12. *n.* 11. *verſ. quoniam prædicta*, & ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia, maximè in Principe, *c.* 1. *de conſtit. in* 6.

Et licèt contrà hāc deciſionem deciſum referat *D. Thor in Compend. dec. p.* 3. *ſect.* 2. *in verbo priuilegium conceſſum à Rege*, ni-
11 hilominùs illa deciſio non aduerſatur, *ibi* enim priuilegium non erat perſonale, vt eſt in caſu noſtræ deciſionis, vt tradit D. meus *nu.* 5. ſed erat reale, & ex cauſa permutationis; ideòq; fuit cauſa remiſſa ad Baronem, dūmodò eligat Iudicem in Ciuitate Neap. immò nec deciſio prædicta ſine difficultate pertranſit, quandoquidèm per priùs cōtrarium iudicauerat M. C. V. vt *ibi* refert.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

**Inſtantia an currat in Sac. Conſilio, & an Princeps poſſit ipſam reſtaurare per inſufflationem ſpiritus vitæ, poſtquàm per partem aduerſam fuit oppoſitum de peremptione illius.**

## SVMMARIVM.

1 *Inſtantia an poſſit reſtaurari, ſi fuit oppoſitum de ipſius peremptione, & nu.* 23. *& refertur deciſio, nu.* 34.

2 *Tutor ſi antequàm accuſetur ſuſpectus, ob ſolemnia non confecta, illa conficiat, accuſari non poteſt.*

3 *Vſufructuarius, qui non confecit inuentarium, & non ſatiſdedit, poſt accuſationem adimplere non poteſt.*

4 *Donatio non inſinuata, poſt oppoſitionem an inſinuari poſſit, & n.* 25.

5 *Sententia reuideri quando poſſit, facta oppoſitione de deſertione appellationis.*

6 *Nullitas ſcripturæ non poteſt per Principē ſanari, quando eſt quæſitum ius tertio. Sed declaratur, nu.* 24. *verſ. neq; obſtant.*

7 *Sententia in S. C. profertur, nomine Regis, & ſub nu.* 20.

8 *Rex tempore inſtitutionis Tribunalis S. C. in eo præſidebat.*

9 *Supplicationes, quæ porriguntur Præſidi S. C. diriguntur cum titulo,* Sacræ Regiæ Maieſtati.

10 *Inſtantia in Tribunalibus durat triennio.*

11 *Inſtantia an pereat, vel currat in S. C. & n.* 13. 17. *&* 20.

12 *Inſufflatio ſpiritus vitæ, quæ petitur, & conceditur à Præſide S. C. ob inſtantiam peremptam, non eſt neceſſaria, ſed fit ad maiorem cautelam, cum conditione,* quatènus opus ſit.

14 *Obtenta inſufflatione ſpiritus vitæ, non poteſt procedi in cauſa, parte opponente, niſi refectis expenſis, & n.* 16.

15 D. Ferdinandus Brancia *Regens Collateralis Conſilij, Dux Beluederij, & Eques de Calatraua laudatur.*

18 *Sententia lata perempta inſtantia, an ſit nulla. Et quid in S. C. n.* 19.

21 *Sententia S. C. non redditur nulla ex defectu iuris poſitiui, prout eſt peremptio inſtantiæ.*

22 *Inſtantia cenſetur reſtaurata, quando ſententia profertur nomine Regis, qui poteſt illam reſtaurare.*

24 *Diſtinctio* D. Reg. Rouiti *refellitur.*

26 *Princeps an poſſit tollere, quæ ſunt iuris poſitiui.*

27 *Reſtauratio inſtantiæ in ſatis minimo lædit ius partis.*

28 *Perempta inſtantia, pereunt acta ordinatoria tantùm, non autem acta probatoria.*

29 *Princeps an poſſit in præiudicium creditorum concedere moratorias per aliquod tempus debitoribus.*

30 *Papa poteſt in præiudicium tertij duas Eccleſias vnire.*

31 *Inſufflatio ſpiritus vitæ eſt pro bono publico, nè lites fiant immortales.*

32 *Prin-*

Digitized by Google

32 *Princeps ex iuſta cauſa poteſt ius alteri quæſitum auferre.*
33 *Princeps poteſt reſtituere ad appellandum contrà ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam.*
35 *Inſtantia in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, etiam ſi tractatur in foro Eccleſiaſtico, eſt perpetua, & nunquàm perit.*

# Deciſio LXVIII.

FVit dubitatū in cauſa Venerab. Mo-
naſterij Diui Leonis Religionis Oli-
uetanæ cum illis de Rogadeo, an
poterat procedi ad expeditionem
illius, ſtante peremptione inſtantiæ, quia
per plures annos non fuerat de ipſa loquu-
1 tum, dicebant enim conuenti de Rogadeo,
per ipſos, antequàm fuiſſet obtenta reſtau-
ratio à D. Præſide, proùt communitèr fieri
ſolet, fuiſſe oppòſitum de peremptione in-
ſtantiæ, & proindè non potuiſſe in præiudi-
cium tertij, cui fuit ius quæſitum, reſtaura-
ri, ex doctrina *Reg. Scipion. Rouit. in pragm.
1. nu. 7. de inſtant. cauſ. non reſtit.* ſequitur
*D. Mar. Cutell. de donat. contempl. matrim.
tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 6.* ſub *nu.* 144. quæ
opinio fundatur ex traditis per *Bergn. Ca-
ualc. in tract. de tutor. & curat. nu.* 20. cum
2 *ſeqq.* vbi in ſimili dicit, quòd quamuis tu-
tor poſſit vti ſuſpectus accuſari, ex eo, quòd
non confecit ſolemnia, tamen ſi antè accu-
ſationem illa fecerit, non poterit accuſari, &
admitteretur ad agendum, & adminiſtran-
dum, *Capyc. deciſ.* 50. ſecùs tamen, quando
poſt accuſationem, quia tunc erit ius quæ-
ſitum pupillo, ex *Nicol. Bellon. conſ.* 54. *in*
3 *fin.* qui loquitur in muliere vſufructuaria,
quæ tenetur facere inuentarium, & ſatisda-
re, quia non auditur, ſi adimplere voluerit
poſt accuſationem, ſic etiam habetur aliud
4 ſimile, quia quāuis donatio excedens quin-
gentos aureos, debeat inſinuari, aliàs non
valebit, quamuis antequàm opponatur de
inſinuatione poſſit fieri, poſt tamen oppo-
ſitionem non admittitur, *Paul. de Caſtr.
conſ.* 260. ſub *nu.* 6. cum alijs per ipſum alle-
gatis, quod etiam probatur ex *Alex. conſ.*
237. *nu.* 13. *vol.* 6. vbi *Natta in addit.* ſimile
5 adducit, ſic etiam facta oppoſitione de de-
ſertione appellationis, non poteſt reuideri
ex eiſdem actis, vt fieri ſolet in S.C. ex tra-
ditis per *Affl. dec.* 175. quod tamen limitat
*Paluer. in d. dec.* quòd non poſſit fieri poſt
oppoſitionem, quibus addit *Cutell. in loco*
6 ſuprà citat. quòd nullitas alicuius ſcripturę,
quando ex tali nullitate eſt quæſitum ius
tertio, non poteſt per Principem ſanari, ex
doctrina *Azeued lib.* 4. *tit.* 14. *l.* 2. *nu.* 19. qui
allegat *Tell. Fernand. in* 2. *p. l.* 3. *Tauri, n.* 9.
*in fine.*

Ex aduerſo dicebatur, quòd in S.C. pro-
7 feruntur ſententiæ ſub nomine Regio, vt
habetur ex *Pragm.* 6. *de offic. S.C.* à princi-
8 pio enim inſtitutionis huius Tribunalis
Rex præſidebat in eo, vt habetur ex *Frecc.
in lib.* 1. *de ſubfeud. in tit. de antiq. ſtat. Re-
gni, nu.* 38. & eum ſequitur *Reg. Tapia lib.* 2.
*iuris Regni, in rubr. de offic. S. C. num.* 6. qui
dicunt, quòd primus fuit Rex Alphonſus,
licèt *Surgens de Neapol. illuſt.* aſſerat, fuiſſe
Regem Ferdinandum, illius filium in *c.* 17.
*nu.* 45. & ideò hodiè quoq; ſupplicationes,
9 quæ porriguntur Domino Præſidi, dirigun-
tur cum titulo, *Sacræ Regiæ Maieſtati,* qui
10 nomine Regio inſufflat ſpiritum vitæ, &
licèt in Tribunalibus inſtantia duret trien-
nio, ex diſpoſitione *text. in l. properandum,
C. de iudic.* tamen fallit in Conſiſtorio Prin-
cipis, vt per *Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tom.* 3.
*tit. de appellat. art.* 14. *gloſ. vnic. nu.* 8 vbi ſic
deciſum refert, *Bald. conſ.* 217. *num.* 5. *lib.* 3.
*Maranta* in ſuo *ſpecul. par.* 5. *in verb. &
omnia fiant, durante inſtantia, lim.* 2. *n.* 15.
*Afin. in prax. iudic. in princ. cap.* 3. *num.* 28.
*Minſynger. lib.* 2. *obſeruat.* 48. vbi limitat in
Camera Imperiali, *Scacc. de appellat. q.* 15.
11 *limit.* 2. *nu.* 266. & in ſpecie in noſtro S.C.
quòd inſtantia nunquàm pereat, tradit *Ma-
ranta in loco* ſuprà alleg. & multis rationi-
bus, & *DD.* authoritatibus eam comprobat
*Molfeſ. in conſ.* 47. *nu.* 3. & nouiſſimè *Reg.
Conſil. Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2.
*q.* 7. *ſect.* 3. ſub *n.* 943. vbi, quòd quàmuis in
12 dies petitur Spectab. Præſidi S.C. inſuffla-
tio ſpiritus vitæ, & reſtauratur inſtantia, re-
fectis expenſis, tamen dicit, quòd hoc fit
ad maiorem cautelam, & cum conditione,
*quatènus opus ſit,* non quòd verè ſit ne-
ceſſaria, quod etiam anteà dixerat *Molfeſ.
dict. conſ.* 47.

Dicebatur tamen pro parte dictorum
Conuentorum, quòd quicquid ſit de iure
communi, quod hodiè in Regno nō poteſt
ampliùs diſputari, ſi inſtantia currat in S.C.
poſtquàm ex interpretatione eiuſdem Re-
gni Sapientum fuit interpretata *Pragm.* 1.
*de inſtant. cauſ. non reſtit.* quòd inſtantia
13 currat in S.C. ſed quòd per monitionem
ad dicendum poſt compilatum proceſſum
perpetuetur per triennium, & etiam per no-
uennium, vt habetur ex *Piſanell. in addit.
ad deciſ. Affl.* 283. qui *Piſanellus* fuit fami-
geratus, & doctiſſimus Aduocatus, & ma-
gnus Practicus, & teſtatur de tali obſeruan-
tia, & praxi S.C. & eum ſequuti fuerunt po-
ſteà omnes ferè Regnicolæ, vt per *Ricc. col-
lect. dec.* 1247. *Franch. deciſ.* 643. *Maſull. ad
Capyc. dec.* 109. *Muſcatel. in prax. S.C. lib.* 1.
*par.* 7. *gloſ. ſententiam, in addit. lit. F. Ma-
reſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 135. *num.* 2.
14 quod in tantum eſt verum, vt pluriès fuerit

de-

Digitized by Google

deciſum in S.C. quòd etiam obtenta inſufflatione ſpiritus vitæ per ſupplicationem porrectam Domino Præſidi, non poteſt in cauſa procedi, parte opponente, niſi refectis expenſis, ſeruata forma *d. Regia Pragm.* proùt fuit deciſum cum maxima diſcuſſione in cauſa ardua, vertente inter Comitem Villæmedianæ cum D. Eleonora Zabata vxore Ill. Ducis Soræ, patrocinante pro dicta D. Eleonora nobiliſſimo, doctiſſimo, &
15 oculatiſſimo viro D. Ferdinando Brancia, tunc primario Aduocato, qui poſteà ſuis proprijs meritis fuit creatus Regius Conſiliarius, ac deindè Regens in ſupremo Italiæ Conſilio, & hodiè eſt de Collaterali Conſil. huius Regni, Dux Beluederij, & Eques de Calatraua, quàmuis pro contraria parte ſcripſiſſet *Reg. de Pont.* vt in *conſ.* 141. *vol.* 2. de qua deciſione meminit *Molfeſ. d. conſ.* 47. *nu.* 5. *&* 11. vbi aliam conſimilem deciſionem refert, de anno 1615. ad relationem Scipionis Rouiti, ſimilitèr Reg. Conſiliar. & poſteà Regentis, & de ea etiam per *Thor. in Compen. dec. par.* 2. *in verb. procedi an poſſit*, vbi aliam affert deciſionem in cauſa Eminentiſſimi Cardinalis Sfortiæ cum Auguſtino Impuccio, in anno 1612. ad quæ videndus eſt etiam *Maſtrill. deciſ.* 70. vbi
16 concludit, expenſas de iure eſſe reficiendas, & ſic videtur, quòd ſtantibus tot deciſionibus, hodiè non poſſit ampliùs de hoc
17 diſputari, quòd inſtantia currat in S.C. & propterea concludebatur ex doctrina *Rouiti* ſuprà allegata, quòd cùm fuerit oppoſitum de lapſu inſtantiæ, non poterat inſufflari ſpiritus vitæ.

Verùm pro parte Venerab. Monaſterij replicabatur, quòd contrà ea, quæ fuerunt dicta per *D. Reg. Rouit.* tenet *Vinc. de Franchis in d. dec.* 643. *in fin.* vbi dicit, quòd fuit
18 iudicatum in S.C. quòd quàmuis ſententia lata perempta inſtantia, ſit nulla, vt habetur ex *Vantio in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. nu.* 115. *Alex. conſ.* 136. *vol.* 2. *Affl. d. dec.* 283. ſub *nu.* 4. *Ludou. deciſ. Lucenſ.* 24. *nu.* 14. *Giurb. dec.* 83. *n.* 1. *D. Reg. Tapia dec. S.C.* 38. quia iuriſdictio Iudicis expirat, ea perempta, *Merlin. decij Lucenſ.* 63. *nu.* 5. *Borgn. Caualc. dec.* 13. *nu.* 36. *par.* 1. & nullitèr proceditur, *Cornazan. dec. Lucen.* 97. *nu.* 4. *Thor. vot.* 42. *nu.* 11. tamen in S.C.
19 ſi fertur ſententia poſt peremptionem, non diceretur nulla, de qua deciſione loquitur etiam *Reg. Tap. d. dec. S.C.* 38. vbi pro abſo-
20 luto ſupponit, in S.C. inſtantiam currere, quod fundatur, quia cùm ſententiæ S.C. proferantur ſub nomine Regio, non redduntur nullæ, ex eo, quòd adſit defectus iu-
21 ris poſitiui, proùt eſt peremptio inſtantiæ, & Ego addo aliam rationem, quia cùm Rex
22 poſſit inſtantiam reſtaurare, eò ipsò, quòd eius nomine profertur ſententia, cenſetur, inſtantiam fuiſſe reſtauratam, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, *l. quotiès, ff. de reb. dub. & l. quotiès* 80. *ff. de verb. oblig.* nec requiritur clauſula derogatoria, cùm ſufficiat, Principem ſcire, ſe diſponere contrà iuris poſitiui diſpoſitionem, illa enim ſcientia habet vim clauſulæ derogatoriæ, latè *Menoch. conſ.* 421. *nu.* 21. ſubdit poſteà idem *Vinc. de Franch. in fin. d. dec.* 643. quòd quā-
23 do Iudex ſe aduertit de peremptione inſtantiæ, vel pars opponit, tunc non proceditur, niſi obtenta priùs inſufflatione ſpiritus, & ſic apertè tenet, ꝙ etiā poſt oppoſitionē
24 conceditur inſtantiæ reſtauratio, quam difficultatem ſentiens *Rouit.* diſtinguit, quando oppoſitio eſt facta voce, vel in ſcriptis, vt quando ſit facta voce, concedatur reſtauratio, quando verò in ſcriptis, non, & dicit, ſic viuæ vocis oraculo eiuſdem *Vinc. de Franch.* audiuiſſe, verùm diſtinctionē prædictam, non videtur, iure poſſe fundari, quia nihil refert, quòd pars voce, vel in ſcriptis opponat de iure ſuo, & *Rouit.* nihil allegat, & *Vincent. de Franch.* indiſtinctè loquitur, quando pars opponit, & proindè non puto, diſtinctionem eſſe admittendam.

Neq; obſtant contraria, quæ in ſimilibus ſuprà adducta fuerunt, verum enim eſt, quòd *DD.* pro contraria parte allegati, loquuntur in diſpenſatione facta per Principem iuris poſitiui, nàm poteſt etiam tertio præiudicare, vt eſt *text. in l. quoniam Alexandrum, C. ad leg. Iul. de adulter.* & ex pluribus hoc probat *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 28. *& Menoch. conſ.* 157. *n.* 11. ex doctrina *Bart. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Paul. de Caſtr. in l. cùm hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ.* & in *l.* 3. *ff. de teſtam.* idem *Menoch. d. conſ.* 421. *n.* 20. *& conſ.* 842. *n.* 27.
25 & in terminis, quòd Princeps poſſit confirmare donationem non inſinuatam, voluit *Panorm. conſ.* 84. *vol.* 1. etiam in præiudiciū filiorum eius, cui erat ius quæſitum, ſaltim ſpe probabili, *Rebuff. ad Conſtit. Gall. lib.* 2. *in tract. de donat. inſinuat. gloſ.* 1. *num.* 38. & eum ſequitur *Garz. Maſtrill. de magiſtrat. d. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 34. qui ex *nu.* 15. cum plurib. *ſeqq.* multa exempla conſimilia affert,
26 ad probandum, quòd Princeps poſſit tollere ea, quæ ſunt de iure ciuili, quod tantò
27 magis procedere debet in reſtauratione inſtantiæ, per quam in ſatis minimo læditur
28 ius partis, quia per peremptionem pereūt acta tantùm iudicialia, non autem reſpiciētia acta probatoria, vt ſunt depoſitiones teſtium, quod probatur ex *text. in d. l. properandum*, §. *etſi quidèm, & ibi gloſ. & DD. C. de iudic. Marant.* in ſuo *ſpec. p.* 5. *in verb. & omnia fiant durante inſtantia, num.* 55. vbi *DD.* colligit, *Maſtrill. d. dec.* 70. ſed inſuffla-



Digitized by Google

ſufflato ſpiritu vitæ reuiuiſcunt acta,& procedítur in cauſa,*D.Reg.Tap.d.dec.S.C.*38.
29 *nu.*2. & Princeps etiam in præiudicium creditorum poteſt concedere moratorias, vt debitores per aliquod temporis ſpatium non moleſtentur,idem *Azeued.in d.l.*2.*lib.*4.*tit.*14.*n.*34. poteſt etiam in præiudicium
30 tertij Papa duas Eccleſias vnire, vt *nu.*24. & his ſimilia,quæ quidem inſufflatio ſpiri-
31 tus vitæ,quam Princeps facit,etiam eſt pro bono publico,vt lites nō fiant immortales, quia ea perēpta actor non perdit ius ſuū, & probationes factas,ſed cogitur, de nouo iudiciū inchoare,*d.l.properandum,§.fin.*& tradit etiam *Maſtrill.d.dec.*70.*nu.*1.& ſatis legitima cauſa reſtaurationis inſtantiæ eſt,
32 ad finem,vt litibus finis imponatur, & ex iuſta cauſa poteſt Princeps ius alteri quæſitum auferre,*l.item verberatum*, §.2.*ff. de rei vend.Bald.Felin.Angel.*& alij allegati à *Maſtrill.de magiſtrat. in loco* ſuprà citat. *nu.*326.ex quibus dicunt *DD.*quòd poteſt
33 Princeps reſtituere ad appellandum contrà ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,*Innocent.in cap.ex literis,in fin.*vbi etiam *Abb.de reſtit.in integr.* eſt *text. in l.*2.*§.quòd ſi ità contigerit,*& in *auth.ei,qui,& ibi gloſ.C.de temp.appell.Maſtrill.vbi ſuprà,nu.*388.Ex quibus die 3. Nouembr. 1637. iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum cum D. Præſide, communi voto iudicauimus,eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ,non obſtante, quòd antè inſufflationem ſpiritus vitæ erat oppoſitum de peremptione inſtantiæ,licèt hæc cauſa poterat ex alio decidi ad fauorem Eccleſię,
35 quia inſtantia in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus,etiam quòd tractetur in foro Eccleſiaſtico,eſt perpetua,& nunquàm perit, *Abb.in cap.venerabilis,nu.*12. *de iudic. Marant. de ord. iudic. ver. & omnia fiant durante inſtantia,d.par.*5.*nu.*21.*Affl.deciſ.*210.*Conſil.Carleual.loco* ſuprà cit. *Alexan. Trentaeinq.*vbi plenè per plura capita de materia inſtantiæ iudicialis *var.reſolut. tit. de iudic.reſolut.*4.*nu.*29. *Carol. de Graff.de effect.cleric.effect.*2.*n.*249. *Carpan.ad Statut. Mediolan. c.*21.*n.*13.

## OBSERVATIO In Deciſione LXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia non perimit in Conſiſtorio Principis,& in S.R.C.contrarium,num.*2. 3. *& in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus eſt perpetua,d.n.*2.

4 *Inſtantia perpetuatur per monitionem ad dicendum,& quanto tempore.*

5 *Inſufflatio ſpiritus vitæ requiritur, perempta inſtantia per triennium in ciuilibus, & conceditur abſq; vlla diſcuſſione.*

6 *Inſufflatio ſpiritus vitæ,quot vicibus poſſit concedi.*

7 *Inſufflatio ſpiritus vitæ nō intelligitur cōceſſa,ſi in ſupplicatione porrecta D.Præſidi S.C.fiat decretatio,*Cōmiſſarius cauſæ partes audiat, & iuſtitiam faciat.

1 INſtantiam non perimi in Conſiſtorio Principis, tradiderunt *Rebuff. Bald. Minſynger.& Scacc.*relati per D.meū *hic,n.*10.alijq; adducti *dec.*123. *nu.*4. *lib.*2. & per *D.Anichin.de prau.inſtr.c.*2. *q.*5.*dub.vnic.nu.*80. & in ſpecie in noſtro S.C. probauerunt *Marant. Molfeſ. & D. Conſ.Carleu.*quos citat,& ſequitur D.meus *hic,nu.*11.& addito *D.Conſil.Paſchal.d.dec.*123.*n.*3.quos etiam refert *D.Anichin.ibid.*
2 *nu.*50.*&* 79. ſed contrarium hodiè verius eſt,vt innuit D.meus *hic,nu.*13. cum *ſeqq. & d.dec.*123.*num.*11.& ità deciſum tradit *hic,nu.*34.vbi ſubdit, quòd cauſa prædicta poterat determinari ex alio ad fauorem Eccleſiæ, quia inſtantia in cauſis Eccleſiaſticis,& ſpiritualibus, etiam quòd tractetur in foro Eccleſiaſtico,eſt perpetua, & nunquàm perit,vt probat *num.*35. & eo relato ſequitur *D.Anichin.d.c.*2.*dub.*5.*q.*5.*nu.*20.
3 & quòd in S.C.perimat inſtantia,fundat lato calamo idem *Dom.Anichin. d.dub.vnic. nu.*64.65.*&* 66.vbi citat,ac laudat D.meū *hic,nu.*13.& proſequitur *n.*67.cùm plurib. *ſeqq.*& contrarijs plenè ſatisfacit *nu.*58. 59. 70.71.72.73.75.*& ſeqq.*& in ſpecie confutat *nu.*65. dicta per *D. Reg.* Capyc. *Galeot. controu.*19.*&* 20. *lib.*1. ideòq; inſtantia
4 perpetuatur per monitionem ad dicēdum de triennio in triennium,immò per nouennium,vt ex aliorum dictis probat D. meus *hic,nu.*13.*& d.dec.*123.*num.*6.*& D.Conſil. Staiban reſol.*15.*nu.*30. *lib.*1. *reſol.forenſ.* dicit,inſtātiam perpetuari in ſempiternum
5 per dictam monitionem, dummodò non labatur tempus trium annorum, perempta enim inſtantia ex lapſu triennij in ciuilibus,iuxtà *l.properandum,C.de iudic.* illa reſtauratur per inſufflationem ſpiritus vitæ, quæ ſolummodò à D.Præſide S.C. nomine *Sacræ, & Regiæ Maieſtatis Regis noſtri,* conceditur abſq; vlla diſcuſſione, vt poſt *D.de Franch.deciſ.*250.*in fine,& deciſ.*643. ſub *nu.*5.tradit D.meus *hic,nu.*10.refert, & ſequitur *D.Anichin.d.dub.vnic. num.*57.& comprobat *D.Didacus de Mari* Rheginus, amicus,ac Dominus meus I.C.doctus, ac eruditus in *addit.ad Grammat.dec.*69.*n.*1. & licèt D. Proregi id etiam conceſſum videatur,vt dixerunt *D.de Franch.d.dec.*250.

ſub

Digitized by Google

ſub *nu*.5.circà *finem*,& *D.Taſſon.de antepbat.verſ.2.obſeru.2.n.45.& verſ.3.obſeru.4.nu.*212. hoc tamen hodiè non ſeruatur, nàm ſolus D. Præſes S. C. ſuper hoc prouidet,vt ſeruatum vidimus, & de hac obſeruantia teſtatur etiam *D. Anichin. ibid. nu.* 57.poſt *med.*

6 Quot autē vicibus poſſit inſufflatio ſpiritus vitæ concedi, diuerſimodè ſeruatum fuit,*Capyc*. nàmq; *dec*.165. diſputat,an ſecunda vice poſſit cōcedi,& tandē *n*.5.affirmatiuè refert per S.C.fuiſſe determinatum, proùt aliàs etiā determinatū teſtatur *Grāmat.dec*.69.ſub *nu*.4.ſed idem *Grammat. d. dec.69.* quærit,an tertio loco poſſet inſufflari ſpiritus vitæ,& *nu*.4. refert ex vocis oraculo *D. Diomedis Mariconda* affirmatiuè deciſum per S.C.in cauſa Baronis Mirabellæ cum Hieronymo Carafa,ſed quòd *Dom. Reg.Ciccus de Loffredo*, qui fuerat Præſes S.C.dicebat,& pluriès confirmabat, quòd per binas tantùm vices fuerat conceſſa inſufflatio, & quòd ità ſemper practicari vidit,ac practicauit,tàm tempore ſui Præſidatus,quā *D.Antonij de Ianuario* ſui prædeceſſoris Præſidis,licèt audierat,alijs temporibus pluriès fuiſſe conceſſam,& tandē *d. n.4.in fi.* quāuis ipſe reſideret in opinione, quòd bis tantùm concedi poſſit, & tertiò,ſi illi, qui eam petit,competebat in integrum reſtitutio,vt erat caſus illius deciſionis, refert deciſum,fuiſſe conceſſam tertia vice; nihilominùs *D.de Anna in repetit.Conſtit.* incip.*Conſtitutionem Diua memor. n.* 291. dicit,quòd tempore ſuo in vna cauſa fuit conceſſa quatuor vicibus, & in alia quinque, ea ratione, quia Principis poteſtas tempore non finitur, hancq; opinionem, quòd ſemper concedi poſſit inſufflatio ſpiritus vitæ,tenent *Vrſill.ad Affl.dec.*346.*n*.5. & *Muſcatell.in prax. S.C. par.*7.*gloſ.ſententiam,nu.*51. vide etiam in hoc articulo *Maſtrill.de magiſtr.lib.3.cap.4.nu.*370.& 371.ac *D.Capiblanc.in pragm.*8.*num.*139. *de Baron.lib.*1.

7 Non tamen inſtantia dicitur reſtaurata, & ſic conceſſa inſufflatio ſpiritus vitæ, ſi in ſupplicatione,in qua ea petitur,fiat decretatio per D.Præſidem S.C.quòd *Commiſſarius cauſa partes audiat, & iuſtitiam faciat*,vt ex *Laurent.dec.Auenion.*61.& *D.de Franch.dec.*700.tradit *D.de Mari* vbi ſupr. ſub *nu*.2.ſolita nàmq; decretatio eſt, quòd *procedatur in terminis,in quibus cauſa reperitur,lapſu temporis non obſtante, habita ratione expenſarum,qua de iure habenda erit, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ*, quam regiſtrauit *D.Anichin. d.dub. vnic. nu.*71.circà *med.*

*M.A.Gizzius.*

ARGVMENTVM.

Agitur de materia *Capit. Regni*, & an,& quando Iudex poſſit pronunciare ſuper nullitatibus, abſquè partis oppoſitione. Et de nullitate ſententiæ ex defectu citationis, Iudice mutato,vel circumductis citationibus.

*SVMMARIVM.*

1 Capitula Regni Charitatis affectus, Ad regale faſtigium,Finis præcepti charitas, & Omnis prædatio *ſunt conſeruatoria, nè laici à clericis, vel è contrà, nè clerici à laicis,aut laici à laicis,vel clerici à clericis de facto turbentur, & de eorum obſeruantia,& n.*5.
*Quod idem in toto ferè Orbe terrarum obſeruatur,nu.*6.
2 *Remedia* Capitulorum Regni *qualitèr in praxi deducantur, & ſuper eis procedatur,& n.*10.
3 *Iudex Laicus an poſſit inter Laicū, & Clericum de mero poſſeſſorio cognoſcere.*
*Intellige cum diſtinctione,vt n.*4.
7 *Remedium* Capitulorum Regni *non dicitur verè iudicium.*
*Item ex eo nō inducitur litis pendentia,n.*8.
9 *Reconuentio non datur in iudicio,vigore* Capitulorum Regni.
10 *Requiſita in materia* Capitulorum Regni *qua ſint.*
11 *Contumacia incuſata eadem die citationis, vbi veriſimilitèr ſcriptura adhùc in poſſe Curia non erat peruenta,an ſit nulla, & n.*28.& 30.*vbi de praxi M.C.V.*
12 *Citatio,& contumacia incuſata non ſubſtinentur,mutato Iudice,& n.*31.
*Amplia,ſiuè agatur ordinariè,ſiuè ſummariè,ſiuè extraiudicialitèr,n.*13.
14 *Citatio magis in extraiudicialibus, quàm in iudicialibus requiritur, & n.*32.
15 *Citatio ſpatio ſex menſium circumducitur.*
*Amplia, vt litis pendentiam non inducat, nu.*16.& 33.
17 *Clericus citatus in iudicio* Capitulorum Regni *qualitèr comparere habeat, & nu.*19.& 23.
18 *Aduersùs decretum S.C.in materia* Capitulorum Regni *datur reclamatio,& remedium nullitatum.*
20 *Clericus dicitur recedere à declinatoria fori*



Digitized by Google

*ri, ſi poſt illius petitionem produxerit eius iura.*

21 *Qualitèr procedatur in materia* Capitulorum Regni, *vbi Clericus inſtaret pro declinatoria fori tantùm.*

22 *Remedia* Capitulorum Regni *intentari non poſſunt, ceſſante violentia.*

24 *Clericus comparendo aduersùs remedium* Capitulorum Regni, *an dicatur actor.*

25 *Nullitates in iudicio extraordinario formitèr allegari non debent.*

26 *Iudex ex officio poteſt ſuper notorijs nullitatibus pronunciare.*

27 *Sententia notoriè nulla, ſeipſam nullam declarat.*

29 *Contumacia incuſari debet in vltimo die dato ad comparendum.*

34 *Procurator admittitur ad opponendum nullitatem citationis circumductæ aduerſus ſententiam foriudicationis.*

35 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio LXIX.

PER *Capitulum Regni* editum per Regem Robertum, incip. *Charitatis affectus* prouidetur, quòd quotieſcunquè Eccleſiaſtica perſona de
1 facto turbat Laicos, concedit Rex conſeruatorium, quod conſiſtit, vt nulla fiat violentia de facto, quod etiam per alia tria *Capitula* prouidetur per eundem Regem, tàm reſpectu repellendi turbationes, quæ fieri poſſunt à Clericis contrà Laicos, quàm à Laicis contrà Clericos, & etiam à Clericis contrà alios Clericos, & à Laicis cõtrà Laicos, quæ incipiunt, *Ad regale faſtigium, Finis præcepti Charitas, & Omnis prædatio,* fuit enim intentio Regis Roberti, vt nemo de facto turbetur, ſed in ea, in qua reperitur poſſeſſione conſeruetur, donec iuſta cauſa poſſeſſionis durauerit, & per Iudicem competentem fuerit alitèr prouiſum, & ità
2 quotidiè practicatur, nàm tàm à Laicis, quã à Clericis, qui de facto turbantur ſupplices preces Proregi, & eius Collaterali Conſilio pro Regali præſidio porriguntur, quæ remittuntur Sacro Regio Conſilio, vt ſeruata forma *Capitulorum Regni* prouideat, & iuſtitiam faciat, & expedita citatione per edictum, ſi quis ſua putauerit intereſſe, incuſatiſq; contumacijs, nemo comparente, cõſtito de violentia, & turbatione conceditur Regale præſidium, donec tamen iuſta cauſa poſſeſſionis durauerit, de qua practica teſtatur *D. Reg. Tapia de iur. Reg. lib. 3. in d. cap. Charitatis affectus, in verb. & Eccleſiarum perſonas, fol. 28. à ter.* & in hac materia adſunt nõnullæ S.C. deciſiones, vt per *Affl. dec. 2. 24. & 363. & Franch. deciſ. 163. 193. nu. 11. & dec. 701.* nonnullas etiam S.C. deciſiones refert *Reg. Tap. in d. lib. 3. de iur. Reg.* ſub eod. *tit. quando Rex inter Eccleſiaſticas perſonas cognoſcere poſſit,* latè *Afflict. in Conſtitut. Regni De burgenſaticis, & Io. Ant. de Nigris ad d. cap.* & quàmuis dubia ſit quæſtio, ſi Iudex laicus poſſit cognoſce-
3 re de mero poſſeſſorio inter Eccleſiaſticũ, & Laicum, de qua quæſtione latè per *Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 1. nu. 975. Farin. in 1. par. prax. crim. q. 8. num. 23. Couarr. pract. quæſt. cap. 35. Niger in cap. Reg. 213. nu. 21. Affl. in d. Conſtit. De burgenſaticis, n. 10. Theſaur. dec. 82. Caroc. dec. 137.* & nonnulli grauiſſimi Authores tenuerunt affirmatiuam opinionem, quia tractatur de mero facto, *Bald.* & alij in *l. Titia, ff. ſolut. matrim.* & *ibi* etiam *Alexand. nu. 7.* qui de communi teſtatur, *Vinc. de Franch. dec. 36. n. 3.* & alij per *Barboſ. in d. l. Titia,* ſub *n. 22.* cum *ſeqq. ff. ſolut. matr.* Videndus eſt etiam *Guid. Pap.* vbi plenè per *Addentes in dec. 1. & Boer. deciſ. 69. Greuai ad Gayll. lib. 1. obſeru. 38.* quicquid tamen ſit de propoſita quæſtione, amplectendo pro nunc opinio-
4 nem negatiuam, quòd nõ poſſit Iudex Laicus cognoſcere, hoc tamen intelligi debet, quãdo per viam ordinariæ cognitionis procedit, ſecùs tamen per viam extraordinariã, ad euitandum ſcandala, turbationes, & iniurias, vt benè probat *Affl. d. dec. 24.* & in *d. Conſtitut. Regni De burgenſaticis, Couarr. pract. quæſt. d. c. 35. nu. 2. Grammat. dec. 78. Luc. de Penna in l. coloni, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Maranta* in ſuo *ſpecul. par. 4. in 7. princip. diſt. in fine, n. 62. Azeued. in lib. 1. recompil. tit. 6. Senat. Pedemont. dec. 30. n. 10. Auendan. de exeq. mandat. c. 1. nu. 36. Ignat. Lopez in pract. crim. canon. cap. 107. Bellug. in rubr. 11. §. ſunt, & alij, in ſpecul. Princip.* quod etiam ex pluribus confirmat *Regens Tap. in d. rubr. quando Rex inter Eccleſiaſt. perſon. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 328. Farinac. in dict. 1. part. praxis crimin. q. 8. nu. 23. Carol. de Graſſ. d. effect. 1. nu. 979. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 94. Seſe de inhibit. cap. 8. & 9. & dec. Arag. 2. in princip. lib. 2.* & dicta *Regni Capitula* edita per Regem Robertum fundantur ad tollẽdas vio-
5 lentias, & turbationes, & de earum quotidiana obſeruantia teſtantur omnes ferè *DD.* Regnicolæ, prout vltrà allegatos de ea etiam teſtatur *Capyc. in inueſtit. feud. in verb. feuda officiorum, verſ. Reges Siciliæ, & verſ. eſt tamen, fol. 271. Anna allegat. 7. Foller.* latè in *d. Conſtit. De burgenſaticis, & Franch. in d. dec. 163. n. 2.* dicit, quòd ſecundùm hæc iura iudicatur, *De Pont. conſ. 96. vol. 1. Fab. de Anna conſ. 7. nu. 28. lib. 1. Ioa. Petr. Mangrell. in addit. ad Bart. in d. l. Titia, ff. ſol. matrim. Iacob. Ant. de Mauro*

*alleg.*

Digitized by Google

*alleg.* 52. *Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 71. *num.* 214. & in *ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 43. *Ricc. collect. dec.* 1556. & de iſta obſeruantia in Regno meminerunt etiam *Couarr. d. cap.* 35. *nu.* 2. *Farinac. d. num.* 23. *Scacc. d. nu.* 94. *& Gregor. Lopez in l.* 13. *tit.* 13. *gloſ. Nin fuerça, p.* 2. & quòd hæc conſuetudo ſit ſeruanda, habetur ex *Alciat. reſponſ.* 24. *vol.* 1. *Ignat. Lopez in loc.* ſupr. cit.

Et quidèm, nedùm in hoc Regno, ſed
6 etiam in omnibus ferè Chriſtiani Orbis Tribunalibus hoc idem ſeruari habemus, vt in Regno Caſtellæ ex *l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 2. *ordin.* vbi *Didacus Perez, & Gregor. Lopez in d. l.* 13. *in gloſ. Nin fuerça*, de Regno Aragoniæ habetur ex *Seſe d. dec.* 2. *& de inhibit. d. cap.* 8. *&* 9. de Regno Luſitaniæ habetur ex *Valaſc. conſult.* 93. de Camera Imperiali habetur ex *Minſyng. obſeru.* 67. *cent.* 2. & ex *Gayll. d. obſeru.* 38. *nu.* 5. *lib.* 1. de Senatu Pedemontano habetur ex *Theſaur. dec.* 82. *&* 131. *Cacher. dec.* 54. *&* 116. de Sabaudia teſtatur *Anton. Faber* in ſuo *Cod. tit. de iudic. diffin.* 38. de Senatu Mediolanenſi habetur ex *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *nu.* 211. & ex *Borrell. d. tit.* 43. *n.* 26. poſt *Alciat.* de Dominio Veneto *Ferrett. conſ.* 1. *nu.* 11. *& conſ.* 30. *nu.* 20. *Borrell.* vbi ſuprà, *nu.* 27. *& cap.* 71. *n.* 214. in Gallia habetur ex *Guid. Pap. d. dec.* 1. *& dec.* 71. 85. *&* 207. *& Boer. d. dec.* 69. *Aufrer. de poteſt. Iudic. Laic. reg.* 2. *limit.* 24. *in vol.* 16. *tract.* & alij apud *Borrell. tit.* 43. *nu.* 271. *& nu.* 214. qui etiam *n.* 29. ait, hoc ipſum vbiq; Gentium obſeruari, poſt *Rip. in rubr. de iudic. n.* 90.

7 Nec mirum videatur, quia hoc non dicitur verè iudicium, ſed quædam extraordinaria cognitio, nè vis fiat oppreſſo, pro
8 quiete Regni, hinc videmus, quòd ex iſto remedio non inducitur litis pendentia, nec ſententia, vt habetur ex *Affl. in d. Conſt. De*
9 *burgenſaticis, nu.* 3. Nec datur reconuentio, vt habetur ex *Franch. dec.* 193. *nu.* 11. *& Anna ſingul.* 432. *Tap. in d. rubr. quando Rex inter Eccleſ. perſon. lib.* 3. *nu.* 12. & incidentèr Iudex Laicus cognoſcit de titulo, *Menoch. de retinen. poſſ. d. remed.* 3. *nu.* 328. *Farinac. d. n.* 23. *verſ. limita iterùm, Carol. de Graſſ. d. effect.* 1. *n.* 979.

Cùmq; ab anno 1604. Marchio Caſabonæ prætenderet ſe turbatum ab Epiſcopo Vmbriaticenſi, tàm ſuper Caſale Sancti Nicolai *dell' Alto*, quàm etiam ſuper Territorio, *detto dell' Arango*, ſito in dicto Caſali, & ſuper iure decimandi in territorio *de Bufalarizo*, & eſſent interpoſita duo decreta per S.C. ad relationem eruditiſſimi, & omnium virtutum genere ornatiſſimi Regentis Decani Caroli de Tapia Marchionis Belmontis, tunc Regij Conſiliarij, quòd concederentur præſidia Regalia prædicto Marchioni, quia proceſſus non reperiebatur, ſed tantũ decreta prædicta aderant extracta ex libro Magnifici Secretarij S. C. penès quem regiſtrari ſolent, petijt idem Marchio in anno 1632. nedùm renouari conſeruatoria prædicta, verùm de nouo concedi reſpectu iuris decimandi in territorijs de Sirangolo, & Militino, in quibus de nouo, dicebat, turbari à moderno Epiſcopo, quæ petitio fuit facta coràm docto, ac morigerato viro Didaco Bernardo Zufia, tunc Regio Conſiliario, nunc verò digniſſimo Regente in Supremo Italiæ Conſilio, & tandèm ad mei relationem fuit interpoſitum decretũ, per quod fuerunt renouata conſeruatoria conceſſa in anno 1624. & de nouo conceſſa reſpectu dicti iuris decimandi in territorijs de Sirangolo, & Militino.

Quibus peractis comparuit Reuerendiſſimus Epiſcopus Vmbriaticenſis, & præsẽtauit nonnullas ſcripturas, ex quibus prætendebat fundare, ipſum, neq; ſuos prædeceſſores minimè turbaſſe Barones Caſabonæ, ſed ſuam conſeruaſſe poſſeſſionem, tàm reſpectu dicti Caſalis S. Nicolai *dell' Alto*, quàm reſpectu Territorij *dell' Arangò*, ac iuris decimandi in dictis territorijs, immò, dicebat, habere ſententias pro ſe, & declarationem prædeceſſoris Baronis in articulo mortis reſpectu dicti Caſalis, ac declarationem Marchioniſſæ reſpectu iuris decimandi in dictis territorijs, verùm quia prædictis obſtare videbantur decreta S.C. dicebat, de illis nullam poſſe haberi rationem, tanquàm nullis, & inualidis. Primò, quia erant prolata, non probatis extremis requi-
10 ſitis in conſeruatorijs vigore *Capitulorum Regni*, ad finem, vt poſſint concedi contrà Clericum non ſubditum, requiritur enim citatio per edictum contrà intereſſe prætendentes, & quòd ſint legitimè contumaciæ incuſatæ, & probatum de violentia, & turbatione, ſiuè iniuria, per ea, quæ diſcurrit *Affl. d. dec.* 2. *nu.* 6. *&* 8. *& dec.* 24. *nu.* 3. *Niger in d. cap.* 213. *n.* 16. & oportet, vt citatio ſit debito tempore reproducta, *cap. quoniã contrà*, vbi *gloſ. de probat.* vbi etiam *Abb. nu.* 17. *&* 19. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 66. ex *num.* 40. ad 43. & propterea dicebatur,
11 quòd in hoc caſu apparebat, nullitèr fuiſſe incuſatas contumacias, ſiquidèm relatio Alguzerij fuit facta in Terra Caſabonæ die 12. menſis Septembris 1633. & eodem die reperitur incuſata hìc Neapoli prima contumacia, & tamen certum eſt, quòd Terra prædicta diſtat ab hac Ciuitate circa per miliaria ducẽtum, & eſt impoſſibile, vt hæc ſcriptura citationis per edictum fuiſſet eodem die in dicta Terra pro facienda dicta relatione, & hìc Neapoli ad finem incuſandi contumaciam, & ſic neceſſariò ſequitur,
quòd

Digitized by Google

quòd vel eſt falſa accuſatio, vel eſt falſa ci-
tatio, *l.3. ff quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. ſi*
*deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog.* vbi *gloſ. & DD.*
Secunda nullitas proponebatur, quia
hæc citatio per edictum erat expedita per
12 dictum Regium Conſiliarium Zufia, nunc
digniſſimum in Supremo Italiæ Conſilio
Regentem, & coràm ipſo fuerant cōtuma-
ciæ incuſatæ, quo Iudice mutato, ex quo
ordine Suæ Maieſtatis acceſſit ad Tribunal
Regiæ Cameræ Summariæ, & in eius cauſis
ſucceſſi Ego, & mutata perſona Iudicis Cō-
miſſarij, denuò erat expedienda coràm Me
alia citatio, & de nouo incuſandæ cōtuma-
ciæ, ex recepta ſententia, quam ex pluribus
DD. authoritatibus fundat *Gabr. commun.*
*concl. tit. de citat. concluſ.* 1. *n.* 123. & ex Re-
gnicolis hoc probant *Minad. deciſ.* 28. &
*Francb. dec.* 457. *nu.* 3. quam concluſionem
13 procedere, ſiuè agatur ordinariè, ſiuè ſum-
mariè, ſiuè extraiudicialitèr, & ſola facti ve-
ritate inſpecta, habetur ex *Panormit. in*
*cap. quoniam contrà, num.* 2. *de probat.* vbi
*nu.* 14. *Pariſ.* de communi teſtatur, *Gabr.*
*loco* cit. *num.* 40. 63. & 64. vbi quòd magis
14 requiritur citatio in extraiudicialibus, quā
in iudicialibus.
Tertiò dicebatur, quòd citatio ordinata
15 per dictum tunc Regium Conſiliarium
Zufia erat expedita die 23. Septembris
1632. quæ tamen ſpatio ſex menſium cir-
cumducitur, ſecundùm ſtylum M.C.V. &
S.C. vt fuiſſe iudicatum in cauſa Iacobi
Barrilis, habetur ex *Ritu* 121. vbi *Carauita*
*num.* 1. dicit, quòd ſic hodiè ſeruatur, quòd
elapſis ſex menſibus citatio vti circumdu-
16 cta non valeat, immò, quòd non induceret
litis pendentiam, quia perindè habetur, ac
ſi nunquàm fuiſſet facta, ex doctrina *In-*
*noc. & Abb. in cap. conſuluit, de offic. deleg.* &
alijs, cùmq; non fuerit executa dicta cita-
tio, niſi in menſe Septembris anni ſequen-
tis 1633. tempore, quo erat circumducta,
nullitèr omnia fuerunt geſta.
Dicebatur tamen pro parte Marchionis,
17 Epiſcopum non eſſe audiendum, quia non
comparuit formitèr, allegando eius iura,
ſed tantùm dixit, quòd comparebat citrà
conſenſum in iuriſdictionem, & ad inſtruē-
dam mentem S.C. & prætendebat, ipſum
comparere debere tanquàm actorem vo-
luntarium, ad hoc, vt poſſit Iudex laicus
prouidere per iuris remedia, & propterea
dixit *Affl. in d. Conſt. Regni De burgenſati-*
*cis, num.* 4. quòd veniat, & ſe opponat, & di-
cat, quòd non ſpoliauit, ſed iure permitten-
te ipſe poſſidet, quia ſic comparendo eſt
Actor, ſequitur *Foller. in d. Conſtit. nu.* 36.
*Viuius dec.* 30. *nu.* 5. *lib.* 1. *Regens Tapia in*
*d. rubr. quando Rex inter Eccleſiaſt. perſon.*
*nu.* 4. vbi, quòd hoc caſu ceſſat *Capitulum*
18 *Regni*, hinc habemus, quòd à decreto S.C.
circà hoc remedium competit reclamatio,
& remedium nullitatis, vt habetur ex eodē
*Reg. Tap. ibidem, nu.* 266. *Francb. dec.* 163.
in qua cauſa ſcripſit *De Pont. d. conſ.* 96. *vol.*
1. *Foller. in d. Conſtitut. De burgenſaticis,*
*n.* 39. *cum ſeqq.* cùmq; Epiſcopus non com-
paruiſſet formitèr, ſed tantummodò præ-
ſentauerat ſcripturas, nec dixerat de nulli-
tate decretorum S.C. nec reclamauerat ab
ipſis, non erat audiendus.
Ex aduerſo pro Eccleſia reſpondebatur,
19 quòd Clericus, vno de duobus modis po-
teſt comparere aduersùs remedium *Capi-*
*tulorum Regni*, vnò modo, faciendo ſe acto-
rem, & allegando eius iura, & hoc caſu ceſ-
ſat hoc remedium, & fit iudicium ordina-
rium, & procedunt dicta per *Doctores* ſuprà
allegatos, alio modo poteſt comparere,
producendo ſcripturas, ex quibus conſtat,
non feciſſe, nec facere violentiam, nec tur-
bare Laicum, vel petendo remiſſionem, &
hoc caſu non procedit Iudex Laicus via
ordinaria, ſed eadem via extraordinaria,
cognoſcendo tantùm, ſi adeſt violentia, &
turbatio, & quotieſcunq; apparet, nullam
adfuiſſe violentiam, nec turbationem, S.C.
negat Regale præſidium, vt habetur per
*Ann. alleg.* 7. quod etiam probat *Affl. in*
*d. Conſtit. De Burgenſaticis, nu.* 8. vbi tan-
git quæſtionem, quando Clericus compa-
ret, & petit, remitti ad Iudicem Eccleſiaſti-
20 cum, quia ſi poſt remiſſionem petitā pro-
ducit eius iura, dicit, quòd videtur recede-
re à declinatoria, per ea, quæ notantur in
*l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* ſed ſi
perſiſtit in declinatoria, & non vult, neq; ta-
citè, neq; expreſsè ei renunciare, non erit
21 Iudex Rex per ſuam comparitionem, ſed
procedit, ſe informando, non per viam iu-
dicij, ſed per viam extraiudicialem, & noto-
rij ſe informabit, & hæc violentia debet eſſe
euidens, & notoria, idem *Affl. in d. Conſtit.*
*nu.* 7. & *d. dec.* 24. *nu.* 3. & 9. vbi *Vrſill. n.* 10.
22 quia mens Regis concedentis hæc reme-
dia extraiudicialia non fuit, niſi, vt iuſtus
poſſeſſor à violentia defendatur, & propte-
reà conceditur præſidium Regale, donec
iuſta cauſa poſſeſſionis durauerit, *Affict. d.*
*deciſ.* 363. *Francb. deciſ.* 701. Nec obſtabit,
quod dicit *Affl. in d. Conſtit. De burgenſa-*
*ticis, n.* 8. quòd in hoc extraiudiciali reme-
dio non competit fori declinatoria, quia
23 procedit in eo caſu, quando Clericus cita-
tus per edictum, comparet, & allegat ſim-
plicitèr fori declinatoriam, ſecùs tamen,
quando comparet cum ſcripturis, ex qui-
bus fundat, nō inferre violentiam, ſed quòd
ſuam poſſeſſionem conſeruat, nàm tunc co-
gnoſcendo Iudex Laicus, non adeſſe violē-
tiam, decernit, non eſſe locum dicto reme-
dio,

Digitized by Google

dicto,& proindè cauſam eſſe remittendam, & ſic declinatoria oritur poſtquàm fuit deciſum,non eſſe locum conſeruatorio vigore *Capitulorum Regni*,& propterea Epiſcopus dicebat,quòd cùm ex ſcripturis productis apparebat, non eſſe locum dicto remedio, quia de poſſeſſione conſtabat,ipſa poſſeſſione cognita, & excluſo Marchione à dicto extraiudiciali remedio,erat conueniendus, ſi aliquid prætendebat Marchio, coràm Iudice competente, & hoc caſu non venit Clericus tanquàm actor voluntarius, ſed inſtat,reuocari conſeruatorium nullitèr expeditum,& comparet ex neceſſitate, non
24 ex voluntate,quo caſu,quàmuis inſtet, reuocari prouiſiones,non dicitur actor,vt habetur ex *Bart.in d.l.pupillo,§.fin.n.2. ff.de nou.oper.nunc. Rom. conſ.*217. *Socin.conſ.*109.*lib.*4.*De Pont.dec.*31.*num.*2.& ſic deciſum fuiſſe per S.C.refert *Amendol.ad Franchis in dec.*19. *n.*8.

Et ex hoc etiam dicebatur, quòd ipſi
25 ſufficiebat allegare nullitates,quàmuis eas formitèr non propoſuiſſet, quia cùm hoc non ſit iudicium ordinarium , ſed extraordinarium , omnia extraiudicialitèr fiunt, *Affl.in d.dec.*2. Cùmq; nullitates eſſent no-
26 toriæ,poterat S.C.abſq; partis inſtantia,vel oppoſitione ſuper ipſis pronunciare, *Rota dec.*666.*nu.*4.*p.*1.*diuerſ.*quod optimè probat *Ludou.Rom.conſ.*51. vbi *in fine* dicit,
27 quòd quando ſententia eſt notoriè nulla, Iudex,non ipſe illam nullam declarat, ſed ipſa ſententia, ex ſui facie,ſeipſam notoriè nullam reddit,argumento *text.in l.veteres, ff.de itin.act.priu.*qua ratione etiam ſi pars de nullitate ſententiæ non opponeret, Iudex ex officio ſuppleret, reijciendo calumnioſam petitionem ſententiæ nullæ, quod latè etiam fundat *Horat. Mandoſ. in addit. ad d.conſ.Rom.*51.

Cui motiuo reſpondendo dicebat Marchio,quòd in tãtum erat verum,quòd nullitates non erant notoriæ,ſed quòd neque obſtabant.Quoad primam,quia in citatione per edictum fuerunt dati nouem dies ad comparendum,qui durauerunt per totum vndecimum menſis Septembris, & li-
28 cèt ea die citatio non erat tranſmiſſa hìc Neapoli in Banca,cùm eodem die reperiatur facta relatio in partibus,tamen dicebatur,quòd ex ſtylo S.C. quando præſentatur poſteà citatio,incuſantur contumaciæ cum notata eiuſdem diei,in quo incuſari deberent,ſi citatio fuiſſet præſentata,hoc eſt,ſtatim elapſo termino ad comparendum , & ideò hìc fuerat notatum, eſſe incuſatã primam contumaciam in die 12.quia in die 11.erant elapſi nouem dies appoſiti in citatione,ad quod fuit producta fides obſeruãtiæ,& ſtylus Actuariorum,tàm S.C. quã M.C.V.ad quod corroborandum adducebatur id,quod dixit *Carauit.in rit.M.C.V.* 123.*nu.*4. vbi quòd contumacia debet ac-
29 cuſari vltimo die dato ad comparendum, aliàs non comparens,non poteſt dici contumax,quod cùm fieri non poſſit in citatio-
30 nibus,quæ per Regnum mittuntur, inoleuit practica,vt ſcribatur dies incuſationis in illo die vltimi peremptorij, quàmuis reuera eo tempore citatio non eſſet in Banca producta,ob loci diſtantiam , quod etiam corroboratur ex *Pragm.6.de citat.*vbi contumaciæ habentur pro accuſatis tempore debito,licèt citationes non ſint in Banca eo tempore,vbi notat *Reg.Rouit.* quòd licèt per *d.Pragm.* habeantur pro accuſatis tempore debito, tamen actus accuſationis debet ſcribi in actis,ſub illo tempore debito,reuerſis citationibus in Banca cum debitis relationibus.

Maior difficultas videbatur conſiſtere
31 in ſecunda , & tertia nullitate, ſatis enim practicata,& iudicata videtur opinio,vt per mutationem Iudicis,noua ſit expedienda citatio à Iudice ſucceſſore,quod etiam probat *Rouit.in pragm.*4.*nu.*2.*in fin.de ordin. iudic.*vbi,quòd ſi incuſatis contumacijs cõpilatur proceſſus,per ſingulos actus ordinatorios in contumaciam,poteſt ferri ſententia,etiam in contumaciam, niſi acciderit mors Iudicis,vel alia eius mutatio,nàm tũc coràm ſucceſſore,vti nouo Iudice, noua requiritur citatio,non obſtante illa contumacia ſemel coràm primo Iudice contracta,& allegat deciſiones S.C. relatas à *Minad.& Franch.in loc.*ſuprà cit. quibus addo *Stephan.Grat.deciſ.*108. per tot. nec re-
32 ſponſio,quòd hìc ſumus in extraiudicialibus,ſatisfacit,cùm magis in extraiudicialibus,quã in iudicialibus requiratur citatio, *Ruin.conſ.*106.*vol.*3.& *Gabriel. d.concl.*1. *de citat. nu.*65. Nec circumductioni citationis ob lapſum temporis fuit alitèr re-
33 ſponſum,immò dicebatur, quòd citatio circumducta non eſt citatio,& habetur, ac ſi nunquàm fuiſſet facta,vt probat *Franch. in d.dec.*232.qui in proprijs terminis dicti *Ritus M.C.V.*121.dicit,quòd fuit admiſſus
34 procurator ad opponendum hanc exceptionem aduerſus ſententiam foriudicationis,& proindè Fiſcus inſtitit,de nouo inquiſitos citari,vbi etiam *Addit. Amendola.*
35 Et proindè facta per Me relatione in S.C. die 29.Ianuarij 1637.fuit reſolutum, eſſe audiẽdum Epiſcopum in eius iuribus, iàm quòd præſentauerat eius ſcripturas,ex quibus prætendebat fundare, non eſſe locum petito remedio, vigore *Capitulorum Regni*,licèt decretum non fuerit ſcriptum,nec publicatum.Et tandèm in pluribus ſeſſionibus diſcuſſo negotio die 3.Iunij eiuſdem

anni

Digitized by Google

anni fuit prouiſum, quòd decreta S.C. lata ſub die 7. Aprilis, & 25. Octobris 1634. ac 19 Decembris 1635. exequutioni demandentur, reſpectu iuriſdictionis tantùm Sancti Nicolai *dell' Alto*, reſpectu verò iuris decimandi in Territorijs *de Buſalarizo*, *Sirangolo*, & *Militino* ſuperſedeatur in exequutione dictorum decretorum, ſalua prouiſione facienda pro Territorio *dell'Arango*, partibus pleniùs auditis. Figliola Act. Magiſtr.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 Capitula Regni, *incip.* Charitatis affectus, Ad regale faſtigium, Finis præcepti charitas, Omnis prædatio *manu Regia conſeruant, nè inferatur violentia* Clericis, *aut Laicis, & ad hunc finem ſunt inuenta, num.* 10.

2 *Conſeruatoria vigore* Capitulorum Regni, *vt concedi poſſint, quæ requirantur, & n.*4.12.13.*&* 14.

3 *Citatio ſpecialis contrà* Cl*ericum fieri non poteſt in concedendis conſeruatorijs.*

5 *Iudex competens quis nàm ſit in concedendis conſeruatorijs, vigore* Capitulorum Regni.

6 *Beneficia, ac in integrum reſtitutio non conceduntur in* C*onſeruatorijs* Capitulorum Regni, *ſed ſolùm reclamatio, ac remedium nullitatis, n.*7. *contrarium quòad reclamationem, n.*8.

9 *Violentia actualis requiritur in conceſſione conſeruatoriorum, vigore* Capitulorum Regni, *ideòq; ceſſante violentia, ceſſant* Capitula Regni, *& ità deciſum adducitur, nu.* 11. *ſed ſi timor adſit violentiæ futuræ, adhùc conſeruatoria conceduntur, n.* 12.

IN cauſa in S.R.C. vertẽte inter D. Marchionem Caſabonæ, cuius iura tuebatur *D. Petrus Carauita*, & D. Epiſcopũ Vmbriaticenſẽ, de qua in hac
1 deciſione, fuit latè diſcuſſa materia *Capitulorum Regni*, incip. *Charitatis affectus, Ad regale faſtigium, Finis præcepti charitas, Omnis prædatio*, quæ manu Regia conſeruant, nè laici à Clericis, vel è contrà, aut laici à laicis, vel Clerici à Clericis de facto turbentur, de quibus D. meus *hic, nu.* 1. illaq; fuerunt edita per Regem Robertum in anno 1332. vt obſeruauit *D. Pratus obſeru.* 57. *n.* 5. *cent.* 1. *pract. obſeru.* in qua latiſſimè de materia *dd. Capit.* tacito D. meo *hic*, pertractat, nec paritèr citat *D. Reg. Sanfelic.* de eodem articulo ſcribentem in *prax. iudic. ſect.* 30. per tot. quod ex Impreſſoris errore proceſſiſſe credẽdum eſt, tantò magis, quia non erit præſumendum, alienas laudes Anthoribus debitas, ſibi adſcribere, horret enim eius animus aliorum laboribus inſidiari, vt proprijs eius vtar verbis, de quibus *loc. cit. nu.* 38.

Praxim tamen proponendi conſeruatoria vigore *dd. Capit.* refert D. meus *nu.* 2. ac poſt ipſum D. *Sanfelic. ibid. nu.* 6. *&* 7. ac D. *Prat.* vbi ſuprà, *num.* 22. vtquè dicta conſer-
2 uatoria concedi poſſint, debet expediri citatio per edictum contrà omnes intereſſe prætendentes, item debent accuſari contumaciæ, & fieri probationes, per quas conſtet de violentia, & turbatione, ſiuè iniuria, vt tradit D. meus *nu.* 10. & comprobat D. *Sanfelic. loc.* cit. *nu.* 8. *&* 10. & ſic talis cita-
3 tio non poteſt fieri expreſsè contrà Clericum turbantem, vt docet D. *Prat. num.* 28. formamq; citationis per edictum tranſcribit D. *Sanfel. d. ſect.* 30. *nu.* 9. ideòq; obſer-
4 uatis dictis requiſitis neceſſarijs, S.C. prouidet, *Regale præſidium eſſe concedendum, ſiuè præſtandum,* vt inquit D. *Prat.* vbi ſuprà, *nu.* 24. verùm ſi non fuerint obſeruata dicta requiſita, proceſſus erit nullus, ſic etiã decretum nullum declaratur, & nullitates referunt D. meus *nu.* 11. 12. 15. *&* 31. & D. *Prat.* à *n.* 25. per tot. *nu.* 31. & circà tertiam nullitatem, de qua D. meus *d. nu.* 15. ipſo, ac alijs relatis comprobat D. Anichin. *de prauent. inſtrum. c.* 3. *q.* 7. *n.* 9.

Tu autem plura obſeruabis in hac ma-
5 teria *Capitulorum Regni.* Primò, quòd licèt S.C. tantummodò ſit Iudex competens, in huiuſmodi Regale præſidium concedendo, vt fundat D. *Prat.* à *nu.* 32. per 37. attamen, & alijs concedi ſolet facultas illud concedendi, dùm per Collaterale Conſilium fuit conceſſa eidem D. *Reg. Sanfelic.* vti Delegato cauſarum Monaſterij S. Claræ, vt teſtatur *d. ſect.* 30. *n.* 6. *&* 7. Secundò, nàm in iudicio
6 prædicto, quod extraordinaria cognitio dicitur, vt poſt D. meũ, *n.* 7. *&* D. *Sanfelic.* antè *nu.* 13. tradit D. *Prat. num.* 30. beneficia haùd conceduntur, vt probat *nu.* 42. & antè ipſum hoc idem tradidit D. *Sanfelic. d. n.* 13. ſicut nec etiam in integrum reſtitutio datur, vt per D. *Prat. nu.* 47. vbi allegat D. *de Ann. patrem, &* D. *Reg. Tap.* ſequitur D. *Sãfelic. d. n.* 13. D. *de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol.*
7 *cap.* 328. *nu.* 11. ſed tantummodò proponi poſſunt remedia reclamationis, ac nullitatis à decreto interpoſito ſuper conceſſione, vel denegatione remediorum, ſiuè conſeruatoriorum *Capitulorum Regni,* vt poſt D. meum *nu.* 18. proſequitur D. *Sanfelic. n.* 12.
8 licèt quòad reclamationem contrarium te-

teneat *D. de Marin. d. cap.* 328. per tot. Ter-
9 tiò, nam requiritur violentia actualis, vt conſeruatoria concedi poſſint, ſic probant D. meus *nu.* 22. *D. Prat. lib. 1. diſcept. forenſ. cap.* 43. *nu.* 16. *& d. obſeru.* 57. *nu.* 18. *&* 51. D. *Conſil. Staiban. reſol.* 39. *nu.* 5. *lib. 1. reſol. forenſ.* D. *Sanfelic. ibid. nu.* 8. ad hunc enim
10 finem ſunt adinuenta, vt violentiæ refutentur, & tollantur, vt conſiderat nouiſſimè *D. de Marin. ibid. nu.* 2. Quarè ceſſante violen-
11 tia, ceſſant remedia prædicta, vt fuit per S.C. determinatum de anno 1648. ad rela-
* tionem D. mei *Reg. Conſil. Franciſci Antonij Muſceptulæ*, in cauſa Petri Antonij Ferrarij, in Banca de Spera, fuit nàmq; denegatum dictum Regale præſidium dicto Petro Antonio, quia non conſtabat de violentia Clericorum Eccleſiæ S. Ioannis ad
12 Pirum; Verùm, ſi actualis violentia nõ adſit, ſed tantùm timor futuræ violentiæ, adhùc *D. Prat. ibid.* à *nu.* 52. per 76. pluribus medijs probat, eſſe locum cõceſſioni dicti Regalis præſidij. Quartò, & vltimò, nàm con-
13 ſeruatoria non conceduntur, vbi illa petens, non poſſidet, vel legitimè non detinet, vt probat D. *Prat. d. obſeruat.* 57. *n.* 26. ex *D. de Franch. dec.* 163. quæ tamen concluſio fallit, ſecundùm eundem D. *Pratum*
14 *num.* 45. vbi hæreditas adhùc non eſt adita, nec poſſeſſio capta per hæredem, ſed bona detinentur per colonum, vel vacat poſſeſſio.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Conceſsio in emphyteuſim facta pro ſe, & liberis, & ſucceſſoribus vtriuſquè ſexus, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus an ſit ex pacto, & prouidentia, non hæreditaria, an verò hæreditaria, & an poſsit poſſeſſor deſcendentibus præiudicare. Et an, & quando pretium ſuccedat loco rei, ità vt ſucceſſor nolens vendicare rem, poſsit vendicare pretium.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis, quid ſit.*
*Et quando conceſſum in emphyteuſim dicatur, nu.* 2.
3 *Emphyteuſis, quando cum qualitate hæreditaria conceſſa dicatur.*
4 *Filij, quando renunciando ad paternam hæreditatem admittantur ex propria perſona in emphyteuſi.*
5 *Argumentũ de feudo ad emphyteuſim valet.*
6 *Emphyteuſis, quando dicatur hæreditaria, & quando mixta.*
7 *Pater ſtipulans pro ſe, & filijs, cenſetur ſtipulari pro filijs vti hæredibus.*
*Limita, in his, quæ de ſui natura ad hæredem tranſeunt, n.* 8.
*Item limita, vbi pater ſtipulatur ab eo, qui nullum amorem ergà filios habere poſſet, nu.* 14.
*Item limita, vbi ex coniecturis alitèr appareret, & quæ ſint coniecturæ, n.* 23.
9 *Verbum,* ſucceſſoribus, *filijs iniunctum, hæreditariam qualitatem inducit.*
*Amplia, etiam in feudo, n.* 10.
11 *Succeſſor in feudo tenetur ad onera, licèt defuncti hæres non ſit.*
12 *Datum filijs contemplatione patris, dicitur profectitium.*
13 *Valet argumentum, eſt profectitium, ergò hæreditarium.*
14 *Conceſſio, quando dicatur facta filio contemplatione patris, vel contemplatione ipſius filij.*
15 *Clauſula in conceſſione poſita,* quòd poſſit res cõceſſa obligari, hypothecari, & alienari, *impropriat emphyteuſis naturam.*
*Et idem in feudis, n.* 16.
*Limita, vbi eſſet reſtricta inter liberos, num.* 29.
17 *Verba ſequentia ampliant, limitant, & interpretantur totam diſpoſitionem.*
18 *Tenor primæ inueſtituræ eſt attendendus.*
*Amplia, vt cæteræ confirmationes ab illa regulari debeant, nulla habita ratione de alteratione, in ſecunda inueſtitura facta, nu.* 44.
19 *Dominus non poteſt mutare formã primæ inueſtituræ, in præiudicium ſucceſſorum.*
20 *Prima inueſtitura poteſt per ſecundam declarari.*
21 *Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei.*
*Limita pluribus modis, vt n.* 45. *& ſeq.*
22 *Pretium peruentum ex re feudali, non dicitur feudale.*
23 *Pater in dubio cenſetur ſtipulari, & acquirere pro ſe, & filijs vti hæredibus.*
*Fallit tamen, quando ex coniecturis alitèr conſtaret, n.* 24.



Digitized by Google

25 *Emphyteuſis, ſiuè priuata, ſiuè Eccleſiaſtica, formam recipit ab inueſtitura.*
26 *Emphyteuſis, ex pacto, & prouidentia quãdo dici poſſit.*
27 *Pater acquirens pro ſe, & filijs, & ſucceſſoribus, ex proprio corpore legitimè deſcendentibus, cenſetur familiã contemplare.*
28 *Verbum,* hæres, *an proferatur ab homine in inueſtitura, vel ſubintelligatur à lege, multum differt.*
30 *Prohibitio alienationis inter extraneos, inducit fideicommiſſum in caſu alienationis tantum.*
*Sed contrarium, n.31.*
32 *Verbum,* in perpetuum, *inducit fideicommiſſum in caſu mortis.*
33 *Verbum,* ſucceſſor, *an, & quando hæredem vniuerſalem importet, & n. ſeq.*
*Et quid in feudis, vel emphyteuſi, nu.37. & ſeq. & nu.40. & 43.*
34 *Succedens in feudo ex pacto non ex teſtamento, neq; ab inteſtato, ſed iure ſucceſſorio feudorum illud capit.*
35 *Statutum vocans aliquem per verbum,* ſuccedat, *an, & quando cenſeatur, illum vocaſſe vti hæredem.*
36 *Succedens in feudo ex pacto, & prouidentia, non tenetur ad onera defuncti, ſi inuentarium confecerit.*
38 *Succeſſor Eccleſiaſticæ dignitatis, non iure hæreditario, ſed electione ſuccedit.*
39 *Succeſſor dicitur, qui in dominio rei ſuccedit.*
41 *Feudum ex pacto, & prouidentia quarè hæreditarium non dicatur.*
42 *Acquirens feudum ex pacto, & prouidentia, an, et quando poſſit ſucceſſoribus præiudicare.*
45 *Confirmans priuilegium, etiam ex certa ſcientia, non poteſt tertio nocere.*
46 *Pretium an, & quando ſuccedat loco rei.*
47 *Vendens, ſi ſtatim pretium conuertat in emptionem aliorum prædiorum, ex temporis breuitate videtur, rem vendidiſſe, vt aliam emeret, & in locum venditæ ſubrogaret.*
48 *Emptum ex pretio bonorum antiquorum, dicitur antiquum.*
49 *Emptũ ex pretio rei, in qua quis habet vſufructum, remanet ſubiectum oneri illius.*
50 *Fideicommiſſarius, quamuis rei vendicatione agere nequeat, vbi bona fideicommiſſo ſubiecta cum eius conſenſu alienata fuerint, tamen ad pretium contra venditorem agere poſſet.*
51 *Alienatio facta de re fideicommiſſi ab ignorante ignoranti, licèt valeat, ad pretium tamen hæres alienantis tenebitur.*
52 *Conſenſus fideicommiſſarij alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ, cum reſeruatione iuris ſui, operatur contra hæredem, vt poſſit ad pretium tantum agere.*
*Intellige, vt n.53.*
54 *Venditio rei alienæ conſentienti præiudicat, licèt in ſubſidium actione negotiorũ geſtorum pretium recuperet.*
55 Text. in l. mater tua, C. de rei vendic. *plures habet intellectus, & n. ſeq.*
56 *Donatio ex ratihabitione præſumitur.*
*Limita, vbi quis ad pretium actionem reſeruaſſet, n.57.*
58 *Reus debendi à creditore liberatus, quando poſſit contra alterum correum nõ liberatum agere pro tota quantitate.*
59 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio LXX.

IOannes Vincentius Caraſa Marchio Montis Herculis in anno 1520. conceſſit Terlino de Mendoza alumno, ac rei familiaris Magiſtro, vulgò *Maggibrdomo* Ill. Iſottæ de Baucio Principiſſæ Altamuræ eius matris in remunerationem ſeruitiorum quoddam Territorium burgenſaticum, & ſterile, nominatum *Lo feudo delli Capuli* modior. 100. ſitum in Territorio Ciuitatis Auerſæ, pro ſe ipſo, eiuſq; liberis, & ſucceſſoribus vtriuſq; ſexus, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, natis iam, & in anteà naſcituris in perpetuum, ità, quòd maſculi ſemper fœminis præferantur, ſub annuo canone, ſiuè reditu *di vna laſcia, e di vno collare di cane cum ſcapula,* ad habendum, tenendum, poſſidẽdum, vtilitèr donandum, vendendum, alienandum, permutandum, in dotem dãdum, & obligandum, & quocunq; modo diſponendum, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, inter eius liberos, & ſucceſſores, ſaluo dicto reditu, ſiuè canone dicto conceſſionario, ac ſaluo aſſenſu in qualibet alienatione. Et ſimilitèr ſub eadem forma, conceſſit Catharinæ Cappellæ famulæ eiuſdem Principiſſæ matris, & eiuſdem Terlini vxori aliud territorium, vbi dicitur *à Santo Suoſſo* modiorum 30. Quæ quidèm cõceſſiones in anno 1534. fuerunt confirmatæ per ſtrenuum virum Alphonſum de Aualos de Aquino Marchionem Vaſti Aymonis, ac Principẽ Montis Herculis, huius Regni Magnum Camerarium, ac in Italia Caroli V. Inuictiſſimi Cæſaris Generalem Capitaneum, cum inſertione primi priuilegij, qui quatènus opus eſſet, de nouò conceſſit hæredibus Terlini, ac dictæ Catharinæ prædicta petia Terræ, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, modo, & forma, prout in prædictis priuilegijs continetur.

Vigore quorum priuilegiorum Aloyſius Anto-

Antonius iunior, & Paulus de Mendoza,
tanquam deſcendentes à dicto Terlino, pe-
tierunt relaxationem prædicti Territorij
modior. 100. vnà cum fructibus, non obſtã-
te alienatione facta q. V.I.D. Io. Hierony-
mo Zumpolo per Marium de Mendoza,
vel ſaltim reſtitui pretium conuerſum in
emptionem tot ann. introituum indè pro-
ueniens, vnà cum intereſſe, ſtante quòd ex
expreſſa, vel tacita voluntate fuit ſubro-
gatum in locum fideicommiſſi. Et probata
deſcendentia, dicebãt, habere intentionem
fundatam ex ipſa conceſſione facta Terli-
no, pro ſe, eiuſq; liberis, & ſucceſſoribus,
quia cùm hic ſit cõtractus emphyteuticus,
ſtante, quòd conceſſio fuit facta ſub annuo
canone, ſiuè cenſu *di vno collare, & vna*
*laſcia di cane*; Emphyteuſis enim, vt tradit
*Molin. de contract. diſp.* 445. *nu.* 1. eſt con-
1 tractus, quo res immobilis ad vtile domi-
nium conceditur, ſub reali penſione, ſtatu-
tis temporibus Domino ſoli ea de cauſa
ſoluenda, *Doctor. in l.* 1. *C. de iur. emphyt.* &
præcipuè *Iaſ. nu.* 48. *Couarr. lib.* 3. *var. c.* 7.
*nu.* 1. *Valaſc. de iur. emphyt. q.* 1. *nu.* 3. *Amic.*
*de iur. emphyt. in præfat. nu.* 19. & proindè
dicta conceſſio, quàmuis expreſsè non di-
2 catur in emphyteuſim facta, tamen quòd
ex coniecturis colligebatur, *Clar. in §. em-*
*phyteuſis, q.* 1 *nu.* 5. *Menoch. præſumpt.* 105.
*lib.* 3. *n.* 3. *&* 6. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2.
*q.* 22. *à nu.* 1. vſq; ad 6.

Et licèt emphyteuſis concedi poſſit cum
3 qualitate hæreditaria, & abſq; dicta quali-
tate, quando tamen eſt conceſſa, pro ſe, &
filijs, vel pro ſe, & liberis, abſq; hæredũ mẽ-
tione, tunc dicitur abſq; qualitate hæredi-
taria, & pater non poteſt filijs, alienando,
vel alitèr obligando præiudicare, ità *Aluar.*
*Valaſc. de iur. emphyt. q.* 49. *Mantic. de con-*
*iect. lib.* 7. *tit.* 9. *Molin. de primog. lib.* 2. *c.* 10.
*nu.* 71. vbi quòd nec poteſt ſuper rẽ con-
ceſſa maioratum inſtituere, *Addent. ad*
*Gamm. dec.* 70. *Roderic. de ann. reddit. d. lib.*
2. *d. q.* 22. *nu.* 37. *Bart. in l. vt iuriſiurandi, §.*
*ſi liberi, ff. de oper. libert.* vbi dicit, quòd fi-
4 lius poteſt renunciare patris hęreditatem,
quod confirmat *Specul. in* 3. *par. lib.* 4. ſub
*rubr. de emphyteuſi, §. nunc aliqua, nu.* 184.
quando verò eſt conceſſa, pro ſe, filijs, &
hæredibus, tunc dicitur acquiſiuiſſe cum
qualitate hæreditaria, vt eſt *text in cap.* 1.
*an agnat. Valaſc. d. tract. de iur. emphyt. q.*
44. *nu.* 5. & licèt *text.* loquatur de feudo, ta-
men valet argumentum de feudo ad em-
5 phyteuſim, quando eſt par ratio, neq; repe-
ritur contrarium de iure deciſum, licèt in
multis differant, *Ouid. de Amic. de iur. em-*
*phyt. in d. præfat. nu.* 17. *&* 18. cùmq; em-
phyteuſis, vt ſuprà, conceſſa ſit pro ſe ipſo,
& liberis, & ſucceſſoribus, non poteſt dici
hæreditaria, & in ſpecie, quòd emphyteuſis
talitèr conceſſa tranſeat ad filios, vigore
primæ inueſtituræ, quàmuis non ſint hære-
des patris, *Clar. in d. §. emphyteuſis, q.* 16.
*nu.* 1. *& q.* 37. *nu.* 1. *Eminent. Card. Tuſch.*
3. *tom. lit. E. concluſ.* 147. à *nu.* 9. vſq; ad 16.
*Bald. conſ.* 431. *lib.* 2. *Amic. de iur. emphyt.*
*q.* 79. *nu.* 6. *Caldas de iur. emphyt. lib.* 2. *q.* 17.
*nu.* 16. nec pater poterit filio in aliquo præ-
iudicare, quia filius emphyteuſim talitèr
conceſſam habet ex perſona propria, vigo-
re primæ conceſſionis, idem *Cald.* qui alios
refert in *d. tract. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 3. *&* 4. *&*
*q* 22. *nu.* 19. vbi etiam plenè tractat, quan-
6 do dicatur hæreditaria, & quando mixta,
& propterea dicebatur, quòd alienatio fa-
cta per Marium erat inualida, & per conſe-
quens ipſi debebant obtinere.

Pro parte verò Conuentorum plura di-
cebantur ad excluſionem prædictæ actio-
nis, & primò, quòd territorium conceſſum,
7 erat allodiale, & burgenſaticum, vt aſſeri-
tur in ipſomet contractu, quod de ſui natu-
ra tranſit ad hæredes, & propterea ſemper
pater recipiens pro ſe, & filijs, cenſetur ſti-
pulaſſe pro filijs vti hæredibus, vt eſt *text.*
vulgatus in *l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pact.*
vbi *gloſ.* dat rationem, quia non eſt veriſi-
mile, quòd patres ſtipulando alitèr ſentiãt,
nè anſa præbeatur ipſis filijs renunciandi
hæreditatem, in parẽtũ opprobrium, quod
etiam alijs authoritatibus confirmat *Me-*
*noch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 48. *nu.* 1.
quod tamen limitat *nu.* 11. in emphyteuſi
8 Eccleſiaſtica, vel alijs, quæ de ſui natura ad
hæredes non tranſeunt, *Cacheran. dec.* 161.
*nu.* 12. & ideò ſemper, quòd ſumus in re,
quæ de ſui natura ad hæredes tranſit, vti
hæredibus acquirit pater, *Anna conſ.* 52.
*lib.* 1. & pleniſſimè per *Surd.* in famigerata
*deciſ.* 322. *nu.* 32. cum *ſeqq. & deciſ.* 324. *&*
*conſ.* 143. *lib.* 1. vbi *Doctores* cumulauit,
*Clar. in d. §. emphyteuſis, q.* 28. *Peregrin. de*
*fideicomm. art.* 32. *nu.* 15. *Couarr. var. reſol.*
*lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. qui etiam de communi
teſtantur, & innumeros pro hac opinione
affert *Molfeſ. conſ.* 2. *nu.* 22. vbi *nu.* 23. dicit,
quòd niſi conſtet, quòd filijs tanquàm filijs
voluerit acquirere, ſemper præſumendum
eſt, quòd tanquàm hæredibus acquiſierit,
*Camill. de Medic. conſ.* 142. vbi ſępiùs pro
hac opinione fuiſſe iudicatum teſtatur, *Me-*
*noch. d. lib.* 3. *d. præſumpt.* 48. *Mantic. de ta-*
*cit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 9. *De Ponte*
*conſ.* 25. *lib.* 1. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *q.* 15.
*nu.* 24. *&* 28. cum *ſeq. Hodiern. ad Surd.*
*d deciſ.* 322.

Secũdò dicebatur, ꝙ in hoc caſu, nedùm
conceſſio fuit facta Terlino pro ſeipſo, eiuſ-
què liberis, ſed additum fuit verbum, *ſuc-*
9 *ceſſoribus*, quod verbum adiunctum, *filijs*,

ſiuè, *liberis*, idem importat, ac ſi dixiſſet, *pro filijs, & hæredibus*, *l. quadam*, §. *nihil*, *ff. de edend.* vbi *Alex. Curt. ſen. conſ.* 45. *Pariſ. conſ.* 2. *lib.* 1. *Petr. de Gregor.* latè *de ſucceſſ. feud par.* 6. *q.* 5. vbi dicit, quòd in conceſſio-
10 ne etiam rei feudalis, verbum, *ſucceſſor*, importat idem, quòd hæres vniuerſalis, *Peregrin. de fideicomm. d. art.* 32. *nu.* 84. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 34. *tom.* 2. quod etiam comprobat *Boer. deciſ.* 204. *nu.* 41. vbi dicit, quòd pluriès fuit dubitatum, an filij vocati, vel non vocati ſucceſſores, teneantur ſoluere debita prædeceſſorum ſuorum, & quòd fuit deciſum, teneri, ſiuè ſint ſucceſſores vniuerſales, ſiuè particulares, ex natura, ſiuè conſuetudine feudi, quàmuis primogenitus ſuccedens nō ſit hæres, tamen in effectu loco hæredis, & ſucceſſoris habetur, *l. ſucceſſores*, *C. de ſolut.* vbi verbum, *ſucceſſor*, per *gloſ.* accipitur pro, *hærede*, ſufficit enim, quòd de ſui natura res ſit tranſitoria ad hæredes, & hæreditaria, vt per *Franch. dec.* 1. *Gizar. dec.* 28. vbi
11 fuit deciſum, ſucceſſorem in feudo hæreditario teneri ad onera, quàmuis nō ſit hæres defuncti.

Tertiò ponderabatur, quòd hęc donatio, ſiuè conceſſio fuit facta Terlino. de Mendoza, & eius filijs, ob remunerationem ſer-
12 uitiorum ab ipſo factorum quond. Principiſſæ Altamuræ, matri concedentis, & ideò peruenerunt poſteà ad filios tanquàm bona profectitia, non tanquàm aduentitia, *l. profectitia*, *ff. de iur. dot. l. ſed & ſi plures*, §. *in arrogato*, *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* cùm datum videatur cōtemplatione ipſius patris, *l.* 3. §. *verbum*, *ff. de donat. inter vir. & vxor.* & pater in profectitijs poteſt filijs præiudicare, *l. filia cuius*, *C. fam. herciſc. Berous conſ.* 155. *nu.* 8. *lib.* 3. vbi quòd valet
13 argumentum, eſt profectitium, ergò hæreditarium, & proindè filij non potuerunt habere, niſi vti hæredes patris, *Iſern. in cap.* 1. *nu.* 12. *de alien. feud. pater. Surd. d. dec.* 322. *nu.* 50. cum qua opinione concordat diſtinctio tradita per *Anell. Amat. in conſ.* 68. *nu.* 24. quòd aut pater ſtipulatur ab extraneo, qui nullam poteſt habere affectionem ergà acquirentis filium, ſed ſolùm patris con-
14 templatione aliquid promittit, & tunc vti patris hæredi filio acquiritur, aut verò ab eo, qui patri, & filio coniungitur, vt ab auo, & tunc quæritur filio, quia eius perſona etiam contemplata videtur.

Quartò dicebatur, ex alio ceſſare diffi-
15 cultatem, nàm in conceſſione fuit data facultas obligandi, hypothecandi, & alienandi, quæ quidèm clauſulæ mutant naturam rei conceſſæ, etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ de ſui natura non tranſit ad hæredes extraneos, nàm dictæ clauſulæ faciunt eam ad quoſcunq; hæredes tranſire; *Dec. conſ.* 614. *Socin. conſ.* 266. *nu.* 38. *vol.* 2. *Crauett. conſ.* 256. *nu.* 4. *Cacher. dec.* 164. & pluriès fuiſſe deciſum in Rota Romana, refert *Marta de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 5. & in feudis
16 impropriant feudi naturam, *Andr. de Iſer.* & alij *Scribentes* in *cap.* 1. *de feud. non hab. propr. natur. feud. Io. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud.* §. 11. *n.* 2. & 15. vbi latè, verba enim ſequentia am-
17 pliant, limitant, ac interpretantur totam diſpoſitionem, *l. vbi ità*, *ff. de donat. cauſ. mort. l. Proculus*, *ff. de vſufr. Intrigliol. de feud. cent.* 1. *c.* 50. *n.* 190.

Quintò accedit ſecunda conceſſio, ſiuè confirmatio facta per Alphonſum de Aua-
18 los, in qua expreſsè in pluribus locis fit mentio de filijs, & hæredibus, & quàmuis attendi debeat tenor primæ inueſtituræ, vt tradit idem *De Ponte de poteſt. Proreg. tit. de reform. inueſt.* vbi quòd ſemper debeat attendi tenor primæ inueſtiturę, & ad illam reduci omnes alias confirmationes, quæ diuerſo modo eſſent factæ, ex doctrina *Bald. in prælud. feud.* & in *cap.* 1. *de duob. fratr.* eſt enim prima inueſtitura lapis angularis totius fundamenti, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 3. *in princ.* nec Dominus poteſt
19 mutare formam primæ inueſtituræ in prçiudicium ſucceſſorum, *Tiraqu. de retract. conſang.* §. 32. *gloſ. vnic. n.* 29. *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p.* 3. *q.* 10. *Theſaur. dec.* 227. *nu.* 7. *De Ponte loc. cit. nu.* 7. *Affl. dec.* 195. vbi etiam *Vrſill. Lanar. conſ.* 8. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 8. *p.* 1. *num.* 13. tamen prima
20 inueſtitura poteſt declarari per ſecundam, *Mantic. de tacit. et ambig. lib.* 23. *tit.* 21. *tom.* 2. & ſic aut dicimus, in prima inueſtitura fuiſſe factam conceſſionem pro ſe, & liberis, intelligendo hæredibus, proùt fuit fundatum, aut ſaltim ex *Doctorum* contrarietate erit dubium, quæ dubietas potuit declarari per ſecundam inueſtituram, maximè, ſtante conſenſu vtriuſquè, tàm concedentis, quàm etiam eorum, ad quorum beneficium fuit facta conceſſio, *Ruin. conſ.* 20. *n.* 7. *vol.* 1. *De Curte* in ſuo *diuerſ. feud. fol.* 37. *nu.* 71. vbi dicit, quòd prima inueſtitura attenditur, quando alitèr non fuerit innouatum, tàm de conſenſu concedentis, quàm hæredis, *Peregr. de fideicomm. art.* 51. *nu.* 58. & propterea hæc alienatio facta à q. Mario Mendoza non poteſt impugnari per deſcendentes, vt ex vulgata regula *text. in l. cùm à matre*, *C. de rei vendic.* concludit *Peregr. de fideicom. art.* 33. *n.* 2. *Affl. dec.* 112. *Gizar. d. dec.* 28. *n.* 28.

Et demùm opponebatur de tranſactione inita inter ipſas partes, iuramento vallata, in qua cępta iàm lite, ei renuncianerunt, renunciando etiam omnem actionem ſuper

dicto

dicto territorio, reſeruando ſolùm iura ſuper pretio, nàm ſi ſuper re agere non poſ-
21 ſunt, neq; ſuper pretio, cùm pretium in particularibus non ſuccedat loco rei, vt ex pluribus confirmat *Molin.de primog.lib.4.*
22 *c.4.per tot.*& pręcipuè *n.30.*& ideò pretium ex re feudali non dicitur feudale, *Franch. dec.64.Andr.*& alij in *d.c.1.de feud.non habent.propr.feud.nat.*

23 Quibus tamen pro parte Actorum replicabatur, quòd quàuis vera ſit regula, quòd in dubio pater cenſeatur ſtipulari, & acqui-
24 rere pro ſe, & filijs vti hæredibus, tamen hoc fallit, quando ex coniecturis alitèr apparere poteſt, vt eſt *gloſ.*ſingularis communis, ſequuta in *d.l.ſi tibi,§.ſi pactus,ff.de pactis,*& tradunt *Bart.* & alij *DD. in l.Gallus, §.quidam rectè,ff.de lib.& poſthum.*in caſu autem prædicto multæ conſiderabantur coniecturæ, ex quibus, patrem voluiſſe acquirere pro filijs vti filijs,& non vti hæredibus oſtendebatur. Et primò, nàm ſi, vt ſuprà diximus, contractus conceſſionis fuit emphyteuticus, qui duplicem potuit habere naturam, ex pacto, & prouidentia ſcilicet,& hæreditariam, & dicetur ex pacto, quotieſcunquè nulla ſit mentio hæredis, ſequitur, quòd voluit, filijs vti filijs acquiri, vt vltrà *Doctores* ſuprà adductos firmat *Arius Pinell.de bon.matern.3.part.l.1.n.84. Peregr. de fideic.art.6.n.24.* pleniſſimè *Bertaz.conſ. 114. Menoch.conſ.161.n.15.*

Nec eſt ſimplicitèr verum, quod dicitur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſiquidèm tàm
25 emphyteuſis Eccleſiaſtica, quàm priuata formam recipit ab inueſtitura, prout in feudo, *Camerar.in d.c.1.an agnat.n.40.*& probat *text.in l.1.2.& 3. C.de iur.emphyteut. Valaſc.d.q.39.*& communior eſt ſententia *Bart.in d.l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,ff.de oper.libert.* nullam conſtitui differentiam inter Eccleſiaſticam, & priuatam emphyteuſim, *Clar.in d.§.emphyteuſis,q.37. Salyc. C.de iur.emphyt.l.2.nu.27.Cald.de iur.emphyt.lib.2.quaeſt.vltim.* quæ eſt 24. ſub *nu. 76.* vbi etiam de multiplici formula, quæ facit conceſſionem ex pacto,& prouidẽtia, de quibus formulis modernus *Ant.Monac. de rect.feu.interpret.c.33.in fine,*vbi omnes recenſet, *Trentacinq.var.reſol.lib.3.tit.de iur.emphyt.reſol.3.nu.7. Molin.de iuſt.& iur.tract.2.q.473.num.3.Rebellius de oblig. iuſtit. p.2.lib.3.q.15.n.6.Cabed.deciſ.Luſit. 154.n.5.Paris de reintegr.feud.in quaeſt.an inueſtitus,fol.71.*quotieſcunquè n.conceſſio emphyteuſis fit pro ſe,& liberis, vel pro
26 ſe,& filijs, dicitur, ad filios peruenire, ex pacto inito inter contrahentes,& prouidentia concedẽtis, & proindè vocatur emphyteuſis ex pacto,& prouidentia, iuxtà interpretationem *Pilei, & Bulgari* gloſſatorum, vt refert *Iſern.in d.c.1.an agnat.& in cap.1. §.prætereà ducatus,de prohibit.feud.alien. per Feder.* cùm hoc nomen non reperiatur in iure,& proindè dicitur, non tàm à patre, quàm à concedente ad eos peruenire, vt in *d.c.1.an agnatus,*& habetur per *Couar.lib. 1.variar.reſolut.c.18.n.2. Molin.de iuſt.& iur.q.478.nu.3. Gratian.deciſ.Marcb.65. n.11.*quod etiam declarat *De Georgio* in eius *repetit feud.c.46.n.7.&* 8. quotieſcũq; enim pater acquirit emphyteuſim, ſub illa forma, ſub qua ſolet concedi, & formari emphyteuſis, vel feudum ex pacto, & prouidentia, neceſſariò erit fatendum, quòd nõ vti hęredibus, ſed vti filijs voluit acquirere.

Quod etiam & ſecundò probatur, quia pater noluit acquirere ſimplicitèr pro ſe, & liberis; ſed pro ſe, liberis, & ſucceſſoribus,
27 ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, cũ prærogatiua ſexus, quæ omnia arguunt, voluiſſe, emphyteuſim in familia cõſeruari, & quàmuis eodem modo conſtituatur feudum hæreditarium, tamen hoc intelligitur, non quando acquirit pro ſe, & liberis, ſed quãdo erit adiunctum verbum, *hæredibus,* vt per *Iſern.in c.1.§.huius autem generis, n.11.ex quibus cauſ.feud.amitt.& in d.c.1. an agnat. Camer.in d.cap.Imperialem,in §. prætereà ducatus.fol.95.Io.Thom.de Marinis de gener.& qualitat.feudor.in tit.de feud.hæred.n.22.Intrigl.de feud.q.49.n.79. cent.1.Camill.de Curt.*in ſuo *diuerſor.feudal. §.multotiès,fol.46. Reg. Lanar.* in ſuis *repetit.feudal.in c.1.de ſucceſſ.feud.* ſub *nu. 86. in verſic. dixi, quòd Doctores,fol.* mihi *222.*maxima enim conſtituitur differentia,
28 quando verbum, *hæres,* ſubintelligitur à lege, & quando profertur ab homine in inueſtitura, vt habetur ex *Camerar.in d.cap. Imperialem, & in d.c.1.an agnat.in 5.oppoſ.& in 1.quaeſt.n.29. Marta de clauſ.p.2. clauſ.40.n.7.*

Inſupèr erit animaduertendum, quòd ex alijs conuincitur, voluiſſe Terlinum acquirere, & Io.Vincentium Carafam concedere emphyteuſim, non titulo hæreditario, quia quàmuis adſit clauſula, *ad habendum, tenẽdum, poſſidendum, vtilitèr donandum, vendendum, alienandum, in dotem dandum, permutandum, obligandum, &c. tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, cum aſſen-*
29 *ſu directi domini*; tamen iſta poteſtas reſtringitur inter eius liberos, & ſucceſſores, & ſic eſt prohibita alienatio in extraneos,& tantum ſonat prohibitio alienandi extrà familiam, quàm, quòd bona in familia conſeruentur; vt probat *Riminald.conſil.528. n.26.vol.5. Cyn.Bart.Salyc.*& alij in *l.quotiès,la prima,C.de fideicommiſſ.Petr.Anton. Petra de fideicommiſſ.q.1.nu.51.& 126.* & latiùs *q.5.nu.5.Menoch.conſ.333.nu.15.* ex

qua

Digitized by Google

qua prohibitione, omnes *Doctores* dixerũt,
30 induci fideicommiſſum, ſaltim in caſu alienationis, quos collegit *Vinc. Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q.* 688. *n.* 1. & probatur ex *l. peto, § frater, ff. de legat.* 1. *in l. pater, § fundum, ff. de legat.* 3. *& in l. pater filium, ff. ad leg. falcid.* licèt alij teneant, etiam in caſu
31 mortis fideicommiſſum induci, vt probant *Doctores*, quos refert idem *Fuſar. in dict.*
32 *q.* 688. *n.* 11. adeſt etiam in conceſſione verbum, *in perpetuum*, ex quo induci fideicõmiſſum, etiam in caſu mortis, fundat *nu.* 17. & licèt multi diſſentiant, tamen ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, tradit ſub *n.* 21. *verſ. non erit igitur conſulendo, & iudicando*, & de hac clauſula latè per *Martam de clauſulis part. prima clauſul. quinta, & p.* 2. *clauſul.* 2. ex quibus reſpondebatur, nedùm primo, ſed etiam quarto motiuo.

Nec dicebatur obſtare ſecundum motiuum, quòd conceſſio ſit facta pro liberis, & ſucceſſoribus, nam illud verbum, *ſucceſſor*,
33 accipitur ſecundùm ſubiectam materiam, & quàmuis aliquando intelligatur pro hærede vniuerſali, vt probat *tex. in l. quadam, § nihil*, vbi *Alex. nu.* 11. *ff. ſolut. matrimon.* tamen multotiès alitèr accipitur, vt in feudis, vbi capitur in ſua propria ſignificatione, *Iſern. in c.* 1. *in § & quia vidimus, de his, qui feud. dar. poſſ.* quod optimè explicat *Reg. Lanar. in repetit. c.* 1. *§ huius autem generis, nu.* 38. *ex quib. cauſ. feud. amitt.* qui ex
34 hoc dicit, quòd ſuccedens in feudo ex pacto, neq; ex teſtamento, neq; ab inteſtato illud capit, ſed iure ſucceſſorio feudorum, *Bald. in c.* 1. *col.* 2. *de ſucceſſ. feud.* qui affert doctrinam *Paul. de Caſtro* loquentis in caſu fortiori in *conſ.* 82. *vol.* 1. vbi, quòd ſi ſta-
35 tutum vocet per verbum, *ſuccedat*, etiam in re de ſui natura hæreditaria reſpectu eorum, qui aliàs erant de iure communi vocati, videtur voluiſſe reſeruare ſucceſſionem legitimam, reſpectu verò eorum, qui de iure communi non ſuccedebant, quòd illi nõ veniunt vti hæredes, & *Intrigl. de feud. cent.* 1. *q.* 51. *n.* 129. dicit, quòd in feudo ex pacto,
36 & prouidentia indiſtinctè quis non tenetur ad debita defuncti, ſi inuentarium confecerit, ex receptiſſima ſententia, quam refert *Arius Pinell. in l.* 1. *p.* 3. ſub *n.* 93. *C. de bon. matern.* & idem *Intrigl. q.* 36. *nu.* 149. dicit, quòd ſucceſſio eſt ius ſanguinis, vt habetur ex *l. ius agnationis, ff. de pact. & l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur.* & explicat *De Ponte in lectur. feud.* 14. *nu.* 20. nàm iſtud verbum
37 *ſucceſſores*, in feudis, vel emphyteuſi, de ſucceſſore ſanguinis intelligi debet, *Paris de reintegr. feud. tit. de verb. ſignific. in verbo ſucceſſor*, & iura ſanguinis transeunt ad liberos, *l.* 3. *ff. de interd. & releg. & l.* 1. *C. de priuil. eor. qui in Sacr. Palat. milit. lib.* 12. & ſic illud verbum, *pro eius liberis, & ſucceſſoribus*, eſt accipiendum iure ſanguinis, & proptereà liberos ſuccedere, non iure hæreditario, non ſemper enim ſucceſſor venit
38 iure hæreditario, ſicut dicimus de ſucceſſore in dignitate Eccleſiaſtica, qui tamen non hæreditario iure, ſed electione ſuccedit, vt declarat *Harthm. Piſtor. quæſt. iur. lib.* 2. *q.* 27. *n.* 3. Inſupèr, ſucceſſores etiam di-
39 cuntur hi, qui in rei tantùm dominio ſucceſſerunt, *l. fluminum, § adijciatur, ff. de damn. infect. Tiraq. de retract. lignag. §.* 12. *gloſ.* 1. ſub *n.* 3. immò in hoc caſu, quia conceſſio eſt facta dicto Terlino, & eius liberis, & ſucceſſoribus, hoc verbum, *ſucceſſor*, de-
40 bet intelligi de ſucceſſoribus ſanguinis, & ſic de deſcendentibus ex liberis, ſicuti in ſimili voluit *Soc. ſen. conſ.* 249. *nu.* 12. *&* 13. *verſic. verius tamen, lib.* 2. vbi etiam, quòd ſucceſſores ſanguinis dicuntur veri ſucceſſores, & quòd tantum importat, quantum ſi dixiſſet, *pro ſe, & liberis, & deſcendentibus*, ſequitur *Menoch. conſ.* 1177. *n.* 2. cum *ſeqq.* quod tamen ſecus eſt, quando conceſſio fieret pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quia venirent vti hæredes, ex hac enim forma cõſtituitur feudum hæreditarium, quia quotieſcunq; reperitur nomen, *hæredis*, facit, quòd emphyteuſis, vel feudum dicatur hæreditarium, vt ſuprà diximus, & declarat *Io. Thom. de Marin. tit.* 5. *de feud. hæred. nu.* 22. nàm ſi, vt diximus, verbũ, *ſucceſſoribus*, importat de ſucceſſore ſanguinis, conſequens eſt, vt ſucceſſor deſcendens ex ſanguine, ſtante dicto verbo, *hæredibus*, adiuncto verbo, *ſucceſſoribus*, debeat eſſe etiam hæres, & proindè conſtituitur emphyteuſis hæreditaria, & ideò *Camer. in cap. Imperialem, § prætereà ducatus, fol.* 95 *à terg. lit. V.*
41 tradit pro regula, quòd feuda ex pacto, & prouidentia, non hæreditaria dicuntur omnia, quæ conceſſa ſunt pro liberis, aut alio modo, in quibus de hæredibus non fit mẽtio, ſequitur *Horat. Montan. in eod. § prætereà ducatus*, ſub *n.* 67. vbi dat rationem, quia conceſſio fit ſanguini acquirentis, quod etiã dixit *Andr. de Iſern. in d. c.* 1. *an agnat. n.* 1. ex quibus neceſſariò eſt fatendum, quòd illud verbum generale, *& ſucceſſoribus*, ſine verbo, *hæredibus*, non poteſt impropriare formam conceſſionis, faciendo illam hæreditariam, ſed eſt accipiendum pro deſcendentibus ex ſanguine, vel dicamus; quia quàmuis ſuccedens non teneatur eſſe hæres vltimi morientis, tenetur tamen eſſe hæres primi acquirentis, vt dicit *Iſern. in loco* pro-
42 ximè allegato, licèt maxima ſit inter *Doctores* controuerſia; an primus acquirens feudum ex pacto, poſſit ſucceſſoribus præiudicare, de qua quæſtione latè per *Afflict.* in

*in d.§. præterea ducatus,nu.75.* per *Cannet. in cap. volentes Regni Siciliæ, verſic. quibus explicitis, fol.80. Ioan. Thom. de Marin. de feud. ex pacto, & prouid. nou. tit.3. Harihm. Piſtor. quaeſt. iur. d. lib.2. c.4.* qui alios *Doctores* cumulat; tamen magis communis eſt opinio, vt poſſit, cum aſſenſu tamen cõcedentis, ſucceſſoribus preiudicare, vt tenet *Iſern. in c.1. §. & ſi libellum, nu.10. de alien. feud. paterni,* & eum ſequuti fuerunt *Affl. Di Marinis, & Piſtor. in locis* ſuprà allegatis, ac etiam *Clar. in lib.4. ſent. §. feudum, q.41. Io. Aloyſ. Septimius in d. cap. volentes Regni Sicil. Frecc. de ſubfeud. lib.3. in 29. author. Baron. Io. Franciſc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. §.1. nu. 15. & in lectur. de ſucceſſ. feud. lect.11. nu. 59. Camill. de Medic. conſ.3. n.30. Borcholt. in tract. feud. c.8 n.45. Maſtrill. deciſ. Sicil. 55. lib.1. Peregrin. deciſ. Patau. 150. Ioann. Andr. de Georg. alleg.8. n.11. Camill. Lepid. deciſ. Lucenſ. diuerſ. 117. Surd. deciſ. 209. Rodulf. Schrader. in tract. feud. p.8. c.6. n.15.*

Nec mirum, quòd hoc verbum, *ſucceſſoribus,* non ſemper importet qualitatem hæ-
43 reditariam, ſiquidèm attenditur verbum, cum quo adiungitur, ſicuti videmus in verbo, *hæredibus,* poſito in conceſſione, quia quàmuis ex ſui natura, vt ſuprà diximus, faciat feudum hæreditariũ, tamen aliquãdo ratione adiũcti mutat naturã, & intelligitur pro liberis, vt tradit *Frecc. de ſubfeud. lib.3. in 3. formul. inueſtituræ, n.27.* qui dat exemplum, quòd ſi conceſſio ſit facta Petro, & hæredibus ſuis maſculis legitimè deſcendentibus, illud verbum tunc diceretur prolatum, habito reſpectu tantùm ad liberos, *l. ex facto, § fin. ff. ad Trebell. Dec. conſ.185. col.3. & conſ.395. vol.2.* ex authoritate eiuſdem *Iſern. in d. § & ſi libellum.*

Ad tertium argumẽtum reſpondebatur, quòd hodiè non agitur de alienatione facta à primo acquirente, quo caſu, vt diximus, poſſet dubitari, ſi ſucceſſor teneatur habere ratum factum defuncti, etiam, quòd conceſſio ſit ex pacto, & prouidentia, ſed ſumus in alienatione facta ab alio deſcendente; nec poteſt dubitari, quòd conceſſio fuit facta contemplatione Terlini primi conceſſionarij, quia ſumus in caſu, in quo ipſemet Terlinus voluit acquirere, & Io. Vincentius Caraſa concedere pro ipſomet Terlino, & ſuis liberis, & in conceſſione expreſsè dicitur, quòd fuit facta ob merita ipſius conceſſionarij, & ſic non intrat quæſtio, quòd ſit profectitium, vel aduentitium, quia in claris non eſt opus coniecturis.

Nec etiam obſtabit, & quinta conſidera-
44 tio, quia ſemper attendi debet tenor primæ inueſtituræ, & proptereà omnes aliæ confirmationes ab illa debent regulari, nulla habita ratione de alteratione facta in ſecũda inueſtitura, ſiuè conceſſione, vt habetur ex *Affl. deciſ.195.* quia præſumitur erronea, & alteratio primæ inueſtituræ nunquàm intelligitur facta, niſi expreſsè, vt habetur ex *Camer. in d. cap. Imperialem, fol.66. lit.C.* & eum ſequitur *De Põte,* qui alios recenſet *de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. in tit. de reform. inueſt. Io. Campeg. conſ.11. Caccher. dec.23. n.7. Iacob. Leonard.* inter *conſil. Bruni conſ.114. nu.119. Camill. de Curt.* in ſuo *diuerſ. § vt igitur, num.36.* quod tantò magis procedit, quando in poſterioribus fieret relatio ad primam inueſtituram, *Pariſ. conſ.23. nu.64. & conſ.106. vol.1.* nec inueſtitura antiqua poteſt alterari in præiudicium nominatorum, & vocatorum in ea, *Gozad. conſ.53. num.18. Maur. iun. alleg.6.*
45 quia priuilegium confirmans, quàmuis fiat ex certa ſcientia, non poteſt operari in præiudicium tertij, *cap. fin.* vbi *Doct. de cõfirm. util. vel inutil. Cancer. var. reſolut. c.3. tit. de priuileg. n.19. Molin. de hiſp. primog. lib. 2. c.8. n.23.*

Nec tandèm obſtabit tranſactio, vbi fuit conuentum, quòd non poſſit agere, & vendicare territorium conceſſum, ſed fuit tantùm reſeruata actio ad pretium, ex vulgata
46 regula, in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, & proptereà à territorio veniunt excludendi actores per trãſactionem, & à pretio, ex eo, quòd nulla cõpetat actio, quia quàmuis argumentum videatur fortitèr obſtare, tamẽ reſoluitur pluribus medijs, & primò, quia quamuis pretium non ſuccedat loco rei, niſi in vniuerſalibus, & tãtò minus res ex pretio prædicto empta, tamen hoc multiplicitèr limitatur, & primò, quando quis vendens fundum, ex pecunia illius alterum emens proteſtetur, vel declaret, ſe eo animo emere, vt hic alterius locũ ſubeat, quia tunc iſte fundus emptus ex pecunia redacta ex eo, ſubrogatur in locum illius, ità vt habeat locum illa actio, quæ aduerſus fundum venditum quis habebat, ità *Tiraquell. de retract. lignag. gloſ. vnica, n.23.* ex *gloſ. in l. ſed & ſi lege, §.1. ff. de pet. hæred. & l. Imperator, §. vltimo, ff. de leg.2.* & idem eſſe dicendum tenet *n.24.* quando vendens
47 ſtatim pretium in emptionem aliorum prædiorum conuertit, quia id faciens, videtur ſatis ex temporis breuitate rem vendidiſſe, vt aliam emeret, ac in illius locũ ſubrogaret, ſequitur *Molin. de hiſpan. primogen. lib.4. c.4. nu.27. Barboſ. in 3. par. rubr. ff. ſolut. matrim. n.74. Peregrin. deciſ. Patau. 2. nu.10. Giouagnon. conſ.23. nu.10. lib.2. & conſ.70.* Sic etiam dicimus, quòd cùm ſer-
48 uata forma Conſuetudinis Neapolitanæ teſtator non poſſit diſponere de bonis antiquis, niſi de medietate, bona empta ex pretio

rio bonorum antiquorum ſunt ſubiecta Conſuetudini,ſicut & ipſa bona antiqua,vt latè fundat *Molfeſ.ad Conſuet.Neap.tit.de bonis,q.*5.vbi in *addit.in* 2.*vol.* refert deciſionem,noſtris temporibus factam in S.C. iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum,in cauſa D.Lauræ *della Monaca* cum Mario Beltramo, & idem etiam refert,pluries fuiſſe deciſum, quando ex pretio bonorum antiquorum eſſent empti tot annui introitus,*De Georgio alleg.*4.de qua etiam deciſione meminit *Thor.in Compend. dec.* 1.*par.in verb.pretium peruentum*,ſic etiam
49 res empta ex pretio rei, in qua quis habet vſumfructum,remanet ſubiecta eidē oneri, quod procedit etiam in pretio, quod conuerti debet in emptionem tot annuorum introituū,ad finem,vt vſufructuarius poſſit eo gaudere, *Surd.* qui alios caſus refert *conſ.*26.& eum ſequitur *Molfeſ.in d.addit. n.*5.hoc etiam de bonis antiquis latè comprobat *Mar.Giurb.in dec.*111.*num.*21. qui *Doctores* cumulat.

Tertiò,ſic etiam dicimus in alienatione rei fideicommiſſo ſubiectæ, quia ſi fidei-
50 commiſſarius expreſsè, vel tacitè conſenſit alienationi bonorum fideicōmiſſo ſubiectorum,quàmuis non poſſit reiuendicare fundum venditum,datur tamen ei actio ad pretium contrà venditorem,*l.ſi fundum per fideicommiſſum, ff.de leg.*1. *Surd.conſ.* 576.*nu.*38.*vol.*4.*Laderch.conſ.*73.*nu.*5.*Coſta de remed.ſubſid.remed.*62.*num.*3. & eſt doctrina *Bart.in l.qui Romæ*, §. *duo fratres, ff.de verb.oblig.q.*8.& in *d.l.ſi fundum, num.*2.*ff.de leg.*1. & licèt *Ruin. conſil.* 144. *nu.*19.*vol.*2.dicat,*Bart.*nihil de pretio ſtatuiſſe,attamen communitèr *Doctores* contrarium tenent,vt per *Corn.conſ.*329.*lib.*1. *Alex.conſ.*8. *vol.*5.*Curt. iun.conſ.*24. latè *Fuſar.de fideicommiſſ.ſubſtit. q.*560.*n.*31. & *q.*627.*nu.*45. *Peregrin.de fideicommiſſ. art.*44.*nu.*30.cum *ſeqq.* qui loquuntur in proprio caſu.

Quartò,in alienatione rei fideicommiſ-
51 ſo ſubiectæ,nàm licèt valeat alienatio facta ab ignorante ignoranti, tamen tenebitur alienans ad pretij reſtitutionem, vt dixit *Bart.in l.fin.*§ *fin.*vbi etiā *Paul.de Caſtr. Alber.Imol.*& alij *de legat.*2.latè *Fuſar.de fideicomm.ſubſtit.q.*556.*n.*22.& idem procedere in fideicommiſſo particulari, habetur ex *Doctoribus* per eum allegatis *nu.*10. & benè hoc fundat *Peregr.art.*40.*num.*39. dicens,iſtud procedere in legato particulari,vt in vniuerſalibus pretium ſuccedat loco rei,quod eo maximè procedit, quando fideicommiſſarius conſenſiſſet venditioni, ſaluo iure ſuo,ſicut in caſu noſtro, in quo
52 expreſsè reſeruauit actionem ad pretium, nàm eo caſu ità in terminis tenuit *Iaſ.in* *d.l.ſi fundum per fideicōmiſſum*, vbi,quòd cōſenſus prodeſt emptori, reſeruatio iuuat fideicommiſſario quoad pretium, aliàs ille conſenſus redderetur negatorius,quod etiā ſequitur,& fundat *Peregr.de fideicom.d.art.* 40.*nu.*70.quod intelligit *num.*71. quando
53 alienatio eſſet facta ex cauſa oneroſa,ſecùs verò ex cauſa lucratiua, *Prat.de interpret. vltim.volunt.fol.*566.*nu.*163. *Intrigl. de ſubſtit.cent.*3.*q.*73.*nu.*133.& *q.*74.*n.*158. *Fuſar. d.q.*560.*nu.*37. *Sforz. Odd. de fideicomm.q.*47.*art.*2.*nu.*8.*Rot.dec.*49. *in* 2.*par. in nouiſſ.diuerſ.*

Et demùm datur actio ad pretium,quo-
54 tieſcunquè venditionem rei meæ ab alio factam ratam habeo,actione vtili negotiorum geſtorum,ex vulg.*text.in l.mater tua, C.de rei vendic.*& *l.fin.ff.de negot.geſt.* li-
55 cèt apud Antiquos circà illius *text.* intelligentiam maxima fuerit altercatio, nàm *Bulgar.*antiquus gloſſator tenuit,hanc eſſe actionem ſubſidiariam,quando res mea eſt perempta,ità vt vendicari non poſſit, alia fuit opinio *Martini* in eadem *l.mater tua*, ab *Accurſio* relata, qui contrarium tenuit, in omnem caſum actionem ad pretium cōpetere,quàmuis proprio nomine eſſet vendita à non Domino, & quòd res extet, quæ quidèm *Martini* opinio licèt antiquis temporibus ſatis eſſet controuerſa,attamen hodiè tanquàm æqua eſt magis communitèr recepta,& eam ſequitur *Bart.in d.l.mater,nu.*4.*verſ.ſi verò velles*, licèt in modo agendi à *Martino* diſcrepet *Bald.ibid. n.*6. *Fulgoſ.nu.*4.*col.*2.*verſ.mihi ergò,Paul.de Caſtr.n.*6.idem firmat idem *Bart.l.ſi eum ſeruum,nu.*3.*ff.ſi cert.pet.* vbi etiam *Fulgoſ.*antè *nu.*2.qui dicit intrepidè, etiam re extante poſſe Dominum conſentientem pretium petere,ex *tex.in d.l.mater*,qui hoc manifeſtiſſimè videtur probare,hoc etiam tenuit *Paul.de Caſtr.ibid.nu.*11.& de communi teſtatur *Purpur.ibid. nu.*16. & 17.& communem eſſe opinionem, dixit *Alciat. in d.l.ſi eum ſeruum, nu.*4. *Petr. de Bellapert.in d.l. mater*, qui dicit, pro *Martini* opinione eſſe omnem æquitatem, & quòd ſumma iniquitas eſſet,quòd Dominus rem, & pretium amittat.

Rurſùs,opinio *Bulgari* fundatur in do-
56 natione,quæ ex ratihabitione præſumitur, *l.cùm patronus,ff.de oper. libert.* vt tradit *Imol.in l.quæ dotis, ff.ſolut.matrim.nu.*34. & *ibid.Barboſ.n.*141.quæ donationis præ-
57 ſumptio omninò ceſſat, quando in ratihabitione expreſsè actio ad pretium reſeruatur,vt per *Imol.in d.l.quæ dotis,col.fin.verſ. item adde*,ibi, *niſi conſenſu ſaluo iure meo in pretio*,& poſt *Petr.*& *Cyn.ibid. Barboſ. nu.*143.latè *Coſta de remed.ſubſid.remed.* 62.per tot.hinc in ſimili dixit *Vincent.de*

*Franch.*

Digitized by Google

*Franch.dec.*476.ſub *nu.*12. referendo doctrinam *Antonij de Alexandro*, quòd quãuis regularitèr vno ex duobus reis inſolidum obligatis liberato per creditorem,
58 non poſſit ipſe contrà correum non liberatum agere pro tota quantitate,quia eidẽ obſtabit exceptio cedendarum,& doli mali,tamen hoc fallit, quando ſibi reſeruauit ius agendi pro tota quãtitate contrà alium correum,quia faciendo pactum perſonale debitori,& reſeruando,quòd poſſit agere contrà fideiuſſorem, videtur,tacitè, & in conſequentiam ſibi reſeruaſſe, quòd poſſit illi cedere actiones,vt ſic actio ſua ſit efficax contrà fideiuſſorem , & in *fine* deciſionis ità deciſum refert per S.C.

Quibus omnibus maturè diſcuſſis die 16.Nouembris 1636.iudicauimus , duca-
59 tos 4000. peruentos ex pretio dicti territorij conceſſi,ſpectare,& ſpectauiſſe ad Fratres de Mendoza,tanquàm vocatos in cõceſſione facta per dictum Io.Vincentium Caraſam, excluſis Creditoribus qu. Marij venditoris,& Aloyſij,in Banca Sarri, hodiè Romani, pendet tamen reſtitutio in integrum petita per Conuentos.

## OBSERVATIO In Deciſione LXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis,ac ſucceſſoribus vtriuſq; ſexus,tranſit ad filios vti filios.*

2 *Fœmina in conceſſione emphyteuſis facta pro ſe, & filijs,comprehenditur,intellige, vt nu.*4.

3 *Emphyteuſis in dubio intelligitur conceſſa pro maſculis, & quando dicatur mixta, ibid.*

5 *Fœmina,quando in conceſſione emphyteuſis continetur , non ſuccedit in ea cum maſculis in Regno,ob ſtatutum,quòd* ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedunt, *ſed illis mortuis admittuntur.*

6 *Repræſentatio non datur in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

7 *Aſſertio venditoris, quòd res eſt emphyteutica,non producto inſtrumento conceſſionis,quando præiudicet confitenti, & habentibus cauſam ab eo, & deciſio traditur,nu.*8.*quid ſi per errorem ſit facta confeſſio.n.*11.*& deciſum adducitur,n.*12.

9 *Cenſus in dubio non præſumitur emphyteuticus.*

10 *Inſtrumẽtum recognitionis factæ per emphyteutam directo domino, non adducto inſtrumento emphyteuſis, plenè probat contrà poſſeſſorem.*

1 EMphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis,ac ſucceſſoribus vtriuſquè ſexus,nulla facta mentione de hæredum qualitate, tranſit ad filios,vti filios, concurrentibus coniecturis, cùm in contrarium vera ſit regula, vt in dubio pater cenſeatur ſtipulari,& acquirere pro ſe,filijs,& hæredibus,ac proindè ſtãtibus coniecturis, ex quo bona in emphyteuſim conceſſa erant vendita, fuit in hac deciſione determinatum,pretium dictorũ bonorum ſpectare ad vocatos in conceſſione emphyteuſis,excluſis creditoribus venditoris,vt habetur *nu.*59. dùm enim non eſt expreſſum nomen,*hæredibus*, potiùs ex pacto,& prouidentia,quàm hæreditaria dicitur emphyteuſis,vt comprobãt *Montan.* maximus Feudiſta,ac I.C.doctiſſimus *controu.*3.ſub *nu.*2. *Georg. Franczius de laudem.cap.*8 *n.*11.ac *D.Iacob.Gallus conſ.*88. *nu.*1.vide tamen *Ioſeph.Ludouic. dec. Lucenſ.vlt.p.*1.vbi plures caſus diſtinguit, quẽ refert *Farinac.in fragm.*poſt *repertor. de contract.in verb.emphyteuſis,n.*3.

2 Obſerua tamen, quòd fœmina in conceſſione emphyteuſis facta pro ſe, & filijs, comprehenditur, nàm etſi in contrarium ſit communis opinio,quia in contractibus maſculinùm non concipit fœmininum, vt tradiderunt *Arcbid. in can.ſi quis ſuadente* 17.*q.*4.*Guido de Suzar.in l.veteribus,ff. de pact.Roman.conſ.*35.*Dec.conſ.*171.*nu.*4. *verſ.præterea,& conſ.*567.*num.*5. ac *Alex. conſ.*61.*vol.*1.attamen negatiuam ſententiam ſubſtinet *Salyc.in l.*2.*q.*12.*&* 17. *C.de iure emphyt.* alijq; relati per *D. de Franch. dec.*30.*nu.*1.eamq; ſequutus eſt conſulendò *D.Ioan.Vinc.Caualer.conſ.*25.*lib.*1. manuſcript. & S.C. iudicando contrà communem opinionem in caſu prædicto , modicam habuit difficultatem, eò,quòd rationes ponderantur,non autem numerus *Doctorum*,vt refert *D.de Franch.ibid. num.*2.

3 eò magis,quia in dubio emphyteuſis cenſetur conceſſa pro maſculis, *Bardell. conſ.* 165.*nu.*6.*tom.*2. immò quando eſt facta pro ſe,filijs,& hæredibus,dicitur mixta, vt conſulendo tradidit D.meus *conſult.*75.*nu.* 219.*lib.*1.etiam ſi verbo,*hæredibus*, addita ſint verba,& *ſucceſſoribus quibuſcunquè*,vt tradit *nu.*220.& proſequitur *Ioſeph Vela diſſert.*15.*nu.*12.

Contrà tamen hanc *dec.*30.*D.de Franch.*
4 latè fundat *Mareſcott.lib.*1.*var.reſol.cap.*2. per tot.& *nu.*1. ità deciſum per Rotam refert,iuxtà communem opinionem,ad quod vide etiam *Laderch.conſ.*9.*n.*9.& conciliãdo has deciſiones,dici poteſt ,quòd *deciſio* 30.*D.de Frãch.*procedit in caſu ſuo,& ſic in emphyteuſi Eccleſiaſtica, de qua loquitur, in qua ſtricta ſit interpretatio,vt deciſũ re-

ſert *Mareſcott.ibid.nu.6.* ſecùs autem in emphyteuſi ſeculari, de qua verba facit *Mareſcott.*

5 Quando tamen fœmina continetur ſub dicta conceſſione, vel quia maſculinum concipit fœmininum, vel quia expreſſe ſit vocata, vt hîc, in hoc Regno non ſuccedit cum maſculis in dicta emphyteuſi, ſtante ſtatuto, quòd *extantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt*, ſed illis mortuis admittuntur, vt probat D.meus *dec.3.à num.10.* per 15.& *dec.126.n.3.lib.2.* vbi *num.27* refert,
6 fuiſſe deciſum, non dari repræſentationem in emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua cauſa ſcripſit *D.Montan.d.controu.3.* ac *D. Gaitus*, vt ex eius *alleg.* quas ad pennã habeo.

Verùm, ſi non oſtendatur inſtrumentum
7 conceſſionis emphyteuſis, ſed tantùm venditionis, in quo venditor aſſerat, rem illam venditam obnoxiam eſſe cenſui emphyteutico alteri debito, & quòd venditio illa intelligatur facta cum dicto onere, hæc ſola aſſertio præiudicat venditori, & alijs ab ipſo cauſam habentibus, vt per *Crauett. conſ. 217.nu.7.& 8.Caſſan.in Conſuet.Burg.tit. Des cenſes, rubr. 11.§.3.nu.5.Foller. in praxi de cenſib.verb.huiuſmodi,nu.98.* ſed contrariam negatiuam ſententiam ſubſtinent *Speculat.tit.de emphyt.§.nunc aliqua, verſ. 74.& Guid.Pap.dec.24.* Hæ tamen opiniones conciliantur, vt prima affirmatiua procedat, concurrentibus alijs probationibus, vel adminiculis, vtputà ſi venditor conſueuiſſet ſoluere cenſum, vel alius diſpoſitiuè recognouiſſet, aut quid ſimile, ità *Gugliel. de Bened.in cap.Raynuntius, verb.& vxorem nomine Adelaſiam, nu.444. Felic.* qui infinitos cumulat, *de cenſib.lib.3.cap.6.n.6. in fin.Roderic. de ann.reddit.lib.1.q.15.nu. 75.in fine,& Ferrer.in addit.ad Guid.Pap. d.dec.24.* dicit, ſufficere, ſi aſſertio eſſet ſpecialitèr concepta, continens redditum, & emptor promitteret ſoluere, *Bart.in l.admonendi,ff.de iureiur.* ſequitur *Garz.Maſtril.ad Petr.de Gregor.de cenſib.q.5.n.306.*

Hinc in cauſa Monaſterij S.Martini cum
8 Ambroſio Salſano ſuper ſolutione annuorum granorum 17.ex cauſa cenſus, quamuis non fuiſſet præſentatum inſtrumentum fundationis cenſus, ſed tantummodò duo inſtrumenta venditionis territorij bis venditi cum onere dicti cenſus, quorum vigo-
* re fuerat per Curiam Baiulationis Ciuitatis Auerſæ condemnatus ad correſpondendum dictus Ambroſius, interpoſita appel-
* latione ad M.C.V. fuit reuocata ſententia dictæ Curiæ Baiulationis, & abſolutus dictus Ambroſius, à qua ſententia cùm fuiſſet appellatum ad S.C. fuit ſub die 30. Ianua-
* rij 1615.ad relationẽ D.Conſil. *De Morra* reuocata ſententia dictæ M.C.V.& eodem-
natus ad ſoluendum cenſus petitos à die ſententiæ latæ per Curiam dictæ Baiulationis, ſalua declaratione facienda qualitatis cenſus, partibus pleniùs auditis, in Banca de Scaccianento. In dubio enim non præ-
9 ſumitur cenſus emphyteuticus, vt fundat *Montan.controu.75.à nu.14.cum ſeqq.*& ità deciſum fuiſſe per S.C.dicit, audiuiſſe à D. Conſil.*Prouenzale*, vt habetur *n.20.*& potiùs præſumitur locatio, vel conductio, quã emphyteuſis, vt diximus *dec.18.nu.4.* niſi ex cõiecturis conſtet, vt per D.meum *hic,n.2.* & in quo differat contractus cenſualis à cõtractu emphyteuſis, tradit D.meus *d.deciſ. 18.n.10.& 11.*

Sic paritèr, non exhibito inſtrumento
10 conceſſionis in emphyteuſim, ſed tantùm recognitionis factæ per emphyteutam directo domino, fuit condemnatus poſſeſſor ad laudemia, & cenſus, vt deciſum per S.C. teſtatur Montan. vbi ſupr.*n.19.in fin.*

Non tamen res cenſetur emphyteutica,
11 quàmuis ſoluens canonem dicat, pro tali re emphyteutica, ſi poſteà dicat, ex errore id dixiſſe, ex *Caſtr.conſ.51.col.2.* vbi, quòd ſi rem meã allodialem recognoſco ab alio vti feudalem, non propterea efficitur feudalis, & talis recognitio, tanquàm erronea nõ valet, qui enim errat, non videtur voluiſſe dominium transferre, *l.3.§.ſubtiliùs,ff.de condit.ob cauſ.*& quis poteſt perpetuò errorem reuocare, dummodò iudicatum, vel tranſactum non ſit, *l.errore facti, C.de iur.*
12 *& fact.ignor.*& ità per S.C.determinatum
* fuit, referente D.Conſil.*De Boctis* in anno 1574.vt habeo ex *Apoſtilla* manuſcripta D.Conſil.*De Rubeis in d.§.ſubtiliùs.*

*M.A.Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Generalis abolitio nùm accuſationes nondùm inſtitutas includat. Et an remiſſio partis in indultu requiſita neceſſaria ſit, quærela tempore indultus, adhùc non propoſita.

## SVMMARIVM.

1 *Accuſatio ſi non ſit inſtituta antè publicationem indultus, non poteſt inſtitui, eo publicato, & n.3.& 9.*

2 *Generalis abolitio non includit accuſationes nondùm inſtitutas, & n.13.*

4 *Inter abſolutũ per ſententiã, et per indulgẽtiã Principis nulla cõſtituitur differẽtia.*

5 In-

Digitized by Google

5 *Informatione formata ad inſtantiam Regij Fiſci tempore publicati indultus, an ſit neceſſaria Partis remiſſio,& n.14.*
6 *Remiſſio an debeat haberi ab inſtigatore,vel ab accuſatore,ad obtinendum indultum.*
7 *Delictum non abolitur propter indultum, abſq; partis remiſſione,ſiuè ſit propoſita, ſiuè non propoſita quærela, ſiuè ſit capta, ſiuè non ſit capta informatio de delicto antè indultum,contrà* Maſtrill.
8 *Compoſitio fieri non poteſt,abſq; partis remiſſione de delicto nondùm accuſato, ſeù quærelato.*
*Sed contrarium, n.10.*
11 *Stante ſtatuto,quòd in nullo crimine commiſſo poſſit ampliùs ex officio procedi,niſi poſſit pars offenſa quærelam inſtituere.*
12 *Indulgentia conceſſa ex beneficio Principis,pleniſſimè eſt interpretanda.*
13 *Principum beneficia licèt ſint largè interpretanda,literæ tamen beneficiales,maximè,quæ ambitionem , ſeù iniquitatem pariunt, ſunt potiùs reſtringendæ.*
15 Maſtrill.ad indult.cap.7. & 24. *confutatur, & nu.16.*
17 *Indultandus debet exprimere omnia delicta,pro quibus vult indultari, nec ſufficit clauſula in precibus,*& pro omnibus delictis hùcuſq; patratis.
18 Giurb.in conſ.crim.57.*confutatur.*
19 *Exitus cauſæ refertur.*

# Deciſio LXXI.

CVM eſſet inquiſitus Mauritius *di Pier Matthæo* de homicidio , & per M.C.V.condẽnatus ad mortem,interpoſita per ipſum appellatione in S.C.cauſa mihi cõmiſſa, fuit prætenſum,debere gaudere Regio generali indultu,conceſſo ob natiuitatem noſtri Principis primogeniti Inuictiſſimi Regis Philippi IV.quo indultu gaudere intendebat, quàmuis non adeſſet partis remiſſio,verùm quia M.C.V.ſuper hoc articulo non iudicauerat,ideò facto verbo in S.C. ſub die 17.Martij 1633.fuit prouiſum,quòd M.C.V. prouideat ſuper allegata exceptione indultus,Fiſco,& Partibus auditis,& diſcuſſo negotio ibidem,die 26. Aprilis eiuſdem anni fuit Mauritius ab oppoſita exceptione indultus excluſus , & deuoluta cauſa in S. C. per remedium appellationis, fuit tractatus articulus,ſi benè,vel malè fuerit per M.C.V. iudicatum , prætendebat enim inquiſitus, quòd delictum, quod præſumebatur , patratum erat de menſe Iulij 1629.& ſic antè publicationem prædicti Regij generalis indultus,inquiſitio autem contrà ipſum fuit capta de menſe Aprilis 1630.& etiam quærela,& ſic poſt indultus publicationem, & proptereà dicebatur, quòd cùm antè indultum non erat formata inquiſitio , nec propoſita quærela , non poterat formari poſt indultum,eò,quia delictum per indulgentiam erat abolitum, ad quod adducebatur *Maſtrill.de magiſtr.in tit.ad indult. general.cap.7.* vbi quærit,quid ſi accuſatio
1 non fuerit inſtituta antè publicationem indultus,an poſſit de nouo inſtitui poſt publicationem ipſius, & quàmuis videbatur,
2 poſſe dubitari,ex eo,quia generalis abolitio non includit accuſationes nondùm inſtitutas,iuxtà *text.in l.1.& 2.* C. *de gener. abolit.Angel.de maleſic. in verb. quærelam, nu.77.*& alij,attamen *nu.3.*concludit,quòd à die datæ prædictæ gratiæ indultus extin-
3 guitur penitùs delictum, & acquiritur ius parti,ità vt non ſit res integra,nàm per gratiam delictum eſt abolitum, ad quod allegabatur etiam *Couarr.var.reſol.lib.2.c.10. nu.2.*vbi fundat,quòd ſicuti abſolutus per
4 ſententiam,non poteſt ampliùs moleſtari, ità per indulgentiam Principis, quæ,non dubitatur,quòd comprehendat inquiſitiones nondùm cœptas , cùm expreſsè comprehendantur proceſſus nondùm incepti. Verùm, quia cardo difficultatis videbatur reſidere,ſi ſit neceſſaria partis remiſſio, vel nè in hoc caſu, quando antè indulgentiam non erat propoſita quærela,& formata inquiſitio,cùm ex eodem Principis reſcripto appareat , eſſe neceſſariam partis remiſſionem,in caſibus tamen,vbi de iure requiritur,ideò inquiſitus,ad probandum , non fuiſſe ſibi neceſſariam in hoc caſu remiſſionem , adducebat alium locum eiuſdem *Maſtrill.in d.tit.ad indult.general. cap.24. nu.23.*vbi in caſu,in quo reperiretur tem-
5 pore indultus inquiſitio iàm per informationem ad inſtantiam Fiſci,abſq; tamẽ partis quærela formata,tenet,quòd adhùc gaudere debeat inquiſitus dicto generali indultu,etiam abſq; partis remiſſione , quod etiam ex pluribus comprobat *Giurb. in conſ.crim.57.*vbi conſuluit pro Hieronymo Caribdio inquiſito in Curia Straticotali Ciuitatis Meſſanæ de proditorio homicidio,qui obtinuerat decretum , quòd gaudeat generali indultu pro dicto delicto. Cùmque in aduentu noui Proregis Ducis Maquedæ ad inſtantiam matris occiſi fuiſſet carceratus,fuit latè diſputatum , ſi erat reponendus in priſtinam libertatem , & ſi debebat cum effectu gaudere dicto generali indultu,& in *fine* refert, de anno 1596. per Mag.Reg.Cur.fuiſſe pronunciatũ, quòd gaudeat indultu,& deciſionis rationem aſſert,quia illud,quod dicitur, quòd requira-
6 tur remiſſio partis offenſæ, intelligitur de accuſatore,ità vt neq; inſtigatoris remiſſio

requiratur,vt plenè fundat *n.17.* licèt in in-
ſtigatore contrarium plurièſ fuiſſe deciſum
referat idem *Maſtrill.ad indult. general. d.
c.24.n.84.* quàmuis ipſe contrarium teneat,
idem dicit etiam in *c.7.n.14.*& hoc idem ex
noſtris tenuit *D.Philip.Paſchal.in fin.tract.
de vir. patr.poteſt.in addit.nouiſſimis,n.10.*

In contrarium verò pro parte Regij Fiſci
dicebatur, nullo modo poſſe tractari de
7 abolitione delicti,ob gratiam generalis in-
dultus,vbi non adeſt partis remiſſio,ſiuè ſit
propoſita,ſiuè non quærela,& ſiuè ſit capta,
ſiuè non informatio de delicto antè indul-
tum patrato, cùm hoc reperiatur cautum
per expreſſa verba d.Regij generalis indul-
tus , vbi nulla habita diſtinctione, dicit ,
quòd requiritur partis remiſſio,nec ponde-
ratio facta à *Maſtrill.* quòd hoc intelliga-
tur, vbi partis remiſſio requiritur,ſicuti di-
ctant verba eiuſdem indultus,ſunt in con-
ſideratione , ſiquidèm verba prædicta ha-
bent reſpectum ad nonnullos caſus,in qui-
bus de iure non requiritur partis remiſſio,
qui ſunt multi,vt per *Clar. in q.59.* vbi etiã
per *Baiard,* & in ipſamet gratia indultus
ſequitur declaratio, quòd inter caſus, in
quibus remiſſio Partis non requiritur,com-
prehẽditur caſus *prouocationis,ſeù diffidæ,
ſimplicis inſultus cum euaginatione , ac de-
lationis armorum,vbi tamen vulnera, aut
percuſſiones ſequutæ non fuerint,* & ſic di-
cebatur, verba in caſibus, in quibus requi-
ritur remiſſio partis,non poſſe trahi ad ho-
micidium, ſed ad illa tantùm delicta, in
quibus de iure partis remiſſio non requi-
ritur.

8 Et quidèm quæſtio prædicta fuit tracta-
ta à *Luc.de Penn.in l.1. C.de deſertor.lib.
12.in 4.quæſt.in fin. verſ.hoc autem circà
hanc materiam attendendum eſt,* vbi ſim-
plicitèr tenet, nullo modo poſſe compoſi-
tionem fieri,abſq; partis offenſæ remiſſione,
dat tamen cautelam,vt Iudex præfigat ter-
minum parti offenſæ ad accuſationem pro-
ponendam,quo termino elapſo, quærela
non propoſita,quòd poſſit Iudex ad com-
poſitionem procedere, neque licitum am-
9 pliùs erit parti accuſationem proponere, &
hanc ſententiam ſequutus fuit *Paris de
Put.de ſindic. in verbo compoſitio,c.4.nu.3.
in fine.*

10 Contrarium tamen,prædictam cautelam
non valere,& etiam in hoc caſu non poſſe
Iudicem componere , tenuit *Carau.in ritu
272.*vbi pluribus rationibus,& authoritati-
bus ſuam comprobat opinionem,& in pra-
xi ità ſeruari teſtatur , & opinio *Carauitæ*
cõmunitèr à DD. Regnicolis approbatur,
eamq; ſequitur *Luc.Foller.in pragm.5.de
compoſ.nu.102.& De Ponte de poteſt. Pro-
reg.tit.de prouiſ.fieri ſolit.§.4.n.33.*qui etiã
teſtatur, in Regno opinionem *Carauitæ*
ſeruari, maximè ſtante *Regia pragm.*4. ſub
*tit.de compoſ.*& eam etiam amplectitur *Fa-
rinac.de inquiſ.q.5.*ſub *n.11.verſ.amplia
primò,*vbi validiſſimis rationibus opinionẽ
*Lucæ de Penna , & Paridis de Puteo* con-
futat,& ex pluribus probat,quòd non ſuffi-
ciat iſte tacitus conſenſus inductus ex ter-
mino,ad quærelandum præfixo.

Alia & ſecunda eſt quæſtio ab eodem
11 *Luca de Pẽna* excitata in *d.l.1. C.de deſert.
in 5.quæſt.*vtrum ex generali indulgentia
per Principem cõceſſa, ſi ſtatutum ſit,quòd
in nullo crimine commiſſo poſſit ampliùs
ex officio procedi, poſſit nè pars offenſa
quærelam inſtituere ? & arguit,quòd non,
quia tenemur Diuinam Clementiam imi-
tari,eò,quòd crimen ſemel remiſſione de-
letum,non poteſt ampliùs peti,& in vltionẽ
redire,*can.ſi illic 23.q.4.* Item,quia talis in-
12 dulgentia proceſſit ex beneficio Principis,
ergo pleniſſimè eſt interpretanda,*l.fin.ff.de
Conſtitut.Princip.*dicitur etiam fauorabi-
lis,& ſic amplianda,accuſatio autem odio-
ſa, & ideò reſtringenda.

Oppoſitis tamen non obſtantibus con-
trarium concludit. Primò,quia iſtæ indul-
gentiæ ſunt iniquæ, & ad nutrienda crimi-
na promptiores , tunc enim Principum be-
neficia largam recipiunt interpretationem,
quando ex Diuina indulgentia procedere
dignoſcuntur,vt probatur in *d.l.fin.*ſed Di-
uina indulgentia potiùs ſtatuit, delicta eſſe
13 punienda, quàm indulgentijs ſubleuanda,
immò quàmuis Principum beneficia ſint
largè interpretanda,literę tamen beneficia-
les,maximè quæ ambitionem,ſeù iniquita-
tem pariunt,ſunt potiùs reſtringendæ,*capit.
quàmuis,de præbend. in 6.* Et quidèm ſatis
iniquum erit, actiones ad vindictam, quæ
non verborum obligationibus , ſed ſangui-
num effuſionibus ortæ ſunt,tàm leui remiſ-
ſione deleri, nec generalem indulgentiam ,
videtur, aliqualitèr poſſe comprehendere
ius inquirendi ex officio ſuper crimine, ob
deſiſtentiam illicitam futuri accuſatoris,ni-
mium enim intereſt Reipublicæ, puniri fla-
gitia;& hoc nonnullis alijs rationibus,& au-
thoritatibus comprobat.

Inſupèr dicebatur pro Fiſco, quòd hic
caſus poterat extrà omnem difficultatem
decidi ex eiſdem verbis indultus; quàmuis
enim expreſsè Rex noſter Inuictiſſimus vo-
14 luerit,indulgẽtiam generalem concedere,
*Siuè adhùc proceſſus cępti non ſint,ſiuè pen-
deant,*tamen de iure abolitio generalis non
comprehendit accuſationes nondùm inſti-
tutas,*d.l.1.& 2.C.de gener.abolit.Decian.in
tit.abolitio,quando impediat accuſationem,
n.25.Farinac.in d.tit.de inquiſit.q.6.nu.60.
Catalan.de indultu c.8.nu.5.* tamen ſubdit

poſteà:

poſteà: *Modò in caſibus, in quibus requiritur à parte offenſa remiſſio, obtenta fuerit, vel illam in futurum in ſuprà ſtatuto termino obtineri contingat.* Et ſic indulgentia, tàm reſpectu delictorum, pro quibus capta eſt informatio, quàm reſpectu eorum, de quibus adhùc proceſſus cępti non erant, ſemper eſt conditionata, dummodò fuerit obtenta remiſſio Partis, vel infrà terminum ſtatutum obtinebitur; & ſic quando inquiſitus prætendit, ex indultu delictum fuiſſe iàm abolitum, abſq; Partis remiſſione, loqui videtur cõtra verba eiuſdem indultus, per quod in ſpecie in delictis occultis, & nõ delatis, & pro quibus proceſſus cępti non ſunt, cauetur, vt in tantum intelligantur aboliti, quatènus remiſſio Partis offenſæ interuenerit, quod quidèm in terminis tenuit *Catalan. in d. tract. de indultu, c.* 50. *in fin.* vbi dicit, quòd deficiente remiſſione, deficit indultus beneficium, ex defectu cõditionis.

Ex quibus apparet, quòd malè ſenſit 15 *Maſtrill. ad indult. general. c.* 7. *&* 24. *nu.* 23. vbi tenet, quòd ſtatim atq; fit gratia indultus, delicta, pro quibus adhuc proceſſus cępti non ſunt, abolita, & cancellata ſint, abſquè Partis remiſſione, quia eius opinio iure non fundatur, quàmuis enim in *d. c.* 7. alleget *Carau. in pragm.* 1. *de exul. nu.* 121. *& Grat. conſ.* 144. *vol.* 2. ab ipſomet *Carauita* allegatum, vbi tenet, bannitum indultatum de omnibus ſuis delictis, non poſſe moleſtari, ſi reperiatur commiſiſſe aliud delictum, de quo nõ erat formatus proceſſus, tamen etiam in caſu prædicto contrarium tenuit *Io. Grand. de bello exul. in* 3. *quæſt. n.* 25. ab ipſomet *Maſtrillo* pro eius opinione allegatus, vbi probat, quòd indultus cõcernit proceſſus pendentes, non futuros, (quod etiam de iure communi ſuprà fundauimus ex *text. in d. l.* 1. *&* 2. *C. de general. abol.*) & ipſe allegat *Bald. in d. l.* 1. *&* 2. *Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni Miſericordiam, nu.* 13. *& Gramm. conſ.* 137. *vol.* 1. *&* 134. *vol.* 2. & teſtatur, quòd hodiè eſt deciſum ſecundùm opinionem *Baldi* contrà *Carauitam*, nàm ſaltim eſt neceſſarium, vt indultandus in precibus exprimat omnia delicta, pro quibus vult indultari, & quòd plurièſ Reg. Collat. Cõſil. ſic reſcripſit Reg. Audientiæ Aprutij, & ſic tenet, quòd clau-16 ſula illa generalis, quam per abuſum ſolebat apponere in precibus, *& pro omnibus alijs delictis hùcuſq; patratis*, non prodeſt, niſi exprimantur delicta, & teſtatur, ità obſeruari, & traditur ratio, quia preces illæ Fiſco intimatæ nocent libellanti, & aliquo modo poteſt dici, ex illa aſſertione in libello, inquiſitionem eſſe formatam, ſecundùm *Bal.* quod probatur ex *text. in l. cùm preci, C. de liber. cauſa*; quod apparet etiam ex verbis indultus, vbi ad remouendam iuris difficultatem, ſi ſunt comprehenſa delicta adhùc nondùm delata, & proceſſus adhùc non cępti, prouidetur, expreſſè contineri, verùm conditionalitèr, *dummodò adſit Par-* 17 *tis remiſſio, ſiuè illam infrà ſtatutum terminum obtineant.* Nec obſtabit deciſio relata per eundem *Maſtrill. in d. c.* 24. *nu.* 23. quia reuera eſt contra expreſſa verba in-18 dultus. Nequè etiam obſtabit alia deciſio relata per *Giurb. in d. conſil. crim.* 57. vbi refert deciſionem Curiæ Straticotalis Ciuitatis Meſſanæ, ac etiam Mag. Reg. Cur. Regni Siciliæ, cùm contrarium reperiatur deciſum in eodem caſu per eandem Mag. Reg. Cur. cauſarum criminalium, de qua meminit *Maſtrill. in d. c.* 24. *n.* 34. Hæc cauſa non fuit 19 deciſa, ex eo, quia inquiſitus renunciauit prædictæ Regij indultus exceptioni, prætẽdendo ex proceſſu Reg. Audientiæ nouitèr producto, ſententiam capitalem contra ipſum latam eſſe reformandam, & in Regia Viſitatione fuit tranſmiſſus ad Regias triremes loco depoſiti, vbi tandèm ſe concordauit ſeruire per aliquos annos, verùm ex prædictis facilè apparebit, quid in ſimilibus caſibus obſeruari poſſet.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione LXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Indultus non ſuffragatur, abſquè partis remiſſione, inquiſito, & accuſato, poſt illius promulgationem, de delictis tamen anteà commiſſis; contrarium, quando non fuit querelatus, n.* 2. *neq; pro pœnis, vbi pro eis eſt facta exequutio, n.* 6. 7. *&* 8.

3 *Inquiſitus de pluribus delictis, gaudet indultu pro delictis, de quibus habet Partis remiſſionem, & de reliquis condemnatur, vt iuris.*

4 *Indulgentia, ſiuè impunitas, ſolet à Regio Collaterali Conſilio concedi vni, vel duobus ex conſorijs criminis, dummodò ponant in verum delictum, non tamen concedi poteſt à Barone, n.* 5.

*Delictum, quando dicatur in vero poſitum, ibid.*

5 *Barones non poſſunt dare impunitatem, ſiuè indulgentiam, ad finem, vt delicta in vero ponantur.*

6 *Fiſcus eſt cautus de pœna per exequutionẽ factam in bonis debitoris, & ſic iudicatũ adducitur.*

7 *Verbum,* cautum, *quomodò intelligatur.*

In-

INdultu non gaudet inquiſitus, & accuſatus poſt illius promulgationem, de delictis tamen anteà cōmiſſis, abſq; partis remiſſione, vt fuit per M.C.V. determinatum, & quàmuis interpoſita appellatione ad S.Conſil.cauſa non fuerit deciſa, quia inquiſitus ſe concordauit ad ſeruiendum in Regijs Triremibus per aliquot annos, vt refert D.meus *nu.19.* ſed ſententia M.C.confirmatur, ex traditis per eundē D.meum à *nu.7.* per tot.*nu.*18. quod etiam voluit *D.Angel.Scialoya in praxi foriudic. cap.24.nu.15.& 72.* in quo articulo videndus eſt *Anton.de Ball.in tract.crimin.lib.4. quaſt.partic.q.10. tit. de indultu generali, nu.31.* quem refert *D.Laganar.in addit. ad D.Reg.Rouit.in pragm.2.num.1. de abolit.* vbi D.meum hic adducit, & laudat, verùm
2 vbi inquiſitus non eſt quærelatus à parte, ſed tantùm inquiritur ex officio ad inſtantiam Fiſci, tunc abſq; partis remiſſione, indultu gaudet, ità deciſum refert *D.Nouar.* per Regiam Audientiam Capitanatæ, & Comitatus Moliſij, *dec.63.nu.2.* ex *Maſtrill.de indultu generali,cap.24.* ſub *nu.23.* quem tamen reprobat D.meus *num.15.& 17.* ac paritèr *n.18.* deciſionem relatam per *Giurb. conſ. crim.57.*

3 Verùm, ſi tempore indultus promulgati quis reperiatur inquiſitus de pluribus delictis, gaudebit illius beneficio pro delictis, de quibus habet partis remiſſionem, pro alijs verò condemnatur, vt iuris, vt deciſū paritèr per dictam Regiam Audientiam, teſtatur *D.Nouar. dec.3.nu.2. verſ. tamen communi voto*, ex *Magal. de aſſecurat. & ſaluo conduct.par.3.col.2.D.de Francb.dec.330.nu.5.* & *D.de Medic.conſ.*111. eamquè deciſionem tuetur à *n.4.* per tot.*n.*11.

Hinc, licèt Regiū Collaterale Conſilium
4 ſoleat indulgentiam, ſiuè impunitatem promittere vni, vel duobus ex conſocijs criminis, ſi tamen crimen patefaciant, ſiuè in vero ponant, ex regula ſumpta in *l.nō omnes, §.fin.ff.de re milit.* de qua poſt *D.Reg.de Pont.* habetur per *D.Praſ. Merlin. cap.36. n.1.cent.1.controu.forenſ.* ità vt ſufficiat ad prēmium promiſſum conſequendum, dare indicia legitima ad torturam, vt ſeruari dixit *ibid.nu.3. in fine*, hanc tamen impu-
5 nitatem, ſiuè indultum, Barones Regni minimè concedere poſſunt, id enim ſolummodò ad Principem, & Regem ſpectat, vt deciſum refert per M.C.V.in Collat.Conſil. *D.Merlin.loc.cit.nu.8.* qui à *n.10.* cum *ſeqq.* ad contraria optimè reſpondet.

Et dùm in generali indultu fieri ſolet
6 gratia pœnæ pecuniariæ, ſolet etiam adijci clauſula limitatiua, *dummodò illa realitèr exacta, incorporata, aſſignata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut alitèr Fiſco pro ea cautum fuerit*, vt habetur in indultu, de quo in *pragm.2.de abolit.* ideòq; in Regia Iuncta extractionū die 3. Septēbris 1630. coràm D.Viſitatore *D. Franciſco Antonio de Alarcon*, votantibus D.Reg.*Rouito*, DD. Conſil.*Carleual.& Zufia*, D.Præſid.R.C.S. *Battaglino*, cum interuentu *D.Fabij Capycij Galeota* Fiſci Patroni, fuit deciſum, cenſeri cautum Regio Fiſco per exequutionem factā in bonis debitoris, ad hoc, vt ille exceptione indultus non gaudeat, vt per *D.Reg. Rouit.dec.91.n.38.* ratioq; deciſionis fuit, nā
7 cùm nomen, *cautum*, quod deriuat à cautione, ſit nomen generis, intelligitur enim quandoq; in perſonis, vel rebus, *l.habere 188.§.cautum*, vbi *gloſ.ff.de verb. ſignific.* immò plus cautionis eſt in rem, quàm in perſonam, *l.plus cautionis 26.ff.de reg.iur.* eò, quòd cauere rebus, dicitur cum pignoribus, & cauere perſonis, eſt cum fideiuſſoribus, *l.reſcripta, §.planè, ff.de muner.& honor.& l.1. §. Iudex, ff. de collat. bonor.* &
8 quòd vbi dati ſunt fideiuſſores, vel pignora, indultus locum non habeat, optimè defendit per plura media *D.Io.Aloyſ.Catalan.de indultu,cap.19.* à *nu.*80. ad 95.*& nu.*100. 105.106.126. & à *nu.*226. vſq; ad *finem*, tantò magis, quia formula Indultus conceſſi per Sereniſſimum Regem, cum interuentu DD.Regentium Supremi Italici Conſilij, eſt ſūpta ex ſtylo Cancellariæ huius Regni, cui dirigitur, vt in pœnarum indulgentijs excipiantur duo caſus, *dummodò non ſint ſoluta, nec exequuta*, vt teſtatur *D.Reg. Conſtant.* Marchio Corleti, vir ſua tempeſtate nemini ſecundus, in *l.1.nu.58.verſ. ſecùs tamen, C.pœn. fiſcal.credit.præfer.lib.10.* de qua clauſula agit D.meus *deciſ. ſeq.* antè *nu.1.* & *nu.19.* circà *fin.ibiq;* etiam Ego alia dicam. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Nùm gratia medietatis pœnæ Fiſcalis ſolita fieri cum clauſula, *dummodò non fuerit exequuta, nec ſoluta*, operetur, debitore pro ea carcerato.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pignus iudiciale per exequutionem fit.*
2 *Pro debito quis carcerari non poteſt.*
*Amplia, vt nec etiam hoc inter partes paciſci poſſit, n.3.*
*Contrarium, n.7.& ſeq.*

4 Iu-

4 *Iudex in condemnando, & exequendo, vices partis fungitur.*
5 *Carceratio debitoris vndè oriatur.*
6 *Exequutio pœnæ Fiſcalis, non dicitur facta per carcerationem debitoris.*
*Contrarium, n. 11. & ſeq.*
7 *Debitor exequi poteſt ad inſtantiam creditoris in cauſam iudicati.*
*Intellige, facta diſcuſſione bonorum, nu. 8. 10. & 13.*
9 *Ordo datus in* l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. *carcerationem debitoris non impedit.*
11 *Pro pœna Fiſcali ordo* d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, & Rit. M.C. 1[illegible]4. *hodiè non obſeruatur.*
*Et aſſertur ratio, n. 12.*
*Sed contrarium, n. 13.*
*Dec[illegible] n. 14.*
15 *Carceratio debitoris vti ſuſpecti de fuga, exequutionem non continet.*
16 *Carceratio dicitur perſonalis exceptio.*
17 *Exequutio, certam non habet formam.*
18 *Carceratio debitoris operatur, vt poſſit procedi in cauſa reclamationis ſententiæ S.C. abſq; alia illius exequutione.*
19 *Deciſio adducitur.*

# Deciſio LXXII.

QVidam debitor, contrà quem erat liquidatum inſtrumentum via *Ritus M.C.V.* & contrà eum expeditæ literæ exequutoriales realitèr, & perſonalitèr, poſt ipſius, vel fideiuſſoris carcerationem obtinuit ſolitum reſcriptum S.E. in quo ſit gratia medietatis pœnæ, dummodò non ſit exacta, nec exequuta, fuit ad relationem dictæ M.C.V. propoſitus articulus in S.C. vtrùm ſtante carceratione iam facta ad inſtantiam Regij Fiſci pro prædicta pœna, ſit locus gratiæ, ità vt debeatur medietas, vel integra pœna? & dubium faciebant illa verba, quia gratia videtur facta, ſub conditione, *dummodò pœna non ſit exacta, nec exequuta,* & proptereà dubitabatur, ſi per carcerationem dicatur pœna exequuta, dicebatur pro parte carcerati, quòd illud verbum, *dummodò nõ ſit exequuta,* debebat intelligi de exequu-
1 tione reali, quia per exequutionem ſit pignus iudiciale, ex *text. in l. 1. C. ſi in cauſ. iudic. pignor.* ſed in libero homine non po-
2 teſt practicari pignus iudiciale, non poteſt enim de iure pro debito carcerari, ad *text. in cap. 2. de pignor.* & in *l. ob æs, C. de act. & oblig.* vbi habetur, quòd ob æs alienum ſeruire liberos homines iura compelli non patiuntur, quod verbum, *ſeruire,* idem importat, quod carcerari, *l. 2. ff. de liber. hom.* *exhiben.* immò dicebatur, quòd nec ex pa-
3 cto poteſt inter partes paciſci, quòd priùs pro debito carceretur, vt per *Frecc.* qui alios cumulat, *de præſent. inſtrum. p. 8. q. 3. nu. 104.* per *text. in d. l. ob æs, C. de act. & oblig.* cum concordant. nemo enim dicitur Dominus membrorum ſuorum, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquil.* non poſſunt ergò Iudices in exequutionem iudicati, in iudiciale pignus liberos homines conſtituere, cùm
4 Iudices in condemnando, & exequendo, vices partis fungantur, vt probat *text. in d. l. 1. C. ſi in cauſ. iudic.* & ideò *Iureconſ. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* enumerando ea, in quibus exequutio in
5 cauſam iudicati ſit facienda, non ponit carcerationem debitoris, & proptereà dicebatur, quòd carceratio, quæ fit, oritur ex illa contumacia debitoris, qui poſt iudicatum, & literas exequutoriales expeditas non curauit, bona conſignare pro exequutione, vt contrahi poſſit pignus iudiciale, & non pro exequutione, quod probatur ex *Alex. in d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, nu. 8. ff. de re iudic.* qui dixit, eatènus poſſe Iudicem carcerare debitorem, quatènus noluerit exhibere bona, factaq; diligentia, & illis non repertis, quod etiam probat *Ludouic. Roman. conſ. 320.* ad quod adducitur *text. in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. & Alex. in d. l. à Diuo Pio, §. in venditione* dicit, quòd captura non fit loco ſolutionis debiti, prout pignora, quæ capiuntur, ſed vt faciliùs debitor ſoluat, quando autem expediuntur literæ exequutoriales via *Rit. M.C.* carceratur debitor, non priùs facta diſcuſſione bonorum, quia Curia pro Tribunali ſedente vocatur, reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti, & condemnatur tàm pro debito, quàm pro pœna, & eodem tempore tanquàm ſuſpectus de fuga, ſtatim capitur, iuxtà *Rit. M.C.V. 172.* & ideò non
6 poteſt dici, quòd per carcerationem ſit facta exequutio, ſed carceratur, ad hoc, vt exhibeat exequutionem, vel ſoluat, & ex his dicebat carceratus, quòd decretum M.C.V. per quod erat dictum, quòd ſoluat integrã pœnam, erat reformandum.

Ex aduerſo pro parte Reg. Fiſci replica-
7 batur, non eſſe verum, quòd pro debito nõ poteſt exequi contrà debitorem de perſona, & quòd carceratio debitoris nõ ſit exequutio, cùm in ſpecie *DD.* in cauſam iudicati dicant, poſſe ad inſtantiam creditoris exequi facere ſuum debitorem de perſona, ad quod probandum fuit ponderatum id, quod dicunt *DD.* & præcipuè *Imol. in d. l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* qui *nu. 13.* versùs *fin.* ponit quæſtionem; an pro exequutione ſententiæ poſſit capi perſona, & pro negatiua parte, quòd non, facta tamen

Digitized by Google

men priùs diſcuſſione carcerati, dicit,& allegat *gloſ.*pro ſingulari in *l.3.§.penult. ff.de*
8 *ſuſpect.tutor.*quam *gloſ.*opinionem ſequitur *Bart.ibi*,ſed *Imola* dicit,hâc opinionem non eſſe veram,ſecũdùm tempora *Codicis*, quia poterat capi, & carcerari, per not. in *l.1.C.qui bon.ced.poſſ.* & expreſſiùs in *§.qui autem*,iunćta *gloſ.in auth.de fideiuſſ.*vbi eſt caſus, quòd antè tempus illius §. debitor poterat capi pro exequutione ſententiæ, etiam ſi bona habebat, niſi cederet bonis, & ordo datus in *d.§ in venditione* non im-
9 pedit carcerationem, imò eam ſuadet,quia faciliùs fit exequutio,capta perſona,vt docet experientia, nàm debitor citiùs procurat pecuniam, vt ſatisfaciat creditori, ſed
10 dicit *Imola*, quòd hodiè poteſt procedere opinio *Bartoli*,ex quo creditor cogitur accipere bona debitoris in ſolutum, ſi ergò attendamus opinionem *gloſ.& Bart.* Si verò opinionem *Imol.* poteſt pro exequutione ſententiæ exequi perſona debitoris, & ſolùm inter DD. remanet controuerſum, ſi ſint priùs excutienda bona, vel non, quod quidèm etiam particularitèr cauetur per *Rit.Mag.Cur.Vic.*134.vbi datur certa forma Commiſſarijs pro exactione pœnarum Fiſcalium, vt priùs procurent venditionem mobilium,ſi ſufficientia fuerint,ſin autem non ſufficiant,ad venditionem ſtabilium,& ſi mobilia, & ſtabilia non ſufficiant, procedant ad carcerationem condemnatorum, & ſic per *Ritum* datur carceratio pro exequutione pœnæ; verùm,datur ordo,& modus in exequendo,quod priùs erat diſpoſi-
11 tum de iure communi in *d.l. à diuo pio*, *§.in venditione, ff.de re iudic.* vt notat *Carau.in d.Rit.*134. qui tamen *nu.1.*teſtatur, quòd hoc hodiè alitèr ſeruatur, quia ſi perſona haberi poterit, abſq; obſeruatione d.
12 ordinis,capitur,& carceratur, & dat rationem,quia iſtæ pœnæ,aut debentur ex conuentione fideiuſſionis, vel obligationis ſtipulatæ pęnès acta,& tunc nulli dubium eſt, quòd poteſt exequi realitèr,& perſonalitèr, ad electionem,vigore clauſularum,quæ apponuntur ordinariè & eis,aut ratione cõtumaciæ, quia in contumaciam fuit ad pęnam condemnatus,& tunc idem eſt,per notata per *Afflict. in Conſt.Regni Si quis poſt litem,in* 8.*notab.num.*25.per illum *text.*qui
13 licèt loquatur in contumace,qui dixit,nolle venire,idem iuris eſt,in liquidatione inſtrumenti, vbi in contumaciam expediũtur literæ exequutoriales realitèr, & perſonalitèr, licèt in caſibus, in quibus quis per ſententiam eſt condemnatus, eſſet ſeruandus ordo prædictus, prout ſemper practicatur, nàm pro exequutione ſententiæ S.C. expediuntur literæ exequutoriales, realitèr tantùm, & non deuenitur ad carcerationem debitoris,niſi in caſu,quo debitor non conſignet explicitam exequutionem, pro obligationibus verò incuſatis, vel inſtrumentis liquidatis expediuntur literæ exequutoriales realitèr,& perſonalitèr, ad electionem creditoris, immò vna via electa,altera non tollitur,& ex hoc dicebatur,quòd articulus
14 iſte poterat decidi ex formula literarum exequutorialium,in quibus legitur,*exequatur debitor realitèr, & perſonalitèr, ad ipſius creditoris electionem*, & ſic captura debitoris vocatur exequutio perſonalis,& verè negari non poteſt, quòd hæc captura ſit in exequutionem ſententiæ, & ſic eſt vera exequutio,vt probat *Paul.de Caſtr. in l. ſi quis Curialis,nu.*3.*C.de Epiſc.& cleric.* vbi loquendo de inſtrumento publico, & guarentigiato, dicit,quòd poteſt mitti in exequutionem cõtra debitorem per capturam perſonæ,ſed quòd quando fit hæc captura,
15 debet debitor citari,ſecus autem, quando carceratur tãquàm ſuſpectus de fuga,quod etiam probat *Aſin.in tract.de exequut.* §.2. *c.4.nu.*10. & ſic etiam exequutio perſonalis vocatur carceratio à *Carauita in dict. ritu* 134.*nu.*4. vbi diſputat articulum, quando
16 poſſet fieri die feriato.Et demùm fuit dictum, quòd hic caſus in terminis deciditur per *Bart.in l.is,qui,ff.quib.ex cauſ.maior. n.2.*vbi format quæſtionem,an ſi extet ſtatutum, quòd ſi creditor ſteterit per annos decem,creditum non poſſit peti, niſi fuerit petitum,& exequutio facta intrà decenniũ, & *n.*3. reſoluendo quæſtionem, dicit,quòd quædam ſunt,quæ habent certam formam, vt domus,quæ conſiſtit ex ſolo, parietibus, & tecto,& tũc domus dicitur perfecta, cùm habeat certam formam,*l.ſi is,qui,§.quadã, ff.ad l.falcid.*quædam ſunt,quæ non habent certam formam limitatam,vt murus,fouea, quæ ſiuè magna, ſiuè parua ſit, dicitur fouea,in iſtis enim,quæ non habent certam formam dicitur factum eò ipsò, quòd eſt aliquid cœptum, *l.rei appellatio, §.operis, ff.de verb.ſignif.& l.ſtipulatio,§.opus, ff.de nou.oper.nunc.*Sic ad propoſitum exequu-
17 tio non habet certam formam, quandoq; enim fit capiendo perſonam,& detrudẽdo eam in carcerẽ,*l.1.C.qui bon.ced.poſſ.*quandoq; fit capiendo pecuniam,& ſolutionem, quandoq; vno modo,quandoq; alio,& ideò quotieſcunq; factum eſt aliquod circa exequutionem,verum eſt dicere, quòd exequutio eſt facta,& ſic concludit *Bart.* quòd etiam in illo caſu ſtatuti dicatur exequutio facta,ſi debitor fuerit carceratus,quod quidèm ſatis punctuale videbatur pro deciſione præſentis articuli, hoc idem fuit etiam in terminis deciſum per Sacr.Conſil. à ſententijs enim,quæ nomine Regis proferuntur non appellatur, ſed reclamatur, iuxtà

*tex.*

Digitized by Google

*tex.in authent.quæ ſupplicatio,C.de precib. Imper.offerend.* ſicut à noſtri Sacr. Conſil. ſententijs non appellatur; ſed ad eoſdem Iudices reclamatur, non poteſt tamen in cauſa reclamationis procedi,niſi ſententia lata,ſit priùs in totum exequuta,fuit dubitatum,vtrum ſtãte carceratione debitoris,
18 quamuis non ſoluerit, procedi poſſit in cauſa reclamationis,& fuit per Sac.Conſil. determinatum,ſtante carceratione debitoris eſſe procedendum in cauſa reuiſionis, ſeù reclamationis,tanquàm exequutione
19 facta,vt per *Capyc.deciſ.169.*Et propterea die 30.Octobris 1631.fuit per Sacr.Conſil. communi voto determinatum,benè fuiſſe prouiſum per Magn.Cur. Vic. quòd debitor,non obſtante carceratione ſoluat integram pęnam, nulla habita ratione de gratia medietatis obtenta poſt carcerationem, nulla facta mentione dictæ carcerationis, ſtante clauſula,apponi ſolita etiam de ſtylo Regiæ Cancellariæ,*vt fiat gratia medietatis pœnæ,dummodò non ſit exacta,nec exequuta*,quia fuit habitum pro vero, quòd per carcerationem dicitur exequuta, & fuit in cauſa Octauiæ Spinellæ contra Attilium Piſanum,& Ioſephum Carbonellum carceratum, ad relationem Magn. Cur. Vic. vt eſt videre pęnès Secretarium Sacr.Reg.Conſil.

## OBSERVATIO In Deciſione LXXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Gratia medietatis pœnæ,fit cum clauſula,* dummodò non ſit exacta,nec exequuta; *imò,*dummodò reliquã ſoluat infrà menſem,*n.2.& integra debetur,ſi debitor reperiatur carceratus,n.3.*

4 *Gratia facta carcerato,non facta mentione de carcere,eſt ſubreptitia,ſic etiam de pęna,vbi non fuit facta mentio,quòd illa ſoluta fuit.*

5 *Septuagenarius pro debito ciuili non carceratur in carceribus, nec eſt exemptus ab onere carcerationis, tñ ei aſſignatur Ciuitas loco carceris, vel detinetur in domo Pretoris,n.6.& 7.limita,num.ſeq.*

8 *Debitor ſi tempore obligationis erat ſeptuagenarius, tunc detinetur in Camera corda,& ità deciſũ, ex ratione adducta,n.9.*

10 *Reclamatio interpoſita à ſententia S.C.non determinatur cũ ſupplicatione de verbo faciendo loco reclamationis,ſed committitur,& compilatur nouus proceſſus,& ità deciſum adducitur.*

1 Liquidato inſtrumento via *Ritus M.C.V.* vel incuſata obligatione ſtipulata pęnès acta M. C. V. vel aliarum Curiarum Regi ſubiectarum,debitor ad euitandam ſolutionem pęnæ Regio Fiſco debitæ,ad rationem caroleni vnius pro ducato totius debiti,capitalis, ac tertiarũ, vt per D.meum *dec.45.n. 18.& dec.115.n.20.*cui addo *D.Conſil.Paſchal.de patr.poteſtat.p.2.c.2.n.19. D.Prat.c.15.nu. 73.lib.1. diſceptat.forenſ. D.Praſ.Merlin. cent.2.cõtrou.forenſ.c.22.n.2.& c.24.n.16.* alioſquè per me adductos in *reſp.iur.* edito pro D.Principe Caſtri Frãchi Annibale Serſali,contra D.Corneliam Caracciolam, ſupplicat D.Proregi pro gratia d. pœnæ, per quem,ſiuè per Collaterale Conſilium,cum ſubſcriptione vnius tamen ex Dominis Regentibus in calce memorialis fit gratia medietatis d.pęnæ,cum clauſula tamen, *dummodò illa non ſit exacta,& exequuta*, de
2 qua diximus in *deciſ.præced.nu.8.*imò modernis temporibus ſolet apponi alia clauſula,*dummodò reliquam medietatem ſoluat infrà menſem,*verùmtamen,quando pęna eſt paruæ quãtitatis,fit gratia totius,ideòq;
3 fuit iudicatum in hac *deciſione,*debitorem, qui obtinuit gratiam d.pęnæ, cum d.clauſula, *dummodò illa non ſit exacta, nec exequuta,*non poſſe gratia prædicta gaudere pro medietate, ſi pro pœna prædicta reperiatur carceratus,tãtò magis, ſi in ſupplicatione nullam fecerit mentionẽ de d.carceratione,& proindè teneri ad ſolutionem in-
4 tegræ pœnæ;fuit enim habitum pro vero, quòd per carcerationem dicitur exequuta; vt habetur *nu.19.*gratia enim conceſſa carcerato, nulla facta mentione de carcere,eſt ſubreptitia, *Maſtrill.de indultu c.12.n.3.*& ſic mendax precator debet carere impetratis,*cap.ſuper literis,de reſcript. D.Prat.lib. 2.diſcept.forenſ.c.25.n.26.*ſicuti etiam,dùm gratia facta de pœna,non expreſſo, quòd erat ſoluta, paritèr reddebatur ſubreptitia, vt probat idẽ *Maſtrill. in d.tract.c.23.n.5.*

Agit paritèr D.meus *n.2.cum ſeq.*quan-
5 do pro debito quis carcerari poſſit, cuius occaſione obſeruabis,quòd ſeptuagenarius non carceratur pro debito ciuili in carceribus, vt per *D.Amendol. ad D. de Franch. deciſ.200.num.7. Gratian.c.328. num.10. diſcept.forenſ.D.Conſil.Paſchal.de patr.poteſtat.p.2.c.9.n.63.* nàm licèt nulla lege caueatur, ſeptuagenarium carcerari non debere,vt per *Cacher.dec.123.n.3.verſ.bis tamen,Natt.conſ.319.n.2.& 3.Menoch.conſ. 916.& de arbitr.iudic.q.88.n.5.*tamen dixit *Caccialup.de debitor.ſuſpecto,& fugit.q.5. n.6.* nunciari debere Principi ætatem ſenio confecti, qui in carcerem exiſtit, miſericordia enim motus,poterit mandare,illum

eſſe dimittendum, ad tradita per *Roman. conſ.* 120. *nu.* 3. prout ſic ſtatuto cauetur in Stat. Mediolani *cap.* 243. ſimileq; ſtatutum extat Centi, vt per *Ancbar. iun. q.* 8. *lib.* 2.
6 ideòq; licèt non ſint exempti ab onere carcerationis, tamen mitiùs cum eis agitur, & propterea ei aſſignari ſolet Ciuitas loco carceris, ex traditis per *D. Auguſt. Caput in allegat.* inſertis per *D. Thor. in Compen. dec. tom.* 1. *verb. ſenex ſeptuagenarius*, vel detineri debet in domo Prætoris, vt deciſum refert *Cacber. ibid. nu.* 4. Hinc in cauſa Elio-
7 noræ Cicinellæ cum N. N. ſeptuagenario, qui obtinuerat decretum in M. C. V. ad relationem D. Iudicis *Cioffi*, quòd teneret domum loco carceris, cũ cautione, &c. ſecundùm alia exempla per eum producta,
8 tamen interpoſita appellatione ad S. C. per dictam Elionoram, facta relatione per di-
* ctam M. C. in Aula *D. Rouiti*, die 15. Maij 1625. fuit reuocatum decretum dictę M. C. & ordinatum, quòd valeat d. N. N. ſtare in Camera Cordæ, cum cautione, &c. ea ratio-
9 ne, quia tempore obligationis erat ſeptuagenarius, ideòq; tali prærogatiua non gaudebit, *Gratian. d. cap.* 358. *n.* 2. *Ancbar. ibid. nu.* 9. quàmuis contrarium iudicatum referat *Stephan Garron. ad Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 7 *art.* 4. ſub *nu.* 47. & hac ratione fuiſſe motum S. C. retulit *D. Cioffus* D. *Lelio Gizzio* meo fratri, qui partes d. N. N. tuebatur, vt habeo ex *Apoſtilla* manuſcripta eiuſdem *D. Lelij* ad *Cacber. d. n.* 4. Acta ſunt in Banca Iacobi Pinti.

Agit pariter D. meus *nu.* 17. & 18. de re-
10 clamatione, ideòq; ſcias, quòd interpoſita reclamatione à ſententia S. C. lata, compilato proceſſu, licèt per D. Preſid. eiuſdem S. C. fuerit ordinatum, quòd fiat verbum loco reclamationis, non tamen debet fieri dictũ verbum ordinatum, ſed cauſa debet committi, ac compilari iterùm proceſſus in gra-
* du reclamationis, vt fuit deciſum per S. C. die 24. Iulij 1627. ad relationem *D. Rouiti*, in cauſa Horatij Sellaroli cum Ioann. Iulio Lauro, in Banca de Scaceiauento, ac pariter
* iudicatum fuit in Collaterali Conſilio in cauſa *delli Cerroni* cum Galluccio, in Banca de Felice, referente D. Regente *Vrſino*, poſteà Præſide S. C.

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Clericus beneficiatus, habitum, & tonſuram non deferens, an priuilegio fori gaudeat, ad declarationẽ *Bullæ* fęl. mem. *Sixti Papæ V.* incip. *Cùm Sacroſancta*, & *cap.* 6. *Sac. Conc. Trident. ſeſſ.* 23. Et an attento tenore *d. Bullæ* requiratur contrà Clericum non incedentem in habitu, & tonſura, ſententia declaratoria, & an *d. Bulla* ſit in obſeruantia.

### SVMMARIVM.

1 *Articulus validitatis, vel inualiditatis collationis beneficij ad Sanctiſſimum remittitur.*
2 *Clericus beneficiatus, quàmuis habitum, & tonſuram nõ deferat, ex diſpoſitione* S. C. Trid. *fori priuilegio gaudere debet.*
*Sed contrarium, attenta* Bulla Sixti V. *incip.* Cùm Sacroſancta, *n.* 3.
3 Bulla Sixti V. *circà fori priuilegium quòad beneficiatos, habitum, & tonſuram non deferentes, eſt hodiè in obſeruantia.*
*Sed contrarium, n.* 4. & 5.
6 *Clericus beneficiatus, habitum, & tonſuram non deferens, non debet fori priuilegio priuari, donec id per ſententiam fuerit declaratum, licèt per* Bullam *ſit ipſo iure priuatus, & n.* 19.
*Amplia, quàmuis* Bulla *mandaret, talem Clericum, ipſo iure, abſq; alia declaratoria eſſe priuatum, n.* 7.
*Quod extenditur, nedùm in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ, n.* 8.
*Sed contrarium, n* 17.
9 *Pœna licèt ipſo iure imponatur, tamen intelligitur, præuia ſententia declaratoria, & nu.* 10.
11 Bulla Sixti V. *fuit moderata per aliam* Bullam *in habentibus penſiones, fructus, aut prędia, vel bona Eccleſiaſtica, et n.* 16.
12 Bulla Sixti V. *comprehendit beneficia conſiſtentia in fructibus, prędijs, vel bonis Eccleſiaſticis, & hoc propter generalitatem verborum ipſius* Bullæ *n.* 29.
13 *Clericus habens penſionem, non gaudet priuilegio fori.*
*Sed contrarium, n.* 15.
14 *Penſio non dicitur beneficiũ Eccleſiaſticũ.*
18 *Sententia declaratoria licèt in pœnis, quæ ipſo iure imponuntur, requiratur, attamen hoc non erit in requiſitis traditis per* Bullam, *ad obtinendum fori priuilegium.*
*Sed contrarium, n.* 19.
*Maximè, in facto non notorio, & vbi bine indè eſſent probationes, n.* 27.
20 *Sententia declaratoria licèt in Clerico requira-*

*quiratur, ad hoc, vt à fori priuilegio excludatur, attamen hoc poterit à ſæculari Iudice vnico decreto determinari.*

21 *Intellige, in crimine aſſaſſinij tantùm, n. 21.*

22 *Iudex ſæcularis in crimine aſſaſſinij poteſt abſq; alia degradatione contrà Clericum procedere.*

*Sed contrarium, nàm ſententia declaratoria priùs requiritur, n. 23.*

*Prima opinio verior, & vſu recepta, nu. 24.*

25 *Aſſerentes,* Bullam Sixti V. *fuiſſe reuocatam per* Pontific. Clement. VIII. *vel quòd ipſa non ſit in vſu, improbantur.*

26 *Clericus in habitu, & tonſura non incedēs, priuatur penſione.*

27 *Clericus, ad hoc, vt beneficio fori gaudeat, ſufficit, quòd de facto beneficiū poſſideat, abſq; alia probatione.*

30 *Clericatus ex oſtēſione tituli, & fructuum perceptione probatur, adeò, vt onus contrarium probandi ad aduerſarium ſpectet, nu. 31.*

32 D. Reg. Tapia in Comment. ad Ius Regni, tit. de Epiſc. & cler. tom. 1. n. 4. *declaratur.*

33 *Fiſcus non habet intentionem fundatam, ſi Clericus beneficiatus, abſq; habitu, & tonſura in poſſe Iudicis ſæcularis peruenerit, niſi oſtendat, talem Clericum beneficio eſſe priuatum.*

34 *Porterio, vel Baricellis, & Capitaneis deponentibus, Clericum tempore eius capturæ inceſſiſſe, abſq; habitu, & tonſura, non creditur.*

35 *Filius creditoris non eſt idoneus teſtis pro eius patre.*

36 *Clericus licèt abſq; Vicarij licentia coràm Iudice ſęculari fuerit examinatus, non tamen eius depoſitio corruit.*

37 *Collatio Ordinum, per* Bullas, *& non per teſtes probatur.*

38 *Teſtis falſus in vno, in omnibus talis reputatur.*

*Intellige, vt n. 39.*

40 *Declarantur nonnullæ deciſiones diuerſorum Tribunalium in hac materia.*

41 *Clericus eò ipsò, quòd conſtat, eſſe beneficiatum, vel in ordinibus Sacris conſtitutū, debet ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti.*

42 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio LXXIII.

CVM fuiſſet de menſe Iunij 1632. carceratus Andreas Bandeni ordine Regij Conſiliarij Alphonſi Vargas Ducis Cagnani, ad inſtantiam Creditorum Patrimonij Franciſci de Roberto, prætendentium, eſſe debitorem Patrimonij prædicti in maxima pecuniarū quantitate, quàmuis carceratus prætendiſſet, non eſſe in aliquo debitorem, tamen quia per decretum S.C. fuit ordinatum, eſſe habilitandum, ſub cautione duc. 2000. à quo decreto habilitationis ex cauſa paruæ fideiuſſionis cùm fuiſſet per Creditores appellatum, quia diſcuſſio prætenſi crediti altiorem requirebat indaginē, ideò Andreas ad euitandam dictam diſcuſſionem petijt remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, tanquàm Clericus beneficiatus. In quo articulo remiſſionis incidit quæſtio de validitate collationis beneficij, fuerat enim beneficium in eius perſonam collatum, cum conditione, vt impetraret à Summo Pontifice exemptionem à recitatione Diuini officij, ex cauſa tenuitatis ipſius, quod non
1 fuerat alitèr productū, quo articulo validitatis, vel inualiditatis collationis remiſſo per S.C. ad Summum Pontificem, fuit determinatum, nedùm collationem fuiſſe validam, ſed Iudex Eccleſiaſticus vltrà progreſſit, decernendo, debere fori priuilegio gaudere, quo decreto producto in S. C. & examinatis teſtibus in termino dato circà Clericatum, ac productis, nedùm Bullis primæ tonſuræ, ſed collationis beneficij, ac exactionis fructuum illius, & ſolutionis decimarum, fuit per S.C. in vna Aula deciſum, eſſe remittendum ad Iudicem Eccleſiaſticum, à quo decreto cùm fuiſſet obtentum, fieri verbum in S.C. ad finem vidēdi, ſi erat deferendum reſtitutioni in integrum petitæ pro parte Patrimonij, fuit ordinatū, cauſam eſſe decidendam iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, ac fuerunt dati quatuor adiuncti, inter quos Ego interueni, & fuit apud Nos latè diſputatum, ſi aderant probata requiſita *S.C. Trid. in cap. 6. ſeſſ. 23.* & quidèm certum eſt, quòd prædictus Andreas non habebat, niſi primam tōſuram, & circà geſtationem habitus, & tonſuræ valdè dubitabatur de probationibus per eum factis, ſiquidèm nonnulli teſtes fuerunt producti pro Creditoribus, qui deponebant, eum vidiſſe, vſquè quò fuit carceratus in habitu laicali, & ſemper exercuiſſe mercaturam, & nonnulla opponebātur aduersùs teſtes productos per dictum Andream, & ideò fuit diſputatum, ſi ſtante, quòd erat, nedùm Clericus, ſed etiam beneficiatus, abſquè alia probatione geſtationis habitus, & ſeruitij, priuilegio fori gaudere debebat. Cùmq; per prædictum *S.C.*
2 *Trid.* ſit diſpoſitum, quòd Clericus beneficiatus debeat fori priuilegio gaudere, quāuis habitum, & tonſuram non deferat, dicebat Andreas, ipſum omninò eſſe remittendum ad Iudicem Eccleſiaſticum, quàmuis enim circà habitum, & tonſuram probationes in aliquo defeciſſent, quod ex clara diſpoſitione *d. Concil. Trid.* debebat obti-



Digitized by Google

nere,tanquàm beneficiatus,proùt voluerũt *F.Emanuel Rodriq.in ſumma p.1.cap.155. concluſ.2. Clar.in §.fin.q.36.nu.19.Lælius Zecch.de repub. Eccleſ.tit.de Cler.verſ.adhùc,Curia Philippic.p.3.§.1.n.13.Farinac. q.8.nu.17. Cæuall.q.563.n.3.Bouadill.politic.lib.2.c.18.n.102.*

Verùm, pro parte Creditorum reſpon-
3 debatur,quòd per *Bullam Sixti V.* de anno 1589.incip.*Cùm Sacroſancta*,etiam Clerici beneficiati debent habitum, & tonſuram geſtare,aliàs ipſo facto, abſq; monitione, nec citatione aliqua, nec Iudicis decreto, aut miniſterio ſunt illo priuati, quam *Bullam* eſſe in obſeruantia,dixit *D. Reg. Tapia* Marchio Belmontis *de iure Regni lib.1.tit. de Epiſcop.& Cler.*ſuper *ritu* 235. qui ſic obſeruatum fuiſſe,ait, in M.C.V.tempore, quo Fiſci patroni in eadem M.Cur.partes agebat, & diſpoſitionem dictæ *Bullæ* ſimpliciter referunt *Epiſcop.Ricc.dec.154.p.4. nu.7.*& in *dec.161.p.2.num.23.Epiſcop.Genuenſ.in praxi Archiep.Neap.cap.38.nu.4. Paul.Piaceſ.in prax.Epiſcop. tit. de viſit. Cathedr.Eccleſ.nu.13.Viuald.in candelab. aur.in explanat.Bullæ Sixti V.not.11.Barboſ.de Epiſcop.p.3.alleg.57.n.57.*

Prædictis tamen replicabatur per An-
4 dream Bandeni, quòd *Bulla* prædicta,vel fuit reuocata per *Clementem VIII. Pontif. Max.* proùt de dicta reuocatione teſtatur *Camill.de Curt.*in ſuo *diuerſ.feudal.par.2. fol.56.nu.91.*quem refert,& ſequitur *Graſſ. de effect.Cleric.effect.1.n.1197.*& nouiſſimè *Donat.Ant.de Marin.reſol.56.num.8.* qui
5 propria verba *Camill.de Curt.*refert,vel nõ fuit vſu recepta,vt dixit *Garz.de benef.tom. 2.cap.1.p.7.nu.23.*vel tandèm,ad finem,vt priuilegio fori non gaudeat,requiritur ſententia declaratoria, vt dixit idem *Garz.de benef.tom.1.p.2.cap.2.*quàmuis enim ſerua-
6 ta forma *Bullæ* prædictæ non incedentes in habitu,ſint ſine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto, aut miniſterio,ipſo facto priuati, tamen,ad finem, vt foro non gaudeat,debet ſententia declaratoria præcedere,quia & ſi pœna ſit ipſo iure impoſita,attamen requiritur ſententia declaratoria,proùt in proprijs terminis *Bullæ* prædictæ dixit *Epiſcop.Genuenſ.in d.praxi Archiepiſc.Neap.c.7.n.7.*& eum ſequitur *Gratian.diſcept.forenſ.cap.440.in princ.* hanc etiam opinionem ſequuti fuerunt *Vrries* in ſuo *actiuo otio,in declaratione ſuper Ritu, p.2.n.393.Squillant.de priuileg.Cleric.c.7. nu.23.in fin.Io.Maria Nouar.pract.concl. iur.Pontific.concl.5.* aliàs 91. ſub *nu.3.*vbi dixit,quòd ità interrogatus reſpondit cuidam Aduocato primario in anno 1621. & nouiſſimè *Canon.Io.Ant.Nouar.in ſumm. Bullarij,tit.de habitu cleric.n.8.*qui ad prædicta refert deciſionem Sacræ Congregationis,quòd quamuis habitum non deferat Clericus beneficiatus,gaudeat fori priuilegio, quantùmuis per *Bullam* ſit priuatus, *Mandoſ.in reg.16.Cancell.q.39.nu.3.Molfeſ.in ſumma tom.1.tract.9.cap.9.n.35.* diffusè *Diana reſol.moral.p.2.tract.3.Miſcell. reſol.67.fol.*mihi 179. qui omnes loquuntur in ſpecie de dicta *Bulla Sixti V.* pro qua opinione videndus eſt etiam *P.Ioan. Bapt.Scort.*Ieſuita in ſuo *opere Selectarum Pontificum Conſtit.Theorem.382.f.565.* vbi *Doctor.* pro vtraq; opinione cumulando dicit,quòd licèt opinio cõtraria ſit magis conformis verbis *legis*,tamen hæc eſt magis conformis conſuetudini,& mitior, & ideò exequenda,quod ampliat *in fine*,quã-
7 uis adeſſent verba, *abſq; alia declaratione*, cùm non ſit credendum,Summ.Pontif.voluiſſe, vt quis ex ſe tantam gratiam ſubeat,
8 & loquitur,nedùm in foro fori, ſed in foro conſcientiæ.

Quod quidèm generale eſt,quia quibuſcunq; verbis pœna imponatur, ſempèr ſecundùm communiorem *Doct.*opinionem
9 requiritur ſententia declaratoria,pro qua opinione nonnullos affert *Molina de iuſt. & iur.tom.1.tract.2.diſp.95.& 43.Doctor.* enumerat *Salas de leg.diſp.15.ſect.2.n.38. Capiblanc.de Baron.in pragm.8.p.3.nu.36. Quaranta* loquens in materia *Extrauag. Ambitioſè*, in qua adſunt ſimilia verba in *Summ.Bull.in verbo alienatio ,fol.33.* vbi etiam *Proſp.de Auguſt.* latiſſimè *Maſtrill. ad indult.general.q.23.nu.25.& 26.*vbi *in fine* dicit,quòd de hoc nemo dubitat,*Gonzal.ſuper Regul.8.Cancell.gloſ.15.nu.155. & gloſ.56.nu.126.Pereyra de manu Regia, c.63.nu.5.*quod procedere etiam in notorijs,dixit *Clar.in §.fin q.9.n.7.* vbi teſtatur de obſeruantia,& practica.

Pro quorum comprobatione ſatis ſunt
10 conſiderationis rationes traditæ per *Dian. in d.reſolut.67.*nàm vſu, & conſuetudine ità receptum eſt,vt nullus ſe priuet re ſua, niſi declaratoria Iudicis præcedat ſententia,& ſi talis lex obligaret antè Iudicis ſententiam,eſſet nimis dura , & acerba , cogeret enim homines ad in ſe exequendum duriſſimam pœnam,à lege impoſitam,quod quidèm ſatis inhumanum eſſet,& leges debẽt eſſe humanæ,faciles, & tolerabiles,& humanæ imbecillitati accomodatæ , *Vaſq.in 1.2.tom.2.diſp.168.nu.15.*

Inſupèr pro parte dicti Andreæ dicebatur, ꝙ quatènus *Bulla* eſſet in viridi obſeruantia,& quòd non requireretur ſententia declaratoria,adhùc debebat obtinere. Primò,quia *Bulla* per eundem *Sum.Pontif.Sixtum V.*fuit moderata per aliam *Bullam*,incip.*Paſtoralis*,vbi *Summus Pontifex* de-

Digitized by Google

declarauit, non procedere in habentibus
11 penſiones, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica, & licèt pars aduerſa hoc limitare intendebat, in penſionibus tantùm, & non in alijs beneficijs Eccleſiaſticis, attamen verba *Bullæ*, nedùm comprehendunt penſiones, ſed etiam fructus, prædia, vel bona
12 Eccleſiaſtica, & ſic comprehendunt etiam beneficia, quæ conſiſtunt in fructibus, prædijs, vel bonis Eccleſiaſticis. Immò plus eſt, habere beneficium, quàm penſionem, quia in habente penſionem Sacra Congregatio
13 die 19. Iunij 1586. cenſuit, non debere fori priuilegio gaudere, vt habetur ex *Gonzal. in Regul.* 8. *Cancell.* §. 5. *gloſ.* 5. *num.* 6. penſio
14 enim non dicitur beneficiū Eccleſiaſticū, vt ex multis fundat *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 1206. latè *Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 70. *& lib.* 2. *q.* 15. *nu.* 15. *Azeued. in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 1. *noua recopilat.* ſub *nu.* 5. *verſ. ſed an penſio*, licèt
15 contrarium tenuerit *Gigas de penſion. q.* 94. per tot. vbi deciſionem Rotæ Romanæ refert, per quam deciſionem ità obtinuiſſe, dicit *De Ponte conſ.* 24. *vol.* 1. de quo *conſil.* mentionem fecit *Quarant. in ſumma Bullarij, tit. de habitu Clericali, fol.* mihi 275. & deciſio relata per *De Ponte* fuit in cauſa Alphonſi Viues, in qua prodijt poſteà *Conſil.* 36. *in* 2. *vol.* & propterea, *Bullam* prædi-
16 ctam procedere, nedùm in beneficijs, ſed etiam in penſionibus, pro abſoluto tradit *P. Io. Bapt. Scort. in d. Select. Summ. Pontif. Conſtit. Theorem.* 382. *epit.* 148. *&* 149.

Et quàmuis pro parte Creditorum re-
17 ſponderetur, quòd illa opinio, quòd requiratur ſententia declaratoria, habet ſuos cōtradictores, vt per *Dec. conſ.* 146. *nu.* 7. *vol.* 1. *Seraphin. dec. Rom.* 393. *n.* 3. *Capyc. dec.* 112. *Caroc. dec.* 32. *num.* 3. *Epiſcop. Ricc.* loquens propriè de *Bulla Sixti V. in praxi var. reſolut. reſol.* 245. *in fin.* vbi licèt ex traditis per eum, contrarium fundetur, tamen de-
18 territum fuiſſe, ait, ex verbis *Bullæ*, Admiſſa tamen communiori opinione, intelligi debet in pœnis illatis ipſo iure, ſecùs tamen in requiſitis ad obtinendum fori priuilegium, ſicuti enim per *Concil. Trid.* Clerici non habentes beneficium, neceſſe habent probare, in habitu, & tonſura inceſſiſſe, ità in habentibus beneficium non eſt neceſſaria alia probatio, & quatenùs hoc eſſet per *Bullam* poſteà ſequutam ſublatum, quia eſſet neceſſaria probatio, adhùc reſoluitur ex diſtinctione *Gutierr. canon. quæſt. cap.* 5. *nu.* 14. *lib.* 2. *Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *nu.* 18. cum *ſeqq.* qui diſtinguunt, quòd quando priuatio venit in pœnam, & tunc requiritur ſententia declaratoria, quando autem diſponitur per modum conditionis, & tunc ipſis deficientibus ceſſabunt priuilegia, *Sot. de iuſt. & iur. lib.* 1. *q.* 6. *art* 6. *concluſ.* 2. *Nauarr. lib.* 1. *conſ.* 18. *tit. de temp. ordin.* in 1. edit. *& conſ.* 28. in 2. edit. qua diſtinctione atteta dicebatur, hoc ſatis aper-
19 tè fundari ex verbis ipſiuſmet *Bullæ*, vbi extāt hæc ꝓpria verba. *Prætèr alias pœnas cōtrà eos inflictas, etiam quibuſcunq; dignitatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, & beneficijs, etiam ſimplicibus, & praſtimonijs per eorum quilibet in titulum, commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, nec non penſionibus, & fructibus, ac prædijs, boniſq; Eccleſiaſticis huiuſmodi, quocunq; modo reſeruatis, vel reſeruandis, omniq; iure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibèt competenti, harum ſerie ex certa noſtra ſcientia, deq; poteſtatis plenitudine priuamus*, & ſic non poteſt dubitari, quòd priuatio ſit in pœnam, immò ex iſtis infertur, quòd quàmuis, qui dicit ſe clericum, debet docere, *Rot. diuerſ. p.* 2. *dec.* 122. *nu.* 2. *Boer. dec.* 171. *nu.* 4. *Praxis Archiepiſc. Neap. cap.* 7. *Bellarm. in declarat. ad Conc. Trid. in d. cap. nullus, ſeſſ.* 23. *verſ. non tamen*, tamen ei, qui habet beneficium ſufficit exhibitio *Bullæ*, cum fructuum perceptione.

Secundò dicebat, quòd quàmuis requi-
20 reretur ſententia declaratoria, tamen poſſet Iudex ſæcularis vnico decreto determinare, cauſam non eſſe remittendam, ſicut practicatur in crimine aſſaſſinij, nulla enim expectata ſententia declaratoria criminis aſſaſſinij, eo tamen cognito, & probato, decernitur, inquiſitum de tali crimine non eſſe remittendum, vt per *Foller. in prax. canon. cap.* 7. *nu.* 12. & de obſeruantia teſtatur *Clar. in* §. *fin. q.* 36. *nu.* 26. & ſeruari in hoc Regno, habetur ex *Capyc. dec.* 112. *& deciſ.* 155 *Gramm. vot.* 8. *&* 11. *Graſſ. de effect. cleric. effect.* 1. *n.* 672. *Giurb conſ. crim.* 48. *n.* 17. & propterea dicebatur per Creditores, ꝙ hoc poterat practicari in hoc caſu in eadē ſententia, decernendo, non obſtante beneficio ex *Bulla Sixti V. Sum. Pontif.* incidiſſe in pęnas, in *d. Bulla* contentas, & proindè non debere fori priuilegio gaudere.

21 Quæ tamen non obſtare, dicebatur, cùm hoc ſit ſpeciale in tàm deteſtabili crimine,
22 prout eſt aſſaſſinium, vt Iudex ſæcularis poſſit procedere, abſquè degradatione, ex *text. in c.* 1. *de homicid. in* 6. *Caball. de omni genere, homicid.* §. *aſſaſſinium, n.* 474. & hoc eſſe cōſuetudine receptum, refert *Bouadill. in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 54. *Decian. tract. crim. tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 30. *num.* 36. *Capyc. d. dec.* 112. *Aufrer. in tract. de poteſt. ſuper Eccleſ. perſon. reg.* 1. *nu.* 26. *Remig. de immunit. Eccleſ. fallen.* 15. *n.* 10. *Auil. in cap. Prætor.* 15. *gloſ. fin. in fin. Anaſtaſ. Germon. de ſacr. immun. cap.* 16. *num.* 69. *lib.* 3. *Farinat.*

tit.

Digitized by Google

tit.de inquiſit.q.8.num.82.cum ſeq.Parlad. quotid.differ.different.11.§.4.n.5. licèt nō-
23 nulli teneant,etiam in prędicto caſu requiri ſententiam declaratoriam Iudicis Eccleſiaſtici,de quibus per *Maſtrill.deciſ.*288.& nouiſſimè *Anton.Diana tit.de immunitat.*
24 *Eccleſiaſt.reſolut.*51.licèt prima opinio ſit magis communis.

Diſcuſſa hac cauſa fuit valdè dubitatum de reuocatione dictæ *Bullæ*, prout aſſerit
25 *De Curte*, ſiquidèm talis reuocatio facta per *Summ.Pontific.Clement.VIII.* non apparet, alij verò fuerunt decepti ex eodem *De Curte*,ſic etiam fuit dubitatum de eo, quod dixit *Garz de benefic.p.7.tom.2.cap.1. n.*20.quòd forſan *Bulla* non eſt vſu recepta, quia,eam eſſe in viridi obſeruantia,habetur
26 ex *deciſ.Farinac.*158.*num.*16. vbi quidam Thomas,qui nunquàm inceſſit in habitu,& tonſura Clericali,ſed ſemper vſus fuit armis militaribus,& inſeruiuerat pro duce,& militum ductore, ſicuti etiam illo tempore exercebat,quia fuit priuatus penſione,vltrà duc.60.vigore *Bullæ* prædictæ *Sixti V.*fuit tamen habita pro vera communis opinio,
27 quòd requiratur ſententia declaratoria, maximè in facto non notorio, & vbi ſunt hìnc indè probationes, & ideò *Garz.de benef.d.tom.*1.*p.*2.*c.*2.dicit,quòd ſufficit,quòd
28 de facto poſſideat beneficium,ad finem,vt gaudeat foro Eccleſiaſtico,fuit etiam habitum pro vero,quòd moderatio *Bullæ* facta per eundem *Summ.Pontific.Sixtum V.* locum habeat,nedùm in penſionibus duc.60.
29 infrà,ſed in omnibus alijs beneficijs Eccleſiaſticis, ex generalitate verborum ipſius *Bullæ*,ac etiam ex ratione, & tandèm fuit habitum pro vero,quòd clericus habet intentionem fundatam ex beneficio, abſquè alia probatione habitus,& tonſuræ, ex diſpoſitione *d.Sac.Concil.Trid.ſeſſ.*23.*c.*6.ex
30 oſtenſione tituli beneficij, cum fructuum perceptione,de qua non fuit dubitatum in hac cauſa,licèt pars aduerſa coacta fuerit, perceptionem fructuum impugnare, & ex beneficio,& fructuum perceptione probari clericatum,habetur ex *Pacian.de prob.cap.*34.*n.*66. *Maſcard.concl.*302.*n.*16.*& concl.*304.*nu.*10.*Menoch.de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.*76.*nu.* 19.*&* 38.*Gramm.dec.*81.*n.*15. *Graſſ.in prælud.de effect.cleric.nu.*191.196.*&* 226. *Farinac.q.*8.vbi latè de materia *nu.*44. & habetur ex *deciſ.Ludouiſ.*20.*n.*3.
31 quod in tantum eſt verum, quòd Clericatus probetur per beneficium, quòd qui intendit probare,habitum,& tonſuram Clericum beneficiatum non geſtaſſe, ad hoc,vt dicatur incidiſſe in pœnis *Bullæ Sixti V. Pontific.Max.*oportet, quòd producat cōcludentiſſimam probationem, non enim omnis probatio ſufficit, quia eſt materia obiectiua,inferens ad pœnam priuationis, *Rot.deciſ.*8.*&* 9.*de except.Caſſad.ſuper reg. n.*3.Ex quibus apparet reſponſio ad ea,quæ dixit doctiſſimus, & oculatiſſimus *Reg.Tapia* in ſuis luculentis *Commentarijs ad Ius Regni tit.de Epiſc.& cler.tom.*1.*nu.*4.cui us
32 dicta ſunt intelligenda cum grano ſalis, dicit enim, quòd tempore, quo fungebatur munus Regij Fiſci Patroni in M.C.V. ordinauit,quòd deſcriberetur habitus, cū quo capiebantur prætenſi Clerici, quia ſi ſæcularis fuerit,non admittitur,qui vult allegare beneficium, niſi etiam fuerit probatus habitus,& ſic probationem inquiſiti de habitu tunc,dicit,eſſe neceſſariam, etiā attenta *Bulla*,quando conſtat, fuiſſe captum in habitu ſæculari, quo caſu Fiſcus prætendit pro ſe habere intentionem probatam,quia talis quis præſumitur,in quali habitu reperitur,niſi aliud appareat per probationem inquiſiti,licèt contrarium ſeruatum fuiſſe in M.C.teſtati fuerint nonnulli ex Dominis votantibus,qui exercuerunt officium Iudicis maleficiorum in dicta M.C.quia beneficiati abſq; alia probatione habitus, & tonſuræ Clericatus,ſtante fructuum perceptione fuerunt remiſſi,quod,credo,ea ratione, quia, vt ſuprà fundauimus, habet Clericus intentionem fundatam ex beneficio,& fru-
33 ctuum perceptione. Quotieſcunquè enim Fiſcus non probat,beneficio fuiſſe priuatū, ex eo, quòd non inceſſit in habitu clericali cum tonſura,iuxtà formam *Bullæ*,ſuccumbere debet,quod fundatur etiam,communi opinione attenta,quòd requiratur ſentētia declaratoria,quæ quidèm eſt vera ratio, non quia *Bulla* ſit reuocata, vt dixit *De Curte*,vel non ſit vſu recepta,vt dixit *Garzias in locis* ſuprà citatis.

Et ideò in caſu,de quo agebatur fuit cōſideratum,quòd onus probandi,non inceſſiſſe in habitu,erat Creditorum,qui ſe fundabant in dicta exceptione,& quamuis hoc agnoſcendo conati fuerint,hoc probare per quinque teſtes, & fuerint etiam præſentatæ aliquæ fides Particularium, ex quibus probare intendebant, Andream ſemper exercuiſſe mercaturam, & inceſſiſſe in habitu laicali mercantili, immò vnus ex prædictis teſtibus, qui erat Porterius S.C. depoſuit, quòd tempore,quo ab ipſomet fuit captus,
34 incedebat in habitu laicali, attamen ex aduerſo reſpondebatur, prædicto Porterio nō poſſe aliquam fidem adhiberi, quia fuit is, qui carcerauit Andream,& ideò nō probat, vt ex multis hoc dicit *Farinac.de teſtib. q.*56.*n.*378.& meliùs *num.*393.vbi ampliat etiam in Baricellis, & Capitaneis,alius verò ex quinq; teſtibus erat filius Creditoris,qui
35 nō eſt idoneus teſtis ad beneficium patris, *l.teſtis idoneus,ff.de teſtibus,can.ſi teſtis, verſ.*

Digitized by Google

*verſ. item teſtis idoneus 4. q. 2. & 3. Farinac. de teſtibus q. 54. nu. 145.* & ſic remanebant tres teſtes, qui neq; inconuincibiliter concludebant; imò fuit ponderatum, quòd non erat verum eorum dictum, quia ex libris Dohanæ nullo modo apparebat, poſt aſſumptum clericatum, aliquam exercuiſſe mercaturam; & etiam prædicti tres teſtes conuincebantur ex maiori numero teſtium examinatorum pro parte ipſius Andreæ, qui benè concludebant, nedùm habitum, & tonſuram, ſed ſeruitium in diuinis, inter quos aderant tres Sacerdotes, nec de oppoſitione contra ipſos fuit habita ratio, quia fuerunt recepti abſq; licentia Vicarij, quàmuis enim clericus non poſſit teſtimonium ferre coràm Iudice ſæculari, abſq; Superio-
36 ris licentia, attamen ſi fuerit examinatus, non per hoc repellitur eius depoſitio, ſed valet, & tenet, ita *Specul. in tit. de teſtib. nu. 36. in fin. Abb. Felin.* & alij allegati per *Farinac. de teſtib. q. 61. nu. 84.* & per *Carau. in Ritu 144. num. 30.* qui ſic ſeruari teſtatur, & tamen in caſu propoſito aderat etiam licētia Vicarij, & licèt non firmata ab ipſo, erat firmata ab eius Actuario, prout aliàs fieri conſueuerunt licentiæ prædictæ, nec etiam alia oppoſitio, quòd aliqui ex prædictis teſtibus deponebant de quatuor ordinibus minoribus in perſonam Andreæ, cùm non præſentata fuiſſet, niſi *Bulla* primæ tonſuræ, quia teſtes non depoſuerunt, vidiſſe, quando ordines prædicti fuerunt collati, nec fue-
37 runt ſuper hoc producti; certum eſt enim, ex antiqua obſeruantia, Ordinum collationem debere probari, non per teſtium depoſitiones, ſed per *Bullas*, quod probatur ex *text. in cap. ſi Iudex laicus, & ibi gloſ. in verb. fecerit, de ſententia excommunic. in 6. Maſcard. concluſ. 305. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 10. q. 3. nu. 30. Farinat. dict. q. 8. n. 40.* & ideò teſtes non fuerunt producti ad probandum ordines, ſed tantùm ad probandum geſtationem habitus, & tonſuræ, & ſeruitium in diuinis, & de facili credere poterant, habuiſſe omnes quatuor ordines, quàmuis enim regulariter teſtis falſus
38 in vno, debeat in omnibus falſus reputari, *Bald. in l. fin. n. 18. C. de edict. diui Hadr. toll. Maſcard. de probat. concluſ. 743. in princip. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 22. Farinac. de teſtib. q. 67. §. 4. num. 111.* hoc tamen limitatur multis modis, de quibus per eundem *Farinac. d. q. 67. n. 154.* & præſertim,
39 quando in acceſſorijs, & appendicijs deponunt, & non in ſubſtantialibus, ac etiam in modico, nec verè poteſt dici, falſum depoſuiſſe, cùm non depoſuerint quoad prædictos ordines de cauſa ſcientiæ, & eius dicta iuuantur primordio veritatis, *Gramm. conſ. 30. n. 8. Bertazz. conſ. 194. n. 6. lib. 1.* & in his, in quibus dolus eſt de ſubſtantia, prout eſt falſitas, ea ceſſante, ceſſat delictū, *Farinac. de falſit. q. 156. nu. 283.* Ex quibus probatio facta per Creditores veniebat ſuperata ex probationibus factis per ipſum Andream, & quàmuis in dicta cauſa fuerit pro parte Creditorum productum, quòd aliàs fuit iu-
40 dicatum, Clericum non eſſe remittendum, vt fuit in cauſa Didaci Ramirez, & pro parte ipſius Andreæ cauſa Aſcanij de Angelis, qui per Reg. Camer. fuit remiſſus, licèt nihil probauerit, de quibus deciſionibus mentionem facit *De Marinis in dict. reſolut. 56.* attamen non fuit multum de illis habita ratio, nàm in cauſa Didaci Ramirez plura concurrebant, nempè ſimulata beneficij reſignatio, cùm reuera nunquàm Reſignatarius voluerit ſe fructibus beneficij priuare, inſupèr prætendebatur, adeſſe falſitatem, & vitiaturam, tàm in *Bullis* beneficij, quàm poſſeſſionis, cum mutatione anni 1617. & 1618. aderat etiam renunciatio Clericatus coràm Eminentiſſimo tunc Card. Carafa, Archiepiſcopo Neapolitano, & tamen primo loco fuerunt Iudices in paritate votorum, licèt deindè datis adiunctis die 5. Martij 1627. fuerit decisum, non eſſe remittendum prædictum inquiſitum de enormiſſimis delictis, vt ex proceſſu, & Archiuio Magnæ Curiæ. In cauſa tamen Aſcanij de Angelis, in qua nec Fiſcus, nec Creditores aliquid probauerant, non inceſſiſſe in habitu clericali, quia erat Clericus in probatis, ex *Bulla* beneficij, & fructuum perceptione, ideò fuit remiſſus, ſtatim enim, quòd conſtat, Clericum eſſe beneficiatum, vel in ordinibus ſacris conſtitutum, debet remitti
41 ad Iudicem Eccleſiaſticum, *Boſſ. de delict. tit. de for. compet. num. 151. Couarr. practic. quæſt. c. 33. nu. 3. verſ. fortaſſis in hac materia, Farinac. d. q. 8. nu. 38.* & alij per *Auguſt. Barboſ. in d. cap. ſi Iudex laicus, de ſentent. excommunic. in 6. num. 4. in collectan. tom. 3.*
42 Hæc cauſa fuit ſollemnitèr diſcuſſa in reclamatione, fuit enim per Suam Excellentiam ordinatum, vt tractaretur per binas aulas Sacr. Conſil. vnà cum quatuor adiunctis, inter quos ego interueni, ac etiam in Collaterali Conſilio cum Iuncta Regiæ Iuriſdictionis, & die 3. Septembris 1635. fuit votata, & determinatum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, confirmando ſententiam primo loco factam in vna aula, vt eſt videre in Regia Cancellaria.

OBSER-

Digitized by Google

# OBSERVATIO

## In Deciſione LXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiatus, fori priuilegio gaudet, quàmuis habitum, & tonſuram non deferat, ſed mortalitèr peccat.*

2 *Clericus carceratus à Iudice ſæculari, non ſtatim remittitur, ſed datur terminus ſuper remiſſione.*

*Bulla Clericatus debet eſſe ſubſcripta ab Epiſcopo, ibid.*

3 *Clericus docere debet de Clericatu.*

4 *Clericatus non probatur per Bullas beneficij, niſi aliundè probetur.*

5 *Laicus ſcribens apocam Banci, ſi citatus ſuper recognitione dicat, ſe Clericum, inſtando pro remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum, an debeat priùs recognoſcere eius ſubſcriptionem, & nu. 6. & 11.*

9 *Vaſallus Baronis citatus ſuper recognitione apocæ Banci in M. C. V. non poteſt remitti, niſi priùs recognoſcat apocam, & faciat depoſitum, vel ſe in vinculis conſtituat.*

11 *Clericus, nec etiam de conſenſu Epiſcopi poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis ſæcularis, ſecùs in Regno Franciæ.*

1 CLericus Beneficiatus fori priuilegio gaudet, quàmuis habitum, & tonſuram non deferat, vt deciſum tradit D. meus *hic, n.* 30. lethalitèr tamen peccat Clericus beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus, non incedens in habitu, & tonſura, vt inſignitèr tradit *D. Epiſc. Sperell. dec.* 66. *nu.* 12. *lib.* 1.

Ad cuius deciſionis comprobationem
2 obſerua, quòd Clericus carceratus per Iudicem ſæcularem, non ſtatim remittitur, niſi impartiatur terminus ſuper remiſſione petita, vt de iure Regni tradit *D. Pratus lib.* 1. *diſcep. forenſ. cap.* 35. *nu.* 19. in quo termino edocere debet de Clericatu, iuxtà diſpoſitionem *Sac. Conc. Trident.* producendo literas Epiſcopi, vel alias atteſtationes æquiualentes, vt probat *Ciarlin. lib.* 1. *controu. forenſ. cap.* 2. *num.* 47. ſequitur D. meus *deciſ.* 173. *num.* 23. *lib.* 2. vbi etiam habetur, quòd *Bulla* debet eſſe ſubſcripta ab Epiſcopo ordinante, de Clericatu enim ſtatur teſtimonio Epiſcopi, *D. Reg. Sanfelic. deciſ.* 352.
3 *n.* 1. *lib.* 3. & ſic probare debet inceſſum in habitu, & tonſura, *D. Epiſc. Ricc. dec.* 154. *nu.* 8. *lib.* 1. *& coll.* 2273. *D. Ciarlin.* vbi ſup. *nu.* 57. *Carol. de Graſſ. ibid. à n.* 197. per 218. *D. Epiſcop. Sperell. dec.* 26. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *D. Squillant. de priuil. Cleric. c.* 4. *n.* 6. *et c.* 7. *n.* 4. Si ta-
4 men produxerit *Bullas* beneficij, abſq; *Bulla* Clericatus, nõ remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, Clericatus enim non probatur ex aſſertione facta per concedentem beneficiũ, illum eſſe Clericum, niſi aliundè conſtet, *D. Garz. à Tolet. dict.* 36. & comprobat D. meus *d. dec.* 173. à *n.* 22. cum *ſeqq.* & propriè *n.* 30. qui *nu.* 40. *in fin.* refert, per S. C. in Collater. Conſil. fuiſſe declaratum nullum decretum latum per M. C. V. per quod fuerat remiſſus Beneficiatus ad Iudicem Eccleſiaſticum, abſq; oſtenſione *Bullæ* primæ tonſuræ.

5 An autẽ ſi aliquis ſcribat vt Laicus apocam Bancalem, ad fauorem alterius; & deindè citatus in M. C. V. ſuper recognitione illius, petat remiſſionem, ex quo dicit, ſe eſſe Clericum, teneatur priùs recognoſcere ſuam manum, & deindè prouideri ſuper petita remiſſione, & affirmatiuè videtur reſpondendum, vt in ſimili dicimus; ſiquidèm 9. præheminentia M. C. V. conſiſtit, vt
6 vaſallus Baronis citatus ad recognoſcendam apocam Bancalem, non remittitur, niſi facta recognitione, vt notat *Carauit. in Ritu* 54. *nu.* 2. & habetur in *pragm.* 2. *de remiſſ. cauſ.* de qua *D. Reg. Rouit. in pragm.* 63. ſub *nu.* 51. *de offic. Procur. Cæſar.* ac ità
7 ſeruari in Regno Franciæ, etiam quòd ſit Clericus, tradit *Carauit. ibid.* ex *Manſuer. in pract. tit. de iudic. num.* 9. *verſ. item ſciendum eſt, & tit. de remiſſ. verſ. item cùm agitur,* & alijs, quos *ibi* congerit, quibus addo *Boer. dec.* 114. *n.* 8.

8 Contrarium tamẽ verius eſſe puto, *Manſuer.* namq; *Boer.* alijq; ſupra adducti loquũtur de ſtylo Regni Franciæ, vbi Clerici non petunt remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum; ſed à Iudice ſæculari iudicantur, vt legentibus patebit, ideòq; licèt *d. prag.* 63. §. *item volemo, de Offic. Procur. Cæſar.* ſta-
9 tuat, debitores vigore apocarum Bãci poſſe cogi ad ſolutionem realitèr, & perſonalitèr, nec audiri, niſi facto depoſito, vel intus carceres, etiam fori declinatoria oppoſita, vt etiam fuit per generale decretum S. C. ordinatum, de quo in *d. pragm.* 2. attamen
10 id procedit, quia M. C. V. non eſt omninò, & radicitùs incompetens contrà vaſallos Baronis, vt tradit *D. Rouit. in d.* §. *item volemo, nu.* 34. *&* 46. ſed reſpectu Clerici eſt
11 omninò incompetens, ità vt nec de conſenſu Epiſcopi, Clericus poſſit prorogare iuriſdictionem Iudicis ſæcularis, *cap. ſignificaſti, de foro compet. Boer. d. deciſ.* 114. *nu.* 7. *in fine*, quæ omnia comprobantur ex traditis

Digitized by Google

ditis per *D. de Franch. dec. 656.* loquentem de debitore obligato penès acta Curiæ, qui poſteà effectus fuit Clericus.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Sententia foriudicationis an, & quando dicatur nulla reſpectu formæ non ſeruatæ in citatione ad informandum, & ad capitula, & in Nuncij relatione; & de præſentatione Bullæ Clericatus, ad finem impediēdi foriudicationem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio Iudicis incompetentia impedit litis ingreſſum.*

2 *Exceptiones incompetentia Iudicis, & fori declinatoria nō cenſentur reiecta, niſi ſuper eis ſpecialitèr fuerit pronunciatum.*

3 *Inquiſitus, & citatus prætendens, eſſe Clericum, debet perſonalitèr comparere, & docere de clericatu.*

4 *Citatio contrà inquiſitum qualitèr fieri debeat.*

5 *Bannum eſt nullum ex defectu citationis.*

6 *Contumax non dicitur, qui rectè non fuit citatus.*

7 *Relatio citationis debet ſcribi per Actuariū cauſa.*

8 *Vicini, & amici debent perſonalitèr citari, & non per proclama, & n. 18.*
*Sed contrarium, n. 19. 20. & 23.*

9 *Quid in praxi obſeruetur in præſentatione Bulla* Clericatus *aduersùs citationem, vel ſententiam foriudicationis.*

10 *Bulla Clericatus, vel alia exceptiones quādo debeant præſentari ad impediendam citationem foriudicationis.*

11 *Iudex ex euidentibus coniecturis poteſt ſententiam proferre.*

12 *Coniectura loco teſtium ſubrogantur.*

13 *Delicta per vehementia indicia probātur.*

14 *Plures præſumptiones ſimul iunguntur in cauſa criminali.*

15 Prag. 2. de citationibus *qualitèr procedat.*

16 *Praxis reſpectu citationum criminalium affertur.*

17 *Stylus Curia pro lege eſt ſeruandus.*

19 Follerius in praxi, in verbo foriudicentur, *ſub* nu. 4. *declaratur, & n. 24.*

21 Citatio *ad foriudicandum qualitèr fieri debeat.*

22 *Affines, & conſanguinei in citatione ad foriudicandum, ſpecialitèr, & non per proclama citari debent.*

25 *Perſona citanda, quotieſcunq; ſunt incerta, poſſunt citari per proclama, & idē, quando eſſet citanda multitudo.*

26 *Citari quando quis poteſt per edictum, poterit etiam per proclama.*

27 *Citatio per proclama ſufficit, quādo nō tractatur de particulari præiudicio alicuius. Item, quando ſit in aliquo paruo Oppido, num. 29.*

28 C*itationis forma, quando conſtitutione municipali non cauetur, recurritur ad ius commune.*

30 *Facinoroſo aliàs inquiſito non eſt ità de facili indulgendum.*

31 *Deciſio cauſa.*

## Deciſio LXXIV.

Lata ſententia foriudicationis per M.C.V. contra Frāciſcum Barbarum inquiſitum de appenſato homicidio in perſonam V.I.D. Mutij Coſentini, eoq; poſtmodùm carcerato, dixit de nullitate ſententiæ foriudicationis, & nonnulla propoſuit capita nullitatum, quibus diſcuſſis, fuit per eandem Mag. Cur. Vic. iudicatum, non obſtare, à quo decreto appellauit inquiſitus, & obtinuit, verbum fieri in Sacr. Conſil. & facto verbo in vna aula, fuit per Sacr. Conſil. reuocatum decretum Magnæ Curiæ, & iudicatum, nullitates obſtare, à quo decreto pars quærelans reclamauit, & obtinuit, cauſam reclamationis debere fieri, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, & propterea poſt plures ſeſſiones, & partium informationes, de tribus tantùm nullitatibus fuit dubitatum. Et primò, dicebat inquiſitus, nullitèr fuiſſe proceſſum, ex quo cùm homicidium eſſet commiſſum in Prouincia Calabriæ Citra, & per Regiam Audientiam fuiſſet capta informatio, citato inquiſito, præſupponebatur in facto, fuiſſe productas *Bullas* pretenſi Clericatus ipſius inquiſiti, & deuoluta poſtmodùm cauſa in M.C. non alitèr ſuper dicto articulo remiſſionis ad Curiam Eccleſiaſticam fuit interloquutum, ſed de nouo citatus ad informādum, & ad capitula per M.C. tempore, quo debebat ſuperſederi, quouſquè non fuiſſet
1 ſuper d. Clericatu pronunciatum, exceptio enim Iudicis incompetentiæ tanquàm dilatoria impedit litis ingreſſum, *l. penult. & fin. C. de exception.* imò exceptio Iudicis incompetentiæ eſt declinatoria fori, & ſuper ea requiritur expreſſa pronunciatio, & in-
2 terloquutoria, aliàs non cenſetur reiecta, vt habetur per *gloſ. in cap. diſpendia, de reſcript.*

ſcript. in 6. & communiter *Doctores* relati à *Felin. in cap. ſuborta extrà de ſent. & re iudic. Hipolyt. de Marſil. in l. ſi quis, nec quæſtio, n. 82. ff. de quæſtion.* latè per *Menoch. præſumpt. 64. lib. 2. n. 2.* & quàmuis per *Rit. Magn. Cur. Vic. 235. incip. Item ſeruat*
3 *ipſa Curia*, qui prætendit, eſſe Clericum, debeat perſonalitèr comparere cum documentis clericatus, aliàs non auditur, tamen ſi venit, excuſatur, & præſentatæ *Bullæ* ponuntur extrà proceſſum, & non proceditur vltrà ad contumaciam, atq; foriudicationẽ, vt habetur ex *Foller. in pract. crimin. in 1. part. 2. part. in verb. audiantur excuſatores*, ſub *nu. 39.* & propterea dicebatur pro parte inquiſiti, quòd cùm non obſtãtibus *Bullis* ſit proceſſum ad contumaciam, & ad ſententiam foriudicationis, nullitèr fuit proceſſum. Secunda nullitas proponebatur ex defectu formæ citationis, quia per Regiam Pragmat. Don Petri de Toleto, tunc huius Regni Proregis de anno 1536. quæ eſt *prag. 2.* ſub *tit. de citat.* datur forma pro citationi-
4 bus faciendis in M. C. vt non poſſit in dubium refricari, ſi reus, qui poſt citationem fuit foriudicatus, fuerit legitimè citatus, vel nè, vbi in cauſis criminalibus, in quibus rei veniunt citandi in eorum domibus, vltrà formam traditam in *Rit. M. C. V. 129.* & in *pragm. 2. de ordin. iudic.* additur, quòd Nũcius, qui fecerit dictam citationem, debet eam præſentare Magiſtro actorum cauſæ, qui tenetur in pede dictæ citationis continuare manu ſua diem præſentationis dictæ citationis, & illam in actis inſerere, cum citatione dicti Nuncij, quæ forma cùm non fuerit obſeruata, quia fuit tantùm facta relatio à Notario, ex quo Nuncius ſcribere neſciebat, nec fuit per eundem Nuncium præſentata apud Magiſtrum Actorum, nec per ipſum facta fuit dicta annotatio, ſequitur, quòd tàm bannum, quàm ſententia foriudicationis nulla debebat reputari, in-
5 ualiditas enim citationis reddit bannum nullum, vt habetur ex *Bald. in l. 1. in fin. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* & contumax intelligitur, quando reus fuit ritè, rectèque
6 citatus, argumento *text. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Campan. ſuper Capit. Regni*, incip. *Siuè quis*, ſub *tit. de foriudic.* ſub *n. 19. in 2. noua additione*, vbi pleniſſimè de materia, quo loci etiam fundat de iure cõ-
7 muni, quòd relatio debeat eſſe ſcripta per Notarium actuarium cauſæ, cùm ſit de actis, allegat *Guid. Pap. conſ. 36. in fin. verſ. tertiò quæro, & Abb. conſ. 112. col. 2.* Tertia, & vltima nullitas dicebatur eſſe etiam ex defectu eiuſdem formæ citationis, nõ enim
8 fuerunt citati vicini, & amici, niſi per proclama, quod fieri non poterat, quia debent citari perſonalitèr, vel domi, iuxtà formam *Conſtit. Regni*, incip. *Citationis litera*, aliàs citatio eſt nulla, vt dixit *Franch. in dec. 516.* & ex his dicebatur pro parte inquiſiti, decretum S. C. latum in vna Aula debere confirmari.

Pro parte Regij Fiſci, & partis offenſæ quoàd primam nullitatem replicabatur in facto, quòd prætenſa *Bulla* non fuit præſentata in Regia Audientia, nàm tranſmiſſis actis ad M. C. V. non fuit cum alijs actis tranſmiſſa, nec apparet, fuiſſe ibi præſentatã, ſed poſt tranſmiſſionem actorum ad M. C.
9 prætendebatur, fuiſſe trãſmiſſam ab Actuario Regiæ Audientiæ, abſquè tamen ſolito decreto, quòd cõſeruetur extrà proceſſum, nec apparebat, fuiſſe cum ea præſentatam inſtantiam pro remiſſione, prout fieri eſt conſuetum, vt etiam fuit atteſtatum per aliquos ex DD. Conſiliarijs, qui fuerunt Auditores Reg. Prouinciarum.

Dicebatur ſecundò, quòd nedùm *Bulla*
10 ipſa non fuit præſentata, ſed nequè potuit præſentari, cùm *Bullæ*, vel aliæ exceptiones præſentari ſoleant in ſecunda contumacia, quæ in Regia Audientia non fuit vocata, nequè accuſata, vt apparere, dicebatur, ex actis, & ex fide Actuarij, & ſic præſumi debet, quòd mediante aliquo eius conſanguineo procurauit cum Actuario Reg. Audientiæ, poſt informationis copiam tranſmiſſam ad M. C. V. poni facere prætenſam *Bullam* in proceſſu originali, exiſtente in ipſa Reg. Audientia, ac in poſſe prædicti Actuarij, quod, dicebatur, ex euidentiſſimis coniecturis probari, tùm quia, quando fuit tranſmiſſa dicta copia ad M. C. ſi tunc temporis adfuiſſet in actis *Bulla*, vtiq; copiam ipſius tranſmiſiſſet, vnà cum informatione, tùm etiam, quia cùm fuiſſet carceratus dictus inquiſitus in hac Ciuitate die 20. Martij 1632. nunquàm dixit, ſe eſſe Clericum, neq; mentionem fecit de prædictis *Bullis*, niſi in mẽſe Maij, & ſic poſt 50. dies poſt carcerationem, infrà quod tempus procurare potuit cum Actuario Regiæ Audientiæ, dictam *Bullam* poni in actis originalibus, & quòd Iudex etiam ex indicijs conſpicuis poſſit
11 diffinitiuè pronunciare, habetur ex *Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib. 8. tit. 19.*
12 *n. 12. & n. 18. & ſeq.* vbi dicit, quòd coniecturæ loco teſtium ſubrogantur, & delicta
13 probari etiam ex indicijs, quando ſunt vehementia, habetur ex *tex. in l. fin. C. de probat. Menoch. de præſump. lib. 1. præſump. 38.*
14 *num. 10.* & etiam in cauſa criminali plures præſumptiones ſimul iungi, habetur ex *Felin. in cap. veniens, il primo, nu. 15. de teſtib. Menoch. præſumpt. 40. n. 9. lib. 1.* ſed in præſenti caſu dicebatur ex alio, quòd nulla erat habenda ratio de prædictis prætenſis *Bullis*, ſiquidèm poſt carcerationem inquiſitus alle-

Digitized by Google

allegauit, ſe eſſe Clericum,ad effugiendam pœnam,& per M.C.V.fuit excluſus à remiſſione petita ad Iudicem Eccleſiaſticum, à quo decreto cùm appellaſſet ad S. C. fuit decretum M.C. confirmatum, cùmq; procuraſſet,vt Procurator Epiſcopi Cariatenſis de nouo petijſſet cauſæ remiſſionem, dato termino,fuit tàm per M.C.quàm per S.C.in gradu appellationis ſimilitèr excluſus, & ſic per bina decreta M.C.& alia bina S.C. fuit cognitum de inualiditate, & falſitate prætenſæ *Bulla*,immò Vicarius fidem fecit, dictum foriudicatum nõ eſſe,nec vnquàm fuiſſe Clericum, nec pro tali habitũ, & hoc idem teſtatus fuit Epiſcopus,& depoſuerũt plures eiuſdem Diœceſis Clerici,etiam cũ iuramento,ex quibus dicebatur,nullo modo poſſe obſtare dictam primam nullitatẽ, tantò magis, quia tranſmiſſo proceſſu inquiſitionis ad M.C.V. per viam electionis fori,fuit iterùm citatus ad informandum,& ad capitula, & nunquàm fuit oppoſitum de prætenſo Clericatu,niſi poſtquàm erat iàm contumax reputatus, & nedùm bannitus, ſed foriudicatus, quo demùm carcerato, poſt quinquaginta dies de prætenſo clericatu ſe recordatus eſt,vt ſuprà diximus.

Ad ſecundum verò reſpondebatur,quòd *d.pragm.2.de citat.*non loquitur de citatio-
15 nibus ad informandum,& ad capitula,quę expediuntur per M. C. V. & mittuntur per Prouincias Regni,quia eſſet inpracticabilis, cùm enim Regnum ſit valdè amplum,continens ſub ſe duodecim Prouincias, cum quibus, vltrà Oppida, & Caſtra ferè innumera,adſunt centum quadraginta octo Ciuitates,& habet maximam longitudinem, ità vt aliquæ ipſarum diſtent à Ciuitate Neap.per 300. milliaria,& plus, non poſſet pro quolibet citando mitti Nuncius,ſeù Alguzerius,qui facta citatione redeat in M.C. ad præſentandum citationem, & de illa relationem facere Actuario cauſæ,quia cauſæ criminales dilatarentur in infinitum,& eſſet maximum Fiſci diſpendium, nec Alguzerij M.C.V.poſſent eſſe informati de perſonis, quæ citari debent, & ideò inoleuit
16 practica, vt mittantur à M.C. citationes Reg.Audientijs,ſeù Procuratoribus Fiſcalibus ipſarum,per quos mittitur Nuncius ipſius Reg.Audientiæ ad faciendas citationes prædictas,& ſic ſemper fuiſſe ſeruatum in M.C.teſtati fuerunt omnes actorum Magi-
17 ſtri,& Scribæ Fiſcales eiuſdem M.C.& ſtylus Curiæ pro lege ſeruari debet, *Bart.in l. iuriſperitos,in fin.ff.de excuſat.tutor.Io.de Montaygne de parlam.in addit.n.8.Affl.in prælud.Conſtit.not.9. & deciſ.135.num.3. Carau.in rit.79.n.12.*& in *rit.260.n.7. Reg. Rouit.de ceſſ.bonor.pragm.3. verſ. inoleuit frequentiſſima praxis,nu.23.Theſaur.in prooem.deciſ.Pedemont.n.32.Ferrer.ad obſeruation. Cathaloniæ p.1.c.505.*

Remanebat tertia, & vltima nullitas, quòd non fuerunt citati vicini,niſi per pro-
18 clama, quod fieri non poſſe, dicebatur ex *Franch.in d.dec.516.*& ideò *Poller.in praxi crimin.in ver.foriudicentur*,ſub *num.*4.dat formam,vt notificentur affinibus,agnatis,& cognatis, amicis, & vicinis, & etiam, quòd præconizet in loco viciniæ,alta,& intelligibili voce,more Præconis,omnia notificando, vt nemo poſſit ignorantiæ cauſam allegare. Cui tamen nullitati reſpondebatur,
19 quòd hæc opinio *Pollerij* non eſt ſimplicitèr vera,quia potiùs videtur loqui conſulẽdo,quàm diſponendo, quod probatur ex *text.in l.hac autem,verſ.hoc autem, ff.quib. ex cauſis in poſſeſſ.eat.*ex quo *tex.*fuit ſumpta hæc practica citandi,vt dixit *gloſ.Marini de Caramanico in Conſtit.Regni*,incip. *Pœnam eorum, in ver.foriudicati*, in quo *textu* diſponitur, quòd euocandi ſunt ad Prætorem tutores pupilli,vt eum defendãt, ſi autem non habet tutores,requirendi sũt cognati,vel affines,& ſi qui fortè alij ſunt, quos, veriſimile eſt, defenſionem pupilli,
20 pupillæq;non omiſſuros, & ideò citantur etiam amici,& vicini,& ideò *d.gloſ. Marini in d.Conſtit.* dicit, quòd multi Iudices iuſtitiarij ſeruant, in foriudicatione poſt annum primò citari facere bannitum domi,& requiri publicè agnatos, affines, & amicos banniti .ſ. eos præconizari faciendo in platea, & maximè in vicinia domus banniti, ſi quis ex cognatis, affinibus, vel amicis ſuis vellet ipſius abſentiam excuſare,vel pro eo fideiuſſores idoneos afferre Curiæ,de parendo iuri,ſecundùm formam Curiæ,& demùm,bannito non comparente,nec veniente aliquo,vt dictum eſt, pro eo,procedunt ad ſententiam foriudicationis contrà bannitum,& ſic non dicit, quòd vicini ſint perſonalitèr,vel domi citandi,ſed per proclama, quod etiam clariùs voluit *Affl.in d.Conſt.Pœnam eorum*, ſub *nu.*45.
21 vbi dando formam,quomodò fieri debeat citatio ad foriudicandum,dicit,quòd committitur Nuncijs, quòd contumacem peremptoriè citent in domo, vbi habitabat, præſentibus teſtibus,& citationem ipſam notificent cognatis,affinibus, & amicis dicti contumacis,& etiam præconizari faciãt
22 in platea viciniæ,vbi habitabat.Nec prædictis contradicit *Franch.in d.dec.516.* dùm dicit,eſſe citandos agnatos, affines, & amicos ſpecialitèr, non autem præconizando, & ſic reſpectu vicinorum tenet, poſſe citari per proclama, quod clariùs habetur per *Reg.Rouit.in rubr.de ſent.foriud.nu.*3 vbi dicit,quòd conſanguinei,& affines debent ſpecialitèr,& ſinguli citari, nec ſufficeret ge-

generalis citatio facta per edictum, vel proclama, & verbum nullum de amicis, & vicinis, qui quidem *Reg. Rouit.* fuit magnus practicus, & longo tempore Reg. Conſiliar. & fuit etiam per aliquod temporis ſpatium in M. C. V. hoc idem etiam habetur per *Giur. in dec.* 17. ſub *n.* 12. qui loquitur tantùm de affinibus, & coniunctis, ſic quoquè *Reg. Tapia* Marchio Belmontis *in d. Conſt. Pœnam eorum* non dicit, eſſe citandos vi-
23 cinos. Ex quibus dicebatur, quòd quàmuis non apparebat, eſſe citatos vicinos, niſi per proclama, non propterea dici poterat ſententia nulla, & quàmuis aliquando fuerint perſonalitèr, vel domi citati, non per hoc ſequitur, de neceſſitate eſſe citandos, & opi-
24 nio *Follerij*, vel eſt intelligenda ad maiorem cautelam, & de conſilio, vel neceſſariò erit fatendum, eſſe contrà ea, quæ omnes alij Regnicolæ ſatis maioris authoritatis tenuerunt.

Quod etiam de iure fundatur, quotieſ-
25 cunquè enim ſunt citandæ perſonæ incertæ, vel eſt citanda multitudo, poſſunt citari per proclama. *Bar. in extrauagan. ad reprimendum, verſ. per edictum, nu.* 16. *& Socin. in tract. de citat. art.* 25. *quæſt.* 3. *verſ. & nota, quòd prædicta citatio*, ſequitur *Marant.* in ſua *prax. par.* 6. *in verb. rectè concipiatur citatio, nu.* 89. *&* 110. *Sebaſt. Vant. de nullit. ex defect. cit. nu.* 122. *Ang. de Vbald. in repet. l. ſi vacantia,* C. *de bon. vac. lib.* 10. *nu.* 68. *Scacc. de iudic. c.* 35. *par.* 1. antè *nu.* 3. *Ioſeph Ludouic. concluſ.* 5. *Menoch. de recup. poſſ. remed.* 8. *nu.* 116. *&* 122 *Affl. in d. Conſt. nu.* 6. & licèt loquatur in citatione per edi-
26 ctum, attamen idem erit per proclama, *Marant. in loco* citat. *nu.* 95. *Ludouic. dict. concluſ.* 5. *Scacc. d. cap.* 35. *de iudic. nu.* 1. immò *Vant.* vbi ſuprà, *nu.* 142. pro regula tradit, quòd quotieſcunq; actus citationis
27 non concernit vtilitatem particularem alicuius, ſufficit citatio per proclama, *Zabar. conſ.* 74. *nu.* 5. *verſ. item hic non eſt aliquis, Ludouic. d. concluſ.* 5. *verſ. vndecimò.* Nec in Conſtit. Citationis literæ habemus, quo-
28 modò ſint citandæ perſonæ incertæ, ideò recurrẽdum erit ad ius commune, *Barthol. de Capua in d. Conſtit. verſ. nunc quæritur, in fin. & verſ. in text. denunciatio,* vbi etiam *Affl. n.* 7. *& Franch. d. dec.* 516. *in fin.* argumento *tex. in l. quotiès duplici, ff. de reg. iur.*

Quæ omnia, dicebatur, de iure eſſe veriſſima, ſed in caſu, de quo agebatur, non neceſſaria, quia ex facto conſtabat, quòd conſanguinei, affines, & amici omnes, erant citati perſonalitèr, vel domi, & ad maioris cautelæ cumulum fuiſſe etiam per proclama citatos. Quod probari, dicebatur, quia inquiſitus fuit bis citatus. Primò, per Regiam Audientiam, in qua citatione fuerunt deſcripti omnes, tàm conſanguinei, & affines, quàm etiam amici, & vicini, & omnes fuerunt citati. Cùmq; cauſa eſſet deuoluta ad M.C. per viam variationis fori, fuit expedita alia citatio, & ſigillatim fuerunt citati omnes illi, qui reperiebantur deſcripti in dicta citatione facta per Regiam Audientiam, & fuit idem Nuncius, qui de nouo illos citauit, & quàmuis in dicta citatione facta in M.C. non eſſent deſcripti, talis affinis, talis amicus, talis vicinus, qui omnes erant incluſi in prima citatione facta per Regiam Audientiam, tamen in ſubſtantia fuerunt omnes citati, & ad maiorem cautelam fuerunt etiam citati, eos præconizando. Nec, dicebatur, quòd aderat aliquis citandus, qui non fuiſſet poſitus in dicta liſta,
29 tantò magis, quia patria dicti inquiſiti erat Caſale S. Ioann. de Flore in Prouincia Calabriæ Vltrà, foculariorum centum in circà, & fuerunt citati 18. perſonalitèr, & domi, & alij per proclama, & ſic non poteſt dubitari, quòd citatio fuerit ad notitiam peruẽta omnium ciuium, ibi habitantium, inter quos perſonalitèr citatos, fuit Alexander Barbarus frater vtrinq; coniunctus banniti.

Dicebatur etiam, huic inquiſito non eſſe
30 indulgendum, erat enim facinoroſus, & aliàs inquiſitus de homicidio. Et propterea
31 omnibus pluriès diſcuſſis, & auditis partibus, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum die 20. Nouembris 1636. ad relationem Iudicis D. Franciſci Merlini, fuit pro maiori parte votorum deciſum, nullitates non obſtare, & propterea ſententiam foriudicationis latam per M.C. eſſe exequẽdam, reuocando aliud decretum latum per S.C. in vna Aula, proùt fuit ſtatim ſequenti die ſententia foriudicationis exequuta, & inquiſitus fuit ſuſpenſus, penès Sportellum Aquarium M.C.V.

## OBSERVATIO In Deciſione LXXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus quando eſt carceratus, non appellat, nec ſupplicat, ſed tantùm dicere poteſt de nullitate ſententiæ foriudicationis, ſed antequàm publicetur ſententia, poteſt appellare, n.* 3.

2 *Agnatus, vel cognatus, an dicere poſſit de nullitate ſententia foriudicationis, vbi foriudicatus non eſt carceratus, poteſt tamen appellare antequàm ſententia lata, ac publicata ſit, nu.* 3.

4 *Foriudicatus ſi comparet poſt publicationem ſententiæ foriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali ſedente, auditur, quid*

Digitized by Google

*quid in caſu propoſito, num. 5.*

5 *Agnatus, vel cognatus, ſi comparet poſt publicationem ſententiæ foriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali ſedente, præſtando ſupplicationem cum decretatione,* ſi ſententia nõ eſt publicata, M.C.V. verbum faciat in S.C. *an, & quãdo impediat ſententiam prædictam, & n.6.*

7 *Agnatus, et cognatus ſunt ſpecialitèr citandi, niſi ſint abſentes à Regno, vel degant in Ciuitate Beneuentana.*

8 *Bona foriudicati, elapſo anno applicantur Fiſco, an idem procedat, vbi fuit abbreuiatus terminus foriudicationis, ità vt intrà tempus abbreuiatum applicentur, & n.9. vbi deciſio adducitur.*

10 *Sententia foriudicationis, à quo Iudice ſit exequenda.*

1 AGit D. meus *hic* de nullitatibus à foriudicato carcerato aduerſùs ſententiam foriudicationis propoſitis, ille enim in Regno non admittitur ad appellandum, vel ſupplicandum, lata, ac publicata ſententia foriudicationis, ſed tantùm dicere poteſt de nullitate illius, vt in *Conſtit. Pœnam eorum, de forbannit. & foriudic. Doctor.* cumulat D. meus *dec.* 161. *nu.* 2. *lib.* 2. quod etiam comprobat *D. de Franch. dec.* 673. *&* 674. vbi ſic deciſum teſtatur, & paritèr *dec.* 688. *num.* 1. ſequitur *D. Reg. Rouit. in rubr. pragm. de ſentent. foriudic. nu.* 53. *in fin.* illo tamen
2 in poſſe Curiæ non exiſtente, non poteſt agnatus, vel alius eius nomine dicere de nullitate dictæ ſententiæ latæ, ac publicatæ, *D. de Franch. d. dec.* 688. *nu.* 2. niſi nullitates eſſent notoriæ, ex eiſdem actis, & proceſſu apparentes, vt deciſum *ibid. in fin* refert, & *nu.* 3. *in fine*, ea tamen deciſio vti noua non fuit admiſſa, dùm ad inſtantiam Regij Fiſci, cui in futurum præiudicare poterat, fuit ſuperſeſſa eius exequutio, vt ipſe *ibid* in finalibus verbis refert, prout in pluribus alijs cauſis, illam non fuiſſe ſeruatam, tanquàm contrà iuris regulas, teſtatur *D. Rouit. loco* cit. *nu.* 32. ſed antequàm ſententia lata, ac
3 lecta ſit, nedùm inquiſitus, ſi compareat, ſed paritèr amicus, vel conſanguineus poteſt comparere, & appellare à decreto, quòd foriudicetur, & in ſupplicatione à D. Præſide S.C. fit decretatio, *ſi ſententia foriudicationis non eſt publicata, M. C. V. faciat verbum in S.C.* vt poſt *D. de Franch. d. dec.* 688. *nu.* 2. teſtatur *D. Nouar. dec.* 20. *nu.* 1. & clariùs *D. Rouit. ibid. nu.* 34. qui *num.* 35. tradit differentiam, quando comparet principalis, & quando amicus, vel cõſanguineus, quem vide, breuitatis enim cauſa, eius dicta non repeto.

Immò etiam poſt latam ſententiam for-
4 iudicationis, Iudice adhùc ſedente pro Tribunali, ſi comparet inquiſitus, auditur, vt probat *gloſ.* magna in *d. Conſtit. Pœnam eorum, in verb. foriudicari, in fine, verſ. quinimmò, fol.* mihi 139. per *text. in l. Diuus Antoninus, ff. de in integr. reſtitut.* & hanc limitationem nullam habere probabilem dubitationem, tradit *D. Rouit.* vbi ſuprà,
5 *nu.* 37. difficultatum tamen fuit, an idem ſit, vbi non comparet principalis inquiſitus, ſed vnus ex cognatis, vel agnatis, qui præſentet ſupplicationem, cum dicta ſolita decretatione, *ſi non fuit publicata ſententia, verbum faciat*, ita vt ſuſpendatur ſentẽtia foriudicationis, & *D. Rouit. in d. rubr.* à *nu.* 39. per 46. refert rationes pro Fiſco, & à *nu.* 47. per 50. rationes adducit contrà Fiſcum, & ſic pro agnato, vel cognato, qui cõparuit, & *d. nu.* 50. *in fin.* dicit, quòd articulus erit valdè dubius pro vtraq; parte, attamen *num.* 51. vt euitetur omnis difficultas, dat optimam cautelam, vt agnatus petat, admitti per viam reſtitutionis in integrum, ad appellandum à dicto decreto, quòd foriudicetur, non obſtante ſententia foriudicationis prolata, nimis fęſtinantèr, exprimendo etiam in ſupplicatione, quòd comparuit, Curia adhùc pro Tribunali ſedente, licèt tardiuſculè, ob inaduertentiam horæ, & fęſtinantiam Iudicum, in regendo Curiam, ex doctrina *Bald. in d. l. Diuus, lect.* 3.
6 *nu.* 6. vbi quòd ille, qui petit reſtitui aduerſùs ſentẽtiam, debet probare, nedùm, quòd fuit lęſus, ſed etiam, quòd comparuit, Iudice pro Tribunali ſedente, nàm ceſſante lęſione, eò, quòd ſi ſententia eſſet iterùm proferenda, ità eſſet pronunciandum, non reſtituitur, ſecùs ſi apparebit, non eſſe locum foriudicationi, & per conſequens ſententia prædicta eſſet iniuſta, tunc enim propter lęſionem eſt deferendum ad appellandum à dicto decreto, quòd foriudicetur, & ſic ſententia foriudicationis remanet ſuſpenſa, *D. Rouit. loc.* cit. *nu.* 51. vbi tradit modum proſequendi dictam appellationem.

7 Hìnc agnati, & cognati ſunt ſpecialitèr citandi, antequàm inquiſitus foriudicetur, *D. de Franch. dec.* 516. *nu.* 3. D. *Rouit* vbi ſuprà *nu.* 3. niſi ſit abſens à Regno, tunc enim citatur per edictum, vt ex *Viſcont.* tradit D. *Nouar. deciſion.* 12. idquè procedit, etſi abſens ſit in Ciuitate Beneuentana, ſita in hoc Regno, ſed Apoſtolicæ Sedi ſubiecta, vt deciſum refert per Regiam Audientiam D. *Nouar. ibid. nu.* 4. ex D. *de Franch. d. dec.* 516. *nu.* 14.

8 Sic etiam foriudicatus, elapſo anno foriudicationis poteſt impunè occidi, & eius bona Fiſco applicantur, D. *Campan. reſol.* 19. *nu.* 1. *de foriudicat.* ex *Conſtit. Foriudicatorum bona, & d. Conſtit. Pœnam eorum*, ſed

Digitized by Google

ſed ſi Rex abbreuiet tempus anni, an intelligatur prouidiſſe, etiam quòad bona, vt intrà tempus abbreuiatum, Fiſco acquirantur, non expectato anno, proùt de tali abbreuiatione ad quindecim dies habetur in *pragm.2. & 3. de ictu ſcopict.* de quibus D. *Campana reſol. 1. num. 20. de foriudicat.* & *Iſern. in cap. 1. §. contrahentium*, ſub *n.* 45.
9 videtur innuere, quòd ſic, attamen cùm in anno 1562. fuiſſet publicatum Regium Bãnum in Prouincia Calabriæ citrà, quòd delinquentes intrà decem dies comparerent, aliàs cenſerētur foriudicati, & quidam Nobilis Ciuitatis Coſentiæ fuiſſet citatus, & non comparuit in termino prædicto, & infrà annum ab hac vita migraſſet, quàmuis fuiſſet citatus eius frater, ac hæres pro relaxatione bonorum dicti inquiſiti mortui,
* tanquàm foriudicati, per Regiam Cameram in anno 1568. fuit abſolutus, & ordinatum, quòd non moleſtetur ſuper bonis prędictis, pęnès Scipionem Cicalam Actuariũ R. C. S. patrocinante pro dicto hærede D. *Io. Paulo Poerio* I. C. clariſſimo, vt percepi ex *Apoſtill.* manuſcript. eiuſdem ad *Iſern. loc.* citat. vbi dicit, quòd honeſtatis cauſa non nominat, nec inquiſitum, nec eius hæredem, quæ deciſio comprobatur ex dictis per *Me dec.* 75. *n.* 6. vbi adduxi *tex. in l. fin. C. de hit, qui ven. ætat. impetr.* eò magis, cũ delicta, morte delinquentium, vnà cum pęna extinguantur, *l.* 1. *C. nè ex delict. defunct.* quod procedit, nedùm in pœna corporali, ſed etiam in pœna pecuniaria, *l. defuncto, ff. de public. iudic. l. ex iudiciorum* 20. *ff. de accuſat. Farinac.* qui alia iura, & DD. citat, *de inquiſit. par. 1. tom. 1. q.* 10. *nu.* 36. & 53. *Gomez. de delict. tom. 3. cap. 1. num.* 40. & 342. quando autem pro pœna agi poſſit contrà hæredes, latiſſimè agit D. *Reg. Rouit. dec.* 64. per tot. vbi plures caſus diſtinguit.
10 Sic paritèr ſententia foriudicationis lata contrà vaſallum Baronis, qui etſi habeat iuriſdictionem abdicatiuam à Iudice foriudicante, tamen ceſſante remiſſione exequi debet à Iudice foriudicante, vt ad intellectum *Conſtit. Regni*, incip. *Pœnam eorum, de capt. redim.* deciſum fuit per S.C. facta
* relatione in Collat. Conſil. die 9. Septembris 1563. in cauſa inter Ducem Sueſſæ, & Regium Fiſcum. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Inquiſitus cõdemnatus pro homicidio ad pœnam extraordinariam, an, & quando teneatur ad intereſſe partis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Homicida tenetur ad pęnam, & ad intereſſe partis.*
*Amplia, quàmuis occiſus in nullius poteſtate eſſet, nu.* 2.
*Limita, vbi pœna extraordinaria veniret condemnatus, n.* 4.
*Sed contrarium, n.* 6.
*Intellige cum diſtinctione, n.* 8.
3 *Ius petẽdi intereſſe occiſi, tranſit in hæredes.*
5 *Minor licèt ratione minoris ætatis veniat pęna extraordinaria condemnandus pro homicidio, non tamen euitat pœnam intereſſe partis.*
7 Salomon *Rex ex præſumptione condemnauit mulierem ad pueri reſtitutionem.*
9 *Homicida, quàmuis condemnatus, non tenetur ad intereſſe partis, vbi ex cauſa honoris patratum fuerit delictum.*
*Item, vbi homicida ab occiſo fuerit prouocatus, nu.* 10.
11 *Prouocatus occidens prouocantem, mitiùs punitur.*
*Maximè, vbi adeſt diſparitas perſonarum, nu.* 12.
13 *Prouocatus cum iniurijs, de quibus ex cauſa honeſtatis Prætor adiri non ſolet, veluti,* cornuto, puttane, *& ſimilibus, impunè occidi poteſt.*
14 D*efenſio permittitur de iure naturæ.*
*Item, de iure Diuino, n.* 15.
16 *Aggreſſus non tenetur aufugere de iure ciuili, ſecùs de iure canonico.*
17 D*efenſio probatur ex probabili, & veriſimili timore.*
*Item ex ſolo armorum terrore, n.* 18.
19 *Inſultu probato, omne ſequutum dicitur ad defenſionem.*
*Maximè, vbi inſultans eſſet in actu vulnerandi, nu.* 20.
*Vel periculum eſſet in expectatione, n.* 21.
22 D*iſparitas armorum, defenſionem inducit.*
23 *Prouocatus ad pugnam, excedens modum defenſionis, & prouocantem interficiens, non tenetur ad intereſſe, vbi deciſio.*
*Limita, reſpectu exceſſus, n.* 25.
24 *Prouocantes ad inuicem, ad intereſſe non tenentur, quàmuis aliquis eorum interfectus remaneat.*
26 *Moderamen inculpatæ tutelæ, quomodò dicatur.*
27 *Deciſio cauſæ traditur.*

## Deciſio LXXV.

IN cauſa Regij Fiſci cum Angelillo Ardizone, inquiſito de homicidio in perſonam cuiuſdam Fabri, fuit dubitatum in Sac. Conſil. ſtante, quòd erat

per

Digitized by Google

per M.C.V.condemnatus,non ad pœnam ordinariā,ſed exilij per trienniū,& ad intereſſe partis,& ſic ad pęnam extraordinariā, an in cauſa appellationis, quæ tractabatur in S.C.eſſet decretum M.C.modificandum, ſaltim quòad condemnationem ad intereſ-
1 ſe,cùm homicida teneatur, nedùm ad pęnam corporalem,ſed etiam ad refectionem expenſarum,Medicorum,& etiam ad intereſſe,ratione operarum, quibus caret occiſus,vt eſt *tex.in l.ex hac lege,ff.ſi quadrup. pauper.feciſſ.dic.l.qui nomine,ff.ad l.Cornel.de falſ.* vbi *Bart.& Alber.gloſ.in l.defuncto,ff.de public.iudic.Bart.in l.2.§.hoc edicto,ff.vi bonor.raptor. Angel.de Peruſ. in l.querelam,C.de falſis,in fin.Couarr.lib. 2.var.reſol.cap.10.nu.7. Martin.Nauarr. in 2.par.decret.in 5.præcepto Decalogi,c.15. nu.23.Sot.de iuſt.& iur.lib.4.q.6.art.3.*vbi etiam,quantum tenetur reficere,*Leſſius de iuſt.et iur.lib.2.cap.9.dub.19.in princ.Ricc.*
2 *collect.647.*Quod ampliatur,etiam ſi occiſus non eſſet in alicuius poteſtate, vt deciſum refert *Franch.*in S.C.in *dec.*460.& trā-
3 ſit etiam hoc ius petendi ad hæredes,*Balb. dec.*91.& contrà hæredes, *Achil.de Graſſ. dec.1.de iniur. Anton.Gomez.var.reſolut. tom.3.cap.3.tit.de homicid. nu.37. Clar.in §.homicidium, verſ.tenetur,nu.*18.*Hippolyt.de Marſil.ſing.*575. quando autem ad
4 pœnam ordinariam non eſt condemnatus, an debeat ad intereſſe condemnari, *Vinc. de Franch.in d.dec.460.in fin.* ponit quæſtionem,& dicit, quòd aliàs ſcripſit ſuper hoc articulo,ſed quòd eius ſcriptum non reperit,verùm *Caball.reſolut.crim.cent.1. caſu 82.nu.*15.mentionem facit de dicta deciſione *Vinc.de Franch.*& dicit,quòd ipſe non habet in hoc articulo deciſionem in indiuiduo,tamen tenet,quòd non poſſit condemnari ad intereſſe partis, niſi ſit legitimè conuictus,vel confeſſus,aliàs enim ſequi debeat abſolutio,ex regula *text.in l.qui accuſare,C.de eden.*quæ regula habet etiam locum in criminalibus, vt per *Clar. in pract.crim.q.62.in princ.*& alios,& ideò tenet,quòd quàmuis Iudex, quandò delictum non eſt plenè probatum, & indicia non ſufficientèr purgata,ſoleat condemnare inquiſitum ad pœnam extraordinariam, vt habetur ex traditis per ipſummet *Caball.in caſ.*93.non tamen per hoc debet cōdemnari ad intereſſe partis,quia tunc non condemnatur,tanquàm verus reus, & delinquens,ſed tanquàm de delicto ſuſpectus, quæ ſuſpitio non ſufficit ad condemnationem ad intereſſe,verùm ſequuta condemnatione ad pœnam extraordinariam, non ex inſufficientia probationum, ſed ex eo, quòd delinquens erat minor, qui mitiùs
5 punitur ratione ætatis,quàmuis conuictus, & confeſſus,vt per *Clar.in q.60.*per tot. tamen tenet,non poſſe minorem euitare pœnam condemnationis ad emendationem damni.

Fundatur hæc opinio *Caballi* ex traditis
6 per *Bald.in l.qui crimen,nu.*23.*C.qui accuſ.non poſſ.*Verùm contrariam opinionem tenuit *Sebaſt.Guazzin.in tract.de pac.p.1. q.42.*ex *text.in c.afferte,extrà de præſumpt.*
7 vbi ex ſola præſumptione *Salomon* Rex cōdemnauit mulierem ad reſtitutionem pueri,*Coſta de remed.ſubſid.remed.*51.ex noſtris Regnicolis *Capiblanc.de Baron.prag. 6.nu.105.Maſull.ad Capyc.dec.141.in fin. & Paſchal.de vir.patr.poteſt.par.4.cap.3. nu.38.*verùm opinionem *Caballi*, eo non citato defendit *Sigiſmund.Scacc.de ſent.& re iud.gloſ.14.q.19.n.66.*& nouiſſimè,quæſtionem latiſſimè diſputando *Reg.Rouit. dec.67.*per tot.vbi ſigillatim omnibus *DD.*
8 diſtinguendo reſpondet, quòd aut agitur criminalitèr, & in conſequentiam pro delicto in eadem ſententia ſequitur condemnatio ad intereſſe,& tunc non poteſt inquiſitus condemnari ad intereſſe, niſi ſit conuictus, vel confeſſus,ſecundùm opinionem *Caballi* ſuprà relatam, aut verò poſt condemnationem ad pœnam extraordinariam vult agere pars offenſa ciuilitèr,& non prohibetur hoc facere, vt dixit *Farinac.de reo confeſſo,& conuicto,q.86.nu.17. Barboſa in l.2.in princ.verſ.non obſtat ſecundum, ff.ſolut.matrim.*& tandèm concludit,quòd dicta opinio ſit verior,& non eſſet ponere os in Cœlum,affirmare,quòd quando pœna ordinaria fuit modificata ob torturam illatam,nullo modo poſſet deueniri ad cōdemnationem pro refectione intereſſe, & reſpondet ad deciſionem relatam per *De Ponte in dec.Collat.Conſil.24.* quòd non proceſſit condemnatio ad intereſſe,eadem ſententia, niſi in alio iudicio, ciuilitèr poſteà intentato,hanc etiam opinionem *Caballi* poſt deciſam cauſam reperi tenuiſſe nouiſſimè *Conſil.Merlin.controu.forenſ. cap.19.*ex eiſdem ferè fundamentis,traditis per *Rouit.* & hanc etiam opinionem ſequitur *Nouar.de grauam.vaſall.tom.2.grauam.114.* Quandò autem reus confitetur delictum,ſed conſtat,fuiſſe factum ex cauſa honoris,idem *Merlin.in fin.*refert deciſionem S.C.in cauſa Antonij de Vita, inquiſiti de homicidio in perſonam Victoriæ de Vrſo eius vxoris, ac Eraſmi Ruſſi adulteri,
9 vbi quàmuis eſſet confeſſus,& per M.C.V. eſſet condemnatus ad intereſſe partis, tamen S.C.reformauit in hoc decretum M.C. abſoluendo inquiſitum ab intereſſe,quàmuis non negaretur,exceſſiſſe modum,ex dictis per *Sebaſt.Guazzin.de treugua,& pace,par.2.§.3.q.42.num.24.* Verùm, quando con-

Digitized by Google

condemnatio extraordinaria ſequitur,quia delictum,quàmuis probatum , tamen fuit ad ſui defenſionem, *Caball.* hoc non dicit, neq; etiã *Rouit.* aliquid tamen tetigit *Conſil.Merlin.* verùm fuit per Nos conſideratum,quòd in caſu,de quo agebatur, aderat
10 prouocatio ex parte occiſi, quia nedùm fuit author riſſæ,quia minis,& iniurijs valdè affecit inquiſitum,& eius vxorẽ , & alias conſanguineas, cum quibus ad recreandum animum acceſſerat ad comedendum in loco,dicto,*Nazaret*, & periculum honoris,& famæ æquiparatur periculo vitæ, *l.iuſta,ff.de manumiſſ.vindict. Bolenco in repet.l.capitalium,§.famoſos,* poſt *nu.*161.*ff. de pœn.Clar.in d.§.homicidium,n.*21. *Layman.lib.*3.*tract.*3.*par.*3.*c.*3.vbi latè,& ideò excuſatur à delicto. Immò prouocatus ab
11 aliquo verbis,vel facto,ſi prouocantem offenderit,mitiùs punitur,*l.qui cùm maior,§. libertus,ff.de bon.libert.Io.Andr.in cap.ſignificauit,*per illum *text.in verb. accedentes,de pœnit.& remiſſ.Tiraq.de pœn. temper.cauſa* 1.*nu.*3.cum *ſeq. Farinac. de pœn. temper.q.*91.*nu.*7.*&* 8. licita eſt enim defenſio pro conſeruatione ſui honoris,*Salamon.in repetit.l.vt vim,nu.*3.*ff. de iuſt. & iur.Iacob.Nouell.reg.*12.*nu.*1. *Viu. comm. opin.*289.*nu.*4. *Farinac.de homicid.q.*125. *nu.*41.maximè, ſtante perſonarum diſpari-
12 tate,erat enim inquiſitus ſatis melioris cõditionis,quàm mortuus, qui eum , & eius mulieres iniuriauit,quo caſu poteſt iniuriatus pro ſui honoris conſeruatione,iniuriãtem licitè offendere, *Salamon.in loco* ſuprà cit.*nu.*4.*Proſp.Paſeth.conſ.*202.*nu.*18. maximè,quando eſt iniuria atrox,prout dicebant teſtes Fiſci,quòd eum iniuriauit, *cornuto, e puttane, bagaſce* ipſius mulieres, quia,vt dixit *Gram.conſ.crim.*29.ſub *n.*29.
13 quòd poteſt impunè occidi per iniuriatũ, quando fit iniuria alicui, de qua non ſolet adiri Prætor,fortè propter conſeruationem honeſtatis,ſeù alitèr,tunc enim licet repulſare iniuriam,licèt multum excedat,& *vot.* 23.*nu.*17.ex doctrina *Angel.Ludou. Lopez cap.*62.*Nicol.Rebbe de homicid.lib.*2.*cap.*6. & idem *Gramm.* dicit, quòd ſi cum verbis iniurioſis me offendiſti, & ego gladio te offendi,mitiori pęna ſum puniendus,quod maximè procedit,quando adeſt diſparitas perſonarum, vt dixit *Foller. in pract. crim. in verb.recipiantur defenſiones reorum,*ſub *nu.*11.verùm in caſu prædicto, nedùm interfectus atrociſſimis iniurijs inquiſitum affecit, verùm armatus ſclopo cum palla plumbea inuaſit inquiſitum,qui apprehenſo enſe , eoq; euaginato, eum interfecit, &
14 propterea dicebatur, reum non eſſe puniendum, quia illum occidit ad ſui defenſionem,quod de iure eſt permiſſum,vulgata *l.vt vim*,vbi *DD.ff. de iuſt. & iur.* & pœnam non meretur,*l.Gracchus,C.ad l.Iuliam de adult.Cępol.conſ.*44.aggreſſor enim à ſe ipſo dicitur hoc caſu occiſus,nõ ab inſultato , *Hippolyt.de Marſil.in pract.crim. in §.quoniam, nu.*82. *Bertaz.conſ.*1.*lib.*1. *Magon.dec.Lucenſ.*56.*nu.*8. *Farinac.de homicid.q.*125.*par.*1. *num.*7.nàm defenſio
15 eſt etiam de iure Diuino permiſſa,vt dixit *Alber.in d.l.vt vim,nu.*3.vbi etiam *Caſtr. Fortun.Garz.Claud.Seyſell.*& alij,& de iure Canonico,vt per *Farinac.num.*10. *ibid.* licèt contrarium teneat *Decian. in tract. crim.lib.*2.*cap.*19.*nu.*5. vbi,quòd quàmuis
16 de iure ciuili aggreſſus non teneatur aufugere,& ſi interficiat aggreſſorem,non tenetur de homicidio,ſecùs eſt de iure Canonico,& etiam in foro conſcientiæ , *Couarr.in clem.ſi furioſus,p.*3.§.1.*nu.*1. *de homic.* vbi teſtatur de communi Theologorum ſententia,& ſic etiam *Plaz.in epith.delict.c.*28. *nu.*2.*Honded.conſ.*99.*nu.*10.*vol.*1. *Clar.in d.§.homicidium,n.*19. *& Farinac. d.q.*125. *nu.*20.& dicitur, probatum eſſe, ad ſui de-
17 fenſionem occidiſſe ex ſolo veriſimili, & probabili timore,ac dubitatione,*Florian. in l.ſcientiam , §.cùm alitèr,ff. ad l. Aquil. Salyc.in l.is,qui aggreſſorem,nu.*2.*C.ad leg. Cornel.de ſicar. Gramm.dec.*5. *Maſcard. de*
18 *prob.concl.*1131. immò ſufficit armorum terror , *Bald.in d.l.vt vim* , *Farin.d.q.*125. *nu.*52. Et quòd quis probabilitèr offendi dubitare potuit, *Gramm. conſ.*56. *num.* 15. *Vulpel.conſ.*7.*n.*8.*Campeg.*inter *conſ.crim. tom.*2.*conſ.*53.non enim debet expectare, vt primò percutiatur , *gloſ. & Abb. in cap. olim,nu.*16.*de reſtit.ſpoliat.Gomez.var.reſol.tom.*3.*cap.*3.*num.*22.& inſultu probato,
19 quicquid poſtmodùm ſequutum eſt,ad defenſam præſumitur, *Bart. in l.etſi quæcunq; ff.ad leg.Aquil.Bald.& Salycet.in l.*1.*§.cùm Arietes , ff.ſi quadrupes pauper. feciſſ. dicat.Vulpell.conſ.*78.*n.*1. omnemq; pœnam euadit,ſi inſultantem, & aggreſſorem occidat,*Farinac.d.q.*125. *n.*57. maximè,quan-
20 do minans,ſeù inſultans eſt in actu vulnerandi,vel occidendi,vel quando periculum
21 eſt in expectatione,vt *nu.*70. quibus accedit, quòd in hoc caſu fuit diſparitas armorum reſpectu inquiſiti, non autem aggreſſoris,nàm inquiſitus accepit enſem, aggreſ-
22 ſor verò tormentum igneum,ſiuè archibuſiũ,quod magnæ eſt conſiderationis, vt adnotauit idem *Farinac.ibid.n.*93.*&* 355.

Diſcuſſo negotio in S.C. die 2. Octobris 1636.ad relationem Regij Conſiliarij Cara-
23 uitæ fuit reſolutum, quòd prouocatus ad pugnam,etiam ſi in defenſione modum exceſſerit, & prouocantem interfecerit, non teneatur ad intereſſe, ea ratione,quia prouocans videtur condonare,dùm prouocando

Digitized by Google

do poteſtatem aggreſſo dat, vt poſſit ad ſui defenſionem ipſum occidere, & dicitur, hoc caſu renunciare iuri ſuo, etiam in damnum eius hæredum, & ideò homicidium non dicitur iniuſtum, reſpectu ipſius, benè tamen poteſt puniri Iudicis arbitrio, quia reſpectu iuſtitiæ, & Dei, eſt iniuſtum, proùt in puncto poſt *Bannes q.62.art.2.dub.6.* dixit *Leſſ. de iuſt. & iur. lib.2.c.9. dub.21.* & eum ſequitur *Nicol. Rebbe de homicid. lib.2. cap. 14.* cuius verba tanquàm punctualiſſima referam, videlicèt: *Dico ſecundò, probabile eſt, quòd qui prouocatus alium occidit, non ſeruato dicto moderamine, ad reſtitutionem non teneatur, ex mente Angeli verb. reſtitutio 1. verſ. homicida, & Syluestri verb. reſtitutio 3. Anton. etiam Gomezij tract. de delict. cap. 3. Ratio, quia; vt multi cenſent, prouocando, vel aggrediendo occiſus amiſit ius ſuum, ad omnia damna ſubſequuta, & moralitèr creditur, condonaſſe prouocato omnem iniuriam, & damnum: Tenent quidèm aliqui contrarium, ſed eorum rationes non vrgent, Canoniſtæ aliqui idem exiſtimant, quando non fuit quidèm expreſſa prouocatio, tales tamen iniuriæ prolatæ fuerunt, quas vulgò, & moralitèr homines eiuſdem ſortis, tàm malè ſolent accipere, vt ferè infames habeantur, niſi occidant, mutilent, vel alitèr armis iniuriam vlciſcantur. Eſt enim hæc virtualis prouocatio, & pro tali*
24 *communitèr habetur. Quòd ſi foret prouocatio reciproca, & mutua, ſic, vt videantur, & præſumantur ſibi viciſſim damna condonaſſe, vterq; liberatur à reſtitutione, nàm ſecundùm illos Authores, præſumitur, ipſo facto facta condonatio.* Ex dictis ſequitur, quòd qui alium contumelia, vel iniuria affecit, ſi ab illo minatus, iuſta ratione ſe tueatur, & illum occidat, non tenetur ad homicidij compenſationē, vt contrà *Martin. Nauarr. cap.15.* tenet *Petr. Nauarr. lib.2. cap.3.* cum *Sylueſtro, & Mercato,* & ſequitur *Leſſius loco* cit. & quidèm *Martin. Nauarr. in 2. par. decret. in 5. præcepto Decalogi, cap.5. nu.23.* loquitur in eo, qui debitum modum defenſionis excedit, & quādo culpa læthalis exiſtit, iuxtà *text. in l. ſi ex plagis, § fin. ff. ad leg. Aquil.* Verùm *Rebell. de oblig. iuſtit. p.1. lib.3. q.12. n.7.* iſtam
25 *Nauarri* doctrinam non admittit ſimplicitèr, ſed tenuit, quòd quando occidendo, vel percutiendo excedit moderamen inculpatæ tutelæ, non teneatur ad reſtitutionem, niſi pro ratione exceſſus. Quomodò
26 autem dicatur moderamen inculpatæ tutelæ, habetur ex *Sayro in Theſaur. caſuum conſcient. lib.6. cap.17. nu.7.* vbi, quòd primò debet attendi tempus, ſcilicèt, quòd fiat incontinenti, ſecundò, quòd fiat cauſa defenſionis, tertiò, armorum æqualitas, quartò, quòd id ſit, quo omiſſo, iniuria re-
27 pelli non poterat. Verùm, quia omnia prædicta concurrebant in caſu prædicto, ideò reformando decretum M.C.V. condemnauimus inquiſitum ad exilium per bienniū, eum abſoluendo à pœna damni, & intereſſe.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Condemnatus pro homicidio ad pœnam extraordinariam, an, & quandò poſſit condemnari ad partis intereſſe, & an cōdemnatus pro furto, poſſit condemnari ad reſtitutionem rei furtiuæ, n.2.*

3 *Legatū factum minori, perſoluendum, quādo peruenerit ad perfectam ætatem, quo tempore debeatur, tàm de iure communi, quàm Regni Neap. & n.4. ac 6.*

5 *Ætas legitima, iure communi inſpecto, poteſt per ſtatutum minui, vel augeri.*

6 *Minor, cui factum eſt legatum, conſequendum, quando peruenerit ad perfectam ætatem, ſi impetrauerit veniam ætatis, an ſtatim debeatur.*

*Diſpoſitio intelligi debet de perfectione naturali, non autem de fictione accidentali, ibid. & ſub n.12.*

7 *Ætas legitima, & perfecta æquiparātur, & quæ requiratur in Doctoratu, ſub nu.11.*

8 *Venia ætatis quo tempore cōcedi ſoleat, tàm de iure communi, quàm Regni Neapol. nu.9. ac 10.*

*Minor, obtenta ætatis venia nō poteſt alienare bona ſtabilia, abſquè Iudicis decreto, d. nu.10.*

11 *Doctor Neap. doctoratus cum Regia diſpēſatione ætatis, non ingreditur locum inter Senatores Collegij Neap. à die Doctoratus, ſed à prima die poſt completum annum 21. & nu.14. & non poteſt eſſe in iudicio, & cōtrahere, abſq; curatore, n.13.*

12 *Doctor, qui gradum doctoratus fuit adeptus cum ætate cōpleta annorum 21. præfertur Doctori, qui fuit doctoratus cum Regia diſpenſatione ætatis.*

1 HAbuit pro vero D. meus *hic, à nu. 4. per 8.* quòd inquiſitus, & condemnatus pro homicidio ad pęnam extraordinariam, non poſſit cōdemnari ad intereſſe partis, niſi fuerit legitimè conuictus, aut confeſſus, quam concluſionem comprobant *D. Danza de pugna Doctor. lib.3. tit. de indic. proxim. & remot. cap.1. nu.8.* ac *D. Reg. Sanfelic. dec.47. nu.6. & dec.56. nu.24. lib.1.* qui ità deciſum refert *dec.226. num.8. in fin. lib.2.* & quando

 eſt

eſt cõuictus, vel confeſſus de delicto patrato ad ſui defenſionem, etiam ſi modum
exceſſerit, adhùc condemnari non poteſt
ad dictum intereſſe, vt deciſum refert D.
meus *nu.9.* de qua deciſione meminit pariter
D.*Sanfel.d.dec.*226.*nu.9.*qui *num.*27.
ità aliàs determinatum per S.C.teſtatur, &
conferunt tradita per *D.Epiſc.Marant.reſp.*
83.à *n.*12.cum *ſeqq.p.*5.

Et ſicut Iudex poteſt cõdemnare inquiſitum
2 ſitum de homicidio ad intereſſe partis, ità
etiam poteſt condemnare inquiſitum de
furto ad reſtitutionem rei ablatæ, *Bart.in*
*l.interdùm,§.qui furem, ff.de furt.Iſern.in*
*Conſtit.*incip.*Si quis in poſterùm, in verb.*
*nouatas*, & hodiè eſt indubitatum in hoc
Regno per *Cap.*incip.*Si de furto*, immò ſi
Iudex per negligentiam omittat condemnationem
nationem rei furto ſubtractæ, tenetur in
ſindicatu, vt ex *Parid.de Put.*tradit *D.Garcias*
*cias à Tolet.dict.*48.*&* 275.

Hìnc, dùm D.meus *nu.*5. agit de minore,
3 erit obſeruandum, quòd legatum factum
minori perſoluendum, cùm peruenerit ad
perfectam ætatem, debetur legatario, completo
pleto anno 25.attento iure communi, tunc
enim perfecta dicitur ætas, *l.cùm filiofamilias*,
*lias*,48.*in fin. ff.de leg.*3.*& tot. tit. ff.de*
*minor.*25.*annor.D.Narbon.in tract.de ætate,*
*te, ann.*25.*q.*28.*n.*3.Iure verò huius Regni
4 inſpecto, perfecta ætas intelligitur in 18.anno
no completo, tàm in maſculo, quàm in fœmina,
mina, vt in *Conſtit.*incip.*Pœnam eorum*,
*de reſtit.minor*, voluit etiam *D.Reg.Rouit.*
*in pragm.*1.*nu.*4.*de minor.*poteſt enim ętas
5 legitima, de iure communi determinata,
minui, vel augeri per ſtatutum, vt probat
*D.Narbon.d.ann.*25.*q.*1 *nu.*18. vbi paritèr
tradit, quòd ex ſtatutis nonnullarum Ciuitatum
tatum cauetur, vt in 18.anno cõpleto ætas
legitima dicatur.

Verùm, ſi legatarius minor 18. vel 25.
6 annis reſpectiuè, vt ſuprà, veniam ætatis
impetrauerit, non dicitur perfectæ, vel legitimæ
gitimæ ætatis, ad finem conſequendi legatum,
tum, vt expreſsè habetur in *l.fin.* C.*de his,*
*qui ven. ætat. impetr.* & in *l.*1. *C.ſi maior*
*fact.rat.hab.*ac probant *gloſ.in d.l. cùm filiofamilias,*
*liofamilias, in verb. de ea ætate, Emanuel*
*Coſta in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, p.*5.
*nu.*46.*ff.de lib.& poſth.Odd.Cald.* & alij,
quos recenſet *D.Narbon.d.q.*1.*nu.*15.*verſ.*
*Emanuel Coſta*, ſiquidèm de perfectione
naturali, non autem de accidẽtali fictione
diſpoſitio intelligenda eſt, *d.l. fin.D.Reccb.*
*de priuil.Doctor.Colleg.Neap.*§.2. *nu* 84. &
licèt *Coſt.Odd.Cald. & D.Narbon.* alijquè
per ipſos adducti, loquantur de ætate legitima,
7 tima, tamen idem dicitur de ætate perfecta,
vno enim, vel altero modo, ſi fiat diſpoſitio,
tio, ſemper intelligitur de ætate annor.25.
completorum, vt ſtatuitur in *d.l.fin.*

Quæ quidèm ætatis venia, iure communi
8 ni attento non conceditur, niſi maſculus
20.annũ compleuerit, ac fęmina decimũ, &
octauũ annũ egreſſa fuerit, *l.*2.*C.de his, qui*
9 *ven.ætat.impetr.* Inſpecto verò iure Regni
cõcedi ſolet per Collat.Conſil.conſtito de
qualitate, & habilitate minoris, qui conſideratè,
deratè, & ſapientèr res ſuas agit, nedùm
circà adminiſtrationem bonorum allodialium,
lium, vt refert *D.Sanfelic. in prax. iudic.*
*ſect.*26.*num.*10.ſed etiam circà feudalia, &
10 proindè feudatarijs minoribus 18. annis,
ſed maioribus annis 16. plurièſ fuit per
Collat.Conſil. conceſſa adminiſtratio bonorum
norum burgenſaticorum, & feudalium, non
obſtante, quòd non ſint annor.18.dummodò
modò non alienent, aut obligent bona ſtabilia,
bilia, abſq; decreto, vt per *D.Sanfelic. ibid.*
*nu.*11.quæ quidèm prohibitio alienationis
eſt fundata in diſpoſitione *d.l.*2.

Hìnc, ex *d.l.fin.C. de his, qui ven.ætat.*
*impetr.* ni fallor, decidi poteſt alius articulus
lus à Me excitatus, & à nemine hùcuſq; tractatus,
11 ctatus, quòd Doctor Neapol. doctoratus
in Almo Collegio Neap.cum Regia diſpenſatione
ſatione ætatis, vt fieri ſolet, ſed raròˌad tradita
dita per *D.Reccb.de priuil. Doctor. Colleg.*
*Neap.* ad interpretationem *Priuil.Reginæ*
*Ioannæ II.*in *præfat.* ſub *nu.*24.*&* 25.eò,
quòd licèt de iure communi quis doctorari
ri poſſit, ſi 17.annum habeat, ad *text.in l.*1.
*§.pueritiam, ff.de poſtul.D.Rouit.*qui alios
citat in *rubr.nu.*11.*de Schol.doctor.*& nouiſſimè
ſimè *D.Philipp.Mareſca*, qui *D.Marci* patris,
tris, olim vtriuſq; M.C.V.Iudicis, ex omni
parte digniſſimi ſemitas ſectatur, in *Comment.ad*
*ment.ad pragm.*9.*cap.*4. ſub *nu.*83.eod.*tit.*
tamen de iure Regni ætas annorũ 21.completorum
pletorum requiritur, vt in *pragm.*7. *verſ.*5.
eod.*tit.de Schol.doctor.*edita in anno 1591.
de qua *D.Rouit.& D.Reccb.*vbi ſupr.non
ſubingreditur locum inter Senatores dicti
Almi Collegij Neap.à die Doctoratus, ſed à
12 prima die poſt completum annum 21. &
proindè, ſi alius reperiatur doctoratus,
cum completa ætate annorum 21. præfertur
fertur illi, qui priùs gradum Doctoratus
adeptus eſt, cum Regia tamen diſpenſatione,
ne, attendi enim debet ætas, à iure communi,
muni, vel à ſtatuto requiſita, licèt ætatis venia
nia ſit impetrata, diſpoſitio nàmq; intelligi
gi debet de ętate naturali, à iure communi,
vel à ſtatuto determinata, non autem de
fictione accidentali, ex diſpenſatione prouenientе,
ueniente, vt probaui ſub *nu.*6.ex *text. in*
*d.l fin.* & faciunt tradita in ſimili per *D.*
*Reccb.in proœm.d.nu.*25. vbi quòd minor,
13 cum venia ætatis Doctoratus, non poteſt
eſſe in iudicio, & abſq; curatore contrahere,
re, dignitas enim Doctoratus non implet
an-

Digitized by Google

annorum numerum,& diſpenſatio tollit tā-tùm obſtaculum ętatis,vt poſſit doctorari, ſed non facit eum habilem ad contrahendum,& eſſe in iudicio ſine curatore, hoc enim expreſsè erat concedendum,ex *Bald. in l.ſed & milites,§.qui autem, n.2. ff. de excuſ. tut. Bologn.in auth.habita*, *C.nè filius pro patre.*, & diſpenſatio ætatis,vnum tantùm continet,vt poſſit doctorari, non obſtante minori ætate, non duo,vt poſſit etiam cōtrahere,& eſſe in iudicio,vel gaudere in Collegio à die doctoratus,& in diuiduis,& ſeparabilibus duæ ſunt gratiæ,etſi vna habere non poteſt locum,habebit alia, vt probat ex *l.1.§. Trebatius,ff.de aqua quotid.& æſtiu.* & alijs iuribus,& *DD.ibi*

14 adductis, & ſic iſte Doctor Neapolitanus debebat etiam obtinere aliam diſpenſationem gaudendi in dicto Collegio à die doctoratus,aliàs in eo gaudere non debet,niſi à die completi anni 21.vt ſuprà fundauimus. *M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Carceratus pro debito, & aufugiens,fractis carceribus, qua pœna puniri debeat, latè explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna fracti carceris habet locum etiam, vbi quis innocens eſſet.*

*Sed contrarium,n.2.*

3 *Aufugiens à carceribus,qui ſub fideiuſſoribus erat liberandus,amittit beneficium.*

4 *Iniuſtè carceratus, ſi alitèr euadere nequeat,poteſt Cuſtodes,ipſum illicitè cuſtodientes occidere impunè.*

*Sed intellige,dummodò non fractis carceribus,nu.5.*

6 *Iniuſtè captus dici non poteſt, qui Iudicis ordine capitur.*

7 *Debitor carceratus pro publico, vel priuato debito, ſi fractis carceribus aufugerit, tenetur eadem pœna,qua puniuntur carcerum effractores.*

8 *Effugientis fracto carcere,qua nā pœna ſit.*

9 *Pœna capitis,pœna vltimi ſupplicij eſt.*

*Sed contrarium,n.10.*

11 *Verbum*, ſupplicium, *an, & quando naturalem importet mortem.*

12 *Pœna fracti carceris, arbitrio Iudicis remittenda eſt.*

13 *Eximens carceratum à manibus Birruariorum,qua pœna puniatur.*

*Et quid, ſi carceratus eſſet pro debito,n.14. & 15.*

16 *Pœna fracti carceris cum conſpiratione, capitalis eſt.*

17 *Deciſio cauſæ adducitur.*

## Deciſio LXXVI.

CVM eſſet inquiſitus Io. Bernardinus Tomaſolus de Foſſaceca de pluribus delictis, & per dictam Curiam condemnatus ad remigandum, eius vita durante, & per dictum inquiſitum appellatum ad M. C. V. viſum fuit,eſſe torquendum pro furto certæ quātitatis frumenti,eoq; torto,& non confeſſo, fuit condemnatus ad remigandū per triennium pro fractura carceris Ciuitatis Lanciani, pro quo delicto erat iàm confeſſus, pro cæteris verò delictis fuit liberatus in forma,& introducta cauſa appellationis in S.C. ad inſtantiam inquiſiti, & mihi commiſſa,dubitauimus,qua pœna erat mulctādus, ſiquidèm teſtes Fiſci dicebant, quòd in dictis carceribus erat detēptus pro debito ciuili,verùm pro parte Regij Fiſci cō-

1 ſiderabatur, quòd pœna fracti carceris incurrunt etiam hi,qui innocentes ſunt, vt habetur ex *text.in l.in eos, ff.de cuſtod. & exhibit.reor.*vbi expreſsè dicit *Calliſtratus* Iureconſultus, quòd quàmuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod miſſi ſunt in carcerem,tamen puniendi ſūt, & *ibi glo.in verbo puniendi*,& *Bar.& Ang. nu.*3.& alij per *Maſcard.de prob.concl.*820.

2 *n.*6.& cauendum eſt à *Menoch.de arb. Iud. lib.2.cent.4.caſ.*301.*nu.*15.vbi dicit, quòd iniuſtè carceratus,poteſt carceris parietes infringere,& impunè effugere, vt benè aduertit *Addit ad dec.Peguer.*1. & ſic etiam *Maſcard.d.concluſ.*820.*n.*16.nàm *Paris de Puteo de ſindicatu,in §.carcer*,ab ipſo *Menoch.*allegatus, probat totum contrarium, dùm dicit,quòd reus, qui ſub fideiuſſori-

3 bus erit liberandus, ſi à carcere aufugiat, perdit beneficium,& in *§.ſi Iudex,nu.4.in fin.* licèt dicat, quòd illicitè, & iniuſtè ca-

4 ptus, poteſt, ſi alitèr euadere non poſſet, Cuſtodes ipſum illicitè cuſtodientes occidere impunè,ex *text.in l.nihil,ff.de captiu.*

5 tamen eſt intelligendum, dummodò non fractis carceribus,& de iniuſtè capto,non ordine Iudicis,quia non dicitur iniuſtè ca-

6 ptus,qui ordine Superioris capitur,nec *tex. in d.l.nihil* loquitur de Iudice, vt aduertit idem *Paris ibidem,in fin.* Sic etiam *Petr. Duenna in regul.*393.*limit.*4.dicit,non eſſe puniendum pœna mortis,& hoc idem voluit *Didac.Couarr. lib.*1. *var.reſol. cap.*2.& alij allegati per ipſum, videndus eſt etiam



Digitized by Google

*Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 71.* & nè deficiat particularis authoritas in debitore publico, vel priuato, qui fractis carceribus
7 aufugit, quòd teneatur eadem pœna, qua puniuntur carcerum effractores, tenuerunt *Cuman. conſ. 105. Boſſ. in tit. de effract. carcer. nu. 1. verſ. procedit hac pœna*, & eos ſequitur etiam *Farinac. de carcer. & carcerat. q. 30. nu. 81.* vbi pleniſſimè de materia. Sed quæ ſit pœna eorum, qui fracto carcere effugiunt, *text. in d. l. in eos* hoc non dicit, ſed habetur ex *text. in l. 1. in princ. ff. de effractor. & expil.* vbi dicitur, capite eſſe puniendos, hoc etiam excipitur ex *l. milites agrum, § eius fugam, ff. de re milit.* quia at-
8 tenditur loci violatio, & Superiorum contemptus, non cauſa, dicitur autem carcer locus ſacer, vt *ibidem Farinac.* aduertit, hinc *Doctores* aliqui dixerunt, hanc pęnam
9 capitis, eſſe pœnam vltimi ſupplicij, & ità tenuerunt *Felin. in cap. nullus, nu. 3. in fin. de præſumpt. Marſil. in § attingam, nu. 36.* vbi concordantes allegat, *Boſſ. tit. de carcer. num. 5. Plaza in epithom. delict. cap. 10. n. 26.* & alij per *Farin. de carcer. & carcerat. d. q. 30. num. 3. Duaren. in tit. de effract. Fachin. controu. iur. d. lib. 9. cap. 64. Caball. reſol. crim. 8. nu. 28. Boer.* latiſſimè *dec. 215.* vbi ſub *nu. 22.* versùs *fin.* dicit, quòd ſi quis, nedùm conſpirauit, ſed conſpirationem ad effectum produxerit, & effracto carcere fugit, pœna vltimi ſupplicij eſt puniendus, per *text. in d. l. 1. de effract.* ad quod allegat *Ioa. Andr. Felin. Oldrad.* & alios. Alij verò di-
10 xerunt, quòd hæc capitis pœna non ſit vltimi ſupplicij ſed alia mitior, vt voluit *Petr. Duenn. in d. regul. 393. in 9. limitat. & gloſ. in l. 1. C. nè Chriſtian. mancip. in verbo capitali*, & in *l. nè frumentum*, vbi *Bald. & Salycet. C. quæ res vend. non poſſunt*, & in *l. tràſigere, C. de tranſact.* ex alia *gloſ.* in iure Canonico in *cap. quanto, in verb. defraudatã*, vbi *Io. Andr. de iureiur.* quam opinionem ſequitur *Vrſill. ad Affl. dec. 404. nu. 16.* vbi dicit, ſic de facto obtinuiſſe, & pro hac opinione fuiſſe iudicatum, dicit *Peguer. in d. dec. 1. in fin.* vbi carceratus, qui præuia conſpiratione, & fractura carceris aufugit, quia erat inquiſitus de varijs delictis capitalibus, quæ ſi probata fuiſſent, reus eſſet mortis, fuit ad ſeruitium Regiarum Triremium perpetuò condemnatus, quod ex eo pro-
11 batur, quia quotieſcunq; dicto verbo, *ſupplicium*, non reperitur additum aliquod ex adiectiuis, ſcilicet *vltimum, nouiſſimum, ſæuiſſimum*, aut *amariſſimum*, non importare mortem naturalem, probat *text. in l. qui vltimo, ff. de pœn. l. fin. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Farin. de delict. & pœn. q. 19. nu. 10. & de carcer. & carcerat. d. q. 30. n. 5. Peguer. in d. dec. 1. in add. in fin. Fachin. controu. iur. d. lib. 9. c. 64. Guazz. ad defenſ. reor. defenſ. 6. c. 1. n. 80.*

Tertia eſt opinio, quòd pœna fracti car-
12 ceris ſit Iudicis arbitrio remiſſa, habita conſideratione ad qualitatem criminis, pro quo erat carceratus, ad contemptum Iudicis, qualitatem carcerum, ac ſecundùm circumſtantias factorum, & qualitates perſonarum, *Iodoch. in pract. crim. c. 100. nu. 9. tit. de vi priuat. Bart. in l. 1. § is videtur, nu. 6.* vbi etiam *Cagnol. num. 27. in fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, Ioa. Faber in § item aduerſus, nu. 9. Inſt. de act. Boſſ. in tract. crim. tit. de captur. nu. 16. in fin. Farin. d. q. 30. de carcer. & carcerat. nu. 93. & 94. Caball. d. reſol. 8.* vbi parificat eximentem
13 carceratum ex carcere, vel ex familia Curiæ, vel ſeipſum eximentem, *num. 11. & 12.* vbi teſtatur, diuerſimodè vidiſſe iudicari, aliquando enim fuerunt vltimo ſupplicio taliter eximentes condemnati, aliquando ad triremes ad tempus, vel in perpetuum, aliquando pœna exilij temporalis, & etiam pœna pecuniaria, videndus eſt etiam *Maſcard. concl. 265. & 266. Clar. pract. crimin. q. 21. n. 16.* vbi etiam *Baiard.*

Hinc, in hac Ciuitate refert *Carauita*,
14 quòd quatuor eximentes carceratum pro debito à manibus Birruariorum, fuerunt ſtatim furca ſuſpenſi, & in fruſtra ſciſſi in *Rit. 160. nu. 2.* de quo facto meminit *Clar. q. 68. nu. 10.* licèt *Baiard. ibidem nu. 33.* aduertat, quòd iſta ſententia fuit iniuſta, & de caſu prædicto mentionem facit etiam *Farinac. q. 32. de carcer. & carcerat. num. 7. & Caball. d. reſolut. crimin. 8. num. 7.* licèt hoc non fuerit per Iudices iudicatum, ſed ex ſpeciali ordine Proregis, ex cauſis particularibus exequutum, vt *ibidem* aduertit *Caball.* & licèt *Carauita* referat, hunc caſum contigiſſe tempore, quo Regnum gubernabat Dux de Alcalà, errat, ſiquidèm hoc fuit tempore D. Petri de Toleto in anno 1546. nec fuerunt furca ſuſpenſi, vt ipſe dicit, ſed quia exemptus erat pauper homo pro debito captus, & eximentes erant Nobiles de Sedili Portæ nouæ, idem Regni Prorex mãdauit, tres ex illis Iuuenibus, qui annũ 16. ætatis non excedebant, per quodam eius Mancipium iugulari, & poſtmodùm per pedes eorum cadauera trahi in platea Caſtrinoui in Capella intus Caſtrum prædictum, in qua quidem ſententia nullus ex Iudicibus M. C. V. voluit interuenire, & ſeueriſſima illa viſa fuit, & de ea quærimonias habuit idem Prorex apud Suam Cæſaream Maieſtatem, vt notat *Alphonſ. Vlloa in Vita Caroli Quinti Cæſaris, lib. 4. fol. 210.* dùm tumultus Neapol. intuitu Tribunalis Inquiſitionis, narrat, & de hoc facto mentionem

nem

Digitized by Google

nem facit etiam *Viu.dec.92.* qui tamen in caſu ſuo dicit, eximentem carceratum pro
15 debito fuiſſe ad pœnam exilij per bienniũ, & ad intereſſe partis condemnatum, verùm in S.C. fuiſſe eximentem carceratum pro debito, ad pœnam triremium condemnatum per biennium, refert *Vinc.de Franch. dec.442.* ex quibus apparet, totum eſſe Iudicis arbitrio remittendum, & tandèm fuit
16 conſideratum, quòd quamuis iure ſtricto pœna effractoris carceris cum conſpiratione, ſit pœna capitalis, vt dixerunt *Boer. Farinac.* & alij allegati, attamen dicit *Caball. in d.reſol.8.nu.34.* nunquàm vidiſſe, hoc obſeruari, ſolēt enim mitiùs puniri, & ad ſummum, ad pœnam exilij temporalis, vel pecuniariam, aut ictuum funis, prout Iudici
17 conuenire videtur. Et propterea die 12. Octobr. 1634. condemnauimus prædictum inquiſitum ad exulandum per quinquennium extrà Prouinciam, reformando decretum M.C. per quod erat condemnatus ad remigandum per triennium, me exiſtente Commiſſario. Nouiſſimè autem prodierunt in lucem *Vota ciuilia, & criminalia Io. Baptiſtæ de Thoro*, quæ poſt hæc ſcripta ad meas peruenerunt manus, qui in *vot.41.* multa cumulat ad materiam, & aliquas deciſiones refert.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Carceratus pro debito, qui aufugit, fractis carceribus, qua pœna puniatur.*

2 *Cuſtos carceris tenetur ad ſatisfaciendum creditori, ſi debitor carceratus aufugit, fractis carceribus, & an, & quando, & qua pœna puniatur, accedente dolo, vel culpa, nu.4.*

3 *Eximens carceratum pro debito à carceribus, vel à manibus Curiæ, punitur pœna exilij, etiam ſi reduxerit carceratum ad carceres, nu.5.*

6 *Carceratus habilitatus in Camera, vel in Palatio, ſi aufugit, fracto muro, punitur, & quid ſi teneat domum loco carceris, cum fideiuſſione, ſub certa pœna de non diſcedendo, nu.7.*

*Detemptus per Palatium dicitur carceratus, ſed ſi aufugit, non habetur pro confeſſo, d.nu.6.*

8 *Carceratus ligatus funibus, vel compedibus detemptus, ſi fregit funes, vel compedes abſtulerit, & aufugit per oſtium apertum, vel per feneſtram, punitur, ac etiam ſi tranſcendat muros carceris cum funibus, num.9.*

1 DIſcuſſum in hac deciſione fuit, quænam pœna ſit imponenda carcerato pro debito, qui, fractis carceribus aufugit, & tres *Doct.* opiniones refert D.meus, & ſecundùm tertiam opinionem, quòd puniatur carceratus aufugiens, pœna Iudici arbitraria, deciſum refert *nu.17.* quam deciſionem allegat, & proſequitur *D.Danza de pugn. Doctor. lib.3. tit.de ſentent.foriudic.cap.10.nu.12.* qui in hoc articulo eod. *lib.3.tit.de confeſſ. & confeſſion.cap.13.* à *num.26.* cum pluribus *ſeqq.* diſtinguit plures caſus, quos recenſere laborioſum eſſet, ideò lectorem ad ipſum remitto, rogo, videatur, nàm materiam be-
2 nè explicat, certum tamen eſt, quòd Cuſtos carceris tenetur creditori ſatisfacere debitum, *Angel.in l.ſed eximens, §.item ſi quis, ff.nè quid in loc.publ.* alijq; relati per *D.No-*
3 *uar.dec.4.n.8.* ſicut etiam tenetur eximens dictum carceratum pro debito à carceribus, vt deciſum tradit D.meus *nu.15.* & voluit paritèr *Farinac.dec.crim.76.nu.5.lib.1.* ac ità etiam iudicatum refert *D.Thor.in Compen.dec.par.3.verb.eximens*, an autem,
4 quando, & qua pœna puniatur Cuſtos carceris, ob fugam carcerati, dolo, vel culpa accedente, tradit *D.Reg.Sanfel.dec.46.nu.4.*
5 *lib.1.* ſic etiã eximẽs carceratũ pro debito à manibus Curiæ, non euadit pœnã exilij tẽporalis, quãuis illũ ad carceres reduxerit, vt determinatum dicit *D.Nouar. dec.96.n.2.*
6 Idquè procedit etiam in habilitato in Camera, vel Palatio, ſi fracto muro aufugit, eadem enim militat ratio, *D.Danza d.c.13. nu.29.* Detemptus enim per Palatium, dicitur carceratus, *D.Nouar.q.137.nu.7.lib.1.*
7 *qq.forenſ.* licèt ſi fugiat, qui tenet domum loco carceris cum pœnali fideiuſſione, non dicatur confeſſus, *D.Maſull.* doctus Additionator ad *Capyc.dec.154.* Verùm hoc caſu fractura carceris probatur per teſtes deponentes, illum exiiſſe à domo, & quòd facta perquiſitione, non fuit ibi repertus, ipſi tamen teſtes debent examinari, citata parte, aliàs non probant, vt deciſum indicat *D.Nouar.deciſ.61.nu.2.in fin.* ſic paritèr
8 ligatus funibus, vel compedibus detemptus, ſi funes fregerit, vel compedes abſtulerit, & fugit per oſtium apertum, vel per feneſtram, punitur tanquàm effractor carceris, *Caball.reſolut.crim.8.nu.33. D.Danza*
9 vbi ſupr. *nu.30.* Item ſi carceratus tranſcendat muros carceris cum funibus, nàm adhùc punitur, vt effractor carcerum, *D.Danza ibid.n.36.* In quibus tamen caſibus non puniatur vti effractor carceris, ponit *D.Dãza loc.cit.* à *n.37.* cum *ſeqq.* & ad materiam fractionis carceris, vide etiam *Ciazz. ad reor.defenſ.diſcept.crim.14.et conſ.11.lib.2.* ac *D.Sanfel.dec.47.lib.1.* *M. A. Gizzius.*

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Pœna contumaciæ quæ ſit, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, & quid obſeruetur, tàm in M. C. V. quàm in alijs Regni Tribunalibus, & quæ pœna poſſit exigi per Barones.

### SVMMARIVM.

1 *Pœna contumaciæ, de iure communi arbitrio Iudicis remittitur.*
*Contrarium de iure Regni, n.23.*
*Pœna contumaciæ in Regno quanta ſit, n.2.*
*Quando locum habeat, nu.9.*
*Et qualitèr in praxi obſeruetur, nu.24.25. & 26.*

3 Conſtit. Pœnam nouem vnciarum *hodiè nõ ſeruatur.*

4 Conſtit. Grandis vtilitas *procedit etiam in Baronibus.*

5 Conſtit. Reiuendicatione *non militat reſpectu Baronis.*
*Intellige, vt nu.6.*

7 *Barones antè Reges Aragoneos non habebant merum Imperium.*

8 *Pœna contumaciæ in ciuilibus quanta ſit in Regno.*

10 *Contumax citationis ad informandum tenetur ad pęnam, in mandato contentam.*
*Et quid in praxi obſeruetur, n.11.*

12 *In materia iuriſdictionis ſufficit, actum aliquem ad illam pertinentem exercere.*

13 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur per bannum, etiam, non probato, quòd ſit ei paritum.*

14 *Vltimus actus in poſſeſſorijs attenditur.*

15 *Manuteneri debet in poſſeſſione, qui in iure fundatam habet intentionem, & n.30.*

16 *Baro in iudicio ſummariſſimo eſt manutenendus, lite pendente contrà vaſallos.*

17 *Regula* tex. c. perſonæ, de priuil. in 6. *limitatur, altero ex litigantibus poſſidente.*
*Item limitatur in alijs caſibus, n.18. & 19.*
*Item limitatur in poſſeſſorio ſummariſſimo, nu.20.*

21 *Non præſentans ſcripturam, quæ veriſimilitèr eſt pęnès eum, oritur præſumptio in contrarium.*

22 *Poſſeſſio iunior habetur pro turbatione, & non eſt manutenibilis, in præiudiciũ veri poſſeſſoris, non habentis ſe pro ſpoliato.*

23 *Ius commune reſpectu taxationis cõtumaciæ eſt correctum per* Regni Conſtit.

24 *Pęna contumaciæ tertiæ partis mobilium hodiè non ſeruatur, niſi in contumace ad capitula, & nu. ſeq.*

27 *Taxatio pęnarum contumacium, quæ hodiè fiſit per Regium Fiſcum, procedit ex particulari cedula Domini Proregis.*

28 *Quæ in mera facultate conſiſtunt, præſcriptione non tolluntur.*

29 *Præſcriptio incipit currere à die impedimenti.*

31 *Deciſio cauſa traditur.*

## Deciſio LXXVII.

IN cauſa Vniuerſitatis Ciuitatis Vici
Equenſis cum Illuſtr. Principe Sattiani,
eius vtili Domino fuit coràm Meuti
Commiſſario pro parte dictæ Ciuitatis
inſtatum per viam grauaminis, debere
abſtinere, tàm dictum eius vtilẽ Dominum,
quàm eius Officiales à taxatione
pœnæ contumaciæ, quæ, nemine audito, ſed
ſolùm pro arbitrio voluntatis nouiſſimè taxabantur,
pro quarum pœnarum exequutione
procedebatur de facto, etiam ad carcerationem
Inquiſitorum, quo grauamine
propoſito, viſum fuit mihi domi prouidere,
quòd pro recognitione expoſitorum Curia
dictæ Ciuitatis tranſmitteret acta, & interim
per dies ſuperſedeatur, quibus trãſmiſſis,
dicebatur pro parte Baronis, hoc eius
Officialibus licitum fuiſſe, ſiuè enim attendamus
ius commune Romanorum, pœna
contumacię remittitur Iudicis arbitrio, qui
1 debet procedere ad illam imponendam,
conſiderata magnitudine cauſæ, & perſonarum
qualitate, vt habetur ex *l. vnic.* vbi
DD. *ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.* &
tradit *Affl. in Conſt. Regn. Pęnam nouem*
*vnciarum, nu.2. & Viu. dec.252. nu.7.* Siuè
2 attendamus ius Regni, & pœna contumaciæ
eſt tertiæ partis bonorum mobilium,
proùt ſunt duæ *Conſtitutiones*, vna incip.
*Pęnam nouem vnciarum*, quæ loquitur de
pœna contumaciæ in ciuilibus, alia verò,
quæ incip. *Grandis vtilitas*, & loquitur de
pœna contumaciæ in criminalibus, licèt re-
3 ſpectu contumaciæ in ciuilibus *Conſtitutio*
non ſeruetur, vt teſtatur *D. Reg. Tap. in*
*d. Conſtit. Pœnam nouem vnciarum, in*
*lib.6. iuris Regni, nu.1. Capiblanc. de Baron.*
*pragm.16. nu.74. tom.1.* & quàmuis *Conſtitutiones*
prædictæ loquantur in contumacia
contracta coràm Magiſtro Iuſtitiario,
qui hodiè eſt Tribunal M.C.V. vel Iuſtitia-
4 rio, cuius loco ſunt Reg. Audiẽtiæ; attamen
idem procedere in Baronibus, habetur ex
*Affl. in d. Conſtit. Pęnam nouem vnciarum,*
*num.2.* & nouiſſimè ingenioſus, ac doctus
*Montanus de Regal. fol.105. n.18.* & quàmuis

Digitized by Google

nis gloſ.4.in Conſtit.Regn.incip.Reiuendi-
5 catione expreſsè dicat,quòd pœna,quæ da-
tur contumaci in iudicio reiuẽdicationis,
habet locum in ijs, qui conueniuntur in
M.C.V.vel coràm Iuſtitiario, nàm hi, qui
conueniuntur coràm Baronibus, vel Baiu-
lis,puniuntur in vno auguſtali pro qualibet
contumacia, quod etiam habetur ex dicta
Conſtitut.Pœnam nouem vnciarum, vbi
gloſ.in verb.inducitur,& ſequitur Capyc.in
repet.cap.Imperialem, §.callidis,nu.8.verſ.
& licèt,de prohib.feud.alien.per Feder.ta-
6 men loquuntur in Barone, non habente
merum Imperium,prout communitèr Ba-
rones antè Reges Aragoneos non habebãt,
7 niſi tantùm iuriſdictionem ciuilem, vt ha-
betur ex Andr.in cap.1.§.quæcunq; de pac.
tenend. & idem Capyc.in loc. ſuprà alleg.
paulò antè ponit regulam, quòd Barones
Regni,regularitèr non habent merum Im-
perium, & ſic ſe declarat etiam idem Ca-
pyc.in inueſt.feud. in verb. prærogatiua,
verſ. Barones,fol.90. & optimè diſtinguit
Montan. ità Capyc. intelligendo in loco ſu-
prà alleg.& in his terminis loquitur Capi-
blanc.in pragm.14.de Baron.nu.72.vbi di-
cit, quòd in Regno ſolet exigi pro pœna
8 contumaciȩ citationis ciuilis,tarenum vnũ,
vel minus,ſecundùm loci conſuetudinem,
9 & ſic hodiè,quòd Barones habent merum
Imperium,poſſunt in criminalibus exigere
pœnam tertiæ partis bonorum mobilium,
quod tamen ſeruatur in M.C.V. in citato
ad capitula,ſecùs tamen,quando eſſet con-
10 tumax citationis ad informandum, quia
tunc non condemnatur contumax, niſi ad
pœnam,in mandato contentam,vt teſtatur
Reg.Tap.in annot.ad d.Conſtit.Pœnam no-
uem vnciarum, licèt nouiſſimis tẽporibus
11 Regius Fiſci patronus, attenta qualitate
inquiſiti, & grauitate inquiſitionis,taxare
ſoleat quantitatem exigendam à quolibet
contumace,quod practicare intendebat d.
Illuſtr.Princeps in dicta Ciuitate Vici, ex
qua practica nullum grauamen inferri va-
ſallis,dicebant eius Aduocati; nàm ſiuè at-
tendamus ius commune, & eſt hæc pœna
Iudicis arbitraria, ſiuè attendamus Regni
Cõſtitutiones,& eſt pœna tertiæ partis mo-
bilium,quarè ipſos mulctando in pecunia,
eſt,ob maiorem ergà vaſallos charitatem,
quia ſemper minor eſt ipſa tertia parte mo-
bilium, nàm in ea imponenda inſpicitur
qualitas delicti, & diuitiarum inquiſiti, &
ex hoc etiam inoleuiſſe,dicebãt, nouiſſimã
hanc obſeruantiam M.C.V.in qua Fiſci pa-
tronus eas taxat,tantò magis, quia dicta
Curia Vici pœnas contumaciæ exigebat in
delictis grauibus,pro quibus veniret impo-
nenda pœna mortis naturalis,vel triremiũ,
& in hac poſſeſſione prætẽdebat cõſeruari,
lite pendẽte,cùm in ijs,quæ ad iuriſdictio-
nem pertinent,ſufficiat, in poſſeſſorio exer-
12 cuiſſe aliquem actum,ad illam iuriſdictio-
nem pertinentem,vt poſt Bart.& alios dixit
Gomez.in l.45.Tauri,nu.42.Parlador.quo-
tid.diffin.diffin.26.n.6.in ſeſquicenturia,
& quatènus Vniuerſitas Vici prætenderet,
non apparere ſolutiones factas pro pœna
contumaciæ,iuxtà taxam,nàm pro fundan-
da poſſeſſione alicuius iuriſdictionis,non
requiritur de eſſentia probare, quòd fuerit
per ſolutionem decretis Curiæ obtempe-
ratum,quia ſecundùm Bald. in eius Mar-
garita,in verb.poſſeſſio , quem refert, &
ſequitur Capyc. deciſ.27. num. 30. in fin.
13 per bannum,quàmuis eo non ſit paritum,
probatur quaſi poſſeſſio,Marcell.de Maur.
alleg.2.nu.11.& per plures proceſſus ap-
parebat de dicta taxatione pœnarum con-
tumaciæ,& de ipſa poſſeſſione non eſſe du-
bitandum,quia Vniuerſitas eſt illa,quæ cõ-
14 paruit,inſtando,prouideri, quòd Baro ab-
ſtineat, & quòd in poſſeſſorijs attendatur
vltimus actus, habetur ex Anna alleg.131.
Maſtrill.dec.52.Franch. dec.548. maximè
ad conſeruandum aliquem in poſſeſſione
in incorporalibus,Couarr.pract.quæſt.cap.
17.in fin.Menoch.conſ.126.nu.6.& nouiſſi-
mè Conſil.Marcian.omnium virtutum ge-
nere ornatiſſimus conſ.32.nu.7.Et propte-
reà cõcludebatur pro parte Baronis, ipſum
15 lite pendente eſſe manutenendum,nedùm
quia ipſi ius commune, & Conſtitutionis
aſſiſtit,iuxtà text.in vulgato cap.cùm perſo-
na,de priuil.in 6.& ex traditis per De Pon-
te conſ.97.num.26.lib.1.Rendell.de paſcuis,
& foreſt.cap.3.fol.66. Nouar.de grauam.
vaſall.tom.2.prælud.1.nu.2.& 3. qui deci-
ſionem refert S.C. Verùm etiam, quia eſt
in poſſeſſione,ſeù quaſi talitèr taxãdi con-
16 tumacias,& Baro debet in poſſeſſione ma-
nuteneri cõtrà vaſallos,vt iudicatum refert
in S.C. Ann.in ſing.556.

Pro parte verò Vniuerſitatis dicebatur,
17 quòd hæc regula iuris aſſiſtentiæ, quæ de-
ſumitur ex d.cap.cùm perſona, non ſemper
eſt vera,quàmuis enim pluriès in Rota Ro-
mana ſit iudicatum pro dicta regula,vt ha-
betur ex Seraph.in dec.1497.& 1463.Caſ-
ſador.dec.8.nu.2.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.
& latè Gratian.qui plures alias ſimiles de-
ciſiones affert diſcept.forenſ.cap.801.n.27.
& c.802.nu.17.vol.5. latiſſimè etiam Lu-
dou.Poſt.in tract.de manutenendo, obſeru.
45.in princ. tamen hoc procedit, quando
18 non conſtat de poſſeſſione alicuius ex liti-
gantibus,altero enim poſſidente non habet
locum dicta regula, ſed eſt in poſſeſſione
conſeruandus is,qui poſſidet, vt habetur
ex eadem Rota Romana in recollectis per
Farinac.tom.1.in recent.in dec.685.nu.2.
&

Digitized by Google

& habetur etiam ex *Abb. in cap.* 1. *vt lit. pend. Lancell. de attent. p.* 2. *cap.* 4. *declar.* 4. *nu.* 6. *Ludouiſ. dec.* 312. vbi latè *Additionator.* Secundò limitatur, vt regula non pro-
19 cedat, quando iuris aſſiſtentia redditur turbida, vt fundat idem *Ludou. Poſt. in deciſ.* 200. *nu.* 25. *& deciſ.* 217. *nu.* 7. poſt *tract. de manuten.*

Et demùm dicebatur, regulam prædictã practicari in poſſeſſorio ordinario, ſecùs
20 verò in poſſeſſorio ſummariſſimo, de quo erat agendum in præſenti cauſa, prout in iure paſcendi, & eius quaſi poſſeſſione in alieno prædio iudicatum fuiſſe in S.C. refert *Capyc. dec.* 186. vbi quàmuis de iure quælibet res præſumatur libera, & ſic ius aſſiſtat pro Domino territorij, tamen fuit iudicatum pro poſſidente ſeruitutem iuris paſcendi.

Quæ dicebantur concurrere in præſenti cauſa, quia nunquàm Baro fuit in poſſeſſione exigendi has pœnas contumaciæ, & Vniuerſitas fuit in poſſeſſione non ſoluēdi, quę poſſeſſio negatiua Vniuerſitatis, dicebatur probari, eò ipſò, quia Baro non produxit ſolutiones factas pro iſtis pęnis, quod ſibi ſatis facilè fuiſſet ex libris Aerariorum, ex qua exhibitione ſcripturæ, quæ veriſimili-
21 litèr eſt pęnès partem, præſumptio eſt cōtrà eam non præſentantem, *Crauett. conſ.* 112. *nu.* 16. vbi, quòd non ſufficit dicere, non habere inſtrumentum cùm probabilitèr pęnès eum eſſe debeat, ex *l. fin. C. de fid. inſtrum.* nec de illis prætenſis decretis factis in proceſſibus, vltimo loco præſentatis in S.C. erat habenda ratio, quia non erant in forma decreti, nec manu Magiſtri actorum, ſed eiuſdemmet Officialis, de quibus nullam notitiam habuerat Vniuerſitas, nec eius Ciues, niſi de illa nouiſſima turbatione, quæ cauſam dedit præſenti liti, & propoſitioni grauaminis, immò quatènus ex ipſo actu argueretur vera poſſeſſio, tamen non eſſet in conſideratione, quia tanquàm iunior habetur pro turbatione,
22 & non eſt manutenibilis, in præiudicium veri poſſeſſoris, non habentis ſe pro ſpoliato, *cap. licèt cauſam*, vbi *Doctor. de probat.* & poſt *Bart. in l. ſi duo, nu.* 4. *verſ. ſi verò teſtes, ff. vti poſſidetis, & Put. dec.* 419. *in fin. lib.* 2. deciſum fuiſſe in Rota Romana refert *Farinac. deciſ.* 366. *nu.* 2. *par.* 1. in recollectis per ipſum.

Inſuper dicebatur, quòd Baro, nedùm non erat in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi dictas pęnas, ſed etiam ei ius reſiſtebat, & ſic etiam, attenta regula in *d. cap cùm perſo-*
23 *ne*, debebat ſuccumbere, cùm ius cōmune, per quod arbitrarium eſt Iudici pęnæ contumacis taxatio, ſit correctum per *Regni Conſtit.* vt habetur ex *Affl. in d. Conſt.* *Pęnam nouem vnciarum*, & per *Viuium dec.* 252. quæ *Regni Conſtitutiones* ſunt ius commune in Regno.

Nec etiam prætendere poteſt, quòd ius ſibi aſſiſtat, ſaltim reſpectu pęnæ tertiæ par-
24 tis mobilium, quia dùm ipſe prætendit, eſſe in poſſeſſione taxandi pęnas, eius Officialis arbitrio, neceſſariò confitetur, non practicaſſe dictam exactionem tertiæ partis mobilium, quæ neq; eſt in obſeruantia, prout de Regia Audientia Principatus Vltrà teſtatur *Danza de pugn. Doctor. tit. de contumac. nu.* 6. quòd hæc pęna contumaciæ in
25 criminalibus non excedit ſummam carolenorum 32. de Prouincia Capitanatæ teſtatur *Nouar. lib.* 1. *de grauam. vaſall. grauam.* 158. *nu.* 3. qui dicit, compilaſſe *deciſ.* illius Tribunalis 180. adhùc non impreſſam, hodiè verò impreſſam, & in Magna Curia nec iſta pęna hodiè eſt in vſu, niſi in contumace ad informandum, & ad capitula, vt ſuprà diximus, & in delictis capitalibus, vt aduertit *gloſ. in verbo capitalitèr in d. Conſtit. & ibid. Afflict. nu.* 3. *& Viu. d.*
26 *dec.* 252. immò quotieſcūq; inquiſitus vult purgare cōtumaciam, ſolutis carolenis 32. eidem pęna contumaciæ remittitur, vt per *Rit. M.C.V.* 135. vbi latè *Carauit.* & in *Ritu* 211. & quòd idem ſeruetur in Regno, teſtatur *Viu. dec.* 273. *& Nouar. in d. grauam.* 158. *lib.* 1. immò hoc caſu neq; hodiè in M.C.V. ſoluuntur caroleni 32. ſed ſoluto vno ducato, remittitur pęna contumaciæ, firma tamen ea remanente quoàd delictum, vt teſtatur *Reg. Tap. in Iure Regni, lib.* 3. *in Conſtit. Clementiæ Imperialis, de purgat. contum. fol.* 89. & reſpectu eorum, qui ſunt contumaces ad capitula pro delictis capitalibus, & perſiſtunt per annum in
27 contumacia, iuxtà *Conſtit. Regni Grandis vtilitas* quàmuis hodiè Regij Fiſci patronus taxet pęnas contumaciæ, tamen hoc fit ex particulari cedula S.E. quæ facultas non eſt extendenda, nec concedenda alijs Officialibus minoribus, & præſertim Baronum.

Quibus replicabatur pro parte Baronis, quòd pęna contumaciæ ſemper fuit exacta, ſed obtenta partis remiſſione in tranſactionibus, ad quas inquiſiti fuerunt admiſſi, fuit habita ratio de dicta pęna, & quatènus non eſſet exacta, non ex hoc eſſet ac-
28 quiſita vaſallis poſſeſſio, non ſoluendi, cùm ea, quæ conſiſtunt in mera facultate, præſcriptione non tollantur, ad *text. in l. viam publicam, ff. de damn. infect. Belluga* in ſuo *ſpecul. Rub.* 16. *num.* 11. vbi etiam *Borrell. Gabr. comm. concl. lib.* 5. *de præſcript. concl.* 10. *&* 12. D. *Reg. Valenzuel.* poſteà de Supremo Italiæ Conſilio, & demùm in Granatenſi Cancellaria digniſſimus Præſidens *conſ.* 94. *nu.* 64. *vol.* 1. *Maur. alleg.* 8. *in princ.*

&

Digitized by Google

& quatenus eſſet admittenda præſcriptio, procederet, quādò Baro exigere volēs, fuiſ-
29 ſet ab Vniuerſitate impeditus, & huic prohibitioni acquieuiſſet, nām ab eo tempore, quo fuiſſet impeditus, inciperet pręſcriptio, *Carauit. in Ritu* 182. *nu.* 1. *Petrus Caliſtus Ramirez de poteſt. Baron. in ſuos vaſſallos, de lege Regia*, §. 36. *n.* 30. *Lanar. conſ.* 27. *n.* 31. & propterea cùm hæc exactio pęnæ contumaciæ, ſit à iure impoſita, poterat ipſe, quandocunq; ſibi placuerit, eam exi-
30 gere, reſeruando iura Vniuerſitati in petitorio, cùm ille, qui habet de iure communi intentionem fundatam, debeat in poſſeſſione conſeruari, & manuteneri, quàmuis nullam probet poſſeſſionem, *Rot.* apud *Stauil. Paſif. de Saluian. interd. dec.* 39. *num.* 3. *Gratian. diſcept. for. cap.* 870. *n.* 8. *&* *c.* 898. *nu.* 18. *Ricc. collect. deciſ.* 1314. *&* 3013. latè *Poſt. in tract. de manuten. d. obſeru.* 45. *nu.* 3. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 1. *c.* 11.

31 Quibus omnibus diſcuſſis, die 17. menſis Decembris 1636. me referente, fuit dictum, quòd infrà quatuor dies capiatur informatio, & interim circà exactionem pęnarū contumaciæ obſeruentur *Regiæ Conſtitutiones, & Ritus M. C. V.* pęnès Actorū Magiſtr. de Scacciauento.

# OBSERVATIO In Deciſione LXXVII.

## SVMMARIVM.

1 *Contumax in criminalibus, qua pęna puniatur, tàm de iure communi, quàm huius Regni, & quando, et n.* 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7.

4 *Contumax in hac Ciuitate, ſi non comparet pro contumacia, punitur arbitrio Aduocati Fiſcalis, ſi verò comparet, ſoluit ducatum vnum, nu.* 5. *&* 6. *& quid in Regno, d. nu.* 6.

7 D. Carolus Rota concl. 4. nu. 28. in florileg. practicab. concl. *confutatur.*

8 *Manuteneri quis debet in poſſeſſione, lite pendente.*

9 *Poſſeſſio ſola ſufficit, ad effectum manutenendi, etiam in iuribus incorporalibus, & ità deciſum traditur, n.* 10.

11 *Præſumptio eſt pro poſſeſſione.*

12 *Poſſeſſor conſeruari debet in poſſeſſione, etiam ex titulo nullo, & inualido, & ſic iudicatum adducitur, n.* 13.

1 Contumax de iure communi, Iudicis arbitrio in criminalibus punitur, vt poſt D. meum *hic, n.* 1. comprobat D. *Scialoya in praxi foriudic. cap.* 7. *nu.* 13. De iure verò huius Regni iuxtà *Conſtit.* incip. *Pęnam nouem vnciarum*, ac aliam, incip. *Grandis vtilitas*, ius commune eſt correctum, nàm ad tertiam partem bonorum mobilium condemnatur, vt tradunt D. meus *nu.* 2. *&* D. *Scialoya*
2 *nu.* 14. vbi intelligit, procedere, ſi quis pro eo delicto foriudicari poteſt, quod etiam voluit D. meus *nu.* 9. *&* 25. ſecùs tamen eſt, vbi pro dicto delicto foriudicari nequit, tunc enim contumax ſpontè comparens, ſoluit pro contumacia carolenos 32. iuxtà *Rit. M. C. V.* 135. 211. *&* 214. quæ tamen
3 diſtinctio mihi non placet, *Ritus* enim prędicti hoc non diſtinguunt, ideò nec nos diſtinguere debemus, vt per plura iura probat D. meus *dec.* 91. *nu.* 15. ideòq; tu obſer-
4 uabis, quòd contumax, ſi nō comparet, punitur tertia parte mobilium, licèt hodiè nō ſeruetur, nā D. Aduocatus Fiſcalis M. C. V. ex ſpeciali reſcripto D. Proregis, pęnam prędictam taxat, vt refert D. meus *nu.* 27. ſi ve-
5 rò ſpontè comparet, & tunc ſoluit tantummodò carolenos 32. nec ampliùs moleſtatur pro dicta contumacia, quæ remiſſa cenſetur, vt expreſsè loquitur *Ritus* 214. & voluit etiam *Carauit. in d. Ritu* 135. *n.* 1. licèt
6 hodiè nec etiam dicti caroleni 32. in totum ſoluantur in hac Ciuitate, ſed tantummodò ſoluitur ducatus vnus, vt refert D. meus ſub *nu.* 26. extrà tamen hanc Ciuitatem diuerſimodè practicatur, non excedendo tamen dictos carolenos 32. vt practicatum in Regia Audientia Capitanatæ, & Comitatus Moliſij, refert D. *Nouar. dec.* 180.
7 Ideòq; cauendum erit à D. *Carolo Rota*, curioſo, ac docto alioquin iuuene, *concl.* 4. *nu.* 28. *in florileg. practicab. concluſ.* vbi ex *Carauit. & Marant.* dicit, *Conſtitut. Regni* hodiè non ſeruari circà exactionem tertiæ partis mobilium, quod paritèr retulit D. meus ſub *nu.* 25. ſiquidèm licèt *Carauit. in ritu* 206. *num.* 1. dixerit, quòd talis pęna in Curijs receſſit ab Aula, tamen contrarium per priùs dixerat in *Ritu* 135. *nu.* 1. ac poſteà in *Ritu* 211. *nu.* 1. & patet ex hac deciſione, dùm fuit ordinatum, ſeruari *Conſtit. Regni*, ac *Rit. M. C. V.* vt habetur *n.* 31. benè tamen hodiè in hac Ciuitate non ſeruantur, ex ſpeciali reſcripto D. Proregis, vt diximus *nu.* 4. ſed tempore *Carauitæ* omninò ſeruabantur.

8 Præcipuus tamen articulus huius deciſionis fuit, quis nàm lite pendente in poſſeſſione manuteneri deberet, & ſic in interdicto, *Interim*, vt vocant Hiſpani, *Couarr. cap.* 17. *lib.* 1. *practic. Menoch. remed. vlt. retin.* an Baro, cuius partes tuebatur D. *Vincentius Sergius*, an verò Vniuerſitas, pro qua patrocinium præſtabat D. *Lælius Gizzius*
9 meus frater, ad effectum enim manutentionis ſola poſſeſſio ſufficit, *Rota dec.* 275. *nu.* 1. *p.* 1. *in recent. & dec.* 559. *n.* 11. *par.* 2. eò magis,



Digitized by Google

gis,ſi ſit titulata, *c.licèt cauſam*,vbi *Felin. nu.9.de probat.Poſt.de manuten.obſeru.71. nu.117.& dec.214.* quod procedit, etiam in iuribus incorporalibus,*Poſt.in d.tract. obſeru.10.n.4.& 5.* in quibus datur poſſeſſorium,*D.de Franch.dec.90.n.4.* ex quibus
10 per Collaterale Conſilium de menſe Martij 1649.ità iudicatum fuit, ad relationem
* *D.Regentis Zufia* Decani,pęnès Antonium Lombardum Regium à mãdatis Scribam, fuit enim ordinatũ,ſub patrocinio D. *Bernardini Saſſi* Aduocati docti,quòd D.Dux Caſtri Saraceni manuteneatur in poſſeſſione,tàm deputandi Exactorem diriąuum, ſiuè emolumentorum Regiæ Cancellariæ, quàm exigendi,vnà cum eius Ceſſionarijs ducatos 240.4.3. menſatim,vigore inſtrumenti initi cum D.*Ioanne Angelo Barrilio* Duce Caiuani, ac huius Regni Secreteario, non obſtante prætenſione D.Conſil.*Donati Coppula* Ducis Canzani, creditoris dicti Ducis Caiuani ſuper officio prædicto, partes dicti D.Conſiliarij tuente D.*Paulo Iannettaſio*, Aduocato eximio, ac timoratæ conſcientiæ.

11 Ideòq; pro poſſeſſione eſt præſumendũ, *cap.1.de controu.inter domin.& vaſall.D. Conſil.de Georg.alleg.46,nu.8.* poſt *D.Reg. de Pont,conſ.31.nu.14.* hinc *D. de Medic. conſ.53.n.6.& ſeq.* poſt *Iſern. & D.de An-*
12 *na* fundauit,quòd etiam ex titulo nullo, & inualido acquiritur poſſeſſio,& in ea poſſeſſor eſt conſeruandus, & ità in facti contin-
13 gentia fuit per Regiam Cameram iudicatum,in cauſa Franciſci Margioni cum D. Ioſepho Galeota Barone,poſteà Principe Monſſeratij,fuit.n. dubitatum de inualiditate cõceſſionis territorij,quia nullus aderat aſſenſus,ideò fuit per dictam Regiam
* Cameram ordinatum, quòd detur terminus in cauſa, & interim manuteneatur in poſſeſſione territorij dictus Franciſcus, & fuit decretum prædictum confirmatum in
* gradu reclamationis,ſub die 15.Nouembr. 1627.ad relationem D.Præſid.*Salinas*,cum interuentu D.*Marchionis S.Iuliani*, Locũtenentis integerrimi,ac DD. Præſid. *Caſanate*,*Comitis Mola*,*& Battaglini*, abſentibus tamen in Aula parua Computorum DD.*Capycio Galeota*,*& Pappacoda*,in Banca Conſtantini Calamatia. *M. A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Vulnerans aliquem cum armis prohibitis, an cõmittat duo delicta,vel vnum. Nùm ſtante appellatione interpoſita à parte offenſa, poſſit per Iudicem appellationis puniri, etiam pro pœna aſportationis armorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum prohibens, ſub pęna,aſportationem armorum,non militat in eo,qui licèt ea aſportaſſet, tamen cum illis non fuit apprehenſus.*
*Limita,vbi fuiſſet cõuictus de vulnere cum armis à Statuto prohibitis,n.2.*
3 *Vulnerans aliquem cum armis prohibitis, nùm duplici pęna puniatur, delationis ſcilicèt armorum,& vulneris,& n.11.*
*Diſtingue, an vno, eodemq; tempore factus ſit actus,an verò,ſi primò fuit apprehenſus cum armis,& deindè relaxatus,iterũ cum eiſdem armis deliquit,n.4.*
*Item diſtingue,an ad alium finem,quàm vulnerandi arma aſportauerit,n.5.*
6 *Actio pro aſportatione armorum,offenſo nõ datur,ſed tantùm de vulnere.*
*Limita, de iure communi,n.7.*
8 *Vnicum dicitur delictum, ſcilicèt aſportatio armorum,inſimul cum vulnere.*
9 *Fiſcus licèt non appellet,tamen ſi inquiſitus appellaret,cenſetur,ipſo facto appellationi adhęſiſſe.*
*Limita,vbi pars quærelans eſſet in iudicio, & non appellaſſet,n.10.*

# Deciſio LXXVIII.

FVit inquiſitus in M. C. V. Thomas, aliàs Maſillus Sportellus de læthali vulnere cũ cultro acuto palm.duorum in circà,& per ipſam M.C. fuit condemnatus in exilium,à quo decreto cũ ſe grauaſſet pars quærelans ad S.C.fuit dubitatum,ſi benè,vel malè fuerat iudicatum; dicebatur enim pro parte offẽſi, quòd quatènus pro delicto veniret in exilium condemnatus,ex quo ex vulneribus ſanus euaſit, quòd non poterat dubitari, quòd pro aſportatione cultri aderat pœna ſtatuta per *Reg.Pragm.* de anno 1610. quæ eſt 14. *in noua compil.*ſub *tit.de armis*, & demùm confirmata in anno 1631. per Excell.Comitem de Monterey,huius Regni Proregem, quæ eſt *Pragm.22.*ſub *d.tit.* per quam ſtatuitur pœna Ignobilibus de ſeruiendo in Regijs triremibus per annos tres,vel de ſoluendo vnc.100.ad arbitrium Proregis, &
1 quàmuis non poſſet puniri dicta pœna, niſi fuerit apprehenſus cum armis, vt tenet *Bart.*communitèr ſequutus in *l.ſi Barſatorem*,

Digitized by Google

tonam, C. de fideiuſſ. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. q. 82. ſtatut. 6. Decian. tract. crim. lib. 8. c. 4. nu. 5. & eſt text. in l. 3. §. Neratius, vbi Bart. Angel. & Alex. ex argumento illius text. notant, ff. de acquir. poſſ. & opinionem Bart. ſeruari in practica, dixit Imol. in d. §. Neratius, licèt ipſe contrarium ſentiat, latiſſimè Farinac. in ſua prax. crimin. q. 108. nu. 132. Amod. Iuſtin. de ſind. num. 90. alios refert Menoch. de àrbitr. lib. 2. caſ. 394. n. 46. vbi 20. Doctores enumerat, & plenè materiam exarat. Tamen dicebatur, quòd ſufficit, fuiſſe conuictum de vulnere cum cultro
2 acuto, ex doctrina Bald. in d. l. ſi Barſatoram, nu. 7. C. de fideiuſſ. vbi habetur, quòd conſuetudo interpretatur hoc verbum, inuentus, contrà quem maleficium probatur,
3 difficultas tamen oritur inter Doctor. an ſi quis vulneret cum armis prohibitis, duplici pœna plectatur, delationis armorum ſcilicèt, & vulneris, & Decian. in d. tract. crim. lib. 8. c. 4. n. 19. poſt Io. Andr. in add. ad Specul. Bald. & alios tenuit, quòd ſi maior ſit pęna vulneris, confunditur, & puniri debet pœna vulneris tantùm, quando vno, eodémq;
4 tempore factus eſt actus, ſecùs verò, ſi primò fuit apprehenſus cum armis, & ſub fideiuſſione relaxatus, iterùm cum eiſdem armis deliquit, tunc enim vtraq; pœna puniri debet, Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. & in l. illud, ff. ad l. Aquil. Bald. in l. aduerſùs, nu. 6. C. de furt. ſecùs tamen, quando & vnicum eſſet delictum, vt ſuprà, vt voluit Andr. Barbat. de Cardin. leg. à latere 5. q. Baſilica, nu. 26. & hoc plenè probat Farinac. in prax. crim. q. 108. n. 166. quod tamē
5 declarat in eo caſu, quando quis detulit arma, ad finem aliquem vulnerandi, verùm ſi quis arma detulerit contrà prohibitionem, & non ad effectum vulnerandi, ſi poſteà cum illis aliquem vulneret, quòd duplici pœna ſit puniendus, ex doctrina Io. de Plat. in §. Item lex Iulia, il 2 Inſtit. de publ. iudic. qui hoc fundat ex Iacob. de Beluiſ. in loc. per eum alleg. Verùm in contrarium faciunt, quæ dixit Andr. de Iſern. in Conſt. Regn. incip. Intentionis noſtræ, ſub tit. de illicit. portat. armor. quem allegat, & ſequitur Affl. in Conſt. Regn. Si quis aliquem, de percuſ. illicit. cum armis, quod etiam pluribus medijs probat Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 158. & ideò dicebatur pro parte inquiſiti, quòd cùm per M. C. fuerit liberatus,
6 non poterat in S. C. tractari cauſa appellationis, quia parti appellanti non dabatur actio pro aſportatione armorum, ſed tantùm pro vulnere, & ſic, quòd in S. C. erat tātummodò tractandum, ſi benè, vel malè erat per M. C. V. iudicatum circà delictum vulneris, non circà delationem armorum, nàm pro dicta aſportatione non competebat ei actio, ſed Fiſco, qui non appellat, ſed tantùm habet recurſum in Regno, ex Rit. M. C. V. 258. & 261. vbi Carauit. Marant. in ſuo ſpecul. 6. par. in verb. & quandoq; appellatur, limit. 22. Francb. dec. 148. & 470.
7 n. 10. licèt ſecùs ſit de iure communi, vt per Peregr. lib. 7. tit. 4. de iur. Fiſci, quod probari, dicebat ex doctrina Guliel. de Bened. in cap. Raynuntius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 146. de teſtam. quòd delictum homicidij poteſt remitti, & retineri aſportatio armorum. Diſcuſſo tamen negotio in S. C. ſub die 28. Nouembris 1635. contrarium fuit iudicatum, quia reputatur vnicum delictum, & armorum prohibitorum geſtatio inſimul cum vulnere confunditur, vt per Bald. in d. l. aduerſùs, in fin. C. de furt. quem refert, & ſequitur Andr. Barbat. in loc. proximè cit. actus enim præparatorius confunditur cum præparato, Angel. in l. nunquàm plura, ff. de priuat. delict.
8 & ſic armorum geſtatio confunditur cū ipſo delicto, & propterea contrà opinionem Gulielm. de Bened. fuiſſe pluriès iudicatum in S. C. refert Foller. in prax. crim. in verb. audiantur excuſatores, ſub n. 135. vbi, quòd tanquàm vnicum delictum cauſa fuit remiſſa ad Baronem, & ſic etiam refert De Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 3. nu. 47. Fuit etiam conſideratum, quòd per Reg. pragm. 7. ſub tit. de appell. Fiſcus, quàmuis non appellet, tamen ſi inqui-
9 ſitus appellet, cenſetur, ipſo facto adhæſiſſe appellationi prædictæ, & proindè poſſet ſētentia in peius reformari contrà inquiſi-
10 tum, & licèt hoc non procedat, quādo pars quærelans eſſet in iudicio, & non appellaſſet, vt declarat Francb. dec. 467. in fin. De Pont. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Official. §. 1. nu. 53. & Reg. Rouit. in d. pragm. 7. n. 1. tamen fortiùs debet procedere in hoc caſu, vbi pars quęrelans appellauit, & propteteà dictus inquiſitus fuit condemnatus ad remigandum in Regijs triremibus per triennium, penès Actuarium M. C. V. in crimina-
11 libus Stephanum Pintum, & de quatuor iuribus circà armorum aſportationem, Digeſtorum ſcilicèt, Codicis, Authenticorum, & de iure nouiſſimo Feudorum videndus eſt idem Andr. Barbat. de Card. d. 5. quæſt. Baſilica, n. 23. & de iure Conſtitutionis Regni habetur in d. Conſt. Intentionis noſtræ, vbi plenè per Scribentes.

## OBSERVATIO In Deciſione LXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Aſportans arma, ſi non eſt apprehenſus, an & quomodò puniatur.*

 2 Vul-

2 *Vulnerans cum armis prohibitis, an puniatur de duobus delictis, & ſic de aſportatione armorum, & de vulnere, an verò de vno tantùm delicto.*

3 *Inſultans cum armis prohibitis, non ſequuto vulnere, qua pœna puniatur.*

4 *Pragmatica, vt liget, debet publicari, et in locis, in quibus nõ eſt publicata, nõ ſeruatur, & contrauenieus nõ incidit in pœnã, in illa contentam, et ità deciſum traditur.*

1 DE iure communi aſportans arma, punitur pœna armorum, & ſi nõ ſit apprehenſus, quando pœna imponitur deferenti arma, ad tradita per *Menoch. & Peguer.* quos citat D. *Reg. Sanfel. dec.* 43. *num.* 1. *lib.* 1. qui *nu.* 2. teſtatur de æquitate M.C.V. illum non puniri, niſi ſit apprehenſus, quod de iure communi etiam procedere, cõprobat D. meus *hic, nu.* 1. At quia per *Reg. Pragm.* 14. & 22.
2 *de Armis*, pro aſportatione cultri, eſt ſtatuta pœna Ignobilibus ad ſeruiendum in Regijs Triremibus per triennium, vel de ſoluendo vncias centum, ad arbitrium D. Proregis; ideò in hac deciſione fuit dubitatum, an vulnerans cum cultro prohibito, committat duo delicta, vel vnũ, & licèt *D. Reg. Rouit. in prag.* 4. *n.* 5. *de Armis* referat, tàm per M.C.V. quàm per S. Conſil. deciſum, deberi vtramq; pęnam. Nihilominùs D. meus ſub *nu.* 7. dicit, contrarium per S.C. iudicatum fuiſſe, quia vnicum reputatur delictũ, ideòq; ſub *nu.* 10. refert, quòd quàmuis inquiſitus de vulnere cum cultro prohibito, fuiſſet per M.C.V. condemnatus ad exulandum, attamen per S.C. in gradu appellationis fuit condemnatus ad remigandum per triennium, quam deciſionem refert, & ſequitur D. *Laganar. in addit. ad* D. *Rouit. in d prag.* 4. *nu.* 3. vt etiam ſeruatur in Curia Archiepiſcopali Neap. vt per D. *Epiſcop. Riccium dec.* 57. *par.* 2. ſed, vt refert D. *Rouit. ibid.* in-
3 ſultans cum armis prohibitis, nullo ſequuto vulnere, punitur pęna aſportationis armorum, cùm ſit maior delicto inſultus, & ratione delicti non requiritur apprehenſio, vt probat, ac deciſum teſtatur per M.C.V. D. *Sanfel. d. dec.* 43. *nu.* 4. *in fin.*

4 Pragmatica autem, ad hoc, vt liget, debet publicari, & in locis, in quibus non publicatur, non erit obſeruanda, ità vt contraueniens non incidat in pœnam, in ea cõtentam, *Dec. in cap.* 2. *nu.* 15. *de conſtit.* & in *cap.* 1. *de poſtul. prælat. Rolan. conſ.* 99. *lib.* 2.

* Ideòq; in anno 1570. per S.C. in Aula *Dom. Conſil. Orificij*, ad defenſam cuiuſdam Famuli illorum de Sigerijs, Ciuitatis Caietæ, quia per M.C.V. fuerat condemnatus ad Regias Triremes pro aſportatione armorum, contrà formam *pragmat.* eò, quòd non fuerat publicata in dicta Ciuitate, fuit reuocata dicta ſententia M.C.V. & proindè deciſum, malè fuiſſe condemnatum ad pœnam *d. pragm.* quarè videns D. Fiſci Patronus, illum fuiſſe abſolutum, nè in exemplum induceretur, ipſum excarcerari fecit, præuia gratia, ſiuè indulgentia D. Proregis, vt habeo ex *Apoſtill.* manuſcript. *D. Io. Vincentij Canalerij ad Dec. in d. nu.* 15.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Primum beneficium reſtitutionis in integrum competens aduersùs lapſum termini, vni ex conſortibus eiuſdem litis conceſſum, an, & quãdo proderit alijs, & quando etiam alio conſorti ſimilitèr competeret, ſi neglexerit, probationes facere in termino primi beneficij, ſibi conceſſi, & non petenti notificato, an poſſit ex propria perſona de nouo illud obtinere.

### SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduersùs lapſum termini, quæ in Regno vocatur primum, & ſecũdum beneficium, competit, nedùm pupillis, ſed etiam omnibus mulieribus maioribus.*

2 *Tacens in iudicialibus, habetur pro conſentiente, maximè, vbi adeſt dolus, & fraus, num.* 3.

4 *Regula illa*, tacui, quia ſciebam, ius meum duraturum, *quomodò procedat.*

5 *Beneficium conceſſum vni ex litigantibus, prodeſt conſortibus.*

6 *Beneficium ſi ſit conceſſum vni ex litigantibus, intimato conſorte, eo nihil replicante, cẽſetur ipsũ inhæſiſſe illius petitioni, adeò vt ad eius inſtantiam iterùm concedi non debet.*

*Limita, in minore, n.* 7.

*Intellige, vbi dolus non adfuiſſet, n.* 8.

9 *Reus non diſſentiens alicui actui in ſcriptis in iudicio, dicitur conſentire, & ſibi præiudicat.*

10 *Beneficium conceſſum minori, prodeſt maiori non priuilegiato.*

Am-

*Amplia,quãmuis minor vti nollet, & illi renunciaret,nu.*11.

12 *Actor ad tollẽdum dilationes poteſt cogere aduerſarium ad petendum beneficium.*

13 *Beneficijs conceſſis vni ex litigantibus,non nocet conſorti ſimilitèr priuilegiato, vt alia petere nequeat,& n.*15.

14 *In vna cauſa poſſunt dari quatuor reſtitutiones,ſeù beneficia.*

16 *Lex concedens beneficia priuilegiato,intelligitur,eo petente,non autem vbi acceſſorie ex alterius perſona vti poſſet.*

17 *Dolus non præſumitur, vbi quis iure ſuo vtitur.*

18 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio LXXIX.

VEndita Terra Atellarum per qu. Illuſtr.Principem Conchæ q.Io. Baptiſtæ Caracciolo. Ad inſtantiam Monialium Diſcalceatarũ Ordinis Diuæ Mariæ de Carmelo, & aliorum Creditorum Illuſtr. Principis Aſculi, à quo cauſam habebat Conchanorum Princeps,fuit ei euicta, ac iterùm ordine S.C. vendita Carolo Filomarino, quo iudicio euictionis pendente,egit in S.C.Dux Atellarum,prædicti Io.Baptiſtæ filius, & hæres pro euictione, & obtinuit ſententiam ad reſarciendum omnia damna, expenſas, & intereſſe liquidanda,datoq; termino in iudicio liquidationis,ob mortem prædicti q. Principis Conchæ Iulij Cæſaris, ſucceſſerat eius filius Matthæus iunior, cui immaturè præmortuo ſucceſſerant in bonis burgenſaticis Illuſtr. D. Sueua de Aualos de Aragonia,vltimi prædefuncti filij mater, in bonis verò feudalibus Illuſtr.D.Dorothea de Capua Principiſſa Caſpuli eius amita,& proindè iudicium agebatur,tàm cum vna, quã cum alia hærede, & facta concluſione in dicto iudicio liquidationis, fuit per Procuratorem Illuſtr. Principiſſæ D. Sueuæ de Aualos petitum primum beneficium,quod eſt reſtitutio aduersùs lapſum termini, quæ quidèm reſtitutio in hoc Regno concedi-
1 tur,nedùm pupillis,ſed mulieribus,etiam maioribus,ex *Conſtit.Regni*,incip. *Obſcuritatem*,vbi etiam *Affl.nu.*11. quæ reſtitutio poteſt etiam bis peti,*Ioa.de Amic.conſ.* 126.*num.*12. *Sfort.Odd.de reſtit.in integr. par.*2.*q.*65.*nu.*85.compilato igitur proceſſu in hoc primo beneficio, tàm cum Procuratore Illuſtr.Principiſſæ de Aualos, quã cum Procuratore Illuſtr.Principiſſæ de Capua,quàmuis illud minimè petijſſet, dictus Procurator Principiſſæ Caſpuli, petijt,de nouo ſibi concedi primum beneficium,dicebatur pro parte Ducis Atellarum acto-ris,minimè eſſe illi concedendum, quia cùm dictus terminus primi beneficij eius Procuratori fuiſſet intimatus, non curauit illo vti,tanquàm à ſe non petito, quàmuis cum eo fuerit proceſſus compilatus,& ſpe-
2 ciale eſt in iudicialibus,quòd tacens,habetur pro conſentiente, proùt ex doctrina *Bart.in l.*1.*n.*4.& 6. *de relat.* concludunt *Ripa in c.cùm M.Ferrarienſis, nu.*134. *de conſtit.Grauett.conſ.*14.*nu.*7. *Cephal. conſ.* 422.*nu.*19.*lib.*3. quod tantò magis proce-
3 dere dicebatur, quando taciturnitati coniuncta eſt fraus,& dolus, quia tunc ſemper tacens,præſumitur conſentire,*Bal.in l.ſuas, C.de repud.hæred.Alber.in l.*2.*C.ſi res alien. pign.dat.ſit*, *Menoch. lib.*6.*præſumpt.*99. qui alios citat,& probatur ex *text.in d.l.*2. *C.ſi res alien.pign.dat.ſit*,ibi, *ſi non ſciens hoc agi in fraudem creditoris, diſſimulaſti*, & in *l.ſi ſine,§.fin.C.ad Velleian.* ibi, *quid ſi patientiam præſtitiſti, vt quaſi ſuas res maritus obligaret,decipere voluiſti, pecuniam dantem,& ideò tibi non ſuccurritur*, & in his caſibus ceſſat illa communis ratio,
4 *tacui, quia ſciebam,ius meum duraturum*, vt per *Dyn.in regul.is, qui tacet,de reg.iur. in* 6.Et propterea dicebatur, quòd ſicuti ſi eſſet petitum beneficium per Procuratorem Illuſtr.Principiſſæ D.Dorotheæ,eo cõceſſo,& ſuper illo compilato proceſſu,non poterat iterùm peti, ità etiam ex taciturnitate ipſius oritur conſenſus,quaſi inhæruiſſet petitioni factæ per Procuratorem alte-
5 rius conuentæ,nàm eò ipsò, quòd vnus ex collitigantibus petijt beneficium, & illud obtinet, ſtatim conſortibus communicatur,*Bart.in l.vnica,nu.*7. *C.ſi in comm.ead. cauſ.Surd.dec.*301.*Gutierr. pract.qq. lib.*1. *q.*67.& fuiſſe deciſum in S.C. refert *Afflict.*
6 *de.*213.aliàs enim eſſet in dolo, quia debebat replicare,non petijſſe, tunc enim poterat cogi ad petendum, vt in muliere dixit
7 *Capyc.dec.*110.licèt aliud ſentiat in minore, fauorabilior enim eſt reſtitutio minoribus competẽs,quã maioribus, *Caballin.millel.* 772. nec dolus ex ipſa taciturnitate debet
8 ei patrocinari, nàm etiam minor propter dolũ à reſtitutione excluditur, *l.ſi ex cauſa iudicati, §.nunc videndum,& §.penult. ff. de.minor.* & eſt *text.in l.*1.*C.ſi aduerſ.delict.Bargal.de dolo,lib.*6.*reg.*2.*nu.*13. nàm reus debet reclamare,& diſſentire in ſcri-
9 ptis in iudicio,aliàs ſi non opponit, dicitur conſentire,vt ex pluribus hoc probat *Maſtrill.dec.*157.*n.*24.& tacendo,ſibi præiudicat,*Clem.*1.*de procur. Bart. in l. quo enim, §.*1.*ff.rem rat.hab.Natt.conſ.*131.*vol.*1.

Pro parte tamen Ill.Principiſſæ Caſpuli prætendebatur,omninò eſſe concedẽdum
10 primum beneficium,quia non eſt nouum, quòd cõceſſo primo beneficio minori,poſ-

ſit

ſit etiam maior,& non priuilegiatus eo vti, vt ex *dec.Affliſt.*213. ſuprà diximus,quòd in tantum eſt verum,quòd ſi priuilegiatus poſtquàm ſibi fuit beneficium conceſſum, ſe concordauit cũ actore,& reſpectu ipſius lis ſit finita,vel nollet ampliùs eo vti, nihi-
11 lominùs poterit maior correus prædicto beneficio, ſuo correo conceſſo, vti, prout fuiſſe deciſum in S.C.teſtatur *Franch. in dec.*269.vbi habetur,hoc procedere,quàmuis ille, ad cuius petitionem beneficium fuit conceſſum, expreſsè ei renunciaſſet, & eum refert,& ſequitur *D.Reg.Tapia in Conſtit. Regni Minorum, de in integr. reſtit.minor. Imbrian.de* 1.*&* 2.*benefic. conſid.* 2.ſub *n.*80.& ſic eò ipsò,quòd erat conceſſum primum beneficium Illuſtr. Principiſſæ de Aualos, quæ erat correa, poterat dicto beneficio Principiſſa Caſpuli vti,non vti mulier,& ſic priuilegiata,ſed vti quilibet correus,hoc autem beneficium, quod nũc petierat,ſpectabat ad eam ex proprio eius priuilegio,nec dicatur,quòd ex hoc redde-
12 rẽtur lites immortales,nàm poterat actor ſibi præcauere,& cogere ipſam conuentam ad petendum beneficium,quod fieri poſſe, diximus ex *Capyc. d.dec.*110. & hoc idem ſequitur *D.Reg.Tap.in d.Conſt. Regn. Minorum iura,nu.*7.quòd ſi actor neglexit facere,debet ſibi ipſi imputari,& in terminis, quòd altero ex litigantibus petente primũ,
13 & ſecundum beneficium,non præcludatur via alio correo ſimilitèr priuilegiato,habere alias duas reſtitutiones, ſiuè beneficia, tenuit *Iſernia*,& eum ſequitur *Affliſt. in d. Conſt.Regni Obſcuritatem,nu.*15. loquens in actore,& reo priuilegiato, vt quàmuis actor habuerit primum,& ſecundum beneficium,& eo vſus ſit etiam Reus, tamen ſi eſt ſimilitèr priuilegiatus, poterit habere
14 alia beneficia, & ſic in vna cauſa dantur quatuor reſtitutiones,ex *text. in l.petendo, C.de tempor.in integr. reſtit.* quod etiam ſequitur *Imbrian.in d.tract. de* 1.*&* 2.*beneſ.conſid.*2.*nu.*78.*&* 82.ad quod etiam allegat *Rit.*296.à contrario ſenſu, & *num.*80.
15 ſubdit, quòd non poteſt iure obijci, quòd altero eorum petente, dicatur præcluſa via quoàd alia, vt finis litibus imponatur, *cap. finem litibus,de dol.& contum.*cùm hoc iure nõ reperiatur cautum,& propterea *n.*83. concludit, quòd lex duo beneficia priuile-
16 giato deferens,intelligitur,eo petente, non autem ſi acceſſoriè, veluti, quando ex perſona alterius partis eo vti poſſit, & proindè cuilibet priuilegiato debentur ex propria eius perſona duo beneficia, ſeù reſtitutiones, vt ſuprà diximus,quæ tamen debent peti,aliàs non ſunt in conſideratione, *l.*4.*in princ.verſ.is, qui,ff.de fideicom.libert. Reg. Rouit.in pragm.*1.*de minor.n.*22.

Item dicebatur,quòd neque in hoc caſu poteſt conſiderari dolus,quia putabat Principiſſa D. Dorothea, Principiſſam de Aualos,quæ beneficium petierat, aliquid eſſe probaturam,ex quibus ipſa ab onere probandi releuaretur, & ideò non curauit, in dicto termino primi beneficij, per ipſam Principiſſam de Aualos petiti, probationes facere,cùmq; nihil probauerit, coacta fuit ipſa pro eius perſona primam reſtitutionẽ petere,& quàmuis poſſet habere ſecũdam, attamen non eſt priuanda prima,ſibi à lege
17 conceſſa,& non dicitur in dolo,qui iure ſuo vtitur,& vt ſibi, & rebus ſuis conſulat, *Menoch.conſ.*107.*n.*9.*lib.*1.*§.ait Prætor, ff. de incend.ruin.& naufr. l.nullus videtur,* vbi *Dec.& Cagnol. ff.de regul.iur. Celſus Bargal.de dolo,lib.*2.*cap.*3.ſub *nu.*68.*verſ. vndecimò ceſſat in eo*, videndus eſt etiam *Sfort.Odd.de reſtit.in integr.q.*46.47.*&* 48. vbi latè tractat de effectu, & vtilitate reſtitutionis in integrum,quoàd conſortes litis
18 ipſius reſtituti. Diſcuſſo articulo in S.C.die 27.Ianuarij 1634.fuit Me referente conceſſum primum beneficium Illuſtr.Principiſſæ Caſpuli,reuocando decretum aliàs latum, per quod,abſq; matura diſcuſſione erat ſibi denegatum, penès tunc Carolum Strinam Actor.Magiſtr. S.C.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Beneficia,quæ de iure communi incognita ſunt,& in integrum reſtitutiones appellantur,vndè eorũ nomina deſumpſerunt.*

2 *Beneficium minori conceſſum, prodeſt maiori non priuilegiato,qui eo vti poteſt.*

3 *Conſors litis,non tamen priuilegiatus, vti poteſt beneficio petito per minorem correum,quàmuis ab illo renunciato, reſpectu alterius correi tantùm in cauſa indiuidua,contrarium,n.*4.

4 *Conſors litis maior, in cauſa indiuidua, quam habet cum minore,qui beneficia petijt,ſi in illis non fuit citatus, an admittatur ad probandum, & deciſio traditur.*

5 *Beneficia an competant Tertio priuilegiato, venienti in cauſa pro ſuo intereſſe, & competunt,tàm Actori,quàm Reo priuilegiato,& ſi ambo priuilegiati ſunt,duo Actori,& duo Reo conceduntur,n.*6.

7 D.Ioan.Baptiſt. Thorus in Compen.deciſ. par.3. verb. beneficium primum, *declaratur*.

Bene-

Digitized by Google

1 Beneficia, quæ dantur ad pinguius probandum in iudicijs, de quibus in hac deciſione tractatur, licèt de iure communi incognita ſint, eò, quòd in integrum reſtitutiones appellantur, vt ex *D.Imbrian.* tradit D.meus *dec.91. nu.4.in fin.* qui, vt *nu.ſeq.* aduertit, ex interpretatione Regni *Prudentum*, ità appellata ſunt, deſumendo eorum nomina ex *Conſt. Regni*, incip. *Beneficium reſtitutionis*, & ex alijs *Conſtitut.& Pragm.* & vocantur primum, & ſecundum beneficium, quia bis reſtitutio peti, ac concedi poteſt, vt alijs relatis probat D.meus *hic, n.1.*

2 Dicit tamen D.meus *nu.10.* quòd beneficium minori conceſſum, prodeſt etiam maiori non priuilegiato, litis conſorti, qui eo vti poteſt, ex *Affl.dec.213.* quo etiam relato voluit *Montan.controu.79.n.1.* ſequitur *D.Prat.obſeru.52.nu.12.cent.1. pract.*
3 *obſeru.* ità, vt ſi fuerit petitum per priuilegiatum, eoq; conceſſo fuiſſet renunciatum, reſpectu vnius ex collitigantibus maioribus tantùm, poterit alius correus maior eo vti, non obſtante dicta renunciatione, quãdo cauſa eſt indiuidua, vt benè probat *D. de Franch.* qui ità paritèr determinatum refert per S.C. *dec.269.* quem etiam citat D.
4 meus *nu.11.* Contrarium tamen longo calamo defendit *Montan. d.controuer.79.* per tot. ſubſtinens, terminum beneficiorum nõ eſſe notificandum litis conſorti maiori, cauſam indiuiduam habenti cum minore, qui beneficia petijt, & licèt per M.C.V. fuiſſet ordinatum, eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ, non obſtante, quòd litis conſors prætenderet, non poſſe procedi ad expeditionem, quia terminus beneficiorum cum ipſo non erat compilatus, dùm non fuerat citatus, vt refert antè *nu.1.* attamen facta relatione in S.R.C. DD. Conſiliarij remanſerunt in paritate votorum, vt tradit *nu.8.in fin.*

5 Et paritèr beneficia conceduntur Tertio priuilegiato, in cauſam ſubintranti pro ſuo intereſſe, non obſtante, quòd Principalibus etiam fuiſſent conceſſa, & fuiſſet facta publicatio in cauſa, vt iudicatum teſtatur *Vrſill.ad Affl.dec.236.nu.4.* ſed contrarium
* de anno 1611. fuit per S.C. obſeruatum, iũctis DD. Conſiliar. duarum Aularum, ad relationem *D.Conſil.Vargas* Ducis Cagnani, in cauſa D. Iulij Cæſaris de Rubeis cum Detio Miranda *de Ottaiano*, fuit enim ordinatum, quòd liceat aſſiſtere, non obſtante petitione primi beneficij, in Banca de Amatruda, hodiè de Amico, & ſic etiam iu-
* dicatum fuit in cauſa D. Marchionis Lareni cum D. Vincentio Brancia, de anno 1623.
6 Quæ quidèm beneficia competunt, tàm Actori, quàm Reo priuilegiato, etſi ambo priuilegiati ſunt, tunc duo competũt Actori, & duo alia Reo, quàmuis vnus vſus ſit beneficijs alteri conceſſis, vt in ſpecie probat D.meus *nu.13.& ſeqq.* & proinde etſi D. Principiſſa Caſpuli vti poterat primo beneficio conceſſo D. Principiſſæ Conchæ, & fuiſſet denegatum primum beneficium per ipſam petitum, tamen per S.C. reuocando dictum decretum denegationis, vti latum abſq; matura diſcuſſione, fuit conceſſum dictum petitum primum beneficium, vt D.
7 meus refert *nu.18.* Ideòq; cauendum erit à relatis per *D.Thor.in Compend. dec. par.3. verb.beneficium primum*, vbi de hac deciſione meminit, *ibi* enim in duobus in facto errat. Primò, ſiquidèm refert, in dicta cauſa fuiſſe conceſſum ſecundum beneficium, & interpoſita reclamatione fuit per S.C. conceſſum primum, non autem ſecundum beneficium. Secundò, nàm refert, decretũ prædictum S.C. per quod fuerat conceſſum primum beneficium D. Principiſſæ Caſpuli, fuiſſe reuocatum, ad relationem eiuſdem D.mei per idem S.C. ſub die 3. Februarij 1634. concedendo ſecundum beneficium, vt benè veritas facti liquet ex lectura huius deciſionis, in qua verbum nullum de aſſertis, & relatis per *D.Thorum*, cui dùm prædicta errata referrem, retulit mihi, prædicta ſcripſiſſe ad relationem alterius, non quòd ipſe viderat proceſſum, ideòq; excuſandus venit, quàmuis in contrarium exclament D.meus *d. deciſ.91. num.13.& Dom. Præſ. Merlin.centur.1.controuer.forenſ. cap.69.* ſub *nu.10.* ab his enim ſe defendit in *Epiſt. ad Lectorem, d.p.3.ſect.2.* vbi aliorum authoritates allegat. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Nùnquid Iudex poſſit terminum iuris deliberandi ampliare, vel arctare. Et an poſſit fieri diuiſio inter hæredes, pendente termino prædicto, & ad hoc dari curator.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius deliberandi in deſcendentibus, & extraneis, quanto tempore præſcribatur.*
2 *Tẽpus iuris deliberãdi currit à die ſcientiæ.*
3 *Ius deliberandi quòad ignorantem præſcribitur ſpatio 30. annorum.*
4 *Filius excluſus per* titulum Vndè liberi, *poteſt tamen adire per* Vndè legitimi, *vel* Vndè cognati.

*Sed*

Digitized by Google

*Sed intellige, vt nu. 12.*

5 *Tempus iuris deliberandi nùm poſſit Iudex ampliare, vel arctare.*

*Intellige, cum diſtinctione, n. 6.*

7 *Tempus iuris deliberandi quomodò à Iudice arctari poſſit.*

8 *Teſtator poteſt tempus iuris deliberandi præfinire.*

9 *Ius deliberandi quanto tempore in Gallia præſcribatur.*

10 *Curator poteſt dari, pendente termino iuris deliberandi.*

11 *Diuiſio inter hæredes, an fieri poſſit, pendente tempore iuris deliberandi, ſi alter vellet eo vti, & in hoc caſu, an debeat dari curator reſpectu illius.*

13 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio LXXX.

1 HÆredi, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato tempus à iure ſtatuitur ad deliberandum, an velit hæreditatem adire, vel illam repudiare, quod in hæredibus extraneis de iure prætorio tempus 100. dierum præfinitum eſt, in aſcendentibus verò, & deſcendẽtibus vnius anni, *l. 1. §. largius, ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. ait prætor, & ibi Bart. & Bald. & l. 2. ff. de iur. deliber.* & in *l. ſi quis inſtituatur, §. 1. ff. de hæred. inſtit.* & in *l. diù,* cum *l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* quod
2 tamen tempus currit à die ſcientiæ, quod probat *text. in l. cùm in antiquioribus, C. de iur. delib.* vbi *gloſ. in verb. qui ſciens,* & in *l. vnica, §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll. Nicol. Noal. de transmiſſ. caſ. 8. nu. 105.* Ignoranti
3 autem tempus anni, vel 100. dierum non currit, & ideò poteſt quandocũq; adire, vel repudiare infrà 30. annos, ad *text. in l. licèt, C. de iur. delib. gloſ. Bart. Bald. Angel. Io. de Imol. & Paul. de Caſtr. in l. quandiù, la grande, ff. de acquir. hæred. Franciſc. Marc. q. 26.* & hanc eſſe communem opinionem, teſtatur *Coraſ. Miſcell. lib. 6. cap. 21.* quicquid dixerit *Salycet.* qui tenuit, nunquàm præſcribi ius adeundi, cui tamen reſpondet *Coraſ. in loco* cit. elapſo verò anno ſcienti,
4 vel 30. annis ignoranti, quàmuis filius ſit excluſus per *titulum Vndè liberi,* poſſet tamen adire per *Vndè legitimi,* & ab inteſtato, & tempore prædicto elapſo per *Vndè cognati,* quod probat *tex. in l. 1. C. de ſucceſſ. edict. Bal. in d. l. licèt, C. de iur. delib. Alex. in d. l. quandiù, ff. de acquir. hæred.* latè *Duart. ad tit. ff. de acquir. hæred. cap. 2. Donell. enucleat. lib. 7. cap. 3.* & licèt *Faber* in ſuo *Cod. de iure delib. defin. 3.* hanc ſententiam impugnet, edictum enim prætorium deſumptum ex *text. in d. l. 1. de ſucceſſ. edict.* non rectè extenditur ad ſucceſſionem de iure ciuili, tamen admittit, hanc opinionem eſſe communem, & à ſupremis innumeris Tribunalibus iudicatam, prout iudicatum etiam refert in Senatu Sabaudiæ.

Fuit tamen dubitatum in S. C. ſi tempus à lege præfinitum, poſſit à Iudice ampli-
5 ari, vel arctari, & quidèm tempus 100. dierum poteſt ampliari, ad ſummum vſq; ad 9. menſes, quos tamen ſoli Principi concedere licet, vſq; ad annũ, & nõ ampliùs, *l. fin. in fin. C. de iur. delib.* latè *Menoch. de arbit. iud. lib. 2. caſu 1.* An autem Iudex poſſit terminum abbreuiare, & quàmuis aliqui teneãt, terminos à lege prefinitos arctari non poſſe, quos refert, & ſequitur *Menoch. in loco* ſuprà cit. Nonnulli tamen contrarium voluerunt, poſſe ſcilicèt Iudicem omnibus hæredibus, tàm ſuis, quàm extraneis terminum abbreuiare, etiam minus 100. dierum, *gloſ. in d. l. quandiù, ff. de acquir. hæred. Butrig. & Bald. in Rubr. C. de ſucceſſ. edict.* idem *Bald. in l. 1. de iur. deliber. Angel. in d. l. ſi quis inſtituatur, & in d. l. quandiù, Dec. conſ. 509. Angel. de acquir. poſſeſſ. remed. 13. nu. 76.* & etiam illi, qui negant, terminum arctari poſſe, concludunt, ex cauſa poſſe Iudicem terminum abbreuiare, vt poſt *Bart. Angel.* & alios dixit *Alexan. conſ. 4. nu. 5. vol. 2.* & admittit *Menoch. de arbitr. d. caſ. 1. lib. 2.* Verùm opiniones, quæ ad in-
6 uicem aduerſari inter ſe videntur, optimè conciliantur, quia, aut tractatur de excludẽdo hærede, & termini à lege ſtatuti abbreuiari non poſſunt, aut verò, ad finem, vt per Iudicẽ poſſit dari curator, & procedit opinio, quòd poſſint arctari, quod probat *Franc. Marc. d. q. 26. nu. 4. Butrig. Angel. & Salyc. in d. rubr. de ſucceſſ. edict. Argel. in loc.* proximè cit. *nu. 78.* & per *Capyc. in dec. 87. n. 3.* Quantum autem temporis ſpatium poſſit
7 Iudex hæredi ad adeundum, vel repudiandum abbreuiare, eiuſdem arbitrio relinquitur, vt habetur ex *l. ſi curatoris 9. C. de iur. delib.* ibi, *moderatum tempus ſtatuat,* quod quidèm æſtimandum eſt ex amplitudine, aut tenuitate hæreditatis, & locorum, in quibus res ſitæ ſunt, diſtantia, rationibus hæreditarijs, prout illæ liquidæ, vel impeditæ ſunt, vt per *Donell. enucleat. d. lib. 7. cap. 3.* & fuit practicatum in dicta *deciſ. Capyc. 87. nu. 3.* vbi 30. dies fuerunt ſtatuti, & in caſu *Conſil. Decij 509.* quinque tantùm dies,
8 quod etiam tempus poſſe, nedùm à Iudice, ſed à Teſtatore præfiniri, habetur ex *text. in l. ſi quis non quaſi 72. ff. de acquir. hæred. Nicol. Valla de reb. dub. tract. 6. nu. 8. Menoch. in d. caſ. 1. lib. 2.* In Gallia autẽ 40.
9 dies ſtatuuntur, & interim curator datur, quo tempore hæres, nè per manus curatoris ambulet, facilè deliberationi ſuæ finem im-

impoñet,vt per *Papp.lib.*21.*tit.*9. *arreſt.*1. qui dicit, quòd hæc practica ſumpta eſt ex *l.dùm deliberant, ff.de curat.fur.* & ſic da-
10 tur curator,etiam pendente tempore ad deliberandum, quod etiam videtur poſſe probari ex *Bart.in l.ſi conſtante, §.ſi exhæredato, in fin.ff.ſolut.matrim.* vbi dicit, quòd ſi hæres per malitiam differt adire hæreditatem,poteſt ei ſtatui certum tempus ad adeundum , vel dari curator, non enim debent creditores, vel ſubſtituti, in infinitum protrahi ob malitiam hæredum, & idem in muliere petente reſtitutionem dotis,& iurium dotalium,& in famulis fuiſſe iudicatum in Parlamento , refert *Papp. lib.*15.*tit.*4.*arreſt.*15. vbi etiam pendente tempore ad deliberandum fuit facta prouiſio ad eorum fauorem,lite pendente de bonis hæreditarijs , neq; poteſt conquæri hæres,quia ſi hæres eſt,ſoluere oportet,& ſi hæres eſſe non vult,ſua non intereſt. Hinc cùm ex duobus fratribus hæredibus inſtitutis, vnus hæreditatem acceptaſſet , alter verò non, & acceptans petijſſet,procedi ad diuiſionem in Curia Terræ Blanci Calabriæ vltrà,frater, qui non dùm hæreditatem acceptauerat, petijt, terminum ad deliberandum per Iudicem ſtatui,& per Curiam ſe-
11 cũdarum cauſarum fuit datus curator hæreditati iacenti, pro ea portione nondùm acceptata,& introducto iudicio in M.C.V. per viam grauaminis , in qua fuit cumulatum,ob hæreditatem non aditam à cohærede infrà annum, non poſſe ampliùs de aditione tractari,per M.C.fuit interpoſitum decretum, quòd fiat diuiſio , & audiantur partes reſpectu prætenſionis ſuper altera medietate,nõdùm acceptata per hæredem. Facto tamen per M.C.V.verbo in S.C. fuit de pluribus dubitatum,& Primò, ſi poterat diuiſio fieri,pendente termino ad deliberandum.Secundò,ſi rectè erat conſtitutus curator.Tertiò,ſi tempus deliberandi à iure conceſſum erat iàm elapſum , & dato, quòd fuiſſet elapſum,ſi poterat ſuccedere per ſucceſſorium edictum,per *Vndè cognati*,vel *Vndè legitimi.* Et quòad primum fuit habitum pro vero,quòd poterat fieri diuiſio,quàmuis enim filius hæres habeat tẽpus vnius anni ad deliberandum , tamen currit à die ſcientiæ,vt habetur ex *text.in d.l.cùm in antiquioribus*, C.de iure deliber. & propterea,eò ipsò,quòd cohæres,qui acceptauit,petijt, procedi ad diuiſionem , & intimato fratre cohærede petijt tempus ad deliberandum,habuit notitiam, hæreditatem ſibi fuiſſe delatam , & tempus deliberandi à iure præfinitum,poſſe per Iudicem arctari,ſaltim ad finem dandi curatorem, ſuprà fundatum fuit, & proindè potuit Iudex ſecũdarum cauſarum dare curatorem, & ideò diximus, eſſe procedendum ad diuiſionem,cum prædicto curatore dato,verùm reſpectu tertij capitis,quàmuis verum
12 ſit,quòd excluſus per temporis lapſum à iure adeundi ex vno titulo , poſſet adire alio,iuxtà *text.in l.*1.*ff.de ſucceſſ.edict.* Attamen hoc procedit,niſi is,qui eſt in primo gradu,aut in primi locum ſuccedat, impediat,nè ſemel excluſus ex primo capite,admitti poſſit ex ſequenti,ità poſt *Bart.Alex. & Iaſ.*dixit *Ant.Faber* in ſuo *God. tit. de iur.delib.diffin.*3.& probat *tex.*cum *glóſ.in verbo ſuccedat,in d.l.*1.*ff.de ſucceſſ.edict.& §.admonendi,Inſt.de hæred.quæ ab inteſt. deferuntur.* Cùmq; in caſu propoſito ade-
13 rat frater, qui petijt, declarari, nullum ius competere alteri fratri excluſo ex temporis lapſu,quia hoc requirebat altiorem indaginem,fuit dubitatum,nè adeſſet minor ætas reſpectu non adeuntis,fuit confirmatum decretum,per quod erat datus terminus in cauſa, licèt vnus ex Dominis dubitaſſet,ſi erat dandus terminus in cauſa,quia dicebat,eſſe articulum iuris, & de minori ætate non reperiebatur oppoſitum, & fuit in cauſa Thomæ,& Coſmæ Ceui de Terra Blanci,in Banca de Auellone in M.C.V. die 26.Ianuarij 1633.

## OBSERVATIO In Deciſione LXXX.

### SVMMARIVM.

1 *Ius adeundi hæreditatem extranei,triginta annis præſcribitur.*

2 *Extraneus,data ignorantia reſtituitur ad adeundum aduerſus præſcriptionem triginta annorum,non tamen maiorem.*

3 *Ius immiſcẽdi an præſcribatur,& nu. ſeq.*

4 *Filius,non obſtante præſcriptione triginta annorum,per quam excluditur à capite,vndè liberi,poteſt agnoſcere hæreditatem paternam, vel maternam ex capite,* vndè legitimi, *auditis tamen intereſſe habentibus.*

5 *Iudex ex cauſa poteſt abbreuiare terminũ hæredi ad adeundum,ac etiam vicino retrahere volenti iure congrui, vel agnato iure prælationis.*

1 IVS adeundi hæreditatem extranei 30. annorum ſpatio præſcribitur , vt eſt communior opinio, quam Camera Imperialis ſequitur , vt refert *Minſynger.cent.*2.*obſeru.*71.*nu.*1. & probat D. meus *hic,nu.*3. *D. Viuius opin.*325.*nu.*3. *lib.*1.& licèt contrarium teneat *Salyc. in l.licèt,C.de iure delib.*vt nunquàm præſcribatur ius adeundi,eius tamen dictis reſpõ-

det, nedùm *Coraſ. lib.6.miſcell.cap.21.* vt *ibid.*teſtatur D.meus,ſed etiam *Corn.conſ.* 305.*col.3.conſ.17.& 70.verſ.his tamen non obſtãtibus,lib.3.*ac paritèr *Roman.conſ.71. & Balb.de præſcript.in 4.p.4. quaſt.princ. q.*19.quos ſequens adducit *Minſynger.* vbi ſuprà,*nu.2.*alijq; per *D.Viuium d.nu.3.* ſed
2 data ignorantia extraneus reſtituitur aduerſùs dictam præſcriptionem 30. annorũ, non tamen maiorem,vt ex *Alexan.Fulgoſ. Dec.Dilect.*probat *D.Viu.d.opin.325.nu.2.*

3 An tamen ius immiſcendi,quod ſuis hæredibus competit, præſcribatur, & licèt *gloſ.& Doctor.in dict.l. licèt* communitèr teneant,30.annis præſcribi,nihilominùs,vt nullo tempore præſcribatur, ex *Iaſ.in d.l. licèt,nu.34.&* 50.probat *Minſyng.loco* cit. *n.*4.& contrarijs reſpondet *nu.*5.vel dicendum, quòd non obſtante præſcriptione, ſiuè lapſu 30.annorum,per quem excluditur à capite *Vndè liberi,*poteſt filius, & ſic hæres ſuus agnoſcere hæreditatem paternam,vel maternam, ex capite *Vndè legitimi,*vt latè docet D.meus *nu.*4. & comprobat *D.Viuius* vbi ſuprà,*n.1.*auditis tamen intereſſe prætendentibus, vt poſt D.meum *hic,nu.12.in fin.&* 13.docet *Barry de ſucceſſ.tom.2.lib.11. tit.de adit.& repud.rubr. de gener.acquir.hæred.* ſub *nu.4.verſ.cæterùm ſi retineas.*

5 Poteſt tamen Iudex ex cauſa hæredi tẽporis ſpatium ad adeundum abbreuiare,vt fundat D.meus *nu.7.* & confirmat etiam *Craſſ.de ſucceſſ.lib.2.q.3.n.6.&* 7.ſic etiam coarctare terminum vicino retrahere volenti iure congrui,vigore *Conſuet.Neapol.* incip.*Si quis emit,de iure congr.* vt ex doctrina *gloſ.& Bart.*contrà communẽ opinionem,deciſum refert *D.de Franch.dec.* 588.ac iure prelationis,concurrentę tamen iuſta cauſa, vt ex *Affl.* deducit *D.Sanfelic. dec.268.n.10.& 11.lib.2. M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Iudex recuſatus,vbi effectus eſt conſummatus, quàmuis ceſſet cauſa ſuſpitionis, tamen non poterit interuenire, & quando dicatur effectus conſummatus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex,ex aliqua cauſa recuſatus,non debet ampliùs in dicta cauſa interuenire,quãuis ceſſet cauſa ſuſpitionis, Maximè, quando effectus eſſet conſummatus,& n.5.*
2 *Regula illa,ceſſãte cauſa,ceſſat effectus,quomodò intelligi debeat, & n.6.*
3 *Socius, durante ſocietate non poteſt eſſe Iudex ſocij.*
*Limita,finita ſocietate,nu.4.*
7 *Inimicus recõciliatus non poteſt eſſe Iudex.*
8 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Decisio LXXXI.

1 PER *Deciſionem Præſidis Vincentij de Franch.* 719.habetur,quòd Iudex, qui ex aliqua cauſa fuit recuſatus, non debet ampliùs in dicta cauſa interuenire,etiam, quòd ceſſet cauſa ſuſpitionis,ea ratione,quia ceſſante cauſa,non ceſſat effectus,quod rectè probat *Didac.Perez lib.3.ordinam.Reg.Caſtell. tit.5.* ſub *rubr.de las recuſaçiones,f.569.in 15.quaſt.* qui tamen hoc intelligit, quando effectus
2 eſt conſummatus,& hoc modo reſpondetur ad regulam illam,ceſſante cauſa,ceſſare debet effectus, *cap.magnæ, in fin.de vot. cap.cùm ceſſante,de appell.*& ad id,quod dicit *Specul.de iudic.deleg.§.ſupereſt videre, verſ.quid ſi ſocius,*vbi tenet,quòd licèt ſo-
3 cius, durante ſocietate non poſſit dari Iudex ſocio,& ſi detur, poteſt vti ſuſpectus recuſari, ſocietate tamen finita poteſt eſſe
4 Iudex,nec poteſt vti ſuſpectus recuſari,ſequitur *Alber.in l.cui eorum,§.affinitates,in fin.ff.de poſtul.& l.affinitatis,C.comm.de ſucceſſ.* Verùm in cauſa Illuſtr. D.Iſabellæ Aquauiuę Principiſſę Scillæ,cum Illuſt.moderna Principiſſa Scillæ Ruffo fuit iterùm in dubium reuocatum hoc aſſumptum, cũ enim Reg. Conſiliar. D. Flaminius de Conſtantio, & Thomas de Franchis eſſent ſuſpecti Illuſtr. D. Tiberio Caraſæ Principi Biſiniani,& Scillæ,ex capite inimicitiæ,fuerunt remoti à cauſa prædicta, quæ tunc temporis agebatur cum Ill.D.Maria Ruffo Principiſſa Scillæ,prædicti Principis Biſiniani vxore,per mortem cuius nunc iudicium agebatur cum moderna Principiſſa eius filia,& vniuerſali hærede, quia per mortem prædictæ Illuſtr.D.Mariæ Ruffo Principiſſæ Scillæ,abſq; filijs,erat diſſolutum matrimonium cum prædicto Illuſtr.Principe D.Tiberio Caraſa, & ſic diſſoluta affinitas, & propterea ceſſabat cauſa, ex qua fuerunt vti ſuſpecti remoti, prætendebatur,quòd cùm ex iuris diſpoſitione, ceſſante cauſa, ceſſet effectus, non aderat hodiè obſtaculum,quin poſſint prædicti Iudices interuenire, & per ſupradicta propoſito articulo prædicto, iunctis DD. Conſiliar. duarum Aularum,fuit dubitatum de veritate prædictæ

Digitized by Google

dictæ deciſionis. Tantò magis, quia aliqui dicebant, non eſſe deciſionem S.C. ſed triũ
5 Iudicum delegatorum, nàm fuit replicatũ, quòd etiam fuit aliàs hoc idem deciſum in Collat. Conſil. in cauſa Creditorum Comitis Loreti, in perſonam q. Regentis de Caſtellet, vt refert *Reg. Rouit. in pragm. 1. de ſuſpit. Official. nu.* 48. qui affert etiam *text. in cap. Iudex ab Apoſtolica, de offic. deleg. in 6. Ricc. collect. dec.* 423. Et quòd ceſſante
6 cauſa, non ceſſet diſpoſitio, quando effectus eſſet iàm conſummatus, & perfectus, probat ex pluribus *Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. limit. 12. nu. 1.* adducitur etiam aliud
7 ſimile de inimico reconciliato, q̃ non poſſit eſſe Iudex, *Innoc. in cap. cùm I. & A. de ſent. & re iudic.* quem refert, & ſequitur *Bald. in l. præſcriptione, C. ſi contrà ius, vel vtilit. publ.* & in *auth. teſtis, C. de teſtib.* & multa alia per *Ricc. in dec. Curiæ Archiep.* 168. *par.* 1. & iterum hoc idem fuiſſe deciſum in S.C. in cauſa Petri de Thoro cum illis de Baſſo, in perſonam Reg. Conſil. Io. Thomæ Veſpuli, non poſſe illum interuenire, ob ſuſpitionem, ex cauſa inimicitiæ allegatam, non obſtante reconciliatione habita cum dicto Petro, in Banca Cioffi, refert *Thor. in Compend. dec. in verb. Officialis recuſatus, tom. 1.* & quamuis in dicta cauſa Ill. Principiſſæ Scillæ fuiſſet ab aliquibus ex Dominis Iudicantibus dubitatum, ſi effectus erat conſummatus, ex quo poſtquàm per decretum S.C. erat deciſum, eſſe procedendum in cauſa, abſq; interuentu prædictorum Regiorum Conſiliariorum, non reperiebatur in actis, fuiſſe in cauſa proceſſũ, abſq; eorum interuentu: Aliqui tamen dicebãt, ſatis fuiſſe effectum conſummatum, eò ipsò, quòd per decretum S.C. fuerant remoti, etiam quia in alijs cauſis eiuſdem Principiſſæ ex eadem cauſa non interuene-
8 rant. Et ideò fuit prolatum decretum, quòd procederetur in dicta cauſa, abſq; eorum interuentu, & decretum fuit prolatum die 5. menſis Nouembr. anni 1632. ad relationem Reg. Conſil. Carleual, in Banca Cioffi, interuenientibus Spectabili Præſide Petro Iordano Vrſino, ac Reg. Conſil. Petro Antonio Carauita, Octauio de Piccolellis, Didaco Bernardo Zuſia, D. Franciſco d'Ocampo, D. Thoma de Carleual, cauſę Commiſſario, D. Franciſco Sauio, Andrea Prouenzale, D. Didaco de Mendieta, & me Hectore.

## OBSERVATIO In Deciſione LXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Litigare coràm Iudice ſuſpecto, periculoſum, ac durum eſt.*

*Recuſatio Iudicis eſt ianua defenſionis, ibid.*

2 *Suſpecti qui allegari poſſint in Ciuitate Neap. & in Regijs Audientijs Regni, n. 4.*

3 *Suſpitio quando allegatur, debet præſentari, vnà cum depoſito.*

*Depoſitum pro pœna ſuſpitionis quantum ſit, ibid. & n. 4. & quibus applicetur, n. 5.*

Capita *ſuſpitionum ſubſcribi debent, vel ab Aduocato cauſę, vel à Principale, ſub n. 5.*

6 *Affinitas eſt cauſa ſuſpitionis, & diſſoluitur per mortem alterius coniugum, n. 7.*

*Iudex ſuſpectus recuſatus ex cauſa affinitatis, an, & quando, ceſſante affinitate ob matrimonium diſſolutum cum filijs, vel ſine, poſſit interuenire poſt effectum conſummatum, ibid. & nu.* 8. 9. 10. 11. & 12.

13 *Iudex recuſatus ſuſpectus, ceſſante cauſa interuenire non poteſt, & ità deciſum traditur, etiamſi propter inconſidẽtiam, non tamen formitèr cum legitima cauſa recuſatus fuerit, nec pariter in alia cauſa, nu.* 14.

15 *Iudex, qui ſe conſanguineum exiſtimat, etſi verè non ſit, ſuſpectus redditur.*

16 Pragmaticæ de ſuſpit. Official. *babent locum in Iudicibus ordinarijs, non tamen in Conſultore Regij Capellani Maioris, & Fabricæ Diui Petri Regni Neap.*

17 *Iudex non poteſt ab Vniuerſitate ſuſpectus allegari.*

18 *Actuarij, ſiuè Magiſtri actorum S.R.C. Scribæ à mandatis, ac Cancellarij Regiæ Cancellariæ, cum cauſa, abſq; tamen depoſito ſuſpecti recuſantur, & retinent cauſas, ac emolumenta, licèt per alium aſſiſtentur.*

*Scribæ S.C. vel M.* C. *V. ſolo iuramento recuſantur, ibid.*

19 *Inimicus reconciliatus Iudex eſſe non poteſt, & ità deciſum adducitur.*

1 Periculoſum, ac durum eſſe, coràm Iudice ſuſpecto litigare, dixit, ac probauit D. meus *conſult.* 101. *nu.* 1. & 2. *lib.* 2. eò, quia recuſatio Iudicis eſt ianua defenſionis, vt tradit *nu.* 6. ideoq; per *Reg. Pragm.* huius Regni fuit data notula
2 proponendi ſuſpitiones, & in hac Ciuitate ſuſpecti allegari poſſunt Domini Regentes Regiæ Cancellariæ, Conſiliarij Collateralis, ſiuè S[illegible]tus Præſes S.R.C. Locumtenẽs R.C.S. Regẽs M.C.V. Cõſiliarij S.R.C. Præſidentes R.C.S. Iudices vtriuſq; M.C.V. Aduocati Fiſcales, tàm R.C.S. quã M.C.V. vt in *Pragm.* 5. *de ſuſpit. Official.* ac D. Secretarius Regni, & Rationales R.C.S. vt in *Pragm.* 15. *cap.* 3. cod. *tit.* & quando propo-
3 nuntur capita ſuſpitionis contrà prędictos, exceptis Rationalibus, debet etiam ſimul fieri, ac præſentari depoſitum duc. ſexaginta, ſi illa ſubſcribuntur ab Aduocato cauſæ,



Digitized by Google

ſin autem à Principale, depoſitum erit duplicatum duc.120.vt in *d.pragm.*15.*cap.*2.
* & 4.& ſic fuit obſeruatum in Collat.Conſilio,dùm ego vti ſpecialis Procurator D. Magni Comeſtabuli Columnæ,iuxtà tradita per *Sim.de Prat.conſ.*17 ..nt.3. recuſationem propoſuiſſem in per... D.... *gentis Azcon*,in cauſa,quam h... D.Principiſſa Buteræ de anno 164... ..s Anaſtaſium Reg. à mandatis Scribam. Si tamen principalis ſit Aduocatus in dicta ſua cauſa,debet facere depoſitum tantummodò duc.60.non autem duc.120.vt deci-
* ſum fuit in Collat.Conſil. in cauſa D.Petri Carauitæ Aduocati,in ſuſpitione propoſita in perſonam *D.Sanfelicij*, die 22. Aprilis 1641.penès Grimaldum Reg. Cancellariũ,
4 quando verò capita proponuntur contrà DD. Iudices vtriuſquè M.C.V. Auditores Regiarum Regni Prouinciarum,ac Rationales R.C.S.depoſitum erit duc.30. vt habetur *d.cap.*3.proùt diſponebatur in *Prag.* 10.*cap.*4.*&* 5.eod.*tit.* quandoquidèm de-
5 poſitum,vbi decernitur,quòd Iudex interueniat,non obſtante ſuſpitione allegata, diuiditur inter Iudicem ſuſpectum allegatum,& Regium Fiſcum pro medietate,iuxta *Pragm.*5.*&* 15.*cap.*2.eod.*tit.* quæ quidèm capita ſuſpitionis,vel ſubſcribi debẽt ab Aduocato cauſæ,vel à Principale,vt in *d.Pragm.*15.*cap.*4. & refert etiam *D. Prat. obſeru.*58.*nu.*10.*cent.*1.*pract.obſeru.*
6 Inter cauſas autem recuſationis affinitas connumeratur, de qua *D. de Franch.deciſ.* 719.& D.meus *bic*, amboq; deciſum referunt,Iudicem ex cauſa affinitatis recuſatũ, non poſſe interuenire in cauſa, quàmuis cauſa ſuſpitionis,& ſic affinitatis, ceſſet per diſſolutionem matrimonij,abſq; filijs,quãdo tamen effectus eſt conſummatus, ſequitur *Gallupp.in praxi S.C. par.*1.*cap.*3.*n.*9. vbi D.meum citat,& comprobat *Fontanel. dec.*11.*n.*26.*lib.*1. qui *D.de Franch. loc.*cit.
7 adducit, non enim dubitatur, affinitatem diſſolui per mortem alterius Coniugum, *D.Viuius dec.*181. *Fontanell.dec.*13.*nu.*2. 3.*&* 4.*d.lib.*1. *D.Epiſcop.Ricc.collect.deciſ.* 423.& ità eſt intelligendus *D.Reg.Rouit.in pragm.*1.*nu.*30.*de ſuſpit.Official.*quod pro-
8 cedit vbi cauſa ceſſauit, poſtquàm Iudex fuit ſuſpectus declaratus,vt determinatum refert *D.Rouit.conſ.*10.*num.*7.*lib.*1.& in *d. pragm.*1.*nu.*21.& paritèr *dec.*50.ſub *num.*1. etiam ſi ſuſpitio effectum habuerit,abſquè decreto,ſed verbo tantùm, ex Iudicis, & partium cõſenſu,vt iudicatum dicit *D.Rouit.d.nu.*21.*in fin.*ex verbis *Reg. Prag.*40. §.*Carolus,de offic.S.R.C.* ac *d.dec.*50.*nu.*5.
9 nàm ſecùs eſt, vbi illa ceſſauit, antequàm Iudex fuit ſuſpectus declaratus, hoc enim caſu ceſſat ſuſpitio, *Ferrer.in obſeruat. ad Conſtit.Cathal.c.*93.per tot.

Contrarium tamen defendit,ac deciſum oſtendit *Milan.dec.*16.*lib.*1.affinitate ſcili-
10 cèt diſſoluta, adſint, vel non filij ceſſare ſuſpitionem,quæ quidèm deciſio ſatis dubia viſa fuit *D.Rouito*, licèt illam pluriès allegaſſet,tempore, quo Aduocati munere fungebatur,ad excludendas ſuſpitiones, vt teſtatur in *d.pragm.*1.*nu.*22.vbi illam alia ratione comprobat,ac *n.*31.ideòq; diutiùs ſuper hoc cogitandum eſſe, dixit, quàmuis *D.de Franch.dec.*719.contrarium pro abſoluto habeat.

Sed *Fontanell.d.dec.*13. latiùs hunc arti-
11 culum deguſtando, rationibus hinc indè adductis,cum diſtinctione tamen tradita *nu.*8.has contrarias opiniones,rei iudicatæ authoritate conciliat,vt prima opinio,quã tuentur *D.de Franch.* D.meus, eorumquè
12 *Aſſeclæ* procedat, quando non remanent reliquiæ,& ſic filij,vel alij deſcendentes, ſecunda verò opinio *Milanenſ.* quam etiam ſequitur *Seſe dec.*414.*nu.*25.procedat,quãdo ſuperſunt filij, vel alij deſcendentes, & hanc diſtinctionem ſequendam eſſe puto, eamq; amplexus fuit *D.Rouit.in d.prag.*1. ſub *nu.*48.dùm limitat concluſionem, vbi remanent reliquię,ex eod.*Ferrer.par.*3.*obſeru.ad Conſtit.Cathal.c.*119. quem etiam citat *Fontanell.dec.*11.*nu.*25.ac *d.deciſ.*13. *d.nu.*8.*in fin.*
13 Et nedùm Iudex,qui formitèr ſuſpectus recuſatus fuit,ceſſante cauſa,vt ſuprà,interuenire non poteſt,ſed etiam,quando Iudex ſe abſtinuit vti affinis,nulla propoſita ſuſpitione formitèr, vt fuit deciſum per Collat.
* Conſil.ad relationem D. mei, de menſe Aprilis 1643.in cauſa D.Principis Macchię, cuius iura *Ego* tuebar, cum D.Marchione Fuſcaldi,fuit enim ordinatũ,quòd D.Præſes S.C.*Marcheſius* nõ interueniat,qui per priùs nec interueniebat,ſtante intereſſe D. Ducis Limatulæ eius affinis, quàmuis ceſſauerit intereſſe dicti D.Ducis, vt ex actis apud Grimaldum pro Tagliauia Regio à mandatis Scriba,ſic etiam,vbi ſuſpitio fuiſſet propoſita per viam inconfidentiæ,antequàm Iudex allegaretur ſuſpectus, admiſſa tamen inconfidentia,ac dato alio Iudice, vt iudicatũ demonſtrat *D.Rouit.d.conſ.*10. ac *d.dec.*50.*nu.*2. *in fin.* qui paritèr Iudex,
14 licèt abſq; legitima cauſa,ſed tantùm per inconfidentiam recuſatus, vti ſuſpectus in alia cauſa recuſari poteſt,vt determinatum dicit *D.Sanfelic. dec.*79.*n.*1.*&* 6.*lib.*1.Im-
15 mò etiam Iudex,qui ſe exiſtimat coniunctum,quàmuis non ſit, ſuſpectus redditur, *l.nemo,ff.de bæred.inſtit. D.Sanfel.* qui ità iudicatum notat *dec.*224 *lib.*2.
16 *Pragmaticæ* tamen *de ſuſpition. Official.* habent locum in Iudicibus ordinarijs,

natijs, ideòq; tanquàm pœnales non extenduntur de perſona ad perſonam, *D. Sanfel. dec.* 287. *nu.* 1. & 2. *lib.* 2. & ſic ad D. Conſiliarium Conſultorē D. Regij Capellani Maioris, *D. Rouit. in prag.* 5. *n.* 3. *in fin. de ſuſpit. Official.* D. *Conſil. Gizzarell. dec.* 66. vbi ſic deciſum tradit, *ibiq;* plura ad ornatum deciſionis cumulat D. *Didac. de Mari* Additionator locupletiſſimus, nec extenditur ad D. Conſiliar. Conſultorem Reuer. Fabricæ Diui Petri huius Regni, D. *Sanfel. ibid. nu.* 3.

17 non tamen ab Vniuerſitate Iudex ſuſpectus allegari poteſt, vt determinatum adducit D. *Sanfel. dec.* 82. *n.* 1. *lib.* 1.

Quādo tamē allegantur ſuſpecti Actua-
18 rij S.C. cauſa tantùm, abſq; depoſito, ſufficit ad illos remouendos, D. *Sanfelic. d. dec.* 287. *n.* 5. qui *n.* 6. hoc idem procedere teſtatur in Regijs à mādatis Scribis, ac Cācellarijs Reg. Cācell. Scribæ verò S.C. & M.C.V. ſolo iuramento recuſantur, ex traditis per *Io. de Hauia in Curia Philippica*, §. 7. *de recuſat. nu.* 3. cauſa tamen apud eos remanet cum emolumentis, ſed datur adiunctus, qui eius loco illam actitet, vt ex eod. *Io. de Hauia* tradit D. *Sanfel. ibid. n.* 7. & 8.

19 Et ſimilitèr inimicus reconciliatus Iudex eſſe nequit, vt tradit D. meus *nu.* 7. ac probat nouiſſimè *Vinc. Ferrerot. in tract. de Inimicit.* §. 59. *num.* 1. & antè ipſos voluit *Lancell. Corrad. de offic. Prætor. in ciuil. tit. de except.* ſub *nu.* 11. *caſu* 35. & fuit per S.C. [illegible] eciſum in perſonam D. Conſil. *Amendola* [illegible] ati ex cauſa inimicitiæ, etſi reconciliatæ per Ioſephum de Riſis. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Brachium an, & quando, & quomodò ſit concedendum pro exequutione literarum exequutorialium per Iudices alterius iuriſdictionis, etiam vigore ſententiæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exequutio in aliena iuriſdictione fieri non poteſt, & ideò brachium concedi petitur.*

2 *Iudex ſæcularis debet impartiri brachium pro exequutione ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, vbi aliter illa exequi non poſſit.*

3 *Citatio in imploratione brachij non requiritur.*
*Sed contrarium, nu.* 4.

5 *Imploratio brachij impartiri debet, etiam in ijs, quæ verſantur ſub eodem Principe, nō tamen ſub eodem Præſide Prouinciæ, & n.* 14.
*Sed contrarium, n.* 29.
*Limita, in Statu Eccleſiaſtico, ex* Bulla Clementis VII. *n.* 6.

7 *Imploratio brachij cōcedenda eſt cum cauſa cognitione circà iuſtitiam, vel validitatem ſententiæ.*
*Sed contrarium, nu.* 9.
*Prima opinio verior, n.* 10.

8 *Circà implorationē brachij praxis notatur.*

11 *Imploratio brachij concedenda eſt in crimine hæreſis, abſq; cauſa cognitione.*
*Sed contrarium, nu.* 12.
*Prima opinio verior, ſecundùm* Canoniſtas, *nu.* 13.

15 *Iudex requiſitus, nō dicitur merus exequutor, ſed mixtus.*

16 *Vbi proceditur, abſq; cauſa cognitione, & in contumaciam, reus in exceptionibus aduersùs exequutionem audiendus erit.*

17 *Princeps non poteſt mandare, vt procedatur, abſq; partis citatione.*

18 *Praxis, quomodò quis extrà Regnum citari poſſit, affertur.*

19 *Non poteſt per edictum procedi, niſi priùs quis perſonalitèr fuerit citatus.*

20 *Sententia ferenda eſt, ſecundùm ius municipale, & ſtylum Iudicis requiſiti.*
*Amplia, etiam ſi tempore contractus vterq; litigator, in loco, vbi fuit actus celebratus, domicilium traheret, & deindè reus illud mutauerit, n.* 21.

22 *Citatio per proclama, nec de iure communi, nec de iure Regni valet.*

23 *Exequutio liquidationis inſtrumenti, an, & quando extrà Regnum fieri poſſit.*

24 *In exequutione inſtrumenti modus procedendi, & non ſubſtantia attenditur.*

25 Ritus M.C. *circà inſtrumentorum liquidationem non militat in inſtrumentis, per Notarium Apoſtolicū celebratis, ſed per Notarium Regium.*

26 *Forum quis ſortitur, ratione contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, quatènus ibi reperiatur.*

27 *Exceptio compenſationis, & retentionis aduersùs inſtrumenti liquidationem opponi poteſt.*
*Amplia, etiam aduersùs obligationes in forma Cameræ, n.* 28.

30 *Deciſio cauſæ adducitur.*

# Deciſio LXXXII.

AD inſtantiam Ill. Magni huius Regni Comeſtabuli D. Philippi Columnæ fuerunt per Auditorem Generalem Reuer. Cameræ Apoſtolicæ de Vrbe expeditæ literæ exequutoria-

riales contrà Ill. D.Federicum Columnam Principem Buteræ eius filium pro ſumma ſcutorum ſexdecim mille, vigore instrumẽti celebrati inter dictas partes, pro cuius exequutione obtinuit per Collater. Conſil. Regium exequatur, verùm pro imploratione brachij fuit dictũ, quòd adeat M.C.V. vel alium Iudicem laicum competentem, quarè prædictus Ill.Princeps Buteræ instituit in S.C.prouideri, nõ eſſe brachium prædictum concedendum, ex nonnullis cauſis, & propterea, inhiberi M.C.V. transmiſſis deniq; actis ad S.C.fuit per Regium Conſil. Andream Prouenzalem ad instantiam dicti Ill.Principis per decretum domi, datus terminus in cauſa, à quo decreto ſe grauauit Ill.Magn.Comeſtabulus, & obtinuit Regiam decretationem ſolitam, quòd cauſæ Commiſſarius verbum faceret in S.C. & propterea fuit diſcuſſum, ſi debebat dictum brachium concedi, vel dari terminus in cauſa, & cõfirmari decretum domi latum per Magnif.cauſæ Commiſſarium.

Dicebatur pro parte dicti Ill.Magni Comeſtabuli, quòd omninò brachium erat concedendum pro exequendis in hoc Regno prædictis literis exequutorialibus, quia
1 cùm non poſſit fieri exequutio in aliena iuriſdictione, quia actus eſt iuriſdictionalis, vt habetur ex *gloſ.in l.*1. vbi *Bald.Alexan. nu.*16.*& Iaſ.nu.*5.*ff.de iuriſd. omn. iudic. Piſtor.quæſt.iur.lib.*1. *q.*15.*nu.*31.*Greuai ad Gayll.obſeruat.*115.*lib.*1. & ideò, nè ſententia ob defectum iuriſdictionis, in exequendo eluſoria reddatur, Iudex vnius territorij, debet alterius Iudicis exequutioni, rogatus, ſiuè requiſitus brachium ſuum cõcedere, *Matth.Coler.de proceſſ.exequut. par.*2.*cap.*3.*n.*18.*Hieron.Schurph.conſ.*33. & alij per *Greuai in loco* ſuprà cit.*n.*2.*Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.*3.*n.*360.*Rolan. à Valle*, qui latè materiam brachij tractat, in *conſ.*37.*lib.*1.vbi etiam de communi teſtatur, *Rebuff.ad Conſt.Galliæ,tom.*3. *tract. de contum.nu.*39.*Nauarr.in repet.cap.cùm contingat, de reſcript.Menoch.de arbitr.caſ.* 452.*Ioa.Baptiſt.Aſin.in praxi Flor.§.*31. *cap.*1. *ampl.*15. *Minſyrger.obſeru.*6.*nu.*4. *cent.*1.*Auil.in cap.*20.*Prætor.gloſ.vſurpen. nu.*14.& alij diffuſè per *Franc. Molin. de Brach.ſæcul.Eccleſ.præſtan.cap.*3. *Martin. de Fano de Brachio ſæcul.implor.n.*19.*Couarr.pract.cap.*10. ſub *num.*1.*Gundiſalu. de hæret.q.*11.*nu.*17.latè etiam *Epiſc. Ricc. in praxi implor.brachij ſæcular. reſol.*277. cum alijs *ſeqq.* vbi, quòd Iudex ſæcularis
2 impartiri debeat brachium pro exequutione ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, quando aliter illa exequi non poteſt, quod procedere in quolibet Iudice, habetur ex *l. à Diuo Pio,§. ſententiam,ff.de re iud.* in qua bra-
3 chij imploratione non eſt neceſſaria partis citatio, vt in praxi obſeruari, tradit idem *Ricc.in loco citat.reſol.*279. vbi iuribus, & 
4 rationibus id comprobat, licèt contrarium voluerit *Gayll.d.obſeru.*115.ſub *nu.*6.*lib.*1. *pract.obſeru.Boſſ.de for.compet.nu.*88. debet enim vna iuriſdictio, alteram adiuuare, vt habetur in *can. ſi Imperator 96.diſt.can. adminiſtratores* 23.*q.*5. *cap. cauſam, quæ, qui filij ſint legit.l.tàm collatores,§.eo ſcilicèt,C.de re milit.lib.*12.vbi *Io.de Plat.l.*2.*C. de his, qui latron. occult. Afflict.in procem. Conſtitut.Regni,nu.*51.*Io.Anton.de Nigr. in Cap.Regni Subditorum, nu.*167. *Put.de ſindic.verb.brachium, fol.*134. *Conrad. in templ.iudic.lib.*2.*cap.*5.*§.*3.*n.*67. *Decian.in* 1.*tom.tract.crimin.lib.*4.*cap.*11.*n.*1. & alij per *Bouad.polit.lib.*2.*cap.*17.*nu.*186.quod
5 procedit, nedùm, quando ſumus in diuerſis Principibus, ſed etiam, quando ſumus in iuriſdictionibus ſub eodem Rege, non tamen ſub eodem Præſide Prouinciæ, quia quàmuis ſint ſubditi eiuſdem Regis, non poteſt ſententia Iudicum vnius Regni exequi in alio Regno, abſq; brachij imploratione, *Iul.Clar.in pract.crimin.§.fin.q.*96. *nu.*9.*verſ.item quæro,in fin.* quod tamen
6 ſecùs eſt in Statu Eccleſiaſtico, vbi per *Bullam Clementis VII.in Bullario,f.*mihi 291. fuit prouiſum, quòd bannitus ab vno loco Status Eccleſiaſtici, intelligatur bannitus ab omnibus Terris, Romanæ Eccleſię iuriſdictioni mediatè, vel immediatè ſubiectis, & quòd ad illo Iudice, vbi fuerit captus, puniri poſſit, vel remittere ad Iudicem, qui eum condemnauit, quod etiam confirmatum fuit per duos *Pios IV.& V.*vt eſt videre in eorum *Bullis*, contrà bannitos, & homicidas editis, & ideò dicebat Aduocatus Ill.Magni Comeſtab.ſtante, quòd erat creditũ ſuum verum, & literæ exequutoriales rectè expeditæ, debebãt in hoc Regno exequutioni demãdari, & brachiũ cõcedi, quia etſi per *Reg.Prag.*4.*de citat.*cautũ ſit, quòd prouiſiones in Regno expeditæ non mandentur exequutioni, abſq; licentia Proregis, hoc iàm fuit adimpletum; fuerunt enim porrectæ preces Excellentiſſimo Proregi, & obtentum Regium Exequatur, licèt pro imploratione brachij fuerit remiſſum negotium ad M.C. vel alium Iudicem competentem.

Pro parte verò prædicti Ill.Principis Buteræ prædicta non negabantur, verùm dicebatur, quòd ipſa brachij impartitio non
7 erat ſic indifferentèr concedenda, ſed cum cauſæ cognitione, circà iuſtitiam, vel validitatem ſententiæ, *Andr.de Iſern.in Conſt. Regni Poſt mundi machinam, Io.Redin.de maieſt.Princ.in verbo non armis ſolùm, par.*2.*num.*141.latiſſimè *Farinac.in pract. crim.*

*crim.par.2.q.97.nu.88. Verſill. ad Affl.in dec.24.nu.16.& 17.& Affl.in dec.220.n.9. Gayll. d.obſeruat.*115.*lib.*1.vbi etiam *Bernard.Greuai,n.*5.*Innoc.in cap.*1.vbi etiam *Abb.nu.*4.& 11.*de offic.Ordin.Reg.Valenz. conſ.*9.*nu.*8.*lib.*1.latè *Cancer.lib.*2. *var.reſolut.cap.*15.*n.*33.non enim tenetur Iudex, brachium concedere, quando literæ exequutoriales non fuerunt ritè,rectèq; expeditæ,*Henric.Boich ſingul.*70.*nu.*17. *Angel. in l.ſi vt proprijs*, C.*de exequut.rei iudic. Bellug.in ſpecul.Princ.rubr.*11.*§.tractandum*,ſub *nu.*4. vbi, quòd Iudex poteſt ex officio denegare brachium, quando ſententia videtur ſibi iniuſta. Hinc orta fuit practica,vt minimè brachium concedatur,niſi
8 actorum omnium copia,ſuprà quibus orta fuit ſententia,producatur coràm Iudice, à quo brachium eſt concedendum, *Cancer. in loco* ſuprà cit.*nu.*13.& 14. *Parlad.lib.*2. *rer.quotid.cap.fin.§.*2.*nu.*2.& 3. *Farinac. quæſt.crim.*111.ſub *nu.*61.*verſ.limita rur-*
9 *sùs*,& quàmuis aliqui tenuerint, quòd Iudex requiſitus de brachio, non poſſit cognoſcere de iuſtitia ſententiæ,per *tex.in l.ſi Prætor, in princ.ff.de iudic.* vt per *Guid. Pap.q.*574.*in princ.* qui etiam allegat *Salycet.in l.ea quidèm*, C.*de accuſat. Maynard.dec.*22.*lib.*3. & communiter teneri à Deciſionarijs, refert *Ricc. collect.*573.& *Bart.in l.à Diuo Pio,in princ.ff.de re iudic.* ibi,*veritas eſt,&c.*dicit,quòd Iudex requiſitus,non debet iudicare de exceptionibus oppoſitis à Reo aduersùs exequutionem ſententiæ,ſed debet remittere ad Iudicem requirentem,qui ſententiam protulit,quod etiam firmat *Pract. Papien.in forma exequutionis ſententiæ diffinitiuæ,gloſ.*1. *verſ. quintò quæritur*, niſi Iudex requiſitus eſſet ſuperior, quia poteſt de omnibus cognoſcere,tamen communis opinio eſt in con-
10 trariũ,quòd poterit Iudex requiſitus, parte vocata iudicare,an ſententia ſit exequẽda, & ità in praxi ſeruari in Curia Parlamenti,teſtatur idem *Guid.Pap.d.q.*574.& *q.*23.& 419.*Boer.dec.*90.*Anchar.conſ.*381. *nu.*8.*Faber* in ſuo *Cod.de exequut.rei iud. diffin.*1.licèt ipſe dicat, quòd ſi altiorem cauſæ cognitionem res ipſa deſideret, ad Iudicem,qui ſententiam tulerit,remittenda ſit,*Garz.in dec.*2.vbi in omnibus ſentẽtijs,præterquàm in crimine hæreſis poteſt
11 Iudex laicus dicere, velle videre proceſsũ, ad finem videndi,ſi ritè,& rectè fuerit iudicatum,*Ricc.in d.collect.*573.*Io.Bapt. Marcheſ.in prax.commiſſ.tom.*1.*tit.de commiſſ. appell.Rom.Cur.par.*1.*cap.*5.*nu.*203. *Ioan. Franc.de Pont.dec.*23.*nu.*2.qui loquitur in eo caſu,quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ,nàm brachium non eſt concedendum ſententiæ iniuſtæ,*Natt.conſ.*529.*n.*11.*Ber-*

*rell.ad Bellug. d.rubr.*11. *§.tractandum, verſ.præceptum*, quod probatur ex *Innoc. in c.*1.*extrà de offic.ordinar.*& in *cap.cùm in iure,extrà de offic. deleg. Grammat. in conſ.*109.*Marant.diſput.*1.*n.*26.*Iaffr.Lanfranc.Balb.dec.*88.*cent.*1.*Petr.Garz.d.dec.*2. *Gayll.& ibi Greuai d.obſeru.*115.*lib.*1.*Rol. à Vall. d.conſ.*37. *vol.*1. *Feder.de Sen.conſ.* 85.*Affl.in d.Conſt.Regn.Poſt Mundi machinam,in gloſ.in verb.gladij,nu.*58. vbi limitat in ſententia ſuper crimine hæreſis,
12 licèt *Bart.*etiam in crimine hæreſis tenuerit,non teneri Iudicem laicum exequutioni demandare ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici,in *l.Diuus, nu.*3. *ff.de cuſt. reor.* & eum ſequuntur *Bald. Alber. Angel.* & alij, qui dicunt,quòd poſſit alium formare proceſſum,& de iuſtitia condemnationis co-
13 gnoſcere, licèt in contrarium ſit opinio *Canoniſtarum*,fundata per *text.* clarum in *cap.vt inquiſitionis*, §.*prohibemus, de hæretic.in* 6.& proptereà opinio *Bartol.*reprehenditur à *Panormit. in cap.* 1. *de offic. Ordin.* & eum *ibidem* ſequuntur *Dec. Anchar.Felin.*& alij *Canoniſt.*& contrà *Bart.* opinionem tenuerunt etiam *Angel. Alex. & Iaſ.in l. Magiſtrat. ff.de iuriſdict.omn. iudic.Decian.in tract.crim.tom.*1.*lib.*5.*tit. de iudic.ſæcul.cap.*25.*nu.*2. *Simanc.de catholic.inſtit.cap.*36. *num.*3.& eſt communis opinio,& in praxi ſeruata,vt per *Seſſe de inhibit.cap.*30.*n.*84.& 85.cum *ſeqq.Vmbert. Locat.*in ſua *prax.iudiciar.in verbo Iudex, verſ.ſed quid ſi laicus,Carrer.in tract.de hæret.§.circà itàq; tertium,nu.*4.*Brun.de hæret.lib.*4.*cap.*15.*Clar.in* §. *hæreſis,nu.*4. & magis communem appellat *Roland.conſ.* 20.*nu.*10.*vol.*3.*Epiſcop.Ricc.in d.prax.implorat.brach.ſæcul.reſol.*287.*nu.*2. In alijs verò caſibus communis eſt cõcluſio,quòd poſſit Iudex vnius iuriſdictionis cognoſcere de iuſtitia ſententiæ Iudicis alterius iuriſdictionis,ſiuè Eccleſiaſtici, ſiuè ſæcula-
14 ris,etiàm,quòd ſint ſub eodem Principe, ſed non ſub eodem Præſide Prouinciæ, vt plenè poſt alios per *Farinac. d. quæſt.* 111. poſt *nu.*61. *Clar.§.fin. quæſt.*51.*in fine, & quæſt.*96.*Flam.Cartar. dec.*58. *Caball. reſol. crim. caſ.*161.

Quod ea ratione probatur, quia Iudex
15 requiſitus non dicitur merus exequutor, ſed mixtus,vt per *Cancer. lib.*3. *var.reſol. cap.*19.*nu.*2. *Farinac.q.*97.*nu.*83. *Reg. Valenz.d.conſ.*9.*nu.*2. & proptereà coràm eo opponi poſſunt omnes exceptiones, & poterit cognoſcere ſuper validitate,vel inualiditate actus,maximè in illo caſu, quando ex defectu iuriſdictionis ſententia non poteſt exequi per Iudicem,qui eam protulit, *Abb.in cap.de cætero,de re iudic.Addent.ad Capell.Tholoſ.dec.*334. *Menoch. de arbitr.*

*q.*38.

Digitized by Google

q.38.*num.5.Guid.Pap.dec.70. Maceraten. lib.1.var.reſolut.reſol.39.*

Dicebatur etiam pro parte dicti Ill.Principis Buteræ,quòd tantò magis erat audiẽdus aduersùs iniuſtitiam, quam allegabat prædictarum literarum exequutorialium, quia erant expeditæ, abſq; plenaria cauſæ cognitione,ſed cùm notoriè ſuum domicilium haberet Neapoli,fuit citatus per proclama, & in contumaciam condemnatus, quo caſu tantò magis erat dandus terminus in S.C.vt ſe defendere valeret,quotieſcunq; enim proceditur,non adhibita cauſę
16 cognitione, & in contumaciam, reus eſt audiendus in exceptionibus aduersùs exequutionem, *cap.ex parte,il 2. de offic.deleg.* vbi *Abb.*& alij *Canoniſtæ*,& in *cap.fin.de præſcript.*cùm negotium commiſſum non ſit plenè diſcuſſum, *Zabar. conſ.145.nu.4. Dec.conſ.323.n.2.Menoch.d.q.38.n.3.*

Ex pluribus autẽ dicebatur,literas exequutoriales,tanquàm non ritè,& rectè expeditas,non poſſe exequutioni demandari, & Primò,quia erant expeditæ, abſq; partis citatione,quod fieri non poteſt,quia partis citatio eſt de iure naturæ, iuxtà illud, *Adam,vbi es?* & proindè neq; Princeps po-
17 teſt mandare,vt procedatur, abſq; partis citatione,*Clem.Paſtoralis,de re iud.*& poſt *Andr.de Iſern.& Affl.*habetur ex *Troyſ.in pragm.2.nu.15.de ordin.iudic.*& quotidiè, cùm quis commoratur in alio Regno, expediuntur citationes cum literis commendatitijs Iudicibus,vt eũ citari permittãt, &
18 citatur perſonalitèr, ſi commodè haberi poſſit,ſin autem non, citatur domi, prout ſeruari in Curia Romana, habetur ex *Sebaſt.Vant.de nullit.ex defect.citat.nu.98.in fine*, & in eadem Romana Curia,niſi reus fuerit citatus perſonalitèr,aut domi,in au-
19 dientia contradictarum nunquã citari poterit per edictum, de quo ſtylo teſtatur *Paul.de Caſtr.in l.ad peremptorium,nu.6. ff.de iudic.Vant.loc.cit.nu.110.& 118.cum plurib.ſeqq.Verall.deciſ.107.lib.1.Seraph. dec.1276.Beltram.ad dec.Ludouiſ.430.n.5.* & quàmuis aliquæ fides eſſent productæ circà ſtylum Romanæ Curiæ,tamen magis erat credendum dictis grauiſſimis *Authoribus*,quàm prætenſis atteſtationibus, & propterea Aduocatus dicti Ill.Principis dicebat, quòd cùm in Romana Curia eſſet proceſſum,ipſo Ill.Domino Principe non citato,niſi per proclama,nullitèr erant literæ exequutoriales expeditæ.

Secundò dicebatur,quòd quàmuis eſſet admittendus prædictus ſtylus in Romana Curia, tamen ſententia non poteſt exequi in aliena iuriſdictione,niſi ſit ſeruatus ſtylus illius iuriſdictionis, in qua petitur exequutio,quotieſcunq; enim ſententia, quæ petitur exequi, non eſt lata ſecundùm ius
20 commune, neq; ſecundùm ius municipale Iudicis requiſiti,non eſt exequenda, eſt doctrina *Bald. in l.1.num.47.ff.de confeſſ.* quam ſequitur tanquàm ſingularem *Alex. in d.l.à Diuo Pio,§.ſententiam, verſ.ſecundò limita,de re iudic. Marſ.ſingul.138.Gaballin.milleloq.795.Seſe de inbibit.cap.4.§. 5.nu.3.& 33.Reg.Rouit.in pragm.4. nu.2. de citat.Guid.Pap.dec.23. Aſin.de exequut. §.1.c.34.nu.2.Gratian.diſcept.forenſ.c.145.* vbi pleniſſimè materiam tractat, & *nu.46.* id ampliat, etiam ſi tempore contractus vterq; litigator,in loco, vbi fuit actus celebratus,domicilium traheret,& deindè reus
21 illud mutauerit, quia ſequi debet ſtylus Iudicis,vbi ſententia eſt exequenda, *Coler. de proceſſ.exequut.par.1.cap.3.n.225. Suarez in l.poſt rem iudicatam, §.circà Iudicem,nu.14.& 22. Marilian.dec.17. Triuiſ. dec.32.par.2.Ricc.collect.dec.1323.Seſe de inbib.d.cap.4.§.5.nu.33.*& in terminis dixit *Boſſ.in d.tit.de for.compet.nu.94.*quòd ſententia Romæ lata in contumaciam, non exequitur per Senatum Mediolanenſem, certum eſt autem, quòd talis citatio per proclama, nec de iure communi poteſt
22 ſubſtineri,nec ſecundùm leges,& Conſuetudines Regni, cùm non ſit iſte caſus de illis congeſtis per *Marant.* in ſuo *ſpecul. par.6. membr.1. tit.de citat. in verb. rectè concipiatur citatio,nu.82.*& propterea literæ exequutoriales ſecundùm ſtylum Romæ expeditæ, non poſſunt in hoc Regno exequutioni demãdari,quod etiam in terminis terminantibus habetur ex *Carauit. Rit.166.num.64.& 65.*vbi propoſita quæ-
23 ſtione de liquidatione inſtrumenti, ſeruata forma dicti *Ritus* huius Regni,quæritur, an mãdabitur exequutioni extrà Regnum, & diſtinguit, quòd aut exequutio inſtrumenti fit,ſeruata forma iuris communis,& locum habebit,etiam extrà Regnum, quia ius commune vbiq; viget, aut verò de iure ſtatutario,& attenditur ſtatutum loci, vbi fit exequutio,quod etiam comprobatur ex ijs,quæ tradidit *Bened.de Barz.de Peruſ.in tract.de guarentigijs,q.8.* vbi ad partes diſputat articulum,ſi inſtrumentum guarentigiæ celebratum Bononiæ, poſſit exequutioni demandari Ferrariæ,vel pro eius exequutione ſit dandus terminus ordinarius, & concludit,quòd ordinariè ſit procedendum Ferrariæ, quantùmuis paratam habeat exequutionem inſtrumentum Bononiæ, quia non attenditur locus celebrati
24 contractus,ſed vbi petitur exequutio,quia cùm tractatur de exequutione inſtrumenti,nõ attẽditur ſubſtãtia negotij,ſed modus procedẽdi,ex *tex.in l.miſſi opinatores,C.de exact.trib.lib.10.& l.2.ff.quib.ad.teſt. aper.*

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò,fuit conſideratum,quòd vigore inſtrumenti Romæ celebrati non poteſt procedi in hoc Regno,via exequutiua, ſed via ordinaria,quia ad hoc, vt poſſit via *Rit. M.C.V.* procedi,requiritur, vt inſtrumen-
25 tum,inter perſonas laicas confectum, ſit celebratum per Notarium Regium, non autem per Notarium Apoſtolicum, vt rectè probat,poſt alios,quos allegat *Reg. Rouit.in pragm.2.nu.12.de contract.* & quando agitur,vigore inſtrumenti celebrati per Notarium Apoſtolicum,eſt dandus terminus in cauſa, & eſt procedendum ordinariè, *Anna ſing.245.Epiſc.Ricc.dec.125.Cur. Archiep.tom.1.* vbi ſic deciſum refert.

Dicebatur Quartò, quòd omnes lites, & differentiæ inter patrem,& filium,erant deductæ in hoc Regno, & in S.C.& quòd hæc litis pendentia fuit Romæ allegata,&,non admiſſa,licèt ſcripturæ,ex quibus dicta exceptio litis pendentiæ fundabatur, fuiſſent præſentatæ,& ex reg.*tex.in l.nulli, C.de iudic.*continentia cauſæ non erat diuidenda, *Affl.dec.354.*Immò in S.C.erat præuentum,qua præuentione ſtante, non poterat procedi in Alma Vrbe, *Bald. in auth.ſed nouo iure,C.de ſeru.fugit.Gabr.comm.concluſ.tit.de iudic.lib.2.concl.1.* Immò dicebatur,quòd Iudex Romanæ Curiæ erat incompetens, ſtante domicilio Ill.Principis in hac Ciuitate, quia quis ſortitur forum,
26 ratione cõtractus,vel deſtinatæ ſolutionis, quatenùs ibi reperiatur,*cap.Romana,§.cõtrahentes, de for.compet.in 6. & cap.fin.de for.compet.*vbi *DD.Couarr.pract.qq.d.cap.10.nu.6.Trentacinq.var.reſol.lib.3.tit.de ſolut.reſol.26.nu.5.*latiſſimè *Antonin. de Amat.reſol.33.nu.8.* quo caſu non deberi brachium impartiri,dicunt omnes *Doctor.* ſuprà citati,& deciſum refert *Ann. alleg.59.* vbi per Collat.Conſil.fuit etiam Regium exequatur denegatum, *Ricc.in d.prax.implor.brach.ſecul.reſol.285.Gayll.*vbi etiam *Greuai d.obſeru.115 lib.1. Valaſc.dec.48.* licèt de hac exceptione poterat dubitari, quia prædictus Ill.Princeps,etiam ratione originis forum ſortiebatur.

Et tandèm fuerunt multa circà iuſtitiam deducta,& præſertim exceptio compenſationis,& retentionis, cùm prætendebatur, Ill.Principem filium eſſe creditorem Illuſt. Magni Comeſt.eius patris in maxima pecuniarum quantitate, ex cauſa donationis contemplatione matrimonij contracti per ipſum,& Illuſt.D.Margharitam de Auſtria Brancifort,Principiſſam Buteræ,& Illuſtr.D. Ioannæ de Auſtria filiam, de quo credito
27 vertebatur lis in S.C. quæ exceptio compenſationis admittitur, etiam aduersùs liquidum inſtrumentum, vt probat *Rouit.in pragm.1.nu.28.de cenſib.* *Carol. de Graſſ. except.16.nu.2.*vbi plenè, & etiam aduer-
28 sùs obligationem in forma Cameræ, *Beltramin.ad dec.342.Ludouiſ.*

Et dicebatur, quòd aliàs in fortioribus terminis fuit iudicatum,etiam in caſu,quo non aderant tot exceptiones in promptu,
29 ſed ex eo ſolùm, quòd non debebat brachium impartiri,abſq; cauſæ cognitione, etiam in eo caſu,quo literæ exequutoriales erant expeditæ in Curia eiuſdem Regis noſtri in Hiſpanijs,& ſic ſub eodem Rege, vt fuit practicatum in cauſa Hieronymi Lomellini cum Marchione Diani, vbi fuerunt literæ exequutoriales expeditæ, vigore ſententiarum primæ, & ſecundæ inſtantiæ, quas ipſi,de viſta,& reuiſta vocant,& tamē cùm tractaretur de earum exequutione in hoc Regno, fuit datus terminus in cauſa, & diſputatum illud idem, quod fuit antè ſententias prædictas diſcuſſum, ſic etiam modernis temporibus in cauſa Petri Gonſalez cum D.Antonio Suarez, referente D.Regente Rouito,ſub die 18.Martij 1627. tunc temporis Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario,fuit datus terminus in cauſa, etiam facta relatione in Collater.Conſil. ſic etiam in cauſa Damiani Pallauicini cum hæredibus Iacobi Zattaræ, & in nonnullis
30 alijs cauſis.Et propterea ſub die 25.Septēbris 1631.ad relationē Reg. Cōſil.Prouenzalis fuit pro maiori parte votatum,ꝙ infrà menſem pro omni termino, & nominatione partes deducant omnia eis incumbentia,pęnès Actor.Magiſtr.de Martino, & iterùm hoc idem fuit iudicatum die 23. Martij 1639.in cauſa Ambroſij Spinulæ cum Georgio de Oria, cùm enim Ambroſius obtinuiſſet ſententiam contrà Georgium in Ciuitate Genuæ, & petijſſet brachium pro illius exequutione in hoc Regno, fuit ad relationem Reg. Conſil. Carauitæ per decretum S.C. prouiſum, quòd ſuper imploratione brachij infrà quatuor dies audiantur partes,vt eſt videre pęnès Secretarium S.R.C.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Brachium Regium,vt impartiri poſſit, literis expeditis extrà Regnum, an requiratur cauſæ cognitio,& n.2.& 3.vbi deciſio per viam legis traditur.*

4 *Citatio facienda feudatario abſenti à Regno,debet fieri in domo feudi.*

5 *Magiſtri actorum S.R.C.citari poſſunt in loco officij,et ſic in Banca eiuſdē S.R.C.& ità deciſum traditur, ſed intellige,vt ibi.*



Digitized by Google

1 IN brachij conceſſione difficultatum fuit, an illud debeat impartiri, abſquè cauſæ cognitione, & ſic, abſq; termino ordinario, & in hoc D. meus fundat, quòd nedùm in puro iuris articulo terminus eſt concedendus, ſed tantò magis, quãdò plures exceptiones opponuntur circà ordinem, & circà iuſtitiã, & propterea *n. 30.* deciſum refert in S.C. pro maiori parte, iuxtà alias conſimiles deciſiones adductas, quòd detur terminus in cauſa, & ſic obtinuit D. Princeps Buteræ, cuius partes tuebatur *D. Lelius Gizzius* meus Germanus, quam deciſionem citat *D. Preſ. Merlin. cap. 98. nu. 12. in fin. cent. 2. controu. forenſ.*

2 Contrarium tamen ſubſtinet, vt terminus minimè requiratur, ac ità intelligendum eſſe D. meum *hic*, tradit *D. Reg. Sanfel. dec. 293. nu. 10. lib. 2.* eandemq; opinionem proſequitur *D. Merlin. d. cap. 98.* per tot. amboq; tradunt, ſecundùm eorum opinionem fuiſſe per S.C. determinatum, concedendo brachium, abſq; termino, in cauſa D. Principiſſæ Hieracij cum D. Principe eius viro, & D. Marchione Ioiæ filio, & hanc ſententiam aſſequitur *D. de Marin. cap. 112. lib. 2. quotid. reſol.*

3 Tu autem non diſcedas ab opinione D. mei, quæ comprobatur ex *Decreto* generali, lato per viam legis condendæ per S.R.C. iunctis DD. Conſiliar. quatuor Aularum, de quo nec D. meus, nec *D. Sanfelic.* qui in eo interuenit, ſicut nec *D. Merlin.* ac *D. de Marin.* memores fuere, tenoris ſequẽtis, videlicet.

Suborta difficultate in S.R.C. an ſint exequendæ literæ hortatoriales Tribunalium, exiſtentiũ extrà præſens Regnum in mãdatis exequutiuis, abſq; cauſæ cognitione, per S.R.C. occaſione implorationis brachij, & an poſſit procedi in cauſa reconuentionis.

Die 23. menſis Martij 1623. Neap.

Congregato dicto S.R.C. ordine Spectabilis Ioan. Baptiſtæ Valenzuelæ Velazquez Reg. Collat. Conſil. Regentis Regiam Cancellariam, & Officium Propræſidis S.R.C. viceq; Prothonotarij pro decidenda difficultate, interuenientibus præfato Spectab. Præſide, vnà cum infraſcriptis Reg. Conſil.

*Prouiſum, & decretũ eſt, non eſſe cõcedendum brachium prædictum imploratum, abſq; cauſa cognitione, in qua habeatur ratio, quæ de iure habenda erit de reconuentione forſan facienda, hoc ſuum, &c.*

Valenzuela Reg. Cancellar. & Officium Præſidis S.R.C. Pyrrus Paganus, Iacobus de Franchis, Pomponius Saluus, Patinno, Didacus de Salinas, Io. Baptiſta Melior, Scipio Rouitus, Io. Franciſcus Sanfelicius, Ferdinãdus Brancia, Camillus Petius, Octauius de Piccolellis, Io. Franc. de Mercatis Secretar.

Agit etiam D. meus *nu. 18.* de citatione
4 facienda abſenti à Regno, ideòq; obſeruabis, quòd ſi abſens eſt feudatarius, citatur in domo feudi, vt per *Iſern. in cap. 1. nu. 7. de controu. inter vaſall. & alium, de benef. inueſt.* & in *cap. 1. col. 2. de milite vaſall. qui contum. eſt*, vbi *Liparul. D. de Anna allegat. 83. nu. 6. & ſing. 153.* ibi enim reſidere debet, ſicut Prælatus in Eccleſia, *gloſ. in cap. quoniam frequentèr, § ſi verò, in verb. canonibus, extrà vt lit. non conteſt.* & in dies
* practicatum vidi in S.C. præcipuè in cauſa D. Principis Buteræ cum D. Magno Conneſtabulo Columna eius patre, in Banca de
5 Martino. Hinc, dùm in S.C. tractabatur de augmento Magiſtrorum Actorũ eiuſdem S.C. vltrà numerum treſdecim exiſtentium, dùm fuerunt citati dicti Magiſtri actor. in loco officij, & ſic in dicto S.C. fuit in anno
* 1597. iudicatum, ſufficere dictam citationem, patrocinante *D. Io. Vincentio Caualerio*, vt habeo ex eius *Apoſtill.* manuſcript. ad *Iſern. d. num. 7.* quæ tamen deciſio non erit ſemper attendenda, ſed tantummodò, ſi citatio fiat de mane in diebus, in quibus Tribunal S. Conſ. regitur, ibi enim Magiſter actorum eo tempore reſidere, & aſſiſtere tenetur, non autem, ſi fiat poſt exitum Sac. Conſil. vel in alijs diebus feriarum, in quibus DD. Conſiliarij ad cauſas decidendas, ad dictum S.C. non accedunt, cùm his temporibus ibidem aſſiſtere non teneãtur, ſed tantùm in eius domo cum eius Scribis pro exercitio eorum officij, aliàs de ea notitiam habere nõ poſſunt, niſi tamen copia citationis ibi affigatur. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

## Sententia lata ad fauorem duorum, quorum alter erat mortuus; an, & quando dicatur nulla, etiam reſpectu viui.

### *SVMMARIVM.*

1 *Proteſtatio, quòd quis ſoluit honore literarum cambij, producit actionem negotiorum geſtorum, contrà illum, cuius literas ſoluit.*

2 *Sententia lata contrà mortuum eſt nulla.*
*Fallit, fauore libertatis, vel Eccleſiæ, n. 3.*
*Amplia, quãuis eſſet in fauorem mortui, n. 4.*
*Itẽ amplia, etiã data ignorantia mortis, n. 5.*

6 *Praxis, ad hoc, vt ſententia ferri debeat cõtrà mortuum, affertur, & n. 20.*

7 *Stẽtia in actione perſonali eſt diuidua, nec annullatur in totum, ſi in parte ſit nulla.*

8 *Sententia lata contrà plures, quorum vnus eſſet mortuus, non eſt nulla.*

*In-*

Digitized by Google

*Intellige, vbi ſententia contineret capita ſeparata, n. 9.*
10 *Sententia indiuiſibilis dicitur, vbi licèt ſumma eſſet diuiſibilis, tamen vnica actione fuerit petita.*
11 *Sententia quando dicatur indiuidua.*
12 Dec. Gizzarell. 12. *explicatur.*
13 *Hypotheca exerceri poteſt contrà hæredem poſſeſſorem fundi hypothecati.*
14 Gabriel. in conſ. 56. nu. 14. vol. 1. *confutatur, ſed declaratur, nu. 15.*
16 *Sententia contrà plures conuentos, non erit nulla, ob mortem vnius, vbi plures conuenti, & condemnati eſſent in ſolidum obligati.*
17 *Nullitas, quæ ſpectat ad vnum, quãdo poſſit per alium allegari.*
18 *Sententia continens plus debito, non poteſt pro parte ſuſtineri, vbi Iudex limitatam habet iuriſdictionem.*
19 *Sententia lata ad fauorem duorum, quorũ vnus non erat in iudicio, eſt nulla.*

# Deciſio LXXXIII.

SCripſerat q. Petrus Segar, & Pratt in anno 1628. literas cambij, directas Petro, & Auguſtino Durazi Mercatoribus, vt ſoluerent Io. Ambroſio de Dece ſcutos mille, & nonaginta, ſolidos vndecim, & denarios ſeptem de Marca, pro totidem receptis à Io. Benedicto Sancta Maria, quibus literis præſentatis, prædicti Petrus, & Auguſtinus Durazi noluerunt illas acceptare, & ideò per Creditorem fuerunt proteſtatæ contrà dictum Scribentem, verùm Raphael Gruer, & Dimas Ploba eas
1 acceptauerunt pro honore literarum, iuxtà ſtylum Mercatorum, de quo teſtatur *Rot. Genuenſ. dec. 6. nu. 7. & dec. 32.* ex quarum ſolutione acquiritur actio ſoluenti contrà Scribentem vtilis negotiorum geſtorum, *Menoch conſ. 296. nu. 24. Io. Bapt. Cauat. in tract. de cambijs, tit. de ſoluente in loco, ad quem, verſ. quæro, an quilibet, fol. 236. Sigiſmun. Scacc. in tract. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. quæſt. 14. nu. 357.* quod probatur ex *text. in l. ſoluendo, ff. de negot. geſt.* ideò dicti Gruer, & Pobla conuenire fecerunt in S.C. hæredes prædicti Petri Segar, ad ſolutionem prædictæ quantitatis ſolutæ, vnà cum intereſſe, & ſic obtinuerunt ſententiam S.C. me exiſtente Commiſſario, ſed poſt aliquot menſes peruenit ad notitiam Catharinæ Cineræ, vxoris, & hæredis prædicti debitoris, vnum ex prædictis actoribus tempore prolatæ ſententiæ eſſe mortuum, & propterea oppoſuit de nullitate
2 ipſius, cùm vera ſit concluſio, ſententiam eſſe nullam, nedùm quando fuit prolata cõtra mortuum, ex *text. in l. in ſumma, § fi. ff. de re iud.* & in *l. penul. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Caſſador. dec. 2. tit. de appell. Caſtill. dec. Sicil. 60. Maſtrill. dec. 137. lib. 2. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. n. 106. Amod. de ſindic. nu. 187. Cornazan. dec. 145. nu. 4. Polyd. Ripa obſeru. 23. Viu. dec. 52. & Rot. Rom.* ex collect. per *Farinac. deciſ. 742.*
3 *nu. 2. par. 3.* licèt hoc limitetur fauore libertatis, & Eccleſiæ, *Surd. conſ. 99. num. 13.* & ex *Bald. Socin.* & alijs firmat *Verall. deciſ. 140. par. 3. nu. 2. Steph. Gratian. diſcept. for.*
4 *lib. 4. cap. 734. nu. 40.* Verùm etiam in fauorem mortui, ſecundùm opinionem *Bart. & Angel. in d. l. in ſumma, Alex. & Iaſ. in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog.* & in *l. eius, §. quòd ſi ſtipulatus,* vbi etiã *Paul. de Caſtr. ff. ſi cert. petat. Put. dec. 182. lib. 2.* in nouis, & 186. in antiquis, vbi ampliatur, etiam data
5 ignorantia mortis, & communem dicit *Minſyng. centur. 1. obſeruat. 85.* licèt dicat, quòd contrarium obſeruetur in Camera Imperiali, data ignorantia, quod etiam habetur ex *Guid. Pap dec. 86. nu. 2.* tamen verior eſt opinio, quòd neq; in fauorem mortui valeat, *Marant.* in ſuo *ſpecul. par. 4. diſt. 16. & 6. p. in verb. ſententia, nu. 107. Verall. d. dec. 140. p. 3. Ricc. collect. dec. 1529. Frãch. dec. 245.* vbi *Addent. Iaffred. Balb. deciſ. 27. centur. 1. Surd. d. conſ. 99. nu. 12. Reuſner. dec. 22. n. 18. lib. 2. Bernard. Greuæi ad Gayll. obſeru. 109. nu. 16.* quod fundatur ex *text. in l. de qua re, §. cùm abſentem, ff. de iudic.* quẽ *text.* tanquàm ſingularem dicit eſſe menti tenendum *Paul. de Caſtr. in d. l. in ſumma.* Traditur ratio, quia morte rei iudicium finitur, *Rubin. dec. 91.* ceſſat enim iudicium, quod conſtare debet ex tribus perſonis, Actore, Iudice, & Reo, & ſic per mortem actoris, vel rei deficit eſſentia iudicij, *Ang. conſ. 334. Alber. in l. penult. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Caſtill. d. dec. 60. nu. 5.* & pro-
6 pterea ad euitandũ nullitatẽ, cõceptio verborũ ſentẽtiæ debet fieri, cõdemnãdo Procuratorẽ in damnũ hæredum, prout de iure, & de cõſuetudine ſeruari tradidit *Franch. in d. dec. 245. in prin. Surd. d. conſ. 99. n. 5.*

Prædicta non negabantur pro parte actoris viuentis, ſed dicebatur, quòd qua-
7 tenus ſententia eſſet nulla reſpectu mortui, attamen reſpectu viuentis pro eius portione poterat exequutioni demandari, quia ſententia erat in actione perſonali, quæ ex ſui natura eſt diuiſibilis, quo caſu ſententia poteſt pro parte valere, quod probatur ex ijs, quæ tradidit *Abb. in cap. cùm inter, nu. 24. verſ. ſecundus caſus,* vbi etiam *Felin nu. 11. verſ. nec eſt nouum, de ſent. & re iudic. Ruin. conſ. 11. nu. 9. vol. 4.* qud etiam ex pluribus fundat *Gabriel. conſ. 56. nu. 14. vol. 1.*
8 vbi loquitur de ſententia lata contrà plu-



Digitized by Google

res, quorum vnus erat iam mortuus,& tandem dicebatur, punctum alias accidiſſe in S.C. vbi plures hæredes fuerunt condemnati,& quamuis reſpectu minorum fuiſſet ſententia nulla declarata, attamen reſpectu maioris fuit exequuta, vt per Gizzar. in deciſ.12.

Pro parte verò Conuentę dicebatur, quòd quàmuis ſententia poſſit pro parte valere, pro parte verò non, vt poſt alios fundat Fului.Pacian. de probat. concluſ.26.nu.39. lib.1.Gayll.obſeru.109.lib.1. Cornaz.deciſ. Luc.12.Rot.Rom.dec.33.nu.18.par.2. in nouiſſ.diuerſ.coràm Cantuccio,& in recoll. per Farinac.in poſthum.tom.2.dec.371.in fine, maximè inter diuerſas perſonas, idem Farinac.d.tom.2.dec.221.nu.3. in fin. hoc
9 intelligendum erit, quando ſententia continet capita ſeparata, iuxtà diſpoſitionem tex.in l.Cornelia pia, ff.de iur.patron.l.quadam, ff.famil.erciſc. Secùs autem, quando eſt lata ſuper eodem capitulo, vel connexo, vt voluit Bald. in l.in hoc iudicio, ff. famil. erciſc. quem ſequitur Ioan.Crott.conſ.384. n.14.vol.3.Flam.Cartar. Rot.exequ.Genua dec.39.nu.10.Gratian.diſcept.forenſ. lib.1. cap.162.nu.24.& 26. licèt enim ſumma ſit
10 diuiſibilis, tamen propter vnicam petitionem,& vnicam ſententiam videtur indiuiduum ex voluntate diſponentium, Put.dec. 323.nu.3.& 7.lib.1.gloſ.in l.etiam, §.1.ff. de leg.1. quod etiam procederet, quando ſunt plures ſummæ, & ex pluribus cauſis, quia nihilominùs ſi vnica actione comprehendantur, debet pro vna reputari, vt ex doctrina Bart. in l.ſi quis cùm ità, ff. de appellat. voluit Put.d.dec.323.n.5.quæ quidem deciſio in noua impreſſione de anno 1612.eſt deciſ.315 lib.1.Surd.conſ.99. n.4. cum ſeqq.Iacob.Schultes in addit.ad Modeſt.Piſtor.quæſt.22.nu.12.20.& 22.lib.1. quod etiam notant Doct.in l.2.C.de re iud. & Bart.Paul.de Caſtr.& Iacobin.in l.non idcircò, ff.de iudic.& idem Bart.Salycet.& alij in l.1.C.ſi aduerſ.rem iudic.et l.fin.ff. de iuriſd.omn.iud.& communem dixit Gabriel.d.conſ.56.vol.1.nu.9.vbi, quòd quandò capita non ſunt diuerſa, ſententia debet conſiderari ratione formæ, non materiæ, & propterea eſſe indiuiduam, dixit Roman.in l.1.§.penult.nu.34.ff.de verb.oblig. Rimin.iun.conſ.71.nu.4.lib.1.Burſat.conſ.219.vol. 2.n.7.& 9.& eſt text.in l.qui ſeparatim,§.1. vbi Bart.Angel.& Imol.ff.de appellat. Dicitur autem vnica,& indiuidua ſententia,
11 quando vnico verborum contextu, eademq; charta eſt prolata, quàmuis ſuper pluribus articulis, ſeu pluribus libellis, Alexan.de Neuo in rubr.extrà de appell.nu.36. quem ſequutus fuit Monter.dec.Arag.5. num.67. vbi etiam plura ad materiam, Bernar. Grenat ad Gayll.obſeru.110.ſub nu.4. lib.1. & quæ dicantur capita connexa, vel ſeparata, latè per Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent. 1.caſu 93.& propterea concludendum videbatur, ſententiam non poſſe exequi ad inſtantiam vnius ex creditoribus, qui erat viuus. Et ità fuit me referente per S.C. die 25.menſis Martij 1636.pronunciatum, declarando ſententiam nullam, etiam reſpectu viui, verùm quia non tractabatur de nullitate actorum, ſed ſententię tantùm, fuit dictum, quòd cauſa expediatur ex eiſdem actis, penès Act.Magiſtr.S.C. Io. Antonium de Litto. Nec prædictis contradicunt ea, quæ aliàs S.C.iudicauit, de quibus per Gizzar.in d.dec.12.nam in illo caſu actor egit,
12 nedùm actione perſonali contrà plures hæredes, verùm etiam egit actione hypothecaria contrà primogenitum, qui feudum poſſidebat,& quàmuis actio perſonalis ſit diuidua, vulg.l.pro hæreditarijs, C.de hæred.
13 act. attamen actio hypothecaria poteſt exerceri contrà hæredem poſſeſſorem fundi hypothecati, vt probatur in l.1.& 2. C. ſi vnus ex pluribus hæredibus, & aduertit idem Gizzarell.nu.5.qui dicit, quòd ex his S.C.quàmuis haberet pro nulla ſententiam reſpectu aliorum, tamen ordinauit, ſententiæ exequutionem pro tota quantitate cõtrà primogenitum poſſeſſorem feudi hære-
14 ditarij hypothecati. Nec etiam obſtabat conſil.Hier.Gabriel.56.nu.14.vol.1. quia eius opinio impugnatur à Laderch.in conſ. 173.vbi dicit, quòd fallitur Gabriel.& grauiſſimi Authores contrà eum ſentierunt, ſubdens, quòd quàmuis ſit Doctor acuti,& ſubtilis ingenij,& plurimæ eruditionis, tamen eſt nimis audax in veterum opinionibus conuellendis,& ſic etiam reprehenditur à Io.Bapt.Coſta de port.rata,q.137.nu. 11.vbi, quòd in tradenda doctrina non debemus paradoxizare, & licèt opinio ipſius Gabriel.approbetur à Barz.dec.Bonon.100. nu.2.& ſeq.tamen de eo non curandum, quia ſequutus fuit opinionem eius auunculi, vt ipſe idem dicit.

Vt tamen verum fatear, opinionem Ga-
15 briel mihi videtur poſſe ſuſtineri ex doctrina Paul.de Caſtr.in l.de vnoquoque, ff. de re iudic.qui ex illo text. notat, quòd ſi eſt actum contrà plures ſimul, & lata eſt ſententia contrà omnes, poteſt valere quòad quoſdam,& quòad alios non,& eum ſequuntur Bart.& alij per ipſum Gabriel.allegati,& licèt nihil dicant, quando eſt vnicum capitulum, tamen eius opinioni facilè adhæreo, in caſu, quòd omnes Conuenti
16 eſſent inſolidum obligati, tunc enim, quàuis vnus ex Conuentis tempore prolatæ ſententiæ eſſet mortuus, vel ex alijs cauſis contrà ipſum non poſſet exequi, non per hoc

Digitized by Google

hoc non poſſet ſententia exequutioni demandari contrà alios, ea ratione, quia non tractatur articulus, ſi ſententia poteſt pro parte exequi, & pro parte non, cùm inſolidum pro tota quantitate exequi poſſit cõtrà vnum ex conuentis, qui fuit in ſolidum
17 condemnatus, & ſic ſententia exequitur tota, & non in partem, & hoc caſu nullitas, quæ ſpectat ad vnum, non poteſt allegari per alium, *Aret.conſ.77.nu.6. Caſſad.deciſ.* 10.*Peſt.in tract.de manuten.obſeru.*12.*nu.* 96.*&* 104. & in his terminis eſſe intelligẽdam doctrinam *Hieron.Gabriel.* habetur ex *Cancerr.var.reſol.de ſentent.& earum exequut.lib.*3.*cap.*17.*nu.*322. vſq; ad 331. vbi deciſionem Senatus Cathaloniæ pro hac opinione refert, per quam ſententia in totum exequuta fuit contrà vnum ex correis inſolidum obligatis, vel poteſt intelligi, quando iudicium eſt cum vnica perſona, nam in ſingulo quoq; capite dicitur indiuidua, & quamuis ſummæ, vel res ſint diuerſis capitibus petitæ, dummodò vnica actio, nè omnes comprehendantur, ſententia indiuiſibilis redditur, vt ex *Nicel.in concor. gloſſ.Bar Saly.Alex.* & alijs probat *Burſ.d.cõſ.*219.*lib.*2.*n.*7.*Io.Bapt.Marcheſ.in prax. commiſſ.par.*3.§.2.*n.*53. quia ſententia licèt quòad vnum ſit nulla, quòad alium ſubſtineri poteſt, *Felin.in d.cap.cùm inter,n.*50. *in* 4.*fall.de ſent.& re iud.Caccialup.in trac. de debit.ſuſpect.q.*8.*in fin.* Et hoc eſt, quod quotidiè practicamus, & in his terminis poteſt etiam intelligi *Gizzar.d.deciſ.*12. vbi ſententia fuit executa in ſolidum contra vnum ex conuentis.

In alijs verò caſibus, in quibus ſententia non poteſt in totum exequi, ſemper cõtrarium fuit obſeruatum, ſicut in ſimili tractãt
18 DD. quando Iudex habet limitatam iuriſdictionem quòad centum, ſi proferat ſentẽtiam pro ducentũ, illa non ſubſtinetur, neq; quòad illa centum, in quibus habebat iuriſdictionem, prout diſputato articulo deciſũ fuiſſe in illo Senatu in anno 1530. tradit *Rebuff.in tract.de ſenten.prouiſ.art.*2.*gl.*4. & cõmunem dixit *Canall.pract.qq.comm. cont.com.q.*60.*&* 382. quod etiam pluribus medijs firmat *Burſ.d.conſ.*219.*vol.*2.*n.*8. cũ *ſeqq.Canc.var.reſol.d.c.*17.*tit.de ſent.& earum exequt.n.*333.*Put.d.dec.*323. aliàs *in nouis* 315. idem etiam optimè fundat *Gratian.diſcep.for e.*162.*vol.*1.*n.*18. cum plur. *ſeqq.* vbi refert deciſiones Rot.Rom. ꝑ hac opinione, & nonnulla alia corollaria affert, & quòd ſententia adiudicãs plus debito, remaneat nulla in totum, propter eius indiuiduitatem, habetur ex *Bart.in l.ſi nõ ſortem, §.ſi centum, ff.de condi.indeb.Rom.conſ.*454. *n.*12.*Rot.Rom.in recoll.* per *Farinac.tom.*1.
19 *dec.*634.*nu.*10. Sic etiam nullam dici ſententiam latam ad fauorem duorum, quorũ vnus non erat in iudicio, maximè, ſtante connnexitate cauſę, habetur ex *Caſar.de Graſſ.de ſent.& re iud.dec.*98. aliàs 5.*nu.*3. poſt *Aff.dec.*218.*n.*4.*& Dec.cõſ.*403.*n.*20. *&* 21.*Rot.Rom.* ex recoll.per *Farinac.in poſthum.tom.*1. *dec.*576.*n.*5. Diximus tamen, quòd iterùm procedatur ad expeditionem cauſæ ex eiſdem actis, quia, non tẽpore compilationis proceſſus, ſed tempore prolationis ſentẽtiæ vnus ex actoribus, humanis ceſſerat, prout etiam fuiſſe obſeruatũ in S.C. refert *Franch d.dec.*245. idem dixit *Peregr.de iur.Fiſc.lib.*7.*tit.*4.*n.*7. & in facti contingentia reſpondit *Hond.conſ.*19.*vol.*1. ſub *nu.*32. & eum ſequitur *Bernard.Greuęi ad Gayl.d.concl.*109.*conſid.*1.*nu.*4.*& nu.*3.
20 ponit practicam proferendi ſententiam, quando poſt concluſum, principalis moritur, ſcilicèt, quòd poſſit ipſa proferri contra Procuratorem, iam Dominũ litis effectũ, in damnum hæredum, quod quotidiè obſeruatur; nam mortuo principali, interponi ſolet decretum, vt procedatur cum Procuratore, cum quo fuit conteſtata lis, in damnum hæredum, & demùm profertur ſententia contra Procuratorem, modo ſupradicto, ad quod etiam videndus eſt *Surd. d.conſ.*99.*n.*22.*vol.*1.

# OBSERVATIO In Deciſione LXXXIII.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contrà mortuum eſt nulla ipſo iure. ſic etiam ſi ſit lata in beneficiũ mortui, n.*3.

2 *Sententia quomodò ſit proferenda, quando reus eſt mortuus.*

4 *Sententia eſt nulla reſpectu omnium, quãdo vnus ex actoribus eſt mortuus ante prolationem ſententiæ, ſed compilato proceſſu, & ſic facta concluſione in cauſa de ratione, n.*5. *contrarium, n.*6. *ſed prima opinio eſt verior, vt num.*7.*&* 10.*& ità deciſum adducitur, nu.*11.

8 D.Præſ.Merlin. c.23.nu.16.cent.2.controu. forenſ.*confutatur, & n.*9.

*Sententia, & concluſio in cauſa an æquiparentur, d.n.*8.

9 Text.in cap.diſpendia, §.reus quoq; de reſcript.in 6.*an ſit correctus, ſiuè declaratus per* text.in clem.ſępè, de verb.ſignif.

1 VEra eſt concluſio, de qua D.meus *hic, n.*2. quòd ſententia lata contrà mortuum eſt nulla, ex iuribus, & *DD.* adductis, quam ſententiam confirmat *D.Andreol.* alia iura, & *DD.*

Digitized by Google

*DD.* adducens, *controu.*30. ſub *nu.*4. *lib.*1.
*controu.forenſ.* immò dicitur ipſo iure nul-
la, vt tradit D. meus *conſult.*113. *nu.*9. *lib.*2.
ipſoq; & alijs relatis probat D. *Pratus c.*29.
*nu.*2. *& c.*30. *n.*25. *lib.*1. *diſcept.forenſ.* poſt
*Maſtrill. dec.*137. *n.*1. latè *D. Carena reſol.*
87. *nu.*16. *&* 17. *pract.reſol.* duabus nempè
rationibus adductis per D. meum *hic, nu.*5.
circà *fin.* tribus autem fundat *D. Pratus d.*
2 *cap.*29. *nu.*6.7. *&* 8. & propterea ad euitan-
dam nullitatem, ſententia eſt proferenda
contrà Procuratorem, in damnum hære-
dum, iuxtà praxim traditam per *D. de Frã-
chis dec.*245. *in princ.* ſequitur D. meus *n.*6.
& nouiſſimè *D. Pratus d. cap.*30. *nu.*82. *&*
83. quæ principalis concluſio procedit, vt
3 nec etiam in fauorem mortui ſententia va-
leat, vt contrarijs reiectis docent D. meus
*nu.*4. ac *D. Pratus d. cap.*29. *nu.*9. *& d. c.*30.
*n.*70. vbi D. meum, & alios ad hoc citat.
Difficultas tamen in caſu huius deciſio-
4 nis fuit, an eſſet valida ſententia reſpectu
actoris viuentis, licèt eſſet nulla reſpectu
alterius actoris mortui, vt colligitur ex *n.*7.
quia tamen ſententia erat vnica, & indiui-
dua, ideò fuit deciſum, ſententiam non poſ-
ſe exequi ad inſtantiam viuentis, & declara-
tum, ſententiam eſſe nullam, etiam reſpectu
viuentis, verùm fuit ordinatum, quòd ite-
rùm expediatur cauſa ex eiſdem actis, vt re-
5 fert ſub *num.*11. ea ratione, quam adduxit
ſub *nu.*19. quia actor obijt poſt compilatio-
nem proceſſus, & ſic tempore prolationis
ſententiæ, prout etiam aliàs obſeruatum
tradit ex *D. de Franch. d. dec.*245.
6 Contrarium tamen, vt valida ſit ſenten-
tia contrà mortuum lata poſt concluſum
in cauſa, ſubſtinet D. *Praſ. Merlin. cap.*23.
*nu.*16. *cent.*2. *controu. forenſ.* ad quod alle-
gat *Maſtrill. d. dec.*137. *nu.*19. *verſ. Conſi-*
7 *ſtorium*, alijſq; medijs comprobat. Ego au-
tem puto, non eſſe diſcedendum ab opinio-
ne D. mei, nedùm *Doctorum*, ſed etiam
8 rerum iudicatarum authoritate fulcita, opi-
nio nàmq; *D. Merlin.* fundatur ex traditis
per *Maſtrill.* vt ſcilicèt ſententia, & cõclu-
ſio in cauſa æquiparentur, quod etiam ha-
betur ex *D. de Franch. dec.*286. *nu.*4. Ve-
rùm hæc traditio non eſt perpetua, non
enim concluſio ex toto ſententiæ æquipa-
ratur, vt egregiè tradit *D. de Franch. ibid.*
*nu.*8. quem ſequitur *D. Conſil. Carleu. tom.*
2. *lib.*1. *tit.*2. *diſput.*7. ſub *nu.*5. ſiquidèm ex
*Alex* quem allegat in *l.*3. §. *ſi ſeruus, ff. de
acquir poſſeſſ.* dicit, id procedere, ad hoc, vt
non poſſit cognoſci per Iudicem ſuper
alijs producendis, non autem in alijs, quod
ſatis comprobatur, nàm facta concluſione
in cauſa, iudicium adhùc pendet, *Affl. deciſ.*
352. *verſ. in contrarium*, vt enim *D. de
Franch. ibid.* refert, remanet faciendum id,
quod terminat iudicium, ſcilicèt proferre
ſententiam; at quando eſt lata ſententia, iu-
dicium eſt finitum, & nil remanet agẽdum,
9 niſi, ſententiam exequutioni demandare,
neq; tuta eſt traditio *D. Merlin.* quam de-
ſumit ex *cap. diſpendia*, §. *reus quoq; de re-
ſcript. in* 6. vt conuentio duret vſq; ad ſen-
tentiam, nàm, vt *D. Carleu.* vbi ſupr. obſer-
uat, explicatio *d.* §. *reus quoq;* eſt multum
cõtrouerſa, refert enim ex aliorum placitis,
*text.* illum eſſe correctum, ſeù declaratum
per *text. in clem. ſæpè*, §. *verum, de verb. ſi-
gnif.* & ſic firma remanet concluſio, ac de-
10 ciſio ſuprà relata, quòd ſententia lata, tàm
ad fauorem, quàm cõtrà mortuum, ſit nul-
la, etiam quòd mors euenerit poſt conclu-
11 ſum in cauſa, & ità fuit deciſum in M.C.V.
* ad relationem D. Iudicis *Aloyſij Capycij
Piſcicelli*, viri ſatis benemeriti, docti, ac mo-
rum ſuauiſſimi, in cauſa Caroli de Orlando
cum Io. Baptiſta Iannigro, ſub die 18. Ia-
nuarij 1631. in Banca Baſilis, condemnatis
nàmq; dicto Io. Baptiſta, ac Bernardino Ian-
nigro ad reddendum computa tutelæ,
tranſactoq; dicto decreto in rem iudica-
tàm, fuit per d. Io. Baptiſtam dictũ de nulli-
tate, eò, quòd poſt concluſum in cauſa, pau-
cis diebus antè interpoſitionem dicti de-
creti, dictus Io. Bernardinus erat mortuus,
& propterea per dictam M.C. fuit deciſum,
* nullitates obſtare, à quo decreto cùm fuiſ-
ſet appellatum per dictum Carolum, facto
verbo in S.C. per dictam M.C. ſub die 18.
Martij 1631. fuit confirmatum decretum
prædictum M.C.V. *M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Hæreditas non adita, an, & quã-do tranſmittatur ad hæredes.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæreditas non adita, regularitèr non tranſ-
mittitur.*
*Amplia, nedùm in hæreditate extranei, ſed
etiam alterius filij, n.*3.
*Item, ſiuè in matre, ſiuè in patre illa conſi-
deretur, nu.*4.
*Limita, quòad legitimam, n.*5.
2 *Hæres dicitur ſub conditione inſtitutus, ſi
hæreditatem adierit.*
6 *Filius ex potentia ſuitatis, hæreditatem, li-
cèt non aditam, tranſmittit, nedùm ad fi-
lios, verùm ad cęteros deſcendentes.*
*Item, etiam ad extraneos, n.*7.
*Amplia, ſiuè nouerit, ſiuè ignorauerit, hæ-
reditatem ſibi fuiſſe delatam, n.*8.
*Sed intellige, vt n.*9.

*Am-*

Digitized by Google

*Amplia, etiamſi tempore mortis patris odio illius in poteſtate non eſſet, nu.* 10.

*Item amplia, nedùm in hæreditate aſcendentium, verùm in hæreditate fraterna, ex teſtamento patris delata, num.* 13.

*Item amplia, etiam in præiudicium aliorum filiorum teſtatoris, num.* 14.

*Item, etiam cum poteſtate excludendi fæminas, vigore ſtatuti, nu.* 15.

11 *Legalis emancipatio, ius patriæ poteſtatis non tollit quoad commodum filij.*

12 *Filius, qui pro emancipato habetur, etiam ex coniugio facto cum voluntate patris, hæreditatem ſibi à patre delatam, iure ſuitatis tranſmittere non poteſt.*

16 *Filius ex potentia ſuitatis, hæreditatem ſibi delatam, tanquàm aditam, & non adeundam tranſmittit.*

17 *Filius, tranſuerſalium hæreditatem aditã non tranſmittit.*

18 Diſpoſitio l. vnicæ, §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll. *non procedit in extraneis.*

19 *Succeſſorium edictum non habet locum in ſuitate.*

20 *Filius licèt non ſit in poteſtate, hæreditatem non aditam ad eius filios tranſmittit.*

*Intellige, iure ſanguinis, num.* 21.

*Amplia, ſiuè nouerit, ſiuè ignorauerit, ſibi hæreditatem fuiſſe delatam, num.* 22.

*Limita, reſpectu aſcendentium, num.* 23.

*Deciſio in cauſa, num.* 24.

# Deciſio LXXXIV.

Roſa, & Mutius Mazoli tanquàm filij Ioannis prætendebant hæreditatẽ Donati, & Santoli Mazoli, dicti Io. patruorum, ex quo tempore eorũ mortis Leonardus auus dictæ Roſæ, & Mutii, & frater dictorum Donati, & Santoli, erat præmortuus, ſuperſtite ipſo Io. eorum patre, & alio Leonardo nepote ex fratre vtrinquè coniuncto.

Dicebant Conuenti, quòd ipſis actoribus nullum ius competebat, ex quo Io. eorum pater nunquàm hæreditatem prædictam adierat, & hæreditas non adita, non
1 potuit ad dictos eius filios tranſmitti, vulgata *l. vnica, §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll. l. quoniam ſororem, C. de iur. delib. l. ventre, ff. de acquir. hæred. Gratian. tom.* 1. *diſcept. for. cap.* 78. *nu.* 14. *& Farinac. dec.* 653. *n.* 7. *par.* 1. cùm hæres antè aditam hæreditatem nullum ius habeat in ea, *l. ſi ſeruus hæreditarius, ff. de ſtipul. ſeru.* & ideò non poteſt transmittere, quod non habet, *l. nemo plus,*
2 *ff. de reg. iur.* eſt etiam alia ratio, nàm cùm teſtator cenſeatur relinquere hęreditatem, ſub ea conditione, ſi hæredes eam in vita adierint, argum. *l.* 3. *ff. de g.* 1. illis non adeũtibus, deficit conditio, & ſic totum ius hæreditarium reſoluitur, ob quod ad hæredis hæredes non tranſmittitur, ſed venientibus ab inteſtato, vel aliis cohæredibus, iure accreſcendi, vt latè per *Gutierr. in l. vnic. nu.* 3. *C. quand. non petent. par.* & ſequitur *Cancer. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 21. *nu.* 3.
3 & hoc indiſtinctè procedit, nedùm in hæreditate extranei, verùm etiam, ſi ageretur de hæreditate alterius filij, nàm ea non adita, non trãſmittitur, vt in matre tradit *Paul. de Caſtr. in conſ.* 304. *n.* 5. *in fin. verſ. ex his relinquitur, vol.* 1. & ſequitur *Corn. conſ.* 1. *col.* 2. *verſ. quia non præſupponitur, volu.* 2. *Socin. in l. qui duos, §. cùm in bello, num.* 1. *ff. de reb. dub. Thob. Non. conſ.* 42. *in fin. Fab. de Ann. conſ.* 1. *n.* 20. cum *ſeq. Manent. conſ.* 117. *per tot.* poſt ſuas deciſiones, & in pa-
4 tre voluit *Bar. in l. ſi infanti, nu.* 5. *C. de iur. delib.* vbi ità in facti cõtingẽtia ſe tenuiſſe, & iudicaſſe teſtatur, & ſequitur *Bald. ibi,* ex
5 eo, quia in patre aditio requiritur, quod pro abſoluto firmant *Cuman. conſ.* 111. *n.* 2. *Cucchus de legit. fol.* 99. *nu.* 1. cum alijs per *Surd. conſ.* 341. *nu.* 16. cuius etiam ſententię fuerunt *Caſher. in conſ.* 13. *num.* 19. *& ſeq. Grauett. conſ.* 36. *nu.* 4. *& Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 42. quicquid alitèr hinc indè ſentiant reſpectu legitimæ *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 9. *n.* 10. *& ſeq.* ac *Manent. conſ.* 117. poſt ſuas deciſiones.

Replicabatur tamen pro actoribus, quòd
6 ipſi erant filii Io. & ex potentia ſuitatis, hęreditas, licèt non adita, tranſmittitur, nedùm ad filios, ſed etiam ad cæteros deſcendentes, *l. vnic. C. de his, qui ant. aper. tab.* quam legem *Theodoſianam* vocat *Imperator in d. l. vnic. §. in nouiſſimo,* immò etiam
7 ad quoſcunquè hęredes, etiam extraneos, *gl. fin. in l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. hæred. Bar. in d. l. ventre, ff. de acquir. hæred.* & in *l.* 3. *C. de iur. delib.* vbi communitèr *DD. Dec. conſ.* 245. 250. *&* 331. *nu.* 5. *Ruin. conſ.* 88. *nu.* 10. *vol.* 2. *& conſ.* 161. *nu.* 4. *&* 7. *vol.* 3. *Socin. iun. conſ.* 119. *nu.* 14. *& ſeq. vol.* 1. *Durant. de arte teſtan. tit.* 11. *caut.* 1. *nu.* 3. *Gomez. var. reſol. tit. de tranſmiſſ. hæred. cap.* 9. *nu.* 10. de cõmuni teſtatur *Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 21. *nu.* 266. latè *Aſcan. Clement. de patria poteſt. effect.* 13. *nu.* 3. *Menoch. conſ.* 1. *nu.* 491. *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 1. *q.* 24. *art.* 1. *nu.* 4. *& ſeq. Fab. de Ann. conſ.* 1. *nu.* 5. *& ſeq. Vinc. de Franch. dec.* 32. *nu.* 1. *&* 2. *Surd. deciſ.* 138. *nu.* 9. & ibi *Hodiern. in addit. Paſchal. de virib. patr. poteſt. d. par.* 4. *cap.* 1. *n.* 39. *Noal. de tranſmiſſ. cap.* 8. *nu.* 17. *&* Cancer. *lib.* 3.
8 *var. reſol. cap.* 21. *n.* 4. vbi de communi, ſiuè nouerint, ſiuè ignorauerint, hæreditatem ipſis fuiſſe delatam, *d. l. apud hoſtes, & l. ex militari, §. fin.* ſecundùm *Bart. ff. de milit. teſtam.*

*teſtam.* cum alijs per *Caſſan.in Conſuetud. Burgun.rubr.*7 §.10.vbi ſupradictam opinionem,decem,& octo modis ampliat.

Fuit tamen replicatum, concluſionem,
9 quòd hæreditas non adita,ad hæredes ſuos tranſmittatur,procedere, quandò agitur de ſucceſſione patris,vel aui,quo caſu,ad hoc, vt ſuus dicatur, & hæreditas non adita ad eos deferatur, duo copulatiuè deſiderantur. Primò,quòd nemo illum præcedat in gradu,§.*ſin autem,Inſt.de hæred.qualit.& differ.* Secundò, quòd ſit in poteſtate illius morientis,de cuius ſucceſſione agitur,*l.lege Cornelia,in fin.ff.de teſtam.* & habetur in *d.§ ſin autem*,& in §.*emancipati,Inſt.de hæredit.quæ ab inteſt.defer.*quicquid alitèr ſentiat *Barbat.in rubr.de pecul.cleric.*quem refert,& ſequitur *Caſſan.in d.§.10.in 1.am-*
10 *pliat.* dicens,id locum habere, licèt filius tempore mortis patris non ſit in eius poteſtate,ſed extrà,odio illius,quodq; etiam anteà videtur firmaſſe *Bald. in d.l.apud hoſtes,in fin.* dùm ait,canonicam,& legalem emancipationem non tollere ius patriæ po-
11 teſtatis,quòad commodum filij,ſed tãtùm quòad damnum,& incommodum, cũ contrarium, & indiſtinctè in hac facti ſpecie acertimè tueatur *Cancer.d.lib.3. var.reſol. cap.21.nu.20.& ſeq.*dicens,quòd filius,qui habetur pro emancipato ex cõiugio facto, etiam ex voluntate patris,non poteſt hære-
12 ditatem ſibi à patre delatam iure ſuitatis tranſmittere,reſpondendo *Baldo*,& alijs,in contrarium allegatis,vt etiam reſoluit *lib.1. c.1.n.14.*& ex communi contra cõmunem fundat *Caual.pract quaſt.q.627.*Et hoc lo-
13 cũ obtinet,nedùm in hęreditate aſcendentium ,verùm etiam in hæreditate fraterna, ex teſtamento patris delata,*Ang.in d l.quoniam ſorore,C.de iur.delib.* etiam in præiudicium,& excluſionem aliorũ filiorũ te-
14 ſtatoris,nàm ſuus hæres, ex potentia ſuitatis hæreditatem tranſmittit ad quoſcunquè hæredes, etiam extraneos, alijs ipſius teſtatoris filijs excluſis, vt de magis communi ſententia poſt *Bart.*& alios teſtantur *Craſſ.in §.tranſmiſſio,q.24.nu.2.& Vaſq.de ſucceſſ. creat. d.§.21.nu.268.* & nouiſſimè *Nicol.Noal.* qui plenè materiam explicat, *de tranſmiſſ.d.caſu* 8.*n.*30. etiam cum po-
15 teſtate excludendi fœminas,vigore ſtatuti, ità *Cyn.in l.1.C.de adult.* cuius opinionem ſequutum fuit S.C. apud *Vinc. de Franch. in dec.32.nu.9.in fin.* Quod etiam admiſerunt *Molfeſ.ad Conſuet.Neapol.p.4.q.32. Paſchal.de virib.patr.poteſt. d.par.4. cap.1. nu.40. & Surd.dec.138.nu.18. & ſeq.* vbi
16 tanquam aditam, & non adeundam tranſmitti voluit, quicquid nonnulli alitèr ſentierint,& ſequitur *Mart.de ſucceſſ.legal.d. p.1.q.24.art.1.n.8.*

Quod tamen locum non habet, quandò
17 agitur de ſucceſſione tranſuerſali,veluti de fratre,vel ſorore,vt plenè probat *text. in d.l.quoniàm ſorore*, C. *de iur.delib.*vbi *gloſ.*
18 *in verb.ſuus*, quia fauor, & ratio *l.vnica* non procedit in extraneis,vt *ibi* notat *Salyc.nu.3.& Imol.in d.l. ventre*, ſub *nu.19. verſ.item ſecundò,ff de acquir. hæredit.& Bald. num.11.Manent.in d.conſ.117.nu.6.*
19 poſt ſuas deciſiones,licèt in ſuitate non habeat locum ſucceſſorium edictum,*Bart. in l.qui ſe patris,nu.7.C.vndè liberi.* Quòd autem diximus,quòd ad hoc,vt poſſit fieri tranſmiſſio hæreditatis,requiratur,vt ſit in poteſtate illius, de cuius ſucceſſione agitur,intelligitur,vt tranſmiſſio operetur in beneficium hæredum extraneorum; nàm reſpectu filiorum,& deſcendentium, in eo-
20 rum beneficium hæreditas parentum, vel alterius aſcendentis tranſmittitur,quàmuis non eſſent in poteſtate,ex beneficio *d.l.vnica,C.de his,qui ant.apert.tab.*non ex poten-
21 tia ſuitatis, ſed iure ſanguinis,vt etiam firmarunt *Mart.de ſucceſſ.legal.d.art.1.nu.4. & ſeq.Paſchal.d.cap.1.n.41.*& hoc indiſtin-
22 ctè, ſiuè nouerint,ſiuè ignorauerint, ipſis hæreditatem delatam fuiſſe, tradit *Cancer.d.lib.3.d.cap.21.nu.6.*Quod tamen non
23 habet locum in beneficium aſcẽdentium, *Bart.in d.l.vnic.nu.3.* latè *Noal.loco* citato,
24 *nu.82.* Quibus plenè diſcuſſis in S.C. in articulo reſtitutionis in integrum petitæ pro parte Roſæ,& Mutij Mazoli, fuerunt à dicta reſtitutione excluſi,& dictum, non eſſe deferendum,ad relationem M.C.V. in Banca Franciſci de Anaſtaſio.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæreditas non adita,regularitèr non tranſmittitur,intellige in ſucceſſione tranſuerſalium ,nu.2.ſecùs in hæreditate aſcendentium,nu.3.& ex quibus cauſis,nu.4.& quando facto tertij quis fuit impeditus,ſub nu.5.*

5 *Hæreditas quando tranſmittatur ex capite iuris deliberandi.*

6 *Aditio hæreditatis ſolo animo acquiritur,& per actus poſitiuos,quando agitur de hæredibus extraneis,& ex quibus probetur, num.8.*

7 *Voluntas, vel verbis, vel factis declarari poteſt.*

9 *Portio hæreditatis non adita, an accreſcat per ius accreſcendi ad aliam portionem, vel ad perſonam.*

Re-

1 Regularitèr hæreditas non adita non tranſmittitur, *l. ſi ex pluribus, in princ. ff. de ſuis, & legit. l. vnic. §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll.* ſic etiam probat D. meus, qui alia iura etiam adducit *hic, nu. 1.* & tradunt *D. de Franch. dec.* 101. *nu.* 24. cum *ſeqq. Rot. Rom.* apud *Farinac. dec.* 52. *nu.* 5. *dec.* 53. *nu.* 2. & *dec.* 64. *nu.* 39. poſt *Repert. de vltim. volunt.*
2 idquè procedit in ſucceſſione tranſuerſalium, vt habetur ex D. meo *nu.* 17. & *Rota d. deciſ.* 53. *nu.* 4. non tamen regula prædi-
3 cta locum ſibi vendicat in hæreditate aſcẽdentium, ea enim, quàmuis non adita, trãſmittitur, vt ex *l. vnic. C. de his, qui antè apert. tab.* tradit D. meus *n.* 6. & *conſult.* 84. *nu.* 15. *lib.* 2. poſt *Gayll. obſeru.* 131. *num.* 5. *lib.* 2. ſequitur *Rota d. dec.* 53. *nu.* 3. nedùm
4 iure ſuitatis, vt per *Giouagnon. conſ.* 70. *nu.* 12. *lib.* 1. *Bellon. in tract. de iure ſuit. nu.* 54. *D. Boctilier.* qui alios adducit in *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.* 1. *theorem.* 2. *nu.* 41. ſed etiam iure ſanguinis, & ex capite iuris deliberandi. *Angel. conſ.* 81. *nu.* 1. *verſ. ſolùm hoc autem, Rota d. dec.* 64. *nu.* 40. *D. Boctilier. d. nu.* 41. & 42. vbi D. meum *hic* inter alios citat.
5 Quando tamen tranſmittitur ex capite iuris deliberandi, tria concurrere debent. Primum, quòd tranſmittens ſciat, ſibi delatam hæreditatem. Secundum, quòd decedat intrà annum. Tertium, quòd prætendẽs tranſmiſſionem, adierit intrà reſiduum anni, vt probatur in *l. cùm in antiquioribus,* vbi *Alex. nu.* 5. *verſ. item nota ff. de iur. delib. Gomez. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 50. & 51. *verſ. aliquandò,* aliijq; quos ſequens adducit *Rota ibid. nu.* 41. Item tranſmittitur,
4 quando facto tertij impeditus fuit, vt per *Giouagn. d. conſ.* 70. *n.* 7. 8. 38. 39. & 41.
6 Aditio autem hæreditatis, ſola animi deliberatione acquiritur, vt probat D. meus *dec.* 8. de quo animo conſtare debet per actus poſitiuos, quando non ſumus in ſuis, ſed in extraneis hæredibus, *Menoch. præſumpt.* 99. à *nu.* 6. *D. Thorus voto* 70. *nu.* 20.
7 & ſic, vel verbis, vel factis voluntas declarari poteſt, *l. reprehendenda,* vbi *DD. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Paulus reſpondit, ff. rem
8 rat. hab.* ideòq; aditio probatur ex verbis enunciatiuis, *Rota d. dec.* 52. *nu.* 6. & *dec.* 64. *num.* 43. ex conſtitutione Procuratoris ad adeundam hæreditatem, *D. de Franch. dec.* 60. *nu.* 5. *Rota d. dec.* 52. *nu.* 6. & *dec.* 53. *n.* 5. 8. & 15. ex contractu inito ſuper re hæreditaria, *Rota d. dec.* 64. *nu.* 44. *Ludouiſ. dec.* 98. *nu.* 3. ex exactione nominum debitorum, *l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. Niger Cyriac. controu.* 244. *nu.* 12. *lib.* 2. ex retentione bonorum hæreditariorum, *Maranta in l. is poteſt, nu.* 57. *ff. de acquir. hæred.* ex ſolutione debiti hæreditarij, *l.* 2. *C. de iur. delib. Ludouiſ.* vbi ſupr. *n.* 5. ac pe ſolutionem legatorum, *Cocein. deciſ.* 168
9 *nu.* 1. *Maranta* vbi ſupr. *nu.* 74. Portio autem hæreditatis non aditæ an accreſcat per ius accreſcendi ad aliam portionem, an autem ad perſonam, latè agit *Dom. Præſ. Merlin. cap.* 32. *n.* 13. *cent.* 1. *controu. forenſ.*

*M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Iudex alterius Iudicis an dicatur ſuſpectus. Et nùnquid cauſa ſuſpitionis dicatur ardua. Et an literæ miſſæ infrà terminum ſuſpitionis inducant conſenſum, adeò vt Iudex vti ſuſpectus remoueri non poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſuſpitionis, vbi non poteſt abſquè ſcandalo probari, poteſt Superior extraiudicialitèr de capitibus ſuſpitionis ſe informare, & mandare, vt Iudex non interueniat.*

2 *Iudex alterius Iudicis ſuſpectus dicitur. Sed intellige, vbi cauſa eſſet ardua, nu.* 4. *&* 11.

3 *Iudex vti ſuſpectus recuſari non poteſt, ſi infrà terminum recuſationis quis in eum conſenſerit.*

5 *Cauſa ardua, quæ nàm ſit, arbitrio Iudicis relinquitur, & n.* 11.

6 Specul. in tit. de Iudic. deleg. §. ſupereſt, n. 5. *declaratur.*

7 *Cauſa ſuſpitionis Iudicis ardua dicitur, & quando, n.* 15.

8 *Iudex ex recuſatione indignatur, & iniuria afficitur.*

9 *Iudex alterius Iudicis, in cauſa ſuſpitionis votare non poteſt.*

10 *Iudex recuſari poteſt, quàmuis cauſa fuerit antiqua, vbi conſtaret, cauſam ſuſpitionis de nouo emerſiſſe.*

12 *Cauſa ſuſpitionis non dicitur cauſa Iudicis recuſantis, ſed inter partes.*

13 *Iudex recuſatus, non poteſt à ſententia recuſationis appellare.*

14 *Limita, vbi ex recuſatione amitteret ſalarium.*

15 *Deciſio cauſæ traditur.*



Digitized by Google

# Deciſio LXXXV.

PRopoſita per Illuſtr. Principiſſam Caſpuli, & Conchæ recuſatione in perſonam cuiuſdam Reg. Cōſiliar. Illuſtriſs. & Excellentiſſimo Comiti Montis Regij, & Fuentes, huius Regni Proregi, prætendebat, eſſe remouendum, ordine eiuſdem Proregis, non illam, iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ formitèr vnà cum depoſito proponendo in S.C. quotieſcunq;
1 enim cauſæ ſuſpitionis non poſſunt probari, abſq; ſcandalo, poteſt Superior extraiudicialitèr de capitibus ſuſpitionis ſe informare, & mandare, vt Iudex non interueniat, ſicut fundat *Giurba in dec.* 48. qui dixit, pluriès hoc fuiſſe ſeruatum in Regno Siciliæ Vltrà Farum, quod tamen erit à Principibus magnoperè aduertendum, ob litigantium verſutias, qui prædictas ſuſpitiones proponere ſolent, vt Iudices doctiſſimi, & probi Viri in eorum cauſis non interueniant, vt aduertit *Caſtill. dec.* 75. *in addit. tom.* 1. & hoc etiam fuit pluriès practicatum in hoc Regno, vbi cum conſilio, & voto Collat. Conſil. cum aliquali extraiudiciali informatione fuit in dictis caſibus per D D. Proreges ordinatum, vt non interueniant. Cùmq; in occurrenti caſu idem Excellentiſs. Prorex remiſiſſet hoc negotium Reg. Collat. Conſil. eadem Illuſt. Principiſſa Caſpuli porrexit preces eidem Proregi, prætendendo, non poſſe in conſultatione prædicta facienda per Collat. Conſil. interuenire Illuſtr. Marchionem Campi, Regentem Enriquez, quia Illuſtr. Marchioniſſa eius vxor habebat litem in S.R.C. in qua vti vnus ex Iudicibus votabat idem Reg. Conſil. quem recuſare prætendebat, ad quod allegabantur *Rebuff. in tit. de recuſat. art.* 9. *nu.* 34. *& Specul. in tit. de iudic. delegat.* §. *ſupereſt, nu.* 5. qui inter alias
2 cauſas ſuſpitionis enumerant, quando vnus Iudex eſſet Iudex alterius, & *Hoſtienſ. in ſumm. in tit de recuſat. Iudic. deleg. nu.* 3. dicit, quòd Magiſter ſuus vocabat tales Iudices, taxionarios, hoc eſt, quòd inter ipſos ſit taxatum, & conuentum, qualitèr vnus in cauſa alterius procedere debeat, quaſi dicant, *bona me la fai, & bona te la faccio*, & ideò idem *Specul.* cauſam prædictam ſexto loco inter cauſas ſuſpitionis enumerat, & iuſtiſſimam eſſe recuſationis tradit, & inter cauſas ſuſpitionis, hanc etiam enumerat *Steph. Aufrer. in tit. de recuſ. teſt. n.* 11.

Ex aduerſo dicebatur. Primo, Illuſt. Principiſſam non valere ampliùs recuſationem proponere; quia iàm in Iudicem conſenſerat, ad quod ponderabatur, dictam Principiſſam ſcripſiſſe literas, ſeù chirographum, quod viglietum vocant, eidem D. Regenti circa hanc ſuſpitionis materiam, & quāuis per *Reg. Pragm.* ſit terminus ſtatutus ad Iudicem recuſandum, & in facto conſtabat, fuiſſe in termino propoſitam, tamen hoc debet intelligi, quando pendente termino non conſenſiſſet in Iudicem, quamuis enim de iure ſit terminus præfixus ad
3 recuſationem proponēdam, attamen ſi infrà terminum in Iudicem conſenſit, non valet ampliùs, illum recuſare, ità *Specul. in tit. de recuſ.* §. 3. *n.* 3.

Secundò dicebatur, quòd quando fuiſſet in termino propoſito, nec in Iudicem cōſenſiſſet, doctrina *Rebuffi*, & aliorum erat intelligenda, non in cauſis ſuſpitionum, ſed in cauſis grauibus, tantò magis, quòd cauſa
4 recuſationis non eſt cauſa ipſius Miniſtri recuſati, ſed agitur inter partes litigantes, ad quod allegabatur doctrina *Io. Andr. in addit. ad Specul in d.* §. *ſupereſt, nu.* 5. *in tit. de Iudic. delegat.* qui refert doctrinam *Vberti de Bobio*, quòd illa regula, vt Iudex non poſſit interuenire in cauſa, quando eſſent Iudices adinuicem, intelligitur in
5 cauſis arduis, quæ autem ſit cauſa ardua, habetur ex *Menoch. de arbit. iud. caſ.* 205. qui dicit, Iudicis arbitrio eſſe relinquendum.

Verùm pro parte prædictæ Illuſtr. recuſatis replicabatur ad prædicta. Primò, quòd nullo modo poterat cōſenſus allegari, cùm ex actibus extraiudicialibus non poſſit cōſenſus fundari, dicebatur etiam, quòd ei nō erat notum, prædictum Reg. Conſil. interuenire, vti vnum ex Iudicibus in cauſa Ill. Marchioniſſæ Campi, tantò magis, quia nō erat de Aulis, vbi cauſa tractabatur, nec ſcientia aliqua erat præſumenda de rebus ad forum verſantibus, & maximè, quia mulier, & clauſa in Monaſterio, ſeù Conſeruatorio, vbi commorabatur, & quamuis per *Reg. Pragm.* elapſo termino ad proponendum cauſas ſuſpitionis, præcludatur via ampliùs recuſandi, etiam, quòd aſſeratur, de nouo cauſam ad eius notitiam perueniſſe, hoc eſt intelligendum, quando tempus à lege præfinitum, eſt iàm elapſum, ſecùs
6 autem, quandò infrà tempus, & ità eſt intelligenda doctrina *Speculat.* quò verò ad cauſam arduam dicebatur, ſatis arduam, arbitrio Iudicis eſſe arbitrandam cauſam
7 ſuſpitionis. Iudex .n. ſolet ex recuſatione indignari, ad *text. in c. ſuſpitionis, de offic.*
8 *deleg.* & certo modo ex recuſatione afficitur iniuria, *l. ſi litigatores, ff. de recept. arbitr. & c. ſuſpitionis, extrà de offic. deleg.* & quod vnus etiam in cauſa ſuſpitionis non poſſit
9 in cauſa alterius votare, allegabatur vltimo loco deciſio in terminis Senatus Aragoniæ, relata per *Seſe in dec.* 41. Diſcuſſa hac cauſa in Collaterali Conſil. ad relationem Illuſtr. do-

doctiſſimi,& omnium virtutum genere ornati Regentis Caroli de Tapia,Marchionis Belmontis,vnà cum doctiſſimis, & ornatiſſimis Regijs Conſiliarijs Didaco Bernardo Zufia,nunc in Supremo Italię Conſilio Regente,ac D.Ferdinando Ezguerra,nunc in Regno Siciliæ Vltrà Farum Conſultore, ac etiam Me vti adiunctis,de ordine eiuſdem Proregis,quoàd primum articulum fuit per omnes,abſq; vllo ſcrupulo votatum,potuiſſe cauſam ſuſpitionis proponi,non obſtantibus prætenſis literis,ſeù viglietto,ex quibus prætendebatur conſenſus, fuit enim habitum pro vero,quòd fuerat in tempore propoſita, & quòd nullus conſenſus ex eo arguebatur,nec poterat Illuſtr.Principiſſa ſcire,quòd in cauſa Ill.Marchioniſſæ Campi votabat dictus Reg.Conſil.cùm neq; nobis tribus Conſiliarijs, qui vnaquaquè die in S.C.ſtamus,hoc erat notum, immò nec D.Ferdinandus Ezguerra, qui etiam vti vnus ex votantibus in cauſa prædicta interueniebat,hoc ſciebat,Hinc dixit *Caſtill. in addit.ad dec.6.*quòd in praxi vidit ſerua-
10 tum,quòd admittatur recuſatio, quàmuis cauſa fuerit antiqua, quando conſtat Iudici, quòd cauſa de nouo peruenit ad notitiam recuſantis.

Quò verò ad ſecundum caput, vnus ex Dominis dubitauit de doctrina *Io.Andreæ, Rebuffi,Speculat.*& aliorum,qui doctrinam *Vberti de Bobio* intellexerunt in cauſis ar-
11 duis,& dicebat,potiùs eſſe intelligendam in omnibus cauſis, & quatènus eſſet temperanda in cauſis arduis, hoc intelligi debere,quando cauſa Iudicis votantis, in qua recuſatus eſſet Iudex,eſſet ardua,tunc enim etiam quælibet minima cauſa reſpectu illius deberet eum remouere, credendum eſt enim,Iudicem velle in omnibus Iudici recuſato complacere, ,vt ſibi beneuolum faceret,alius verò ex Dominis dixit, cau-
12 ſam ſuſpitionis non eſſe cauſam reſpectu Iudicis recuſati, ſed inter partes, ad quod fuit allegata doctrina *Gemin. in cap.cùm ab Apoſtolica,de offic.deleg.in 6.nu.9.* qui
13 diſputat articulum,an Iudex recuſatus poſſit à ſententia recuſationis appellare, & tenet,quòd non, ea ratione, quia nihil eius
14 intereſt, quòd interueniat, vel non, licèt aliud eſſet, quando ex recuſatione amitteret ſalarium, vt tenet *Iacob.Mandell.de Alba*,ad dictam doctrinam *Gemin.* reſpondendo in *conſ.92.* & in caſu,de quo agebamus,ſuſpitio illius Reg.Conſil. erat tractāda per Collat.Conſil. abſq; depoſito,ex eo, quia extraordinariè de capitibus ſuſpitionis erat cognoſcendum, & conſulendum Viceregi, quid facturus erat, Verùm per omnes fuit dictum, quòd prædictæ doctrinæ non erant ſimplicitèr intelligendæ, ſed ſecundùm capita recuſationis propoſitæ, aliquando enim perſona Iudicis ſigillatur aliqua infamia, vel iniuria, & tunc negari non poteſt, quin ſit cauſa ardua,etiam reſpectu ipſius Iudicis, verùm,quia cauſæ ſuſpitionis propoſitæ contrà dictum Regium Conſiliar.non erant tales,quæ ipſius afficerent famam,& integritatem, & tractabatur de perſona prædicti D.Regentis Enriquez, qui erat omnibus numeris abſolutus, neq; poterat dubitari,quin conſuleret Excellentiſs,Proregi,niſi ſecundùm illius conſcien-
15 tiam,& integritatem.Ideò ex omnibus cauſis,vt ſuprà diſcuſſis,fuit communi voto determinatum,quòd interuenire debuiſſet,de menſe Iunij 1635.penès Ill.Ducem Cayuani Regni Secretarium.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudex,cuius cauſa eſt Iudex ille, qui fuit ſuſpectus allegatus, an, & quandò poſſit interuenire in determinanda dicta ſuſpitione,& n.2.ac 3.*

*Suſpitio leuis in Viro integerrimo non admittitur,d.n.1.*

3 *Suſpitio Iudicum,arbitrio Iudicis admittitur,vel repellitur.*

4 *Iudex poteſt prohiberi per Principem, nè interueniat in cauſa,vbi cauſa ſuſpitionis non poteſt,abſq; ſcandalo probari,ſecùs,quando verificari poteſt,abſq; ſcandalo,hoc enim caſu formitèr allegari debet ſuſpectus,n.5.*

6 *Suſpitio intrà quot dies proponi debeat.*

*Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, poteſt Iudicem recuſare, ibid. & an ſi veniat ad coadiuuandum principalem, vel ad aſſiſtendum pro ſuo intereſſe, nu.7.*

8 *Beneficia, ſiuè in integrum reſtitutiones, an concedantur Tertio ad cauſam venienti pro ſuo intereſſe,poſt publicationem,vel concluſionem.*

*Curſus cauſæ non impeditur,ſi Tertius ad cauſam veniens,poſt publicationem, vel concluſionem petat beneficia,ibid.*

1 De ſuſpitione Iudicum tractauit D. meus *deciſ.8 1.*vbi *Nos* latè diximus, modò in hac deciſione de eadem materia paritèr agit, de diuerſo tamen articulo, & ſic, an in determinanda ſuſpitione poſſit interuenire Iudex,cuius cauſę eſt Iudex ille,qui ſuſpectus allegatur,& eo diſcuſſo *num.2.4.5.9.11.12.*

& 13.concludit *nu.*14. quòd, vbi capita ſuſpitionis ſunt ardua, ſuſpectus reputatur, ſin autem leuia, & Iudex, qui ſuſpitionem declarare debet, eſt omni exceptione maior, tunc interuenire poteſt; & ità per Reg. Collat.Conſil. cum adiunctis determinatum refert, *nu.*15. ſuſpitiones enim leues in viris integerrimis non admittuntur, vt probat *Fontanell.dec.*5.*nu.*17. *lib.*1. hanc
2 tamẽ diſtinctionem dictum Collat.Conſil. in alia cauſa non admittit, ſed ſimpliciter iudicauit, quòd in determinatione ſuſpitionis propoſitæ in perſonam D. Marchionis S.Angeli Præſidis S.C. per D.Marchionem Lareni, & Principem Caſalis maioris, non interueniat *D.Reg. Petrus Iordanus Vrſinus*, vti cognatus D. Io. Vincentij Branciæ, cum quo litem habebat dictus D.Marchio, ex doctrina *Aufrer. in tract. de recuſ. cauſ.* 33.*verſ. ſi Iudex eſt in manibus aduerſarij, & Rebuff. in tit. de recuſ. art.9. gloſ. vnic. nu.*34. vt refert *D.Reg.Sanfelic. dec.*81.*n.*4.
3 *lib.*1. niſi dicamus, quòd ſuſpitiones Iudicum, arbitrio Iudicis admittuntur, vel repelluntur, vt inquit *Fontanell.dec.*2. *nu.*20. & *dec.*11.*nu.*32.*d.lib.*1. de qua concluſione videas *D. Balboam diſquiſit. legal.* 18. *nu.*2.3.& 4.

Probat tamen D.meus *n.*1. quòd poteſt
4 D.Prorex mandare, quòd Iudex in aliqua cauſa non interueniat, vbi cauſa ſuſpitionis non poteſt abſq; ſcandalo probari, ac ità practicatum fuiſſe teſtatur, & ità pariter ob-
* ſeruatum *Ego* vidi in cauſa Horatij Salerni cum Fabritio Salerno, in perſonam D.Conſiliar. *Prouenzalis*, quæ quidem cauſa fuit poſtmodùm commiſſa D.meo, tunc Regio Conſil. vt ex actis in Banca Borrelli, & ſimi-
5 liter in cauſa D.Principis Macchiæ cum D. Marchione Fuſcaldi, qui obtinuit reſcriptũ à D.Prorege, quòd D.Conſil. *Merlinus* non interueniat in cauſis dicti D.Marchionis, ex cauſis mentem ipſius D. Proregis mouentibus, & quia cauſæ oretenùs per D.Marchionem dicto D.Proregi allegatæ non militabant, habito ad ipſum recurſo à dicto D.Principe, obtinuit aliud reſcriptũ, quòd S.C. de iuſtitia prouideret, ideò facto verbo in dicto S.C. ex quo ſuſpitio nõ erat propoſita formiter, ſeruata forma *Reg.Pragm.* de qua dixi *d.dec.*81. die 9. Iunij 1643. per
* D.Conſil. *Arias de Meſa*, iunctis DD.Cõſil. duarum Aularum, fuit determinatum, *Me* pro dicto D.Principe patrocinante, quòd interueniat dictus D.Conſil. *Merlinus*, penès ſecretarium, & in proceſſu in Banca de Scacciauento.
6 Suſpitio autem intrà dies 30. vel 40. proponi debet, iuxtà diſtinctionem, de qua in *d.prag.*15.*cap.*6. illaq; proponi poteſt, etiam à Tertio, qui comparet in cauſa pro ſuo intereſſe, vt dixi *dec.*36.*nu.*12. & probatur in *cap. ſuper*, vbi *Abb.* & alij, *de offic. deleg. D. de Anna*, qui ità deciſum aſſerit *ſingul.* 500.
* ideòque per Collaterale Conſilium die 21. Auguſti 1651. referente D.meo, ex quo *D.Regens Caracciolus* Marchio S.Sebaſtiani, Delegatus cauſarum D.Ducis Acheruntiæ, fuerat allegatus ſuſpectus, vti conſanguineus dicti D.Ducis, per D.Marinum Caracciolum, filium D.Marchionis Ceruinariæ, qui pro ſuo credito comparuit, poſtquàm dictus D.Marchio proceſſerat per annum, & vltrà in cauſa, ſub tutela *D.Auguſtini Ceua Grimaldi* Aduocati docti, morum ſuauiſſimi, ac mei Domini, fuit deciſum, quòd non interueniat, & cauſa fuit commiſſa, & delegata eidem D.meo per dictum Collater.Conſilium, vt ex actis, penès Ioſephum Barrilem Regium à mandatis Scribam, & ſic ſuccubuit *D.Pratus*, qui partes dicti D.Ducis ſubſtinebat.
7 Si tamen Tertius venit in cauſa ad coadiuuandum principalem, non poteſt, Iudicem recuſare, ſi principalis non poteſt, *Bald.in l. ſi eo tempore, in fin. ff. de remiſſ. pignor.* & in *l. ſi pro luſorio, ff. de appellat.* & conferunt tradita per *D.Conſil. de Anna conſ.*98.*lib.*2. & per *Ludouic. dec. Peruſ.* 26. & ſecundùm hanc limitationem fuit iudi-
* catum per Collater. Conſilium, ſub die 18.Martij 1618. in cauſa D.Principis Sanſeuerij cum Creditoribus, in ſuſpitione allegata in perſonam D. *Proregentis Lopez*, nec etiam ſi venit ad aſſiſtendum pro ſuo
* intereſſe, vt fuit deciſum per R.C.S. in anno 1613. in cauſa D.Tiberij Caraffæ Principis Biſiniani cum Creditoribus quond. D. Principis Biſiniani, ad relationem *D.Præſid. Mormilis*, viri doctiſſimi, ac æquiſſimi, in Banca de Scognamiglio.
8 An autem concedantur beneficia huic Tertio venienti pro ſuo intereſſe, poſt publicationem in cauſa factam, retuli in *dec.* 79.*nu.*5. ſed ſi poſt concluſionem in cauſa ſuperueniat Tertius, dato, quòd ei beneficia competant, ex traditis per *Afflict. deciſ.* 15. non tamen impediretur curſus cauſæ,
* vt fuit iudicatum per Sac. Conſil. die 12. Octobris 1543. ad relationem D.Conſiliar. *de Rubeis*, in cauſa inter D. Archiepiſcopum Capuanum, & Odoardum Maſſentium, in Banca Tramontani, & iterùm in cauſa Monaſterij S.Mariæ de Noua cum illis de Soria, de menſe Iulij 1577. referente eodem *D.de Rubeis*, in eadem Banca, ad materiam tamen vide *Giurb. deciſ.*1. & *D. Reg.Rouit.deciſ.*1. per tot.

*M.A.Gizzius.*

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

### Depoſitio vt principalis, an debeat fieri per Abbatiſſam, vel Prioriſsã Monaſterij, an verò per omnes, vel maiorem partem Monialiũ in iudicio moto per Monaſterium.

***SVMMARIVM.***

1 *Depoſitio vt principalis, debet fieri per Abbatiſſam, & non per Moniales.*
2 *Prior, vel Abbas qualitèr deponere debeat, tàm pro ſe, quàm pro alijs Monacis.*
3 *Confeſſio Prælati non nocet Eccleſiæ.*
4 *Prælatus, vel Prior, bonam fidem Monacorum agnoſcere debet, vt Tutor.*
5 *Abbatiſſa põt pro ſuo Monaſterio agere.*
*Limita, ſi eſſet negotia penitùs diſcreta, n. 6.*
*Intellige, cum diſtinctione. n. 7.*
8 *Prælatus in negotio communi, de conſenſu Capituli poteſt conſtituere Sindicum ad agendum.*
9 *In iudicio poteſt alius pro alio de Collegio iurare, & poſitionibus reſpondere.*
*Limita, vbi alij de Collegio eſſent particularitèr de negotio informati, quia tunc cogi poſſent, nu. 11.*
10 *Collegium in negotio vniuerſali vna perſona fingitur.*
12 *Monaſteriũ licèt ex perſona alicuius Monachi agat, tamèn ipſe Monacus, & non alius ſuper poſitionibus deponere debet.*
13 *Forma depoſitionis alicuius Adminiſtratoris, Prioris, vel Prælati, tàm pro ſe, quàm pro alijs Monacis traditur.*
14 *Prælatus iurare debet, in animam ſuam in negotio diſcreto à Capitulo, & ad ipſum ſpectante.*
15 *Abbatis, Prioris, vel Prælati depoſitio ſufficit, vbi ipſi agere poſſunt.*
*Intellige, quando ſoli agunt, ſecus ſi Abbas, & Conuentus, n. 16.*
17 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio LXXXVI.

IN cauſa Venerab. Monaſterij Monialium S. Gaudioſi cum Ill. Principe S. Seuerij ſuper annullatione contractus inhiti inter dictas Partes, cum interuentu tantùm Abbatiſſę dicti Monaſterij, & duarum Monialium, abſq; quòd aliæ Moniales capitularitèr interuenirent; fuit pro parte moderni Principis petita depoſitio, nedùm Abbatiſſę, verùm etiam omnium Monialium, vel maioris, & ſanioris partis ipſarum; prætendebat enim, ex eorũ depoſitionibus releuari, & cùm fuiſſet per S. C. prouiſum, quòd
1 deponat tantùm Abbatiſſa, ab hoc decreto reclamauit Ill. Princeps, prætendendo, ſe fuiſſe grauatũ, quia ſaltim maior pars Monialium, vnà cum Abbatiſſa deponere debebat, & hoc ex diſpoſitione *tex. in c. 2. de teſt. in 6.* vbi ponitur forma depoſitionis faciendæ à Prælato, quòd Prior, vel Abbas
2 debeat deponere, mediante iuramento, de veritate dicenda, nomine ſuo, & in animas Monacorum, vel maioris, & ſanioris partis ipſorum, vbi *glo. in ver. conuentuum*, dicit, quòd hoc iuramentum debet fieri, nomine ſuo, & Fratrum, vel maioris partis, nã olim ſolus Prælatus præſtabat iuramẽtum. Secundò notat ex hoc *tex.* quòd confeſſio
3 Prælati non nocet Eccleſiæ, ſicut nec confeſſio minoris partis, *Io. Monac. in d. tex. n. 6.* dicit, quòd Abbas, & Prior debent ſe cõformare ſecundùm ſcientiam, & intelligentiam illorum, in quorum animas iurant, & quando Prælatus alitèr ſentiret eius, quod
4 Conuentus dicit, non debet mẽtiri, ſed bonam fidem agnoſcere, vt tutor, *l. quoties, §. ſicut, ff. de adminiſt. tutor.* & debet reſpõdere vnum ſecundùm conſcientiam Conuentus, aliud ſecundùm conſcientiam ſuã; & ideò dicebatur pro parte d. Ill. Principis, quòd aut depoſitio facienda erat per Abbatiſsã, lectis priùs poſitionibus, ſuper quibus deponere debebat, vocatis capitularitèr Monialibus, vt dicerent, quicquid ſcirẽt ſuper dictis capitulis, aut verò deponere debebat maior pars dictarum Monialium.
5 Verùm, in contrariũ fuit conſideratum, quòd Abbatiſſa poteſt agere pro ſuo Monaſterio, vt habetur ex *tex. in cap. edoceri,*
6 *extr. de reſcript.* niſi eſſent negotia penitùs diſcreta, vbi *glo. magna* diſtinguit tres caſus, quòd aut negotium ſpectat principalitèr ad Prælatum, & tunc Capitulum agere
7 non poteſt, ſine conſenſu Prælati, nec Prælatus, ſine conſenſu Capituli, & in hoc caſu procedit diſpoſitio *tex. in c. 1. ext. de procur.* vbi *glo.* aut verò ſpectat principalitèr ad Capitulum, & tunc fit mandatum Procuratori per Capitulum, cum conſenſu tamen Prælati, & procedit *tex. in cap. cauſam, quæ, ext. de iudic. & in l. omnes, §. hoc nihilominùs, C. de Epiſ. & Cler. & tex. in can. decet, in prin. 12. diſt.* & dicta iura procedunt, quando
8 negotia Prælati, & Capituli ſunt diſcreta, quando verò ſunt communia, tunc Prælatus de conſenſu Capituli conſtituit Sindicũ ad agendum, prout communitèr fieri ſolet, & hoc eſt, quod dicit *Philip. Franch. in d. c. 2. de teſt. in 6. n. 2.*

Quando verò eſt iurandum in iudicio, & hæc

hæc quæſtio ponitur per eundem *Philipp. Franch. in d. c. 2. n. 8.* qui ex authoritate *Innoc. & Io. Andr.* concludit, quòd licitum eſt
9 omnibus de Collegio, iurare per alium, & reſpondere poſitionibus, ea ratione, quia cùm Collegium in cauſa Vniuerſitatis vna perſona fingatur, dignum eſt, quòd per vnum iuretur, *l. 2. §. hoc etiam, C. de iu-*
10 *ram. calumn.* niſi ipſi iurare velint, quod tamen limitatur, quando aliqui de Collegio
11 particulariter eſſet informati, quia ipſi cogi poſſunt, veluti, quando Monaſterium agit ex perſona alicuius Monaci, quia di-
12 ctus Monacus debet deponere ſuper poſitionibus, vt ex *tex. & glo. in auth. cauſa, quæ, in ver. debet, in fi. C. de Epiſ. & Cler.* & ex alia *gl. in auth. apud quos opor. cauſ. dicer. in ver. interpellet, verſ. ſed nunquid iurabit,* probat *Rouit. in prag. 8. de ord. iudic. nu. 36.* qui etiam *n. 31.* ex *tex. in d. c. 2. de teſtib. in 6* & ex authoritate *Cyn. in authen. hoc ius porrectum, n. 10. q. 8. C. de ſacroſ. eccl.* fundat,
13 quòd Prælatus deponit vt principalis in cauſa ſuæ Eccleſiæ, & ſic ēt Abbas, & Prior, & Adminiſtratores, qui tenentur deponere veritatem eius, quod ipſi ſciunt, & per eorũ ſubditos audiuerunt, & quando ſcientia Adminiſtratoris eſt cōtraria ijs, quæ à ſubditis audiuit, debet deponere, *ex parte mea credo ſic*, & *ex parte Eccleſiæ credo ſic, &c.*
14 Verùm, quando negotium eſſet diſcretum à Capitulo, & ſpectaret tantùm ad Prælatũ, tunc Prelatus iurare debet, in animam ſuã, & procedit *tex. in cap. dudùm*, quem allegat *glo. in d. c. 2.* & ità explicat *Philip. Franch.* ſub *n. 9.* vbi plenè de materia, hanc etiam quæſtionem tãgit *Gemin. in d. c. 2* ſub *n. 13. verſ. oppono ſecundò*, vbi ex *tex. in d. cap. edoceri* dicit, ſolùm Abbatem, & Priorem ſufficere deponere ſuper poſitionibus, ea
15 ratione, quia ipſi poſſunt agere, ergò poſſunt reſpondere poſitionibus, vt *in c. 2. de confeſſis*, & tãdem diſtinguit cum *Hoſt.* pro
16 ſolutione contrariorũ, quòd aut ſolus Abbas, vel Prior agit, & ipſe deponere debet, aut verò Abbas, & Conuentus, & interrogari poſſunt propter cauſas vehemētiores, *l. fin. C. de procur.* Et quia in iudicio moto per Monaſterium S. Gaudioſi, tàm Abbatiſſa, quàm duo Moniales de nobiliſſima Familia de Sangro, ſorores q. Ill. Principis
17 Sanſeuerij depoſuerant. Ideò die 7. Febr. 1639. ad relationem Reg. Conſiliarij Carauitæ confirmauimus decretum, primo loco latum per S. C. in Banca Fabritij Solatij, eiuſdem S. C. Actorum Magiſtri.

## OBSERVATIO
### In Deciſione LXXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Deponere tenentur vti principales Actor, & Reus, per verbũ* credo, *vel* non credo. *Verbum* credo, *vel* non credo, *quid importet, ibid.*

2 *Depoſitio offerri debet in calce termini, ad probandum impartiti, & in qua parte iudicij peti debeat, nu. 3.*

*Terminus in cauſa datus, non currit, niſi fuerit oblata depoſitio in calce illius, & ſuper articulis præſentatis fuerit facta depoſitio, nec quando diſputatur, an admitti debeant articuli, ibid.*

4 *Actor, an Reus, priùs deponere teneatur, & quando deponere alter ipſorum non teneatur, nu. 5. & quomodò cogatur ad deponẽdum, n. 6. & ſi fuerit abſẽs à loco iudicij, quomodo deponat, nu. 7. & 8.*

8 *Procurator ſpecialis ad deponendum pro principale requiritur, cum facultate iurandi in animam conſtituentis, & ad* ſic, *&* ſic *reſpondendum ſuper articulis.*

9 *Literæ miſſiuæ ſufficiunt, loco mandati ſpecialis ad deponendum pro principale, cōtrarium n. 13.*

10 *Procurator ſpecialis in cauſa graui, non admittitur ad deponendũ pro principale.*

14 *Depoſitio facienda per Vniuerſitatem, à quibus fieri debeat.*

*Sindicus Monaſterij non poteſt deponere vti principalis pro Monaſterio, ibid.*

CVM practicabilis ſit materia depoſitionis principalis, de qua in hac *deciſione* agitur, magis practicabilia, breuitatis cauſa referam, ideòq; ob-
1 ſeruabis, quòd Actor deponere tenetur ad inſtantiam Rei conuenti, ad finem releuãdi ab onere probandi, & è contrà Reus, inſtante Actore, vt de iure communi probãt *D. Gallupp. in prax. S. C. p. 2. c. 19. n. 8.* ac doctiſſimus I. C. *D. Michalor. in tract. de poſit. c. 5. n. 2.* & de iure Regni habetur, dummodò depoſitio fiat per verbum *credo*, vel *non credo*, in *Rit. M. C. V. 93.* & in *pragm. 8. de ord. iudic.* vbi *D. Reg. Rouit. nu. 2.* & *D. Gallup. ibid. nu. 5.* poſt *Carauit. in Rit. 70. nu. 4.* illudq; verbum *credo*, vel *non credo*, ſimplicem reſponſionem, ac veritatem importat, vt per *D. Michalor. in d. tract. c. 50. per tot.* & quid operetur, dixit *D. Rouit. ibid. nu. 7. & 8.* ea tamen depoſitio offerri debet in
2 calce termini, in cauſa impartiti ad probãdum, aliàs terminus non currit, & præſentatis articulis, donec ſuper eis depoſuerit, curſus termini impeditur, *glo. in clem. ſæpè, in ver. per dationem, de verb. ſignif.* etiam ſi cauſa ſit sũmaria, *D. de Ann.* qui ſic deciſũ adducit *ſing. 405. Queſada q. 30.* & probatur de iure Regni in *d. prag. 8.* vbi *D. Rouit. n. 27. D. Gallup.* vbi *ſuprà, nu. 1.* hinc *D. Michalor. in eod. tract. c. 36. à nu. 5. per 14.* probat, nec dictum terminum currere, ſi diſputa-

putatur, an admitti debeant articuli, ſuper quibus deponere debet.

In qua tamen parte iudicij depoſitio peti debeat, diſputat *D. Michalor. c. 27.* ſed *D. de Marin. lib. 2. quotid. reſol. c. 235. n. 3.* tenet, quòd etiam poſt concluſum in cauſa peti, & fieri poſſit, ex *Apoſtil.* manuſcripta *D. Io. Angeli Piſanelli*, quam tranſcripſit *nu. 4. & ſeqq.* vbi *n. 7. in fin.* ità bis iudicatũ refert, quã etiã antè ipſum poſuit *D. Thor. in comp. deciſ. p. 2. ver. tutor an cogi*, de qua etiam D. meus *dec. 88. n. 1. in fi. & D. Rouit. ibid. n. 5. & D. Conſil. Gizzar. dec. 66.* dicit, eſſe in arbitrio partis, ſi velit, illam petere in continenti, dato termino, hodiè tamen in Regno vſquè ad concluſionem excluſiuè peti debet, niſi petatur ſuper rebus occurſis poſt concluſionem, calumnia tamen ceſſãte, vt in *pragm. 4. cap. 7. de dilat. D. de Marin. d. nu. 3.* licèt aliter priùs ſeruabatur, vt in *Rit. M. C. V. 70. 79. & 93. D. de Franch. deciſ. 220.*

3 Quis autẽ priùs deponere debeat, Actor, an Reus, vbi viciſſim fuit ab ipſis petita depoſitio, tractat *D. Michalor. d. c. 5. à nu. 7.* per 15. & concludit, promiſcuè Iudicem illos admittere debere ad deponendum, cùm nulla conſideretur prioritas inter ipſos, ſed *D. Gallupp. d. cap. 19. nu. 10.* aliud ſentit, vt priùs Reus deponere teneatur, niſi tamen articuli Rei eſſent præiudiciales articulis Actoris, tunc enim priùs Actor deponere tenetur, & intelligit in præiudicio naſcente ex præſumptionibus, dùm in Regno articuli à parte aduerſa non videntur. Tu verò in conflictu harum opinionum dicas cum *D. Rouit. in d. pragm. 8. nu. 6.* quòd priùs Actor indiſtinctè deponere cogitur, vt probant *gloſ. in l. 2. in verb. & actor, C. de iuram. per calumn. dand. & Benint. dec. 32.*

5 Non tamen Actor, vel Reus deponere tenetur, quando is, qui depoſitionem petit, renunciauit probationibus, vt fundat *D. Michalor. cap. 29. num. 2 cum ſeqq* verùm

6 ſi deponere Actor, vel Reus noluerit, tunc præcedentibus binis præceptis, quòd deponat, cum comminatione, aliàs habeatur pro facta, vel confeſſo, interponitur decretum, quòd ſtante lapſu termini depoſitio habeatur pro facta, ſiuè Actor, vel Reus pro confeſſo, ſeruata forma articulorum, vt habetur in *Ritu M. C. V. 70.* idq; de iure communi probat *D. Michalor. cap. 61. nu. 4. 14. 15. & 23. & cap. 46.* & ſic tria decreta interponuntur, *D. Muſcatell. in praxi, par. 5. gloſ. legaliores, num. 16. 17. 19. & 21.* à quo decreto admitti appellationem, cum diſtinctione dixit *Michalor. c. 48.* in eod. *tract.* & ſi ambo fuerint contumaces in deponendo, & ſic pro confeſſatis habentur, quis obtinere debeat in cauſa, latè differit *D. Michalor. cap. 61.* per tot. quem vide, nàm quotidiè in facto occurrere poteſt.

7 Quando tamen Actor, vel Reus eſt abſẽs à loco iudicij, vel accedit Examinator S. C. vel committitur Officiali loci, vbi degit, vel loci conuicini ad recipiendam eius depoſitionem, ſumptibus illius, ad tradita per *Affl. dec. 177.* iuxtà tamen diſtinctionem expenſarum, de qua *D. de Franch. dec. 332.* ſub *nu. 7. D. de Anna ſing. 405. D. Muſcatell. in praxi S. C. par. 5. gloſ. legaliores, nu. 28.* ac *D. Rouit. in d. pragm. 8. nu. 24. & 25.* aut verò debet conſtituere Procuratorem ſpe-

8 cialitèr ad reſpondendum ſuper dictis articulis, ad *text. in l. non ſolùm, ff. de teſtib.* eoq; caſu mandatum procurationis continere debet facultatem iurandi in animam ipſius conſtituentis, *can. metuentes 17. q. 4.* vbi *gloſ.* & clauſulam, *ad ſic*, & *ſic* reſpondẽdum, *D. Michalor.* qui alios ad id citat, *cap. 65. nu. 14.* & habetur in *Ritu M. C. V. 93.* de quo *D. Rouit.* vbi ſupr. *n. 21.* generale enim mandatum non ſufficit, vt probat *D. Michalor. d. c. 65. n. 12. & 13.*

Hinc in cauſa inter D. Ducem Sueſſæ cũ

9 D. Duce Terræ Nouæ, cùm fuiſſet petita depoſitio dicti D. Ducis Sueſſæ, qui degebat in Statu Mediolani, vti Gubernator il-

* lius, per Collater. Conſil. die 10. Iunij 1566. fuit ordinatum, quòd deponeret, cùmque eius Procurator præſentaſſet literas miſſiuas dicti ſui Principalis, continentes negotium, ſuper quo deponere tenebatur, obtulit deponere pro dicto eius Principale, allegando inſtructionem negotij, abſẽtiam Principalis, & damnum, quod ex dilationibus oriebatur, dùm differebatur ſolutio pretii Ducatus Terræ Nouæ venditi, propterea facta relatione in S. C. cui deciſio

* dicti articuli remiſſa erat, die 8. Iulij 1566. fuit dictus Procurator admiſſus ad deponendum pro Principale, quàmuis nõ adeſſet mandatum procurationis, cum clauſulis adductis ſupr. *nu. 8.* ſed tantùm literæ miſſiuæ præſentatæ fuiſſent, & ordinatum, quòd facta depoſitione per ipſum, procedatur ad vlteriora, referente D. Præſide *de Franch.* tunc Reg. Conſil. pęnès Villaltam.

10 Immò quandoq; etſi fuiſſet pręſentatum mandatũ ſpeciale, cũ clauſulis, vt ſupr. S. C.

* facto verbo in Collater. Conſil. die 21. Iulij 1624. iudicauit, quòd deponeret principalis in cauſa D. Duciſſę Naſcerę, & Machedę cũ Cæſare Zattara, & Dominico Mazzola, de qua teſtatur *D. Rouit. in d. prag. 8.* ſub *n. 21.* dicens, ignorare, an fuerit allegatus *d. Ritus 93.* per quem admittitur Procurator ad deponendum, & propterea cogitandum eſſe tradit, attamen, vt habeo ex voto manuſcripto vnius ex DD. Conſil. qui in dicta cauſa votauit, ratio deciſionis fuit, quia

age-

Digitized by Google

agebatur de re graui, & ex propria depoſitione principalis, Reus maximum commodum reportare ſperabat, ideò Procurator tali caſu non admittitur, vt per *Carauit. in Ritu 70. nu. 6. ex Specul. tit. de poſit. §. 6. nu. 18. & nu. ſeq.* comprobat, ac ità practicari quotidiè teſtatur, eò magis, quia arbitrarium eſt Iudici in hac materia, ex *d. Rit. 93.* ibi, *hoc tñ reſpõdere per Procuratorẽ, eſt in arbitrio Curiæ, ibiq; Carau. n. 3.* allegãs *tex. in l. fin. C. de procur.* in *c. pertractãdis, de iuram. calum.* & in *c. præſentium, de teſt. in 6.*

11 Ideòq; in cauſa D. Comitiſſæ Caſtri Villani D. Annæ Aquauiuæ cum D. Principe Caſertæ, ſuper reintegratione totius Status, Procurator dictæ D. Comitiſſæ, qui ſufficiens mandatum habebat, fuit admiſſus per S.C. die 8. Martij 1625. iunctis DD. Cõſil. trium Aularum, de qua *D. Rouit.* ſub *d. nu. 21.* ſed vt habeo ex *d. voto* manuſcript. decretum prædictum proceſſit, præuia maxima diſcuſſione, & votorum diſcrepantia, *ibiquè*

12 pariter habetur, quòd quando S. C. habet pro vero, Procuratorem eſſe inſtructum, illum admittit ad deponendum, & ſic fuiſſe practicatum in cauſa Sereniſſimæ Reginæ Poloniæ cum D. Marchione Capurſij, de cuius principalis cauſæ exitu, dixi *deciſ. 37. nu. 2. & 3.* nam fuit admiſſus Procurator di-

13 ctæ D. Reginæ, eò, quòd erat internuncius ſpecialitèr ad illud negotium miſſus, & proptereà præſumebatur plenè informatus, ſed

* contrarium fuiſſe deciſum in cauſa D. Caroli Brancacij cum Sereniſſima Regina Suetiæ, non enim fuit admiſſus Procurator ad deponendum, ex *d. voto* habetur.

14 Ad articulum tamen huius deciſionis, de qua meminit *D. de Marin. lib. 2. quotid. reſol. d. cap. 235. nu. 2.* ac *D. Thor. in ſupplem. dec. p. 1. verb. depoſitio ſola,* vbi ſimilem deciſionem adducit, vt ſufficiat depoſitio Prepoſiti D. Pauli, Religionis Theatinorum, dicimus, quòd depoſitio faciẽda per Vniuerſitatem, vti principalem, eſt facienda per Sindicum, *d. c. præſentium, de teſtib. in 6. D. Michalor. de poſit. c. 68. n. 24. & 25.* qui *nu. 26.* ampliat etiam in Sindico, vel alio, qui Confraternitatem adminiſtrat, ſed *num. 27.* contrarium probat in Sindico Monaſterij, verùm, vt depoſitio in cauſa Vniuerſitatis ſit facienda per tres antiquiores illius, practicatum

* teſtatur per S.C. *D. Reg. Lanar. in memorab.* manuſcript. *verb. Vniuerſitas,* in cauſa D. Marcelli Caraccioli cum Vniuerſitate Rutelli, ſed *D. Rouit. in d. pragm. 8. n. 33.* dicit, hodiè depoſitionem eſſe faciendam per decem de ſenioribus Ciuibus, ad electionem petẽtis, ſicq; deciſum tradit *n. ſeq.* vbi aliam deciſionem adducit contrariam, vt ſufficiant ſex, eligendi per petentẽ ex decem nominandis per deponere habentem.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Iudex ſuſpectus in iudicando, nũ poſſit cauſam alteri delegare.**

### SVMMARIVM.

1 *Iudex ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando.*
*Intellige, in Iudice ordinario, & non in delegato, n. 5.*
*Limita, vbi ſuſpitio eſſet ex capite inimicitia, nu. 2.*
3 *Iudex ſuſpectus in votãdo, vt quia in cauſa intereſſe haberet, delegare non poteſt.*
4 *Iudex, quando dicatur, in cauſa intereſſe habere, & qua dicatur cauſa propria.*
6 *Præſes S.C. ſuſpectus in votando, põt cauſas inter Reg. Conſiliar. diſtribuere, nec non ordinare, quòd fiat verbum in S.C.*
7 *Regens Reg. Cancell. ſi eſt ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando.*
*Amplia, quàmuis in delegatione adeſſet aliqualis cognitio, n. 8. & 10. vbi deciſio.*
9 *Reg. Conſil.* Thomas de Franch. *laudatur.*
11 *Poteſtas Iudicis recuſati potiùs reſtringi, quàm ampliari debet.*
12 *Iudice ordinario ſuſpecto datur adiunctus. Sed contrarium ſtatuitur per* Rit. M. C. & *per* Reg. Pragm. *num. 13.*
14 *Iudex ſuſpectus, nec diſcuſſioni, nec relationi cauſæ præſens eſſe poteſt.*
15 *Iudex dùm allegatur ſuſpectus, afficitur iniuria.*
16 *Iudex ex recuſatione indignatur.*
17 *Iudex recuſatus, poteſt cauſam delegare, quando partes conſentiunt, aliàs debet remittere ad Superiores.*
18 *Delegare, eſt pars iuriſdictionis.*
19 *Iudex recuſatus, multum poteſt recuſantem in delegando nocere.*
20 *Peſſimũ eſt, coràm Iudice ſuſpecto litigare.*
21 *Poteſtas de iure ciuili, vel canonico data Iudici recuſato, alteri cauſam delegare, ſublata eſt per* Rit. 265.

## Deciſio LXXXVII.

1 VVlgaris eſt iuris concluſio, quòd Iudex ſuſpectus in iudicando, nõ eſt ſuſpectus in delegando, *cap. ſi quis contrà Clericum,* cum *ibi notatis, de for. compet. cap. ſuper eo, & cap. cùm ſpeciali, §. 1. de appellat.* vbi *Canoniſt. Caſtrenſ. & Alex. in l. præter, qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. Iud. Menoch. de arbitr. caſ. 458. nu. 19. & conſ. 2. nu. 91. Lancell. de attent. poſt recuſat. nu. 52. Maſtrill.* qui loquitur in Prorege, *dec. 151. nu. 81. & ſeq.*

Digitized by Google

*ſeq. Giurb. dec.27. Cancer. var. reſol. lib.3. cap.13 nu.190. Marc. Ant. de Amat. deciſ.14. nu.12. Capiblan. de Baron. pragm.3. nu.167. Capyc. dec.137.* ſub *nu.*10. *D. Reg. Tapia tit. de ſuſpit. offic. in Rit.*265. ſub *nu.*5. *fol.*138. qui teſtatur, quòd hodiè ſic ſeruatur, *Coſta de re integr. diſt.96. n.7. in fin. Muta ſuper cap. Regni Siciliæ, tit.4. nu.31. & ſeq. de recuſat. Iudic. Reg. Rouit.* qui refert deciſionem Collat. Conſil. ad relationem Regentis Salernitani, in *pragm.15. de ſuſpit. offic. n.1. Luc. Matth. Apicella de ſuſpit. offic. n.*84. vbi *Maurit. in add. n.707. Larath. conſ.32. n.12.*

Et quàmuis hoc communitèr limitetur,
2 quando ſuſpitio eſſet ex capite inimicitiæ, vt apparet ex deciſione Collat. Conſil. relata per *Reg. Rouit. in loc.* proximè cit. *D. Reg. Tap. lib.3. iuris Regni, tit. de ſuſpit. offic. in gloſ. aliquem noſtrorum, nu.5. Muta d. tit. 4. nu.35. Maſtrill. de magiſtr. lib.4. cap.17. nu.86. Maurit. Apicell.* vbi ſuprà, *num.*781. *Frecc. lib.3. de ſubfeud. tit. de differen. inter feud. quater. nu.*37. tamen etiam in alijs ca-
3 ſibus ſuſpectus in votando, non poteſt delegare, veluti, quando quis eſſet ſuſpectus, tanquàm intereſſe habens in cauſa, *Surd. conſ.*50. per tot. & præſertim *nu.*15. *&* 36. *Rouit. in d. pragm.*15. *Maurit. Apicella,* qui alios congerit *d. nu.*781. quando autem di-
4 catur cauſa propria, vel habere intereſſe, videas *Graſſ. except.24. nu.88. de except.* vbi latè de materia ſuſpitionis, videndus etiam *Gratian. diſcept. for. c.100. lib.1. Caſtill. dec. Sicil.75. &* 131.

Tertiò eſt notandum, quòd hoc, quod
5 dicimus, quòd Iudex in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, habet locum in Iudice ordinario, ſecùs in delegato, qui ſi eſt ſuſpectus in iudicando, eſt etiam ſuſpectus in delegando, *cap. Iudex ab Apoſtolica, de offic. deleg. in 6. Abb. in d. cap. ſi quis contrà Clericum,* ſub *nu.12. verſ. prætereà, de for. compet.*

Sed dubium remanet, in quibus caſibus poſſit interuenire iſte Iudex ſuſpectus in votando, & ad quod ſe extẽdat iſta poteſtas delegandi, & quidèm hoc non inuenitur iure præfinitum, & propterea Iudicis arbitrio relinqui debet.

Verùm in aliquibus caſibus apparet, iàm per decreta Collat. Conſil. fuiſſe deciſum, poſſe talem Iudicem ſuſpectum interueni-
6 re, & Primò, Præſes S.C. ſuſpectus in iudicãdo, poteſt cauſas inter Reg. Conſil. diſtribuere. Secundò, poteſt ordinare, quòd verbum fiat in S.C. proùt fuit determinatum per dictum decretum Collat. Conſil. ad relationem Regẽtis Salernitani, in anno 1581. quod decretum ad literam fuit tranſcriptũ per *Reg. Rouit. in d. pragm.15. de ſuſpit. offic.* ſub *nu.1.*

Fuit etiam annis præteritis dubitatum, ſi id, quod dicimus de S.R.C. Præſide, habeat locum in Regẽtibus Reg. Cancell. quod accidit in perſonam Reg. Conſil. Alderiſij, cùm exerceret officium Proregentis Reg. Can-
7 cell. is enim cùm eſſet declaratus ſuſpectus in cauſa Io. Baptiſt. Catanei cum Philippo Spinula, ex eo, quia fuerat Aduocatus Philippi, & ex diſpoſitione *text. in l. ait Prætor, ff. de iuriſd. omn. iud.* quàmuis eſſet ſuſpectus in iudicando, non erat ſuſpectus in delegando, & erat etiam compater Io. Bapt. Catanei, fuit dubitatum, ſi poterat delegare, & fuit deciſum, quòd ſic, in qua cauſa
8 fuit etiam deciſum, delegationem extendi, etiam vbi aderat aliqualis cognitio, tractabatur enim, an q. Reg. Conſil. Iacobus de
9 Franchis, Reg. Conſil. Thomæ de Franchis, omni virtutum genere ornatiſſimi frater, & inſignis viri Vincentij de Franchis filij, qui fuerat Commiſſarius cauſæ prædictæ in articulo incapacitatis ipſius Catanei, prætenſæ per Philippum. Cùmq; eſſet determinatum per Præſidem S.C. quòd loco reclamationis idem Commiſſarius verbum faceret, & prætenderet Philippus, reclamationem eſſe alteri committendam, fuiſſetq; per eundem Præſidem à dicta commiſſione reclamationis excluſus, fuit reclamatum à prædicto decreto Præſidis S.C. ad Excellentiſſ. Proregem, & fuit dubitatum, vtrum dictus
10 q. Proregens Alderiſius poterat interuenire, & de menſe Septembris 1617. fuit determinatum, quòd ſic, de qua deciſione mentionẽ etiam facit *Larath. in d. conſ.32. in fin.*

Vt autem dicam id, quod ſentio, credo, quòd ſi per nouam legem eſſet aliquid ſta-
11 tuendum in hoc negotio, potiùs eſſet reſtringenda Iudicis recuſati poteſtas, quàm amplianda, ſiquidèm ſicut malitia hominũ creuit, ſic etiam ad eas obuiandas, ab habentibus poteſtatem, leges ſtatuendæ ſunt,
12 de iure enim ciuili, Iudice ordinario ſuſpecto allegato, dabatur adiunctus, vt habetur in *l. apertiſſimi,* vbi *gloſ. in verb. Iudices,* & *ibi Doctor. C. de iudic.* quod tamen hodiè
13 reperitur correctum per *Rit. M.C.*265. & per *pragm.2. de ſuſpit. Offic.* quod notat *Carauit. in d. Rit.265. nu.13. &* 14. Sic etiam receſſit ab aula propoſitio ſuſpitionis coràm Loghoteta, ſeù eius Locumtenente, ſed alij Collegæ debent, recuſationem propoſitam iudicare, vt in *pragm.1. de ſuſpit. Offic. Reg. Rouit. in d. pragm.2.* eod. *tit.* fuit etiam
14 reſtricta poteſtas, vt neq; Iudices ſuſpecti, poſſint diſcuſſioni, & relationi cauſæ eſſe præſentes, vt etiam habetur per *Capyc. in dec.138. nu.5.*

Negari autem non poteſt, quòd Iudex,
15 dùm allegatur ſuſpectus, afficiatur iniuria, proùt ex *text. in l. litigatores, in princ. ff. de re-*



Digitized by Google

*recept.arbitr.*& ex alijs probat *D.Reg.Rouit.in d.prag.*1.*nu.*38.*de ſuſpit.Offic.* & per
16 hoc dicitur, ꝙ Iudex indignari ſolet ex recuſatione, ad *text.in cap.ſuſpitionis, de offic. deleg.*& quòd ex hoc ſolo poſſit allegari ſuſpectus, tenuit *Ambroſin.dec.*50.quem allegat *Giurb.in dec.*48.

Et quidèm hæc opinio, ſi Iudex recuſatus poſſit cauſam alteri delegare, maximam habuit apud *Canoniſtas* difficultatem, in-
17 telligendo, quòd tũc poteſt delegare, quãdo partes conſentiunt, aliàs debet remittere ad Superiores, vt per *Abb.*& alios in *cap. ſi quis contrà, de for. compet.* & hoc cum
18 maxima ratione, delegare enim pars eſt iuriſdictionis, *l.*3.*ff.de iuriſd.omn.iudic.* & notat *glo.in cap.ſi à ſubdelegato, de offic.deleg.lib.*6.ſed poſtquàm eſt pronunciatum, Iudicem eſſe ſuſpectum, perdit omne exercitium cauſæ, niſi partes conſentiant, vt per *Abb.in d.c.ſi quis contrà*, ſub *n.*8.

Hinc, manibus contrectamus; quòd Iudex recuſatus multùm poteſt recuſantem
19 in delegando nocere, poterit enim ad inſtantiam alterius partis delegare alium Iudicem magis ſuſpectum, qui tamen non poſſet ſuſpectus probari, vt poſt alios conſiderat *Luc.Matth.Apicella loco* cit.*nu.*7.vbi etiam *Maurit.nu.*708.*Laurent.de Iudice ſuſpecto, cap.*3.*nu.*12.*& cap.*5.*nu.*25. poſſet etiam dare Iudicem nominatum ab aduerſario, quod non eſt permittendum. Immò ex hoc oritur ſuſpitio, *Anna in ſingul.*280. *Graſſ. except.*24.*nu.*76.*in tract. de except.* Sic etiam in concedendo decretationes, ꝙ Commiſſarius verbum faciat, quando concedi nõ deberent, ex quo maximum damnum infertur alteri parti, ob dilationẽ, quæ cauſatur ex multitudine aliarum cauſarum, ob quas poſſent Iudices interim mutari, & multotiès dicti noui Iudices alitèr de cauſa forſan ſentire, ſic etiã poteſt Præſes S.C. cauſam magis, quàm decet accelerare, vel in longum protrahere, maximè in cauſis arduis, in quibus eſt neceſſaria vnio Aularum, vel interueniunt adiuncti, & multa alia facere, in maximum recuſantis detrimentum, quod non eſt permittendum hodiè, vbi tot Iudices, & Supremi Magiſtratus pro recta adminiſtratione iuſtitiæ, à noſtro Inuictiſſimo Rege creantur, vt ſi vnus defi-
20 ciat, remaneant alij, qui cauſas abſq; ſuſpitione tractare poſſunt, peſſimum enim eſt, coram Iudice ſuſpecto litigare, *d.l.apertiſſimi, C.de iudic.*cum *ibi* notatis.

Et in hoc Regno tenet *Carauit.in d.Rit.* 265.quòd per illum *Ritum* ſit ſublata po-
21 teſtas de iure Ciuili, vel Canonico, data Iudici recuſato alteri cauſã delegare, & quòd ità in Regno ſeruatur, & ſic mea eſt ſententia, quòd ſi noua lex ſuper hoc eſſet facienda, potiùs ſtatuendum ſit, vt Iudex ſuſpectus recuſatus, nedùm ex capite inimicitiæ, ſed ex qualibet cauſa, non poſſit neq; delegare, quòd quidẽ notare volui, quia interrogatus à quodam Supremo huius Regni Miniſtro, vt meam vellẽ proferre ſententiã, reſpondi, vt ſuprà fuit notatum.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudex ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, limita, nu.*4.5.6.7.8.*&* 9.*intellige, vt n.*10.

2 *Præſes S.C. ſuſpectus in iudicando, poteſt cauſam committere, ac ordinare verbum faciendum.*

3 *Regens Reg. Cancell. ſuſpectus in iudicando, poteſt delegare.*

9 *Iudex delegatus ſuſpectus in iudicando, eſt etiam ſuſpectus in delegando.*

10 *Iudex ex quauis cauſa ſuſpectus, non poteſt delegare, ſiuè cauſam committere, vel ordinare verbum faciendum.*

*Supplicationes leguntur in Aula Decani S.C. vbi Præſes eſt ſuſpectus, ibid.*

1 IVdex ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, vt per D. meum *hic, nu.*1. vbi omnes adducit, ipſumq; citat D.*Reg.Sanfelic.in prax. iudic.ſect.*40.*nu.*15. ſequitur *D.Taſſon.de antephat.verſ.*3.*obſeru.*3.*n.*113. Ideòq; D.
2 Præſes S.C. ſuſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando, & ſic in committẽdo cauſam alicui ex DD.Conſiliar. ſibi viſo, & paritèr ordinare poterit, quòd fiat verbum in dicto S.C. à decreto domi lato per D.cauſæ Commiſſarium, vt poſt *D.Reg.Rouit.*& *D.Larath.*tradit D.meus *nu.*6.qui id
3 extendit, etiam in perſonam D. Regentis Reg.Cancell. qui quàmuis ſit ſuſpectus in
4 iudicando, poſſit tamen delegare, quã concluſionẽ limitat Primò D.meus *n.*2.quando eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ, quod etiam voluit *D.Gallupp.in prax.S.C.par.*1.*cap.*4.*nu.*41.& fuit paritèr determinatum per Collat.Conſil. in recuſatione propoſita per D. Lutium Capycium creditorem ſuper Terra S.Viti, in perſonam D.Præſidis S.C. *Andreæ Marcheſij*, emptoris dictę Terræ, vt refert *D.Sanfelic.ibid.nu.*13. ex lite enim oritur inimicitia, vt poſt *Fontanell. dec.*14.*nu.*25.*lib.*1.docet *D. Sanfel.loc.*cit. *nu.*12.*in fin.* etiam ſi lis ſit finita, ſemper
5 enim remanent reliquiæ, vt fuit iudicatum per Collat.Conſil.die 10.Octobris 1644.dũ fuit ordinatum, quòd D.Pręſes *Marcheſius*

non

Digitized by Google

non interueniat, nec in votando, nec in delegãdo in cauſis D. Marchionis Montis Nigri, propter litem, etſi finitam inter eos ſuper emptione Ciuitatis Iſerniæ, de qua *D. Sanfel. d. ſect. 40. n. 17. verſ. & propterea.*

6 Secundò limitat, ſi ſuſpectus habet intereſſe in cauſa, vt fundat *num. 3.* & hoc paritèr fuit iudicatum in dicta recuſatione D. Preſidis *Marcheſij*, qui habebat etiam intereſſe, vti creditor ſuper dicta Terra, ideoq; fuit ſuſpectus declaratus, etiam in delegando.

7 Tertiò limitatur ſecundùm *D. Sanfel. d. ſect. 40. n. 16.* vbi in delegãdo, cauſæ cognitio requiritur, qui loquitur in Præſide S.C. in prouiſione facienda ſuper verbo faciendo, eò, quòd ordinauerat, *veniat Actuarius cum proceſſu, & partibus*, & ità deciſum adducit, de anno 1645. ex doctrina *D. Reg. Rouiti in prag. 15. n. 7. de ſuſpit. Offic.* & *D. Taſſon. d. obſer. 3.* ſub *n. 113.* vbi ità deciſum oſtendit, de anno 1614. de qua *deciſ.* meminit *D. Thor. in comp. deciſ. p. 3. ſect. 3. ver. ſuſpectus in iudicando*, licèt contrarium dicat, & deciſum referat, de anno 1617. D.

8 meus *nu. 8. & 10.* Quartò limitatur, quando eſt lis ſuper negotio, ſuper quo cõſuluit Iudex, tunc enim, nec delegare poterit, vt deciſum affert *D. Sanfel. ibid. n. 17.* nam fuit declaratus ſuſpectus D. Præſ. *Marcheſius*, etiam in delegando, qui tempore, quo erat Aduocatus conſuluit cautelas pro D. Duce Acheruntiæ, de quibus pendebat lis, tempore, quo erat Præſes dicti S.C. cũ D. Principe Petræ Elcinæ.

9 Quæ omnia intelligas, procedere etiam in Iudice delegato, is enim, ſi eſt ſuſpectus in iudicando, eſt paritèr ſuſpectus in delegando, vt benè probat D. meus *num. 5.* licèt contrarium, & malè ſubſtineat *D. Carena reſol. 7. n. 10. & 11. practicab reſol.* loquens in Delegato Apoſtolico ſuper publicatione monitorij.

Ex q̃bus omnibus cõprobatur opinio D. mei, de qua *n. 11.* per *21.* vt Iudex ſuſpectus

10 in iudicando, ſit ſemper ſuſpectus in delegando, ſiuè ſuſpitio proueniat ex cauſa inimicitiæ, ſiuè ex quauis alia cauſa. qua concluſione attenta, non poterit, cauſam committere, quia delegare eſt, & qui cõmittit, iudicat, nec ordinare, quòd verbum faciat, nàm inter ſe non differunt, iudicare, iubere, & dare Iudicem, vt aliorum auctoritate probat D. *Taſſon* ſub *d. nu. 113.* & hoc caſu leguntur ſupplicationes in Aula D. Decani S.C. & per DD. Conſil. eiuſdem Aulæ prouidetur ſuper petitis, vt quotidiè obſeruamus, & de hac obſeruantia teſtatur D. Taſſon. *n. 112. verſ. ſeptimò, Præſidens* S.C.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Tutor in iudicio cogitur deponere ſuper articulis per alteram partem præſentatis, vel præſentandis.

***SVMMARIVM.***

1 *Tutores tenentur deponere per verbum* credo, *vel* non credo, *iuxtà* Pragm. 8. de ord. iud. *& refertur deciſio S. C. n. 3.*

2 Cabedus deciſ. Luſit. 136. p. 1. *reprobatur.*

4 *Prælatus, Abbas, & Prior tenentur deponere vti principales in cauſis eorum Eccleſiarum.*

5 *Confeſſio Prælati, qñ Eccleſiæ præiudicet.*

6 *Procurator cogitur deponere, procuratorio nomine, vti principalis.*

7 *Vniuerſitas an teneatur deponere vti principalis.*

# Deciſio LXXXVIII.

Die 9. Ianuarij 1638. ad mei relationem, communi voto fuit iudicatũ,

1 Tutores nepotum, & hæredum q. Reg. Conſ. Camilli de Petio teneri deponere, per verbum *credo*, vel *non credo*, iuxtà formã *Reg. Prag. 8. de ord. iud.* ſuper articulis præſentatis per Lucretiam de Petio, ex diſpoſitione *tex. in l. 2.* aliàs *in auth. principalis, §. quod obſeruari, C. de iur. iur. propt. calum.* quod etiam habetur *in fine authentica*, ibi, *tutores, & curatores in cauſis, quas agunt, prædictum iuramẽtum præſtabunt*, & *Petr. de Ancbar. & Paul. de Caſtr. in d. §. quod obſeruari*, dicunt, quòd, ad hoc, vt eorum reſponſiones præiudicium faciant pupillo, debèt interrogari, quod etiam notat *glo. marginalis in d. §. quod obſeruari*, & hanc etiam opinionem tenuit *Bar. in l. 1. ff. de confeſſ. & in l. iuſiurandum, §. procurator, ff. de iniur.* vbi, quòd tutor tenetur reſpondere, per quæ iura hanc opinionem tenuit *Piſanell.* in quadam *Apoſtil.* relata à *Thoro in 2. p. compen. in verb. tutor, an cogi*, qui in terminis tenuit, tutorem cogi poſſe ad deponendum vti principalem, & quàm-

2 uis *Cabed. in deciſ. Luſit. 137. p. 1.* contrariũ affirmet, tamen prima opinio eſt communitèr recepta, & eum reprobat *Reg. Roui. in d. prag. 8. de ord. iud. n. 32.* qui dicit, quòd tu-

3 tor omninò tenetur reſpondere, hãc etiam opinionem tenuit *Rota Gen. dec. 110. n. 30.* vbi, quòd tutoris cõfeſſio talitèr in iudicio facta, nocet pupillo, quod etiam procedit in confeſſione facta in reſponſione ad poſi-

tiones in contentioſa iuriſdictione, quia plenè probat, vt habetur ex *Rota* coràm bon.mem.*Card. Ludouiſio*, poſteà Summo Pontifice *Greg.XV.dec.506.* vbi *Oliuer.Beltram.* affert concordantes deciſiones eiuſdem *Rot.in dec.3.n.2.Diuerſ.*& plenè *Statil. Pacif.de Saluia.interd.dec.38.* iuxtà antiquā impreſſionem,& etiam aliam refert *Rot.Romana deciſion.*coràm *Eminen.Sacrato*, maximè, quando confeſſio eſt facta ad probationem veritatis,& quando confeſſio tutorum, & curatorum pupillo noceat, tradit *Hect.Guid.in tract.de confeſſ.iudic. & extraiudic.p.6.c.2.* & idem etiam procedere
4 in Prælato, quòd teneatur deponere vti principalis in cauſa ſuæ Eccleſiæ, & ſic etiā Abbates,& Priores, habetur ex *Roui.* vbi ſuprà,*n.31.*ex *Cyno in auth. hoc ius porrectū, C.de Sacroſ.Eccl.q.8.n.9.* & ex *Canoniſt.in c.2.de teſtib.& atteſt.in 6.* licèt enim regu-
5 lariter confeſſio Prælati, Eccleſiæ non præiudicet, *cap.præſentium,de teſtib.in 6.* tamen hoc intelligitur, de confeſſione extraiudiciali, ſecus autem, quando per viam contētioſæ iuriſdictionis, *Abb. in cap.dilectus, de Capell.monac.Dec.conſ.474.nu.6.* & habetur per *Rot.Roman.* penès eundem *Pacif.de Salu. interd. in dec.288.in nouis*, latè *Hect. Guid. d.p.6.c.3.* & etiam in procuratore, vt
6 cogi poſſit, procuratorio nomine ad deponēdum vti principalis, habetur ex *Affl.dec.92. Ricc.collect.141.* aliiſq; apud *Golin.in tract.de procur.p.2.c.5.*ſub *n.177.& p.5.c.2. n.10.& 11.* Sed confeſſio Procuratoris deponentis vti principalis, non nocet Domino, niſi præcedat ſpeciale mādatum ad deponendum, *Vrſill.ad Affl.dec.148.in fi. Gallup.in prax.S.C.p.2.c.19.n.27.& ſeq.* latè ēt *Golin.loco* citato *n.177.* & quando noceat, diffusè tradit *Hect.Guido d.p.6.c.1.* de Vni-
7 uerſitate tradit idem *Rouit.in loco* cit.*n.33. & n.34.* ponit practicam, quomodò debeat Vniuerſitas deponere, & multa de depoſitionibus per verbum *credo*,& *non credo*, habentur ex *Surd dec.17.per tot.* quæ volui notare, quia quotidiè poſſunt in practica accidere. Deciſio autem prædicta eſt penès Figliolam Actorum Magiſt.S.C.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutor an teneatur deponere vti principalis nomine pupilli, & n.2.3.4.*
2 *Pupillus an deponere teneatur, & n.3.4.6.*
5 *Tutor an poſſit pupillum inſtruere ad* ſic, *&* ſic *reſpondendum.*
6 *Curator an deponere teneatur,*
*Pubes an, & quando deponere debeat, ibid.*
7 *Cedens an deponere teneatur, & n.9.*
8 *Confeſſio cedentis an, & quando noceat ceſſionario.*
10 *Debitor deponere tenetur, vbi creditor eius iura exercendo, contra debitorem dicti ſui debitoris agit, inſtante Reo conuento, & ità practicatum traditur.*

EGit D.meus in *deciſ.86.* de depoſitione faciēda per Abbatiſſam Monaſterij; *hic* verò tractat de depoſitione Tutoris,& *num.1.* communi voto per S.C. deciſum refert, Tutorem
1 teneri deponere per verbum *credo*, vel *non credo*, ſeruata forma *Reg. pragm.8.de ord. iudic.* de qua dixi *d.dec.86.n.1.* quam concluſionem comprobat *Apoſtil. D. Io. Angeli Piſanelli*, quam refert D.meus *d.n.1.in fine*, poſt *D. Thor.in comp.deciſ.to.2.ver.tutor an cogi poſſit*,& nouiſſimè eam tranſcripſit *D.de Marin.lib.2.quotid.reſol.c.235.n.4.* cum *ſeqq.* qui propoſito articulo, an tutor litigans nomine pupilli, teneatur vti principalis deponere, aduerſario inſtante, dicit, D.meum *dec.86.* tractare articulum in Abbatiſſa, ſed in Tutore affirmaſſe *D.Piſanel. in d. Apoſtil.* teſtatur, & ſic de hac *deciſ.* D.mei in proprio articulo per ipſum propoſito, notitiam nequaquàm habuit, nā illam procul dubio allegaſſet; in hac tamen
2 q̄ſtione *D.Michalor. in tract.de poſit.c.68.* negatiuè reſpondet, ſic diſtinguendo, quòd aut minor eſt infans,& ſic infra ſeptēnium, & tunc ſicut ille deponere non cogitur, ità nec eius Tutor, exēplo Curatoris furioſi, ex *Ludou.deciſ.Lucen.41.n.5.& ſeq.* vt probat
3 *n.3.& 4.* ſi verò ſit impubes,& ſic infrà 14. ann. & iſte, ſi eſt doli capax, & ſic pubertati proximus, deponere tenetur, non autem
4 Tutor, ſin autem nō eſt doli capax, nec pubertati proximus, ſed potiùs infantiæ,& tūc neque deponere compellitur, tàm minor, quàm tutor, vt refert *num. 10. 11. & 26.* ex *Scac. de iudic.lib.2. c.7.n.229.* ſed quādo deponere impubes tenetur, in actu depoſitionis Tutoris authoritas eſt neceſſaria, vt
5 probat *n.14.*& an hoc caſu poſſit Tutor impuberem inſtruere, ad *ſic*,& *ſic* reſpondendum, diſcordant *Bar.*& *Bal.* vt refert *D.Michalor.* ibid.*n.15.* ille enim negat, hic autem affirmat, cum *Bar.* tamen concurrit *Ludouic.* vbi ſuprà *n.7.& ſeqq.* ac *Neuiz.conſ.17.*
6 *n.79.* quos adducit *D.Michalor.n.16.* ſi verò ſit pubes, quia excedit ann. 14. & Curatore careat, validè ipſe deponere poteſt; ſin autem, Curatorem habeat, illius authoritas eſt neceſſaria in actu depoſitionis, vt fundat *n.17.& 18.* nec hoc caſu Curator deponere tenetur, vt concludit dicto *n.20.*

An autem Cedens teneatur deponere vt prin-

principalis in cauſa eius Ceſſionarij, & D. Rouit. in d. prag. 8. n. 30. remiſſiuè loquitur,
7 pro cuius tamen articuli deciſione erit videndum, an confeſſio cedentis, noceat ceſ-
8 ſionario, in qua quæſtione plures caſus facit ad hoc *Io. And. in addit. ad Specul. tit. de ceſſ. act.* §. 1. n. 4. in *verſ. dolum*, ſequitur *Imola in l. facta, n. 5. ff. ad treb.* qui ſex opiniones refert, quæ tamen in tres reſtringuntur; aliqui enim negarũt, per *tex. in l. ſi partem, § fin. ff. quemadm. ſeru. amitt.* aliqui verò affirmauerunt, ità *Io. Andr.* vbi *ſup.* ſecutus *Guid. de Suzar.* quem ipſe allegat; & tandèm concordãdo has opiniones, diſtinctionis fœdere alij voluerunt, tunc nocere, cùm ceſſionarius habet aliquem regreſſum cõtra cedentem, ſecus ſi in nihilo poſſet dubitare cedens, lędi poſſe, vt latè *Io. Andr. loc. cit.* quod tamen latiùs aperuit *Iac. de Arena in d. l. facta, §. ſi hæres*, quem ibi ſecutus fuit *Bart.* vt ſi ceſſio ſit facta, ad periculum, & cõmodum cedentis, tunc noceat; ſi autem, ad commodum, & damnum ceſſionarij, ſecus ſit, data tamen in ceſſionario ſcientia ceſſionis, aliàs noceret, ſi antè notitiam emanata fuiſſet cõceſſio, per *l. fin. C. de tranſact.* hos, & alios caſus diſcurrit *Imola in d. l. facta*, ex quibus ſequitur, quòd
9 cedens cogi poteſt, & deponere tenetur ad inſtantiam conuenti, ſecus ad inſtantiam ceſſionarij agentis, ità *Io. Andr. & Imola vbi ſuprà*, ſed *Marilian. dec.* 21. dicit, quod cedens tenetur deponere, ſi tenetur de euictione ceſſionario, vel ceſſio ſit facta poſt litem motam, & tandèm *D. Muſcatell. in prax.* S.C. *p* 5. *glo. legaliores, n.* 22. loquẽs in ſimili, dicit, quod depoſitio eſt faciẽda per pſonas principales, vel illas, ad quas negotiũ in medio migrauerit, ex *auth. Principales, C. de iuram. per calum. dan.* ità vt comprehendantur ẽt Authores laudati, & nominati in iudicio, ad quos ex laudatione,
10 & nominatione negotium migrauit, & ex manuſcriptis *D. Conſ. de Morra* notatũ ha-
* beo, quòd S.C. in quadã cauſa ardua, mandauit, depoſitionẽ fieri per debitorẽ, cuius iura exercendo, agebat eius creditor contrà debitorem dicti ſui debitoris, inſtante Reo conuento, cùm nõ dubitabatur, adeſſe intereſſe illius; ſi enim actor non obtineret contra dictum debitorem ſui debitoris, remanent ſua iura, & obligationes contrà ſuũ debitorem. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

**Diffamatus intentãs remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* an, & qñ dicatur reus, ad explicationẽ *dec. Affl.* 268**

## SVMMARIVM.

1 *An aduerſus intentantem remedium* l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. *poſſit declinatoria fori opponi, & n.* 8.
2 *Diffamatus nùnquid verè actor dicatur, & nu.* 5.
*Et an indifferentèr id procedat, tàm ſi ageretur in terminis* d. l. diffamari, *quàm* l. ſi contendat, ff. de fideiuſſ. *n.* 3.
4 *Præuentus an poſſit declinatoriam fori opponere, & ibi, quid ſi ſit Clericus.*
5 Affl. in dec. 268. *confutatur, & n.* 6.
7 *Diffamatus in terminis* d. l. diffamari, *quomodò, & quando dicatur reus.*
8 *Deciſio cauſæ traditur.*

# Deciſio LXXXIX.

EX *deciſ. Affl.* 268. habetur, in S.C. fuiſſe deciſum, quòd intentans re-
1 medium *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* dicatur actor, & proindè, ſi petit, conſtito de diffamatione, cogi, & compelli facere diffamantem ad proponẽdum eius iura, quòd diffamans poteſt remiſſionem petere ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, tãquàm reus, quod quidèm fundatur ex vulgata *l. in tribus, ff. de iudic.* quia is priùs ad iudicium prouocauit, *Capycius* verò in *dec.* 18 contrarium cõcludit, & deciſum refert in S.C. quòd non ſit locus remiſſioni, quæ quidèm *deciſio* fundatur in doctrina *Alexan. in conſ.* 103. *vol.* 5. qui poſt
2 alios tenuit, diffamatum non eſſe verè actorem, ſed reum, ex eo, quia attendi debet natura negotij, & quòd verè ille, qui diffamat, prouocat diffamatum in iudicio; Cùmq; aliàs tractaretur de prædicto articulo in S.C. in cauſa Iulij Cæſaris de Auria cum Eminent. Card. Comenſe, *Vincent. de Franch. in dec.* 657. latè ſuper ipſo diſcurrit, conſtituendo differentiam, quando ſimpliciter fuit intentatum remedium *d. l. diffamari*, & quando ſimul cum dicto remedio
3 cumulatur remedium *l. ſi contendat, ff. de fideiuſſ.* in caſu enim *d. l. ſi contendat Ant. de Butr. in cap. ſi clericus, col. fin. verſ. vlt. de for. comp.* ad declarationem dictorum iuriũ format quæſtionem in proprijs terminis, & tenet, quòd in dicto caſu agitur coràm eo Iudice, coràm quo, ſi conuenirentur, ageretur, ex doctrina *Bart. in l. ſocietatem § arbitrorum, ff. pro ſoc.* & ex alijs per ipſum adductis, quod etiam ſequitur *Abb. in cap. ſi quis contra clericum, ext. de for. comp.* & ſic ſecundùm eum, nulla poteſt cadere difficultas in remedio *d. l. ſi contendat.* Sed dubium eſt inter DD. reſpectu remedij *d. l. diffamari*, licèt enim idem *De Franch. n.* 4. videa-

Digitized by Google

videatur concludere, quòd in vtroque caſu reſpectu Iudicis eadem cadat dubitatio, tamen articulus *ibi* non fuit deciſus, quia ex parte Cardinalis fuit oppoſitum, & demonſtratum, præuenientem fuiſſe citatum ſuper tenore inſtrumenti, & fuiſſe contumacem reputatum, verùm, quia affert *Rit. M.C.V.*190. in quo loquendo de præuentione, dicitur, quòd debet fieri in M.C.V.
4 & ſi præuentus eſſet Clericus, poſſet fieri in Curia Eccleſiaſtica, in quo *Ritu* reaſſumit *Carauit.* in hoc Regno receptam eſſe opinionem, quòd qui remedium prædictum intentauit, ſit actor, & propterea debet ſequi forum Rei, & ſic cauſa remitti debet ad Iudicem diffamātis, ſecundùm deciſionem S.C. relatam per *Affl.in d.deciſ.*268. quam opinionē ſequuntur etiam *Bernard.Pand. in tract.de præſent.& exeq.inſtrum. ſuper Rit.*164.aliàs 166. *Gagliard. in tract.de iuram.*§.4.*n.*29. & ex his reddebatur articulus ſatis dubius, cùm opinio *Affl.* habeat pro ſe grauiſſimos *DD.* nàm vltrà prędictos eam tenuerunt *Paul. de Caſtr.in l.in criminali, col.*2.*verſ.ſed quæro, extrà gloſ. C. de iuriſd.omn.iudic. Dec.conſ.*686.*in fin.* & idem *Dec.in cap.cùm inter,nu.*14.*de except. Boer.dec.*255.*Pariſ.in cap.in præſentia,de probat.n.*19 *Ripa lib.*1.*reſponſ.c.*8.*n.*7.*verſ. quartò negatur.*

5 Verùm contrariam opinionem cum *Capyc.d.dec.*18.tenuerunt *Bald.& Cagnol. in d.l.diffamari,& Alex.in d.conſ.*103.& opinionem contrà *Affl.* eſſe communem, teſtatur *Couarr.lib.*1.*var.reſol.cap.*18. *Abb.in d.cap.ſi quis contrà Clericum,nu.*2.*& Ant. de Butr.in d.cap.ſi Clericus, de for. compet.* & in *cap quintauallis,col.penult. de iur.iur.* & de communi, relatis opinionibus, teſtatur *Trentacinq. var.reſolut.lib.*1. *tit.de diffamatoribus,reſol.*1.*nu.*6. *Gratian. diſcept. forenſ.lib.*4.*cap.*686.*nu.*11. qui dicit, quòd intentans hoc remedium, dicitur Actor quòad probationem iactationum, ſecundùm *Bald.in l.non cogendum,*§.*ſi procurator,nu.*3.*ff de procur. Contard.in d.l.diffamari,q.*1.*nu.*2. vbi dicit, quòd procedit reſpectu ordinationis iudicij, non petitionis, *Iaſ. in l. de pupillo,*§.*qui procurator,n.*4. *ff de oper.nou.nunc. Marant.in ſpecul.p.*4. *diſt.*21.*nu.*19.*Bartholom.Blarer.in d.l.diffamari,cap.*4. *Gonſal. Suarez* in ſua *pract, tom.*3.*cap.*9.§ 1.*nu.*4. *pag.*124. *Carpan. ad ſtatut.Mediol.cap.*46 *nu.*26. *Minſyng. obſeru.*85.*cent.*5. diffuſè, omnibus contrarijs reſpondendo *Matth. Vueſembec.conſ.* 96. *Io.Phicar.conſ.*147.ſub *nu.*1.*vol.*2. *Hieron. Agnin. inter conſ. Phicar.conſ.*60. per tot. Nec diſſentit *Borgn.Caualc.deciſ.*17.*nu.*14. *p.*1.*Bernard.Greuæi ad Gayll.obſeru.*9.*conſid.*1. qui etiam de communi teſtatur, *Fab. de Ann.conſ.*58.*n.*9. *Alex.Raudenſ.reſp.*21. *nu.*326.*& per tot.vol.*1.*Fulu. Pacian. de prob. c.*56.ſub *nu.*24. *Ludolph.Schrad. de feud.p.*2.9.*p.princ.ſect.*13.ſub *n.*112.*Marcell.Calà de modo art.gloſ.*1.§.1.*n.*113.

6 Et ſic non poteſt dubitari, quòd opinio contrà *Affl.* ſit magis communis, & contrà ſuam opinionem pluriès fuit iudicatum in eodem S.C. prout refert *Vrſill.* ad eundem *Affl.in d.dec.* aliam refert *Piſanell.in addit. ad d.dec.* & aliam *Aloyſ. de Leo in d.l. diffamari.* Sic etiam pro prædicta opinione *Capyc.* contrà *Affl.* fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano, refert *Cacheran. dec.*151. & ſic ſeruari in Camera Imperiali dicit *Gayll. lib.*1.*d.obſeru.*9.*&* 11. & pro hac opinione fuiſſe determinatum in Senatu Piſano, teſtatur *Mart.in vot.*95.

7 Contrarijs autē facilè reſpondetur, quia verè diffamatus ſecundùm propriam negotij naturam dicitur reus in negotio principali, de quo agitur, actor verò non poteſt dici, niſi vt probare cogatur diffamationē, & id, quod dicitur de *Rit.*190. procedit in pręuentione, quando petitur, caſſari inſtrumentum, vel non teneri ad obligationem, & ſic iudicium intentatur circà principale negotium, in caſu autem *l.diffamari* agitur tantùm, vt diffamans proponat eius iura, & propterea dixit *Socin.in cap.propoſuiſti, in* 4.*membr. princip. q.*12.*de for.compet.* & in *conſ.*41.*nu.*1.*lib.*1. quòd ſi diffamatus petat, declarari, ſe non teneri ad rem, vel ad factū, cuius cauſa diffamatur, & diffamanti perpetuum ſilentium imponi, quòd tunc res verſatur extrà terminos *d.l.diffamari,* & eum ſequitur *Peregr.conſ.*82.*n.*13.*vol.*1. quando autem ſimpliciter intētatur remedium *d.l. diffamari,* etiam vnitum cum *d.l.ſi contendat,* libellus non concludit, niſi, vt cogatur diffamans intrà aliquem terminum ad proponendum eius iura, aliàs ei viam præcludi, & ſic iudicium non eſt ſuper facto principali, in quo de ſui natura diffamatus eſt reus, ſed in ipſo incidenti, vt non cogatur diffamatus cum animi perturbatione viuere pro lite ſibi mouenda. Ex quibus in cau-
8 ſa Lucæ Antonij Ferrarij cū Venerab. Monaſter.D.Mariæ de Pace Fratrum B.Ioannis de Deo, ad relationem Reg Conſil.Andreæ Prouenzalis fuit die 27.Octobris 1632. pari voto determinatum, petita remiſſione pro parte dicti Hoſpitalis S. Mariæ de Pace non obſtante, eſſe procedendum ad ea, quæ incumbunt in S. C. interuenientibus Reg. Conſil.de Piccolellis, Didaco Bernardo Zufia, D.Franciſco Sauio, prædicto Andrea Prouenzale, D.Didaco Mendiecta, & me Hectore, in Banca Actorum Magiſtri Cioffi, ſiuè Ricciardelli.

## OBSERVATIO
## In Deciſione LXXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor, vel Poſſeſſor, dubitans de indicata futura moleſtia, quibus modis, & quomodò experiri poſſit de eius iuribus, nu.* 1. *&* 15.

2 *Remedium* l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. *ac remedium* l. ſi contendat, ff. de fideiuſſor. *quomodò proponantur, & an differant inter ſe, ſub n.* 12.

*Iactatio eſt probanda in remedio* d. l. diffamari, *d. nu.* 2.

3 *Terminus ſtatui debet diffamanti ad proponendum eius iura per bina decreta.*

4 *Iudicium diffamationis poteſt fieri cum Procuratore.*

5 *Decretum requiritur, per quod præcludatur via diffamanti, elapſo termino dato ad proponendum iura, illiſq; non propoſitis, intellige, vt nu.* 9.

6 *Diffamans in iudicio diffamationis moto, non poteſt petere remiſſionem ad ſuum Iudicem, quia dicitur actor, contrarium, nu.* 7. *ſed prima opinio eſt verior, num.* 8. *& ſub n.* 9. *ſic etiam in iudicio* d. l. ſi contendat, *n.* 12. *limita, n.* 13.

9 *Diffamans admittitur ad proponendum eius iura, cum breui tamen termino, etiā ſi fuerit ei præcluſa via cum decreto.*

10 *Diffamans poteſt eius iura proponere coràm alio Iudice.*

14 *Clericus poteſt declinare forum, comparēs coràm Iudice ſæculari, petendo, non moleſtari laicum conuentum ſuper bonis, in iudicio deductis, ex quo illa per ipſum poſſidentur, & ad eum ſpectat ſolutio debiti, & ſic deciſum traditur.*

1 DEbitor, vel Poſſeſſor, qui perpetua exceptione tutus eſt, dubitans de indicata futura moleſtia, poteſt de ea duobus modis in iudicio experiri, vt tradit D. *de Marin. cap.* 257. *lib.* 1. *quotidian. reſolution. & cap.* 6. *nu.* 1. *lib.* 2. qui quidèm modi frequentiſſimi ſunt, vt dixit *Antonin. de Amato reſolut.* 52. *n.* 1. *lib.* 2. *var. reſol.*

2 Primò, intentando remedium *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ.* vt diffamans, ſiuè iactans, habere iura, & actiones, illa ſi quæ habet contrà ipſum proponat infrà certum tempus, aliàs præcludatur via agēdi, in quo iudicio neceſſariò probari debet iactantia, audito diffamante, vt poſt *Boer. dec.* 255. *nu.* 6. *Gayll. obſeru.* 10. *lib.* 2. & alios probat D. meus *conſult.* 114. *nu.* 26. *lib.* 2.

3 illaq; probata certum tempus per bina decreta, ſiuè citationes ſtatui debet diffamāti ad eius iura proponenda, vt probat D. meus *ibid. nu.* 25. & ſufficit, quòd intimetur

4 Procuratori, cum eo enim iudicium prædictum fieri poteſt, vt per *Capyc. deciſ.* 18. *nu.* 9. quem citat D. meus *num.* 35. quo

5 termino elapſo, perpetuum imponitur ſilentium, mediante alio decreto, vt dixit *Gayll. obſeru.* 12. *lib.* 1. & poſt ipſum D. *Marta voto* 95. *nu.* 2. & licèt D. meus *nu.* 29. teneat, hoc vltimum decretum non requiri, ſi in dictis duobus præcedentibus decretis fuit ſtatutus terminus peremptorius, nàm veriùs eſt, vt ſemper requiratur, vt probant *Gayll. &* D. *Marta* vbi ſupr.

6 Eoq; iudicio diffamationis propoſito, nō poteſt diffamans remiſſionē ad ſuū Iudicē petere, ex quo diffamatus dicitur Reus, vt benè fundat, & deciſū refert *Capyc. d. dec.* 18. vbi D. *Maſull. n.* 2. 3. *& ſeqq.* quā ſentētiam ſequuti sūt DD. quos lōga ſerie refert, & ſequitur *Amat. d. reſol.* 52. *nu.* 2. & nouiſſimè *Fontanell. dec.* 328. *n.* 12. *verſ. ſed quicumq; lib.* 2. & ex noſtratibus comprobant *Vrſill. ad Affl. dec.* 268. *nu.* 2. *verſ. contrarium,* D. *Amendola ad* D. *de Franch. deciſ.* 385. *nu.* 1. D. *de Anna conſ.* 58. *lib.* 1. D. *Reg. de Ponte dec.* 31. *nu.* 4. D. *Trentacinqu. lib.* 1. *var. reſol. tit. de diffamat. reſol.* 1. ſub *nu.* 6. D. *Epiſcop. Ricc. collect. dec.* 336. D. *Muſcatell. in praxi par.* 1. *gloſ. Reus, nu.* 13. vbi *Additio* eiuſdem *lit.* D. ſic etiam D. *de Franch. d. dec.* 385. *& deciſ.* 657. *num.* 4. *&* 5. ac *Dom. Reg. Rouit. dec.* 1. *n.* 14. *in fin.*

Et licèt *Afflict. d. deciſ.* 268. ſubſtineat, ac

7 deciſum referat, diffamatum dici Actorem, & proindè poſſe diffamantem petere remiſſionem ad ſuum Iudicem; Tamen contrà

8 *Affl.* eſt magis communis opinio, & contrà ipſum, nedùm extera, ſed noſtra quoq; Tribunalia ſepiùs iudicauerunt, amplectendo opinionem *Capycÿ*, vt refert D. meus *hic,* ſub *nu.* 6. *&* 8. ſicq; in alia cauſa deciſum tradit *D. Reg. Sanfelic. dec.* 168. *lib.* 1. & paritèr contrà *Affl.* iudicatum per *Rotam* teſtatur *Gratian. cap.* 85. *nu.* 9. *lib.* 1. *& Natta ad Alex. conſ.* 103. *verſ. debet audiri, vol.* 5. dixit, opinionem *Affl.* non ſeruari, illamquè etiam reijcit *Peregrin. conſ.* 82. *nu.* 8. *lib.* 1. opinionemq; *Capycÿ* aſſequitur vti veriorem *Macerat. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 64. ſub *nu.* 4. item *D. Piſanell.* expreſsè *Affl.* reprobat, ac contrà ipſum deciſum oſtendit in *Apoſtil.* tranſcripta per *D. de Marin. d. c.* 6. *nu.* 5. *lib.* 2. *quotid. reſol.* vbi ſimilitèr inquit, quòd ſtante *d. dec.* 18. *Capycÿ*, non eſt ampliùs in Regno de hoc diſceptandum, licèt *D. Prat. obſeruat.* 98. *nu.* 9. *verſ. Ecce, cent.* 1. *pract. obſeru.* cōtrà *Affl.* cōcurrere noluerit, dùm ipſum ſequutus ſit in *addit. ad D. Muſcatell. d. gloſ. Reus, pag.* 20. *col.* 2. *verſ. ad qua-*

Digitized by Google

*quaſtionem verò*, at vidhns, contrà *Affict.* adeſſe cumulum DD. ac infinitas deciſiones, alibi ſe tractaturum ex profeſſo materiam pollicetur.

In hoc tamen obſeruabis, quòd quàmuis ſit interpoſitum decretum, imponendo
9 perpetuum ſilentium, vel præcludēdo viam agendi diffamanti, tamen alia conceditur dilatio, ſed breuis, ad probandum eius iura, nè indefenſus remaneat, vt deciſum fuit per Reg. Cam. Summar. in Collater. Conſil. teſte *D. Reg. de Ponte d. dec. 31. in fine*, vbi, quòd quamuis in dicta R.C.S. fuiſſet facta paritas in votando, & ſic fuerat excluſus diffamans, quandoquidèm ibi tantummodò ſeruatur *tex. in l. inter pares, ff. de re iudic.* vbi, ſi Iudices ſunt pares in voto, ſententia pro Reo fertur, & facta relatione in dicto Collat. Conſil. ſimilitèr DD. Regentes in paritate fuerunt, ſed poſteà, vt ipſe refert, omnes fuerunt concordes in concedenda breui dilatione ad probandum prætenſa per ipſum, & ſic etiam habitum fuit pro vero, diffamatum, non diffamantem dici Reum, dùm pro diffamato, vti Reo per R.C.S. erat latum decretum, iuxtà *d. l. inter pares*, & ſic opinio *Capycij* ſemper ſequenda eſt, ex ſuprà adductis *nu. 6. &* 8. In quo
10 paritèr iudicio diffamationis, probata iactantia, diffamans poteſt eius iura proponere coràm alio Iudice, adhùc tamen competente, cùm iudicium diffamationis ſit terminatum per iura propoſita per dictum diffamantem, vt deciſum tradit *D. de Franchis d. dec. 385. nu. 1.* ſequitur *Maſtrill. dec. 14. nu. 18. & ſeq.*

Secundo modo agere poteſt diffamatus,
11 proponendo remedium *l. ſi contendat, ff. de fideiuſſ.* inſtando, declarari, nullum ius competere diffamanti, vel ſe non teneri ad factum, vel ad rem, cuius cauſa diffamatur, & diffamanti perpetuum ſilentium imponi, vt per D. *de Franch d. dec. 385. num. 2.* & comprobant *Amatus d. reſol. 52. nu. 1.* ac D. *de Marin. d. cap. 6. nu. 3. in fine*, & hoc caſu
12 agi debet ſimilitèr coràm Iudice diffamati, coràm quo conueniendus eſſet, ſi non præueniendo prouocaſſet actorem, & ſic diffamātem, vt latiſſimè fundat *Amat. ibid. nu. 3.* D. *Piſanell.* vbi ſupr. *nu. 6.* eò, quòd remedium *d. l. diffamari* fraternizat cum remedio *d. l. ſi contendat*, licèt in aliquo inter ſe differant, vt poſt D. *de Franch. d. dec. 385.* tradit *Amat. ibid. nu. 2.* Verùm diffamans tenetur proponere iura ſimilitèr coràm Iudice diffamati, vt deciſum refert D. *de*
13 *Marin. loc. cit. nu. 4.* ſecùs tamen eſt, ſi cum remedio *d. l. diffamari* ſit cumulatum remedium *d. l. ſi contendat*, tunc enim Iudex diffamantis erit ſemper Iudex cauſæ principalis, vt poſt D. *de Franch. d. deciſ. 385. num. 2.* probat D. *de Marin. d. num. 4.*

Dùm autem in hac deciſione agitur, an
14 Clericus in iudicio diffamationis, fori priuilegio gaudeat, obſeruabis, quod ille fori declinatoria potitur, ſi cōparet corā Iudice ſeculari, petēdo, non moleſtari laicos conuētos ſuper bonis in iudicio deductis, & fateatur, ac probet, illa per ipſum poſſideri, & ad ipſum etiam ſpectare ſolutionem debiti, dùm non petit, aliquem condemnari, nec de perſona, nec in bonis, iuxtà *text. in c. ſignificanti, de foro competen.* vt in terminis
* ità per S.C. iudicatum fuit in cauſa Hæredum D. Marchioniſſæ Apicis cum D. Anello Ametrano Sacerdote, de menſe Maij 1643. in gradu reclamationis, eò, quòd anteà contrarium erat deciſum per idem S.C. & propterea, ſuſpenſo primo decreto S. C. fuit ordinatum, quòd Hæredes d. D. Marchioniſſæ adeant Iudicem Eccleſiaſticum, non obſtante, quòd conuenerant Nardum Ametranum ad ſolutionem pretij Nemoris, eò, quòd ipſe D. Anellus poſſidebat, & debitum ſoluere tenebatur, interuenientibus D. Præſide *Marcheſio*, ac DD. Cōſil. *Sauio, Mendiecta, & Salituro*, in Banca de Amico. *M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Barone ſuſpecto ex capite inimicitæ, an, & quando cauſa debeat remitti ad ipſum Baronem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus inquiſitus, quando Baroni eſſet odioſus, ſolet ad eius Curiam remitti, cum conditione, vt eligat Iudicem in Ciuitate.*

2 *M.C. non poteſt certum Iudicem deputare in cauſa vaſalli inquiſiti, vt procedat, nomine Baroni petentis cauſa remiſſionem.*

3 *Vbi adeſt ſuſpitio Baronis in delegādo, ſolet S.C. certum Iudicem deputare, vt nomine Baronis procedat.*

4 *Iudex ſuſpectus in iudicando, nō eſt ſuſpectus in delegādo, niſi ex capite inimicitiæ.*

5 *Inimicitia oritur ex depoſitione facta per aliquem vti teſtem in cauſa criminali.*

6 *Baro ſi eſſet ſuſpectus ex capite inimicitiæ, non poteſt Iudicem delegare.*

*Sed contrarium, n. 14.*

*Limita, vbi inimicitia eſſet ſatis grauis, & vrgens, nu. 17.*

*Contrarium veriùs, nu. 26.*

7 Ini-

7 *Inimicitia ex pace facta, dicitur extincta.*
8 *Inimicus eſſe non deſinit Baro, ad finem vt ſuſpectus recuſari poſſit, quàmuis pax cum eo facta ſit.*
*Minor ſuſpitio requiritur, ad finem repellendi aliquem à iudicando, quàm à teſtificando.*
10 *Cauſa inimicitiæ ſufficit, ad finem repellendi aliquem à iudicando, quàmuis abſq; odio.*
11 Frecciæ *opinio* in lib.3. de ſubfeu. in differ. inter feud. quater. & feud. plan. & de tab. nu.37. *hodiè non ſeruatur, & nu. 28. ſed explicatur, nu. 12. & 15.*
13 *Suſpitio, perſonam ſigillat, verùm iuriſdictionem non tollit.*
16 *Baro in cauſa, vbi haberet intereſſe, eſt ſuſpectus etiam in delegando.*
*Contrarium, nu. 27.*
18 *Baro ob grauem, & vrgentem inimicitiam cum Vaſallo, amittit quoad eum iuriſdictionem.*
*Sed contrarium, n. 22.*
19 *Baroni nõ tollitur iuriſdictio, ob ſaluaguardias, q̃ ſolent expediri ab Officialibus maioribus Vaſallis, vt nõ procedat ad capturã, vel informationẽ, inconſulto Superiore.*
20 *Saluaguardia Vaſalli cõtra Baronem qualitèr, & quando erit expedienda.*
21 *Saluaguardia vaſalli ob grauem, & vrgentem inimicitiam, per quam tollitur Baroni iuriſdictio, expedienda erit, cauſa cognita, & parte audita.*
23 Capiblan. de Baron. tom.2. Prag.3. c.13. n. 11. *explicatur.*
24 *Suſpecto Capite Collegij, erit ſuſpectum Collegium.*
25 *Suſpecto Epiſcopo, erit ſuſpectus Vicarius.*
29 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XC.

QVando Vaſalli, qui de aliquo crimine reperiuntur inquiſiti, ſunt Baroni, qui petit, cauſam remitti ad eius Curiam, vigore eius priuilegiorum,
1 odioſi, ſolet tàm M.C.V., quàm S.R.C. prouidere, quòd cauſa remittatur ad Baronem, qui eligat Iudicem in Ciuitate, quod fit ea ratione, quia quando Iudex electus à Barone, eum grauat, de facili poteſt habere recurſum ad Iudices ſuperiores. Verùm in cauſa Angelilli Cardillo vaſalli Illuſt. Marchionis Murconi, M.C.V. decreuit, vt cauſa remitteretur ad Iudicem ſecundarũ cau-
2 ſarum dicti Baronis, eligendũ per M.C. qui tamen procedere debeat nomine Baronis; à quo decreto cùm fuiſſet appellatum per Ill. Marchionem, cauſa commiſſa in S.C. p eiuſdem decreti confirmatione adducebatur per inquiſitum doctrina *Frec. in lib. 3. de ſubf. in differ. int. feud. quatern. & feud. plan. & de tab. nu. 37.* vbi *in fine* dicit, quòd quando in delegando quoad certam per-
3 ſonam ex cauſa inimicitiæ, ſuſpitio procederet, S.C. ſolet, certum Iudicem deputare, qui nomine Domini procedat, & eum ſequi videtur *Carau. in Rit. M.C.V.* 265. ſub *n.* 35. vbi dicit, quòd quando nimis vrgens adeſt ſuſpitio Baronis, deputatur certus Iudex, qui nomine Baronis procedat, quod corroborari, dicebat inquiſitus, quia non poterat negari, quòd Baro erat inimicus, & quàmuis regularitèr Iudex ſuſpectus in iu-
4 dicando, non ſit ſuſpectus in delegãdo, niſi eſſet ſuſpectus ex capite inimicitiæ, vt plenè dictum fuit in *deciſ.* præced & de inimicitia cum Barone ſatis conſtare, dicebatur, quia vaſallus capita porrexit S.E. ſuper qui-
5 bus inſtitit, capi informationem contra Baronem, ex quo dubitari non poterat, inimicitiam oriri, cùm oriatur etiam ex depoſitione aliqua facta, vti teſte in cauſa criminali, vt per *Innoc.* & alios in *cap. cùm P. Mãconella, de accuſ.* Et ſic ipſe non poſſet, Iudi-
6 cem deputare, tanquàm ſuſpectus, etiam in delegando ex capite inimicitiæ, *Maſtril. de Magiſtr. lib. 4. c. 17. n. 86. & Reg. Roui.* refert deciſionem Collat. Conſ. factam in Præſide S.C. in *prag. 1. de ſuſpit. offic. n. 16.*

Nec inimicitia poterat dici, quòd erat finita, ſtante remiſſione facta per vaſallum
7 Baroni poſt querelam inſtitutam, quia & ſi ex pace facta inimicitia extinguatur, *Innoc. & Io. And. in cap. cùm oportet, de accuſ. Caball. reſol. crim. caſ. 272. nu. 7. Card. Tuſc. lit. P. concl. 172. n. 8. & 21. & lit. R. cõcl. 54. n. 9.* & alij per *Mar. Giurb. conſ. 60. n. 17. cũ ſeqq.*
8 tamen ad finem, vt ſuſpectus recuſari poſſit, inimicus eſſe non deſinit, *glo. in can. accuſatus 3. q. 5. Morla in Empor. iur. p. 1. tit. 2. de iuriſd. omn. iud. n. 200. Giurb. d. cõſ. 60.*
9 *n. 8.* & vt repelli poſſit à teſtificando, vel iudicando, in hoc enim, nedũ parificantur, ſed minor ſuſpitio repellit à iudicãdo, vt habetur in *l. apertiſſimi,* vbi *Iaſ. n. 7. C. de iudic.* ſufficit enim, habere cauſã inimicitię, quã-
10 uis ſine mentis odio, vt per *Innoc. in cap. cùm I. & A. n. 5. in fi. de ſent. & re iud. Felin. in cap. repellantur, in fin. de accuſ.*

In contrarium verò fuit conſideratum,
11 quòd illud, quòd dicit Marin. *Frec. in loco* ſuprà alleg. quod S.C. ſolet, Barone ſuſpecto etiam in delegãdo deputare Iudicem, qui nomine Domini procedat, non eſt hodiè in obſeruãtia, vt teſtatur *Reg. Tap. de iure Regni, lib. 2. tit. de offic. Magiſt. Iuſt. in Conſt. Statuimus, nu. 34.* Rurſus dicebatur, quòd
12 doctrina *Frec.* in ſuo dicto potiùs firmat cõcluſionem in contrariũ, dùm dicit, quòd quando ipſe Dominus eſt ſuſpectus, pote-
13 rit alteri cauſam committere, nàm ſuſpitio,



Digitized by Google

perſonam ſigillat, ſed iuriſdictionem non tollit, *l. Prætor*, vbi *Paul. de Caſt.* & alij, *ff. de iuriſd. omn. iud.* & licèt hæc regula limitetur in caſu *l. 1.* vbi *Bal. C. ſi quacunq; prædit. pot.* vel quando Dominus, vt inimicus repellitur, *l. ſi pariter, ff. de liber. cauſ.* tamen concludit, quòd hoc nõ admittitur in S. C. quia vbi Dominus inimicus eſſe compro-
14 batur, non perdit ex hoc facultatem delegandi, nam Baro habet iuriſdictionem in feudum, & in vtile dominium, non autem in officium, & de Officiali loquuntur leges, non verò de Domino, & ſic *Frec.* fundat, quòd Baro non amittat iuriſdictionem in delegãdo, & licèt inferiùs dicat, quòd quãdo quoad certam perſonam eadem ſuſpitio procederet, S. C. deputat in cauſa Iudicem, qui nomine Baronis procedat, non põt intelligi in caſu, quo vaſallus eſſet Baroni odioſus in hoc vltimo dicto, quia ſe con-
15 tradiceret cum primo, in quo in ſpecie teſtatur de ſtylo S. C. ſed loquitur, & intelligi
16 debet in alijs caſibus, in quibus eſſet ſuſpectus, etiam in delegando, exemplum tradi poteſt, quãdo tractaretur de proprio ipſius intereſſe, vt per *Surd. conſ. 50. nu. 15.* ex doctrina *Bar. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iud. n. 2.* & ſequitur *Oldr. conſ. 7.* quod tamen eſt intelligendum, ſecundùm *Cãcer. lib. 3. var. reſol. c. 13.* ex *nu. 187.* erit propterea dicendum, ad finem vt non inducatur
17 incontinenti correctio, quòd loquatur in dicto caſu, vel quatenùs loqueretur de inimicitia, oporteret, quòd eſſet ſatis grauis, & vrgens, prout etiam loquitur *Caraui. in d. Rit. 265.* itàut omninò iuriſdictionẽ ſui va-
18 ſalli amitteret, in quibus terminis loquitur etiam *Capibl. de Baron. to. 2. ſuper prag. 3. de Baron. c. 13.* ſub *n. 11.* loquendo in materia ſaluaguardiæ, licèt regularitèr, Barone inimico non expediatur ſaluaguardia ab Officialibus maioribus, vt tollatur ei iuriſ-
19 dictio, ſed tantùm, vt non procedat ad capturam, vel informationem, inconſulto Superiore, quo caſu non tollitur iuriſdictio, ſed limitatur. Exemplum ponit idem *Capibl. loc. n. 8.* quando Superior videt capita porrecta contra Baronem, maximè ſi eſſent criminalia, vel ciuilia magni ponderis, qui eſt caſus noſter, nam non priuatur iuriſdictione, ſed limitatur per ſaluaguardiam
20 prædictam, quæ forma ſaluaguardiæ probatur etiam ex *Petro de Greg. de conceſſ. feu. p. 8. q. 16. De Ponte de pot. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de inſign. & arm. n. 13. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 5. c. 6. n. 210.* ſubdit etiam in *loco* proximè allegato *Capibl.* quòd quando eſſet expediẽda ſaluaguardia
21 ob grauem, & vrgentem inimicitiam, ità vt omninò tolleretur iuriſdictio; eſſet expe-
22 dienda, cauſa cognita, & parte audita, licèt hæc concluſio neq; in caſu pdicto ſit abſq; contradictione, cùm contrarium tenuerint *Marc. Ant. de Amat. Berons, Canc. Menoc. & Faber*, allegati ab eodem *Capibl. in loc. cit. num. 16.* qui licèt dicat, quòd in Tribunali nunquàm vidit ſeruari opinionem prædictam, ſed limitationm à ſe poſitam, tamen non eſt ſimplicitèr verum,
23 ſed eius opinio procedere poſſet, quando Baro haberet intereſſe, vt ſuprà diximus, ſecus autem, quando eſſet inimicus, quia tunc nunquàm vidi ſeruari, quòd tollatur iuriſdictio Baroni, eſſet enim aperire viam fraudibus, & vaſalli ad omne libitum ſe eximerent à iuriſdictione Baronis, porrigẽdo contra eum capita Iudicibus Superioribus, vel inſtituendo iudicium contra ipſum, quod non eſt permittendum, & ideò idem *Capibl. in to. 1. de Baron. prag. 3. n. 165.* tractando proprium articulum, quando vaſallus eſt Baroni odioſus, ſi poſſint eius Officiales procedere, arguendo dicit, quòd
24 ſuſpecto Capite Collegij, erit ſuſpectum Collegiũ, & ſuſpecto Epiſcopo, erit & eius
25 Vicarius, ſed tamen reſoluit, quòd ſuſpitio perſonam priuat exercitio, ſed iuriſdictionem non tollit, & proindè in caſu prædicto poterit Superior mandare, quòd eligat Iudicem in Ciuitate, *num. 166.* quòd quan-
26 tùmcunq; ſit Baro inimicus, non priuatur poteſtate delegandi, neq; Superior poteſt certum Iudicem aſſignare, vt Baro ei cauſam deleget, cùm id eſſet minuere iuriſdictionem Baronis, & pro hac opinione allegat *Frec. in d. tit. de differ. inter feud. quatern. & de tab.* licèt limitet hoc *num. 167.* quando inimicitia eſſet grauis inter Vaſallum, & Baronem, vel quãdo tractaretur de
27 cauſa pertinente ad commodum Baronis, licèt hæc limitatio non ſit vndiq; tuta, quia reſpectu intereſſe Baronis non ſemper repellitur à iudicando, ſeù delegando, vt plenè per *Cancer. in loco* proximè allegato, & per *Caball. reſol. crim. 128.* vbi alios allegãt, videndus eſt etiã *Auend. de exeq. mand. c. 5. n. 8.* & eſt vulgatũ *conſ. Oldr. 7.* reſpectu verò
28 inimicitiæ grauis, habemus, quòd doctrina *Frec.* in hoc non eſt vſu recepta, vt ſuprà diximus, & de hac inobſeruantia teſtatur *Reg. Tap. in d. Conſt. Regn. Statuimus, n. 34. de offic. Magiſt. Iuſtit. in d. lib. 2. Iur. Regni.*

Quibus diſcuſſis in S. C. ad relationem Reg. Conſil. Carauitæ, fuit reuocatum de-
29 cretum M. C. & dictum, quòd remittatur ad Baronem, qui eligat Iudicem in Ciuitate, data priùs notitia S. C. ſiuè Magnif. cauſæ Commiſſario.

## OBSERVATIO
### In Deciſione XC.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Baro ſuſpectus ex cauſa inimicitia ſuorum vaſallorum, non delegat cauſas illorum, contrarium, n. 2. intellige, vt n. 3.*

*M. C. V. vel S. R. C. deputat Officialem, quando Baro eſt ſuſpectus, d. n. 1. contrarium d. n. 2. intellige, vt n. 3.*

*Baro, vbi eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitia, eligit Iudicem in Ciuitate Neap. dummodò non ſit excommunicatus, d. n. 3.*

4 *Vaſallus Baronis inquiſitus in R. A. vel in M. C. V. cum alijs non vaſallis de eodem delicto, non remittitur ad Baronem, nu. 6. & rationibus, nu. 5. limita in Clerico, n. 7.*

1 LAtiſſimè fuit per D. meum *hic* diſputatus articulus, an Baro, qui eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ ſuorum vaſallorum, poſſit cauſam illorum delegare, an verò M. C. V. vel S. R. C. poſſit Iudicem deputare, qui nomine Baronis procedat in ea, & quàmuis per d. M. C. V. fuiſſet ordinatum, quòd cauſa remitteretur ad dictum Baronem, & ſic ad Iudicem ſecundarum cauſarum, eligendum tamen per ipſam M. C. V. vt habetur *nu. 1.* ex traditis per *Frecc. lib. 3. de ſubfeud. tit. de differ. inter feud. quatern. & feud. de plan. & de tab. nu. 37.* attamen, vt refert *nu. 29.* fuit per S. C. 2 reuocatum decretum prædictum, ordinando, quòd cauſa remittatur ad dictum Baronem, qui eligat Iudicem ſecundarum cauſarum in hac Ciuitate, data priùs notitia dicto S. R. C. ſiuè D. cauſæ Commiſſario, juxtà adducta per D. Iudicem *Capiblanc. in pragm. 3. cap. 13. n. 166. de author. Baron.* & ità fuit per M. C. V. deciſum in cauſa Donati Campanilis, inquiſiti in Curia Terræ S. Seuerini, cum D. Principe Abellinatum vtili * Domino dictæ Terræ, fuit enim ordinatum de menſe Septembris 1651. quòd remittatur ad Iudicem ſecũdarum cauſarum eiuſdem D. Principis, eligendum per ipſum in hac Ciuitate, patrocinante pro inquiſito *D. Nicolao Antonio Cioffo*, Aduocato criminum docto, ac primi ordinis, & ſic ſuccubuit D. Princeps, cuius iura tuebatur *D. Franciſcus Spataeenta*, Aduocatus nemini ſecundus, in Banca Saraceni, & ità quotidiè obſeruari videmus in his Tribunalibus, & *Ego* pluriès fui electus Iudex in hac Ciuitate, tàm à D. M. Comeſtabulo Columna, & D. Duce Nuceriæ Paganorum, quàm à D. Marchione Ceruinariæ, eò, quòd opinio *Freccia* non ſeruatur, vt poſt D. meum *hic, nu. 28.* tradit *D. Reg. Sanfelic. dec. 63. nu. 34.*
3 *lib. 1.* qui opinionem *Freccia* aſſequitur, in grauitamen inimia, ſiuè inimicitia, ac ità ſeruatum adducit, *nu. 33.* vt etiam loquitur *D. Capiblanc. ibid. n. 167. verſ. iuxtà ergò factiqualitatem*; tunc enim cauſa auocatur à Barone, vt deciſum refert *D. Sanfel. d. n. 34. in fine*, quam limitationem non ſic abſolutè admittit D. meus *nu. 27.* vbi contrarium probat, verùm ſi Baro fuerit publicè excõmunicatus, eius Officiales iuſtitiam adminiſtrare nequeunt, ſed illius iuriſdictio per Officiales Regios adminiſtratur, cõprobat *D. Prat obſer. 1.* per tot. *cent. 1. pract. obſeru.*

Et dùm de Barone hìc agitur, erit obſer-
4 uandum, quòd ſi ex pluribus inquiſitis, & carceratis in M. C. V. adſit aliquis vaſallus Baronis, ille nõ debet remitti ad Baronem, & ità conſultus reſpondi hodiè 19. Octobris 1651. D. Principi Macchiæ, & Marchioni Cilentiæ, prætendenti remiſſionem eius vaſallorum à Reg. Audientia Capitanatę, in-
5 quiſitorum cum alijs de homicidio, dùm Regia Audientia eſt Tribunal ſuperius, ad *text. in l. contrà pupillum, §. qui ad maius, ff. de re iud.* item, nè cõtinentia cauſæ diuidatur, ad tradita per D. meũ *conſult. 55. n. 3. lib. 1.* & pariter, nè ſequãtur diuerſæ ſententiæ, *Peguer. dec. 122. lib. 2.* per *text. in l. nulli, C. de iudic.* abſonũ enim eſſet, quòd ſuper eodem negotio diuerſæ proferantur ſententiæ, *gloſ. in l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem Iudic. eat.* tantòq; magis, quia idem eſt delictum, vt probat *Marian. in cap. propoſuiſti, col. 2. verſ. 9. quæro, de foro compet.* & ità
6 ex prædictis reperio deciſum per M. C. de anno 1639. vt refert *D. Sanfelic. deciſ. 273.*
7 *lib. 2.* ſecùs tamen eſſet, ſi inter inquiſitos adeſſet aliquis Clericus, illi enim non denegatur remiſſio ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, vt per *Capyc. deciſ. 63.*

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Reg. Pragmatica de anno 1621. quæ eſt *Pragm. 16. ſub tit. de ord. iud.* in qua terminatur tẽpus petendi reſtitutionem in integrum perſonis priuilegiatis, quæ in Regno vocãtur beneficia, an habeat locum, tàm in Actore, quàm in Reo.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio in integrum, quæ minoribus, & alijs perſonis priuilegiatis conceditur aduerſus probationes non factas, in Regno vocatur primum, & ſecundum beneficium, & n. 4. & 5.*

 2 *Pri-*

Digitized by Google

2 *Primum, & ſecundum beneficium compe-tunt etiam fœminis nuptis.*

3 *Primum, & ſecundum beneficium conceditur perſonis priuilegiatis, abſq; probatione aliqua læſionis, ſed ad ſimplicem ipſarum petitionem.*

4 *Reſtitutiones in integrum duæ conceduntur aduerſus probationes non factas, ſcilicet primum, & ſecundum beneficium.*

5 *Primum, & ſecundum beneficium vnde originem habuerint.*

6 Pragm. 16. de ordin. iudic. *fuit edita ad tollendas dilationes partium in petendis beneficijs, & n. 10.*

7 *Primũ, & ſecundũ beneficiũ de iure Regni nouiſſimo, quo tempore peti debeant.*

8 *Terminus petendi beneficia an procedat, tàm in actore, quàm in reo, & refertur deciſio, n. 9.*

*Sed contrarium deciſum in hac cauſa, n. 11.*

*Et reſpondetur ad deciſionem relatam per* Thorum, *n. 13.*

12 *Actor, & Reus ad imparia iudicari non debent.*

13 *Deciſiones cauſarum non poſſunt allegari, niſi ab illis, qui in ipſis interfuerunt.*

14 *Deciſiones tunc ſunt ſequendæ, quando ſunt rationabiles.*

15 *Lex generalitèr loquens, generalitèr eſt intelligenda, abſq; diſtinctione.*

16 *Diſcutitur deciſio relata per* Thor. in verb. depoſitum, p. 2. Comp. deciſ.

# Deciſio XCI.

1 IN hoc Regno reſtitutiones in integrũ, quæ minoribus, & alijs priuilegiatis perſonis conceduntur aduerſus probationes non factas, competunt, nedum minoribus, & alijs perſonis priuilegiatis, ſed pariter fœminis, etiam nuptis, vigore *Conſtit. Regni*, incip. *Obſcuritatem*,
3 quæ quidem reſtitutiones conceduntur ad ſimplicem prædictarum perſonarum priuilegiatarum petitionem, abſq; aliqua probatione læſionis, vt refert *Reg. Rouit. in prag. 11. de ord. iudic. nu. 25.* quaſi, quòd ex ipſo curſu termini ſit probata læſio, licèt contrarium de iure concludat *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q. 89 art. 7. nu. 58.* & prædi-
4 ctis priuilegiatis dantur aduerſus probationes non factas duæ in integrum reſtitutiones, quas primum, & ſecundum beneficium vocamus, quod quidèm nomen licèt iure communi inſpecto agnitum non ſit, vt aduertit *Iul. Cæſar Imbrian. de 1. & 2. benefic. conſid. 1. nu. 25.* tamen ex interpreta-
5 tione Regni Prudẽtum ità appellatum fuit, & originem habuit, ex *Regni Conſtitutionibus*, vt apparet ex *Conſtit.* incip. *Benefi-cium reſtitutionis*, & in alia *Conſtit.* incip. *Patarenorum, in fin.* & ità paſſim hæ reſtitutiones, primum, & ſecundum beneficium vocantur, etiam in *Regijs Pragmat.* vt in *Pragm. Curſu dilationum, in fine*, quæ eſt *pragm. 11. de ord. iudic.* & in *pragm. unic. de inſtant. cauſ. non reſtit.* ſic etiam in pluribus S.C. decretis per viam legis condendæ, ſimilitèr regiſtratis in *libr. Pragmaticarum Regni*, vt *Pragm. 52. 56. & 62. de offic. S.C.* & habetur etiam in *Prag. 1. & 4. c. 26. de dilat.* Cùm q; partes differrent in petitione prædictarum reſtitutionum, ſiuè beneficiorum, vſq; quò cauſa debito fine determinari debuiſſet, & tempore, quo cauſæ diſcutiebantur in aula, vt per *Gallupp. in praxi S.C. p. 2.*
6 *c. 28. in princ.* & lites protelabantur in infinitum, ideò in anno 1621 fuit edita *Pragm.* vt hæ binæ reſtitutiones in integrum ad
7 pinguius probandum, debeant peti in illis cauſis, vbi ſunt producti teſtes infrà triginta dies, numerandos à die, quo fuit notificatus parti actus publicationis, & ſecundum beneficium infrà alios 30. dies, numerandos à die lapſus dictorum 30. dierum conceſſorum pro primo beneficio. In cauſis verò, vbi teſtes non fuerunt producti in termino ordinario, & per conſequens non requiritur actus publicationis, currere debeant 30. dies à die intimationis concluſionis in cauſa, & ſecundum beneficium infrà alios 30. dies, ab ipſorum lapſu numerandos, vt in *prag. 16. de ord. iud.*

8 Hac ſumpta occaſione, fuit dubitatum in S.C. an iſti termini duorum menſium currant in damnum Actoris, ſicuti in damnum Rei, & dubium faciebat deciſio S.C. relata per *Thor. in 2. lib.* ſui *Compend. in*
9 *verb. beneficia*, vbi refert, fuiſſe in anno 1623. conceſſum beneficium actori, non obſtãte lapſu termini præfixi in dicta *Reg. Pragm.* & fundat deciſionem, quia *Regia*
10 *Pragm.* fuit edita, ad finem tollendi dilationes, quæ lites protelabant, vt in *princ. d. Pragm.* cuius verba ſunt videlicèt. *Perche vna delle cauſe, per le quali tanto ſi dilatano in queſto Regno le liti, & le determinationi di eſſe, procede dal modo, che ſin' hora ſi è oſſeruato, di dimandare, & concederſi termini ad probãdũ per via di reſtitutione, che ſi dice primo, & ſecõdo beneficio,* iſtæ autẽ dilationes ſolent à cõuentis dari, iuxtà illud, *Reorum eſt fugere 4. q. 4. can. 1.* & Reus fugitiuus nuncupatur, *l. properandum*, §. & *ſiquidèm*, C. *de iudic. Specul. in tit. de contumac. §. 2. nu. 2.* & proptereà ceſſante ratione legis in Actore, debet ceſſare etiam eius diſpoſitio, *l. in omni, ff. de adopt.* cùm ratio ſit anima legis, *l. cùm ratio, ff. de bon. damn.*
11 Contrarium tamen fuit deciſum in S.C. die 21. Ianuarij 1637. in cauſa Ioſephi Palomba

Digitized by Google

lomba cum Franciſco Camera, in Banca
Actorum Magiſtri de Scacciauento, ex vul-
12 gatis regulis, quòd Actor, & Reus non de-
bent ad imparia iudicari, *l. fin. C. de fruct.*
*& lit. expenſ.* & quod Reo non licet, nec li-
cebit Actori, *cap. non licet actori, de reg. iur.*
*in 6.* vbi *DD. Menoch. conſ. 107. nu. 20. l. non*
*debet 42. ff. de reg. iur. Scacc. de appell. q. 18.*
*limit. 7. num. 23. Card. Tuſch. pract. concluſ.*
*lit. A. concluſ. 119. Thomas de Thomaſſet. in*
*floribus legum, reg. 204.* & proindè debent
à pari procedere, *cap. 2. de mutatis petition.*
*Gabr. comm. concl. tom. 3. tit. de clauſ. concl.*
*1. nu. 66. Valaſc. conſult. 25.* & actor, & reus
dicuntur correlatiui, *Mar. Anton. var. reſol.*
*lib. 3. reſol. 9. nu. 3. Auguſt. Barboſ. in collect.*
*ad lib. 5. ſexti decretal. in d. cap. non licet*
*actori, de reg. iur. in 6.* & in ſuo *tract. Axio-*
*matum iuris vſufrequent. axiom. 10. nu. 7.*
*cum ſeq.* refert etiam, & ſequitur *Simon*
*Vaaz Barboſa in princ. & locis commun.*
*vtriuſq; iuris, lit. A. n. 33.* & in correlatiuis,
ſi quid vni eſt prohibitum, videtur & alteri
prohibitum, *Menoch. conſ. 136. num. 10. &*
*ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 50. n. 12.*
vbi latè de materia correlatiuorum.

Nec prædictis obſtabit deciſio prædicta,
13 relata per *Thorum,* quia deciſiones veræ
non poſſunt allegari, niſi ab eis, qui in deci-
ſione interfuerũt, qui ſcire poſsũt, ex quibus
moti fuerint Iudices, qui talẽ ſentẽtiam, vel
decretum protulerint, multotiès enim Iu-
dices mouentur ex varijs figuris cauſarum,
& ex alijs, quæ per ipſarum cauſarum Pa-
tronos proponuntur, quod etiam conſide-
rat *Conſ. Merlin. controu. forenſ. cap. 69.* ſub
*nu. 10.* nec deciſionum authoritas tanta eſt,
14 vt ſemper ſit ſequenda, ſed quatènus ſit ra-
tionabilis, vt aduertit *Reg. Conſil. Carleual.*
*de iudic. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. nu. 967.* cùm illa
ratio conſiderata à ratione ceſſante, nõ mi-
litet in caſu noſtro, & ſi enim, vt pluriès, cõ-
uenti ſoleant litem in longum trahere, mul-
totiès tamen vidimus, etiam actores cau-
ſarum expeditionem differre, ideòq; ad re-
mouendas dilationes hodiè per *Pragm. 1.*
*de dilat.* eſt ſtatuta pœna beneficia petenti-
bus, & illis non vtentibus, vt refert etiam
*Gallupp. loco* ſuprà cit. *nu. 5.* & vt ſuprà dixi-
mus; pares debent eſſe Actores, & Rei in
procedendo, vt aduertit etiam *Rouit. in*
*pragm. 1. nu. 57. de bon. prodit.* & cùm lex
15 generalitèr loquatur, abſq; diſtinctione
actoris, vel rei, generalitèr eſt intelligenda,
*l. 1. §. & generalitèr, ff. de legat. præſt.* Nec
eſt admittenda diſtinctio, quando lex non
diſtinguit, *gloſ. fin. in l. 3. ff. de offic. præſid.*
*l. 2. ff. de offic. aſſeſſor. l. item veniunt, §. peti-*
*tã, ff. de petit. hæred. et l. de pretio, et ibi gloſ.*
*ff. de publ. in rem act.* cum concordantibus.

16 Nec alia deciſio relata ab eodem *Thorò*
*in loco* ſuprà cit. & in *verbo depoſitum, p. 2.*
*fol. 138.* quòd Actor non adſtringatur ad fa-
ciendum depoſitum pro pœna nullitatum,
ſicuti & Reus, eſt in conſideratione, ſiquid
deciſio prædicta non fundatur, quia era
actor, ſed quia ſententia erat iam exequu-
ta, & depoſitum debet fieri, quando propo-
nuntur nullitates per viam exceptionis, à
finem impediendi exequutionem ſenten-
tiæ, ſecùs autem, quando ea exequuta pro-
ponuntur nullitates per viam actionis, qui
tunc non fit aliquod depoſitum, vt appare
ex diſcurſu eiuſdemmet *Thor. in d. verb. de-*
*poſitum,* & ità quotidiè obſeruatur.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XCI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Actor, & Reus ad imparia iudicari non de-*
*bent, à pari procedũt, & ſunt correlatiui.*
2 Pragm. 16. de ord. iudic. *an procedat, tàm in*
*Reo, quàm in Actore.*
3 *Sententia aſſiſtentiæ eodem priuilegio, quo*
*exequitur, eodem reuocatur.*
4 *Beneficia conceduntur Clericis, quòad bona*
*patrimonialia, ad quorum titulum ſunt*
*ordinati.*
5 *Clericus gaudet fori electione pro bonis, ad*
*quorum titulum eſt ordinatus.*

1 ACtor, & Reus ad imparia iudicari
non debent, *l. fin. C. de fruct. &*
*lit. expenſ. D. Prat. obſeru. 59 nu.*
*3. cent. 1. pract. obſeru.* ſed à pari
procedunt, *cap. 2. de mut. petit. Dom. Conſil.*
*Carleual. de iudic. tom. 1. tit. 2. diſput. 8.* ſub
*nu. 17.* eò, quòd correlatiui ſunt, vt probat
D. meus *hic, nu. 12.* ideòq; orta fuit contro-
2 uerſia, an *Pragm. 16. de ord. iudic.* vt per D.
meum *nu. 7.* per quam ſtatuitur, vt primum
beneficium peti debeat in cauſis, vbi exa-
minati ſunt teſtes, infrà dies 30. à die notifi-
cationis actus publicationis, & ſecundum
beneficium infrà alios dies 30. numeran-
dos à die lapſus 30. dierum primi beneficij,
in cauſis verò, in quibus teſtes minimè
examinati fuerunt, primum beneficium in-
trà 30. dies à die intimationis concluſionis
petatur, & ſecundum beneficium infrà alios
dies 30. à lapſu dicti termini conceſſi ad
petendum primum beneficium, procedat
tàm in Actore, quàm in Reo, & quamuis *D.*
*Thor. in Compen. dec. lib. 2. verb. beneficia,*
deciſum referat, non habere locum in acto-
re, tamen contrarium in hac deciſione iu-
dicatum fuit, vt habetur per D. meum *n. 11.*
qui rationi adductæ per *D. Thor.* reſpondet
*nu. 13. & ſeqq.* & Nos plura diximus de
iſtis

iſtis beneficijs *deciſ.* 79.

Hæc autem deciſio comprobatur ex traditis per *D. de Franch. dec.* 136. vbi deciſum
3 refert, ſententiam aſſiſtentiæ eodem priuilegio, quo exequutionem obtinuit, eodem pariter eſſe metiendam, quòad reuocationem, eiſdemmet rationibus, vt ſuprà adductis, *nu.* 1. ac alijs *ibi* ponderatis, de quibus *D. Pratus d. obſeru.* 59. à *d. num.* 3. per 9. ac alijs etiam penſatis per *D. Reg. Salernitan. dec.* 25. quas etiam refert *D. Prat. ibid.* à *nu.* 13. per 21. qui contrarium affirmantibus adductis *ibi* à *n.* 30. per 50. optimè reſpondet à *nu.* 51. per 81. rogo, relegatur, nàm deciſiones *D. de Franch.* & *D. Salernitan.* totis viribus comprobat, tu verò videas omninò *D. Carleual. d. diſput.* 8. à *nu.* 16. per 26. vbi latè de iſto articulo.

4 Quæ quidē beneficia conceduntur Clericis agentibus pro bonis patrimonialibus, ad quorum titulum ordinati fuerunt, nàm licèt negatiuam opinionem teneant *Vrſill. ad Affl. dec.* 190. *Imbrian. de* 1. & 2. *beneſic. conſid.* 5. *nu.* 146. ac *D. Epiſc. Ricc. reſol.* 917 *lib.* 4. *prax. for. Eccleſ.* contrarium tamen deciſum retulit *D. Nouar. dec.* 87. *num.* 5. ex doctrina, quam peregrinam vocat *gloſ. in can. ſimilitèr* 16. *q.* 1 *verb. Eccleſia*, & *Na-*
5 *uarr. conſ.* 12. *de cenſib.* ſicut fori electione gaudent pro dictis bonis, vt idem *D. Nouar.* tuetur *lib.* 1. *quæſt. forenſ. q.* 73. & comprobat *d. dec.* 87. *n.* 6. *M. A. Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

Onus ſolutionis releuij an ad feudatarium ſpectet. Et an debitum contractum pro ſolutione releuij Reg. Cur. ſpectet ad omnes hæredes, tàm in burgēſaticis, quàm in feudalibus, vel ad hæredes in feudalibus tantùm.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio releuij non eſt onus feudi, ſed feudatarij.*
*Et quid, ſi feudatarius ſe conſtituerat debitorem in tot annuis introitibus pro capitali, quod fuit ſolutum Reg. Cur. pro dicto releuio, n.* 8. & 10.
2 *Hæres in feudalibus, reſpectu ſolutionis releuij non poteſt vti beneficio diſcuſſionis inuentarij.*
3 *Releuium ſoluitur, ratione inueſtituræ.*
4 *Fiſcus hàbet hypothecam pro releuio.*
*Amplia, etiam pro duplicato releuio, n.* 5.
6 *Onera, quæ proueniant ex feudo, ſpectant ad hæredem in feudalibus.*
7 *Adhoa, quam ſoluit primogenitus pro feudo, non venit in liquidatione paragij ad damnum ſororum.*
9 *Feudum ex ſolutione releuij nō acquiritur.*
11 *Deciſio cauſæ adducitur.*

## Deciſio XCII.

IN cauſa Hæredum qu. Camillæ Caraſæ, & Sororum cùm Portia Caraſa incidit quæſtio, an onus impoſitum per Feudatarium pro ſolutione releuij ſuper eius bonis, & patrimonio, ſpectet ad hæredem ipſius in feudalibus tantùm, an verò ad omnes heredes. Dicebatur pro parte prædictarum Sororum, ſpectare tantùm 1
11 ad hæredem in feudalibus, pluriès enim fuit deciſum, quòd ſolutio releuij non ſit onus feudi, ſed ipſius feudatarij, vt per *Giz-*
2 *zar. dec.* 8. neque poſſet in diſcuſſione inuentarij ad eius beneficium admitti, ſic etiam fuit iudicatum in cauſa Marchioniſſæ Cluſani cùm eius Creditoribus, in anno 1626. iunctis Aulis, & probat etiam *Franch. dec.* 101. vbi etiam habetur, quòd hoc rele-
3 uium ſoluitur, ratione inueſtituræ; ex qua feudatarius habet confirmationem poſſeſſionis feudi, *Gizzar. d. dec.* 8. *Medic. conſ.* 85. *nu.* 4. *Georg. alleg.* 18. *nu.* 23. *Amat. conſ.* 14. *nu.* 5. *Frecc. de ſubfeud.* 3. *author. nu.* 4. & ſic non eſt onus hæreditatis, ſed ipſius feudatarij, qui inueſtituram petit, nec mirū, quòd
4 pro iſto releuio Fiſcus habeat hypothecā, quia ei pro omni debito Fiſcali hypotheca competit, vt in *l.* 1. & 2. *C. ex quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah.* & in *l. auferetur*, §. *Fiſcus, ff. de iure Fiſci*, proùt etiam fuiſſe
5 deciſum in Reg. Cam. nedùm pro ſimplo, verùm etiam pro duplicato releuio, habetur ex *Moles in dec.* 12. *tit. de releuio*, manuſcripta, *De Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de regal. impoſit. nu.* 13. *Capan. de iure releu. par.* 1. *q.* 7. & ex his inferebatur, quòd cùm quis poſſit habere duo patrimonia, burgēſaticum ſcilicèt, & feudale, onus impoſitū pro patrimonio feudali, debet ad hæredem in feudalibus pertinere, ex deciſione *text. in l, ſi certarum, ff. de teſtam. milit.* & in *l. binc quæritur*, §. *poteſt, ff. de pecul.* & ſic etiam conſuluit *Brun. conſ.* 104. quòd reſpectu
6 onerum, quæ proceſſerunt ex feudo, teneatur ſucceſſor in eodem feudo, *Loffred. Bald. Anna ſen. Crau.* & *Alba*, de quibus per *Annam iun. conſ.* 4. *n.* 9. & 16. *lib.* 1. Tantò magis, quia ex hac ſolutione releuij, facta per Portiam Caraſam, conſeruatus fuit honor titu-

tituli,& feudi ad beneficium ipſius primogenitæ Portiæ,& qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum, per ea, quæ in ſimili diſcurrit *D. Reg. Tapia in dec. S.C.* 14. *nu.* 15. *verſ. pro hac parte, & nu.* 49. *verſ. hic articulus*, vbi refert deciſionē, quòd adhoa,
7 quam ſoluit primogenitus pro feudo, non venit in liquidatione paragij ad damnum Sororum, cùm ſit onus feudatarij, in qua cauſa licèt Iudices per priùs fuiſſent in paritate votorum, attamen datis adiunctis, ità fuit pronunciatum.

Verùm pro parte primogenitæ fuit conſideratum, quòd *DD.* & rationes ſuprà allegatæ, reſpiciunt ſolutionem releuij, quam debet facere feudatarius pro obtinenda pro ſe inueſtitura, quę non dubitatur, quòd ſpectet ad ipſum feudatarium, tanquam onus ipſius, nec in hoc debent contribuere alij hæredes in burgenſaticis, caſus autem, de quo agebatur, erat ſatis diuerſus, quia Portia pro ſolutione releuij pro obtinenda inueſtitura Terræ S. Erami, titulo, & honore Marchionatus decoratę, ſe conſtituit debitricem in tot annuis introitibus pro
8 capitali, quod fuit ſolutum Reg. Cur. quod quidèm debebat ſoluere de fructibus illius anni, iuxtà tradita per *Vinc. de Franch. in d. dec.* 121. & alios ſuprà allegatos, feudum
9 enim non acquiritur ex ſolutione releuij, ſed ex conceſſione, quæ à principio generationis feudi fuit per Regem facta, loquendo de illa conceſſione, quæ vocatur vera inueſtitura, non autem de iſta, quæ verè cōfirmatio vocatur, licèt abuſiuè etiam inueſtitura appelletur, *Reg. de Curte* in ſuo *diverſ. feud.* 1. *p. fol.* 30. *à t. cap.* 11. & feudi dominium abſq; alia inueſtitura, & abſq; releuij ſolutione tranſit in ſucceſſorem, tenetur tamen ipſe feudatarius ſoluere releuium, quod eſt medietas fructuum illius anni, & eſt onus ipſius hæredis, & per conſequens eſt debitum, prout omnia alia debita hæreditaria, & hoc clariſſimè demonſtratur,
10 quia ſi ſoluiſſet feudatarius releuium ex medietate fructuum illius anni, prout tenebatur, onus aliquod non remanſiſſet, verùm quia in proprios vſus conuertit, recipiendo pecuniam mutuo ab alijs, ſeu vendēdo tot annuos introitus pro releuio Reg. Cur. ſoluendo, omnia bona ſua obligauit, hinc factum fuit, vt hæreditas remanſerit hoc onere grauata, & proindè ad omnes hæredes per contributum ſpectare debet, iuxtà tradita per *Capyc. in dec.* 198. *Frāch. dec.* 1. *n.* 24. *& dec.* 159. *in princ. Reg. Ronit.* qui dixit, hanc eſſe receptiſſimam opinionem à Supremis huius Regni Tribunalibus in *conſ.* 9. *nu.* 8. *lib.* 2. Tantò magis, quia iſta hæres in feudalibus habuit onus ſoluēdi aliud releuiū, prout paſſim quilibet ſucceſſor ſoluit, & proindè non debebat onere
11 duplici grauari. Quibus maturè diſcuſſis facta relatione per Reg. Conſil. Varelam, in qua cauſa vti adiunctus interueni, iudicauimus, onus prædictum ſpectare ad omnes hęredes per contributum, in Banca Simeonis pro Felice.

## OBSERVATIO In Deciſione XCII.

### SVMMARIVM.

1 *Releuium non eſt onus feudi, ſed ipſius feudatarij, eiuſq; ſolutio in diſcuſſione inuentarij non admittitur, eſtq; nomen barbarum, n.* 2. *& de iure communi feudorum incognitum, & ex conſuetudine introductum, nu.* 3.

4 *Releuium debetur à Primogenito, non autem ab emptore, etiam, quòd habeat cum pacto de retrouēdendo, illudq; exerceatur intrà annum, & diem conceſſum ad denunciandum mortem feudatarij, n.* 5.

6 *Releuium non debetur, ſi feudatarius efficiatur Religioſus, vel foriudicatus.*

7 *Releuium an debeatur de fructibus illius anni, quo feudatarius moritur, vel vnius anni ex tribus præcedentibus, & nu.* 8.

1 REleuium non eſſe onus feudi, ſed ipſius feudatarij, latè probat D. meus *hic, à nu.* 1. per 7. præcipuè ex *D. Conſil. Gizzar. dec.* 8. quam impugnare conſulendo conatus fuit idem D. meus *conſult.* 13. *nu.* 25. *lib.* 1. allegando *D. de Medic. conſ.* 18. at quia deciſio *D. Gizzarell.* erat comprobata ex alia deciſione S.C. lata in cauſa D. Marchionis Cluſani, de qua *ibi nu.* 26. ideò illam procedere in caſu ſuo, reſpectu creditoris cum aſſenſu, ſecùs verò reſpectu legatarij, & creditoris in actione perſonali, *ibid. & nu. ſeq.* teſtatur, *hic* verò *nu.* 2. ſimpliciter *D. Gizzar.* aſſequitur, ità vt in diſcuſſione inuentarij, releuij ſolutio minimè admittatur, licèt contrarium ſubſtinuiſſet *d. conſult.* 13. *d. n.* 25. 26. *& ſeqq.* ſequitur *D. Biloct. conclu ſ. feud.* 16.
2 *n.* 7. quæ concluſio comprobatur, ſiquidèm hoc nomen, *Releuium*, eſt barbarum, vt tradiderunt *D. Larath. in Theatr. feudal. p.* 2. *dilucid.* 49. *nu.* 1. *lib.* 2. *D. Gallupp. in method. feud. p.* 3. *cap.* 4. *nu.* 12. ac *D. Capan. de iure releu. par.* 1. *q.* 2. *nu.* 3. nàm de iure commu-
3 ni feudorum, non habetur in cognitione, *D. Biloct. concluſ. feud.* 18. *nu.* 1. & ex conſuetudine introductum fuiſſe, non dubitant *D. Conſil. Marcian. conſ.* 34. *num.* 1. *lib.* 1. *D. Prat. obſeru.* 8. *nu.* 2. 3. *&* 4. qui *nu.* 11. hunc improbum morem eſſe, docet ex noſtris



Digitized by Google

gnicolis,quos *ibi* citat; eſtq; onus extrinſecum,vt deducit *nu.*10. ac etiam *D. Marcian.conſ.*38.*n.*1.*lib.*1.*& conſ.*8.*n.*78. *lib.*2.
4 vbi etiam tradit,illud ſolui tantummodò à Primogenito, non autem ab emptore, vt probat *d.nu.*1. poſt *D.Gallupp. ibid. nu.*13. 24.*&* 25.ac *D.Capan.par.*1. *q.*8.*nu.*1.*&* 2. ſequitur D.*Prat.d.obſeru.*8.*nu.*15.ac debe-
5 tur ab hærede in feudalibus, etiam,quòd illud habeat cum pacto de retrouendendo, & venditor illud exerceat infrà annum, & diem,datum ad denunciandum mortem feudatarij,vt per D.*Gallupp.d.par.*3.*cap.*4.
6 *nu.*60.non tamen debetur, ſi Baro effectus fuerit Monacus, vel ſi propter delictum fuiſſet declaratus foriudicatus,vt probat D. *de Marin.cap.*166.*nu.*8.*lib.*1.*quotid.reſol.*

7 Hoc tamen releuium debetur de medietate fructuum illius anni, quo feudatarius moritur,vt inquit D. meus *hic*, ſub *nu.*8.*&* 10. quæ concluſio fundatur ex doctrina *Iſerniæ in cap.*1.§.*ſimilitèr,de cap.*Corrad. & in *Conſt.Regni*,incip.*Poſt mortem*, *in fin.*quam lecturam ſequuti ſunt *Aff.* alijq; relati per D.*Capan.d.par.*1.*q.*18.*nu.* 1.& *p.*2. *q.*5.*in princ.* & licèt *Loffred.* alijq; adducti per D.*Capan.d.q.*18.*n.*2.teneant, releuium
8 eſſe medietatem vnius anni,non autem illius anni,quo feudatarius decedit,attamen hæ opiniones ità conciliantur,aut enim in illo anno, quo Baro decedit, nulli fructus colliguntur, & tunc D. Aduocati Fiſcales Regalis Patrimonij interpretati ſunt, vt *Iſernia* legi debeat vnius anni, & proindè coaceruatis fructibus trium annorum præcedentium,liquidant vnum annum, de cuius fructibus mandant,exequi medietatem in pecunia,aut verò in illo anno aliqui fructus recolliguntur,& tunc non diſputatur de lectura *Iſerniæ*,ſed exigitur in pecunia medietas fructuum recollectorum illius anni,vt habetur per D.*Capan.d.q.*18.*n.*7.8. *&* 9.*&* *d.p.*2 *q.*5.*nu.*24.vbi allegat D.*Conſil.Theodor.alleg.*21.*nu.*18.& comprobat *d. q.*5 *nu.*29.*&* 30.vbi ità deciſum adducit,ac ità practicari indiſtinctè in R.C.S. refert D. *Reg. Moles*,vir doctiſſimus, ac æquiſſimus ſua tempeſtate,deciſ.manuſcript.*tit.de iure iure releuij,dec.*1. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

An, & quando ſolutio releuij probet qualitatem feudalem, ſaltim in poſſeſſorio. Et quādo bona exiſtentia infrà fines feudi dicantur feudalia. Et quæ ſint animalia deſeruientia pro inſtructione feudi, ad intellectum doctrinæ *Andr. de Iſern. in cap.* 1. §. *&* *plauſtrorum, quæ ſint regal.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Ex ſolutione releuij oritur præſumptio, & quaſi poſſeſſio qualitatis feudalis.*
2 *Releuium non ſoluitur,niſi à poſſeſſore rei feudalis.*
3 *Per vnicam ſolutionem releuij acquiritur ius Domino directo, quod non tollitur, quāuis deindè ſolutio facta non fuerit.*
4 *Præſumptio, quæ oritur ex ſolutione releuij,admittit probationem in contrarium, & nu.*6.
*Limita,vbi lis eſſet inter Baronem,& Fiſcum,nu.* 5.
7 *Inſtrumentum acquiſitionis bonorum titulo particulari excludit præſumptionem reſultantem ex ſolutione releuij.*
8 *Nemora in dubio præſumuntur eſſe Baronum,& non Vniuerſitatum.*
9 *Teſtes Vniuerſitatis non ſunt idonei in cauſa paſcui.*
10 *Animalia,quæ ſunt in feudo an,& quando dicantur feudalia, & n.*11. 12.*&* 15.
13 *Paſcua quando dicantur feudalia.*
14 *Legato fundo, quando veniant pecora, & alia animalia.*
16 *Dare animalia ad menandum quid ſit.*
17 *Cognitio qualitatis bonorum, an ſint burgenſatica,vel feudalia,ſpectat ad R.C.S.*
18 *S.C.poteſt de poſſeſſorio ſummariſſimo rei feudalis cognoſcere, quāmuis non quòad qualitates feudales,& ità deciſum adducitur,n.*19.

# Deciſio XCIII.

INterpoſito decreto præambuli per M.C.V. per quod fuit Ill. D. Sueua de Aualos Principiſſa Geſſi declarata hæres vniuerſalis in burgenſaticis Matthæi de Capua Principis Conchæ eius filij,eoq; cōfirmato per decretum S.C.iunctis Reg.Conſil.duarum Aularum, orta fuit controuerſia circà poſſeſſionem conſignandam, cùmq; Reg.Conſil. D.Thomas de Carleual, cauſæ Commiſſarius eſſet acceſſurus in partibus pro conſignanda poſſeſſione,& partes inſtarent pro declaratione eorum,quæ erant exequenda,S.C.ordinauit, vt de bonis omnibus contentis in releuijs præſentandis per dictam Ill.Principiſſam

piſſam hæredem in feudalibus,ei conſigna-
retur poſſeſſio, pro illis verò, quæ appare-
rent particulari titulo fuiſſe quæſita,conſi-
gnaretur poſſeſſio prædictæ Ill.Principiſſæ
de Aualos, ſi quid autem dubium fuerit,
dictus Reg.Conſil.certiorem faceret S.C.in
cuius decreti exequutione incidit dubita-
ri de aliquibus bonis, quæ erant in rele-
uio vltimo,non tamen in alijs anteceden-
tibus,ſed apparebat inſtrumētum emptio-
nis prædictorum bonorum pro pretio duc.
ſexmille, ſi erant conſignanda hæredi in
feudalibus,vel hæredi in burgenſaticis? Se-
cundò fuit dubitatum de aliquibus fore-
ſtis,& nęmoribus, exiſtentibus in Comita-
tu Montis Odoriſij,quæ erant poſita expli-
citè in releuio anni 1574. tempore, quo
poſſidebatur per Illuſtr. Marchionem Pi-
ſcariæ, in alio verò releuio de anno 1608.
erant poſita, non tamen ità explicitè,ſed
ſub generalitate herbagij,ſeù ſyluarum, &
in vltimo etiam declaratur, fuiſſe poſita
ſub nomine herbagij,& fidę,ſed ſub dubio,
ſi aderant,vel non,& pro parte Illuſtr.Prin-
cipiſſæ de Aualos fuerunt producti plures
teſtes corā dicto D.cauſæ Commiſſario de
locis prædictis,qui de auditu deponebant,
ſyluas, & nęmora prædicta fuiſſe Vniuerſi-
tatis,ſed quòd illa per anteceſſores Baro-
nes fuerunt occupata. Tertiò fuit dubita-
tum de animalibus baccinis, & bouinis
datis ad menandum,ac de grege equorum,
& ſuorum,ſiuè porcorum,quæ animalia,
non dubitabatur,ab annis decem,vel circà
fuiſſe introducta in dicto Comitatu Mon-
tis Odoriſij à qu.Principe Conchæ ſeniore,
ex eo,quia erant annexa, & adſcripta feu-
do,ſine quibus non perciperentur fructus,
vel ſaltim non tāti.Per S.C.die 14. Februa-
rij 1635.diſcuſſo negotio, quòad primum
1 caput fuit conſideratum,quòd ex ſolutio-
ne releuij oritur quædam præſumptio, &
quaſi poſſeſſio qualitatis feudalis, vt habe-
tur ex *Affl. in cap.1. nu.197. ex quib. cauſ.
feud.amitt.* qui ſic deciſum refert in S.C.
in cauſa Io.de Sanframundo, *Fab.de Ann.
conſ.129.nu.10.in fin. De Ponte conſ.72.
vol.2.nu.2.* vbi,quòd releuium non ſolui-
2 tur,niſi à poſſeſſore rei feudalis,& eſt tantæ
efficaciæ,quòd etiam per vnicam ſolutio-
nem acquiritur ius Domino directo, quod
3 non tollitur, etiam, quòd poſteà ſolu-
tio facta non fuerit,ampliùs allegat *Iſern.
in cap.1.§.ſimiliter,de capit.Corrad.* & in
*cap.1.§.ſed & res,per quos fiat inueſt.* hoc
etiam in terminis probat *Roſental.de feud.
cap.12.concl.14.nu.10.& 66. Menoch.de
præſumpt.lib.3.præſumpt.91. num.51.* qui
alios allegat,& idem *Menoch.in conſ.390.
Maſcard.de probat.concl.79.nu.11. Capan.
de iure releuij,q.10.nu.13.p.1.*quicquid di-
xerit *Franc.de Amic.in tit. de his,qui feud.
dar.poſſ.pag.* mihi 174. quia cōtra eius opi-
nionem fuit iudicatum ex inueterato ſty-
lo Antiquorum,qui contentatur ſola fide
releuij,vt ipſe idem teſtatur, verum tamen
4 eſt,quòd iſta præſumptio, quàmuis ſit ve-
hemens,non tamen eſt talis,vt non admit-
tat probationem in contrarium,tantò ma-
5 gis,quia non ſumus inter Baronem,qui fa-
tetur, rem eſſe feudalem per ſolutionem
releuij,& Fiſcum,in quibus terminis loqui-
tur *De Ponte in d.conſ.72. vol.2. Maſcard.
d.concluſ.79.nu.11. Intrigl.de feud. cent.1.
q.43.nu.39.&* 40.qui dixerunt, quòd licèt
6 quòad recognitum,& recognoſcentem prę-
ſumatur feudalis,tamen reſpectu tertij prę-
ſumitur allodialis. Cùmq; per inſtrumen-
tum publicum,quod plenè probat,ad *text.
in l.in exercendis,* C.*de fid.inſtrum.* appa-
reat,fuiſſe acquiſita, titulo particulari em-
ptionis, hæc plena probatiò excludit præ-
ſumptionem,quæ oritur ex ſolutione rele-
uij,& proindè fuit iudicatum, quòd reſpe-
ctu prædictorum bonorum,quæ per inſtru-
mentum apparebat,fuiſſe titulo particulari
7 acquiſita,non eſſe impediendam poſſeſſio-
nem iàm captam per ipſam Ill.Principiſſam
D.Sueuam de Aualos.

Quò verò ad ſecundum,quòd conſtabat
per releuium antiquum de anno 1574.fuiſ-
ſe per anteceſſores Barones poſſeſſa tan-
quàm feudalia,& de illis ſoluiſſe releuium,
fuit determinatum, eſſe cōſignandam poſ-
ſeſſionem Ill.Principiſſæ D.Dorotheæ de
Capua,hæredi in feudalibus, nulla habita
ratione teſtium examinatorum, quia vltrà,
quòd erant recepti,parte non citata, erant
ciues dicti Comitatus, & deponebant in
eorummet beneficium, quòd fuerant oc-
cupata à Baronibus,ex eo,quòd priùs erant
Vniuerſitatis, & ſic ex eiſdemmet teſtibus
arguebatur,quòd etſi fuiſſent veræ eorum
depoſitiones,non poterat fieri occupatio à
8 Barone,ſed poſſideri de iure Baronis, & ſic
vti bona feudalia, nęmora enim de iure, &
conſuetudine antiqua in dubio pręſumun-
tur eſſe Baronum, & non Vniuerſitatum,
*Luc.de Penn.in l.quicunq; C.de fund. limi-
troph.lib.11.Capyc.in inueſt. in ver. & cū
planis,Franch.dec.*183. & ſic etiam fida,&
diffida, idem *Capyc.in d.inueſt.in verb.fi-
da, Ann.allegat.*108. *Capiblanc.de Baron.
pragm.11.nu.13.Reg.Lanar.in repet.cap.1.
de his,qui feud.dar.poſſ.nu.*183.& ſic Baro
habet in eis intentionem fundatam, niſi
contrarium appareat,& fuit etiam in facto
ponderatum, quòd Vniuerſitas porrexit
preces Baroni, petendo, ſibi concedi, vt
poſſent vti ſyluis,& nemoribus prædictis,&
ſic apparebat ex ſcripturis cōtrarium eius,
9 quod dicti teſtes de auditu depoſuerant de



Digitized by Google

eodem Comitatu, & teſtes Vniuerſitatis
non ſunt idonei teſtes in cauſa paſcui, quia
deponunt in cauſa propria, vbi habent in-
tereſſe ſinguli, vt ſinguli, *Loffred. conſ.* 25.
*n.*7.*Capyc.dec.*152.*Franch.dec.*301.*n.*3.

Quò verò ad tertium dubium de anima-
libus quæſtio mouetur per *Iſern. in cap.* 1.
*§.& plauſtrorum, nu.* 58. *quæ ſint regal.* vbi
10 quærit, quid de mobilibus, quæ habet feu-
datarius, quæ ſunt in feudo, vt animalia, &
pecora, & concludit, quòd ea, quæ ſunt ad
inſtructionem feudi, ſeù fundi feudalis, vt
boues, & ſimilia ad laborandum, & impin-
guandum feudum, ſunt feudalia, & pro feu-
dalibus cenſentur, pro quibus ſunt inſtru-
cta, vel conſtituta, quem ſequitur *Capyc. in
d. inueſt. feud. in verb. feudatariorum im-
munitas*, qui loquitur etiam de ſuibus, ſeù
porcis, & cum opinione *Andr.* tranſit *Ca-
merar. in repet. l. Imperialem, fol.* 17. *col.* 4.
11 *lit. R.* in magnis, verùm fuit conſideratum,
quòd regularitèr boues, oues, & alia ani-
malia exiſtentia in feudo, non ſunt feudalia,
vt dixit *Bal. in conſ.* 222. *vol.* 3. licèt *Camer.*
eum alleget *conſ.* 422. *vol.* 1. eſt *text. in
l. fundi nihil, ff. de act. empt. l.* 1. *&* 2. *ff. de
verb. ſignif.* & ideò dixit *Camer. in loco* ſup.
cit. doctrinam *Andreæ* intelligi debere,
12 quando animalia prædicta in feudo deſti-
nata ſunt, vt ex ijs fructus feudi colligan-
tur, & meliùs *Luc. de Penn. in l. agros. in
verbo, quid autem, de mobilibus, C. de fund.
limitroph. lib.* 11. poſtquàm retulit eadem
verba *Andr. de Iſern. in d. §. et plauſtrorum*,
dicit, quòd animalia, quæ ſunt in feudo re-
poſita ad commercium, non ſunt feudalia,
neq; talia debent reputari, & ſubdit, quòd
dicuntur ad commercium, quando Baro
animalia prædicta ideò habet, vt illicò di-
ſtrahat, non ergò ſufficit, vt paſcua ſumant
in feudo, vt feudalia dicantur, ſed oportet,
13 vt ſint ad culturam, & inſtructuram feudi,
ità deſtinata, vt perpetuò ibi ſint perman-
ſura, & nouiſſimè hoc fundat Reg. Fiſci Pa-
tronus, nunc digniſſimus Reg. Cam. Præſi-
dens *Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Patrun
in cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ. nu.* 63. ex
*Schrader. de feud. par.* 9. *ſect.* 4. *nu.* 7. quod
optimè probat *tex. in l. de grege, ff. de fund.
inſtruct. & inſtr. legat.* allegatus à *Capyc.
in d. ver. feudatariorum immunitas*, vbi ha-
14 betur, quòd legato fundo veniunt pecora,
& alia animalia tantùm, quæ abſq; illis fru-
ctus præcipi non poſſent, aliàs enim, quan-
do abſq; illius fructus percipi poterint, ani-
malia prædicta non veniunt, & ad hoc fuit
etiam ponderata *Pragm.* 6. *de trigeſ. & ſa-
lar.* §. 4. in nouiſſima compilatione, vbi de-
clarando aliam *Reg. Pragm.* per quam pro-
hibetur Regijs Miniſtris, mercaturas, ſeù
induſtrias facere, voluit, hoc etiam intelligi
reſpectu illorum, qui poſſident feuda, &
habent in ſuis Terris, & Iuriſdictionibus
defenſas, & nemora, mandando, vt ea arrẽ-
dent, & in caſu, quo non inuenirent Arren-
datorem, poſſint cum licentia Proregis pro
illo anno tantùm emere animalia, quæ pa-
15 ſcere valeant in dictis defenſis, & nemori-
bus, vt non amittant fructus, verùm cum
limitatione, vt quantitas animalium non
excedat vſum proprij paſcui, & ſic apparet,
quòd animalia, quæ emuntur, paſcendi cau-
ſa nemora, & defenſas Baronales, non repu-
tantur feudalia, ſed res induſtriales, & in ca-
ſu, de quo agebatur, non aderant Boues
aratorij, ſed Grex Equorum, & Suorum, &
Boues dati ad menandum, de quo contra-
ctu habetur in *Conſuet. Si aliquis dederit,
in rubr. in quibus caſibus licet auth. propr.
pignor.* vbi *Napodan.* explicat, quid ſit dare
16 animalia ad menandum. Et propterea fuit
per S.C. determinatum, eſſe quòad anima-
lia prædicta tollendum ſequeſtrum, ex quo
iàm reperiebantur conſignata dictæ Illuſtr.
Principiſſæ de Aualos, hæredi in burgenſa-
17 ticis, verùm quia cognitio qualitatis bono-
rum, vt ſint burgenſatica, vel feudalia, ſpe-
ctat ad Reg. Cam. Summar. ex diſpoſitione
*text. in cap. per tuam, de ordin. cognit. Anna
alleg.* 121. *Reg. Rouit. in rubr. de offic. pro-
cur. Cæſar. Reg. Tap. in lib.* 2. *Iuris Regni, in
pragm.* 44. eod. *tit. Conſil. Carleu. de iudic.
lib.* 1. *diſput.* 2. *nu.* 700. ideò articulus præ-
dictus fuit remiſſus ad Reg. Cam. & fuit di-
ctum, quòd altrinſecùs partes ipſæ præſta-
rent cautionem, quia S.C. non decidit qua-
litatem feudalem, vel burgenſaticam, ſed
cui eſſet conſignanda poſſeſſio, vel tenuta,
pendente deciſione articuli, & proindè vo-
luit extraordinariè cognoſcere de bono
18 iure ipſorum, nàm S.C. poteſt cognoſcere
de iſto poſſeſſorio ſummarijſſimo, vt fuiſſe
judicatum in eodem S.C. in cauſa Caſtri
Luſeti inter Fratres de Viſconte refert
*Conſil. Ioan. Andr. de Georg.* in ſuis *repetit.
feudal. c.* 49. *nu.* 9. Ex quibus in omnibus
19 prędictis capitibus fuit, iunctis Reg. Conſil.
duarum Aularum cum duobus Adiunctis
ità iudicatum, in Banca Caroli Strinæ.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XCIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Qualitas bonorum an ſit allodialis, vel feu-
dalis, iudicatur per R. C. S. ſed in iudicio
ſummarijſſimo poſſeſſio cognoſcitur inte-
rim per S.R.C. nu.* 2.

3 *Res præſumitur feudalis ex ſolutione rele-
uij, ſed admittit probationem in contra-
rium,*

*rium, cum diſtinctione nu.4. contrarium, nu.6. & in dubio præſumitur allodialis, ibid.*

5 *Caſtrum quando præſumatur allodiale, vel feudale.*

6 *Nemora, paſcua, & ſimilia ſpectant ad Baronem ex forma priuilegiorum, ac de cõſuetudine, & n.7. ac* 8.

8 *Poſſeſſor nemoris, paſcuorum, ac ſimilium, ſi non eſt Baro, cogitur, Fiſco inſtante oſtendere titulum, quo illa poſſidet.*

9 *Animalia, quando ſint burgenſatica.*

DE Releuio egit D. meus *deciſ. præced.92.* vbi *Nos* paritèr plura de eo diximus, modò eandem materiam *hic* proſequitur, ideòq; 1 quia tractabatur de declaratione bonorum feudalium, quorum cognitio ad R.C.S. ſpectat, vt teſtantur *D. de Anna alleg.* 121. alijq; adducti per D. meum *nu.* 17. idcircò articulus prædictus fuit ad dictam R.C.S. remiſſus, vt decideret, an bona, de quibus in hac deciſione, ſint feudalia, vel allodialia, ſiuè burgenſatica, qua determinatione pendente, 2 quia agebatur in iudicio ſummarijſſimo poſſeſſorio, S.C. infraſcriptos tres articulos pro veris habuit, ordinando, quòd burgenſatica hæredibus in eis, & feudalia hæredibus illorum conſignarentur, dummodò altrinſecùs prædicti hæredes præſtet cautionem, caſu, quo alitèr per dictã R.C.S. iudicaretur.

3 Primò, habuit pro vero, quòd licèt ex ſolutione releuij oriatur præſũptio, & quaſi poſſeſſio qualitatis feudalis, vt deciſum adduxit D. meus *nu.* 1. idq; comprobat *conſult.* 41. *num.* 1. *lib.* 1. poſt *D. Capan. de releu. par.* 1. *q.* 9 *nu.* 4. etiam ex vnica ſolutione, vt tradit *hic, nu.* 2. & *conſult.* 74. *nu.* 119. *d. lib.* 1. talis tamen præſumptio admittit probationem in contrarium, reſpectu tertij, *D. Capan. d. par.* 1. *q.* 10. *num.* 13. & 16. & poſt ipſum D. meus *hic, nu* 6. licèt ſecùs ſit quòad feudatarium denũciantem rem vti feudalem, & Fiſcum acceptãtem, vt docent D. meus *d. nu.* 6. & *D. Capan. ibid. nu.* 12. ideòq; dùm bona erant titulo particulari acquiſita, & ſemel tantùm erant denunciata, vti feudalia, & ſemel etiam pro illis erat ſolutum releuium, allodialia per S.C. reputata fuerunt, vt habetur *nu.* 7. Res enim in dubio cenſetur allodialis, non autem feudalis, vt benè probat *Capyc. in inueſtit. in verb. feuda allodialia,* & nouiſſimè *D. Capan. d. par.* 1. *q.* 14. *n.* 5. quando autem Caſtrũ 5 præſumatur burgenſaticum, vel feudale, habetur per *Capyc. loc.* cit. *verſ. & quòd quilibet res,* & *verſ. in Regno valet,* & *Nos* notauimus *dec.* 23. à *n.* 2. per 7. & res quando cenſeatur paritèr feudalis, tractat *D. Cõſil. Staiban. reſol.* 6. *n.* 4. 5. & 6. *lib.* 1. *reſol. for.*

6 Secundò, bona, pro quibus antiquitùs fuit ſolutum releuium, eſſe feudalia, eò magis, dùm agebatur de nemoribus, quę præſumuntur Baronis, non autem Vniuerſitatis, vt probat *n.* 8. ac tradit etiam *D. Capan. d. q.* 10. *n.* 14. vbi ſic deciſum per R.C.S. adducit, & comprobat *nu.* 8. licèt *D. Rouit. loco* infrà citand. *n.* 8. referat *DD.* pro vtraq; 7 parte, quod etiam procedit in paſcuis, illa enim in Regno ex forma priuilegiorũ, ac de conſuetudine Barones habent, vt per *Capyc. in d. inueſtit. verb. Planis, Paſcuis, Nemoribus, Herbagijs;* ſequitur *D. Reg. Rouit. in rubr. ad pragm. de paſc. foreſt. & nemor. nu.* 5. quod adeò verum eſt, vt ſi aliquis, qui 8 non ſit Baro, poſſideat paſcua, nemora, mõtes, aquas, & ſimilia, poteſt cogi ad inſtantiam Regij Fiſci, ad exhibendum titulum, quo illa poſſidet, vt poſt alios tradit *D. Rouit. ibid. nu.* 3.

9 Tertiò, habitum fuit pro vero, quòd animalia exiſtentia in feudo cauſa mercimonij, non ſunt feudalia, vt dicitur *n.* 16. quando autem Boues exiſtentes in feudo pertineant ad vſufructuarium, dixi *dec.* 94. *n.* 14.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Legatum factum à marito vxori, quando intelligatur factum animo compẽſandi cũ lecto viduali, ac veſtibus lugubribus.

***SVMMARIVM.***

1 *Veſtes lugubres, & lectus vidualis debentur viduæ de conſuetudine.*

2 *Compenſationi locus eſſe non poteſt, quando dans, vel relinquens non erat eo tempore debitor.*

*Ampliatur, quàmuis illius hæres eſſet eidem debitor neceſſarius, n.6.*

3 *Legatum factum à viro vxori, in dubio non cenſetur factum animo compenſandi.*

4 *Legatum factum vxori, quòd ſit domina, & vſufructuaria, filijs extantibus, importat alimenta.*

5 *Relictum Eccleſiæ Parochiali, non compenſatur cum quarta ei debita pro legato alteri Eccleſiæ relicto.*

7 *Legatum cenſetur factum, animo compenſandi cum debito legali, & neceſſario.*

*Ampliatur, quàmuis incipiat deberi poſt mortem teſtatoris, n.*8.



Digitized by Google

Sed contrarium, nu. 10.
Quod declaratur, nu. 11.
9 Hæres non debet duplici onere grauari.
12 Maritus legans aliquid uxori, cenſetur reliquiſſe animo compenſandi cum lecto viduali, & veſtibus lugubribus, vbi deciſio Senatus Cathaloniæ.
13 Deciſio cauſa adducitur.

# Deciſio XCIV.

1 MVlieri viduæ deberi veſtes lugubres, & lectum vidualem ab hæredibus viri præmortui, & maximè in hac Ciuitate Neapol. deciſum refert *Capyc. dec. 26. et Franch. deciſ. 413.* quod etiam dixit *Bald. conſ. 478. nu. 3. vol. 5.* vbi, quòd ita ſeruat conſuetudo, latè *Gutierr. pract. qq. lib. 2. q. 95. nu. 6. Capell. Thol. dec. 337. Fontan de pact. nupt. clauſ. 7 gloſ. 3. p. 5 nu. 26.* qui ſic inconcuſsè in Senatu Cathaloniæ fuiſſe ſeruatum, teſtatur, & deciſionem refert *Michael Ferrer. in 3. p. obſeru. c. 44. Simon de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 3. ſolut. 4. nu. 4. f. 353. à ter. Grat. diſcept. for. c. 586. n. 17. Reg. Rouit. conſ. 97. vol. 1. Barboſ. in l. quæ dotis, nu. 82.* vbi plenè, *ff. ſolut. matrim.*

Fuit tamen dubitatum, quid ſi vir vxori reliquerit mobilia, vtrum legatum prædictum compenſetur cum dicto cubile viduali, & veſtibus lugubribus; Dicebatur pro parte vxoris, quòd in hoc caſu nulla cadebat compenſatio, quia illa non poteſt fieri cum eo, quod tempore relicti non debebatur, nàm veſtes lugubres debentur vxori poſt mortem viri ab ipſius hæredibus, &
2 ideò compenſandi animus non poteſt conſiderari ex parte dantis, cùm ipſe nihil tempore relicti debebat, vt poſt *gloſ. Bart. Ang. Alex.* & alios in *l. Pater filiam, ff. ad l. falcid.* hoc argumento vtitur *Surd. deciſ. 119. nu. 8.* & quòd in dubio legatum non videa-
3 tur factum à viro vxori animo compenſandi, poſt *Affl. deciſ. 14 Vrſill ibid. nu. 9.* vbi
4 refert etiam deciſionem S.C. quòd legatum factum vxori, vt ipſa ſit domina, & vſufructuaria, ſecundùm opinionem *Bulgari*, cõmuniter approbatam, filijs extantibus importat alimenta, *Mut. in Conſuet. Panorm. cap. 47. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom. 2. p. 6. q. 11. in princ* Hoc etiam in ſimili dixit *Couarr. in cap. offic. nu. 6. de teſtam* præmiſſa deciſione *text. in cap. certificari, & cap. in noſtra. de ſepult. & Clem. dudùm*, eod. tit. deberi quartam Eccleſiæ Parochiali eorũ, quæ legantur Monaſterio, aut Eccleſiæ non
5 Parochiali ab eo, qui eligit ſibi ſepulchrũ, vtrum relictum Eccleſiæ Parochiali compenſetur cum dicta quarta, quæ certum eſt, quòd debetur poſt mortem teſtatoris, & dicit, quòd verior ſibi videtur opinio, quòd non ſit locus dictæ compenſationi, & eum ſequitur *Petr. Barboſ. in l. ſi cùm dotem 23. §. ſi pater, n. 31. ff. ſolut. matrim.* vbi etiam,
6 quòd ſi teſtator legat alicui, cui nihil ipſe debebat, ſed tamen illius hæres erat eidem debitor neceſſarius, quòd non cenſetur legaſſe animo compenſandi, *Baeza de decim. tutoris, c. 5. n. 17.*

Verùm pro hæredibus viri dicebatur,
7 quòd cũ hoc debitum ſit legale, & neceſſariũ, omninò debebat præſumi, legatum fuiſſe factum animo compẽſandi, *auth. prǽtereà, C. vnd. vir, & vxor*, vbi etiam *DD.* & præcipuè *Alex. Iaſ. Dec. & Curt. iun. d. l. ſi cùm dotem, § ſi pater, ff. ſolut. matrim.* nec vrgẽt contraria, nàm vtrũq; debitum incipit deberi poſt mortem teſtatoris, & ideò ad inuicem confunduntur, & quantitas vnius extinguit quantitatem alterius, prout in terminis reſpondit *Molfeſ. in d q. 11 nu. 33.* ad quod adducit punctualem deciſionem *Pauli de Caſtr in conſ. 35. vol. 2.* vbi, quòd
8 debitum hęredis incepturum poſt mortem defuncti, reputatur eſſe debitum defuncti, quantum ad hoc, vt defunctus cenſeatur reliquiſſe animo compenſandi cum illo, ad
9 quod ipſe teneretur, ad hoc, nè hæres duplici onere grauetur, & eum ſequuntur *Ruin. conſ. 138. col. 2. lib. 4. & Crau. conſ. 113. nu. 14.* Et quàmuis idem *Ruin. in conſ. 74. nu. 21. vol. 2.* contrarium videatur tenere, & eum ſequitur *Menoch. præſumpt. 109. n. 60.*
10 cum *ſeqq. lib. 4.* qui, reprobata opinione *Paul. de Caſtr.* tenuit, veriorem eſſe *Ruini* ſententiam, tamen erit aduertendum, quòd *Ruin. in d. conſ. 74.* loquitur in eo caſu, in quo hæres non erat obligatus ex perſona
11 defuncti, ſed quando obligatio cauſaretur hæredi aliundè, putà ex facto alterius, vel ex legis diſpoſitione, quæ cauſam à defuncto non haberet, prout ipſe idem declarat *nu. 20.* & dat rationem, quia tunc hæres haberetur loco extranei, quòad hanc obligationem, & ſic etiam loquitur *Menoch. ibid. nu. 62. verſ. contrariam*, quod ſecùs eſt in caſu noſtro, vbi hoc debitum hæredis, ex cauſa hæreditaria debetur, vt declarat idẽ *Ruin. in d. conſ. 138. nu. 2. & 3. vol. 4.* & meliùs *Reg. Rouit. in conſ. 29. lib. 1. num. 4.* qui alios etiam allegat.

Et tandèm dicebatur, hoc in terminis fuiſſe deciſum in Senatu Cathaloniæ, quòd
12 ſi maritus aliquid legauerit vxori, cenſetur voluiſſe compenſare cum iſtis iuribus veſtium lugubrium, & alijs, quæ vxoribus debentur, quia id, quod ex conſuetudine debetur, habetur pro lege, *§. ex non ſcripto, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* de qua deciſione mẽtionem fecit *Ferrer. in 3. par.* obſer-

Digitized by Google

obſeruat.cap.157. *Cancer.var.reſol.par.1. cap.9.n.41.& Fontan.de pact.nupt.clauſ.7. gloſ.3.par.7.n.101.* quam etiam opinionem ſequutum fuit S.C. in cauſa Penelopæ Caracciolæ cum Hæredibus Thomæ Caraſæ
13 eius viri. Et propterea die 26.Octob.1638. fuit deciſum, quòd fiat compenſatio bonorum mobilium legatorum cũ lecto viduali, & veſtibus lugubribus, Carolo Strina Actorum Magiſtro S.C.

# OBSERVATIO In Deciſione XCIV.

## *SUMMARIUM.*

1 *Veſtes lugubres, ac lectus vidualis debetur viduæ, de generali conſuetudine, & an ab hæredibus viri, in feudalibus, vel in allodialibus, nu.3. debentur, donec vidualitèr vixerit, nu.4. vbi ità deciſum adducitur.*

2 *Vidua debet habere veſtes lugubres, ac lectum viduale, etiã ſi de propria pecunia illa fecerit, ac duplices veſtes, & lectum, ſcilicèt æſtiuas, & hyemales, n.5.*

6 *Legatum mobilium per virum vxori factũ, compenſatur cum veſtibus lugubribus, & lecto viduali, debitis ex conſuetudine, contrarium, nu.7. ſed prima opinio comprobatur, n.8. & 9.*

7 *Compenſatio quando locum habeat, & n.8.*

8 D.Reg.D.Franc.Merlin.cent.2.controu.forenſ.c.44.nu.24.cum ſeqq. *impugnatur.*

10 *Vxor relicta domina, & vſufructuaria, quando habeat alimenta, & quando vſufructum, & n.11.12.& 13. vbi deciſiones adducuntur.*

13 *Boues aratorij veniunt in vſufructu fundi legato.*

1 VEſtes lugubres, ac lectus vidualis, de generali conſuetudine ab hæredibus viri mulieri viduæ debentur, vt probat *Ludou. Bell. conſ.77.nu.37.* præſertim in hac Ciuitate Neap. vt docuit D. meus *hic, nu.1. & conſult.124.n.39.lib.2.* & comprobant *D.Conſil. Marcian.conſ.35.ſub nu.1.& 2.lib.1.* ac *D.Reg.Rouit.conſ.9.n.1.lib.2.* & ſic ſi vidua
2 ſe veſtiat de propria pecunia, repetit ab hæredibus viri, vt fundat *Dom.Marcian.d.*
3 *num.2.* Hinc, in cauſa D.Duciſſæ Magdaloni petentis lectum viduale, ac veſtes lugubres ob mortem D.Ducis Martij eius viri, fuit in S.C. diſputatum, an illa eſſent perſoluenda à Sacro Hoſpitale S.Annunciatæ hærede in allodialibus, an verò à D.Duce Magdaloni hærede ſanguinis in feudalibus, & pro Hoſpitale ſcripſit *D.Rouit.d.conſ.9.* & pro D.Duce *D.Marcian.d.conſ.35.* cauſa tamen nõ fuit iudicialitèr deciſa, ſed tranſactione finita, vt refert *D. Marcian. d. conſ. 35. in fin.* illa tamen debentur viduæ, donec
4 vidualitèr vixerit, ideòq; ob tranſitum ad ſecundas nuptias, reſtituuntur, ad tradita per *Vrſill.ad Affl.dec.313.num.3.* ſequitur *Molfeſ.ad Conſuet.Neap.p.7.q.11.nu.27.de iure dot.lib.1.* & ità fuit per S.C. determina-
* tum in cauſa Syluiæ de Maggio cum Ioan. Iacobo de Hippolyto, die 28.Maij 1616. referente *D.Duce Cagnani,* cum interuentu DD.Conſil. *de Ianuario, de Morra, Saluo,* & *Valenzuela,* in Banca de Mondellis.

In hoc tamen articulo aliud obſeruo,
5 quòd duplices veſtes lugubres, ac lectus paritèr vidualis præſtari debent viduæ, æſtiuæ nempè, & hyemales, maximè viduis alicuius conſiderationis, vt benè docent *Molfeſ.ad d.Conſuet. p.5. q.9.n.9. Surd.de alim. tit 4.q.17.n.5.& Fontan.de pact.nupt.clauſ. 7.gloſ.3.p.5.n.26.& ſeqq.*

6 Legatum tamen mobilium per virum vxori relictum, cenſetur factum animo cõpenſandi cum veſtibus lugubribus, & lecto viduali, ex conſuetudine debitis, vt dixit D.meus *d.nu.7.* per tot. 12. qui ità deciſum reſtatur *nu. 13.* de qua deciſione meminit *D.Hodierna ad Surd.dec.119.nu.15.* ac *D. Præſ.Merlin.cent.2.controu.for.c.44.n.24.*
7 qui *nu.25.* illam in dubium reuocari affirmat, eò, quòd vtrumq; debitum erat in ſpecie, ideſt in mobilibus, ideòq; ceſſare compenſationem, quæ de ſpecie ad ſpeciem regularitèr non datur, ad quod allegat *Surd. dec.119.nu.8.* ac *conſ.112.nu.55.* qui adducit *l.ſi conuenerit, ff.de pignor. act.l.ſi non ſortem, §.ſi centum, ff.de condit.indeb. & l. ex pecunia, C.de reiuend.* ſicut nec de quãtitate ad ſpeciem, vel è contrà, ex traditis per *Surd.d.conſ.112.nu.61.* vt enim probat *nu.62.* ſolùm admittitur compenſatio de quantitate ad quantitatem, hoc enim caſu in habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus, *l.in rem actio, §.item quacumq; ff.de reiuendic.*
8 ſed vt verum fatear, hæc oppoſitio nullius eſt momenti, & conſiderationis, nã benè intuẽti clariſſimè liquebit, iura à *Surdo* ponderata, loqui in contractibus, non autem in vltimis voluntatibus, in quibus compenſatio non regulatur, ſecundùm regulas compenſationis, quæ fit in contractibus, in vltimis enim voluntatibus fit compenſatio de quantitate ad hæreditatem, *l. ſi compenſandi, C.de hæred.inſtit.* item de quantitate ad ſpeciem, *l.qui cùm militabat, §.1.ff.de hæred.inſtit.l.cùm pater, §.cùm pater, ff.de legat. 2.* eſtq; hæc communis opinio Modernorum, quãuis Antiqui fortaſsè contrarium ſenſerint, vt refert idem *Surd.d.conſ.112.nu.39.* hinc cùm agamus de debito neceſſario, ex conſuetudine introdu-

Digitized by Google

troducto,ſit compenſatio legati cum dicto debito neceſſario, etiam ſi vnum in ſpecie, & aliud in quantitate conſiſtat, *Imol.in l.ſi cũ dotem,§ ſi pater,col.fin.ff.ſol.matr.*& in *l.huiuſmodi,§.cùm pater, col.vlt.ff.de leg.1. Roman.in auth.prætereà,col.penult. C.vndè vir,& vxor, Surd.* alios citans *d.num.*39.

9 ideòq; *D.Merlin.* licèt contrariam ſuſtineret ſententiam,videns,non poſſe effugere veritatem, quam *Nos* tuemur, confugit ad remedium limitationis, ideòq; dupliciter limitat,*nu.*100.*verſ.vlt.non obſtat.* Primò, vt contrarium ſit,vbi de expreſſa teſtatoris voluntate liquet de compenſatione inducenda.Secundò,vt procedat,quando agitur de debito neceſſario,tunc enim ex iuris diſpoſitione ſit compenſatio, cùmq; ſic credatur teſtatorem voluiſſe, vt iuri communi ſe accomodaret,vt dixit *nu.*101.*verſ. tertiò reſpondeo*,& ſic patet,quantum ſit deferendum huic concluſioni,per veros iuris terminos deciſæ,ac de iniuſta querela contrà illam propoſita per *D.Merlin.*non perlecto toto *d.conſ.*112.*Surdi*,cùm apud omnes ſcitum ſit,non eſſe iudicandum,niſi tota lege perſpecta, & de materia compenſationis alia dixi *dec.*25.

10 Vxor tamẽ relicta à viro Domina, & vſufructuaria,extantibus filijs,ſecundùm *Conſuetudinem Bugari*,habet tantùm alimenta,vt deciſum refert D.meus *hic,n.*4. & pariter admittit *D.Merlin.cap.*40.ſub *nu.*47. *& cap* 92.*n.*1.*cent.*2.*controu.forenſ.* ſed an

11 illis mortuis habeat integrum vſumfructũ, an verò alimenta ſint extincta, & *D. Reg. Sanfelic.dec.*101.*n.*4.*lib.*2.diſtinguit, quòd aut legatum eſt factum fauore filiorum,aut matris,aut vtriuſq; aut dubitatur, vt primo caſu mortuis filijs extinguatur legatum, ſed contrarium deciſum habeo per S.C. ex *Apoſtill.*manuſcript.D.Conſil.*de Rubeis ad Picum in l.Titia la prima,§.Titiæ ff.de leg.* 2.vbi quamuis in cauſa Lauræ Boſſæ cum

* Aureliâ Barrile,in Banca Mancuſij,ſub die vltimo Ianuarij 1559 fuiſſet deciſum,vſumfructum per mortem filiorum eſſe extin-

12 ctum,nec etiam alimenta deberi, attamen in gradu reclamationis ſub die 24.Septem-

* bris 1561.fuit iudicatum, ſuſtineri legatum,quoad alimẽta,etiam ſuper feudo, deficientibus allodialibus, ex adductis per *Picum in d.§.Titiæ.*In reliquis verò tribus

13 caſibus, mortuis filijs mater reintegratur in vſufructu, vt etiam deciſum teſtatur D. *Sanfel.ibid.n.*8.

14 Et paritèr, legato vſufructu fundi per maritum vxori, ſi in dicto fundo adeſſent boues aratorij, non poterit illos hæres amouere, cùm ſint fundi inſtrumenta, & pertineant ad commoditatem vſusfructus, *Bald.in l. idem ſi fundi, §.ſeminarijs,ff. de vſufruct.& quemadm.quis vtat.* & ſic deciſum tradit *Marc. Mantua in apolog.*498.

*M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Gubernatores Extauritarũ, ſeù Hoſpitalium, quæ reguntur per laicos, coràm quo Iudice debeant conueniri, & an eorum bona ſubiaceant Conſuetudinibus laicorum.

### SVMMARIVM.

1 *Dominus ſoli poteſt vſq; ad Cœlum ædificium extollere.*

*Amplia,etiam attenta* Conſuet.Neap.*cum declaratione,nu.*2.

3 *Statutum laicale non ligat Eccleſiam.*

*Limita in ſeruitutibus,nu.*4.

*Item limita in Extauritis, & Hoſpitalibus rectis per laicos, nu.*5.

6 *Gubernatores Eccleſiæ,quæ regitur per laicos,poſſunt coràm Iudice laico conueniri.*

7 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XCV.

GVbernatores Venerabilis Eccleſiæ D. Ioan. in Curte prætendebant altius tollere quoddam ædificium Extauritæ propè Eccleſiã prædictam.Comparuit in S.C. Fabritius de Petruccio,qui poſſidebat domum vicinam dicto ædificio conſtruendo, & obtinuit ſolitum mandatum dictis Gubernatoribus, vt nihil innouarent, ſed ſi aliquid prætenderent, comparere deberent in S. C. qui comparuerunt,& inſtiterunt, mandatum tolli,& dicebant, quòd cùm erant Domini

1 ſoli,non poterant prohiberi,extollere ædificium vſq; ad Cœlum,iuxtà *text. in l.altius, ff.de ſeruit.* Pro parte verò dicti de Petruccio dicebatur,obſtare *Conſuet.*huius Ciuitatis, incip. *Si quis habet*, ſub *tit.de ſeruit.*

2 vbi vicinus,nè luminibus afficiatur domus vicini,non poteſt ædificium in altum extollere, niſi diſtet ab ædificio vicini per 12. palmos, in qua cauſa fuit dubitatum de pluribus, & primò, vtrum dicta Eccleſia ſubiaceat *Conſuet.*& fuit dictum,quòd quãuis regularitèr ſtatuta laicorum non ligent

3 Eccleſias,neq; Eccleſiaſticas perſonas, *cap. Eccleſia S.Mariæ,de Conſtit.* Tamen hoc multis modis limitatur, de quibus per *Ricc.*

Digitized by Google

*Ricc.collect.dec.*171. quibus limitationibus
4 addi poteſt, quòd in ſeruitutibus locum habent ſtatuta laicorum, vt per *Freccin addit.ad* Conſuet. *Si quis emerit, de iure congr.* & in terminis *Naucler. in addit.ad Conſuet. Neap.in tit.de ſeruit.* dicit, quòd *Conſuet.Neap.*in materia ſaſinarum, & ſeruitutum comprehendunt Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & dicit, quòd de hoc eſt *Ritus in Curia Archiepiſc.* vt etiam diximus in *dec.66. nu.*23. Secundò fuit dictũ,
5 quòd in hoc caſu non cadebat articulus, quòd hæc Eccleſia erat quædam Extaurita, quæ regebatur per laicos, & quòd bona Hoſpitalium, & Extauritarum non ſint Eccleſiaſtica, vt tenet *Napodan.in Conſuet.Si Eccleſia, de iur.congr.* antè *nu.*75. *verſ.item, an bona Extaurita,* & quàmuis aliqui du-
6 bitabant, ſi poterat hoc iudicium fieri corã Iudice laico, attamen fuit dictum, quòd quando Eccleſia fuit erecta, & regitur per laicos, poſſunt ipſi Gubernatores coràm eorum Iudice laico conueniri, *Gutierr.canonic.quaſt.lib.*1.*q.*36. *Maſtrill. deciſ.*110.
7 *De Ponte conſ.*18.*vol.*1. Et propterea ad relationem Reg. Conſil. Prouenzalis die 4. Aprilis 1637. fuit dictum, quòd firmo remanente mandato audiantur partes, penès Fabritium Solatium Act.Mag. S.C.

## OBSERVATIO In Deciſione XCV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Furnus an conſtrui poſſit, iuxtà communem parietem diuiſorium, & negatiuè probatur, nu.*2.3.4.5.6.7.8.*&* 9. *contrarium, nu.*10. *ſed ſecundùm primam negatiuam opinionem deciſum adducitur, n.*11.
3 *Palea, vel ligna quando teneri poſſint in propria domo.*
4 *Artifex, quando impediri poſſit vti ſuo artificio à vicino.*
5 *Filatorium, quando haberi poſſit in præiudicium vicini.*
6 *Doctor, vel alius Priuilegiatus, quando poſſit expelli facere Artificem, propè eius domum exiſtentem.*
7 *Vicinus, quando prohibere poſſit furnum, vel tabernam propter fumũ, & n.8. ac 9.*
10 Text.in l. fluminum, §.fin.ff.de damn.infect. *quando procedat, & n.*11.
12 *Furnus venit in conceſſione Caſtri, cum pertinentijs ſuis, & ex forma priuilegiorum, ac de conſuetudine ſpectat ad Baronem, ac in ædificatione Ciuitatis, antè omnia conſtrui debet.*
13 *Extaurita quando dicatur Eccleſiaſtica, & quando ſæcularis, & n.*14.
14 *Collegium, quãdo dicatur Eccleſiaſticum, vel ſæculare.*
15 *Reſtitutio in integrum, an competat Confraternitatibus, et an Collegijs Artificum erectis cum Regis aſſenſu, & n.*16. *&* 17.
18 *Collegium Nobilium Neap. an dicatur ſæculare, vel Eccleſiaſticum, & quid ſi in eo adſint Clerici, & laici, & n.*21.
19 *Cura Collegij vbi ab eligente non fuit data, ad quem ſpectat, & n.*20.
22 *Statuta laicorum regulariter non ligant perſonas Eccleſiaſticas.*
23 *Baro an, & quãdo poſſit cogere vaſallos accedere ad eius molendina, furnos, & alia ſimilia, & n.*26. *& quid in molẽdinis, furnis, & ſimilibus Eccleſia, n.*24. *&* 25.
24 *Ius prohibendi Baronis, quando cõprehendat molẽdina, & furnos Eccleſiæ, & n.*25.

DE duobus agitur in hac deciſione. Primò, an Dominus ſoli poſſit ædificium extollere vſq; ad Cœlum, vt habetur *nu.* 1. *&* 2. de quo etiam egit *deciſ.*50. vbi *Nos* etiam latè diximus. Secundò, an ſtatuta laicorum ligent Extauritas erectas, abſquè licentia, & authoritate D.Epiſcopi, quæ per laicos reguntur, vt *nu.*3. cum *ſeqq.*

Sed circà primum quæri poterit, an quis
1 poſſit furnum conſtruere, iuxtà communem parietem diuiſorium, ità vt furnaria ars in domo conſtruentis, publicè valeat exerceri, cõtradicentibus vicinis, cum quibus paries diuiſorius eſt communis, & negatiuè reſpondeo.

Primò, propter incẽdij periculum, quod
2 imminet, ſtante continuo vſu ignis in maxima quantitate, vt experientia docet, quòd ſi domus contigua combureretur, neceſſariò adiacentes ruent, *l.quidam hiberus, ff.de ſeruit.vrban.præd. Cępoll.in tit.de furno, et fornace, nu.*3. *&* 4. ideòq; municipali lege
3 ſancitum habemus in hac Ciuitate, ex *Cõſuet.*incip. *Non licet, de faciend. centim. & pal.non tenend.* nõ licere in domo propria, quæ ſit coniuncta domui alterius, paleas, vel ligna tenere, & habere, niſi quatènus ſufficiant pro vſu domus ſuæ, propter timorem incendij, quantitas namq; lignorum extrà mœnia, & in loco campeſtri reponi debent, *Affl.in cap.poſt Natale, nu.9. de pac. tenend.* & pluriès deciſum in M.C.V. & in S.R.C. refert *Apoſtilla* in margine *d. Conſuet.* prout in locis prædictis hodiè ligna repoſita videmus in hac Ciuitate, quarè ſi quantitas lignorum cuiuſq; generis haberi non licet in damnum vicini, tantò fortiùs non debet permitti, conſeruari ligna arida, ſicca, ramulos, & lignorum virgulas, iuxtà ignem & tã tàm immenſi, & continui ignis.

Secundò, rumor, & ſtrepitus magnus, qui cau-

Digitized by Google

cauſatur ex continuo vſu, diu, noctuque artificij, 4 quo panis maſſa vnitur, eſt in cauſa, vt inquilini diſcedant à domibus contiguis, vel ſatis inferiori pretio illas conducunt, eò magis, ſi fiat in loco nunquam ſolito, tunc enim non eſt permiſſum, nàm 5 quamuis vicinus non valeat impedire, quin artifex ſuo vtatur artificio, etſi à ſomno diſtrahatur, prout in Filatorio loquitur *D. de Franch. dec. 625.* attamen Filatorium eo caſu eſt erectum in Platea Armeriorum, ad Artis Serici exercitium deſtinata, in qua omnes illius opificij Artifices, & de ea tractantes, antiquitùs ſemper habitauerunt, quod vtiq; ſi in loco proprio facere non liceret, eſſet per indirectum prohibere, nè ars ſerica tractaretur in hac Ciuitate Neap. locus namq; ſolitus, eſt cauſa illius deciſionis, ideòq; Filatorium confectum in Platea prædicta, in qua etſi habitaret Doctor, vel alius Priuilegiatus, prohiberi non poteſt, vt per *DD. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* requiritur 6 enim, quòd Priuilegiatus præueniat Fabrũ, vt valeat illum expellere, quia ſi Faber præceſſit priuilegiatum in habitando, contrarium diſponitur, *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 237. nu. 4.* Vndè, ſi in aliqua Ciuitatis regione, in qua ſimile exercitium nunquàm fuit actum, aliquis vellet erigere Filatorium, certè ex veris iuris principijs poſſet prohiberi, nè vicinos infeſtet, ſed in quarterijs ſolitis, & quaſi ad talem artem exercendam deſtinatis, fieri debent.

7 Tertiò, proptèr fumi damnum, quod ex furno prædicto ſurſum aſcendit, offenditq; vicinorum domos, eorumq; incolas, iure licito poteſt prohiberi, vt deſiſtat à d. furni exercitio, cùm de iure fumus in ſuperiora ædificia ex inferioribus immitti non poſſit, *l. ſicuti, §. Ariſto, ff. ſi ſeruit. vindic.* etſi dicatur, quòd ſi iniuriæ faciendæ cauſa non immittatur, furnum facere licet, *l. pen. ff. de* 8 *iniur.* hæc enim iura conciliantur ex diſtinctione, ſatis facto, de quo agitur, apta, ſi nempè Dominus domus inferioris faciat ignem ſolitum ad regimen familiare, tunc licitè furnum facere poteſt, nec tenetur in aliquo, etſi fumus aſcendat, ſed ſi Dominus domus inferioris vellet facere Hoſteriam, vel Tabernam publicam, vbi continuò fieret ignis, & fumus magnus, hoc facere non licet, *Accurſ. in l. ſi ſeruus, §. ſi furnum, in verb. qui focum, ff. ad l. Aquil. Bart. in d. §. Ariſto, nu. 1. Angel.* omninò videndus *ibid. nu. 2. ibiq;* etiam *Caſtr. nu. 5.* quæ quidèm diſtinctio probatur, prætèr *DD.* authoritates, ex *text. in d. §. Ariſto, ibi, ex Taberna Caſarea, in qua publicè caſea colerent, diſſiparentq;,* quem *tex.* plenè declarat *Duaren. in commentar. iur. ciuil. tit. ff. ſi ſeruit. vindic.* & probatur in *l. fiſtulam, ff. de ſeruit. vrban. prædior.* ibi, *vſus tepidarij, vt aſſiduè humorem habeat, & noceat vicino, poſſe prohiberi, ait;* ex quibus colligitur conſe- 9 quens clarum, quòd cùm fumus ſit ad continuum vſum ignis, dùm furnus ad publicã, non ad priuatam commoditatem ſit conſtructus, quòd abſq; intermiſſione exerceatur, nullo iure, contradicentibus vicinis, & in ſpecie Domino domus ſuperioris permitti, aut ſuſtineri poteſt, vt in ſpecie dixit *Napodan. in Conſuet.* incip. *Sed ſi recumbat, nu. 29. verſ. ſed quid de fumo, de ſeruit.* & in *Conſuet.* incip. *Si velit, verſ. in ſuo,* vbi allegat *tex. in d. §. Ariſto, de facien. centim. & pale. non tenen.*

10 Nec obſtat *text. in l. fluminum, §. fin. ff. de damn. infect.* cum ſimil. vbi vnicuiq; in ſolo ſuo licitum eſt, facere, quod vult, ſiqui- 11 dèm nocendo vicinis, cenſetur ipſo iure inducta ſeruitus, & proindè fornacem conſtructam iuxtà agrum vicini, deſtruendam eſſe, iudicauit *Rota Florent.* apud *Monac. dec. 42. lib. 1.* & ſecundùm prædicta etiam * deciſum fuit per S.C. ſub die 22. Nouembris 1628. ad relationem D. Conſil. *Carlev.* in cauſa Mariæ de Retamal, cum Franciſco Pallauicino, fuit namq; ordinatum, quòd dictus Franciſcus non vtatur ædificio conſtructo, iuxtà parietem communem diuiſorium pro furno publico, in Banca de Ferrarijs, nunc de Spera, patrocinante pro dicta Maria *D. Vincentio Sergio,* Aduocato docto, timoratæ conſcientiæ, amico, & Domino meo, & dùm de furno verba fecimus, 12 obſeruabis, quòd conceſſo Caſtro cum pertinentijs ſuis, venit furnus, vt probat *Capyc. in inueſt. feud. verb. furnis,* ex forma priuilegiorum, ac conſuetudine Regni ſpectat ad Baronem, vt per *Luc. de Penna in l. quicunq; C. de fund. limit. lib. 11.* & quando ædificatur Ciuitas, antè omnia ædificatur furnus, ſecundò, mœnia, & tertiò, Eccleſia, vt probat idem *Luc. de Penna in l. fin. C. ex quib. muner. lib. 10.* quem refert *Capyc.* vbi ſupra.

Circà verò ſecũdum articulum dicimus, 13 quòd Extaurita, quæ regitur per laicos, nõ dicitur Eccleſiaſtica, dùm non eſt fundata authoritate Epiſcopi, ſed ſub Regia protectione, vt fundat D. meus *n. 5.* quòd autem Extaurita ſit ſæcularis, probat *Addit. Aff. in Conſuet.* incip. *Si Eccleſia, in 1. gloſ.* impreſſa per *D. de Marin. lib. 2. quotid. reſolut. fol. 716.* vbi per ſeptem media id oſtendit, rogo legatur, nàm apud alios non reperies, hanc tamen deciſionem non admittit *D. Epiſc. Ricciull. in lucubr. Eccleſ. c. 12. nu. 12.* cum *ſeqq.* ſed eam comprobat *D. Conſil. Staiban. reſol. 37. nu. 13. & 14. lib. 1.* quem tamen Regentem vocat *Dom. Altamiran. in tit. de fil. Official. in l. 1. cap. 1. num. 8.*

&

Digitized by Google

& latè agit *Anſald. de iuriſd.par.2. cap.14.* per tot.& conferunt tradita per *D.Præſid. Merlin.cap.65.cent.1.controu.forenſ.* ratio
14 nāmq; ſatis vulgaris eſt apud omnes, ex diſtinctione ſumpta, quòd vbi Collegium eſt fundatum, authoritate Epiſcopi, illud dicitur Eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſubeſt, ſi verò, abſq; Epiſcopi authoritate, & tunc ſæculare appellatur, & coràm Iudice ſæculari conuenitur, ad tradita per *Panormit.in c. de Xenodochijs,nu.3.de relig.domib.Bal.in auth.hoc ius porrectum, nu.11.& 12.C.de ſacroſ.Eccleſ. Card.Zabarella conſ.121.n.3.Pariſ.conſ.34.*per tot. ſignantèr *nu.9.vol.4.Redoan.de reb.Eccleſ. non alien.q.28.nu.1.& 17.* & probatur in *cap.ad hoc,de relig.domib.*& in *cap.inter dilectos,de donat.*In hac etiam materia vide *D.de Anna ſing.90.Carol.de Graff.de effect. cleric. effect.1. nu.613. D.Epiſcop. Barboſ. alleg.78.nu.42. P.Dian.par.3. reſol.moral. tract.1.reſolut.70.& D.Abruzz. de ſeruit. perſon.comment.1.n.162.& 164.*cum *ſeqq.*
15 Sic etiam reſtitutio in integrum competit Confraternitatibus, erectis authoritate Epiſcopi, vt fundat, & deciſum dicit *Maſtrill.dec.110.nu.16.*ac paritèr iudicatum tradit *Cabed.dec.51.nu.8.par.1.*secùs verò
16 Collegijs Artificum, cum Regis beneplacito erectis, vtputà Sutorum, Piſtorum, Naniculariorum, Argentariorum, & ſimilium, de quibus *Fontanell.dec.108. nu.1.lib.1.* eſtq; magis communis opinio, vt poſt alios teſtatur *Puteus dec.90.n.9.*contrà *Sforz.Odd.* contrarium tenentem, non enim dicuntur loca pia, cùm ſint erecta, præuijs Regijs priuilegijs, & proindè, Regali iuriſdictioni ſubſunt, & dicuntur merè laicalia, *Auiles in cap.Prætorum,c.2.verb.confœderatio,n.10. Gutierr.lib.1.canonic.qq.cap.35. nu.9.in fin.& 16.Fontan.dec.109.n.1.& 2.* ideòq; poſſunt de eorum bonis diſponere, ſicut de ſæcularibus, vt pluribus relatis fundat *Fontan.ibid.nu.3.* etiam ſi aliqua opera pia ibi exerceantur, vt dicit *nu.5.*ex *Gratian.D.de Ponte,D.Epiſc.Genuen.& Caualc.ibi* cita-
17 tis. Verùm, ſi in dictis Collegijs Artificum adſint minores, tunc eis conceditur reſtitutio in integrum, vt obſeruatum teſtatur *Fontanel.d.deciſ.109.n.6.& 14.*licèt ipſe in hoc non concurrat, dùm putat, Collegia prædicta æquiparari Vniuerſitati, quæ reſtituitur, adſint, vel non minores.
18 Quarè dicimus, quòd Collegium Nobilium, in hac Ciuitate erectum per *D. Ioan. Baptiſtam Manſum* Marchionē Villæ, nobilitate clariſſimum, ac variarum literarum eruditiſſimum, abſq; D.Archiepiſcopi authoritate, licèt illius cura, vel regimen ſit ab ipſo D.Marchione commiſſa RR.PP.Societatis Ieſus in inſtrumento fundationis; Nihilominùs laicale eſſe dicitur, & conſequētèr coràm Iudice Regio conueniri debet, voluit nāmq; D.Marchio, vt ex bonis, & redditibus, eidem Collegio aſſignatis, Nobiles pueri alerentur, qui, nedū bonos mores addiſcere, ſed etiam Grammaticam, Rethoricam, Muſicam, legalem diſciplinam, ceteraſq; facultates, ad Nobilium vitam pertinētes, edoceri poſſint, & quàmuis cura dictorum puerorum commiſerit dictis Patribus Societ.Ieſus, non ideò ſequitur, Collegium eſſe Eccleſiaſticum, quia ſicut non repugnat, quòd laici tanquàm Oeconomi adminiſtrēt bona cuiuslibet loci Eccleſiaſtici, vt per *gloſ.in clem.quia contingit,§.vt autem,in verb.ſæcularibus, in fin.* vbi *Zabarell.nu.5.& 6.* ac *Imola col.fin. de relig.domib.Rota Roman.dec.725.nu.8.p.1. D.Marta voto 169.nu.9.*ità non eſt inconueniens, quòd Religioſis Viris committatur regimē, ac gubernīū Collegij ſæcularis.
Quæ quidèm cura, ac gubernium dicti
19 Collegij, niſi fuiſſet à d.D. Marchione data dictis Patribus, ſpectaret ad Iudicem ſæcularem, Vniuerſitas enim pupillo æquiparatur, *l.Rempublicā,C.de iure Reipubl.lib.11.* ſed ſi pupillus tutore careat, Iudex ſupplebit, *l.bonorum,C.qui admitt.l.ſi infanti, C.*
20 *de iur.delib.* ità in Collegio Iudex ſupplebit defectum Adminiſtratoris, *Bar.in l.nulli,nu.3.ff. quod cuiuſq; Vniuer. nom.* vbi etiam *gloſ.in verb.lex,* ſequitur nouiſſimè *Loſæus de iur.Vniu.p.2.n.15.*cū duob. *ſeqq.*
21 Sed ſi Collegium habeat Clericos, & laicos, an dicatur Eccleſiaſticum, vel ſæculare, vide *Marant.in ſpec.aure.p.4.diſt.11.n.23.* poſt *Bart.in l.fin.n.14.ff.de Colleg.illic.*
Concludit etiam D.meus *nu.3.*quòd regularitèr ſtatuta laicorum non ligant Ec-
22 cleſiaſticas perſonas, de quo articulo verba fecimus *dec.66.nu.13.* in quo articulo erit videndus *D.Abruzz.d.comment.1.nu.427.* cum *ſeqq.*hinc obſeruo, quòd Baro vigore *Reg.pragm.14.de Baron.* non poteſt cogere
23 vaſallos, accedere ad eius molendina, furnos, & alia ſimilia, niſi priuilegio, aut legitima præſcriptione, aut conſuetudine præſcripta, hoc ius prohibendi, nè accedant ad alia, habeat, quod confirmant *D.de Anna ſing.116.Theſ.dec.16.D.Nouar.de grauam. vaſall.lib.1.grau.58.nu.1.* verùm, ſi tale ius
24 prohibendi habeat, nō comprehendit molendina, & ſimilia Eccleſiæ, ità, vt ad illa vaſalli accedere non prohibeantur, vt fundat *D.Taſſon.*in cauſa S.Laurentij de Padula cum Vniuerſitate Montiſſani, in *tract. de antephat.verſ.3. alleg.7.* à *nu.122.*per 126.
25 ac deciſum oſtendit in eadem cauſa *D.de Franch.dec.380.* poſteà tamen contrarium fuit per S.C.determinatum in cauſa Mona-
* ſterij S.Mariæ de Gratia de Olibano, cum

KKK D.Ar-

Digitized by Google

D.Archiepiſcopo Salernitano, de menſe Octobris 1575.iunctis Aulis, in Banca Miloni, fuit nāmq; declaratum, licere dicto Monaſterio habere molendina intus d.Monaſteriū,in quibus poſſint moleri eius oliuæ,etiam donatæ, ac legatæ, non obſtante, quòd lite pendente fuerat ordinatum, d.D. Archiepiſcopum eſſe manutenendum in poſſeſſione iuris prohibendi. & ſic vaſalli
26 ad d.molendina Monaſterij accedere nequeunt ad molendum oliuas, ſed tantùm illa haberi poſſe per d.Monaſteriū pro eius vſu, non obſtante iure prohibendi.

*M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij,an ſtante *Reg.Prag.77. de offic.S.C.* quæ eſt 4.*de dilat.*in noua recompil.opponi poſſit ad impediendum exequutionem decreti,quòd ſoluat tertias,quod fieri ſolet,antè ſententiā reſciſſionis contractus venditionis annuorū introituum,poſt 30.dies, & an ſufficiat,citare creditores incertos per proclama,in ipſius inuentarij confectione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio diſcuſſionis inuentarij opponi poteſt poſt ſententiam.*
2 *Exceptiones modificatiuæ non admittuntur aduerſùs ſententiam, vel decreta diffinitiua,elapſis 30.diebus à die intimationis ſententiæ.*
*Amplia,vt neq; per viam reſtitutionis in integrum admitti poſſint,n.9.*
3 *Exceptio diſcuſſionis inuentarij dicitur modificatiua.*
4 *Præceptum,quòd ſoluat tertias, factum, compilato proceſſu,dicitur diffinitiuum.*
*Sed cōtrarium,vbi principalitèr agitur pro reſciſſione contractus,nàm dicuntur præcepta comminatoria,n.15.*
5 *Præceptum Iudicis factum poſt negationem à reo,& probationes factas, & cauſa cognitionē,dicitur diffinitiuum,licèt Iudex non dicat,* Ego condemno, *ſed* præcipio.
6 *Præceptum Iudicis,quòd ſoluat,quando non dicatur habere vim diffinitiui.*
7 *Sententia ſuper exequutione inſtrumenti guarentigia,non eſt merè interloquutoria,ſed habet vim diffinitiuæ.*
8 *Sententia,vbi definit totum negotium, vel partem ſubſtantialem, dicitur ad inſtar diffinitiuæ.*
10 *Tempus dierum 30.circà oppoſitionem exceptionis modificatiuæ,currit à primo,& non à ſecundo decreto.*
11 *Inuentarium non dicitur ſolemne, vbi incerti creditores non ſunt citati.*
12 *Creditores incerti in confectione inuentarij citari debent per edictum.*
13 *In aditione hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij forma, traditur.*
14 *Stylus,& praxis Curiæ vim legis habent.*
16 *Præcepta,quòd ſoluat tertias antè reſciſſionem contractus, ſunt de æquitate S.C.*
*Et dicuntur præcepta Iudicis, ordinata ad ſententiam,nu.17.*
*Et appellantur interloquutoria,nu.20.*
18 *Diffinitiua dicitur ſententia,vbi nihil remanet agendum.*
19 *Sententia diffinitiua,quæ ſit.*
21 *Appellatio non committitur à decretis, ſeù præceptis,quòd ſoluat tertias.*
*Limita,vbi agitur de validitate, vel inualiditate inſtrumenti,nu.22.*
*Et decretum non interloquutorium,nec diffinitiuum, ſed tertia ſpecies dicitur,n.23.*
24 *Præceptum Iudicis,vbi inducit præiudiciū negotio principali, dicitur,habere vim diffinitiui.*
*Amplia,vt etiā appellatio ab eo detur,n.25.*
26 *Diſpoſitio* Reg.Pragm. *circà oppoſitionem exceptionis modificatiuæ,non militat aduerſùs decreta interloquutoria,vim diffinitiuæ habentia.*
27 *Statutum exorbitans à iure communi,non eſt extēdendum ad caſum non expreſſum.*
*Amplia,etiam ex identitate, ſeù maioritate rationis,n.28.*
*Maximè,in pœnalibus,n.29.*
30 *Citatio reſpectu creditorum incertorum in confectione inuentarij, pro ſolemnitate non eſt neceſſaria,cùm poſſit fieri per edictum,vel per proclama.*
31 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XCVI.

FAbritius de Monte egit in S.C. pro reſciſſione duorum contractuum venditionis annuorum introituum, ob plures annatas non ſolutas, quibus reſciſſis,petijt etiam aſſiſtentiam ſuper nonnullis bonis, ſitis in Ciuitate Theani aduerſùs Bernardinum,& Franciſcum de Martino de Carles, vti hæredes qu.Sfortiæ de

de Martino per intermedias perſonas eorum patris,& aui,& cùm obtinuiſſet decretum S. C. quòd conuenti ſoluant annatas decurſas,alias prouidebitur,quod fuit etiã in reclamatione confirmatum,& denegata
1 etiam reſtitutione in integrum; Conuenti oppoſuerunt exceptionem diſcuſſionis inuentarij bonorum dicti Sfortiæ de Martino principalis debitoris.

Dicebat Creditor, ex duobus iuris articulis non eſſe admittendam hanc exceptio-
2 nem, ſed quòd erant exequenda decreta S.C.pro annatis decurſis,& primò,quia per *Reg. Pragm.*77.§.25.*de offic.S.C.* quæ in vltima recompilatione eſt *Pragm.*4.*de dilat.* exceptiones modificatiuæ non poſſunt admitti aduersùs ſententiam,vel decreta diffinitiua,ad finem impediẽdi exequutionem, niſi infrà 30.dies à die intimationis ſententiæ,decreti,vel mandati de parendo, inter
3 quas exceptiones modificatiuas eſt exceptio diſcuſſionis inuentarij, vt poſt *Io.Dilect.de arte teſtan.tit.*11.*caut.*9.*in fin.Surd. dec.*33.vbi *Hodiern.Baldax.Thomaſ.tract.* 7.*tit.*20.voluit *Scip.Rouit.in d.prag.*4.*n.*14. *Maſtrill.dec.*24.

Dicebatur ergò pro parte d.Creditoris, quòd cùm iſtud præceptum de ſoluendo annatas decurſas,erat factum,præcedente
4 termino,& compilato proceſſu, cum cauſæ cognitione,erat decretum diffinitiuum, cũ iuſſus Iudicis,per quem finitur principalis controuerſia,dicatur ſententia diffinitiua, vt ex *gloſ.in fin.in l.qui reſtituere* 68.*ff.de rei vendic.*voluit *Alex.conſ.*50.*n.*11.*vol.*2. vbi etiam dicit, quòd quando poſt negationem factam à Reo,poſt factas probationes,& cauſæ cognitionem interponitur Iu-
5 dicis præceptum ſuper negotio principali, dicitur ſententia diffinitiua,licèt Iudex non dicat, *condemno*, ſed *præcipio*, ex *text.* vbi *Bal.& Salyc.in l.*4.C.*de re iudic.* quod etiã ſequitur *Felin.in rubr.de ſent.& re iudic. nu.*5.*& cap.quærenti,de offic.deleg.& Marant.*in ſua *prax.par.*6.*in verb.& demùm fertur ſententia,nu.*28. diſputando articulum,an præceptum Iudicis,quod fit in confeſſum,vt ſoluat,dicatur ſententia diffinitiua,aut interloquutoria,& diſtinguit, quòd aut proceſſus habet aliquam formam,putà,
6 quia eſt datus libellus,& reus in litis conteſtatione confeſſus eſt,& tunc illud præceptum eſſet ad inſtar ſententiæ diffinitiuæ, adeò, quòd potiùs adhæreret diffinitiuæ, quàm interloquutoriæ, aut non eſt datus libellus, & Iudex, cauſa non cognita præcipit,vt debitor ſoluat,ſe fundando in confeſſione rei,& erit decretum interloquutorium.Hoc idem latè,diſputato articulo tenet *Hippol.Rimin.conſ.*206.*lib.*2. & præſertim *nu.*22.cum *ſeqq.* vbi poſt *Angel. Caman.Alex.& Iaſon.*tenet,quòd ſententia
7 ſuper exequutione inſtrumenti guarentigiæ non eſt merè interloquutoria,ſed habet vim diffinitiuæ,& *Roman. in l.*5.*ff.de verb.oblig.*dicit,eſſe interloquutoriam, habentem vim diffinitiuæ,quod ex alijs comprobat idem *Riminal.n.*25. maximè,quando præceptum Iudicis fit,cauſa cognita, vt *nu.*26.*&* 27.quod etiam probat *Bald.in l.*1.*col.*5.*verſ.denuò quæro,C.quand.prouoc.*
8 *non eſt neceſſ.*vbi,quando ſententia eſt talis,quæ diffinit totum negotiũ,vel partem ſubſtantialem, dicitur ad inſtar diffinitiuæ, & *Rimin.*refert;ità in illo Senatu fuiſſe iudicatum,vt in *in fine conſ.*Et propterea,quòd cùm terminus 30.dierum erat iàm elapſus, attendendo tamen primum decretum, per quod fuerat dictum,quòd Conuenti ſoluerent tertias,non poterat ampliùs hæc exceptio opponi,ad finem impediendi exe-
9 quutionem,cùm neq; ex capite reſtitutionis in integrum poſſet admitti ad dictam exceptionem inuentarij opponendam, vt apparet in 27.*cap.d.Reg.Pragm.*& quàmuis aduerſus d. decretum Conuenti obtinuerint ſupplicationem, quòd iterùm verbum fieret in S.C.ad finem prouidendi ſuper reſtitutione in integrum,per ipſos petita, tamen, quia fuit etiam determinatum per aliud decretum S:C. non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum,& Conuen-
10 ti ſuccubuerunt,tempus dierum 30.cucurrit,non à die ſecundi decreti, ſed à primo decreto,ex traditis per *Bal. in l.contrà maiores,ff.de inoffic. teſt.*& per *Rouit. dec.*18.

Secundò opponebatur de inualiditate
11 inuentarij, non enim apparebat, citatos fuiſſe incertos creditores, nàm habetur ex *l.final.§.& ſi præfatam*, C.*de iur.deliber.*
12 creditores incertos eſſe citandos,quod fieri ſolet per edictũ,iuxtà tradita per *Gayll. pract.obſeru.lib.*1.*obſeru.*57.*nu.*7.quo caſu neceſſariam eſſe ſcripturam, vt affigi poſſit, habetur in *§.omnium verò,in auth.de litigioſ.*& ità obſeruatur in M.C.V. nàm quo-
13 tieſcunq; quis vult adire hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarij, expediuntur duæ citationes,vna per edictum, quæ affigitur in valuis M. C. contrà creditores incertos, altera verò contrà creditores certos,qui citantur,vt compareant die deſtina-
14 to ad aſſiſtendum aditioni,& ſtylus,& praxis Curiæ, legis vim habent, & propterea obſeruari debent,*Dec.in l.edita,nu.*2.*C.de eden.Curt.Iun.conſ.*162.*nu.*2.*Affl.dec.*253. *nu.*4. *Menoch.conſ.*270.*nu.*19.*conſ.*100. *nu.*74.*& conſ.*717.

Quibus oppoſitionibus reſpondebant Conuenti,quòd iſta præcepta de ſoluendo
15 non poſſunt dici diffinitiua, quia principalitèr agitur de reſciſſione contractus, quo



Digitized by Google

reſciſſo præſtatur aſſiſtentia pro quantitati-
bus debitis, ſed verè dicuntur præcepta ſeù
decreta comminatoria, quæ fieri ſolent, an-
tequàm procedatur ad ſententiam reſciſ-
16 ſionis, ex quadam æquitate S.C. vt teſtatur
*Reg. Tapia in lib. 4 iuris Regni, tit. de cenſib.*
*nu. 123. & Thor in voto 84. n. 39.* & etiam
euidentèr conuincitur ex forma dictorum
decretorum, non enim ſimplicitèr præcipi-
tur, quòd conuenti ſoluant tertias, vel anna-
tas decurſas, ſed dicitur, quòd infrà aliquẽ
terminum, meliùs S.C. viſum ſoluãt tertias
conuenti, aliàs prouidebitur ſuper petitis, &
17 ſic ſunt præcepta Iudicis, ordinata ad ſen-
tentiam reſciſſionis, & fiunt duo, vel tria de-
creta, ſub eadem forma, illud idem continẽ-
tia, & poſtmodùm, quando tertiæ non ſol-
uuntur, fit ſententia reſciſſionis; dùm ergò
principalitèr agitur ad reſciſsionem contra-
ctus, & prædicta præcepta, ſiuè decreta non
decidunt reſciſsionem, ſed minantur ſentẽ-
tiam, nullo modo poſſunt dici diffinitiua,
18 dicitur enim ſententia diffinitiua, quan-
do nihil remanet agendum, quod appa-
ret ex diffinitione ſententiæ, tradita ab
*Abb. in rubr. extr. de re iudic.* & à *Speculat.*
*in tit. de ſentent. prol. §. 1.* qui dicunt, quòd
19 ſit iudicialis diffinitio controuerſiæ, finem
imponens, & continens abſolutionem, vel
condemnationem; quotieſcunquè ergò ali-
quid remanet agendum, & ſperatur alia ſen-
tentia ab eodem Iudice, tunc nõ poteſt di-
ci diffinitiua, ſed decretum interloquuto-
rium, *DD.* & præcipuè *Imol. Abb. & Philipp.*
*Franc. in cap. cùm ceſſante, de appell. Bart.* &
alij Scribentes in *l. quod iuſſit, ff. de re iudic.*
vbi etiam *glo. in verb. diffinitiua, & in l. qui*
*reſtituere, ff. de rei vendic.* Et quòd præce-
20 ptum Iudicis ſit interloquutio, probat be-
nè *gloſ. in §. ad excludendas, in auth. de liti-*
*gioſis, in verbo interloquutionibus,* & in
proprijs terminis, quòd hæc decreta fieri
ſolita per S.C. quòd cõuenti ſoluant tertias,
dicantur interloquutoria, & non diffinitiua,
fundat plenè *Reg. Rouit. in pragm. 1. de aſſi-*
*ſtẽt. bonor.* in vltima impreſſione, poſt *princ.*
qui ex hoc infert, quòd de dictis decretis,
tanquàm interloquutorijs, nõ committitur
appellatio in S. C. quando talia decreta fiũt
per M. C. prout committũtur appellationes
21 à ſententijs diffinitiuis, ſed tantùm proui-
detur, quòd M. C. verbum faciat in S. C. licèt
hoc nõ ſimplicitèr admitterem, ſed tantùm
in eo caſu, in quo non dubitatur de validi-
22 tate, vel inualiditate inſtrumenti, vel de
credito, vel de alijs exceptionibus aduerſus
inſtrumentum, ſed tantùm ſi debet reſcindi
ob tertias, ſeù annatas non ſolutas, quia tũc
cùm iudiciũ dirigatur ſuper reſciſſione con-
tractus, d. decretum, quòd ſoluat tertias, eſ-
ſet merè interloquutorium, quando verò
ex d. decreto exceptiones ſolutionis, inuali-
ditatis, vel ſimulationis, nullitatis, aut aliæ
ſimiles reijcerentur, tunc non merè inter-
23 loquutorium diceretur, ſed quædam tertia
ſpecies, inter interloquutorium, & diffiniti-
uum, vt rectè diſtinguit *Guid. Pap. deciſ. 12.*
quòd vbicunq; præceptum Iudicis de ſol-
uendo parat præiudicium negotio princi-
24 pali, tunc interloquutorium habet vim diſ-
finitiui, ſecundùm *Bart. in l. Titia, ff. de ac-*
25 *cuſat.* vbi, quòd à tali præcepto de ſoluen-
do debeat appellari, quod etiam notat *Ran-*
*chin. in annot. ad d. deciſ. Guid. Papa.*

Ex quibus apparet reſponſio ad ea, quæ
in contrarium pro parte Conuenti ponde-
rabãtur, quia aut dicimus, prædictum præ-
ceptum fuiſſe merè interloquutorium, quia
in hoc iudicio tractabatur de reſciſſione
contractus, ob tertias non ſolutas, aut verò,
quando eſſemus in caſibus, in quibus exce-
ptiones oppoſitæ reijcerentur, haberet vim
diffinitiuæ, in vtroq; caſu eſſet admittenda
exceptio inuẽtarij, etiam ad impediendam
decreti exequutionem, cùm terminus 30.
26 dierum, in *Reg. Pragm.* diffinitus, loquatur
de ſententijs, & decretis diffinitiuis, non au-
tem de interloquutorijs, habentibus vim
diffinitiuæ, & ideò tanquàm exorbitans à
iure communi, non debet extẽdi ad caſum
27 non expreſſum, vt habetur per *Farinac.*
*conſ. 85. nu. 72. Iul. Clar. in § fin. q. 89. verſ.*
*ſed quære, nunquid, & Afflict. deciſ. vltim.* &
pro regula tradidit *Villagut in tract. de ex-*
*tenſ. leg. correct. & pœnal. ſimul, in princip.*
28 *Decian. tract. crim. lib. 9. c. 31.* & quòd neq;
ex identitate, ſeù maioritate rationis exten-
29 di poſſit, maximè in pœnalibus, fuiſſe deci-
ſum in S.C. refert *Reg. Rouit. in pragm. 1. de*
*aſſaſſin.* ſub n. 49. quod etiam nonnullis ra-
tionibus corroborat *nu. 50. cum ſeq.* quod
quidèm videtur abſolutum ex alia *pragm.*
*4. c. 18. de dilat.* vbi, quando voluit compre-
hendere decreta, quæ ſunt interloquutoria,
etiam, quòd habeant vim diffinitiui, hoc ex-
preſsè dixit, immò ex d. *Pragm.* apparet,
quòd idem diſponitur de decreto interlo-
quutorio, quod de diffinitiuo, ſtatuendo, vt
non poſſit dici de nullitate ipſorum, niſi in-
frà ſex dies poſt ipſorum notificationem.

Ad ſecundum verò obiectum facilis fuit
30 reſponſio, non eſt enim neceſſaria citatio
pro creditoribus incertis ad ſollemnitatem
inuẽtarij, nàm poteſt fieri, vel per edictum,
vel per proclama, vt per *Gayl. pract. obſeru.*
*lib. 1. obſeru. 57.* vbi etiam *Bernard. Greuæi*
*n. 30. Minſyng. cent. 2. obſeru. 47. & Marãt.*
magnus practicus in ſuo *Spec. par. 6. in verſ.*
31 *rectè concipiatur citatio, nu. 98.* Ex quibus
die 1. Martij 1639. ad mei relationem fuit
communi voto determinatum, eſſe proce-
dendum ad diſcuſſionem inuentarij, penès

Act.

Digitized by Google

AA. Magiſtr. de Auitabile, & quamuis prædicta de iure procedant, tamen tantò magis erat in hac cauſa determinandum, nam erat negotium valdè antiquum.

# OBSERVATIO In Deciſione XCVI.

## SVMMARIVM.

1 *Præcepta ad minus duo ſunt debitori, quòd ſoluat tertias antè ſententiam reſciſſionis contractus.*
2 *Solutio intelligitur facta in cauſam capitalis, vbi tertia non ſunt liquidata, intellige, vt nu. 3. 4. & 5.*
Deciſio D. Reg. Marchionis Torelli 21. *quando procedere poſſit, d. nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Exceptio diſcuſſionis inuentarij, intrà quod tēpus opponi debeat, & eſt modificatiua.*
7 *Inuentarium exhibere debet hæres realitèr apud acta, & non ſufficit, indicare Notarium, qui illud confecit, & ità deciſum adducitur n. 8.*
9 *Creditores, & legatarij quomodò, & quando citari debeant in confectione inuentarij, & quid, quando ſunt abſentes, & nu. 10. 11. & 12.*
12 *Abſentes, qui dicantur.*
13 *Reſtitutio in integrum minori cōceſſa, prodeſt cohæredi maiori.*
14 *Hæres, pendente confectione inuentarij moleſtari non poteſt à creditoribus, & legatarijs, ſic etiam intrà nouem dies luctus.*
*Succumbens in exceptione propoſita, cenſetur etiam ſuccumbere in curſu termini, & ità iudicatum traditur, ibid.*

1 QVando agitur de reſciſſione contractus ob tertias non ſolutas, de æquitate S.C. fiunt ad minus duo præcepta, ſiuè decreta, quòd debitor ſoluat tertias infrà menſem, vel infrà minus tempus, Iudicis arbitrio, aliàs prouidebitur ſuper reſciſſione petita, vt probat, & de cōſuetudine teſtatur D. meus *hic n. 15. & 16.* ſed ſi debitor tertias nō ſoluit, Iudex profert ſententiam reſciſſionis contractus, ſecundùm formam per nos traditam *deciſ. 21. nu. 11.* quæ quidem ſententia dicitur reſciſſionis, non autem reſolutionis contractus, & reſcindit ex nunc, non autem ex tunc, vt inquit *D. Praeſ. Merlin. cent. 2. controu. forenſ. cap. 50. n. 40.* qua reſciſione ſe-
2 quuta, fuit dubitatum, an ſolutio facta creditori, intelligatur in cauſam capitalis, vel tertiarum, de quo articulo longo calamo ſcripſi in *deciſ. 21. à n. 4.* per 19. vbi contra *d. deciſ.* fundaui, tertijs adhùc non liquidatis per Iudicis decretum, præcedente tamē calculo, vel ſaltim illis non calculatis, ſolutionem intelligi factam in cauſam capitalis, quod erat liquidum, non autem tertiarum
3 illiquidatarum, verùm *d. deciſio 21.* D. mei ſuſtineri poſſet, vbi liquidatio ſuperueniat poſt ſolutionem, tunc enim retrotrahitur, & operatur, ac ſi ab initio antè petitionem facta eſſet, vt probat *Coſta de retrotract. c. 8. caſu 9. n. 10.* ex ratione adducta *nu. 11.* quia liquidatio eſt declaratio, quæ retrotrahitur ad principium actus, ex *Feder. Scot.*
4 *reſp. 6. lib. 3. tom. 2.* quod tamen limitatur, ſi appellatum ſit à decreto liquidationis intereſſe, ſiuè tertiarum, eo enim caſu appellatio impedit retrotractionem, *Cacher. dec. 145. in fine,* quem refert, & ſequitur *Coſta ibid. n. 17.* qui *nu. 18. cum ſeq.* declarat, quo-
5 modò intelligatur *deciſio Rotæ 271. num. 2. par. 1. in nouiſſ.* quòd ſententia liquidationis non admittit appellationem. Imò quando admittitur retrotractio, non procedit in præiudicium tertij, vt ex *Menoch. conſ. 858. n. 1. lib. 9.* tradit *Coſta, vbi ſupr. nu. 24.* quod paritèr comprobat *n. 30.* citans *Rimin. iun. conſ. 819. n. 79. & ſeqq. lib. 7.* & ſic *d. deciſ. 21.* D. mei procedere poteſt inter debitorem, & creditorem, ſecùs, vbi tertius, & ſic alius habet etiam intereſſe, quia ſua intereſt, ſolutionem factam, intelligi in cauſam capitalis ad euitandum curſum vſurarum, vt ipſe tanquàm poſterior ſatisfieri valeat, ſatisfactis tertijs debitis, ac non liquidatis primo creditori, cui eſt facta ſolutio; & hoc caſu procedunt dicta per me *ibi,* & *hic,* vt ſuprà.

Verùm, ſi antè ſententiam reſciſſionis debitor aduerſus primum decretum, ſiuè
6 præceptum, quòd ſoluat tertias opponat exceptionem diſcuſſionis inuentarij, infrà tamen triginta dies à die intimationis, iuxtà *Reg. pragmat. 4. cap. 25. de dilat.* cum talis exceptio inter modificatiuas connumeretur, vt poſt D. meum *n. 3.* tradit *D. Prat. cap. 25. n. 26. lib. 2. diſcept. forenſ.* impedit decreti exequutionem, ex traditis per D. meum à *num. 15.* per *21.* qui ſic deciſum refert *n. 31.*

Illudq; inuentarium hæres exhibere debet cum effectu apud acta, ità vt non ſuffi-
7 ciat, indicare Notarium, qui illud confecit, *cap. imputari, de fide inſtrum.* ſic etiam inquit *D. Thor. voto 39. nu. 12. lib. 1.* & meliùs probat *Gratian. lib. 5. diſcept. forenſ. c. 981. nu. 24.* quia productio inuentarij debet eſſe realis, non autem verbalis, *Cartar. deciſ. Genuæ 31. nu. 3. verſ. contrarium tamen verius, Bal. conſ. 110. lib. 1.* ideòq; allegatio nō iuuat, aliud enim eſt, inuentarium producere, & aliud, allegare, *l. 1. § edenda ſūt omnia, ff. de edend. l. produci, ff. de teſtib. & l. non ex omnibus, ff. de arbitr.* ſequitur *Gratian. ibid. nu. 26.* ad inſtantiam enim creditoris, hæres

tene-

Digitized by Google

tenetur reddere rationem de bonis inuen-
8 tariatis, vt probat *n. 27. & ſeq.* ideòq; in cau-
ſa hæredum Franciſci Capaſſi cum hære-
dibus Ianuarij Longo, quamuis per d. de
Longo fuiſſet oppoſita exceptio diſcuſsio-
nis inuentarij, & fuiſſet domi prouiſum per
D. *Conſil. Varelum*, quòd exhibeant d. inuẽ-
tarium, & fuiſſet replicatum, non teneri ad
d. exhibitionem, ſed ſolùm indicare Nota-
rium, prout indicauerunt; tamen fuit, oppo-
ſitis non obſtantibus ordinatum, ſimilitèr
* domi, quòd exhibeāt, aliàs contra ipſos exe-
quatur, à quo decreto cùm fuiſſet appel-
latum ad S.R.C. facto verbo in eo, fuit con-
firmatum decretum prædictum, etiam in
gradu reclamationis interpoſitæ per viam
reſtitutionis in integrum, in Banca Iuuenis,
nunc de Vendicto. Cuius autem ſumptibus
hęres inuentarium producere teneatur, tra-
dit *Theſ. lib. 1. quaſt. forenſ. q. 10. nu. 30.* vbi
cùm diſtinctione deciſum tradit.

Vt autem inuentarium proſit hęredi, ne-
ceſſe eſt, quòd creditores certi, & præſentes
9 citentur perſonalitèr, vel domi, aut eorum
legitimi Procoratores, incerti autem citan-
tur per aliam citationem, contra incertos,
per edictum expeditam, vt in praxi ſeruatur
in M.C.V. & docet D. meus *nu. 13.* & com-
probat *D. de Marin. c. 111. lib. 2. quotid. re-*
10 *ſol.* legatarij autem citari debent perſonali-
tèr, vel domi, vel eorum Procuratores, non
autem per proclama, ſiuè per edictum, cùm
ſint certi, *Valaſc. deciſ. 52. nu. 21. lib. 1.* alijq;
quos ſequens adducit *D. Carena reſolut. 25.*
*nu. 2. practicar. reſol.* quæ concluſio fallit, ſi
11 ſunt abſentes, *Seraph. deciſ. 371. nu. 4. par. 1.*
intellige tamen, vt non dicātur abeſſe, ſi ſint
ſub eadem iuriſdictione; *Rol. à Valle de in-*
12 *uentar. q. 95.* ſequitur *D. Carena ibid. nu. 3.*
hìnc dixit *D. Nouar. deciſ. 12. num. 5.* ex *D. de*
*Franch. dec. 516. n. 14.* quòd creditor exiſtẽs
in Ciuitate Beneuentana, ex quo ſub alia
iuriſdictione reperitur, citari ſpecialitèr non
debet.

13 Reſtitutio autem in integrum conceſſa
minori aduerſus omiſſum inuentarium,
prodeſt etiam maiori cohæredi, vt fundat
*Pariſ. conſ. 65. n. 59. vol. 3.* quod tamẽ com-
munitèr reprobant, vt per *Phanuc. de inuet.*
*par. 2. n. 31. Niger Cyriac. controu. 204. nu.*
*12. lib. 2. controuerſ. forenſ. Rot. Roman.* apud
*Coccin. dec. 219. n. 7. & ſeqq.* vbi latè repro-
bat *Pariſ.* vt refert, & ſequitur *D. Carena re-*
*ſol. 32. nu. 1.*

Et ſicut hæres cum beneficio legis, & in-
uentarij, pendente illius confectione non
14 debet moleſtari, ità paritèr intrà nouem
dies luctus, quàmuis inuentarium, adhùc
non confecerit, ſic etiam frater defuncti,
nec eius affines, agnati, aut cognati, *§. ſanci-*
*mus, auth. vt cùm de appell. cognoſc. Gratian.*
*c. 243. n. 16. lib. 2. diſcept. forenſ. D. Carena*
*reſol. 86. per tot.*

Tradit etiam D. meus *n. 10.* quòd ſuccũ-
bens in exceptione oppoſita, cenſetur ſuc-
15 cubuiſſe in curſu termini, ei dati, ad quod
poſt *Bart. in l. contra maiores, C. de inoffic.*
*teſtament.* allegat *D. Reg. Rouit. deciſ. 18.*
quod etiam cenſuit *D. de Franch. deciſ. 327.*
*nu. 3. & 4.* & nouiſsimè *D. de Marin. c. 330.*
*n. 3. lib. 1. quotid. reſol.* & ità fuit per Collate-
* rale Conſilium determinatum in cauſa
D. Principiſſæ Buterę cum D. Comeſtabulo
Columna, cuius partes *Ego* tuebar, de anno
1642. vt in proceſſu, pęnès Anaſtaſium Re-
gium à mandatis Scribam.

## ARGVMENTVM.

## Fructus percepti ab vxore ex bonis q.m viri præmortui, an, & quando computentur in ſortem capitalis dotis, ſibi reſtituẽdæ ab illius hæredibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fructus percepti ab vxore, vel eius hærede, ſoluto matrimonio ex bonis viri, donec dos ſoluatur, non computātur in ſortem, niſi quatènus excederent intereſſe dotis, vbi ſi pecunia ſoluta fuiſſet, conuerti potuiſſet in emptionem annuorũ introituũ.*
*Sed contrarium, nu. 6.*
*Intellige, vbi mulier eſſet inops, & non haberet vndè ſe alere, nu. 10.*
*Sed contrarium, nu. 11.*
*Declara, vt nu. 15. & 16.*
2 *Fructus percepti per virum ex pignore retento pro dote, compenſantur cum vſuris dotalibus.*
3 *Fructus percepti ex re fructifera, iure pignoris per creditorẽ retenta, extenuãt ſortem.*
*Amplia, quàmuis res traderetur per debitorem creditori pro exequtione ſententiæ, dummodò loco pignoris, nu. 4.*
*Item amplia, quàmuis adeſſet pactum inter debitorem, & creditorem, nè in ſortem imputentur, num. 5.*
7 *Vxor percipiens fructus ex bonis viri, donec dos ſibi reſtituatur, illos in ſortem computare tenetur, quàmuis vir grauaſſet hęredem, aliquid annuum ſolui, donec fieret dotis reſtitutio, & num. 12.*
8 *Statutum permittens, ſoluto matrimonio aliquid annuum vxori ſolui, donec dotis fieret reſtitutio, non eſt ſeruandum.*
*Sed contrarium, nu. 9.*
13 *Vidua licitè poteſt ex cauſa damni emergentis, & lucri ceſſantis, aliquid ex bonis viri*

Digitized by Google

*viri percipere, donec fieret dotis reſtitutio.*
14 *Occaſio implicandi pecuniam ad lucrum, an ſit ſufficiens, vt vidua, pendente dotis reſtitutione aliquid loco intereſſe ex bonis viri percipere poſſit.*
17 Text. in cap. ſalubritèr, de vſur. *declaratur.*
18 *Priuilegium, quòd vir poſſit exigere vſuras ob dotes nõ ſolutas, nã tranſit in hæredem.*
19 *Donatio inter virum, & vxorem, morte cõfirmatur.*

# Deciſio XCVII.

IN cauſa Franciſci Antonij Albaneſis cum
Io. Sorece, hęrede quondam Angelæ Sorece,
fuit dubitatum, vtrum fructus percepti
per vxorem ex bonis viri præmortui, per eam retentis loco pignoris, & hypothecæ, quouſq; ſibi illi in pecunia conſiſtentes ab hæredibus viri reſtituerentur, debeant computari in ſortem, ità vt per perceptionem fructuũ dos remaneat extincta. Pro hæredibus mulieris cõſiderabatur magna æquitas, quia ſi ipſi perceperũt fructus, è contra hæredes mariti non ſoluerunt pecuniam, quæ vtiq; ſi fuiſſet ſoluta, potuiſſent eam conuertere in emptionem; maximè in hac Ciuitate, vbi paſſim reperiuntur vendi-
1 tores annuorum introituum, ex quibus introitibus reciperent forſan maiorem quantitatem, quam ex fructibus rei pignoratæ, quod probat *Fachin. controu. iur. lib. 3. cap. 101.* & deberi in ſortẽ imputari illud, quod excedit intereſſe dotis, habetur per *gloſſ.* per illum *text. in l. Titia, ff. ſolut. matrimon.* quod ſatis expreſsè tenet *Bald. in auth. ei, qui, C. de bon. author. iudic. poſſid. n. 39. verſ. quæro, mulier,* vbi dicit, quòd ſi mulier fuiſſet miſſa in poſſeſſionem pro quantitate dotali poſt annum luctus, quòd fructus non extenuant ſortem, niſi quatènus excederẽt probabiles fructus dotis, ità intelligendo *text. in d. l. Titia.* Secundò, hoc probatur ex *text. in cap. ſalubritèr, & ibi DD. de vſur.* vbi
2 fructus percepti per virum ex pignore retẽto pro dote, compenſantur cum vſuris dotalibus; ſicuti enim viro vſuræ, ſi dos ei non ſoluatur, ità etiam mulieri, ſoluto matrimonio debentur, quod argumentum eſt doctiſſimi *Nauarr. in can. ſi fœneraueris 14. q. 3 num. 67.* quem refert *Fachin. controu. iur. d. lib. 3. c. 101.*

In cõtrarium verò facit, quia regularitèr
3 fructus percepti ex re fructifera, iure pignoris per creditorem retenta, ſortem extenuant, vt habetur ex *text. in l. 1. C. de diſtr. pignor. l. ſi dominium, C. de pignorib. l. ex prædijs, C. de vſur. cap. 1. & cap. conquaſtus, eod. tit.* quod procedere, etiam ſi res tradatur à debitore creditori pro exequutione
4 ſententiæ, dummodò tradatur loco pignoris, habetur ex *Affl. dec. 373.* imò, quòd non poſſet paciſci, nè in ſortem computentur, quia eſſet permittere vſuras, quod à iure eſt
5 prohibitum, *Abb. conſ. 39. n. 6. vol. 2. Rubeus conſ. 55. Peregrin. conſ. 100. nu. 15. vol. 1. & conſ. 70. num. 3. vol. 4. Scacc. de camb. q. 1.* ſub *n. 315. Alex. conſ. 31. n. 5. vol. 6. Neguſant. de pignorib. 5. membr. 8. part. n. 10.*

Et propriùs accedendo ad caſum, dicebatur, quòd etiam in muliere, vel eius here-
6 de, quæ retinuit rem fructiferam hæredum viri, quòd extinguet dotem, in pecunia conſiſtentem, probatur, quia de iure communi poſt annum regularitèr, nec alimenta, neq; intereſſe debentur, *Imol. in l. diuortio, in princ. n. 6. ff. ſolut. matr. Cagnol. in l. curabit, nu. 17. C. de action. empt. Plot. in l. ſi quando, §. 2. n. 27. C. vndè vi, Couarr. lib. 3. var. reſol. c. 1. n. 3. verſ. 6. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 87. nu. 30. verſ. quia tantùm, Cordub. in l. ſi quis à liberis, nu. 117. ff. de liber. agnoſcend. Molin. lib. 4. de primogen. c. 5. nu. 5. Michael de Palat. de contract. lib. 4. c. 5. concl. 9.* latiſſimè *Giurba in Conſuet. Meſſan. c. 15. gloſ. 15. par. 1. n. 25. verſ. niſi inops ſit, Pellic. ad Conſuet. Auerſ. q. 9. n. 193. Rebell. de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 6. tit. de reſtit. dot. poſt ſolut. matrim. ſect. 1. q. 11. n. 8 verſ. quarta concluſio. Molin. de contract. diſp. 322. nu. 4. verſ. interim, Hodiern. in addit. ad Surd. in deciſ. 240. Roderic. de ann. redit. lib. 3. q. 8.* ſub *num. 20.* cum *ſeqq. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 20. dub. 16. n. 143.* ſub *tit. de mutuo, & vſuris,* & pro hac opinione ſcripſerunt *Paul. de Caſtr. conſ. 429. nu. 4. vol. 2. Crauett. conſ. 189. verſ. ſextus caſus, n. 7. Alex. conſ. 74. & 147. vol. 5. Valaſc. conſult. 8. n. 4. vol. 1.* videndus omninò *Lanar. conſ. 26. nu. 2. Surd. conſ. 194. nu. 16. & conſ. 143. nu. 23. Bertazz. conſ. crim. 227. n. 2. Menoch. conſ. 8. n. 20. ad fin. & conſ. 703. n. 16. Bar. conſ. 128. Abb. conſ. 39. vol. 1. Corn. conſ. 71. n. 7. vol. 4. Gabriel. conſ. 151. n. 1. Peregrin. conſ. 100. vol. 1. Bero. conſ. 37. n. 9. lib. 2. Ruin. conſ. 53. n. 23. & 24. lib. 2. Iacob. Mandell. de Alba conſ. 270. nu. 1. Riminald. conſ. 245. nu. 51.* quod latè comprobat *Barboſa in l. 2. p. 1. n. 40.* cum *ſeqq. ff. ſolut. matr.* vbi acerrimè hanc quæſtionem defendit, *Surd. de alim. q. 45. num. 12. Caualc. de vſufr. mul. relict. nu. 207. Io. Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 106. nu. 10. Cancer. var. reſol. c. 9. n. 95.* latè etiam *Molignat. in tract. de retent. cap. 28. per tot.* & alij copiosè allegati per *Giurb. in Conſuetud. Meſſan. d. c. 15. p. 1. n. 23.* & pro hac opinione fuiſſe iudicatum, habetur ex *Affl. dec. 284. Theſaur. deciſ. 43. Rot. Bonon. Diuerſ. dec. 8. nu. 65. Seſe deciſ. Aragon. 63. nu. 26. Mantic. dec. Rot. Roman. 171. Thorus in Compend. deciſ. tom. 1. in verbo intereſſe,* latiſſimè etiam *Conſtant.*

Ro-

Digitized by Google

*Roger. in tract. de dote, quæſt.16. num.6.* vbi etiam admonet mulieres, vt non ſint auidæ in retinendo bona viri loco pignoris, quouſq; dos ipſis reſtituatur, quia debet eſſe ſollicitæ, adeundo Iudicem, & petendo adiudicationem, alias ipſis imputandum
7 eſt, ſi fructus dotem extinguant, quia cenſetur cum illis voluiſſe compenſare, & ſe ſatisfacere, quod procederet, quamuis teſtator hæredem grauaret, vt quid annuum ſoluat, donec dotem reſtituat, quia eſſet permittere vſuram, & eſſet in arbitrium mulieris, dotẽ petere, & exigere, vt ex *Bart. in l.3.§.fin.ff.de ann.legat.*& alijs hoc probat *Giurb in Conſuet. Meſſan.d.c.15.par.1. n.19.*& ſic etiam, ſi extaret ſtatutum, quod ex cauſa dotis nõ ſolutæ quid annuum ſol-
8 uatur, proüt eſt Conſuetudo in hac Ciuitate, de qua per *Franch.dec.489. nu.1. & 2.* quia eſſet permittere vſuram, contrà *text. in clem.1.de vſur.* vbi *Io. de Lignano* concludit, non valere tale ſtatutum, quem ſequitur *Plot.de in lit.iuram.§.11.nu.32.*& in *l.ſi quando, n.470.C.vnde vi, Couarr.var. reſol.lib.3.cap.1.n.2.* & alijs relatis hoc plenè probat *Barboſ.in 1.par.l.1.nu.43.ff.ſolut.matrim.* vbi mentionem facit de noſtra Conſuetudine, ac etiam de Conſuetudine Regni Franciæ, relata à *Petr.Greg.in ſyntagm.iur.lib.9.cap.22.nu.5. Molin.de contract.diſput.322.nu.7.*vſq; ad *fin.* licèt con-
9 trarium, quod paciſci poſſit, & quod valeat tale ſtatutum, teneat *Nauarr.tom.2.decret. cap.17.n.213.in fin.*& in *comm.de vſur.21. notab.n.68.Caietan.2.2.q.78.art.2. Molin. in d.diſput.322.nu.8.Mexia de taxa pan. concl.2.n.81.Petr.Greg.in d.ſyntagm. iur. d.lib.9.cap.22.nu.5.Rot.Bonon.in d.deciſ.8. nu.66.in nouiſſ.diuerſ.Mareſcott.var.reſol. lib.2.reſol.83.n.53.*& alij copioſè alleg.per *Giurb.in Conſuet.Meſſan.d.c.15.p.1.n.36.*

Quamuis prædicta cõcluſio limitari ſo-
10 leat, quando mulier eſt inops, & nõ habeat vndè ſe alat, vt habetur ex *gloſ.2.in d.l.diuortio, ff.ſolut.matrim.* vbi *Iaſ.* qui ab hac opinione, dicit, non eſſe recedendum in iudicando, nec in conſulendo, *Vinc. de Franch.in d.deciſ.489.Grat. diſcept.forenſ. c.143.n.8.& cap.240.nu.20.Caualc.dec.26. nu.25.p.3.Sfort.Odd.conſ.75.Sot.de iuſt.& iur.lib.6.q.1.art.2. Theſaur.in d deciſ.43.* licèt huic opinioni contradicat *Barboſ.in d.l.2.p.1.n.41.*vbi tenet, quod ſola pauper-
11 tas non ſufficiat, ſed oporteret, quod mulier faciat totum poſſe ad dotem recuperandam, quod etiam confirmat *Alex. Trẽtacinq var.reſol.tit.de matrim.reſol.6.nu.2. Roderic.de ann.reddit.lib.3.q.8.* ſub *nu.10. Couarr.var.reſol. lib.3. cap.1.nu.3. verſ.6.*
12 Immò, quod nec poſſit maritus aliquid relinquere, pendente dotis reſtitutione, conſuluit *Anchar.conſ.93.*non enim permittitur vſura, paupertatis ratione, *cap.ſuper eo,*
13 *de vſur.* verùm, quod poſſit vidua pro intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis non ſolutæ dotis aliquid exigere, & in pactum deducere, poſt *Neguſ.* tenet idem *Roderic.in loc.*proximè cit. *verſ.non negamus.*

Ex quibus, quamuis dura, & intricata ſit hæc quæſtio, & articuli reſolutio, cùm ex vna parte conſideretur æquitas, pro alia verò parte iuris rigor. Attamẽ die 11.Decembris 1634.iudicauimus in hac cauſa in S.C. ad relationem doctiſſimi viri Andreæ Prouenzalis, fructus compenſari in ſortem, in Banca Cioffi, nunc Plinij Iuuenis S.C.Act.
14 Mag. fuit enim conſideratum, quod quamuis ob paratas emptiones annuorum introituum, frequenteſq; occaſiones implicãdi pecuniam ad lucrum aliqui teneãt, probari intereſſe, tamen hoc non poteſt illis temporibus locum ſibi vendicare, experiẽtia enim quotidiè nos docet, non ſic de facili reperiri tutas emptiones, inſupèr, quãuis prædicta facilitas implicãdi hodiè quoquè procederet, tamen regula in ſe non eſt vera, & mordicùs contrariam ſententiam defendit *Roderic.de ann.reddit.d.lib.3.q.8.* ſub *nu.20.verſ.ſed in praxi,* vbi dicit, quod quamuis in praxi ſoleant Iudices, Viduæ dotis nõ ſolutæ poſt moram intereſſe abſq; illius probatione propter redditũum frequentiam adiudicare, tamen hęc praxis periculoſa ei videtur, & vix iure defendi poteſt, & iniquam ſibi fuiſſe viſam, teſtatur *Bologn.in l.vnic.C.de ſent.quæ pro eo, quod intereſt, num.127.* Rurſùs conſiderabatur, quod quamuis prædicta contraria opinio procederet, ꝙ poſſet hoc practicari in hac ciuitate, ſecùs verò in paruo Oppido, in quo
15 erat facienda dotis reſtitutio, nec eſt curãdum de *Fachin.controu.iur.d.lib.3.c.101.* loquitur enim, quando adeſt mulieris interpellatio, vt declarat verſùs *fin. in lit.A.* Nec obſtabit *gloſ.in d.l.Titia, & Bald. in auth.ei, qui, C.de bon.auth.iudic.poſſ.n.39.* quia doctrina *Bald.* communitèr reijcitur, & propterea eam ſaluare nititur *Bald.Nouell.de dote, par.8.priuil.22.*vt procedere
16 poſſit, quando mulier fructus conſũpſiſſet pro oneribus ſui victus, & aliud non habebat, ex quo alimenta pro ſe, & ſua familia perciperet, quod etiam aduertit *Barboſ.in d.l.2.in princ.par.1.nu.40. in fin. ff.ſolut.*
17 *matrim.* Nec etiam obſtat diſpoſitio *text.in d. cap.ſalubritèr*, quia eſt caſus ſpecialis, quando maritus, cui dos fuit promiſſa, ſuſtinet onera matrimonij, & proindè, non poteſt ad alios caſus trahi. Et tãdem fuit cõſideratum in caſu, de quo agebatur, quod non erat mulier, quæ res fructiferas loco pignoris recepit, ſed hæredes mulieris, in quibus

bus

Digitized by Google

bus ceſſant multa conſiderata ad fauorem mulierum, & in terminis, quòd priuilegium in caſu prædicto competens viro, non competat eius hæredibus, probat *Cacher. dec. 132. nu. 19.* vbi tenet, quòd licèt vir non im-
18 pediatur exigere vſuras, ob dotis non ſolutionem, quamuis longo tempore eas non petierit, hoc tamen non procedit in eius hæredibus, ſic conciliando opiniones contrarias, & antè eum hoc tenuit *Roman. conſ. 517. nu. 16.* & in *l. ſi inſulam*, *§. vſuras, ff. ſolut. matrim. n. 16. Franc. Balb. de preſcript. in 1. par. 3. p. q. 10. n. 17. Boer. dec. 196. Io. Lopez. in cap. per veſtras, §. vnum tamen, de donat. inter vir. & vxor. Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 23. Gramm. dec. 103. nu. 28. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 25. n. 6.* & ità intelligunt *text. in l. ſi vir vxori*, vbi *Bar. & Salyc. ff. de donat. inter vir. & vxor.* quicquid in contrarium videatur concludere *Barboſ. in l. qua dotis*, *nu. 49. ff. ſolut.*
19 *matrim.* dùm tenet, quòd iſta donatio, ſiuè remiſſio intereſſe dotis, non poſſit conſiſtere inter virum, & vxorem, tanquàm inter perſonas prohibitas, quia regula eſt in iure ſatis nota, quòd quàmuis valida nõ ſit donatio inter virum, & vxorem, attamen morte confirmatur, & proindè rectè deciſum refert Cacher. in Senatu Pedemont. in *d. dec. 132.* quòd durante vita põt vir petere hoc intereſſe, quãuis longo tẽpore non petijſſet, ſecùs tamen in morte ab eius hæredibus.

Prædicta autem non procederent in hac Ciuitate, vbi adeſt *Conſuet. d.* incip. *Viro mortuo, tit. de iur. dot.* in qua certum intereſſe taxatur, quouſq; dos reſtituatur, de qua per *Franch. in dec. 338. & 489.* quia tunc militarent, quæ ex *Nauarr. Caietan.* & alijs ſuprà fundauimus.

## OBSERVATIO
## In Deciſione XCVII.

### SVMMARIVM.

1 *Fructus per viduam percepti, ex bonis viri loco pignoris retentis, compenſantur cum ſorte principali dotis.*

2 *Emptiones paratæ ſemper ſunt in Ciuitate Neap. & nu. 3. contrarium, n. 4. intellige, vt nu. 5.*

6 *Intereſſe dotis debetur viduæ, quæ recepit dotem, abſquè proteſtatione intereſſe illius, & ità deciſum adducitur.*

7 *Legatum alimentorũ per virũ vxori factũ, an cõpenſetur cum intereſſe dotis, & antephati, & n. 8. 9. & 10. vbi deciſio traditur.*

11 *Dos conſiſtens in annuis introitibus, quo tẽpore reſtitui debeat, & deciſio refertur.*

12 D. Ioſeph Magaldus *laudatur, & eius mors enunciatur.*

Diſcuſſo ad partes articulo, tàm de iuris rigore, quàm de æquitate, 
1 fuit per S. R. C. determinatum, fructus perceptos per viduam ex bonis eius viri, loco pignoris retentis, compenſari cum ſorte principali, ſiuè capitali dotis ſibi reſtituendæ, vt refert D. meus *hic n. 13. verſ. ex quibus*, quæ deciſio comprobatur ex dictis per *D. Merlin. in tract. de pignor. & hypothec. lib. 1. tit. 3. q. 23. n. 38.* ac *lib. 5. tit. 1. q. 45.* videndus eſt etiam *D. Hadiern. lib. 1. controu. forenſ. cap. 17. n. 53.* ſub prelo exiſtente. Inter rationes autem adductas, & per D. meum relatas, ea præcipua
2 fuit, vt quàuis in hac Ciuitate Neap. paſſim reperiantur paratæ venditiones, ſiuè emptiones annuorum introituum, ad tradita per *D. Conſil. Theodor. alleg. 40. nu. 30.* fre-
3 quenteſq; occaſiones implicandi pecuniam ad lucrum, ità vt ex hoc ſolùm probari intereſſe, certum ſit, & proindè ex dictis introitibus, & lucris vidua reciperet maiorẽ quantitatem, quam ex fructibus dictorum bonorum viri, vt teſtatur D. meus *nu. 14.*
4 Attamen contrarium ſubſtinet *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 8.* ſub *nu. 20. verſ. ſed in praxi*, & quatènus emptiones paratæ eſſent, id non procedit noſtris temporibus, non enim de facili tutæ emptiones reperiuntur, vt declarat *ibid.* D. meus, ideòq; dixit *D. Reg. Rouit. dec. 35. nu. 16.* quòd etſi emptio-
5 nes ſemper ſint paratæ, omnes tamen ſunt litibus inuolutæ, & in dies ſuccedunt decoctiones illorum, qui communi opinione ditiores reputantur.

Habetur per D. meum *nu. 19.* de remiſ-
6 ſione intereſſe dotis, ideòq; obſeruabis, quòd vidua recipiens dotem ab hæredibus viri, nulla facta proteſtatione de illius intereſſe ſibi debito, vſq; ad diem ſolutionis dotis, non ſibi præiudicat, ad tradita per *Gram. dec. 70.* & per *D. Garz. à Toleto dict.*
* *108.* & ità fuit deciſum per R. C. S. in cauſa Ducíſſæ Ariani vxoris Ducis Ariani Rebellis, nàm quàmuis pro dote, & antephato fuiſſet facta, ac acceptata adiudicatio, abſq; proteſtatione intereſſe decurſi; fuit tamen poſteà illud petitum, ac conceſſum, mediante decreto dictæ R. C. S. ſub die 13. Octobris 1537. fuitq; liquidatum in duc. 1500. à die Rebellionis, quæ fuit die 13. Octobris 1528. vſquè ad diem adiudicationis duc. 13333. 1. 13. pro dotibus, & antephato factæ ſub die 3. Auguſti 1530. pro quo intereſſe fuit factum ei aſſignamentum, vt ex actis per me viſis in Banca Anelli Auellini, de cuius antephati reſtitutione ob mortem dictæ Duciſſæ Ego latè dixi *dec. 98.* à *nu. 4. cum ſeqq.*

Hinc, dùm D. meus *in fin.* huius deciſio-
7 nis agit ſimilitèr de dotis intereſſe, debito



Digitized by Google

to pendente illius reſtitutione, obſeruan-
dum paritèr erit, quòd legatum alimen-
torum per virum vxori relictum, non
compẽſatur cum d. intereſſe dotis, & ante-
phati, ſed vtrũq; debetur, licèt enim *D. Ro-
uit. conſ. 25. lib. 1.* conſuluerit, legatum ali-
8 mentorum cenſeri factum animo compen-
ſandi cum d. intereſſe, nihilominùs contra-
rium probatur in *l. vnic. §. ſciendum, C. de
cadue. toll.* vbi, ſi maritus legat vxori, niſi ex-
preſsè dicat, legare animo compenſandi cũ
dote, vxor conſequitur vtrumq; nàm aliàs
legatum eſſet eluſorium, & tamen debet eſ-
ſe vtile legatario, *l. Meuius, ff. de leg.* 2. etiã
ſi hæres duplici onere grauaretur, *l. Titia,
§. qui in vero, ff. eod. Surd. de alim. tit. 9.
q.* 16. per tot. nec ratio per *D. Rouit.* addu-
9 cta *nu.* 4. militat, nàm contrarium ſubſtinet
*D. Marta de ſucceſſ. legal par.* 4. *q.* 18. *art.* 2.
*nu.* 64. cum *ſeqq.* vbi opinionem *D. Rouit.*
expreſsè confutat, nec paritèr alia conſide-
ratio tradita *nu.* 5. ſubſtineri poteſt, dùm
contrarium eſt verius, vt poſt *Aretin.* tradũt
*Vrſill. ad Affl. dec.* 359. *nu.* 5. *&* *D. Conſil. de
Bott. in Conſuet.* incip. *Viro mortuo, verſ. ſi
maritus legauit, de iur. dot.* ideòq; ſecũdùm
10 hanc opinionem *Aretini, Vrſill. & de Bott.*
fuit per S.R.C. iudicatum in cauſa Ioannæ
* Scodes cum Hæredibus Anelli Baſſi, die 9.
Ianuarij 1629. referente D. *Conſil. Prouen-
zale*, in Banca de Martino, fuit enim decisũ,
deberi dictæ Ioannæ intereſſe dotis, ac an-
tephati legati à die mortis teſtatoris, alle-
gata cõpenſatione alimentorũ non obſtãte.
11 Sed dubitari etiam contingit, an ſi dos
conſiſtat in annuis introitibus, reſtitutio
ſtatim fieri debeat, ità vt inter immobilia
connumeretur, an verò poſt annum, & ſic
vti mobilis iudicetur, ſed quòd inter im-
mobilia habeatur, tradit *P. Molfeſ. ad Con-
ſuet. Neap. par.* 2. *tit. de bonis, q.* 12. *nu.* 9. *&*
10. *lib.* 1. & ità determinauit S.R.C. die 16.
* Aprilis 1602. in cauſa Ioannæ Tagliauia
cum Io. Antonio Pecorario, in Banca de
Ferrarijs, nunc de Spera, per hæc verba, v3.
*Per S.R.C. declaratum eſt, annuos in-
troitus emptos de pecunia dotali duc.* 1200.
*capitalis, ceſſiſſe, ac cedere à die mortis viri
in beneficium dictæ Ioannæ, reliquos verò
duc.* 100. *dotales, nec non duc* 650. *pro ante-
phato deberi poſt annum, ſeruata forma
Conſuetudinis*, quod habui ex *Repertorio*
12 manuſcript. *D. Ioſephi Magaldi*, qui hodiè
Sabbathi 14. Octobris 1651. vitam cum
morte commutauit, communi omnium
dolore, cuius animam in pace requieſcere
credendum eſt, benè enim vixit.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Mulier, ſtante *Conſuetudine* huius Ciuitatis per matrimoniũ efficitur ſui iuris, quid ſi nupſiſſet secũdùm morem Procerum, & Magnatum, & an poſſit diſponere, vel ſubſtituere, & an ſaltèm ſubſtitutio ſubſtineatur in vim pacti, ſi filia in capitulis matrimonialibus diſpoſitioni matris, qui fecit ſubſtitutionem, ſe ſubiecerit.

## SVMMARIVM.

1 *Filiaſamilias de iure* Conſuet. *nubendo efficitur ſui iuris, & n.* 24.
*Et quando id verum ſit, n.* 6.
2 Conſuetudo *huius Ciuitatis, per quam filiaſamilias nubendo efficitur ſui iuris, nõ procedit, quando matrimonium fuit contractum more Magnatum, etiam reſpectu diſpoſitionis.*
3 *Mulier contrahendo more Magnatum, nunquid poſſit ſubſtituere.*
4 *Filia nupta, de iure communi remanet in poteſtate patris.*
*Et teſtamenti factionem non habet, n.* 5.
7 *In dubio credendum eſt, partes voluiſſe contrahere ſecundùm id, quod ſolitum eſt.*
8 *Eò ipsò, quòd quis eſt de vno Quarterio, cõtrahendo cenſetur contrahere ſecundùm conſuetudinem illius Quarterij.*
9 Conſuet. Neap. *quarè dicantur leges in hac Ciuitate.*
10 Conſuet. *in ſcriptis redacta attenditur, vbi contrarium non reperitur diſpoſitum.*
11 *Mos Procerum, & Magnatum idem eſt, quod ius commune.*
*Intellige, vt n.* 18. 21. *&* 26.
12 *Mulier, attento more Magnatum decedens cum liberis, ſubſtituere nequit.*
13 *Quod legis diſpoſitione nullum eſt, per contrahentes confirmari nequit.*
14 *Renunciatio, ac remiſſio iuris proprij non præſumitur.*
15 *Renunciare idem eſt, quod donare.*
16 *Nemo, qui ſuũ eſt, præſumitur velle iactare.*
17 *Renunciatio iuris proprij non dicitur, vbi adeſt ignorantia.*
19 *Filij in antephato de iure communi ſuccedunt vti filij, & non vti patris hæredes.*

*Li-*

Digitized by Google

*Limita, ſecundùm morem Procerum, & Magnatum, n.* 20.

22 Deciſ. Affli&. 114. *refutatur, ſtante* Conſuet. Neapol.

23 *Filiafamilias nubendo ſecundùm morem Magnatum, an efficiatur ſui iuris.*

25 *Filiafamilias Neap. nupta efficitur ſui iuris per* Conſuet. Neap. *& poteſt de bonis extrà diſtrictum ad ſui libitum teſtari.*

27 Mos Magnatum c. 3. *loquendo de patre, intelligit de patre mulieris, et non filiorum.*

28 *Mos Magnatum non eſt idem, quod ius cõmune Romanorũ, ſed idem, quod ius commune Francorum, & n.* 30. *&* 31.

29 *Mos in Magnatibus, & Baronibus fuit generalitèr introductus per* Capit. Conſiderantes.

32 *Filiafamilias nupta, de iure Francorum nõ eſt in patris poteſtate.*

33 *Mulier, attenta* Conſuet. Neap. *decedens cũ liberis, nõ poteſt, niſi de decima diſponere.*

34 Cap. 10. Moris Magnatum *procedit in ſubſtitutione pupillari, non autem fideicommiſſaria, & n.* 37. *&* 38.

35 *Mater de iure communi pupillaritèr filio ſubſtituere non poteſt.*

36 *Verbum*, quandocunq; *in ſubſtitutione appoſitum, importat compendioſam.*

37 *Disiunctiua reſoluitur in coniunctiuam.*

39 *Argumentum de maiori ad minus, in iure validum eſt.*

40 *De abſurdo euitando validiſſimum eſt in iure argumentum.*

41 *Diſpoſitio nulla ex defectu poteſtatis, an poſſit à partibus in vim pacti approbari.*

42 *Renunciatio, abſq; certioratione non valet.*
*Sed contrarium, vbi agitur de beneficio iuris, nu.* 43.
*Maximè, ſtante iuramento, n.* 46.
*Limita in muliere, n.* 45.
*Contrarium, nu.* 47.
*Prima opinio verior, nu.* 48.

44 *Lata culpa non caret, qui leges ignorat.*

49 *Pactum, vt poſt mortem ad alium dos perueniat, valet, ſi ceſſat ratio publica vtilitatis.*

50 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XCVIII.

INter Illuſt. Ducem Nuceriæ Paganorum cum Ill. D. Anna Borgia Principiſſa Squillacij orta fuit lis in S.C. ſuper dotibus q. D. Eleonoræ Carafæ, filiæ q. Alphonſi Ducis Nuceriæ, cùm enim in anno 1577. fuiſſet à d. Duce D. Alphonſo patre d. D. Eleonora nuptui tradita Ill. q. D. Petro Borgia, Squillacij Principe, cum dote duc. 31. mil. matrimoniũ tàm in reſtitutione dotis, quã in modo diſponendi fuit contractũ more Procerum, & Magnatum Regni, illaq; demùm mortua in anno 1579. relicta D. Ioanna eius filia, in ſuo vltimo elogio inſtituit hęredes Ill. Ducem D. Alphonſum eius patrem, & Ill. Comitem Suriani eius fratrem, eos tamen grauauit, vt d. eius filia perueniente ad annum 16. eidem totã hæreditatem, vnà cum fructibus reſtituere debuiſſent, quam etiam hæredem in legitima inſtituit, de qua poſſet ad libitum diſponere, verùm ea, poſt matrimonium decedẽte, abſquè filijs, vel cum filijs, qui ſimilitèr abſq; filijs decederent, ſubſtituit eoſdem Ducem Nuceriæ, & Comitem Suriani, eorumq; filios, & hæredes.

Cùmq; in anno 1596. d. D. Ioanna matrimonium contraxiſſet cum Ill. D. Antonio Vrſino Duce Grauinæ, cum dote duc. 88. mil. de quibus pro ſumma duc. 40. mil. erat debitor Dux Nuceriæ, vti hęres d. Ducis D. Alphõſi, per ipſum debitorum pro reſiduo dotium promiſſarum d. D. Eleonoræ, & non ſolutarum, cum intereſſe ipſorum poſteà decurſo, alij duc. 27. mil. erant de bonis maternis, peruentis in poſſe Principis Squillacij, eius patris, hoc eſt, pro capitale, & intereſſe decurſo, alij duc. 13. mil. de propria patris pecunia, & duc. 8. mil. pro maritagio eidem debito à Monte, qui vocatur, *delli Gionti*, tanquàm vna ex incluſis in eo, fuit etiam in capitulis matrimonialibus appoſitum pactum, & ſtipulatum inſtrumentum dotale, quòd nõ poſſit d. D. Ioanna de dictis dotibus diſponere, niſi de duc. 45. mil. tantùm, ſecundùm Conſuet. Procerum, & Magnatum, remanens autem quantitas dotis remanere debeat obnoxia d. diſpoſitioni factæ per d. Elionoram Principiſſam Squillacij eius matrem.

Mortua deindè in anno 1612. ipſa D. Ioanna Duciſſa Grauinæ, abſq; filijs, fuerunt inſtituta duo iudicia, vnum ad inſtantiam d. Ill. Ducis Nuceriæ contrà Ill. Principiſſam D. Annam Borgiam, prędictæ Ill. D. Ioannæ ſororem, & hæredem, petẽtis reſtitutionem dictarum dotium ad ſui beneficium, vti vocati in diſpoſitione facta per d. Duciſſam D. Ioannam. Alterum verò iudicium fuit inſtitutum per D. Annam contrà d. Ill. Ducem Nuceriæ, petẽdo ſolutionem prædictorum duc. 40. mil. debitorum vnà cum intereſſe, compilatoq; in vtroq; iudicio proceſſu, fuit de pluribus dubitatum.

Et primò, an potuit D. Eleonora teſtari
1 de eius dotibus, ſtante, quòd erat filiafamilias, & quamuis de iure cõſuetudinario huius Ciuitatis filiafamilias, nubendo efficiatur ſui iuris, iuxtà Cõſuet. incip. *Sed & mulier, de filiafam. nubente*, tamẽ dubitabatur,
2 vtrùm *d. Conſuet.* procederet, quãdo mulier contraxit matrimonium more Magnatum,



Digitized by Google

etiam reſpectu diſpoſitionis faciendæ.

Secundò fuit dubitatum,dato,abſq; veri præiudicio,quòd potuiſſet teſtari, an potuit
3 tacere ſubſtitutionem ad beneficium dictorum eius patris,& fratris.

Et demùm,quatenùs aliqua adeſſet difficultas in diſpoſitione, an poſſet ſuſtineri ex capitulis matrimonialibus initis per filiam,in quibus ſe ſubiecit fideicommiſſo,& diſpoſitioni maternæ.

Quòad primum pro parte Ill. Principiſſæ
4 Squillacij dicebatur,quòd de iure communi filia nupta remanet in patris poteſtate,ad *text.in l.*1. *&* 3. *C.de bon.quæ liber.& in l. ſi vxor*,*C.de condit.inſert.*§.*fin. Inſtit.de patr.poteſt. Napod.in Conſuet.Neap.*incip. *Sed & mulier*,vbi etiam alij *Addentes*,*Molfeſ.in comm.ad dd.Conſuet.p.*1.*c.*3.*num.*10.
5 Et ideò teſtamenti factionem habere non poteſt, *l.qui in poteſtate*,*ff.de teſtament.* & quàmuis de iure conſuetudinario per matrimonium efficiatur ſui iuris,attamen hoc
6 intelligitur,quando vel contrahit,ſe d.*Conſuet.*ſubijciendo circa diſpoſitionem, prout communitèr fieri ſolet per Notarios Neapolitanos,qui expreſsè dicunt in Capitulis matrimonialibus,*& con la poteſtà reſeruata di poter diſponere di dette doti, conforme la Conſuetudine di Napoli,in ſcriptis redatta*, vel ſaltim nihil dicunt, nàm tùc in dubio
7 credendum eſt,quòd partes contrahere voluerint ſecundùm id,quod ſolitum eſt, *Affl. dec.*58.*n.*7. *Menoch.de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.*14.*n.*16.& alij allegati per *Reg.Conſil.Theodor.*meum Collegam,nunquàm ſatis laudatum in *alleg.*1.*n.*44.qui ex hoc te-
8 net, quòd eò ipsò, quòd quis eſt de vno Quarterio,quàmuis nihil dicat, cẽſetur cõtraxiſſe ſecundùm conſuetudinẽ illius quarterij,allegat *Minad.in Conſtit.In aliquibus in* 4.*not.n.*5.Quibus accedat,quòd *Conſuet.*
9 *Neap.* habuerunt approbationem Regis,& proindè dicuntur leges in Ciuitate, vt poſt *Napod.in proœm.Conſuetud. num.*21. dixit *Franch.in dec.*537.*nu.*11.*& Amat.conſ.*26.
10 & proindè quotieſcunq;non inuenitur cõtrarium diſpoſitum,attendi debet *Conſuetudo* in ſcriptis redacta, ità poſt *De Ponte conſ.*61. dixit *Molfeſ.ad Conſuet.Neap.in addit.ad q.*1.*&* 2.*p.*5.*n.*4.*&* 5.Sed cùm in caſu noſtro partes aſſeruerint in capitulis matrimonialibus, ipſas viuere more Procerum, & Magnatum,& ſecundùm d.vſum dixerint,velle diſponere, ceſſat dubium, quia tantum eſt dicere,ac ſi dixiſſent, velle contrahere de iure communi,non autem ſecũdùm ius conſuetudinarium, idem enim eſt
11 mos Procerum, & Magnatum, quod ius commune, vt habetur per *Ann.conſ.*2.*nu.*1. *lib.*1.*Naucler.in addit.ad Conſuet.fol.*9. *in ver.in eadem conſuetudine,& ibi gloſ.reſpõdẽs*,*Molfeſ.ad Conſuet.Neap.p.*1.*c.*3. *in princ.& in d.*2.*tom.p.*5.*in addit.ad q.*1.*&* 2. *n.*6.quod etiam apparet ex *Capitulis* d.moris Magnatum, traditis per *Camill.Salern. in comment.ad Conſuet.fol.*131.& propterea cùm prædicta D.Eleonora fuerat inteſtabilis de iure communi, non poſſet de dotibus diſponere, ſed in ipſis Ill.Duciſſa Grauinæ filia ſucceſſerat ab inteſtato.

Secundò dicebatur,quòd quatenùs prædicta non procederent,& potuiſſet D.Eleonora diſponere,adhùc dùm diſpoſuit in beneficium filiæ, non potuit eidem morienti, quandocunq;abſq; liberis, vel cum liberis, qui tamen abſq; liberis decederent, ſubſtituere Ill.Ducem Nuceriæ, & Ill.Comitem Suriani,eiuſq; filios,cùm expreſsè contradi-
12 cat *c.*10.prædicti *Moris Magnatum*,prohibentis mulieri cùm filijs decedenti ſubſtituere,per hæc clara verba, relata à *Camill. Salern.ad* Conſuet.*Neap.fol.*132.videlicet.

*Item mulier nupta moriens,liberis ſuperſtitibus ex eodem matrimonio, non poteſt dictis ſuis filijs in pupillari ætate,vel ab inteſtato,quandocunq; ſine filijs aliquem ſubſtituere in ſucceſſione ſuarum dotium,quod ſecùs eſſet in viro.*

Tertiò, quatenùs Ill.Dux Nuceriæ prætenderet, hanc ſubſtitutionem, quàmuis nullam, ſuſtineri poſſe ex pacto inito in pactis dotalibus, quando D.Ioanna nupſit Ill.Duci Grauinæ, vbi in ſpecie fuit cautum, quòd de dictis dotibus ducatorum octuaginta,& octo mille diſponere non potuiſſet, niſi de ſumma duc.quadragintaquinque mille, ſecundùm tamen vſum Procerum, & Magnatum Regni, reliqua verò quantitas dotium remanere debuiſſet ſubiecta fideicommiſſo,& diſpoſitioni factæ per quòdam Ill. Principiſſam Squillacij eius matrem, ſuppoſita.n.inualiditate ſubſtitutionis factæ in teſtamento eius patris,non potuit ex pa-
13 cto prædicto validari, quia quod nullum eſt,ex legis diſpoſitione confirmari non poteſt ab ipſis contrahentibus, *l.quidam decedens, ff.de admin.tutor. Menoch.conſ.*822. *n.*61.Rurſùs,nec ipſa D.Ioanna huic nullitati ſubſtitutionis voluit renunciare, & quod nullitèr diſpoſitum fuerat approbare,quia renunciatio,vel remiſſio iuris proprij non
14 præſumitur, niſi clarè, & manifeſtè de voluntate renunciantis conſtet, *Crauett.conſ.* 290. *verſ.quartò,non præſumitur*,vbi alios
15 allegat,nihil aliud enim eſt renunciare, niſi donare,*Ripa in l.ſi vnquàm*, *q.*11. *C.de reuoc.donat.Couar.lib.*2.*var.c.*4.*n.*8.& donatio non præſumitur, quia nemo creditur
16 velle iactare,quod ſuum eſt,*l.cùm de indebito*,*ff.de probat.Menoch.lib.*2.*de arbitr.iudic.caſu* 88.Item, ad hoc vt valida eſſet renunciatio,neceſſe erat, vt certiorata eſſet de
inua-

Digitized by Google

inualiditate diſpoſitionis matris, aliàs enim
17 ignoranti ius ſibi competere, renunciare non dicitur, *l. ſi mater*, C. *de inoffic. teſtam. l. legitimam, ff. de petit. hæred. l. in repudianda, ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 193. n. 1. in fin. lib. 6. Menoch. conſ. 381. n. 30.* & alij in *d. l. ſi mater*, quod tantò magis procederet, quia D. Ioanna erat virgo, & dos fuit ei promiſſa à Principe Squillacij patre, & virgines neſcire ſolent pacta contenta in capitulis matrimonialibus, & quando firmant, vt plurimũ, neſciunt, quid faciunt, niſi quòd virum accipiunt, vt experientia docet.

Pro parte verò Ill. Ducis Nuceriæ ad pri-
18 mum reſpõdebatur, quòd mos Magnatum non in omnibus eſt idem, quod ius commune, vt tradit *Reg. de Ponte conſ. 61. n. 64. lib. 1.* vbi dicit, morem Magnatum non in omnibus conformem ſe reddere cum iure communi Romanorum, ſed dùmtaxat in Capitulis expreſſis, quem ſequitur Modernus *Lælius Caputus in proœm. Conſuet. §. 1. n. 14.* quod inconuincibiliter ſuadetur, cùm
19 de iure communi in antephato ſuccedant filij vti filij, non autem vti patris hæredes, vt habetur ex *text. in auth. hæres, C. de ſecund.*
20 *nupt.* & tamen in matrimonio contracto ſecundùm morem Procerum, & Magnatum in antephato filij ſuccedunt vti hæredes, & non vti filij, vt fuiſſe iudicatum in cauſa Comitis Montellæ cum Comite Montis Calui, refert *Iacob. Anell. de Bottis in addit. ad Conſuet. Neap.* poſt dictam reaſſumptionem *Capitum moris Magnatum, fol. 132.* de qua etiam deciſione meminit *Franch. in deciſ. 106.* verba cuius ſententiæ ponit *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p. 1. c. 3. n. 22.* & licèt partes Comitis Montellæ ſubſtinuiſſet *Io. Franc. de Ponte*, tunc famigeratus Aduocatus, vt apparet ex eius *Conſilijs 110. 111. 112. & 113. vol. 2.* tamen præualuit opinio *Fabritij Brancacij* acutiſſimi, & facundiſſimi tunc temporis Aduocati, qui pro Comite Mõtis Calui patrocinabatur, cuius *Conſilium* inſerit *Taſſon. in Pragm. de antephato, verſ. 4. obſeru. 4. fol. 314. à t.*

Ratio autem deciſionis prædictæ militat etiam in præſenti caſu, quia cùm mos Ma-
21 gnatum ſit idem, quod ius commune in caſibus expreſſis, in alijs remanet diſpoſitio iuris communis, quod ius erit Conſuetudinarium huius Ciuitatis inter contrahentes eiuſdem Ciuitatis, vt habetur ex *Napod. in proœm. Conſuet. n. 21. verſ. ex præmiſſis*, vbi etiam *Præſ. de Franch. fol. 4. nu. 5.* & fundat *Brancac. in d. conſil. num. 25.* & *Anell. Amat. d. conſ. 26. nu. 10.* & ideò in d. cauſa Comitis Montellæ fuit iudicatum, antephatum deuenire ad filios vti hæredes patris, & proin-
22 dè eſſe obligatum Creditoribus paternis, prout deciſum refert *Franch. dict. dec. 106.* contra *deciſ. Affl. 314.* quæ communitèr refellitur, ſtãte *Conſuet. Neap.* quod ità etiam procedit in præſenti caſu, in quo quia non
23 reperitur expreſſum in more Magnatum, an filiafamilias per nuptias efficiatur ſui iuris, vt etiam aduertit *Reg. Rouit. conſ. 4. n. 6. lib. 2.* remanet in diſpoſitione *Cõſuet. Neap.*
24 per quam ſui iuris ſtatim efficitur, vt habetur ex *Conſuet. Neap.* incip. *Filiusfamilias, & Filiafamilias*, ſub *rubr. de filijsfam. volēt. teſt. Franch. dec. 546.* & diſponere poteſt de
25 dotibus, & alijs, vt quilibet ſui iuris, *Frãch. d. dec. 546. n. 11. & ſeqq. Giurba in Conſuet. Meſſan. c. 3. gloſ. 8. p. 1. n. 10. Conſil. Theodor. alleg. 91. nu. 7. Gratian. diſcept. forenſ. c. 382. n. 15. Reg. Rouit. d. conſ. 4. n. 1.*

Secũdò, hoc idem fundatur ex 3. *cap. Moris Magnatum, fol. 132.* per hæc verba, *Item ſi mulier nupta, vt ſuprà, & ſecundùm dictũ vſum moriens, filijs ſuperſtitibus vno, duobus, & tribus, patre ſuperſtite poteſt de ſuis dotibus teſtari in totum, legitima ipſarum dotiũ dictis filijs derelicta, quæ in caſu præmiſſo intelligitur tertia pars, & ſic de duobus tertijs partibus teſtari poteſt, ſi verò ſupereſſent quatuor filij, ſeù plures, mulier teſtari poteſt tantùm de integra medietate dotium, legitima ipſis filijs ſemper ſalua, quæ in caſu prædicto eſt integra medietas dotiũ.*

Ex quo *cap.* duo deducuntur, vnum ſcilicet, quòd reſpectu, vt poſſit teſtari, legitima
26 filijs relicta computanda eſt ſecundùm numerum liberorum, vt in *auth. de trient. & ſemiſſ.* Aliud verò ſecundùm ius conſuetudinarium, quia quàmuis patrem habeat, teſtari poteſt, ad quod erit aduertẽdum, quia
27 loquitur de patre mulieris, non autem de patre filiorum, quod ſatis apertè deducitur ex lectura d. *cap.*

28 Tertiò, etiam conſideratur, quòd mos Magnatum non eſt idem, quod ius commune Romanorum, ſed idem, quod ius cõmune Francorum, quod ius in Magnati-
29 bus, & Baronibus Regni fuit generalitèr introductum per *Capit. Conſiderantes*, licèt per priùs erat ius ſpeciale, & probari debebat, vt habetur ex *Iſern. in c. 1. §. prætereà Ducatus, n. 37. de prohibit. feud. alien. per Federic. & in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, in ver. ſpeciali iure*, vbi etiam *gloſ. in ver. ſpecialitèr*, ad quod dubium euitãdum ſolent Notarij apponere in contractibus
30 dotalibus, iure Francorum, & more Magnatum viuentium, & ex his hoc fundat *Fabrit. Brancac. in d. conſ.* pro Comite Montis Calui, inſerto per *Taſſon. in loco* proximè cit. & quòd ius commune in caſu prædicto
31 moris Magnatum non ſit Romanorum, ſed Francorum, etiam probauerunt *Marta de ſucceſſ. legal. p. 1. q. 4. art. 1. n. 25. & Muta ad Cap. Regni Sicil. tom. 2. c. 28. nu. 279.* & de
iure

Digitized by Google

32 iure Francorum filias nuptas non eſſe in patris poteſtate, habetur ex *gloſ. in §. final. Inſtit. de patr. poteſt.* & teſtatur *Boer. deciſ.* 197. *nu.* 3. ſequitur *De Bottis ad Conſuetud. Neap.* ſub *rubr. de filiafam. nubente, in* 1. *addit.* & in puncto, quòd in viuentibus iure Francorum, & more Magnatum, quòd non habeant filios in poteſtate, habetur ex *Loffred. in paraphr. feud. ad d. §. prætereà Ducatus, col.* 19. *verſ. ſi igitur poteſt, de probib. feud. alien. per Federic. fol.* 64. Et ſic dicebatur, quòd fuit effecta D. Eleonora ſui iuris per matrimonium, neq; ligabatur ex *Conſuet. Neap.* circa diſpoſitionem, ſecundùm quam mulier decedens cum liberis, non
33 poteſt de dotibus diſponere, niſi de decima, quia cùm circa diſpoſitionem dixit, velle diſponere ſecundùm morem Magnatum, certum eſt, quòd potuit de integris dotibus diſponere, relicta tamen filiæ legitima, vt habetur in *d. c.* 1. *Moris Magnatum* ſuprà relato, & dixit *Reg. Rouit. dict. conſ.* 4. *num.* 6. *lib.* 2.

Ad ſecundum verò obiectum de *cap.* 10.
34 *Moris Magnatum* dicebatur, quòd d. *cap.* procedere poſſet in ſubſtitutione pupillari, non autem in fideicommiſſaria, prout ità d. *cap.* intelligit *Molfeſ. in Comment. ad Conſuet. p.* 1. *c.* 3. *n.* 23. qui allegat *De Fonte d. cõſ.* 61. *n.* 27. licèt id in eo non legerim, ſed fundari poteſt hoc dictum, quia in hoc *cap.* videtur, ſicut in multis alijs, ſe cõformare cum iure communi, ſecundùm quod, certum eſt,
35 quòd mater non poteſt filijs pupillaritèr ſubſtituere, quia nõ habet eos in poteſtate, *Bart.* & omnes in *l. centurio, ff. de vulg. & pupill. Craſſ. in §. ſubſtitutio, q.* 23. *nu.* 3. vbi de communi teſtatur, *Sforz. Odd. conſ.* 46. & alij per *Fuſar. de ſubſtit. c.* 118. *n.* 27. Et quã-
36 uis in d. *cap.* nedùm ſit expreſſa pupillaris, verùm etiam compendioſa, ibi, *eius filijs in pupillari ætate, vel aliàs quandocunq;* quod verbum importat compendioſam, vt per *Bart. in d. l. centurio, Eman. Coſta in cap. ſi pater, num.* 13. *de teſtam. in* 6. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 51. *nu.* 5. *Craſſ. in d. §. ſubſtitutio, q.* 60. *n.* 6. quia hoc verbum, *quandocunquè* operatur, ac ſi ſinguli caſus eſſent expreſſi, *Sforz. Odd. de compẽd. ſubſtit. p.* 4. *q.* 1. *art.* 2. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 233. *num.* 48. quia in hoc
37 caſu illa diſiunctiua, vel reſoluitur in coniunctiuam, iuxtà diſpoſitionem *tex. in l. generalitèr, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* latè
38 *Franch. dec.* 150. vel eſt intelligenda, quando compendioſa non valebit, vt pupillaris, ſed vt fideicõmiſſaria, aliàs enim ſuperflua eſſent illa verba, *in pupillari ætate, vel aliàs quandocunquè,* quia ſi intelligenda eſſent, vt nedũ pupillaris ſubſtitutio eſſet matri more Magnatum nubenti interdicta, verùm etiam compendioſa, quæ comprehẽdit omnes alias ſubſtitutiones, dixiſſet ſimplicitèr, vt mater talitèr nubens, nullo modo poſſet ſubſtitutiones facere, quod quidèm ratione ſuadetur, nàm ſi virtute 3. *cap. Moris Magnatum* mulier poteſt de ſuis bonis diſponere ad libitum, relicto filijs debito bonorum ſubſidio, ſecundùm iura communia diſponunt, ad quid prohibitio omnium ſubſtitutionum? nàm ſi poteſt mater filios ab eius ſucceſſione excludere, relicta eis tantùm legitima, cur non poterit illis ſubſtitutionem facere? validum enim eſt in iure
39 argumentum de maiori ad minus, *gloſ. in l. tale pactum, § vlt. ff. de pact. cap. ſcriptum, de elect. Gemin. conſ.* 11. & habetur per *DD.* & præſertim *Alex. Iaſ. & Galiaula in l.* 1. *§. ſi ſtipulandi, ff. de verb. obligat.* & maximum quidèm eſſet abſurdum, vt mater poſſet de eiſdem dotibus, de quibus integrè diſponere poſſet, relicta legitima filijs in beneficium etiam extraneorum, non poſſet illis filijs relictis ſubſtitutionem facere, & va-
40 lidiſſimum eſt argumentum in iure de abſurdo vitando, *l. nam & abſurdum, ff. de oper. libert.* Menoch. *conſ.* 85. *nu.* 23. *conſ.* 95. *n.* 76. *& conſ.* 12. *nu.* 3. cum ſimilibus, & proindè concludendum eſt, ſubſtitutiones tantùm pupillares, ſiuè expreſsè, ſiuè in compendioſa contentas, eſſe inualidas, iuxtà iuris diſpoſitionem, quia non habet filios in poteſtate, vt ſuprà diximus.

Rursùs dicebatur, quòd quatènus aliquid dubij remaneret in d. articulo, quòd nihilominùs res erat abſq; periculo, quia in capitulis matrimonialibus initis cum Ill. Duce Grauinæ, huic diſpoſitioni matris ſe ſubmi-
41 ſit, & ſic valida eſſet hæc diſpoſitio matris in vim pacti, iuxtà *gloſ.* ſingularem in *l.* 2. *C. comm. vtriuſquè iudic. in ver. non fuit, & in ver. ſi ſocij,* latè *Affl. dec.* 117. ſub *n.* 1. *&* 6. vbi etiam *Vrſill. Pariſ. conſ.* 24. *n.* 162. *vol.* 2. *Marta voto* 46. *n.* 16. *& de iuriſdict. par.* 4. *c.* 150. *n.* 5. *Anna ſing.* 299. *& ibi Anna filius, Theſſ. dec.* 253. *n.* 5.

Nec prędictis obſtabit, quod pars vltimo loco dicebat, quòd hæc eſſet renunciatio facta per mulierem nullitati diſpoſitionis
42 factæ per matrem, quæ non valet, cùm non fuerit de eius iuribus certiorata, ſecundùm *Azon. in ſumm. tit. ad Velleian. Hoſtienſ. in rubr. de fideiuſſ.* qui dicunt, renunciantem ſibi præiudicare, quando fuit certiorata, ſequitur *Io. Andr. in c. quàmuis, de pact. in* 6. *Gayl. obſeru.* 77. *lib.* 2. *num.* 7. *Capell. Tholoſ. q.* 37. *Cauall. in ſpec. comm. opin. q.* 115. *Theſaur. dec.* 222. *nu.* 11. *Surd. conſ.* 367. *nu.* 12. *Greuæi ad Gayl. d. lib.* 2. *d. obſeru.* 77.

Et licèt nonnulli contrariam teneant opi-
43 nionem, quòd nulla requiratur certioratio, quando tractatur de beneficio iuris, quia omnes tenentur ſcire iura, & leges, vel ſaltim

Digitized by Google

44 tim conſulere à Peritioribus, *l. leges, C. de legib.* & lata culpa non caret, qui leges ignorat, *l. lata culpæ, ff. de verb. ſignif.* Et propterea certiorationem non requiri, tenet *gloſ. in §. ſuſpectus autem, verſ. non æquè, Inſtit. de ſuſpect. tutor. Grauett. conſ. 225. num. 10. Fulgoſ. in l. ſi mulier, §. ſi mulier, nu. 7. ff. ad Velleian.* qui dixit, quòd durum eſſet, admittere, vt ſemper renunciās certiorari debeat, & hanc veriorem eſſe opinionem, affirmat *Gallerat. de renunc. lib. 3. cap.* 10. tamen hoc
45 communitèr limitatur in muliere, nàm ex imbecillitate ſexus, eam certiorari debere, ex communi omnium opinione hoc fundat *n.* 4. *&* 5. cum alijs *ſeqq.*

46 Quæ concluſio limitatur, ſtante iuramento, vt habetur ex *Gayl. d. obſeru. 77. nu.* 10. *Ant. Scappa de iure nõ ſcripto, lib. 4. c.* 12. vbi de communi teſtatur, *Franc. de fideiuſſ. c. 2. n.* 204. *Tiraq. Ant. de Padilla,* Goed. & alij per *Hering. de fideiuſſ. c. 7. n.* 507. alios etiam colligit *Theſaur. dec. 22. num. 11. Surd. conſ. 367. n. 12. Facbin. controuerſ. iur. lib. 2. c. 60. Ioſeph Ludouic. comm. concl.* 34. qui pro hac opinione innumeros congerit, & alij, vſq; ad ſaturitatem per *Gallerat. de renunc. d. lib. 3. c. 10. nu.* 17. cum *ſeqq.* quàmuis in quolibet
47 articulo facilè ſit reperire contradictores, ideò etiam in hoc nonnulli contrarium tenuerunt, quos refert idem *Ludouic. in dict. conclu.* 34. tamen *in fine* ipſe idem fatetur,
48 quòd prima opinio magis communis eſt, & maiorem habet DD. numerum, & hanc etiam opinionem tenet *Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vend. 3. p. c. 1. n. 11. Palat. Rub. in cap. per veſtras, §. 34. nu. 7. de donat. inter vir. & vxor. Gomez. variar. reſol. tom. 2. c. 13. n. 17. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 1. n.* 156. & magis communem eſſe, dixit *Gutierr. de iurament. confirmat. 1. p. c. 29. n.* 2. & de communi etiam teſtantur *Iaſ. in auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. Mancin. de iuram. effectu 137. p. 4. n. 9. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 63. nu. 3. & priuil. 99. nu. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 669. Eminent. Cardin. Tuſch. lit. C. concl. 197. n. 2. & lit. M. concl. 421. n.* 3. & alij ferè innumeri, allegati à *Graſſ. de except. except. 27. nu.* 38. cum *ſeq.*

Vltrà, quòd hæc non fuit renunciatio, ſed pactum, quod fieri poſſe, vt ad aliuin poſt
49 mortem dos perueniat, quando ceſſat ratio publicæ vtilitatis, hoc eſt, nè remaneat mulier indotata; probat *tex. in l. ſi pater 12. ff. de pact. dotal. gloſ. fin. in l. 2. C. eod. tit. Barboſ. in l. 2. in princ. in 1. p. n. 150. ff. ſolut. matrim. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5.* ſub *nu.* 185.

Quibus diſcuſſis, die 16. Martij 1638. iunctis Aulis, ad relationem Regij Conſiliarij
50 D. Flaminij de Conſtantio, Viri morigerati, docti, & nobiliſſimi, filij illius nunquàm ſatis laudati Regentis Fuluij de Conſtantio Marchionis Corleti, fuit deciſum, licere Ill. Duci Nuceriæ retinere quantitatem, penès ipſum exiſtentem ex dotibus qu. D. Eleonoræ Carafæ, & fuit condemnata Ill. Principiſſa Squillacij ad reſtitutionem reſtantis quantitatis dotium, vſquè ad ſummam duc. 67. mil. vnà cum intereſſe, dempta tamen legitima, vnà cum fructibus, liquidãdis omnibus tempore exequutionis ſententiæ, penès Actor. Magiſtr. Simeonem pro Felice. Pendet tamen reclamatio.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione XCVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier contracto matrimonio more* Procerum, & Magnatum, *tàm circa dotis reſtitutionem, quàm circa modum diſponendi, poteſt ad libitum de dote diſponere, & in ea ſubſtitutionem facere, relicta tamen filio legitima.*

2 *Subſtitutio quando ſubſtineatur in vim pacti.*

3 *Filij ſuccedunt in antephato, vti filij, non autem vti patris hæredes, contracto matrimonio ſecundùm vſum* Procerum, & Magnatum, *& nu. ſeqq.*

*Deciſio S.R.C. lata in cauſa Comitis Montella impugnatur, ibid. & n. ſeqq.*

5 *Filij Rebellis an ſuccedant in antephato poſt mortem matris, an verò Regius Fiſcus, vbi matrimonium eſt contractum more* Magnatum, *& num. 6. & 7. & quid, ſi ſint nati antè rebellionem per patrem commiſſam, n. 8.*

9 Mos Magnatum, *an ſit idem, quod ius commune Romanorum, an verò idem, quod ius Francorum in capitibus non expreſſis in moribus* Magnatum, *& n. 10. & vndè originem habuit, nu. 11. & ſeq.*

IN cauſa huius deciſionis pro D. Duce Nuceriæ in iure ſcripſit *D. Lælius Gizzius* meus frater, qui victoriam illius reportauit, vt habetur ex deciſione rela-
1 ta per D. meum *hic num.* 50. Duo enim S.R.C. pro veris habuit in d. cauſa; Primum, D. Principiſſam Squillacij, ſtante matrimonio contracto more Procerum, & Magnatum, tàm circa dotis reſtitutionem, quàm circa modum de ea diſponendi, potuiſſe ad libitum de dote diſponere, relicta tamen legitima D. Iſabellæ eius filiæ, & proindè ſubſtitutionem per ipſam factam d. D. Iſabellæ reſpectu dotis ipſius D. Principiſſæ, ſubſiſtere, ex traditis per D. meum à *nu.* 20. per 40.
2 Secundum, quòd quatenus d. primum aſſum-

ſumptum aliquam dubietatem haberet,ex
adductis à *num*.1.per 17. ſubſtitutionem
ſubſtineri in vim pacti,eò,quòd in capitu-
lis matrimonialibus,initis inter d.D.Iſabel-
lam,& D.Ducem Grauinæ eius virum,d.D.
Iſabella ſubſtitutioni prædictæ ſe ſubmiſit,
ità vt de dote materna diſponere non poſ-
ſet, ſed ſeruari debuiſſet in ea d. ſubſtitu-
tio materna, verùm diſponere tantùm po-
tuiſſet de alijs dotibus,ex paterna ſubſtan-
tia obuentis, vt fundat *num*.41. ſed *Ego*
credo,deciſionem potiùs fuiſſe fundatam ex
ſecundo,quàm ex primo aſſumpto.

3 Circà verò articulum,an filij ſuccedant
in antephato,vti filij,vel vti patris hæredes,
ſi matrimonium ſit contractum ſecundùm
morem Procerum,& Magnatum, de quo
D.meus *nu*.20.& *Ego* plenè dixi *deciſ*.63.à
*nu*.1.per 8.*ibiq*; *nu*.6.*&* 7.fundaui, cauen-
dum eſſe à deciſione per S.R.C.lata in cau-
ſa D.Comitis Montellæ, cuius iura,nedùm
ſubſtinebat *D.Fabius Marcheſius*,vt retuli
*d.nu*.6.habeo enim eius *Allegat*.manuſcri-
ptas,in d.cauſa elaboratas, ſed etiã *D.Reg.
de Pont*.conſuluit,vt innuit D.meus *d.n*.20.
dùm fuit deciſum,filios ſuccedere vti patris
hæredes in d.antephato.

Ideòq; cùm Regius Fiſcus prætenderet,
4 antephatum lucratum per Ducîſſam Aria-
ni,ſtante illius morte, ſpectare ad ipſum,ob
Rebellionem commiſſam per Ducem eius
virum,quàmuis ſupereſſent filij, & proindè
de eo potuiſſe ſatisfieri ſuper Ciuitate Vul-
turariæ,quæ fuit d.q.Ducis, eò, quòd ma-
trimonium erat contractum, ſecundùm
vſum Procerum,& Magnatũ, quo caſu an-
tephatum debetur filijs, vti patris hæredi-
bus,iuxtà d.deciſ.Comitis Montellæ, de
qua D. meus mentionem fecit, nedùm
*deciſ*.63.*nu*.6. ſed *hic d.num*.20.propterea
5 filios non poſſe in eo ſuccedere, vt enim
indigni paterna ſucceſſione priuantur, *l.
quiſquis*,§.*filijs*,C.*ad l.Iul.Maieſt.* ideòq;
6 etiam,extantibus filijs in d.antephato ſuc-
cedit Fiſcus poſt mortem vxoris, vt deciſũ
tradit *D.de Marin.lib*.1.*quotid.reſol.cap*.15.
*nu*.4.*&* *lib*.2.*cap*.22.*nu*.7.Attamen contra-
7 riũ ſubſtinui in d.cauſa,partes D.Marchio-
nis Ceruinariæ tuendo. Primò, quia in d.
antephato ſuccedunt filij,vti filij, nõ autem
vti patris hæredes, ex traditis per *Me d.dec*.
63.à *nu*.6.cum *ſeqq*.& ſic Regius Fiſcus ex-
8 cludebatur. Secundò,nàm in caſu prædicto
filij erant nati antè d.rebellionem patris, &
propterea excluſo Regio Fiſco, illis ante-
phatum debetur, etiam, quòd vti heredes
patris ſuccederẽt,vt latè fundat idem *D.de
Marin.d.lib*.2.*cap*.95.à *nu*.2.per 7. vbi ità
per R.C.S.deciſum refert,& *n*.8.optimè re-
ſpondet *d.§.filijs*, quod etiam nouiſſimè
comprobat *D.Caluin.in tract.de aequit.lib*.
1.*cap*.12.per tot. & licèt hæc cauſa non fuit
deciſa, attamen die 18.Septembris 1649.
fuit datus terminus in cauſa, & interim fuit
ſublatum ſequeſtrum factũ,in Banca Anel-
li Auellini, de quo etiam antephato dixi
*deciſ*.97.*nu*.6.

Hinc etiam obſerues,quòd licèt D.meus
9 *n*.28.*&* 31.probet,morem Magnatum non
eſſe idem,quod ius commune Romanorũ,
ſed idem,quod ius commune Francorum,
in capitibus non expreſſis in moribus Ma-
10 gnatum,tamen cõtrarium tenuit per priùs
*dec*.35.vbi *nu*.3.*&* 11. firmitèr ſubſtinuit,
ac probauit,illum eſſe idem,quod ius com-
mune,ex *Capyc.dec*.176.*nu*.17. & alijs *ibi*
adductis,quod etiam voluit *D.Conſil.Pro-
uenzal.ad Conſuet.Si quis,vel Si qua, de
ſucceſſ.ab inteſtat.obſeru*.27.à *n*.10.per 16.
*&* *obſeru*.28.*nu*.9. vbi ex D.meo *d.dec*.35.
*nu*.3.totis viribus ſubſtinet,quòd mos Ma-
gnatum ſit idem, quod ius commune Ro-
manorum,citans etiam ad hoc probandum
exterum,nempè *Dec.conſ*.402. ideòq; ſub-
dit,quòd ſatui nomen euadere non poteſt,
11 qui contrarium ſubſtinere velit, idq; com-
probat *nu.ſeq*. & quàmuis D.meus dicat,
morem Magnatum initium habuiſſe à iure
Francorum, attamen cõtrarium verius pu-
tat,ac probat *D.Prouenzal.ibid.nu*.15. im-
mò *nu*.16.tenet, quòd quatènus opinio D.
12 mei *hic,d.n*.28.*&* 31.vera eſſet,adhùc,qui
viuit iure Francorum, iudicatur per iura
Romana,ex *Iſern.in Conſtit*.incip.*Purita-
tem,& Montan.controu*.24.*nu*.1.*in fin*.

*M.A.Gizzius*.

## ARGVMENTVM.

## Filia dotata à patre,an poſſit petere,eo mortuo,dotis ſupplementũ,& quid in filia illegitimè nata, latè explicatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filia illegitima nupta, & dotata à patre, poſt patris mortem ad dotis ſupplementum an agere poſſit.*
*Et quòd non poſſit agere,nu*.6.
*Amplia,etiam nulla dote data,ſiuè conſtituta,nu*.17.
*Amplia,etiam in filia legitima,& naturali, nu*.7.*&* 18.
*Contrarium,data læſione in dotatione,n*.22.
2 *Pater tenetur filiam naturalem dotare, & nu*.12.*&* 27.
*Intellige, cum dote,cũ qua viuere poſſit,n*.3.
*Sed non poteſt compelli,n*.14.

4 *Dos*

Digitized by Google

4 *Dos à patre data congrua cenſetur.*
5 *Pater pro filia optimum capit conſilium.*
*Intellige, vt n.21.*
7 *Filia illegitimè nata nec hæreditas, nec legitima debetur.*
8 *Filia naturalis nec ex teſtamento, nec ab inteſtato patri ſuccedit.*
9 *Amplia, ſiuè extaret, ſiuè nõ proles legitima.*
*Limita, quòad duas vncias, non exiſtente legitima ſobole, n.10.*
11 *Alimenta tantùm filia illegitima debetur, exiſtente legitima ſobole.*
13 *Filia illegitima à patre præterita, contratabulare non poteſt.*
15 *Pater poteſt filia naturali dotem dare, dummodò legitimum modum alimentorum non excedat.*
16 *Pater in tantum naturalem filiam alere tenetur, in quantum aliundè ſe alere non poſſet.*
18 *Filia legitima, & naturalis nupta, & à patre dotata, non poteſt poſt patris obitum ad ſupplementum dotis agere.*
19 *Spurius quis nàm dicatur, & n.20.*
23 *Dos, ad hoc, vt dicatur congrua, quod tempus inſpici debeat.*
24 *Dos competens, dicitur vſq; ad quantitatem legitimæ.*
25 *Filiæ ſpuriæ erit conſtituenda dos ſecundũ facultates, parentum dignitatem, ac mores patriæ.*
26 *Filia illegitima dotata à patre, non excluditur à duabus vncijs, ſibi à lege debitis.*
28 *Pater poteſt filiæ ſpuriæ nupturæ plus ex cauſa alimentorum in dotem dare, quàm ſi nuptura non eſſet.*
29 *Filia naturalis nupta legitimo viro, efficitur legitima.*
*Et ex viri capacitate efficitur capax, n.30.*
*Immò admittitur ad ſucceſſionem, excluſis agnatis, & conſanguineis teſtatoris, n.31.*
32 *Qualitas filiationis naturalis, arbitrio Iudicis relinquitur.*
33 *Maritus conſtante matrimonio Dominus eſt dotis.*
34 *Dos filiæ naturali conſtituta ſuprà modum alimentorum, non poteſt conſtante matrimonio modificari, ſed poſt.*
35 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio XCIX.

1 PAter nuptui tradiderat eius filiam illegitimam cũ dote duc.1000. poſt cuius mortẽ dicta filia egit in S.C. contrà hæredes Patris, petendo dotis ſupplementum. Dicebatur pro parte hę-
2 redum, quòd hæc filia non poterat conquæri, ſtante dote recepta, pater enim ad aliud non tenetur, niſi ad eam dotandam, *Bar. in auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. Lup. de illegit. & natur. comm. 2. §. 1. nu. 15. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. nu. 46.* & alij per *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1.*
3 *par. 1. nu. 123.* & tenetur eam dotare cum ea dote, cum qua viuere poſſet, vt dixerunt *Bald. in l. nequè mater, nu. 3. C. de iur. dot. Nicol. Euerard. in loco de alimentis ad dotem, col. 4. verſ. 4. Tiraq. de iur. primog. q. 62. nu. 12. verſ. quanquàm, nè tu hoc loco decipiaris, Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuil. 16. col. 2. verſ. non tamen poſſet, Io. Campeg. de dot. par. 1. q. 17. verſ. & tenetur in dotem dare tantum, quod ad alimenta ſufficiat,* & alij per *Fontanell. de pact. nupt. gloſ. 8. par. 1. nu. 73.* & ità deciſum in Regno Siciliæ vltrà Farum *Maſtrill. dec. 144. nu. 7.* Cùmq; dos duc. 1000. ſatis erat, vt ex eis alimenta percipere potuiſſet, ad aliud hæredes patris non teneri.
4 Secundò dicebant, quòd filia etiam legitima, & naturalis dotata à patre, congruè dotata cenſetur, & proindè contenta rema-
5 nere debebat, dote accepta, nemo enim melius conſilium pro filia capere poteſt, quàm ipſe pater, *l. nec in ea, ff. de adult. l. ſi furioſo, ff. de curat. furioſ.* Et propterea,
6 quòd non poſſit agere ad ſupplementum dotis, tanquàm incongruè dotata, voluerunt *Bald. in auth. res, quæ, nu. 16. C. comm. de legat. Paul. de Caſtr. in d. auth. nu. 8. & conſ. 275. & 408. nu. 2. Alex. conſ. 33. nu. 4. lib. 4. Iaſ. in l. voluntatis, nu. 2. C. de fideicomm. Dec. conſ. 26. nu. 2. & conſ. 35. & 89. in fin. Affl. in Conſtit. In aliquibus, in fin. Pariſ. conſ. 26. num. 88. vol. 3. Burſat. conſ. 248.* cum duobus *ſeqq. vol. 3. Peregrin. conſ. 95. vol. 5.* latè *Ioſeph Ludouic. dec. Peruſ. 21. nu. 41.* cum *ſeqq. Laderch. conſ. 126. Anton. Rub. conſ. 163. nu. 3. Gramm. deciſ. 57. Maſcard. de probat. concluſ. 621. Paſcal. de virib. patr. poteſt. par. 2. cap. 4. nu. 185. Staiban. conſ. 11. nu. 9.* vbi deciſionem S.C. affert, *Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 2. Ruin. conſ. 52. nu. 13. lib. 2. Honded conſ. 10. nu. 32. lib. 1. Molfeſ. par. 3. cap. 7. nu. 3. ad Conſuet. Neap. Camill. Salern. in addit. ad d. Conſuet. in Conſuet. Si moriatur, in §. eas autem, in addit.* quæ incipit *Paragium, fol. 96. lit. F.* vbi refert deciſionem S.C. in cauſa Antoniæ Cangianæ cum Cæſare, & Fratribus de Cangiano, *Rot. dec. 432. nu. 11. in poſthum.* per *Farinac. tom. 2. & dec. 940. nu. 6.* penès *Seraphin. Theſaur. filius quæſt. forenſ. lib. 4. q. 4. nu. 11. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 29. nu. 24.*
7 Tertiò, ſi hoc procedit in filia legitima, & naturali, tantò magis procedere debet in filia illegitima, cui nec hæreditas, nec legitima debetur, *l. 1. & tot. tit. C. de natural. liber. l. 1. in princ. ff. de bonor. poſſ. contrà tab.*

Bal.in d.auth.res,quæ,n.7. nàm non ſucce-
8 dit patri,neq; ex teſtamento, neq; ab inte-
ſtato,§.penult.in auth.quib.mod.natur.effic.
ſui,& d.auth.ex cōplexu,C.de incept.nupt.
9 quod procedit,ſiuè extaret,ſiuè non proles
legitima,Merlin.de legit.lib.1.tit.2 q.5.n.8.
10 ſed tantùm ei ex aſſe duæ vnciæ debentur
ab inteſtato, nulla tamen legitima ſobole
exiſtente,vt in auth.licèt,C.de natural.liber.
& in §.ſi verò filius,quib.mod.nat.effic.ſui,
11 & filijs extantibus tantùm alimenta debē-
tur,d.auth.licèt,C.de natur.liber. Cyn.in d.
auth.ex complexu,C.de inceſt.nupt.Aſcan.
Clemen.poſt Bart.& alios de patr.poteſt.c.5.
n.26.Surd.de alim.tit.1.q.9.n.1.& ſeq. Lu-
pus de illegitim.d.comm.1.§.1.n.58.Paſchal.
de vir.patr. poteſt.d.p.2.c.3.n.21.immò te-
12 netur ad eam congruè dotādam,l.aſſiduis,
C.qui pot.in pignor.hab.Ruin.conſ.45.nu.2.
lib.2.Bar.in d.auth.ex complexu,n.4.Bal.in
d.l.nequè mater, C.de iur.dot. & conſ.456.
n.9.lib.5.Lupus in cap.per veſtras,in 3.no-
tab.§.9.Capyc.dec.164.n.2. Benintend.deciſ.
22.n.1. Surd.de alim.d.tit.1.q.10.n.9. Pere-
grin.de iur.fiſc.lib.3.tit.18.nu.56. Anchar.
quaeſt.famil.lib.1.q.50.n.1. & iſta filia illegi-
13 tima præterita non poteſt teſtamentum pa-
tris contratabulare,l.humanitati,& l.final.
C.de natural. liber.gloſ.in l.1.ff.de bonor.
poſſ.contr.tab.Bart.in §.ſi quis igitur,nu.8.
auth.quib.mod.natur.effic.ſui,Maſtrill.de-
ciſ.85.n.19.Craſſ.in §.legitima,q.3.nu.2.quē
14 neq; ad filiam naturalem dotandam com-
pelli poſſe,tenuit Marta de ſucceſſ.legal.p.1.
q.16.art.1.n.7.& 8. Borrell.in ſumm.deciſ.
p.3.tit.de legit.nu.61.cum ſeqq.Salernitan.
dec.9.n.4.& de magis communi opinione
id affirmat Molin. de Hiſpan. primog.lib.2.
c.15.n.45.& alij relati per Barboſ.in 4.p.l.1.
15 ff.ſolut.matrim.n.65. quæ tamen dos non
debet excedere legitimum modum alimē-
torum,aliàs in eo,quod excederet,reuoca-
ri poſſet,Rip.in l.1.n.98.ff ſolut.matr.Surd.
d.tract.de alim.q.10.n.15. Paſchal.de virib.
patr.poteſt.d.p.2.c.3.n.38. Cutell.de donat.
cōtempl.matrim.diſcurſu 3.p.6.n.75.& 86.

Et tantò magis hoc procedit in filia, quæ
iàm fuit nuptui tradita,& habet virum, qui
eam alere poteſt,nàm & ſi filia naturalis ali
16 debeat à patre,attamen hoc procedit,quā-
do non habet aliundè, vndè ſe alere poſſet,
d.l.ſi quis à liberis,§. ſed ſi filius,ff.de liber.
agnoſc.vbi etiam Bart.& alij,Lup.de illegit.
d.comm.2.§.1.nu.31.Ludouic.Molin.de pri-
mogen.d.lib.2.c.15.n.46. Crauett.conſ.200.
n.10.in fine, & conſ.199 in princ.Peregr.de
iur.fiſc.lib.3.tit.18.n.74.Coſta de fact.ſcien.
& ignor.cent.1.diſt.22.n.17. Merlin.de le-
gitim.d.lib.1.tit.2.q.5.n.31.& in terminis in
17 filia naturali, quæ iàm nupta habet virum,
& dotem habuerit,quòd non poſſit ſupple-
mentum petere, quia dicitur habere vndè
ſe alat,ex eo, quia maritus tenetur vxorem
alere,etiam nulla dote data,ſiuè conſtituta,
18 Petr.de Benint.dec.22.n.9. cùm ergò etiam
in filiabus legitimis,& naturalibus ex com-
muniori DD. opinione,quando ſunt à patre
dotatæ,non eſt quærendum,an congrua,vel
incongrua fuerit dos,quantò magis in filia-
bus ſpurijs, ſiuè naturalibus, quibus nulla
legitima portio præter parentum voluntatē
debetur, maximè, quando viros habent,
quorum onus eſt,coniuges alere, Iacob.de
Aren.& Bald.in l.ſi cùm dotem,§.ſin autem
in ſauiſſimo, ff.ſolut.matrim. Cyn.in d.l.
quod in vxorem,C.de negot.geſt.& alij,quos
refert,& ſequitur Benint.d.dec.22.n.11.

Quartò dicebatur,hanc vel non eſſe in
probatis,eſſe filiam,vel ſi eſt filia,erat ſpu-
19 ria,quia ſpurij dicuntur ex quolibet com-
plexu nati,præterquàm ex Concubina do-
mi retenta in ſchemate concubinatus, §.ſi
aduerſus,Inſtit.de nupt.l.ſpurij,ff.de decur.
Card.Paleot.de noth.& ſpur.c.16.n.4.Card.
Tuſch.tom.7.concl.409.n.7. Lup.de illegit.
20 in præfat.n.9. & ſpuria etiam dicitur nata
ex patre ſoluto,& muliere vidua, Gramm.
vot.4.n.5. Merlin.de legit.d.lib.1.tit.2.q.5.
cui non tenetur pater dotem dare,ſecūdùm
opinionem Alex.in l.filia, in princ.ff.ad
Trebell.& in l.1.ff.ſolut.matrim.n.18.Cam-
peg.de dote par.1.q.17.in fine,Ludouic.de
Sard.in tract.de natur. liber.cap.de oblig.
int.patr.& fil.num.5. Boer.deciſ.127.num.
13. ex quibus dicebatur, conuentos eſſe
abſoluendos.

Pro filia verò dicebatur,quòd regula illa,
nemo poteſt melius conſilium capere pro
21 filia,quàm ipſe pater, eſt intelligenda præ-
ſumptiuè, ſecùs verò, quando non functus
fuit officio paterno, exiguam dotem filiæ
dando, vt declarat Paſchal.d.p.2.c.4.n.186.
& ideò,quando filia fuit in dotatione læſa,
22 ità vt non habeat legitimam, quòd poſſit
ipſius ſupplementum petere, voluit idem
Dec.ſibi contrarius in conſ.276. qui etiam
de communi teſtatur, & huius opinionis
fuit etiam Iſern.in Conſtitut.In aliquibus,
col.14.n.12.& in Conſtit.Vt de ſucceſſioni-
bus,in gloſ.in ver.coniugata, Socin.conſ.27.
lib.2.Luc.de Penna in l.bis,in fine, C.de
præd.nauicul.lib.10. Bald.Nouell.de dote
priuil.17.col.3.verſ.quid enim,nu.3. Socin.
iun.conſ.30.in fin. Corne.conſ.100.lib.3.
Brun.qui de communi teſtatur de ſtatut.
exclud.fœm.art.9.caſu 2.n.2.& de magis cō-
muni, & magis recepta ſententia teſtatur
etiam Cannet.omninò videndus in capit.ſi
aliquem,Regni Siciliæ,verſ.ſed quantum
ſit iſta dos,nu.7.fol.313. & communiorem
eſſe opinionem dixit Burſat.conſ.132.lib.2.
Villalob.comm.opin.nu.158. Surd.de alim.
tit.

Digitized by Google

tit.3.q.1.n.60.Gayl.pract.obſeru.obſeru.147. lib.2. qui loquitur etiam, ſtante renunciatione, vbi etiam Bernard. Grenai, Aſcan. Clemen.de patr.poteſt.effect.11.n.26. Theſaur.deciſ.192.n.2. Camill.Borrell. conſ.4. nu.2. Intrigl. alios cumulans lib.2.de feud. tit.2.art.72.n.5. Cauall.in ſpec.opin.comm. contr.comm.q.115. Minſyng.obſer.6.cent.5. Napod.in Conſuet. Contra inſtrumentum, n.132.verſ.item,quòd ſi filia, Medic. omni-
23 nò vidẽdus in conſ.25. qui diſtinguit,quòd aut conſideratur tempus dotationis,patre viuente,aut verò poſt,quòd ſi tractatur poſt mortem patris, quo tempore in terminis Regni Cõſtit.à ſucceſſione per dotationem
24 filia excluditur,& hoc caſu dos competens dicitur, vſquè ad quantitatem legitimæ,itá vt dos minor eſſe non poſſit,& ideò dotata à patre, hoc caſu, quia fuit in legitima læſa, poterit petere ſupplementum, & pro hac opinione fuiſſe deciſum Bononiæ, poſt Iaſ. in auth.nouiſſima, C.de inoffic. teſtam. & Benedict. de Peruſ.conſil.6. teſtatur idem Medic.n.13.& ſecundùm iſtam opinionem fuiſſe deciſum per S.C.habetur ex Affl.in dec.160.per Grammat.in dec.101.& 102. in fine,& plures deciſiones, quãdo adeſt enormis, vel enormiſſima læſio, tàm Rotæ Romanæ,quàm Galliæ,& Neapolis,refert Menoch.conſ.412.n.39.

Ad id verò , quod tertio loco dicebatur, quòd hæc erat filia illegitima,replicabatur,
25 quòd etiam filiæ ſpuriæ dos erat conſtituẽda,iuxtà facultates,& dignitatem Parẽtum, & mores patriæ,vt habetur in l.ſi filia 41. ff.de leg.3.Decius conſ.611.Card.Paleoth.de noth.& ſpur.q.50.licèt verum ſit,quòd minores dotes ſpurijs,quàm legitimis,& naturalibus conſtitui debent,Abb.cõſ.115.lib.2. Sanctarell.var.reſol.q.31.n.19. Franch.dec. 283.Peregrin.de iur.fiſc.lib.3.q.18.num.72. Cùmq; facultates patris eſſent magnæ,& eſſet perſona vltrà nobilitatem familiæ, in dignitate conſtituta, nec vnquàm habuiſſet vxorem,nec filios legitimos,& naturales,ei ſupplementum debebatur,ad quod in puncto adducebatur deciſ.9. Reg. Salernit. vbi
26 nu.3.dicit , quòd cùm filiæ illegitimæ duæ vnciæ debeantur, ex diſpoſitione text.in d. auth.licèt,& in §.ſi quis ergò,authent.quib. mod.nat.effic.ſui, non debebat ab illis excludi propter dotes à patre viuẽte habitas, quia tunc eſſet excluſa,quando concurreret cum perſona, quæ ex diſpoſitione iuris, vel ſtatuti fęminam dotatam excluderet,quia tũc qualitas illa,quòd pater dotauerit,operabitur, quòd non audiatur filia comparẽs, de iniuſta dotatione ſe conquærens, & in hoc procedunt deciſiones S.C. ſecùs verò , quando non adſunt perſonæ,quæ ipſam excluderent,quia tũc ceſſat dicta iuris,vel ſtatuti diſpoſitio, quo caſu dotatio de per ſe non eſt cauſa excluſionis filiæ à portione,ad quam de iure eſt vocata,& ſic in fine refert, fuiſſe deciſum in anno 1568. & hoc etiam fuiſſe iudicatum per S.C.habetur ex Frãch. d.deciſ.283.

Nec tandèm obſtare, dicebat,quartam obiectionem, quia de filiatione non poterat dubitari,cùm pro tali fuerit habita ab ipſomet patre, & conſanguineis, & vti talis ab eodem patre maritata, & quàmuis non eſſet plenè probatum,eſſe filiam naturalem,
27 ſed ſpuriam, adhùc tamẽ pater tenetur dotare , nedùm filiam naturalem , ſed etiam ſpuriam,immò etiam nefariam,& inceſtuoſam,vt per Manent. conſ.140.nu.67. vol.2. Fontanell.de pact.nupt.d.clauſ.5.gloſ.1.p.1. num.113.& 117.Maſtrill.d.dec.144.Immò
28 pater poteſt dare filiæ ſpuriæ nupturæ plus alimentorum in dotem, quàm ſi nuptura non eſſet,Franch.d.dec.283.n.14. Paleoth. de noth.& ſpur.c.47.n.7. Rebell.de obligat. iuſtit.p.2.lib.5.q.8.ſect.2.nu.6. Sanctarell. d.q.31. n.20.

Ampliùs,dicebatur,quòd quatènus prędicta non militarent,& quòd duę vnciæ deberentur filiæ naturali ab inteſtato , ſecùs
29 verò ex teſtamento, attamen quia hæc filia fuit nupta Cæſari de Vrſo legitimo,& naturali , filia naturalis fuit effecta legitima , vt per Ang.in §.quod verò,auth.quib.mod natur. effic.ſui,gloſ.in l.1.C.de in ius voc. ſequitur Tiraq.de leg.connub.l.1.gloſ.1.nu.18.
30 nàm dicto caſu, quàmuis incapax,fit capax ex viri capacitate,Bald.in l.ſi quis,verſ.& ſi filiam naturalem,C.de natur.liber. Dec.in l fęmina,n.9.ff.de reg.iur.quod eſſe mirabile,& ſingulare, dixit Marſil.ſingul.101. & Caſſan. in Conſuet.Burgund.tit.des ſucceſſ. baſtard.§.11.n.16.Gram.vot.4.n.20. quod in puncto etiam tenuit Io. de Arnono ſoliloq.25.qui loquitur de eo, qui non habebat filios legitimos,& naturales,ſed filiam naturalem, eamq; nuptui tradiderat viro legiti-
31 mo,& naturali, quòd admittatur ad patris hæreditatem,excluſis agnatis,& conſanguineis teſtatoris .

Diſcuſſa hac cauſa in S. C. non fuit dubitatum de filiatione, & quòd ei debebatur dos,iuxtà tamen quantitatem alimẽtorum, quia verè non fuerunt probata requiſita
32 neceſſaria ad conſtituendam eam filiam naturalem , quæ qualitas, Iudicis arbitrio remittitur, vt per Peregrin.de iur.Fiſci d. lib.3.n.72.in fine,quod arbitrium debet regulari,ità vt parum diſcedat ab alimentis, eidem debendis,vt num.78. quia ſi pater in teſtamento,vel inter viuos filiæ ſpuriæ ſuprà modum conſuluiſſet, poſſet reduci ad
33 legitimum modum,quod tamen procedit, ſi marito tradita dos nõ fuiſſet,quia ſi fuiſ-

ſet tradita, conſtante matrimonio, non mi-
nueretur, cùm maritus ſit Dominus dotis,
*l.dote ancillam*, C.*de rei vendic.*& illam ha-
bet titulo oneroſo, *l.ex promiſſione, ff. de*
34 *act.& obligat.* dote autem per mortem
mariti ad vxorem reuerſa, tunc eſſe poteſt
locus modificationi, quia ſpuria illam ha-
35 bet à patre. Et proindè in caſu prædicto
fuit viſum, dotem in pauco eſſe augendam,
& ſtante legato eidem vltrà dotes à patre
in teſtamento facto aliorũ duc. 100.& alio-
rum duc. 300.ab eius hærede, S.C. auxit, in-
cluſis omnibus, tàm dote conſignata, quàm
dictis legatis in alijs duc. 200. & ſic in to-
tum ad duc. 1600. & fuit in cauſa Lucretiæ
de Petio, penès Act. Magiſtr. S.C. Iacobum
Figliola.

Et circà filiorum illegitimè natorũ ſuc-
ceſſionem, & particularitèr in feudis, latè
ſcripſit *D. Reg. Petrus Iordanus Vrſinus*
noſtri S.R.C. Præſes, non minus nobilitate,
moribus animi candore, & in Deum pieta-
te inſigni, quàm doctrina ſingulari, in eius
copioſo *tract. de ſucceſſ. feud.* nupèr in lu-
cem prodito *p.1.q.2.cum ſeqq.*

# OBSERVATIO In Deciſione XCIX.

## *SVMMARIVM.*

1 *Filia naturalis, ſiuè illegitima à patre do-
tata, an, & quando poſſit petere ſupple-
mentũ dotis ab illius hæredibus, & n. 3. 4.*
2 D.Donatus Antonius de Marinis c.94.n.13.
in fin.lib.2.quotid.reſol.*declaratur.*
5 *Dos filiæ ſpuriæ, quæ dicatur competens.*
6 *Legatum factum per Militem S.Iacobi de
Spata Concubinæ non valet, & ſub nu* 8.
*contrarium, nu.9.intellige, vt n.10.ac* 11.
7 *Clericus donare, aut legare Concubinæ non
poteſt, etiam ſi habeat licentiam, nu.8.*
8 *Milites S.Iacobi, Calatraua, & S.Io.Hiero-
ſolymitani, Concubinæ donare nequeunt,
d.nu.8.*
10 *Legatum factum alicui, vt Monachus fiat,
non debetur, ſi matrimonium carnale
contrahat.*
11 *Clauſula,* non alitèr, nec alio modo, *quid in
legato operetur.*

1 IVdicauit S.R.C. in hac cauſa, filiam na-
turalem, ſiuè illegitimam à patre do-
tatam poſſe ſupplementum dotis pe-
tere ab illius hæredibus, & proindè
illos condemnauit ad certam quantitatem
pro dotis ſupplemẽto, vt habetur *hìc, n.35.*
in qua cauſa pro dictis hæredibus patroci-
nium præſtitit *D. de Marin. cap.94.lib.2.
quotid.reſol.* qui *ibid.nu.4.* contrarias deci-
2 ſiones refert, & licèt *nu.13.in fin.* dicat, deci-
ſum fuiſſe iuxtà per ipſum allegata, citans
in teſtimoniũ hanc D.mei *dec.99.* in d. cau-
ſa compilatam, id tamen ex Impreſſoris vi-
tio prouenisse credendum eſt, dùm contra-
riam ſentẽtiam aſſequitur. Inter cauſas au-
3 tem deciſionis ea fuit, quòd quàmuis filia
legitima, & naturalis à patre de proprijs
eius bonis dotata, ſecundùm morem Re-
gionis, non habeat ſupplementũ dotis, non
enim attenditur, quòd dos ſit minus legiti-
ma, vt poſt D.meum *hìc, n.4.5.& 6.*ac *con-
ſult.77.nu.47.*vſq; ad 50. probat *D. Prat.
lib.1.diſcept.forenſ.cap.14. nu.72. & lib.2.
cap.31.nu.23.*eam tamen concluſionem li-
mitat D.meus *hìc, nu.21.* & poſt ipſum *D.
4 Prat.* niſi pater exiguam dotem dediſſet, ità
vt ex ea læſa videretur, eo enim caſu ſup-
plementum petat, idq; accidiſſe in cauſa
D.Duciſſæ Nuceriæ, refert *d.cap.31. nu.24.
& d.cap.14.nu.71.*& in cauſa D.Duciſſę An-
driæ, de qua *nu.69.* ideòq; cùm iſta Actrix
eſſet filia naturalis cuiuſdam nobilis, ac di-
uitis Viri de domo de Petio, quæ non po-
terat alimentari cum intereſſe duc.1000. ei
in dotem à patre aſſignatorum, fuerunt au-
ctæ dotes in duc.200. vltrà legatum pater-
num, duc.100.ac aliorum duc.300.ab eius
5 hęrede relictorum, dos enim æqua, & iuſta
filiæ ſpurię dicitur, quando eſt iuxtà alimẽ-
torum quantitatem, vt fundat D.meus *nu.
32.*ac etiam *Maſtril.dec.144.n.14.* quo re-
lato proſequitur *D.Thor.in add. ad* D.*Reg.
Salernit.dec.9.nu.11.*

Et dùm de filio naturali, illegitimo, ac
ſpurio loquutus eſt D.meus *hìc*, erit obſer-
6 uãdum, quòd legatum factum per Militem
S.Iacobi de Spata ſuæ Concubinæ, non va-
let, vt fundaui pro Sacro Monte Septem
Operum Miſericordiæ, hærede q.D.Princi-
pis S.Martini contrà Ioannam Ricciam, pe-
tentem legatum ducator.decem menſatim
ei relictum à dicto D.Principe, morando
tamen honoratè, & non alitèr, nec alio mo-
do in aliquo Conſeruatorio, ideòq; ipſa
prętendebat, quòd etſi virum duxerit, lega-
tũ ei deberetur, fundabam iuſtitiam d.Mõ-
tis, quia d.D.Princeps erat Miles S.Iacobi
de Spata, & ſic Religioſus, & vti Clericus
gaudebat, ex traditis per D.*Conſil.Carlen.
de iudic.tom.1.diſput.2.q.6 ſect.3. nu.414.*
cum plurib.*ſeqq.D.Epiſc.Sperell.dec.2.nu.
58.84.97.& ſeq.lib.1.*& tamen Clericus nec
7 donare, nec legare Concubinæ poteſt, *Gu-
lielm.de Bened.in cap.Raynuntius, in verb,
& vxorem nomine Adelaſiam, dec.5. n.161.
de teſtam. Coler. deciſ.German 246. nu.10.
lib.2.D Ciarlin.lib.2.controu.forenſ. c.184.
nu.39.*latè alios cumulans *D. Epiſcop. Ric-
ciull.in tract.de perſon.in ſtat.reprob. ver-
ſan.lib.2.tit.de concubin.cap.20.n.22.* alijq;
per

Digitized by Google

per *Me* relati *dec.*14.*n.*15.vbi *n.*17.d.con-
8 cluſionem extendẽdam eſſe dixi,ac ità deciſum adduxi,*nu.* 19.etiam ſi licentiam donandi, vel legandi haberet,& quòd Miles S.Iacobi donare nequeat Concubinæ, habetur ex *Bulla Clement.VIII. de largit. muner.*de qua teſtatur D.*Sperell.ibid.n.*56. & in indiuiduo,quòd Milites S.Iacobi, Calatrauæ, & S. Io. Hieroſolymitani minimè donare poſſint Concubinę,probant *Gomez in l.*51.*Tauri,nu.*68.circà *med.* ac *Peguer. dec.Cathal.*14.*p.*2.

Et licèt concluſio prædicta limitari poſ-
9 ſet,ſi legatum ſit factum, vt Monaſterium ingrediatur, vel matrimonium contrahat, iuxtà adducta per D.*Ricciull.in d.tract.lib.*3.*cap.*21.*nu.*16.nihilominùs hæc limitatio in caſu prædicto non habet locum, ſi enim loquimur,vt legatum ſit factum,vt in Conſeruatorio permaneret,& attenta hac limitatione legatum debetur tantummodò pro tempore,quo in eo morata eſt, & iàm pro d.tempore fuit ſatisfacta, ſi verò pro matrimonio prætẽdere legatum vellet, & quia illud de matrimonio carnali minimè loquitur,ſed tantùm de Conſeruatorio, ideò
10 nõ debetur,legatum enim factum, vt quis Monaſterium ingrediatur, vel Monachus fiat,nòn debetur,ſi matrimonium carnale contrahat,obſtat enim teſtatoris voluntas, quæ requirit continentiam, vt per *Couarr. var.reſol.cap.*19.*nu.*10.circà *med. verſ.non tamen erit,lib.*2. ſequitur *D. Ciarlin. lib.*2. *controu.forenſ.cap.*218.*nu.*52.tantò magis,
11 quia in legato, nedùm aderat clauſula,*non alitèr,nec alio modo*, ideòq; dùm teſtatoris voluntatem non ſeruauit, legatum nõ aſſequitur,ex congeſtis per *D. Andreol. cõtrou.* 81.*n.*1.*&* 2.*lib.*1. *controu.forenſ.* ſed etiam alia clauſula, *& volendo vſcire dal detto Conſeruatorio, perda detto legato di docati diece il meſe*, & ſic obſtat expreſſa teſtatoris voluntas.Cauſa hæc vſq; ad hodiernum diem 22.Octobris 1651.non fuit determinata, & acta ſunt in Banca de Sclauo pro Amico. *M.A.Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Intereſſe rei iudicatæ poſt quatrimeſtre tẽpus an debeatur vigore ſententiæ S.R.C.pendente ipſius reclamatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura centeſima poſt quatuor menſes à die ſententiæ debentur à victo victori.*

2 *Vſura centeſima,quæ ſint,& quarè ità appellentur.*

3 *Maior vſura centeſima in iure nõ reperitur.*

4 *Vſura centeſima,nedùm debetur poſt quatrimeſtre tempus rei iudicatæ, ſed etiam pro nautico fœnore.*

5 *Vſura centeſima licèt poſt rem iudicatam hodiè non ſoluatur, tamen aliquod intereſſe loco illius debetur & n* 6.

*Et quid obſeruetur in facti ſpecie in S. C. num.*7.

8 *Rota Romana poſt expeditum mandatum loco vſuræ centeſimæ, inſtante creditore, condemnare ſolet debitorem ad quinque, vel ſex pro centenario.*

9 *Intereſſe rei iudicatæ hodiè debetur, quàmuis non ſit in condemnatione deductum.*

10 *Intereſſe rei iudicatæ debetur, condictione ex lege.*

11 *Intereſſe rei iudicatæ nùm pendente reclamatione debeatur.*

12 *Tempus quatuor menſium pro exactione intereſſe rei iudicatæ, currit à die confirmationis ſententiæ.*

Text.in l.1.& 2.C.de vſur.rei iudic. *explicatur,n.*12.*&* 13.

14 *Appellatio iudicatum extinguit.*

15 *A ſententia S.C.non appellatur, neq; prouocatur, ſed ſupplicatur, n.*16.

*Et non retardatur exequutio, quàmuis fuerit reclamatum,n.*17.

18 *Reclamatio, & ſupplicatio ſatis differunt ab appellatione.*

19 *Reclamatio à ſententia S.C.admittitur ex benignitate Principis.*

20 *Ex diuerſis non fit illatio.*

21 *Quatrimeſtre tempus non currit in ſententijs,in quibus non datur appellatio.*

22 *Intereſſe rei iudicatæ debetur, non tàm ratione rei iudicatæ, quàm ratione moræ debitoris non ſoluentis.*

*Intellige,vt n.*25.

23 *Intereſſe rei iudicatæ,ad hoc,vt currat,non ſufficit, vt lata ſit ſententia,ſed requiritur,quòd non ſit infrà legitima tempora appellatum,vel quòd in gradu appellationis fuerit confirmata.*

24 *Intereſſe rei iudicatæ incipit currere à die primæ ſententiæ, & non confirmationis.*

26 *Rubrica nigrum declarat.*

27 *Præfationes libri, & ſcripturæ ſignificant, & demonſtrant animum, & mentem ſcribentis.*

28 *Doctoris dictum,debet intelligi ſecundùm iura,quæ allegat.*

29 *Res iudicata dicitur, vbi nullius iuris remedio,nec appellationis,nec ſupplicationis reuocari poſſet.*

30 *Verba legis,vbi non adaptantur,nec militare poteſt eius diſpoſitio.*

31 *Sententia Præfecti Prætorio licèt habeat exe-*

Digitized by Google

*exequutionem paratam,tamen res iudicata dici non poteſt.*

32 *Exequutio,quæ conceditur ſententiæ S.C. procedit ex præminentia Senatus.*

33 *Intereſſe rei iudicatæ,in cauſis alimẽtorum non practicatur.*

34 *Decretum M.C.V. aſſiſtentia exequutioni demandatur, non obſtante appellatione quoad caput adiudicationis.*

*Limita,reſpectu intereſſe,n.*38.

35 *Reclamatio cũ appellatione,à pari procedit.*

36 *Sententia,à qua ſupplicatur,non tranſit in rem iudicatam,niſi poſt biennium.*

37 *Sententia S.C.reſpectu expenſarum ſuſpẽditur per reclamationem.*

39 *Intereſſe rei iudicatæ, quando debeatur in Sac.Conſil.*

40 *Quæ antiquam interpretationẽ habuerunt, minimè ſunt mutanda.*

41 *Vſuræ rei iudicatæ tantummodò debentur reſpectu ſortis,non autem pro vſuris prioribus,licèt in condemnationem deductis.*

42 *Intereſſe rei iudicatæ ſubrogatur in locum illius vſuræ,quæ priùs currebat ex contractu.*

43 *Intereſſe licèt in ſententia denegetur,tamen debetur poſt rem iudicatam.*

44 *Appellatio temeraria inducit intereſſe.*

# Deciſio C.

1 VSuras centeſimas poſt quatuor menſes à die ſententiæ deberi à Victo Victori,habetur ex *tex.in l.1.2. & fin. C.de vſur. rei iudic.* vbi *gl.& DD.*& in *l.1.*& in *l.in fideicomm. ff.de vſur.*& in *l.in beneficium,*C.eod.tit.di-

2 cuntur autem vſuræ centeſimæ , non quæ quolibet anno ſortem æquabant , vt malè ſentiunt *Accurſ.in auth.de alien.emphyt.*§. *licẽtia,in verb.centeſimæ,*& in *l.eos, in verb. etiam,C.de vſur.& gloſ.in can.ea* 12. *q.*2. & in *can.quoniam multi* 47.*diſt.*vbi *Io.de de Turrecrem.& Azo in ſumm.C. de naut. fœnor.* & ideò optimè reprehenduntur à recentioribus,vt notat *Straec.de mercat.in tract.de aſſecur.in princ.nu.*18.vbi latè materiam declarat,ſed dicitur centeſima, ex eo , quòd in centeſimo menſe cum ſorte adæquatur, nàm quolibet menſe ſoluebatur vnum pro centenario,ideò dicitur eſſe nummorum duodecim per annum , vt declarant *DD.in l.lecta, ff. ſi cert.petat.*& præcipuè *Groslot.in princ.& nu.*5.*cum ſeqq.* & *ibidem Cagn. Sot.de iuſt.& iur. lib.*6.*q.*1. *art.*1.*verſ.promiſſio autem,Azor.inſtit.moral.p.*3.*lib.*5. *tit.de vſur. cap.*2.*q.*3. *Io.Bapt. Lupus in l.curabit, commen.*1. §.3. *nu.*11. *C.de act.empt.Couarr.var.reſol.lib.*3.*cap.*9. *nu.*6.*Fachin.controu.iur.lib.*5.*cap.*14.& alij per *Scacc.de comm.& camb.*§.1.*q.*7.*p.*2. *ampliat.*8.*n.*53.*Tiraquel.de retract.lignag.*§.1. *gloſ.*6.*nu.*28.*Garz.de expenſ.& melior.c.*19. *nu.*15.*Fuſc.ſingul.* 55.*lit.V.Anna filius conſ.*48. *Conſil.Theodor.in alleg.* 40. *nu.*6.

3 vbi latè materiã declarat , neq; maior vſura in iure reperitur,quàm vſura centeſima, vt habetur in *l.nihil intereſt, ff.de naut.fœnor.*quæ nedùm debetur poſt quatrimeſtre

4 tempus rei iudicatæ,ſed etiam pro nautico fęnore pecuniæ traiectitiæ, ſuo ſuſcepto periculo,quæ ſoluebatur,cùm mercator accipiebat pecuniam, tranſuehendam per mare,periculo mutuantis, nàm illi vſura centeſima per ſtipulationem promittebatur, *Nauarr.in can.ſi fœnerauerit* 14.*q.*3.*n.*14. *Couarr.var.reſol.d.lib.*3.*cap.*2. *n.*5. *Molin. de iuſt.tom.*2.*de contract.diſput.*304.*Scacc.* qui alios affert *de commerc. & camb.* §. 1. *q.*1.*nu.*288.

5 Hæc autem vſura centeſima poſt rem iudicatam hodiè non ſoluitur, cùm vſuræ ſint omni iure prohibitæ, vt latè habetur per *Scacc.de iudic.lib.*2.*cap.*9. *nu.*554. *Ludouic.Molin. in d.diſput.*304. *Azor.inſtit. moral.lib.*5.*tit.de vſur.c.*2.*q.*4.ſub *nu.*404. *Nauarr.in d.can.ſi fœnerauerit, n.*11. *q.*3. quod etiam habetur ex *Scacc. de re iudic.*

6 *gloſ.*14.*q.*31. debetur tamen aliquod intereſſe loco illius,& ideò *Franch. in deciſ.*21. *nu.*6.dicit,quòd in S.C.circumſcripta vſura

7 cẽteſima proceditur ad liquidationem,vel iuxtà damnum , quod Actores patiuntur, vel iuxtà lucrum ceſſans,quod etiam ſeruatur in Alma Vrbe , nàm Auditor Cameræ

8 poſt expeditum mandatum contrà debitorem Societatis Officij, creditore inſtante condemnat debitorem ad quinque, vel ſex pro cẽtenario,vt per *Scacc.d.tract. de commerc.& camb.*§.1.*q.*7.*p.*2.*ampliat.*8.*n.*246. *& de re iudic.gloſ.*14.*q.*31.*nu.*2.quod probatur ex ſententia *D.Thom.*2.2.*q.*62.cuius verba referuntur à *Farinac. in conſ.*5. ſub *nu.*87.*lib.*1.vbi,quòd debet debitor aliquã recompenſationem facere, ſecundùm perſonarum,& negotiorum qualitatem , & refert deciſionem coràm Accorambono Rotæ Decano.

9 Quod quidèm intereſſe rei iudicatæ hodiè debetur,quàmuis non ſit in condemnationem deductum,quia ſi moroſus debitor poſt rem iudicatã infrà quatrimeſtre tempus,ei à lege præfinitum,non ſoluerit,tenetur ad dictum intereſſe,tãquàm conſequutiuum ipſius ſententiæ,iuxtà diſpoſitionem *text.in l. ſi longius, C.de exeq. rei iudic.* &

10 debetur condictione ex lege, vt declarat *Franch.in d.dec.*21. Et ſic quàmuis vſura centeſima non debeatur , tamen debetur aliquod intereſſe,ratione damni emergentis,vel lucri ceſſantis,quod regulatur ex diſpoſi-

ſpoſitione dictorum iurium, loquentium de vſuris rei iudicatæ.

Hinc orta fuit controuerſia inter Ill. Principiſſam Scillæ Aquauiua, ſecundam vxorem q. Ill. D. Fabritij Ruffo Principis Scillæ cum moderna Principiſſa Scillæ, D. Fabritij hærede, vigore annui legati vitalitij relicti per d. Ill. D. Fabritium prædictæ eius vxori. Obtenta enim ſententia per d. Ill. Principiſſam actricem pro dictis alimentis legatis, fuit diù litigatum, tàm circà prædictorum alimentorum liquidationem, quàm circà aſſertam compenſationem, per viam exceptionis oppoſitam per conuentam, quibus tandèm omnibus deciſis, fuit pro parte Ill. Principiſſæ conuentę reclamatum, & fuit
11 dubitatum, vtrùm pendente reclamatione debebatur intereſſe rei iudicatę, ſaltim poſt quatrimeſtre tempus, iuxtà diſpoſitionem *text. in d. l. 1. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.* & dubium oriebatur ex *text. in d. l. 2.* vbi per appellationem, vel prouocationem ſtatuit *Imperator*, quòd non currat tempus quatuor menſium pro exactione intereſſe rei
12 iudicatæ, niſi à die confirmationis ſententiæ, & proindè arguebatur, idem eſſe decidendum, pendente reclamatione.
13 Dicebatur tamen pro parte Ill. Actricis, quòd *ibi Imperator* loquutus fuit de prouocatione, ſiuè appellatione, quæ iudicatũ, & eius vires ſuſpendit, etiam circa exequutionem, *cap. ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. cap. venientes*, ibi, *ſententias appellationis ſuſpenſas, de iur. iuran. c. 1. de re iudic. l. 1. C. ſi aduerſ. credit. & l. 1. § fin. ff. ad S.C. Turpill. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. Felin.* & alij *in rubr. extrà de appellat. Affl. dec. 188. n. 5. & 296. in fine, & ibidem Vrſill. Capyc. dec. 28. in fin. & 202. Lancell. de attent. appell. pend. in præfat.* ex *nu.* 108. vſq; ad 114. *Giurba deciſ. 49. nu. 13. Faber* in ſuo *Codice, tit. de fruct. & lit. expenſ. diffinit. 75. Ruginell. de appellat. tit. quid ſit appellatio, & quos effectus producat, num. 6.*
14 Immò appellatio extinguit iudicatum, *l. final. in fin. ff. ad Turpill. cap. paſtoralis, §. prætereà, de offic. deleg. cap. venientes, de iur. iur. Ruginell. vbi ſuprà, n. 9.*

Quod tamen ſecùs eſt in ſententia S.C.
15 à qua non appellatur, nec prouocatur, tanquàm de ſentẽtia lata à Præfecto Prætorio, *l. vnic. C. de ſentent. Præfect. Prætor.* & proferuntur ſententiæ nomine Regio, *pragm. 6. de offic. S.C.* ſicut de Curia Parlamenti habetur ex *Guid. Pap. de appellat. n. 35.* & de Pariſienſi Curia, & Mechlinienſi teſtatur *Damboud. in prax. ciuil. c. 233. Brederod. de*
16 *appell. p. 1. tit. 5.* Et ideò tantùm ſupplicatur, *Hipolyt. de Marſil. ſingul. 647. Roland. conſ. 94. nu. 4. vol. 1. Dec. in l. fin. nu. 50. C. de edict.*
17 *Diu. Hadrian.* & quàmuis fuerit reclamatum, non retardatur exequutio, vt habetur ex *authent. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offer. Marant.* in ſuo *ſpec. p. 6. verſ. & quandoq; appellatur, num. 11. 250. & 351.* prout de ſentẽtia noſtri S.C. Neap. habetur etiam ex *Ruginell. de appell. §. 6. gloſ. 7. c. 2. n. 36.* qui illud appellat Magnum Cõſilium,
18 & reclamatio, ſiuè ſupplicatio in hoc ſatis differunt ab appellatione, quia ſententia, à qua appellatur, ea pendẽte non poteſt exequutioni demandari, in reclamatione verò victus reclamans tenetur parere ſententiæ, nec reclamatio exequutionem impedit, *Affl. dec. 231. nu. 2. Capyc. d. dec. 28. Carau. in Rit. M.C.V. 252. n. 3. & 4. in fine*, admittitur
19 enim reclamatio ex Principis benignitate, *cap. ex literis, & ibi Abb. de reſtit. in integr. Dec. conſ. 433. Affl. dec. 341. n. 3. Marant. vbi ſuprà, nu. 18.* & ideò diſpoſitum pendente appellatione, non poteſt locum ſibi vendi-
20 care in reclamatione, quia ex diuerſis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. c. 2. de translat. Prælat.* & in terminis appellationis, & reclamationis *Afflict. dict. deciſ. 231. & 241.*

Immò, in ſententijs, in quibus non datur
21 appellatio non habere locum quatrimeſtre tempus, quia ſtatim victus illo non expectato debet ſoluere, habetur ex *Alex. in l. debitoribus, ff. de re iudic. n. 11. & ibid. Iaſ. n. 9.* vbi non dari hoc tempus quatrimeſtre in ſententijs Principis Senatus, vel ſimilibus affirmat *Gabr. lib. 2. comm. concl. concl. 1. de appell. Ruginell. vbi ſuprà, n. 41.* & ſic declaratur, intereſſe rei iudicatæ deberi poſt ſententiam S.C. etiam quatuor menſibus non expectatis, ſicuti nec procedere poſſet in qualibet cauſa inappellabili, in qua non haberet locum dilatio prædicta, ex *text.* notabili in *§. aliud*, vbi *Angel. in auth. vt ſponſal. largit.* & ex alijs hoc fundat *Carocc. except. 53. n. 10. & 11.* quod etiam probat *Roderic. de ann. redit. lib. 3. q. 4. nu. 40.* qui dicit, quòd hoc quatrimeſtre tempus exoleuit, quia condemnati ſtatim rem iudicatam facere coguntur.

Rursùs pro parte Ill. Actricis ad hanc
22 opinionem fundandam dicebatur, quòd intereſſe prædictum debetur, non quia res eſt iudicata, ſed quia debitor fuit moroſus, non ſoluendo id, quod virtute ſententiæ ſoluere debebat, ponderando verba poſita in *d. l. 1. C. de vſur. rei iudic.* vbi continuando præcedentem *Rubricam de exequutione rei iudicatæ*, ibi, *quia vt poſt legitimum tempus placitis non obtemperauerint, vſuram centeſimam temporis, quod poſteà fluxerit, ſoluant*, & quàmuis in *l. 2. eod. tit.* dicatur, quòd non debetur à ſententia, à qua fuit appellatum, niſi poſtquàm fuit illa confirmata, hoc procedit, quia cùm exequi non poſſit,

Digitized by Google

poſſit,ceſſat mora, & inobedientia debito-
ris, quia non ſoluit.

In contrarium tamen pro parte Ill.Prin-
cipiſſæ conuentæ dicebatur,quòd ad finem,
vt incipiat currere intereſſe rei iudicatæ,nõ
23 ſufficit, quòd ſit lata ſententia,ſed requiri-
tur,quòd non ſit infrà legitima tempora ap-
pellatum, vel quòd in gradu appellationis
fuerit ſententia confirmata,quo caſu incipit
24 currere,non à die primæ ſententiæ, ſed à
die confirmationis, vt probatur ex *tex.in d.*
*l.2.C.de vſur.rei iud.* vbi omnes *DD.* & præ-
cipuè *Bald.Angel.Salyc. & Paul.de Caſtr.*
Nec eſt verum,quòd hoc intereſſe debeatur
ex mora, & inobedientia victi, ſed vtrumq;
25 deſideratur, quòd res ſit iudicata, & quod
poſt dilationem quatuor menſium non ſol-
uerit, quod probatur apertè,quia *Impera-*
*tor* prædicta iura collocauit ſub *rubr. de*
26 *vſur.rei iudic.* nàm rubrica nigrũ declarat,
*Menoch.conſ.75.n.89.& conſ.76.nu.18.* qui
dicit,quòd rubricæ ſunt conſcriptæ ſolùm
27 ad demonſtrandum contenta in nigro, ſi-
cuti etiam dicimus, quòd Præfationes libri,
& ſcripturæ,ſignificant, atque demonſtrant
animum,& mentem Scribentis,*l.final.ff.de*
*hæred.inſtit.* vbi etiam *Bart.* & ceteri *DD.*
*Dec.conſ.640.in fin.Curt.iun.conſ.185.col.*
*2.Crauett.conſ.192.n.21.* ità etiam dicimus,
28 dictum Doctoris obſcurè loquentis, debe-
re intelligi ſecundùm iura per ipſum alle-
gata, *Bart.in l.non ſolùm, §.liberationes,*
*nu.10.ff.de liber.legat. Menoch. conſ.766.*
*nu.16.* Cùmq; *Rubrica* ſit *de vſuris rei iu-*
*dicatæ*,neceſſe eſt fateri,quòd de re iudica-
ta loquatur *Imperator*,pendente autem re-
29 clamatione certum eſt,non poſſe dici, rem
fuiſſe iudicatam, quia iudicatum dicitur,
quod nullius remedio iuris,nec appellatio-
nis.nec ſupplicationis reuocari poſſet, vt
tradit *Hugo Piſanus*,quem refert,& ſequi-
tur *Franc.de Acceptantibus, de ſententia*
*diffinitiua,& interlocut.nu.1.& 2.in 5.vol.*
*tract.* ex *tex.in l.elegantèr 23.§.ſi poſt rem*
*iudicatam,in fin.ff.de condit.indeb.* vbi rem
iudicatam appellat ſententiam indubita-
tam, quæ nullo remedio attentari poteſt,
hoc etiam probat *Bart in l.1.ff.de re iudic.*
*& Canon.in can.in diffinitiua 2.q.6.Caſſad.*
*dec.8.de reſcript.* Et propterea dicebatur,
30 quòd cùm verba legis non adaptentur ſen-
tentiæ,de qua pendet ſupplicatio,vel recla-
matio,non debet militare in hoc caſu eius
diſpoſitio,*l.4.§.totiès,ff.de damn.infect.*

Nec quia ſententia Præfecti Prætorio ha-
31 bet exequutionem paratam,dici poteſt res
iudicata,quia ſententiæ exequutio non di-
citur res iudicata,ſed ipſius rei iudicatæ ſe-
quela,vt per *Cagnol.* poſt alios in *l.res iu-*
*dicata*,circà *fin.verſ.ex quibus,ff.de regul.*
*iur.* & illa exequutio ſententiæ non conce-
32 ditur,quia res dici poſſit iudicata, ſed ex
præeminentia Senatus,non recognoſcentis
alium maiorem,ſiuè Superiorem,*l.1.& ibi*
*Bart.ff.à quib.appell.non licet, Io.Monac.*
*in defenſ.Iudic.tit.contrà appellat. p.1.fol.*
*162.lit.A.& B.Natta conſ.608.* Et ſatis eſſet
abſurdum dicere, quòd ex eo ſolo,quòd
ſententia habet exequutionem paratam,nõ
ſoluendo reus infrà quatrimeſtre, debeat
ſoluere vſuras rei iudicatæ,multi enim ſunt
caſus,in quibus ſententia exequutioni de-
mandatur,& tamen tale intereſſe non po-
33 teſt practicari,ſicuti in cauſis alimẽtorum,
*Bald.in l.ſi de inſtituta, §.ſi de inoffcioſo,*
*nu.2.ff.de inoffic.teſtam.Angel. in l.penult.*
*in fin.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.*
*Affl.dec.152.Surd de alim. tit.8.priuil.96.*
*Peregrin.de fideicomm.art.46.n.43.Carroc.*
*except.44.nu.8.* vbi etiam alios caſus enu-
merat,ſic etiam in Regno in aliquibus ca-
34 ſibus decretum M.C.exequutioni deman-
datur,non obſtante appellatione,vt in de-
creto aſſiſtentiæ quòad caput adiudicatio-
nis,*Franch.dec.120.* & in decretis à duc.150.
infrà,vt habetur ex *Reg.Pragm.6.de appell.*
35 non ergò exequutio poteſt dici cauſa, vt
intereſſe rei iudicatæ currat, ſed oportet,
quòd res dicatur iudicata,& pendente re-
clamatione non dicitur res iudicata, vt ſu-
prà dictum eſt, immò reclamatio reducit
rem in eo ſtatu,in quo erat tempore litis
conteſtatæ,ſicut & appellatio,*Scip.Rouit.in*
*pragm.5.de offic.S.C.n.7.* & à pari paſſu am-
bulat cum appellatione,*Iſern.in cap.præte-*
*reà, ſi inter duos 6.col.in princ.* ibi, *ſed po-*
*ne,quòd poteſt,de probib.feud.alien.per Fe-*
*der.& Affl.in prælud.Conſtit. Regn.q.10.*
*n.7.* quos refert,& ſequitur *Reg.Lanar.conſ.*
*64.nu.25.& 26.& Affl.in loc.cit.n.9.& 10.*
36 dicit,quòd ſententia,à qua ſupplicatur,non
tranſit in rem iudicatam,niſi poſt biẽnium,
quod ſecùs eſt in ſententia Iudicis inferio-
ris,in qua non datur tempus ad appellan-
dum,niſi decẽ dierum, & ideò per *Rit.252.*
incip. *Si contingat*,cauetur, quòd licèt per
ſententiam S.C. ſit victus in expenſis con-
demnatus,quàmuis ſententia exequutioni
demãdetur,tamen interpoſita reclamatio-
ne ſuſpenditur exequutio pro expenſis,do-
37 nec, vel fuerit in reclamatione ſententia
confirmata,vel fatalia ſint elapſa,vt etiam
*ibi* declarat *Carau.* & hoc eſſe de ſtylo S.C.
dixit *Affl.dec.358.in fi.* licèt in Gallia alitèr
ſeruetur,teſte *Rebuff.in tract. de ſupplic. in*
*præfat.nu.40.* quem refert *Carau. in d.Rit.*
*nu.5.* ſic etiam aſſiſtentia, quæ, vt diximus,
38 habet exequutionem paratam, habet lo-
cum pro ſorte, non autem pro intereſſe,
*Ioa.Vinc.de Anna ſing.494.in verb.Statu-*
*tum.* Dicebatur etiam,quòd hoc pro abſo-
luto habuit *Affl.dec.93.* licèt re vera potiùs

ex

Digitized by Google

ex argumento elici poſſet.

Articulus prædictus viſus fuit nouus in S.C. quamuis enim aliquando fuerit deter-
39 minatum, intereſſe rei iudicatę deberi à victo, prout habetur etiam fuiſſe deciſum ex *d. dec. de Franch. 21.* tamen hoc intelligendũ erit, quando ſententia fuit in reclamatione confirmata, vel fatalia eſſent elapſa, ità vt ſententia feciſſet tranſitum in rem iudicatã, aliàs eſſet contrà iura ſupradicta allegata, nec partes produxerunt, aliàs per S.C. iudicatum fuiſſe, intereſſe prædictum deberi, pendente reclamatione, nec alias fuiſſe tale
40 intereſſe ſolutum, & quæ antiquam interpretationem habuerunt, minimè ſunt mutandæ, *l. minimè, ff. de legib. Franch. in dec. 152. nu. 6.* Et ideò iunctis Reg. Conſil. Auxiliarũ Didaci Salinas, & Petri Antonij Carauitæ, die 28. Maij 1639. fuit pro maiori parte votorũ deciſum, non deberi intereſſe rei iudicatæ, in Banca Borrelli pro Cioffo.

Et licèt in hac cauſa alia concurrebant, quia, quando per ſententiam S.C. fuit condemnata Ill. Principiſſa conuenta, in ſpecie fuit dictum, abſq; intereſſe, & ideò pro ea dicebatur, quòd Actrix non petijt intereſſe decurſum antè ſententiam, ſed illud, quod poſt tempus quatuor menſium à die ſentẽtiæ ſibi prætendebat deberi, dicebatur ta-
41 men per Conuentam, eatènus intereſſe rei iudicatæ deberi, quatènus priùs antè ſententiam debebatur, quod probatur ex *text. in d. l. fin. C. de vſur. rei iudic.* vbi ſtatuitur, vſuras rei iudicatæ tantummodò deberi reſpectu ſortis principalis, nòn autem pro vſuris prioribus, licèt in condemnationem deductis, & ſic *tex.* prædictum intelligit *ibidem Iacob. Butrig. & Fab. de Ann. in conſ. 48. n. 36.* dicit, quòd vſura rei iudicatæ ſub-
42 rogata eſt loco illius vſuræ, quæ priùs currebat ex contractu, quæ non currebat, niſi ex ſorte, & ideò centeſima tantùm ex ſorte currere debet, & eum ſequitur *Epiſc. Ricc. in addit. ad dec. de Franch. 21.* & proindè cũ ex ſorte per ſententiam intereſſe non debeatur, neq; poteſt currere poſt ſententiam, quod probatur ex *Bald. in d. l. fin. verſ. 4. ratio,* antè *n. 1.* vbi arguit, quòd illud, quod ſubrogatur loco alicuius, debet ſapere naturam eius, cuius loco ſubrogatur, ſed centeſima vſura ſubrogata loco illius minoris, quæ currebat ex contractu, quia non currebat, niſi ex ſorte, ergò nec centeſima currit, niſi ex ſorte, quod etiam probat *Paul. de Caſtr. in l. vnic. nu. 4. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* per *text.* cum *ibi* notatis in *l. 1. C. fiſcal. vſur. lib. 10.* & ex *text in l. 1. C. comminat. epiſt. & program.* licèt prædictis pro
43 parte Ill. Actricis replicaretur per *text. in l. in bonæ fidei, C. de vſur.* vbi licèt in ſententia fuerit denegata vſura, tamen ea de-
44 betur poſt rem iudicatam, immò appellatio temeraria inducit vſuras, *Bald. in d. l. vnic. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* & quòd doctrina *Paul. de Caſtr.* procedit in vſuris illicitis, verùm articulus prædictus non fuit deciſus, ſed tantùm, an pendente reclamatione intereſſe rei iudicatæ debeatur.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione C.

### *SVMMARIVM.*

1 *Debitor condemnatus, non ſoluens quantitatem debitã, poſt quatrimeſtre tempus, ſoluit intereſſe rei iudicatæ, ſiuè vſuras centeſimas, non tamen procedit in ſententia S.R.C. Neap. reclamatione pendente, nu. 2. contrarium deciſum adducitur ad rationem duc. ſeptem pro centenario, n. 3. & ad rationem quinq; pro centenario deciſum traditur, n. 4. 7. & 8.*

*Intereſſe rei iudicatæ ad quam rationem liquidetur in S.R.C. diuerſimodè deciſum adducitur, d. n. 3. 4. 7. & 8.*

5 *Vſura centenſima hodiè non exigitur, ſed eius loco ſoluitur intereſſe, iuxtà damnũ, vel lucrum ceſſans, nu. 6.*

9 D. Eraſmus de Ponte, *& Fratres fuerũt reintegrati ad honores Sedilis Portæ Nouæ.*

1 CErtum eſt de iure, quòd debitor condemnatus, ſi moroſus fuerit in ſoluendo quantitatem, in ſententia, vel decreto contẽtam poſt quatrimeſtre tempus, tenetur ad intereſſe rei iudicatæ, ſiuè vſuras centeſimas, iuxtà *l. 1. & 2. & l. ſi longius, C. de vſur. rei iudic.* & ità iudicatum per S.R.C. teſtatur D. *Reg. Sanfelic. dec. 164. nu. 6. lib. 1.* & antè ipſum pariter aliam deciſionẽ refert D. *de Franch. deciſ. 21.* ſequitur *Menoch. de arbitr. iudic. cent. 1. caſu 6. num. 11. lib. 2.* ſed ſi à ſententia
2 S.R.C. ſit reclamatum, pendente illius reclamatione d. intereſſe non debetur, vt fuit hìc deciſum, & habetur *nu. 40.* quam deciſionem aſſequitur D. *Prat. cap. 3. nu. 6. & 7. lib. 1. diſcept. forenſ.* & licèt hic articulus fuerit viſus nouus in d. S.C. cùm partes non
3 produxerint, aliàs fuiſſe iudicatum, deberi d. intereſſe, nec ſimiliter illud fuiſſe ſolutũ, pendente reclamatione, vt refert D. meus *nu. 39.* attamen cùm percunctaſſem proceſſum S.R.C. inter D. Eleonoram Brãcaciam, & DD. Claudium, ac Io. Vincentium Milanos, pro intereſſe D. Principis Sepini, & Fratrum hæredum d. D. Io. Vincentij, reperi, hũc articulũ in terminis fuiſſe per d. S.R.C. deciſum, de anno 1625. cõdemnatis nàmq; DD. Claudio, ac d. Ioan. Vincenzio Milanis

per S.C.ſub die 2.Iunij 1614. ad ſoluẽdum
D.Eleonoræ Brancaciæ duc.1040.2.10.pro
capitali,ſalua meliori deliberatione quoad
intereſſe,interpoſita reclamatione à d.ſen-
tentia,illaq; commiſſa alteri D.Conſiliario
eiuſdem Aulæ,in qua cauſa fuerat proceſ-
ſum ad nonnullos actus circa compilatio-
nem proceſſus,qua compilatione pendente
fuit per d.D. Eleonorã,de menſe Octobris
1623.petitum corã D.Conſil.cauſæ Com-
miſſ.in prima inſtãtia intereſſe rei iudicatæ,
& per d.S.R.C. fuit ordinatũ,quòd proce-
datur ad deciſionem d.articuli, abſq; ter-
mino,ſtãte,quòd erat articulus iuris,ideòq;
per idem S.R.C.ad relationem D.cauſæ Cõ-
* miſſarij primæ inſtantiæ,die 10.Iunij 1625.
fuit deciſum,deberi d. D. Eleonoræ vſuras
rei iudicatæ, ad rationem duc.7. pro cen-
tenario,& obtenta per dictos DD.de Mila-
no Regia decretatione, de verbo faciendo
loco reclamationis, ſub prætextu, quòd d.
reclamatione adhùc non deciſa,non pote-
rat ſuper dictis vſuris rei iudicatæ prouide-
ri, facto verbo in d.S.R.C. die 29. Octobris
1625. fuit confirmatum decretum prædi-
ctum,ideòq; pro illorum exequutione,me-
diante alio decreto eiuſdem S.R.C. ſub die
10.Aprilis 1626.fuit d.intereſſe rei iudica-
tæ liquidatum in duc.650.vt in proceſſu in
Banca de Vendicto, quàmuis S.R.C. liqui-
4 dare ſoleat d intereſſe ad rationem ducat.
quinque pro centenario, vt fuit deciſum
* in cauſa D.Marchioniſſæ Lauelli, cum D.
Cornelia de Tufo,de anno 1625.ad relatio-
nem D.Conſil.*Brancia*, in Banca de Ferra-
5 rijs, nunc de Spera, vſura enim centeſima,
de qua D.meus *num.2.& Theſaur.dec.43.
nu.3.in fin.ac n.5.& dec.57.in princ.* hodiè
6 non exigitur, ſed eius loco debetur inte-
reſſe,iuxtà damnum,quod actor patitur,vel
iuxtà lucrum ceſſans,vt ex *D.de Franch.* de-
ducit D.meus *nu.5.6.& 7.* ideòq; variè per
7 S.R.C.taxatum reperitur,proût ſimilitèr ad
rationem quinque pro centenario deberi,
fuit per S.R.C determinatum in gradu re-
clamationis in caſu huius *deciſ.* dũ fuit iudi-
catum,deberi d.intereſſe,quod primo loco
erat denegatum,licèt fuerit datum etiam
pro intereſſe legati petiti in reclamatione,
mediante decreto tenoris ſeq.videlicèt,

*Die 8.Octobris 1642.*

*Facto verbo per Reg.Conſil. D. Thomam de
Carleual, iunctis Aulis.*

*Benè reclamatum, & proindè deberi intereſſe
rei iudicatæ,ac etiam pro intereſſe legati
petiti in ſupplicatione porrecta per Il-
luſtr.Principiſſam Scillæ D.Iſabellam
Aquauiuam,ſub die 26.Ianuarij 1640.
fol.462.dentur dictæ Illuſtr. Principiſſæ
D.Iſabellæ Aquauiuæ duc.octo mille pro
omnibus,&c.*

Sic paritèr in cauſa Lauræ Montaquila,&
Io. Franciſci de Felice coniugum , cum
Eccleſia SS.Annunciatæ de Gaeta, cũ enim
8 per ſententiam S.R.C.fuiſſet condemnata
d.Eccleſia ad ſoluẽdum dictis Coniugibus
duc.1000. pro ſubſidio maritagij vigore
legati, fuit petitum intereſſe rei iudicatæ,
pendente reclamatione à dicta ſententia,&
fuit ad relationem D.Conſil.*Miroballi*,de
* anno 1649.deciſum,deberi d.intereſſe,ſinè
vſuras rei iudicatæ ad rationem duc.quin-
que pro centenario, cum interuentu DD.
Conſil.*De Aquino,Soto,& Ioa.Bapt. Mu-
ſcettula*,in Banca Solatij, patrocinante pro
dictis Cõiugibus D.*Ioſepho Guido Manſo*,
viro docto,& pro d.Eccleſia *D.Eraſmo de
Ponte*, viro ex omni parte integerrimo,
æquiſſimo,timoratæ conſcientiæ,ac Aduo-
cato nemini ſecundo,meoq; ſingulari Do-
9 mino,qui hodiè 9.Octobris 1651.obtinuit,
vnà cum eius Fratribus ſententiam reinte-
grationis ad Sedile Portæ Nouæ huius Ci-
uitatis Neap. patrocinante pro d.Sedile *D.
Paulo Iannettaſio*, & pro dictis DD.Fratri-
bus De Ponte D. *Donato Antonio de Ma-
rinis*,tenor verò ſententiæ eſt, videlicèt.

*In Dei nomine. Amen.*

PHILIPPVS DEI GRATIA REX,&c.

*VIſa ſupplicatione olim Maieſt. Noſtræ,
noſtroq; S.C. oblata,ſub die 14. menſis
Ianuarij,Anno 1650.pro parte Ill.Tripho-
nis de Ponte Ducis Flumeris,ac V.I.D.Ray-
mi,Andreæ,& Claudij de Ponte fratrum,
cõtra Ill.Plateam Sedilis Portæ Nouæ ,fol.
426.cuius tenor talis eſt,&c.*

*Viſis deniq; videndis,&c.*

*Facta relatione in Reg.Collat.Conſil. ac-
cedente etiam voto Spectabilium Reg. Can-
cell.Regentiũ,ac audito Reg.Conſil. D.Tho-
ma Martinez Fiſci Patrono, iunctis Regijs
Conſiliarijs duarum Aularum.*

*Per hanc noſtram diffinitiuam ſenten-
tiam dicimus,pronunciamus, ſententiamus,
decernimus, & declaramus, Ill. Triphonem
de Ponte Ducem Flumeris, ac V.I.D. Ray-
mum, Andream, & Claudium de Ponte
fratres Principales Actores,eorumq; deſcen-
dentes reintegrandos,& admittendos eſſe,
ac reintegrari,& admitti debere, proùt hac
præſenti noſtra diffinitiua ſententia ipſos
reintegrari,& admitti volumus,& manda-
mus ad honores dicti Ill. Sedilis Portæ No-
uæ,ità vt gaudere debeant, & valeant om-
nibus honoribus,dignitatibus, & prærroga-
tiuis, quibus ceteri Nobiles de eodem Sedili
gauiſi ſunt,& gaudent.*

*Hanc eandem,&c.*

*Io.Franciſcus Marcianus.*

*Le-*

Digitized by Google

*Lecta, lata, & publicata fuit præſens diffinitiua ſententia in Regio Palatio, & propriè in Reg. Collat. Conſil. ibidem aſſiſtentibus Spectab.* DD. *Reg. Collat.* Conſil. *Didaco Bernardo de Zuſia Propræſide S.R.* C. *Ill. Antonio Caracciolo Marchione S. Sebaſtiani, Ill. Hectore Capycio Latro Marchione Torelli, &* D. *Hieronymo Garzia Regentibus, & Magnificis Reg. Conſil. Franciſco Antonio Muſcettula, Aloyſio Gãboa, Marco Antonio Cioffi, Io. Baptiſta Amendola, Ioa. Franciſco Marciano cauſę Relatore,* D. *Andrea de las Torres,* D. *Stephano Carillo, Antonio Capiblanco &* D. *Felice Vlloa Regijs Conſiliarijs, ac Reg. Conſil.* D. *Thoma Martinez, in præſenti cauſa Fiſci Patrono, & nonnullis alijs in numero opportuno. Neap. die 9. menſis Octobris 1651.*

*Ioſeph Caetanus S.R.C. Act. Mag. Regiſtr. in Sentent. S.R.C. Anni prædicti 1651. fol. 75.*

*De Mercatis Secretarius.*

M. A. Gizzius.

## ARGVMENTVM.

Poſſeſſorij, & Petitorij cumulatio, quando fieri poſſit, vel non, latè diſcutitur.

### SVMMARIVM.

1 *Cumulatio petitorij, & poſſeſſorij non eſt admittenda, maximè, vbi actionum repugnantia reſultaret, n.* 10.
*Limita, de conſenſu partium, n.* 18.
*Contrarium, n.* 2. *&* 6.
*Diuerſa* DD. *opiniones recenſentur, n.* 3.
*Limita, in iuribus incorporalibus, n.* 12.
*Amplia, etiamſi priùs poſſeſſorium, & deindè petitorium actor intentauerit, n.* 13.
4 *Poſſeſſorium retinendæ non poteſt cum petitorio cumulari.*
5 *Vendicare non poteſt quis id, quod poſſidet.*
6 *Petitorium vbi ſe compatitur cum poſſeſſorio, vtrumq; cumulari poteſt.*
*Maximè, vbi vnico libello cumulantur, n.* 7.
*Amplia, etiam in iudicio attentatorum, n.* 8.
9 *Iudicium attentatorum, & iudicium nullitatis cõtractus, poſſunt inſimul cumulari.*
11 *Agens interdicto retinendæ dicitur poſſidere, & in poſſeſſione turbari.*
14 *Petitorium, & poſſeſſorium, attento iure Canonico, ſimul, & ſemel proponi poſſunt.*
*Amplia, etiã in poſſeſſorio recuperandæ, n.* 15.
16 *In incorporalibus ordinis, & repugnantiæ ratio ceſſat.*
17 Bart. in l. naturalitèr, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ. *perpenditur, & n.* 22.
19 *Interdictum vti poſſidetis, & rei vendicationis actio cumulari poſſunt.*
20 *Poſſidere dicitur, qui ciuilitèr poſſidet, & ei remedium poſſeſſorium competit.*
21 *Poteſt vnus ciuilitèr, alius verò naturalitèr poſſidere.*
23 *Actio confeſſoria datur pro iure ſeruitutis alicui competente.*
24 *Actio rei vendicationis non datur, niſi pro dominio directo.*
25 *Vtilis rei vendicatio datur emphyteutæ, vel ſuperficiario.*
26 *Poſſeſſorium habens cauſam dominij, non poteſt concurrere cum petitoro.*
27 *Sententia abſolutoria in vna cauſa lata, exceptionem parit in alia.*
28 *Exceptio dominij oppoſita in poſſeſſorio, prę iudicat in petitorio, & quando ſuſpendi poſſit petitorium, remiſſiuè.*
29 *Petitorium intentari non poteſt cum iudicio poſſeſſorio conſeruatiuo.*
30 *De validitate, vel inualiditate donationis in iudicio ſummarijſſimo diſcurrendum non eſt.*
31 *Arbitrium* Rotæ *conceſſum ceſſat, vbi agitur de iudicio ſummarijſſimo.*
32 *Ordo iudicij peruerti non debet.*
33 *Nudum factum, & ſola detentio in ſummarijſſimo iudicio attenditur.*
34 *Suſpenſo termino, teſtes recipi non poſſunt.*
35 Cumulatio *petitorij in iudicio poſſeſſorij ſummarijſſimi fieri non poteſt.*
36 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CI.

INter alia grauamina propoſita per Vniuerſitatem Pratulæ aduersùs Venerab. Monaſter. Regiamq; Capellam Abbatiæ S. Spiritus de Murrone propè Ciuitatem Sulmonis eius vtilem Dominum, illud fuit, quia ſuccedere prætendebat vaſallis, qui abſq; filijs maſculis decedebant, quamuis fœminæ ſupereſſent, fundando ſe in quadam capitulatione, inter dictas partes inita, quã nullam, inualidam, & iniquam eſſe per Vniuerſitatem dicebatur, & in enormiſſimam ipſius læſionem, & abſq; Regio aſſenſu, & propterea inſtabat, prouideri, quòd abſtineat Baro.

Dicebat Monaſterium, quòd non per viã ſucceſſionis, poſſeſſionem dictorum bonorum apprehendebat, ſed iure dominij, omnia enim ſtabilia intrà fines d. Terræ, prætendebat, eſſe propria, & quòd vaſalli poſſidebant virtute conceſſionum factarum, cũ clauſula, pro ſe, & hæredibus maſculis, quibus deficientibus deuoluebantur ad ipſum Monaſteriũ Baronẽ, & quòd in d. poſſeſſio-



Digitized by Google

ne exiſtebat tàm antè,quā poſt tranſactionem prædictam,in qua intendebat ſe conſeruare,ad quod probandum producebat nonnullas conceſſiones,modo prædicto factas diuerſis Particularibus d.Terræ,& facto de prædictis verbo per Me in S.C.die 15.Apr.1636.fuit prouiſum,quòd reſpectu territoriorum, in quibus non apparebat forma conceſſionis, in biduo capiatur informatio,ad finem videndi, quis lite pendente ſit manutenendus in poſſeſſione, & interim,ſi caſus acciderit,prouidebitur.

Et facta ſuper d.iudicio electione Examinatoris,pro parte Vniuerſitatis fuit inſtatum,debere procedi, etiam ad declarādam inualidam,& nullam tranſactionem,& proindè, quòd terminus datus ſuper poſſeſſorio currere deberet etiam in petitorio.

Ex aduerſo contendebatur, quòd priùs
1 iudicandum erat ſuper poſſeſſorio, in quo erat datus terminus,cùm non poſſint dicta iudicia cumulari,vt ſimul eodem tempore agi poſſit,ex *text.in l.ſi de vi* 37. *ff.de iudic. l.ordinarij*, C.*de rei vendic.l.incerta*, C.*de interd.& releg.* Et quia in cōtrarium,quòd
2 cumulari poſſit,adducebatur *text.in l.cùm fundum,§.fin.ff.de vi,& vi arm.cap.Paſtoralis, extrà de cauſ.poſſ.& propr.* Ideò Gloſ-
3 *ſatores,& Doctores* in diuerſas iuere ſententias,de quibus per *Bart.in l.naturalitèr, §.nihil commune,n.*14.*in* 1.*combinat. ff.de acquir.poſſ.*vbi tres refert opiniones,*Ioan.* enim,& *Azo* ſimplicitèr tenuerunt,nullum poſſeſſorium concurrere poſſe cum petitorio. Secunda verò fuit opinio *Petri de Bellapertica*, qui dixit,quòd nunquàm potuit cadere in capite ſuo,quòd petitorium cum poſſeſſorio non concurrat, quam opinionē ſequitur etiam *Cyn.in d.l.ordinarij*,qui dicit,opinionem prædictam eſſe veram,ſicuti Euangelium,*Bart.*verò in *d.§.nihil commune,n.*14.*in fine*,dicit,quòd d.opinio *Petr.de Bellapert.* ſibi videtur falſa, vt Iudas Iſchariotes,nām nō ſolùm ordo, ſed omnis regula impedit concurſum prædictarum
4 actionum. Tertia fuit opinio Gloſſatoris *Martini*,qui diſtinguit poſſeſſorium retinēdæ ab alijs remedijs poſſeſſorijs, in poſſeſſorio enim retinendæ poteſt procedere *Ioan.*opinio,quia petitorium,& poſſeſſoriū non videntur inter ſe habere repugnātiam, iuxtà diſpoſitionem *text.in l.*1. *C. de furt.* nām non poteſt quis vendicare id, quod poſſidet, & qui agit rei vendicatione, fate-
5 tur,aduerſarium poſſidere,*§.omnium,Inſt. de action.l. vnic.* C. *de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.*Alia verò omnia remedia poſſeſ-
6 ſoria,quia non habent d. repugnantiam, cumulari poſſunt,quam opinionē *Martin.* ſequitur *Accurſ.*& communitèr DD. vt per *Caſtr.in d.l.ſi de vi,in* 1.*lect. col.*2. & *ibi* etiam *Iacobin.nu.*2.& *ibid.Barboſ.ex n.*16. ad 24. vbi plenè de materia, & hæc opinio
7 eſt magis communitèr approbata, & concordat cum diſpoſitione *text. in d. cap.paſtoralis,de cauſ.poſſ.& propriet.* quod maximè procedit,quādo in eodem libello cumulantur, & inter ſe non repugnant, vt per eundem *Barboſ.in d.l.ſi de vi,nu.*374.quod etiam in iudicio attentatorum procedere,
8 dixit *Afflict.in deciſ.*131.quòd poſſit in eodem libello ab vno,eodemq;actore cumu-
9 lari,etiam iudicium nullitatis contractus.

Et quidèm in caſu, de quo agebatur, videbatur, nullo modo poſſe cumulationem
10 iudicij procedere, cùm vtraquè pars prætendebat poſſidere,& in d.poſſeſſione conſeruari,quo caſu ſecundùm opinionē *Martini* non datur cumulatio,ex repugnantia actionum,quia qui agit petitorio,dicit,rem non poſſidere,ſed aduerſarium,*d.§.omniū, Inſtit.de act. l.vnic.* C.*de alien. iudic.mut. cauſ.fact.* agens verò interdicto retinendæ
11 aſſerit,ſe poſſidere, & in poſſeſſione turbari,*l.*1.*§.huius,ff.vti poſſid.* & proindè debet de poſſeſſorio priùs agi,vt ſciatur,quis vices actoris,vel rei ſuſtinere debeat,*d.l.ordinarij,Barboſ.in d.l.ſi de vi, n.*377. Tamen di-
12 cebat Vniuerſitas, hoc limitari in iuribus incorporalibus, in quibus datur cumulatio petitorij cum interdicto retinēdæ,ità *Bart. in d.§.nihil commune,nu.*18.per *text.in l.ſicuti,§.Ariſto.ff.ſi ſeruit.vendic.*& ex notatis in *l.* 1. poſt *princ. ff. vti poſſid. & Bart.* opinionem ſequuntur *Alex.in d.§.nihil cōmune,n.*92.*Bal.& Paul.de Caſtr.in d.l.ordinarij,C.de rei vendic.* & idem *Bal.in conſ.* 161.*vol.*3.*& in l.* 1.*§.*1.verſus *finem,C.de caduc. tollen.* latè *Menoch. de retin. poſſeſſ. rem.*3.*q.*60.*verſ.*8.*eſt caſus,n.*539. qui *nu.* 541.poſt *Bartol.* ampliat, etiā ſi actor priùs
13 poſſeſſorium,& deindè petitorium intentauerit,eò magis, quando tàm actor, quàm reus poſſeſſionem habere contendunt, quā opinionem ſequutum fuit S.C. *in deciſ. Afflict.*155.*n.*4.*Franch.deciſ.*193.*nu.*2. quod tantò magis dicebatur debere hoc procedere in hoc iudicio, nè pauperrimi vaſalli poſt cauſam poſſeſſionis diù defatigarentur in cauſa nullitatis capitulationis,iuxtà *text. in d.cap.Paſtoralis*,ob quod iuris Canoni-
14 ci æquitate vtrumq; ſimul,& ſemel proponi poſſe, dixit *Sum. Pontif. in cap.dilectus, extrà de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & quòd eadem diſpoſitio procedat etiam in poſſeſ-
15 ſorio recuperandæ,licèt ius Ciuile contradicat,habetur ex *Gloſ.in cap.*2. *eod. titul.* ea ratione,quia actionum cumulatio vti æqua ſemper regularitèr eſt admittenda; *l. edita, C.de eden.*quando tamen inter ſe nō repugnant,*Franc.Marc.deciſ.*80.*tom.*2. & in in-
16 corporalibus ceſſat ordinis, & repugnantiæ ratio,

ratio, nec obſtabit limitatio *Bart. in d. §. nihil commune, in 7. combinat. n. 29.* vbi, quòd cumulatio non datur, niſi vterq; proponat petitorium, & poſſeſſorium, nàm doctrina
17 *Bart.* intelligenda erit, in corporalibus, ſecus verò in incorporalibus, prout eum intelligit *Iaſ. in d. §. nihil commune, nu.* 150. ſequitur *Caſtr. in d. l. ſi de vi, nu.* 12.

Secundò dicebatur in facto, quòd antequàm eſſet datus prædictus terminus in poſſeſſorio per S.C. erat datus per tūc cauſæ Commiſſarium, ſub die 26. April. 1634. per quē fuerat datus terminus ſuper omnibus hinc indè prætenſis. Et quamuis pro parte dictę Vniuerſitatis à d. decreto fuiſſet appellatum, tamen non fuit interpoſita appellatio à termino dato, ſed ab ea parte decreti, in qua dicebatur, interim Monaſterium eſſe in poſſeſſione conſeruandum,
18 & ſic reſpectu termini, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio vtraq; pars conſenſit, quo caſu dixit *Ripa in d. §. nihil commune, nu.* 168. quòd ſtante conſenſu partium ceſſat ordinis, & contrarietatis ratio, per *text. in l. qui ſi obtulit, ff. de rei vendic.* & poſt ipſum *Menoch. loc.* proximè cit. *n.* 539.

Tertiò dicebatur, quòd immò interdictū vti poſſidetis, & actio rei vendicationis cu-
19 mulari poſſunt, quod probatur expreſſè in d. *§. nihil commune,* vbi qui vendicat rem, non videtur ſuæ poſſeſſioni renunciaſſe, ſecundùm tamen intellectum *gloſ. ibid.* quòd
20 qui ciuilitèr poſſidet, dicitur rem poſſidere, & proindè ei competit remedium poſſeſſorium, & poteſt rem vendicare ab eo, qui naturalitèr poſſidet, nàm in his terminis nulla datur repugnantia, poteſt enim
21 vnus ciuiliter, alter verò naturalitèr poſſidere, quod probatur ex *text. in l. officium, in fin. ff. de rei vendic.* vt declarat *Fulgoſ. in d. §. nihil commune, n.* 2. poſt *Bart. nu.* 19. ſequitur *Caſtr. in* 2. *lect. n.* 5. *Alex. nu.* 49. *Iaſ. nu.* 93. *Claud. Seyſſell. nu.* 38. *in fin. Iaſ. in §. æquè, ſi agat, n.* 58. *Inſt. de act.* idem *Caſtr. conſ.* 110. *nu.* 5. *vol.* 2. quod pluribus modis declarat, varios intellectus afferens *Barboſ. in d. l. ſi de vi, n.* 379. cum *ſeq. ff. de iudic.*

Pro parte verò Venerab. Monaſter. ad prædicta replicabatur, quòd vera eſt cōcluſio, quòd admittatur cumulatio in incorporalibus, ſed quòd doctrina *Bart.* & aliorū
22 erat intelligenda in iuribus merè incorporalibus, & in ſeruitutibus, ſiuè realibus, ſiuè perſonalibus, ſiuè mixtis, pro quibus actori aſſerenti, ſibi ſeruitutem deberi, datur actio confeſſoria, quæ non competit ratione do-
23 minij, vel quaſi, ſed pro quaſi poſſeſſione, & iure ſeruitutis alicui competente, *l.* & *ſi fortè, §. ſciendū, ff. ſi ſeruit. vendic. l. vti frui, §. fin. ff. ſi vſuſfruct. pet. d. §. æquè, Inſtit. de act.* vbi *Io. Fab. Iaſ.* & alij, quando verò agi-
24 tur de dominio directo, datur actio rei vendicationis, *d. §. æquè,* & *l.* 1. *C. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. l. in rem actio, ff. de rei vend.*
25 Sicuti, quando agitur de dominio vtili, quod habet emphyteuta, vel ſuperficiarius, competit vtilis rei vendicatio, *l.* 1. *§. fin. ff. ſi ager vectig. pet. l.* 1. *in princ.* & *§. quod ait, ff. de ſuperfic.* & propterea cùm in hac cauſa prætenderet Monaſterium dominium directum, & proprietatem totius Territorij infrà fines Terrę Pratulæ, & illud vendicare, ſtatim ſequuta morte poſſeſſoris, abſq. deſcendentibus maſculis, nō poteſt dici, quòd tractatur de iuribus incorporalibus, cùm hoc ius, non iure ſeruitutis, ſed iure dominij ad Monaſterium ſpectare, prætendebat, non poteſt dari concurſus petitorij cum poſſeſſorio, immò potiùs intrat generalis regula, tradita à *Bart. in d. §. nihil commune, nu.* 20. quòd vbicunq; poſſeſſorium, quod
26 proponitur, habet cauſam dominij, tunc non poteſt concurrere cum petitorio, quia
27 obſtat regula, quòd abſolutoria lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, *l.* 2. *§. quadam, ff. de interd.* & *releg.* & eum ſequitur *Bald. in l. edita, C. eod. titul.* & *Abb. in c. Paſtoralis,* de cuius tamen articuli veritate videndus eſt *Capyc. dec.* 28. *Gabr. comm. concluſ. tit. de reſtitut. ſpol. concl.* 1. *n.* 61. *Facchin. contr. iur. lib.* 8. *cap.* 8. & *lib.* 10. *cap.* 86. *Auiles in cap. Pretor. cap.* 10. *nu.* 4. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 116. *Ann. ſing.* 491. vbi ple-
28 nè, quando exceptio dominij oppoſita in poſſeſſorio, præiudicet in petitorio, & quando ſuſpendi poſſit petitorium.

Dicebatur ſecundò, quòd concurſus poſſeſſorij cum petitorio ex alio ceſſabat in
29 hac cauſa, in qua fuit datus terminus, non in poſſeſſorio ordinario, ſed in poſſeſſorio ſummariiſſimo, ad videndum, quis lite pendente manuteneri debeat in poſſeſſione, quod Hiſpani *interim,* vocāt, vt per *Couar. pract. quæſt. cap.* 17. *Menoch. de retinēd. poſſeſſ. rem. vlt.* & *Bolognett. in d. §. nihil commune* dicit, eſſe poſſeſſorium conſeruatiuū, quo iudicio pendente nullo modo poteſt intentari petitorium, vt eſt *text.* expreſſus in *§. retinendæ, Inſt. de interd.* quod maximè procedit, parte opponente, *Virgin. Boccat. in tract. de interd. cap.* 5. *nu.* 2. & *cap.* 9. *n.* 2. & 8. *par.* 2. *in* 3. *vol. tract. Io. Bologn. in d. §. nihil commune* 2. *par. in fin. Menoch. de retin. poſſ. d. rem. vlt. nu.* 30. *Riec. collect.* 2903. & 2850. *verſ. cùm autem, part.* 7. *Poſtius in*
30 *tract. de manuten. obſeru.* 7. & cum hac opinione concurrunt plures Rotæ Romanæ deciſiones, vt per *Farinac. deciſ.* 270. *n.* 4. *to.* 1. *p.* 1. vbi, quòd in ſummariiſſimo iudicio manutentionis non eſt diſcurrendum de validitate, vel inualiditate donationis, neq; admittuntur exceptiones requirentes altiorem

Digitized by Google

tiorem indaginē, idem habetur in alia de-
ciſione relata per eundem *Farinac.in deciſ.*
366.*n*.6.eod.*tom.* & in *dec*.583. *par*.2. *tom.*
1.aliud enim quæri non poteſt, niſi videre,
quis poſſideat, idem *Farin. deciſ.*512.& in
*d.tom.*1.*par*.2.*deciſ*.476.vbi, quòd priùs eſt
31 tractandum de poſſeſſorio, posteà verò de
petitorio, quamuis Rotę ſit datum arbitriū,
quia hoc caſu ceſſat arbitrium, *Farin. dec.*
177.*to*.2.*in poſth.*debet enim hoc arbitriū
32 regulari à iure; de *Graſſ..deciſ*.7. *de ſent. &*
*re iudic.* nec debet ordo iudicij peruerti,
quia grauaretur onere probandi, & priua-
retur commodo poſſeſſionis, *Rot.in dec*.99.
coràm Robuſterio *par*.1.*n*.2. idem etiam
habetur in *deciſ*.99.*nu*.2.*tom*.2. *in poſth.*&
in *deciſ*.63.*n*.5.*par*.2.*in nouiſſ.diuerſ.Man-*
*tic.deciſ*.328.*nu*.4 *Caualer.deciſ*.510. *nu*.5.
33 in hoc enim ſummariſſimo iudicio atten-
ditur nudum factum, & ſola detentio, *cap.*
*quærelam*, cum *ibi* notatis, *de elect. l. Aqui-*
*lius*, vbi *Caſtr.nu*.5 *ff de donat.* *Caſſad.dec.*
14.*nu* 8.ſuper *regulis*, *Seraph.dec*.582. *n*.5.
*Rot. diuerſ.dec*.50. *nu*.29. *&* *dec*.64.*nu*.2.
*par*.2.*& in nouiſſ.*ab anno 1626.vſq; ad an-
num 1630.*dec*.97.

Nec de primo termino dato poteſt ali-
quid inferri, quia decretum fuit per Iudi-
cem tunc Commiſſarium latum, quod ta-
men fuit ſuſpenſum in S.C. & fuit ſimplici-
tèr datus terminus in poſſeſſorio ſumma-
riſſimo, cui decreto Pars acquieuit, & illud
34 notificari fecit Procuratori Monaſterij, &
ideò d.terminus remanet per ſecundum
decretùm ſuſpenſus, & non poſſunt recipi
teſtes in petitorio, quia nullitèr reciperen-
tur, *Rot.dec.fin.in fin.de teſt.in nou. & dec.*
35.*nu*.6.*p*.2.*in nouiſſ diuerſ.* Et proptereà
35 die 9.Decembris 1636.facta relatione per
Me, iunctis Aulis fuit prouiſum, quòd pro-
cedatur ad ea, quæ incumbunt in termino
dato per S. C. non obſtantibus oppoſitis
pro parte Vniuerſitatis Pratulæ in ſuppli-
catione vltimo loco præſentata, per quam
inſtabat, dari terminum etiam in petitorio,
& quidèm ferè omnes inclinabant ad be-
neficium Vniuerſitatis, quòd in hoc caſu
poſſet fieri cumulatio, verùm quia termi-
nus datus non erat ſuper poſſeſſorio ordi-
nario, ſed ſuper ſummariſſimo, ad finem
prouidendi, quis lite pendente erat manu-
tenendus in poſſeſſione, de quo decreto nō
36 aderat appellatio, fuit viſum, quòd in dicto
poſſeſſorio ſummariſſimo non poterat ad-
mitti cumulatio, ex diuerſitate modi pro-
cedendi, penès Act.Mag.de Martino.

## OBSERVATIO
## In Deciſione CI.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſorium cum petitorio, quando cumu-*
*lari poſſit.*
2 *Petitorium, quando intentatum dicatur, &*
*nu*.3.
*Poſſeſſorium, quando intentatum dicatur,*
*d.nu*.2.*&* 3.
4 *Actor an ſuccumbere debeat, ſi intentauit*
*poſſeſſorium, & probauit petitorium, vel*
*è contrà, & n*.5.
6 *Sequeſtratio, ac miſſio in poſſeſſionem, cu-*
*mulari poſſunt.*
7 *Exceptio, quòd ceſſio ſit inutilis, quia aſſen-*
*ſu caret, dùm agitur ſuper re feudali, eſt*
*reſeruanda ad merita cauſa, & ità deci-*
*ſum adducitur.*

1 COncludit *hìc* D.meus *nu*.35.cum
*ſeq:* quòd cumulatio poſſeſſorij
cum petitorio fieri poteſt in iu-
dicio poſſeſſorio ordinario, ſecùs
verò in poſſeſſorio ſummariſſimo, atq; ità
deciſum per S.R.C.*ibid.*teſtatur, de quo ar-
ticulo videas *Gionagnon. conſ*.11. *nu*. 30.
*lib*.1.ac *Farinac.* qui omnes cumulat in
*repertor.iudic.q*.88.*n*.6. Petitorium autem
2 intentatum dicitur, quotiès quis petit, rem
reſtitui, Poſſeſſorium verò, ſi in poſſeſſionē
immitti inſtet, ad tradita per *Farinac.in*
*fragm.in verb.formula.nu*.7. poſt *d. repert.*
*iudic.*ſic paritèr, ſi concludat in libello, rem
plenè reſtituendam, vel liberè relaxandam
eſſe, ad petitorium ſpectat, *Menoch.de re-*
*cuper.poſſ.in prælud.nu*.14.15.*& ſeqq.*Ve-
3 rùm, ſi in libello ſit dictum, *rem ſpectare,*
*& pertinere*, tunc, tàm petitorium, quàm
poſſeſſorium petitum cenſetur, *Cacber.dec.*
4.*nu*.2.ſequitur *Farinac.ibid.* vbi alios ca-
ſus ponit, quando petitorium, vel poſſeſſo-
4 rium intentatum dicatur, ſin autem ſit in-
tentatum poſſeſſorium, & ſit probatum
petitorium, an actor debeat ſuccumbere,
& idem *Farinac.in d. fragm.in verb.poſſeſ-*
*ſorium, nu*.5.ſe remittit ad ea, quæ dixit in
*d.repertor.q*.33.*n*.6.vbi affirmatiuè reſpon-
det, ex *Rol.conſ*.52.*nu*.11.*& conſ*.110.*nu*.2.
*lib*.3.ſed contrarium tenet *d.q*.33.*nu*.9. ex
eod.*Rol.conſ*.41.*n*.25. *& ſeqq.d.lib*.3. vbi,
quòd licèt in libello intentetur petitorium,
& poſteà probetur poſſeſſorium, vel è con-
trà, ſententia poteſt ferri ſuper probatis,
maximè, quando adeſt clauſula, *ius, & iu-*
5 *ſtitiam, &c.*ſic etiam procedit, quando cau-
ſa cognoſci debet de æquitate, vel ſola facti
veritate inſpecta, vt ex *Rol.conſ*.53.*nu*.12.
*vol*.2.& alijs DD.adductis, fundat *Farinac.*
*ibid.n*.7 ac paritèr, vbi in libello adeſt clau-
ſula, *omni meliori modo*, vt tradit *n*.8.ſeque-
6 ſtratio autem, & in poſſeſſionem miſſio, ac
ſimilia remedia cumulari poſſunt, vt docet
*Al-*

*Alcibaid. Luten. lib. 3. obſeru. 1. nu. 5.* ex *Caualc.* quem *ibi* allegat.

Tradit D. meus *nu.* 30. quòd in iudicio 7 ſummariſſimo manutentionis non diſcurritur de validitate, vel inualiditate donationis, neq; admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, ideòq; obſeruo, quòd ſi in iudicio aliquo ſit exhibita ceſſio, contrà quam excipiatur, illam eſſe inutilem, quia aſſenſu caret, dùm agitur ſuper feudo, an exceptio prædicta ſit ad merita cauſæ reſeruanda, & per R. C. S. in cauſa * Vniuerſitatis Afragolæ, cũ Ludouico Bozzuto, ad relationem præſtantiſſimi viri D. Præſidentis *Scipionis Brandolini*, qui poſteà fuit Reg. in Supremo Italiæ Cõſil. cuius locũ hodiè ibi occupat D. *Thomas* eius filius, ſuis proprijs meritis ad officium prædictum euectus, optimè enim ſe geſſit in exercitio Auditoratus Regiarum Audientiarum, Fiſci Patroni criminum, ac Regalis Patrimonij, & Præſidis eiuſdem R. C. S. ſub die 28. Ianuarij 1619. fuit deciſũ, exceptionem prædictam reſeruandam eſſe ad merita cauſæ, ex dictis per *Specul. in tit. de actore, n. 71. & 72. Io. de Amic. conſ. 24. & Surd. conſ. 22. lib.* 1. in Banca de Scognamiglio. In hoc etiam articulo vide *Cacher. dec. 57. n. 3. Carauit. in Ritu* 191. *nu.* 7. & in *Ritu* 294. *nu.* 8. 9. *&* 10. D. *Muſcatell. in praxi S. R. C. par. 3. gloſ. expenſis, nu.* 11. cum *ſeqq.* D. *Galupp. in praxi par. 2. cap.* 8. *nu.* 4. *&* D. *Ricc. collect.* 306. ad intellectum *l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ. & l. ſi quæramus, ff. de teſtam.* *M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

## Milites noſtri temporis, an, & quibus gaudeant priuilegijs militaribus. Obligatio, ſeù fideiuſſio præſtita pęnès acta, an poſſit incuſari poſt mortem obligati. Vſufructuarius vniuerſalis an, & quando teneatur ad ſolutionem æris alieni, & an poſſit conueniri.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſio Militis eſt nulla.*
Contrarium, n. 4. 16. & 17.
2 *Qui merum imperium habet, in ius vocari non poteſt.*
3 *Militum Magiſter merum imperium habet.*
5 Text. in l. milites, C. locat. *non procedit in Militibus noſtri temporis.*
6 *Itẽ non procedit in Militibus, qui nõ ſũt in belli expeditione contrà Infideles, & n. 18.*
7 *Miles militaribus priuilegijs gaudere nõ debet, niſi quãdiù eſt in Caſtris, & in expeditione rei militaris occupatus, & n. 9.*
8 *Ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium.*
10 *Miles veteranus, non omnibus militum priuilegijs gaudet.*
11 *Milites, qui cum equis, & armis pro defenſione Regni, vel Reipublicæ vacant, gaudent militaribus priuilegijs.*
*Sed qualitèr hoc intelligatur, n. 12.*
13 *Milites eſſe, & gaudere militaribus priuilegijs, inter ſe differunt.*
14 *Miles dicitur eò ipsò, quòd ſit adſcriptus in matricula Militum.*
15 *Milites, qui actu non ſeruiunt, gaudent nõnullis priuilegijs, & ſignantèr priuilegio fori.*
17 *Miles non eſt idoneus fideiuſſor, contradicente tamen creditore.*
19 *Inſtrumentum, contrà debitoris hæredes liquidari non poteſt.*
20 *Obligationes, contrà debitoris hæredes incuſari poſſunt.*
*Intellige, prauia citatione ad dicendum cauſam, quarè non debent incuſari, nu. 22.*
21 *Obligationes pęnès acta facta, calliditate iudicij, promptam habent exequutionem.*
23 *Vſufructuarius omnium bonorum conuentus à creditore defuncti, etiam nominando proprietarium, in eum transfundatur iudicium, & n. 27. & ſeqq. & n. 46.*
24 *Vſufructuarius omnium bonorum, onus ſoluendi æs alienum teſtatoris non ſubſtinet, ſed proprietarius.*
*Amplia, vt nec à creditoribus, nec à legatarijs conueniri poſſit, n. 25.*
*Limita, vbi eſſet inſtitutus hæres vniuerſalis in vſufructu, n. 33.*
*Item, in vſufructuario quotæ hæreditatis, nu. 40.*
26 *Sententia lata contrà vſufructuarium, proprietario non præiudicat.*
27 *Poſſidens aliena nomine, poteſt in iudicio Dominum nominare.*
28 *Vſufructuarius, emphyteuta, maritus, & ſuperficiarius poſſunt abſentem Dominum in iudicio nominare.*
29 *Vſufructuarius omnium bonorum, dicitur procurator in rem propriam proprietarij.*
*Intellige, actiuè, non paſſiuè, n. 30.*
31 *Mandatum poſt litem conteſtatam non reuocatur morte mandantis.*
32 *In iudicio exequutiuo, & vbi non requiritur litis conteſtatio, procurator efficitur* Dominus *litis, eò ipsò, quòd cœperit de cauſa tractari.*
34 Bart. in l. fin. ff. de vſufr. *reprobatur.*

35 *Aes*

35 *Aes alienum quomodò in bonis defuncti ſit ſoluendum.*

36 *Vſufructuarius debet præſtare patientiam de vendendis bonis pro ſoluendo ære alieno hæreditatis.*

*Amplia nedùm ad inſtantiam hæredis, verùm creditorum, nu. 37.*

*Item amplia etiam vſufructuario in poſſeſſione exiſtente, cùm pati debeat, ea vendi-dari ab hærede, vel creditoribus, n. 38.*

39 *Vſufructuarius certæ rei, vel quota bonorum non tenetur ad æs alienum.*

*Limita, in vſufructuario quotæ hæreditatis, nu. 40.*

41 *In vſufructu quotæ hæreditatis, actiuè, & paſſiuè tranſeunt actiones.*

42 *Inter vſufructuarium omnium bonorum, & hæreditatis differentia conſtituitur.*

43 *Vſufructuarius hæreditatis, à creditoribus, & legatarijs conueniri poteſt.*

44 *Vſufructuarius, id, quòd creditoribus hæreditarijs pro proprietario ſoluit, poteſt finito vſufructu de proprietate retinere.*

45 *Vſufructuarius cum proprietario condemnatur ob æs alienum.*

47 *Onus ſoluendi æs alienum, licèt ſit proprietarij, tamen de ſuo non tenetur, ſed tot ex bonis hæreditarijs, inuito vſufructuario pro concurrenti quantitate debiti poteſt alienare.*

48 *Vſufructuarius, licèt onus æris alieni non ſubſtineat, nec à creditoribus conueniri poſſit, tamen ad euitandum circuitum poterit conueniri.*

*Item, vbi hæres proprietarius de facili conueniri non poſſit, n. 49. & 51.*

50 *Vſufructuarius conuentus actione hypothecaria, ſi nominauerit Dominum, actor tenetur cōtra proprietariū de nouo agere.*

*Sed hoc Iudicis arbitrio relinquitur, n. 51.*

52 *Sententia lata contrà Principalem, ſtatim exequi poteſt contrà fideiuſſorem, vbi fideiuſſio eſſet de iudicatū ſoluēdo, & n. 55.*

53 *Fideiuſſio de iudicatum ſoluendo, morte fideiuſſoris non extinguitur, ſed ad eius hæredes tranſit.*

54 *Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, paratam habet exequutionem cōtrà Principalem, abſq; nouo proceſſu, & ordine iudiciali.*

*Intellige in fideiuſſore iudicij, & non contractus, nu. 55.*

56 *Vſufructuarius poſt mortē cuius, alius fuit inſtitutus hæres, an dicatur hæres vniuerſalis, etiam in proprietate, itàut per fideicōmiſsū cēſeatur grauatus reſtituere.*

57 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CII.

FIdeiuſſerat D. Petrus Sarmiento, Marchio Caſalium, Magiſter militum Hiſpanorū in hoc Regno pro D. Andrea Camaccia Spinola, de iudicio ſiſti, & de ſoluendo iudicatum, ad beneficium Cōſtantiæ Marullo. Proſequuto deindè iudicio ad creditricis inſtantiam contrà d. Camaccia debitorem, obtinuit ſententiam, vigore cuius fuerunt expeditæ literæ executoriales pro ſumma duc. 2000. contrà d. debitorem.

Quibus ſtantibus petijt Conſtantia cre-
1 ditrix, incuſari fideiuſſionē contrà d. D. Petrum, & quàmuis oppoſuiſſet, fideiuſſionem eſſe nullam, tùm quia erat Miles, & Eques Ordinis Calatrauæ, ad *text. in l. dedit, §. 1. ff. qui ſatiſdar. cog. l. milites* 31. vbi *glo. C. locat.* nè omiſſo armorum vſu priuatis ſe implicent negotijs, *l. milites, C. de re milit. l. vnica, C. de negot. milit. lib. 12. l. ſcimus, C. de iur. delib.* tum etiam, quia nedùm
2 erat Miles, ſed militū Magiſter, in ius enim vocari non poſſunt, qui merum imperium habent, *l. 1. & 2. ff. de in ius voc.* & quòd
3 Magiſter Militum merum habeat imperiū, dixit *Capoll. in tract. de Imper. à milit. eligen. in cap. ex ratione dignitatis*, quem refert, & ſequitur *Franch. deciſ.* 88. *n.* 1. tamen per decretum S. C. fuit prouiſum, quòd pro-
4 cedatur ad incuſationem, oppoſitis per d. D. Petrum non obſtātibus, ex doctrina *Angel. in d. l. milites*, qui dicit, quòd diſpoſitio
5 *d. legis* non eſt in vſu in Militibus noſtri tēporis, *Theſſ. deciſ.* 111. ſub *nu.* 5. qui alios allegat; *Peregr. de fideic. art.* 3. *n.* 61. *Caroc. in tract. de loc. & cond. part. 1. tit. quib. non eſt permiſſ. conduc. nu.* 8. *Honded. conſ.* 83. *n.* 95. *vol.* 1. *Bouadill.* qui alios refert *Polit. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 14. *DD. in l. 1. C. de iur. et fact. ignor. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill.* maximè in Militibus, qui non ſunt in belli expe-
6 ditione contrà Infideles, vt poſt *Odd. de compend. ſubſt. p. 5. q. 5. in 3. præmiſſ. Ant. Gam. deciſ. Luſit.* 365. *Hering. de fideiuſſ. c. 7. nu.* 162. voluit *Pirrus Maur. Aretin. de fideiuſſ. ſect. 8. cap. 4. nu. 3. Gayl. lib. 2. obſeru. iur. obſeru.* 118. vbi etiam *Bernard. Greu. Frider. Pruchman. de regal. c. 4. membr. 3. effect. 2. nu. 12. Baltaſ. de Ayala de iur. & offic. belli, lib. 3. cap. 7. nu. 27. Vinc. Manzin. in tract. de tutel. in titul. quib. ex cauſ. à tutel. quis excuſ. q. 7. princ. nu.* 26. & alij per *Franc. in tract. de fideiuſſor. cap. 2. nu.* 216. non debet
7 enim Miles priuilegijs militaribus gaudere, niſi quandiù eſt in Caſtris, & in expeditione rei militaris occupatus, *Paris de Put. de re milit. lib. 7. verſ. quia ſuperiori, nu.* 2. ex
8 *text. in l. fin. C. de reſtit. milit.* quia ceſſante

cauſa,

Digitized by Google

cauſa priuilegij, ceſſat priuilegiũ, *l. penult. ff. de milit. teſtam. l. fi. C. qui ob long. tẽpor. præ-*
9 *ſcr.* qui etiã ex hoc infert, quòd Milites his temporibus, qui extrà Exercitum in domibus degunt, non vendicant ſibi militaria priuilegia, ex *text. in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Franc. Ioann. de Roman. Imper. n.* 49. qui extendit etiam in Miſ-
10 ſis, ſeù Militibus veteranis, qui omnibus priuilegijs militaribus non gaudent, *l. idem eſt, etſi de teſtamento, verſ. ſed ſi idem veteranus,* cum *l. ſeq. in prin. ff. de milit. teſtam. & l. fi. verſ. quia militibus, C. de inoff. teſtament.* quamuis & ipſi Veterani nõnulla, ſed non magna priuilegia retineant, *l. 1. & l. 2. & per tot. ff. de priuileg. veteran.* idem etiã ſequitur *Bonus de Curtili de nobilit. par. 3. n. 89.* Et licèt contrarium ſentiat *Petr. Nuñez de Auendaño,* quem refert, & ſequitur *Conſil. Patign. in tract. de iudic. & priuil. milit. nu. 36.* quod opus reperitur inſertum per *Regen. Rou. in Cõment. ad Reg. Pragm. in pragm. 11. de milit. fol. 487.* in vltima impreſſione, de anno 1637. vbi ait, quòd Milites, qui vacant cum equis, & armis in defenſione Regni, vt ſunt illi, qui ſtant in Regnis Granatæ, Nauarræ, & Neapolis, quia
11 ſunt in actu militiæ, & parati ſuccumbere pro defenſione Reipublicæ, quòd proptereà gaudere debent militaribus priuilegijs, allegat *Gregor. Lopez in l. 49. tit. 5. part. 5. gl. 2. verſ. vndè militantes, Ant. Gomez. in l. 53. Tauri, n. 68. Gutierr. de contract. iurat. cap. 6. nu. 10.* ad quod etiam adducitur *Afflict. in Conſt. Regn. Intentionis, lib. 1. rubric. 9. de illic. portat. armor. n. 28.* qui dicit, ſufficere, quòd talitèr factus Miles, vacet armis, & paratus ſit pro defenſione Reipublicæ, vel
12 Ciuitatis, vel Regis, vel Domini ſui, militarem artem exercere, quia dicitur verè gaudere priuilegio Militum, ſed *Afflict.* nõ videtur loqui de hoc caſu, poſita enim quæſtione, quæ ſint neceſſaria, ad hoc, vt quis dicatur Miles, enumerat ſex requiſita, quæ hodiè non ſeruantur; quærit poſteà *nu. 28.* quid de iſtis Militibus, quos Reges, Imperator, & Papa faciunt, qui non obſeruant prædicta, prout eſt communis vſus, & reſoluit cum *Cyn. in l. 1. in 6. quæſt. C. de iur. & fact. ignor.* quòd ex quo Principes Mundi dicta requiſita non obſeruant, ſed ſolùm ſeruant, ponere galeam in capite, cingere enſem, & ponere torquem in collo, ſufficit, vt talitèr factus Miles, vacet armis, & paratus ſit pro defenſione Reipublicæ, & dat rationem, quia iſta noua inſignia ſucceſſerũt loco veterum inſigniorum, ſecundùm *Bal. in l. 1. in fi. C. qui bon. ceder. poſſ.* & ſic *Afflict.* loquitur de Militibus, qui talia inſignia, à Regibus, Imperatore, vel Summo Pontifice habuerunt, immò *inferiùs* videtur probare totum contrarium, dùm dicit, quòd Milites, qui ſiunt in Italia, nulla ſolemnitate præmiſſa, non ſunt verè Milites, & concludit ſub *nu. 29.* per hæc verba, *quòd milites hodierni, qui ſic fiunt, vt ſuprà dixi, ex quo habent Superioris authoritatem, ſunt veri Milites, ſed eorum militia non eſt priuilegiata, intelligo de Militibus, qui non militant, vt ſuprà dixi,* aliud eſt enim, quem eſ-
13 ſe Militem, aliud verò, priuilegijs militaribus gaudere, nàm, vt quis dicatur Miles,
14 ſufficit, quòd ſit adſcriptus in matricula Militum, *l. probatorias, C. de diuerſ. offic. lib. 12. et l. matriculam, §. fin. C. de agent. in reb. lib. 10. Capibl. in ſing. 112. Rouit. in Rubr. de militib. nu. 1.* aliud verò eſt, gaudere priuilegijs militaribus, quia debent illis gaudere, quando actu ſeruiunt, vt ſuprà dixi, eſt ta-
15 men verum, quòd iſti Milites gaudent aliquibus priuilegijs militaribus, vt eſt priuilegium fori, & alia priuilegia, quæ enumerantur per *d. Conſil. Patign. nu. 39.* cum
16 *ſeqq.* inter quæ non reperitur, quòd fideiuſſio per eos præſtita ſit nulla, vel, quòd nõn poſſint pro ea conueniri, nec etiam hòc priuilegium habent de iure communi, cùm *text. in dict. leg. de die, §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. milites, §. 1. ff. de in ius vocan.* cum concord. non dicant, fideiuſſiones per Milites præſtitas, eſſe nullás, ſed
17 quòd non ſunt idonei; & ideò, creditore contradicente recipi non debent, ſed fideiuſſio talitèr prẽſtita, creditore non contradicente, tenet, & Miles ex d. fideiuſſione obligatur, *Pyrr. Maur. Aretin. in d. tract. de fideiuſſ. ſect. 8. cap. 4.* tantò magis, quia in iſtis Militibus, qui non ſunt in Caſtris, nec
18 in expeditionibus militaribus, ceſſat ratio poſita in *d. l. milites, C. locati,* nè abſtrahantur à ſeruitijs militaribus, & proindè non gaudere dictis priuilegijs, voluit etiam *Reg. Rouit in d. Pragm. 11. n. 34.* & ex ijs decretum. quòd procedatur ad incuſationem, fuit etiam in reclamatione confirmatum.

Verùm, quia antequàm incuſaretur fideiuſſio, & antè confirmationem d. decreti
19 D. Petrus humanis ceſſit, fuit dubitatum, ſi poterat prædicta fideiuſſio incuſari, ad quod pro creditrice ponderabatur doctr. *Bernard. Pandi* Grauinatis *in tract. de præſent. & exequut. inſtr. p. 2. declar. 3.* vbi loquendo de liquidatione inſtrumenti, quæ fit, ſeruata forma *Ritus M. C.* dicit, quòd
20 non poteſt liquidari contrà hęredem, ſed *nu. 8.* limitat in obligationibus, quæ recipiuntur penès acta, illæ enim habent exequutionem paratam, quod meliùs declarat
21 *par. 3. declar. 14. nu. 35.* vbi dat rationem, quòd obligationes prędictę, iudicij callíditate ignitæ, promptam habent exequutionem, *Iaſ. in l. qua de legato, col. 3. ff. de leg. 1.*

& eum refert, & ſequitur *Io. Paul. Galter.*
in ſua *pract. crim. inſtrum. in 2. 2. par. prin-*
22 *cip. nu. 32.* vbi, quòd poteſt exequutioni de-
mandari contrà hæredes debitorum, ipſis
tamen citatis. Et propterea per S. C. fuit di-
ctum, quòd citentur hæredes D. Petri debi-
toris ad dicendum cauſam, quarè non de-
bebat fideiuſſio incuſari, & ſic fuit ci-
tata D. Maria Sarmiento eius vxor, & hæ-
res vniuerſalis in vſufructu, & penès quam
iudicio teſtatoris omnia bona hæreditaria
peruenerãt, relictis heredibus proprietarijs
poſt mortem d. D. Mariæ quibuſdam eius
cõſanguineis, in Hiſpania commorantibus,
23 quæ vſufructuaria citata inſtitit, ad actum
aliquem non procedi, niſi, citatis heredibus
proprietarijs, ideò fuit diſcuſſum, ſi poterat
procedi ad vlteriora cum d. hærede vniuer-
ſali in vſufructu, non citatis, nec auditis hæ-
redibus proprietarijs, ad quod fundandum
pro parte D. Mariæ dicebatur, quòd onus
ſoluendi debita, non ſpectabat ad vſufru-
24 ctuarium, ſed ad proprietarium, *l. 3. ff. de*
*vſufr. & in l. vſufructu*, vbi *Alex. ff. ad l. fal-*
*cid.* & de communi teſtatur *Dec. conſil. 536.*
*nu. 13. Caſtr. conſil. 294. & in l. fin. § ſin au-*
*tem, C. de bon. qua lib. Durant. de art. teſtãd.*
*tit. de legat. caut. 42. Caualc. de vſufr. mul.*
*rel. n. 95. & 211.* Et quàmuis *Bart. in l. fin.*
*nu. 5. ff. de vſu, & vſufr. leg.* contrarium te-
neat, ſcilicèt, quòd vſufructuarius ſoluere
teneatur debita, ſed non legata, ex *text. in l.*
*vxori meæ, ff eod. tit. & in l. licèt, C. de pact.*
& eum ſequitur *Guid. Pap. deciſ.* 541. tamèn
communis opinio eſt contrà *Bartol.* vt per
*Dec. d. conſ. 536. et conſ. 590. Gozad. conſ. 94.*
*nu. 22. Matheſ. ſing. 4.* vbi *Addit. Gayl. pract.*
*obſeruat. lib. 2. obſeru. 146.* qui reiecta con-
traria, firmat opinionẽ, quòd vſufructuarius
omnium bonorum, neq; à creditoribus hę-
reditarijs, ratione æris alieni, nequè à lega-
25 tarijs, ad ſolutionem legatorum conueniri
poſſit, ſed hæres inſtitutus in proprietate;
onera enim hæreditaria, & legata, ab hære-
de ſoluenda ſunt, *l. 1. C. ſi cert. pet. & l. 1. &*
*2. C. de hæred. vel act. vend.* cum alijs per
eum allegatis, & quòd communis opinio
ſit contra *Bart.* poſt *Alex. Barbat. Dec. Cra-*
*uet.* & alios dixit *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 2.*
*nu. 4. verſ. 4. concl. & Vinc. de Franch. deciſ.*
*483. nu. 1. Bertaz. conſ. crim. 452. nu. 1. & in*
*tract. de clauſul. clauſ. 15. gloſ. 2.* ſub *nu. 17.*
*Burſat. conſ. 348. n. 18.* & communem dixit
*Surd. de alim. titul. 1. q. 30. n. 2. Menoch. lib.*
*4. præſumpt. 143.* ſub *nu. 9. Coſta de portion.*
*rat. q. 150. nu. 2. Ant. Queſad, quaſt. iur. 33.*
*n. 16. & ſeqq. Petr. PecK. de teſtam. coniug.*
*lib. 5. cap. 9. nu. 6. Ludouic. deciſ. 5. Ioa. Botta*
*conſ. 6. nu. 1. Rimin. iun. conſ. 172. Hier. Ca-*
*uall. in ſpecul. comm. opin. q. 191. n. 5. Barboſ.*
*in l. maritum*, ſub *nu. 21. ff. ſolut. matrim.*
*Andr. Fachin. controu. iur. lib. 4. cap. 19. Fa-*
*ber in ſuo Codic. tit. de vſufr. diffin. 1. Steph.*
*Grat. dec. 47. nu. 2. Bernard. Greuai. ad Gayl.*
*lib. 2. obſeru. 146. Barthol. Soci. in conſ. 231.*
*vol. 1. Franc. Marc. q. 816. Theſaur. qq. for. lib.*
*2. q. 32. nu. 2. Molin. de primog. cap. 27. n. 11.*
26 & propterea ſententia lata contrà vſufru-
ctuarium, ei non præiudicat, *Bar. in l. ſapè,*
*n. 6. ff. de vſufr. legat. Villalob.* in ſuis *comm.*
*concluſ. in verb. vſufructarius, n. 62. Franc.*
*Turzan. comm. opin. quaſt. 105. Franc. Vi-*
*uius comm. opin. in ver. vſufructuarius, nu.*
*103. Franc. Marc. deciſ. 480. part. 1. Ioſeph*
*Ludouic. d. deciſ. 5. Caballin. milleloq. 550.*
*Kappen. q. 42. Maſtrill.* qui ità deciſum re-
fert *dec. 3. Ladercb. conſ. 169. Durant. de art.*
*teſtan. d. titul. de legat. caut. 42.* & fundatur
hæc cõcluſio ex *tex. in l. final. ff. de vſufruct.*
*legat. et in l. vſufructu, ff. ad l. falcid. Caſtill.*
*controuerſ. iur. lib. 1. de vſufruct. c. 34. n. 6.*
Secundò dicebatur, quòd tantò magis
erat faciẽdum iudicium cum proprietarijs,
cùm ipſa vſufructuaria conuenta, ſtatim in-
ſtitit, ipſos intimari, & hæc quæſtio tracta-
tur à DD. & præcipuè à *Marian. Socin. in*
*cap. quoniam frequentèr, nu. 103. vt lit. non*
*conteſt.* vbi format quęſtionem, quis poſſit,
27 vel debeat nominare Dominum in iudi-
cio, & dicit, quòd ille, qui poſſidet alieno
nomine, per *text. in d. capit. quoniam fre-*
*quentèr, & in l. 2. C. vbi in rem actio*, & ſub
*nu. 112.* concludit; quòd quotieſcunq; agi-
tur, etiam de proprietate, emphyteuta, &
feudatarius, ratione vtilis dominij nomina-
bunt dominum, & ſic etiam maritus in re-
bus dotalibus, & ſimilitèr vſufructuarius, &
28 ſuperficiarius, nàm omnes iſti, & ſimiles,
ratione iuris ad alium pertinentis, pro quo
fortè conuentus non vult ſubire iudicium,
poterint abſentem in iudicio nominare, ſe-
quitur *ibidem Barbat.* quod etiam habetur
ex *Minſyng. cent. 2. obſeru. 57.* qui & alios al-
29 legat, & quàmuis vſufructuarius dicatur
eſſe procurator in rem propriã proprietarij,
ex *tex. & ibi glo. in l. 1. §. fin. ff. de nou. oper.*
*nunc. Aretin. in § cùm fructus, nu. 5. Inſtit.*
*de vſufr. Iaſ. in l. naturalitèr, §. nihil com-*
*mune, num. 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. in l.*
*eum, ad quem, C. de vſufr.* & alij per *Caualc.*
*de vſufr. mul. rel. cap. 2. nu. 7.* tamen hoc in-
30 telligitur actiuè, non paſſiuè, *Guglielm. de*
*Bened. in capit. Raynuntius, in verbo cætera*
*bona*, ſub *nu. 44. de teſtam. Griuell. deciſ. Se-*
*nat. Dolani 73.* licèt ſecus teneat reſpectu
legatariorum *Matheſ. d. ſing. 4. Grat. diſcept.*
*forenſ. cap. 778. nu. 10. Alex. in d. l. 1. §. vſu-*
*fructu, n. 3. ff. de nou. oper. nunc. Gomez. var.*
*reſol. tom. 2. cap. 15. n. 6.* & quòd hoc proce-
dat, etiam in vſufructuario vniuerſali, habe-
tur ex *Pappon. conſ. 92. nu. 3. Franc. Marc.*
*d. dec. 480. par. 1. Corn. conſ. 195. nu. 3. vol. 4.*
& pro-

Digitized by Google

& proindè concludebatur, omninò eſſe citandum proprietarium.

Pro parte verò creditricis dicebatur, quòd quatenus eſſet neceſſaria citatio hæredis in proprietate, quòd in hac cauſa fuerat iam per ipſum D. Petrum viuentem conſtitutus procurator, & proindè poterat procedi cū procuratore conſtituto in damnum hære-
31 dum, quia morte Domini non reuocatur mandatum poſt litem conteſtatam, *l. nulla dubitatio, C. de procur.* vbi *Iaſ.* dicit, quòd ſententia poteſt proferri cum procuratore Domini mortui, *Maſcard. concl.* 1015. *nu.* 9. & quàmuis in hoc iudicio non fuerit datus terminus cum ipſo fideiuſſore, tamen quia
32 non requiritur in iudicio exequutiuo litis conteſtatio, procurator intelligitur factus Dominus litis, cùm primùm cęperit tractari de cauſa, *Bart. in l. ab exequutore. §. procurator, nu. 2. ff. de appell.* Card. Mant. dec. 204. nu. 1. *Barboſ. in collect. ad cap. ad reprimendum, nu.* 11. vbi dicit, quòd quando litis conteſtatio non requiritur, vt quia proceditur de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, effectus litis conteſtatæ quoad hoc, vt procurator efficiatur dominus litis, reſultat ex primo actu, quo de meritis cauſæ tractari cœperit, & ideò ſufficit, vt quocunq; modo de cauſa incipiat agitari, *l. nihil. C. de procur. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. ab exequutore, Roman. conſ.* 77. & 220.

Secundò dicebatur, quòd quamuis onera hereditaria ſoluenda ſint ab hęrede pro-
33 prietario, tamen hoc eſt intelligendum de legato rei particularis, ſecùs verò, quando inſtituitur hæres vniuerſalis in vſufructu, prout in caſu, de quo agebatur, in quo, nedum D. Maria Sarmiento erat inſtituta hæres vniuerſalis in vſufructu, ſed vti talis fuerat declarata, mediante decreto præambuli M.C.V. quo caſu antè omnia eſt deducendum æs alienum, ex *text. in d. l. fin. ff. de vſufr. leg. & l. generali, § fi. ff. eod. tit. l. vſufructu bonorum, ff. ad l. falcid. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 9. *tit.* 6. *nu.* 12. Et quàm-
34 uis vera ſit opinio contra *Bart.* quòd onus ſoluendi æs alienum ſpectet ad proprietarium, vt vltrà adductos probat etiam *Bald. conſ.* 82. *nu.* 2. *lib.* 5. *Rol. conſ.* 8. *nu.* 13. *lib.* 2. *Alex. in l. ſi filio, §. ſi vir, n.* 14. *ff. ſol. matrim.* tamē æs alienum debet ſolui primò, ex pe-
35 cunijs teſtatoris, ſi adſint in hæreditate, ſecundò, ex iuribus actionibus, & nominibus debitorum, ſi extent, tertiò, ex mobilibus, & demum, ex immobilibus minus fructuoſis, *Beſlon. conſ.* 3. *nu.* 2. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 29. *nu.* 31. qui etiam *nu.* 34. dicit,
36 quòd vſufructuaria, quæ bona poſſidet, debet patientiam præſtare, vt iuxta præmiſſum ordinem ad alienationem procedatur, *Mobili. dec.* 123. quod fieri poſſe ad inſtantiam hæredis, tenet *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 8. n.* 16. ac etiam ad inſtantiam
37 creditorum, quia ipſos impedire non poteſt, quin ſuper dictis bonis hæreditarijs ipſis ſatisfiat, poſt *Socar. in comm. Petr. Alber. c. ſi defuncto, in fin. pag.* 243. hoc etiam voluit *Caualc. de vſufr. mulier. relict. n.* 212. quòd ſi hæres non haberet bona defuncti pęnès ſe, quia dediſſet poſſeſſionem dicto-
38 rum bonorum vſufructuario, vel quia, iudicio teſtatoris remanſiſſet in eorum poſſeſſione, vel quia, propria authoritate talia bona ingreſſus fuiſſet, tunc pati debet, venundari ab hærede, vel creditoribus ipſa
39 bona teſtatoris pro ſatisfaciendis creditis, & ſoluendis debitis, quod optimè explicat *Garzia de expenſ. & melior. c.* 11. ſub *n.* 61. vbi licèt in vſufructuario certæ rei, vel quotæ bonorum, dicat, non teneri ad ſolutionem æris alieni, quia hoc caſu, nec actiones actiuè, nec paſſiuè tranſeunt in eum, & nedùm nō datur actio contrà vſufructuarium, verùm nec aliqua æris alieni deductio, ſe-
40 cùs verò, quando eſt vſufructuarius quotæ hæreditatis, quia tunc ſoluet æs alienum
41 pro rata portionis, & actiones actiuè, & paſſiuè in eum tranſeunt, & antè eum hoc etiam reſoluit *Couarr. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 1. & 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 143. *Craſſ. in §. legatum, q.* 35. *nu.* 6. *Turzan.* in ſuis *comm. opin. q.* 105. *Caualc. d. tract. de vſufruct. mulier. relict. nu.* 216. qui conſtituit differentiam, quando quis
42 fuit conſtitutus vſufructuarius omnium bonorū, vel hereditatis, nàm in primo caſu dicit, eſſe conueniendum hæredem, & tutiùs eſſet, cōuenire etiam vſufructuarium, verū, quādo fuit inſtituta vxor in vſufructu totius hæreditatis, vel quotæ, tunc poterit à creditoribus conueniri, *Franc. Marc. deciſ.* 835. & clariùs hoc habetur per *Franc. de Barry,* omninò videndum *de ſucceſſ. lib.* 9. *tit.* 24. qui dicit, quòd quando inſtituitur hæres in
43 vſufructu hæreditatis, omnes poſſunt conueniri à Creditoribus, & ſi eſt vſufructuarius totius hæreditatis, tenetur ſoluere omnia debita, ſi verò quotæ, pro ſua portione, verùmtamen eſt, quòd ſi vſusfructus non
44 ſufficiat, poterit retinere reſiduum, vſufructu finito, ex proprietate, *Menoch. d. præſumpt.* 143. licèt etiam, quando vſusfructus omnium bonorum fuerit relictus, intelligi debet, deducto ære alieno, & proindè teneri ad illorum ſolutionem, & poſſe vendi bona prædicta pro illorum ſolutione, latè, habetur ex *Piſtor. quæſt. iur. lib.* 1. *q.* 46. & tot. *Caualc. d. q.* 191. *nu.* 8. & in hoc etiam caſu
45 poſſe condemnari vſufructuarium inſolidum, obſeruatum vidiſſe per Senatum Pedemont. teſtatur *Gaſp. Ant. Theſaur. quæſt. for. lib.* 2. *q.* 32. ſub *n.* 3.



Digitized by Google

Nec quia inſtitit D.Maria, intimari hæ-
redem proprietarium, impedit, quin poſſit
46 cum ea, d. hærede non intimato, iudicium
proſequi, vt iudicatum in caſu ſimili in Ca-
mera Imperiali, dixit *Minſyng. cent. 2. obſer.*
58. ſufficit enim, quòd Conuentus habeat
ius in re, & poſſit contrà vſufructuarium
iudicium proſequi, vt deciſum refert *Gam-
ma dec. Luſit.* 105.

Rursùs conſiderabatur, quòd quàmuis
ſit vera opinio, quòd onus ſoluendi debita,
47 & legata ſpectet ad hæredem proprietariũ,
vt ſuprà diximus, tamen ipſe hæres non de-
bet ſoluere de ſuo, ſed poteſt tot ex bonis
hæreditarijs, etiam vſufructuario inuito,
alienare, quot ſufficiant pro ſolutione æris
alieni, vt ſemper fuiſſe obſeruatum in Sena-
tu Dolano refert *Griuell. dec.* 95. ſub *nu.* 12.
ex *tex. in d. l. vſufructu, ff. ad legem falcid.*
*Menoch. de præſumpt. lib.* 4. qui alios citat,
& ſic, tàm proprietarius, quàm vſufructua-
rius concurrere in ſolutione debeant, de-
trahendo vſufructuario vſumfructum, &
proprietario proprietatem, ſecundùm ve-
riorem, & communiorem ſententiã, de qua
per *Couarr. var. reſol. d. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 7. *Natt.*
*Gayll. Barboſ. Caualc.* & alij alleg. à *Rol. Ca-
nagnol. deciſ. conſult. lib.* 1. *deciſ.* 27. incip. *Ob
Alphonſi Primi hæredis obitum, n.* 10.

Quò verò attinet ad actionem, vt con-
ueniri valeat, ex alio fundatur, quia quàm-
uis actio competeret contrà hæredem pro-
prietarium, tamen ipſe non teneretur de
ſuo ſoluere, ſed poſſet compellere vſufru-
ctuarium, vt permittat, vendi tot ex bonis
48 hæreditarijs, ad hoc, vt creditoribus ſatiſ-
fiat, vt ſuprà diximus, & ideò ad euitandum
circuitum inutilem, poſſet creditor, etiam
rectà via agere, vt eſt *text. & ibi gloſ. Bart.
Iaſ.* & cæteri *DD.* in *l. dominus teſtamento*
53. *ff. de condit. indeb. Dec. in l. cùm fundus,
§. ſeruũ tuum, ff. ſi cert. petat. Marſil. ſing.*
469. *Boer. q.* 183. *nu.* 13. *Tiraq. de retract. cõ-
uent. in fin. nu.* 41. *Menoch. conſ.* 795. *nu.* 37.
*Flam. de Rub. conſ.* 42. *nu.* 52. *vol.* 2. & ſic præ-
dicta opinio maximam habet æquitatem
49 ad euitandum circuitum inutilem, ad quẽ
circuitum euitandum, ità deciſum fuiſſe re-
fert *Gaſp. Ant. Theſaur. d. q.* 32. ſub *n.* 7. tan-
tò magis, quando proprietarius, contrà quẽ
daretur actio, non poſſet de facili conueni-
ri, quod conſiderat *Bart. in d. l. dominus te-
ſtamento, & Caualc. de vſufruct. mulier. re-
lict.* ſub *nu.* 126. vbi ampliando regulam
50 quòd hæres debeat alienum æs ſoluere, &
ipſe conueniri, dicit, hoc procedere, etiam
ſi ageretur contrà vſufructuarium, actione
hypothecaria, quia poſſet vſufructuarius,
dominum, & ſic proprietarium, cuius no-
mine, dicit ipſe, poſſidere, attento, quòd ci-
uilis poſſeſſio remanet penès proprietariũ,
nominare, & ipſe actor facta d. nominatio-
ne teneretur pro recuperatione bonorum
de nouo agere contrà proprietarium, aliàs
ei non præiudicaret ſententia, vt per *Franc.
Marc. d. dec.* 480. *par.* 1. & alios per ipſum
citatos, tamen hoc limitat, quando hęc no-
minatio eſſet facta in fraudem actoris, & ad
51 dilatandum iudicium, quod relinqui debet
arbitrio Iudicis, quia non haberet locum
d. nominatio in fraudem facta, & ideò bo-
nus Iudex conſiderabit, quibus in locis, &
caſibus verè habere poſſit locum iſta no-
minatio, vt per *Affl. dec.* 217. *Menoch. de re-
cup. poſſ. remed.* 15. *q.* 28. *num.* 484. & alios,
quod maximè cõſiderabatur in d. caſu, vbi
proprietarius erat in partibus Hiſpaniarũ,
nec aliquid poſſidebat de bonis hæredita-
rijs, & nominatio non erat facta, niſi ad di-
latandum iudicium, in damnum actoris,
tantò magis, quia creditum erat liquidum,
nec vllam patiebatur difficultatem, quia
D. Petrus fuit fideiuſſor iudicij de iudica-
52 tum ſoluendo, & ideò, eò ipsò, quòd lata
fuit ſententia contrà Principalem, poterat
exequi contrà Fideiuſſorem, inſolidum ob-
ligatum, *Bald. in l. cùm eorum, C. de ſent. &
interl. omn. iud. Bened. de Plumbin. in tract.
de diſcuſſ. nu* 7. *Boer. deciſ.* 314. *Pyrr. Maur.
Aret. de fideiuſſ. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 5. & eſt *tex.
in l. iudicatum ſolui, la* 2. *ff. iud. ſolu. Caſtr.
in l.* 1. *& l. Gracè, in §. & poſt litem, ff. eod.*
53 *tit.* quæ quidem fideiuſſio, morte fideiuſſo-
ris non expirat, ſed tranſit ad eius hæredes;
*Hippol. de Marſil. ſing.* 159. *Affl. in Conſtit.
Regn. rubr.* 16. *de fideiuſſ. dand. nu.* 5. *lib.* 3.
*Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 45. *nu.* 26. *p.* 1.
& poſt ipſos idem *Aret. in loc.* ſup. cit. *n.* 27.
*Caler. de proceſſ. exequut. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 43.
54 & eadem ratione talis fideiuſſor, ſoluendo
paratam habet exequutionem contrà Prin-
cipalem, abſq; nouo proceſſu, nec ordine
iudiciali, *Hippol. de Marſil. de fideiuſſ. num.*
362. *Franc. de fideiuſſ. cap.* 5. *nu.* 516. cum
alijs per ipſos allegatis, & fuit originalis
doctrina *Bart. in l. fin. in princ. C. de vſur.
rei iudic.* quod ſecùs eſſet in fideiuſſore
55 contractus, *Bald.* & cæteri in *d. l. fin.* ſeù
*§. fin.*

Et tandèm fuit conſideratum, quòd in
hoc caſu fuit relicta vxor hæres vniuerſalis
in vſufructu, & poſt eius mortem fuerunt
56 inſtituti conſanguinei, quo caſu, vſufructua-
riam eſſe hæredem vniuerſalem, etiam in
proprietate, & poſt eius mortem videri ro-
gatam reſtituere hæreditatem, habetur ex
*Bald. in l. id, quod pauperibus, nu.* 27. *C. de
Epiſc. & Cler.* & licèt nonnulli grauiſſimi
Authores contrarium teneant, tamen opi-
nionem *Bald.* eſſe magis communem, dixit
*Peregr.* diſputato articulo *de fideicom. art.*
5. *nu.* 21. & propriè *nu.* 23. *in fin.* vbi dicit,
quod

Digitized by Google

quòd opinio Bald. receptior videtur, & pro
hac opinione innumeros ferè DD. enume-
rat, & neruosè defendit Menoch. conſ. 273. &
pleniùs conſ. 1112. per tot. Io. Ant. Bellon. de
iur. accreſc. cap. 7. q. 16. n. 413. & ſeqq. Vinc.
Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q. 277. nu. 41.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. art. 7.
Matheſ. d. not. 4. Peregr. conſ. 58. nu. 6. vol. 3.
Cephal. conſ. 716. & communem eſſe opi-
nionem, dixit etiam Bernard. Greuai ad
Gayll. lib. 2. obſeru. 143. conſid. 2. licèt ipſe
57 ſententiam ſuam non aperiat. Et proindè
diſcuſſò negotio, æquiorem opinionē am-
plexum fuit S.C. & fuit proceſſum ad vlte-
riora cum d. Marchioniſſa, ad relationem
Reg. Conſil. de Piccolellis, in Banca Actor.
Magiſtr. Carboni.

# OBSERVATIO In Deciſione CII.

## SVMMARIVM.

1 *Milites noſtri temporis Regni Neap. an gaudeant priuilegijs Militum, & quibus, & n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*

2 *Milites alij ſunt equeſtris, vel pedeſtris militia, vulgò,* Soldati leuantati, *alij Milites grauis armaturæ, nuncupati,* Huomini d'arme, *alij leuis armaturæ, dicti,* Caualli leggieri della Sacchetta, *nu. 3. alij pedeſtres, qui,* Soldati del Battaglione, *vocantur, nu. 4.*

9 *Milites noſtri temporis an gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum.*

1 AGit D. meus hìc, à nu. 1. per 18. an,
& quibus Milites noſtri tempo-
ris gaudeant priuilegijs, in quo
articulo erit obſeruādum, quòd
in hoc Regno diuerſæ conſiderantur mili-
2 tiæ ſpecies, aliqui enim ſunt equeſtris, vel
pedeſtris militiæ, qui, *Soldati leuantati*, vo-
cantur, de quibus loquitur D. Conſil. Mer-
cian. conſ. 42. ſub num. 2. lib. 1. poſt Magon.
dec. Lucenſ. 24. nu. 28. & iſti, ſi ſunt in expe-
ditione, militaribus priuilegijs gaudent, l. 1.
ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. & l. fin.
ff. de teſtam. milit. aut non ſunt in hoſtili
loco, & ſic ampliùs non ſeruiunt, ſed pro-
prijs negotijs vacant, & hoc caſu ſunt ex-
cluſi à priuilegio Militum, l. fin. C. de reſtit.
milit. aut verò, licèt non ſint in hoſtili loco,
ſeruiūt, quia parati ſunt pro Rege, mortem
pugnando appetere, & fruuntur priuilegijs
olim Militibus conceſſis, vt ſic diſtinguen-
do benè probat D. Trentacinqu. lib. 2. var.
reſol. tit. de except. reſol. 1. nu. 49. verſ. quar-
3 tus caſus eſt. Alij dicuntur Milites grauis ar-
maturæ, nuncupati, *Huomini d'arme*, alij
leuis armaturæ, qui vocantur, *Caualli leg-
gieri della Sacchetta*, qui fuerunt creati pro
cuſtodia Regni, vt in pragm. 6. de milit. & hi
ſemper morantur in hoc Regno pro illius
defenſione, vt etiam teſtatur D. meus con-
ſult. 36. nu. 3. in fin. lib. 1. & proindè tempo-
re æſtiuo mittuntur, D. Proregis mandato
ad loca maritima ſuſpecta, vt in pragm. 8.
4 eod. tit. alij ſunt pedeſtres, qui, *Soldati del
Battaglione*, appellantur, qui ſimilitèr fue-
runt inſtituti pro cuſtodia Regni, vt in prag.
2. & 12. eod. tit. de milit. & iſti ſemper ſunt in
Regno, immò in proprijs eorum domibus,
5 & patrijs, & omnes iſti Milites dictarum ſpe-
cierum, dùm ſunt ſtipendiati, & parati pro
defenſione Regni, militaribus gaudent pri-
uilegijs, quicquid nonnulli dicant, ità tenēt
Bald. in l. 1. nu. 8. C. de iur. & fact. ignor. in
l. in teſtamento, la 1. nu. 17. C. de milit. teſt.
& in l. 1. in fin. nu. 11. C. de his, qui bon. ced.
poſſ. Roman. conſ. 43. nu. 5. & conſ. 506. Dec.
conſ. 538. nu. 2. Bertrand. conſ. 196. nu. 1. in
fine, lib. 3. Capell. Tholoſ. dec. 141. n. 2. quos,
& alios relatos ſequitur D. Trentacinqu. lo-
quens in Militibus huius Regni, d. num. 49.
verſ. ſecundus caſus eſt, & in tract. de ſub-
ſtit. par. 4. cap. 8. num. 6. quem aſſequitur D.
Prat. obſeru. 93. nu. 12. tom. 1. pract. obſeru.
quàmuis regularitèr contrarium tenuerat
ibid. nu. 10. & ſeq. ſic etiam de Militibus
huius Regni ſtipendiatis loquitur Maſtrill.
dec. 173. nu. 22. eaq; ratione mouentur, quia
6 iſti Milites vacant armis, & parati ſunt ad
defenſionem Regis, quemadmodùm anti-
qui Milites, & ſic illorum priuilegia habent,
D. Reg. Rouit. qui ſatis ad hoc commendat
D. Trentacinq. in rubr. de milit. n. 6. D. Con-
ſil. Paſchal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 3. n. 35.
& faciunt tradita per Odd. de in integr. re-
ſtit. par. 1. q. 6. art. 6. nu. 18. verſ. ſed breui-
tèr, optimè D. Conſil. Patignus in tract. de
iudic. & priuil. milit. nu. 36. impreſſo per D.
Rouit. in pragm. 11. de milit. vbi etiam re-
fert Auendan. in dictionar. in verb. Caual-
lero, qui ſimilitèr loquitur de Militibus
Regni Neap. q. etiam voluit Valaſc. conſult.
104. n. 13. lib. 1. adducit etiā ad hoc D. Pa-
tign. pro teſtimonio veritatis, Affl. in Con-
ſtit. incip. Intentionis, de illic. portat. armor.
ſub n. 28. lib. 1. nulla enim conſtituitur dif-
7 ferentia inter Milites actu ſeruientes, &
eos, qui parati ſunt ad defenſionem Regis,
quotiès neceſſitas popoſceret, vt aliorum
dictis docet Gratian. cap. 586. nu. 28. lib. 1.
diſcept. forenſ. & quàmuis D. meus hìc, n. 12.
intelligat, verba Afflict. non probare hanc
concluſionem, & quòd loquatur in alio ca-
ſu, attamen, quidquid ſit de hoc, certum
eſt,

eſt, quòd vltrà *Afflict.* adſunt infiniti alij legum Coriphei, vt ſuprà adducti, qui ſtrennè
8 hanc defendunt ſententiam, vt Milites huius Regni, omnibus fruantur priuilegijs militaribus, quibus addo *Caſtill. dec.* 105. *nu.* 34. vbi, quòd Milites Equites, vel Pedites huius Regni Neap. ſtipendiati, ſiuè in bello, ſiuè in pace morentur, non deſinunt eſſe Milites, & gaudent illorum priuilegijs, dum ſemper ſunt parati pro expeditione belli,
9 ideòq; *nu.* 74. *&* 75. dicit, eis competere in integrum reſtitutionem, prout tenuit *Oldus de in integr. reſtit. d. par.* 1. *q.* 6. *art.* 4. *nu.* 11. *verſ. contrarium*, vbi iura, & DD. citat, & *d. p.* 1. *q.* 10. *art.* 7. *nu.* 55. prout fuit in integrum reſtitutio cõceſſa Militibus Trattenitis, qui reſident circà perſonam D. Proregis, vt teſtantur *Caſtill. d. dec.* 105. ſub *nu.* 92. *& Maſtrill. d dec.* 173. *nu.* 17. *&* 53.
10 & quòd Milites noſtri temporis gaudeant omnibus priuilegijs, quibus gaudebāt antiqui Milites, tenent *Amat.* qui omnes cumulat *reſol.* 46. *num.* 4. *lib.* 1. *var. reſolut.* ac etiam *D. Altamiran. in rubr. de fil. Official. cap.* 4. *nu.* 42. vbi D. meum *hic nu.* 5. contrarium aſſerentem citat.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Fœminæ an, & quando veniant ex propria perſona ad fideicommiſſum, maſculis tamen deficientibus, ità vt non teneantur ad onera hæreditaria vltimi morientis, & quando poſſint per illius extinctionē diſponere ad libitum.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum maſculinum, fauore familiæ inducitur ex prohibitione alienationis facta, vt bona conſeruentur in familia.*
2 *Item, ex pluribus gradibus ſubſtitutionum inter deſcendentes, cum vocatione maſculorum, nu.* 8.
3 *Agnatio per fœminas non conſeruatur.*
4 *Deſcendentes ex fœminis nõ ſunt de familia.*
5 *Prohibitio alienationis extra familiam, inducit fideicommiſſum illius fauore.*
6 *Fœmina dum viuit, dicitur de agnatione, & nu.* 16.
7 *Appellatione familiæ quando veniant fœminæ.*
8 *Dictio, prædictis, eſt repetitiua præcedentiũ.*
9 *Fideicommiſſarius, ad obſeruantiam fideicõmiſſi adſtringitur.*
10 *Fœmina non admittitur ad ſucceſſionem, niſi decedentibus omnibus maſculis, vbi ſi prius admitteretur, oriretur abſurdũ, quia ſequi poſſet alienatio fideicommiſſi.*
11 *Prohibitio, ex pœna alienationis in fideicommiſſis intelligitur.*
12 *Fideicommiſſo renunciatum dicitur per poteſtatem conceſſam alienandi, & diſponendi ad libitum.*
13 *Fœminæ ſunt excluſæ, quotiès maſculi vocantur.*
14 *Familia per maſculos, & non per fœminas conſeruatur.*
15 *Ceſſantibus maſculis laicis, per quos conſeruari poſſet familia, admitti debent illi, ad quos de iure ſpectat ſucceſſio.*
16 *Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio, tàm ex diſpoſitione legis, quàm hominis.*
17 *Clericus in ſacris conſtitutus, deficientibus maſculis laicis, vbi ratio agnationis conſeruandæ habita fuit, admitti debet.*
18 *Diſpoſitio legis, & non hominis dicitur, vbi teſtator, ordinato fideicommiſſo voluit, deficientibus maſculis admitti fœminas, eo modo, & forma à iure permiſſis.*
19 *Diſpoſitio hominis venit conſequutiuè ad diſpoſitionem legis.*
20 *Relatum eſt in referente.*
21 *Statutum ſecundum à primo regulari debet, & formam recipere, vbi ad illius modum, & formam refertur.*
22 *In dubio pronunciandum eſt, fideicommiſſum non extare.*
23 *Fideicommiſſum quandò dicatur extinctum in vltimo moriente.*
24 *Fideicõmiſſum dicitur extinctum, vbi nulla perſona ſupereſt, cui applicari poſſit.*
25 *In claris, & certis non eſt locus coniecturis.*
26 *Omittere ſenſum, & quærere indicia in re manifeſta, eſt infirmitas intellectus.*
27 *Verba clara dicuntur, quandò intellectus non laborat in intelligendo.*
28 *À verbis claris durum eſt recedere per coniecturas.*
30 *Succedens iure proprio, non tenetur ad debita teſtatoris vltimi grauati.*
31 *Succedens per fideicommiſſum, ſuccedit teſtatori, & non hæredi.*
32 *Alienare quis non prohibetur, vbi in eius perſonam fideicommiſſum extinguitur.*
33 *Verba illa*, modo, & forma à iure permiſſis, *poſita in fideicommiſſo, in quo vocantur fœminæ in defectum maſculorum, quid operentur.*
34 *Deciſio in cauſa.*

De-

Digitized by Google

# Deciſio CIII.

Diana, Iulia, & Marghārita de Gaeta
qu. Octauij filiæ prætendebant, do-
mum donatam à q. Sigiſmundo de
Gaeta qu. Ambroſio eius filio pri-
mogenito, & Rus ſitum extrà Griptim, do-
natum qu. Pompeo, ſimilitèr filio, ad ipſas
iure proprio ſpectare, vigore fideicommiſſi,
in dictis donationibus contenti; ſecundò
prætendebant, dicta bona penès ipſas liberè
remanere, itàut poſſent de illis ad libitum
diſponere. E contrà verò Creditores Octa-
uij patris contendebant, fideicommiſſum
fuiſſe extinctum in perſonam d. Octauij, &
proindè eſſe procedendum ad eorum ven-
ditionem.

Difficultas conſiſtebat in verbis, cum
quibus erant ordinata fideicommiſſa præ-
dicta. Et quidèm donatio domus fuit facta
in anno 1553. d. Ambroſio, & eius filijs ma-
ſculis, in infinitum, & in eorum defectum,
in beneficium aliorum filiorum maſculorũ,
procreandorũ ab ipſo Sigiſmundo donan-
te, & eorum filijs maſculis, & deſcendenti-
bus in infinitum, gradus, & ætatis prærroga-
tiua ſeruata, ità, quòd primogenitus, & ma-
ior natu pręferatur, prohibuit etiam aliena-
tionem cum ampliſſimis verbis, & voluit,
ſemper, quòd fęminę eſſent excluſæ, quàm-
uis eſſent proximiores in gradu, & addidit
rationem, ad hoc, vt bona conſeruarentur
in maſculis de d. familia, & deſcendentibus,
ex eodem Sigiſmundo, cum infraſcripta de-
claratione, his verbis, videlicèt.

*Et quando fortè (quòd abſit) deficerent
maſculi legitimi, & naturales deſcendentes
ex d. Sigiſmundo, et prædictis eius filijs ma-
ſculis, natis, & naſciturus, & ſupereſſent fœ-
mina legitima, & naturales, deſcendentes ex
ipſo Sigiſmundo, vel eius filijs, & deſcenden-
tibus prædictis maſculis legitimis, & natu-
ralibus, in tali caſu dictæ fœminæ vocentur,
& vocatæ intelligãtur in ſucceſſione dicta-
rum domorum, modo, & forma à iure per-
miſſis, & quòd in dicto caſu prædictæ fęmi-
næ poſſint, et valeant, dictas domos vendere,
et alienare, & de eis diſponere ad earũ libitũ
voluntatis, ſublatis vinculationibus prædi-
ctis, me Notario pro dictis fœminis in dicto
caſu recipiente, ſtipulante, & acceptante.*

Donatio verò Ruris extrà Griptim fuit
facta in anno 1561. ad beneficium d. Pom-
pei filij quartogeniti, & eius filiorum, &
eorum deſcendentium maſculorum, in in-
finitum, & in eorum defectum, in beneficiũ
Franciſci ſecundogeniti, & eius filiorum, &
eorum deſcendentium maſculorum, in in-
finitum, & ipſis deficiẽtibus, in beneficium
d. Octauij tertiogeniti, & eius filiorum de-
ſcendentium maſculorum, in infinitum, &
in eorum defectum, in beneficium d. Am-
broſij primogeniti, & ſuorum filiorum, &
deſcendentium maſculorum, in infinitum
excluſis fœminis, etiam in proximiori gra-
du; prohibendo alienationem, & cum ſu-
prædicta declaratione, in caſu, quo omnes
maſculi decederent, ſuperſtitibus fœminis,
de verbo ad verbum tranſcripta, prout in
præcedenti donatione facta d. Ambroſio.

Dicebatur pro Creditoribus, fœminas in
dictis donationibus non fuiſſe comprehen-
ſas, niſi, vt à lege vocabantur, & proindè ad
ſucceſſionem venire non poterant, niſi vt
hæredes vltimi morientis, & per conſequẽs
erant obligatæ ad ſoluendum onera illius,
ad quod probandũ, dicebatur, d. Sigiſmun-
dum donantem, in vtroq; contractu voluiſ-
ſe inducere fideicommiſſum ad fauorem
1 maſculorum de familia, quod ex pluribus
colligitur, & Primò ex prohibitione aliena-
tionis, veſtita à cauſa, vt bona conſeruentur
in familia, ex quibus induci fideicommiſſũ
maſculinum in familia, habetur ex *text. in l.
peto, §. fratres, ff. de leg. 2. in l. filiusfamilias,
§. Diui*, vbi *Bart.* & cæteri, *ff. de leg. 1. Bart.
in l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verb. oblig.*
vbi etiam *Alex. Aretin. Socin.* & alij cotnu-
lati per *Cardin. Pariſ. conſ. 1. nu. 35. vol. 3.
& conſ. 63. nu. 18. vol. 2.* latè *Fuſar. de fidei-
com. ſubſt. q. 688. per tot.*

Secundò conſiderabatur, quòd plures
2 ſubſtitutionum gradus inter deſcendentes
cum vocatione maſculorum, & conſiderã-
do perpetuò familiam, repetijt, ex quibus
animus teſtatoris habetur, voluiſſe tantùm
inter maſculos de familia fideicommiſſum
ſtatuere, fœminis ſemper excluſis; *Pariſ. d.
conſ. 63. nu. 18. & conſ. 1. nu. 27. Peregr. de
fideic. art. 25. nu. 22.* qui innumeros cumu-
lat, & *n. 25. & 47.*

Inſupèr voluit, vt dicta bona cõſeruaren-
tur in familia, loquendo de donantis deſcẽ-
3 dentibus, excluſis fœminis, quamuis in gra-
du proximioribus, & quando fideicommiſ-
ſum fuit factum fauore familię, fœminæ nõ
comprehenduntur, cùm per eas agnatio nõ
conſeruetur, *Crauet. conſ. 180. nu. 1. & 800.
nu. 6. Barthol. Soci. conſ. 62. n. 4. & 63. n. 15.
vol. 3. Gozad. conſ. 79. num. 7. Curtius iun. conſ.
59. nu. 9. Ruin. conſ. 205. nu. 4. vol. 2. Pariſ.
conſ. 72. nu. 95. vol. 4. & conſ. 1. nu. 25. vol. 1.
Molin. de primogen. cap. 6. nu. 41. lib. 1. Pe-
regrin. de fideicom. d. art. 25. nu. 15. & 47.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12.
nu. 8.* qui alios allegat, *Corn. conſil. 26. nu. 4.
vol. 4. Cacher. deciſ. Pedem. 127.* qui ſic deci-
ſũ *refert, Surd. conſ. 443. nu. 21. & 43. vol. 4.*
quod probatur ex *text. in l. pronunciatio, §.
communi iure, ff. de verb. ſignif.* vbi probat,
4 deſcendentes ex fœminis non eſſe de fami-
lia,

Digitized by Google

ſtā, ſed tantùm ex maſculis, *Sfor. Odd. de fideicomm. q. 9. art. 5. n. 29. & n. 30.* dicit, non
5 poſſe negari, teſtatorem ideò prohibuiſſe alienationem extrà familiam, ad hoc, vt bona in familia conſeruaretur, quæ ratio non militat in fœminis, quia ipſæ transferũt bona in aliam familiam, *Brun. in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. art. 3. & 4. Tiraquell. de vtroq; retract. par. 1. §. 1. gloſ. 9. n. 194. Curt. conſ. 20. n. 15.* & alij per ipſum allegati, & licèt in contrarium allegetur *tex. in l. voluntas. C. de fideic. & d. l. pronunciatio, §. fi.* quia
6 fœminæ quoq; dùm viuunt, ſunt de agnatione, §. *caterùm, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Tiraq. d. §. 1. gloſ. 9. nu. 196. Peregr. de fideic. art. 22. nu. 25.* vſq; ad *finem, Simon de Pratis de interpret. vltim. volun. fol. 312. nu. 27. Farin. dec. 508. Fuſar. de fideicom. ſubſt. quæſt. 402. nu. 10.* tamen hoc poſſet intelli-
7 gi, quando eſt vocata familia contentiuè, ſocus autem effectiuè, hoc eſt, quando ſunt vocati deſcẽdentes teſtatoris maſculi, quia fœmina non continetur, ita poſt *Albenſ. conſ. 483. nu. 44. & 489. nu. 47.* & in ſpecie *nu. 51.* voluit idem *Sfort. Odd. in d. q. 9. n. 40.* vel quando maſculos expreſſiſſet, nam eo caſu fœminæ non continentur, vt diffusè probat *Peregr. de fideic. d. art. 25. num. 11. cum ſeqq. & Fuſar. q. 402. per tot.*

Quod ſatis euidentèr probari dicebant ex lectura earũdem donationũ, vbi quãuis non exiſtentibus maſculis permiſit, fœminas poſſe ſuccedere, tamen dixit, eas ſuccedere debere, *ſine vinculationibus prædictis,*
8 quæ dictio, *prædictis*, eſt repetitiua præcedentiũ, *l. 1. §. ex hoc edicto,* vbi *Bart. et §. eũ, qui ff. de poſtul. l. ſi cui, §. ſi à filio,* vbi *Bart. ff. de leg. 1. Surd.* qui alios cumulat *conſ. 417. nu. 4. vol. 4.* modò non poteſt intelligi, vt fęminæ ſuccedere debeant primo fideicommittenti, quia verba repugnant, ſi enim filij Sigiſmundi donantis, & ſic etiam deſcendentes maſculi non poterant alienare, dicere, quòd iſtæ fœminæ ſuccedant, tãquàm in fideicommiſſo vocatæ, *& ſine vinculationibus prædictis*, eſſet ſatis abſurdum, & contrà formam fideicommiſſi, in quo qui-
9 libet adſtringebatur, non alienare, quia iuris vinculo fideicommiſſarius ad fideicommiſſi obſeruantiam adſtringitur, vt habetur *Inſt. in princ. de fideic. hæredit.* & proindè ab abſurdo vitando potiùs dicendum erit, fęminas fuiſſe admiſſas ad hæreditatem vlti-
10 mi maſculi decedentis, non vigore fideicommiſſi, ſed prout de iure ſuccedere debebant. Quia illa libera poteſtas alienandi, & diſponendi, eſt contrà naturam, & ſubſtãtiam fideicommiſſi, nam ſi ſuccedens, alienare poſſet, irritaretur diſpoſitio facta in
11 beneficium alterius vocati, & ideò, etiam quòd non ſit expreſſa prohibitio, ſubintelligitur, *Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 133. ff. de verb. oblig.* immò, quamuis fi-
12 deicommiſſum extaret, data tali poteſtate alienandi, & diſponendi ab libitum, ipſi renunciatum intelligitur, vt voluerunt idem *Crot. in loco* ſuprà allegato, *Dec. conſ. 11. n. 7. Alex. conſ. 62. nu. 4. vol. 7. Pariſ. conſil. 31. nu. 7.* cum pluribus *ſeqq. vol. 3. & conſil. 46. nu. 23. vol. 2.*

Probatur etiam à ratione ceſſante, cùm enim donator inſtituere voluerit duas primogenituras inter eius deſcendentes primogenitos maſculos, dedit rationem, quia voluit, bona prædicta perpetuò conſeruari in familia de Gaeta, excluſis omninò fęmi-
13 nis, etiam in gradu proximioribus, & quotieſcumq; maſculi vocantur, fœminæ ſunt excluſæ, *l. cùm prætor, ff. de iudic. Menoch. conſ. 1099. n. 20. Fuſar. de fideic. ſubſt. q. 311.*
14 *nu. 12.* cùmq; per fœminas familia non cõſeruetur, ſed per maſculos, vt poſt alios dixit *Præſ. Reg. Cam. Fab. Capyc. Galeota* in ſuis luculentiſſimis *controuerſijs, lib. 2. contron. 59. nu. 19.* qui ex hoc infert, quòd illis ceſſantibus, qui poſſent familiam conſerua-
15 re, admittuntur illi, ad quos de iure ſpectaret ſucceſſio, quàmuis eſſent per dictos maſculos excluſi, & ex *Surd. conſ. 85. nu. 15.* & alijs *n. 26.* concludit, quòd excluſionis cauſa ceſſante, ceſſare debet excluſio, nedùm
16 ex diſpoſitione hominis, ſed legis, quæ fortior eſt, & hoc etiam *nu. 41.* probat ex *Bald.* & alijs per *Molin.* congeſtis *lib. 1. de primogen. cap. 6. num. 18.* & propterea concludit,
17 Clericum in ſacris conſtitutum, qui ratione agnationis conſeruandę erat per maſculos laicos excluſus, illis deficientibus debere admitti.

Et demùm dicebatur, quòd in hoc caſu non erat opus cõiecturis, cùm clariſſimè voluntas donantis eliciebatur ex ipſomet contractu, in quo fuit fideicommiſſum or-
18 dinatum ad beneficium maſculorum, quibus deficientibus, admitti, voluit, fęminas, ſed modo, & forma à iure permiſſis, & ſic ſe retulit ad legis diſpoſitionem, vt ſcilicèt ſeruetur id, quod in eo caſu lex ſtatuit, *l. ſi duo, ff. de acquirend. hæredit. Bald. in l. quicunque, nu. 12. C. de ſeru. fugit. Aret. conſ. 28. nu. 3. & 162.* quod potiùs eſt intelligendum
19 de diſpoſitione legis, quàm hominis, quia illa diſpoſitio hominis venit conſequutiuè ad diſpoſitionem legis, vt habetur ex *Barboſ. in repetit. l. 1. in 6. part. num. 36. ff. ſol. matr. verſ. & cùm hæc voluntas,* & hoc fundatur ea ratione, quia cùm dixerit, *Quòd vocentur, & vocatę intelligantur, modo, &*
20 *forma à iure permiſſis*, relatum eſt in referente, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de leg. 2.* & alij per *Pariſ. conſ. 100. nu. 21. vol. 1. & conſ. 16. nu. 5. vol.*

2. Surd.

Digitized by Google

2. *Sund. conſ. 369. nu. 44. vol. 3. Bero. conſ. 121. nu. 2. vol. 1.* & non attenditur referens, ſed relatum, idem *Pariſ. conſ. 94. n. 21. vol. 1. & conſ. 128. nu. 15. vol. 4.* & in terminis *Rimin. ſen. conſ. 104. vol. 1.* ſub *num. 8.* voluit, quòd ſtatutum ſecundum debet regulari à pri-
21 mo, & ab ipſo recipere formam, quando ad illius modũ, & formã refertur, quamuis iuri communi contradicat, *Menoch. conſil. 148.* ſub *nu. 26. vol. 2.* & in dubio pronun-
22 ciandum eſt, non adeſſe fideicommiſſum, *l. Lucius, §. tres hæredes, in verb. ad vnciam hæreditatis, ff. ad Trebell.* vbi etiam *Din. & Alber. Alciat. reſponſ. 68. lib. 9. nu. 26. & reſponſ. 71. n. 15.* qui etiam *nu. 13.* dicit, quòd prudentiſſimi ſunt patresfamilias, qui volunt, quòd *Iuſtin. Imper.* pro ipſis lege ſua ſic teſtetur, quando filios haberet.

Ex quibus concludebatur, quòd cùm fœminæ veniebant, non tanquàm vocatæ
23 ad fideicommiſſum, ſed ex legis diſpoſitione, quòd fideicommiſſum fuit extinctum in vltimo moriente, qui fuit Octauius de Gaeta, & is potuit ad libitum de dictis bonis diſponere, *l. 1. C. de teſtam. Pariſ. conſil. 74. vol. 2. & d. conſ. 1. nu. 18. vol. 1. Iaſ. conſil. 164. volu. 4. num. 2.* fideicommiſſum enim
24 dicitur extinctum, quando nulla ſupereſt perſona, cui applicari poſſit, ſeù vocata ſit à diſponente, *l. pater, §. penult. & §. Iulius Agrippa, ff. de leg. 3. l. Mutiana, in fin. ff. de cond. & demonſtr. Alciat. reſponſ. 31. nu. 13. lib. 9.*

Verùm pro dictis fœminis dicebatur, quòd ſatis clara erant verba Sigiſmundi donantis, qui deficientibus maſculis, de linea
25 maſculina deſcendentibus vocauit ipſas fœminas, & in claris, & certis non eſt locus coniecturis, *l. continuus. §. cùm ità, ff. de verb. oblig.* & *ibi Bald.* notat, quòd omittere
26 ſenſum, & quærere indicia in re manifeſta, eſt infirmitas intellectus, vt poſt *Natt. Soc. & Angel.* hoc tradit *Card. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 1. tit. 1. nu. 11.* & ſatis clara dicebantur eſſe illa verba, *In tali caſu dictæ fœminæ vocentur, & vocatæ intelligãtur ad ſucceſſionem, &c.* & cum hac reſponſione reſpondebatur ad omnia contraria, quia intelligenda ſunt, quando verba teſtatoris, vel diſponentis eſſent dubia, ſecus ve-
27 rò, quando ſunt clara, & verba clara dicuntur, quãdo intellectus non laborat in intelligendo, *Bald. in auth. hoc inter liberos, in princ. de teſtam. Socin. iun. conſ. 122. nu. 23. vol. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. tit. 4. lib. 3.*
28 *nu. 7.* à quibus claris verbis durum eſt recedere per coniecturas, *l. ſi is, qui ducenta, in princ. & ibi Bar. ff. de reb. dub.* & illa coniectura, quia fuerunt vocati maſculi primogeniti, & ex maſculis deſcendẽtibus, & quia fuit adiecta ratio, vt bona in familia, ſiuè agnatione conſeruentur, regulatur ab ipſa diſpoſitione .ſ. maſculis extantibus, illis verò deficientibus ceſſat ratio agnationis cõſeruandæ, & remanet illa ſolùm, quia noluit, ad extraneos, vel creditores bona peruenire, ſed ad fœminas, ab ipſo donante deſcendentes, quod etiam regulatur ex di-
29 ſpoſitione iuris, nam dùm ipſæ viuũt, agnationem conſeruant, vt ex *Peregr. Simon. de Prat. Farinac. Fuſar.* & alijs ſuprà fuit fundatum, & ſic optima ratione voluit, in caſu deficientiæ maſculorum ipſas eſſe vocatas: Cùm igitur ipſæ ſuccedant iure proprio, vti vocatæ in defectum maſculorum, & non
30 vti Octauij hæredes, non tenentur ad onera, & debita Octauij, vt ex *Torniell. in l. hæredes mei, §. cùm ità, num. 62. & Zanch. ibid. n. 204. ff. ad Senat. Conſ. Treb.* & alijs fundat *Nicol. Noal. de tranſmiſſ. in prælud. nu. 5. &*
31 *ſeq.* quia non ſuccedunt vltimo grauato, ſed bona habent ex prouidentia primi donantis, *l. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulg. & pupil. Menoch. conſ. 434. nu. 25. Fuſar. conſ. 22. nu. 11. & conſ. 73. n. 2. & de fideic. ſubſt. q. 484. nu. 6. Reg. Rouit. conſ. 83. nu. 20. lib. 2.*
32 & quia in eorum perſona fideicommiſſum extinguitur, ideò poſſunt ipſæ alienare, *Peregr. de fideic. art. 52. nu. 2.* vltrà, quòd hoc expreſsè dicitur in donationibus.

Nec illa verba poſita, *modo, & forma à iure permiſſis,* alterant diſpoſitionem, itàut
33 iſtæ fœminę non veniant vti vocatæ, & ex propria perſona, ſed vti hæredes Octauij vltimi morientis, cùm verus ſenſus dictorũ verborum ſit, quòd dictæ fœminæ vocentur, & vocatæ intelligãtur in hoc fideicommiſſo, non cum ætatis prærogatiua, prout in maſculis fuerat ordinatum, ſed modo, & forma à iure permiſſis, hoc eſt, omnes æqualitèr, & ſic illa verba, *à iure permiſſis,* alterant diſpoſitionem, non quòd non ſint vocatæ, quia hoc eſſet deſtruere illa verba, *vocentur, et vocatæ intelligantur,* ſed reſpectu, vt inter eas non ſeruetur ætatis prærogatiua, ità in terminis *Mart. de clauſ. part. 3. clauſ. 24. Caualc. deciſ. 18. nu. 28. par. 3.* poſt *Rimin. Ruin.* & alios per *Coſt. de clauſ. par. 2. clauſ. 24. nu. 4.* & *Barboſ.* in eodem *tract. de clauſ. in clauſ.* 115. Quibus diſcuſſis, iun-
34 ctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum, die 23. Nouembris 1635. fuit deciſum, bona in iudicio deducta ſpectare, & ſpectauiſſe ad Sorores de Gaeta ex propria perſona, & proindè, non eſſe debitis paternis obnoxia, de quibus tamen dictæ ſorores valeant ad libitum diſponere, quod etiam fuit in reclamatione confirmatum, & impoſitum perpetuum ſilentium, penès Actorum Magiſtrum de Martino.



Digitized by Google

## OBSERVATIO
## In Deciſione CIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fœmina, deficientibus maſculis, quando admittatur ad maioratũ, & n.3.4. & quãdo excludat cognatum de aliena familia, n.2.*

5 *Vocatio ſucceſſiua fœminarum, quando locũ habeat.*

6 *Alienare rem ſuam nemo inuitus cogitur, limita, fauore Religionis, pro ædificanda, vel amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, nu.7. pro iuſto tamen pretio taxando, & ità deciſum adducitur, nu.8. item pro erectione Seminarij, pro Atrio antè fores Eccleſiæ conſtruendo, n.9. & pro amplianda platea antè Eccleſiam, ac pro amplianda via, ex Populi recreatione, n.10.*

OBtinuerunt in hac deciſione DD. Sorores de Gaeta, quorum iura tuebatur *D.Lelius Gizzius* meus germanus, dùm fuit deciſum, bona ad ipſas ex propria perſona ſpectare, de quibus valeant ad earum libitum diſponere, nec debitis paternis obnoxia eſſe, vt refert D.meus *nu.*34. quam deciſionem ponderat nouiſſimè *D.Capan. in tract. de fideicomm. maſcul. art.*3. *inſpect.*2. *num.* 30. vbi à *nu.*21. per 24. in quo D.meum *hic* citat, ac
1 probat eius opinionem, quòd fœmina, deficientibus maſculis admittatur ad maioratum, & *art.*1. *inſpect.*2. aſſerit, quòd fœmi-
2 na de eadem familia, deficientibus maſculis de eadem familia, excludat cognatum de aliena familia, etſi proximiorem vltimo decedenti, Ego addo *Giouagnon. conſ.*7. *n.*37.
3 *& ſeq. lib.*1. dicentem, fœminam ſuccedere in fideicommiſſo, non extantibus maſculis, qui ex forma ſtatuti eam excludant, hinc
4 diximus *dec.*70. *nu.*5. quòd fœmina, in emphyteuſi comprehenſa, ſtante ſtatuto huius Regni, excludente fœminas propter exiſtẽtiam maſculorum, ſuccedit, illis mortuis, videndus eſt etiam D.*Carena reſolut.* 237. *nu.*10. *pract. reſol.* vbi, quòd vocatio ſucceſ-
5 ſiua fœminarum poſt maſculos, non habet locum, niſi à principio ſint vocatæ, ad quod citat *text. in l.cùm ità, §. in fideicommiſſo, ff. de leg.*2. & in *l.Gallus, §. quidam rectè, ff de liber. & poſthum. Gabriel. conſ.*132. *q.*5. *nu.* 54. cum *ſeqq. lib.*1. *Buratt. dec.*272. *num.*15. *verſ. neq; obſtare, & dec.*854.

Hinc, dùm D.meus *n.*5. loquitur de alie-
6 natione rei fideicommiſſo ſubiectæ, ſcias, quòd licèt nemo inuitus rem ſuam alienare cogatur, ad *text. in l.inuitum, C.de contrah. empt.* & in *l.nec emere, C.de iure delib.*
7 tamen regula prædicta locum ſibi non vendicat, fauore Religionis, pro ædificanda, vel amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, vt probatur in *l.ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt. funer.* & comprobat *Hier. Leo dec.* 90. qui DD. ad nauſeam citat *nu.*9. & 13. *il* 1. & ità deciſum refert *nu.*13. *il* 2. pro iu-
8 ſto tamen pretio taxando, vt fundat *nu.*35. quod pretium erit conuertendum in aliam emptionem bonorum ſtabilium, vt deciſũ tradit *d.nu.*35. & ità *Me* patrocinante pro Sacro Monte Septem Operũ Miſericordiæ huius Ciuitatis Neap. fuit deciſũ p Collat.
* Conſil. ad relationem D.mei, vti Delegati cauſarum d. Montis, die 1. Septembr. 1651. fuit enim condemnatus D.Alexander Siſola ad vendendum domum contiguam Eccleſiæ d.Montis pro illius ampliatione pro duc.3000. iuxtà appretium, qui conuertantur in emptionem, conſulto ipſo D.Delegato, prout fuit exequutum, acta ſunt penès Ioſephum Barrilem Reg. à mãdatis Scribã, & pariter *d.l.ſi quis ſepulchrum* habet etiã
9 locum in erectione Seminarij, D.*Conſil. Gizzarell. dec.*38. *nu.*22. D.*Nouar. q.*31. *lib.* 1. *qq. for.* D.*Caren. reſol.*2. *art.*1. *n.*8. *pract. reſol.* item pro Atrio antè Eccleſiæ fores conſtruendo, D.*Gizzarell. ibid. nu.*7. vbi D. *Mele in addit. nu.*15. D.*Carena* vbi ſuprà,
10 *nu.*9. item pro amplianda platea antè Eccleſiam, etiam ſi inter domum, & Eccleſiam adeſſet via publica, D.*Carena ibid. nu.*5. ac pro amplianda via, ex Populi recreatione, vt tradit D.*Thor. in addit. ad* D. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.*4. *in princ. n.*66.

*M.A.Gizzius.*

---

## ARGVMENTVM.

## Minor ex vẽditione, ſiuè retrouenditione facta ab eius Curatore, cum promiſſione generalis euictionis, an re euicta, teneatur ad euictionem, vel ad pretij reſtitutionem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutor, vel Curator non poteſt, pupilli, vel minoris ſui conditionem deteriorẽ facere.*

2 *Pupillus ex contractu Tutoris aliquando obligatur.*

*Intellige, vt nu.*3.

4 *Coactè contrahendo, non tenetur de euictione, niſi ſecundùm naturam contractus, & nu.*40.

5 *Pupillus ad euictionem per tutorem promiſſam non obligatur.*

6 *Pu-*

6 *Pupillus vbi ex contractu Tutoris læditur, cedendo actionem contrà ipſum Tutorem, erit liberatus à Creditore.*

7 *Pupillus non obligatur de euictione, quando tutor alienat rem alienã, vel illã diuidit.*

8 *Euictio generalis in beneficiũ ẽptoris, de eius natura ineſt in contractu venditionis.*

*Item in contractu retrouenditionis, pro re retrouendita, nu.9.*

10 *Retrouendens tenetur rem liberam retrouẽdere, prout ſibi conſignata fuit tempore venditionis.*

11 *Promiſſio euictionis reſtringitur ad obligationes, habentes cauſam ab eo tantùm.*

12 *Per retrouenditionem omnes hypothecæ medio tempore contractæ extinguntur.*

13 *Res reempta incidit in priſtinam cauſam.*

14 *Stipulatio, quantùmuis generalis, & indefinita, regulatur, & limitatur ſecundùm naturã cõtractus, ſuper quo interponitur.*

15 *Euictionis promiſſio regulatur ſecundùm naturam ipſius contractus, in quo fuit promiſſa, & nu.24.*

16 *Clauſula in exequutione principalis diſpoſitionis appoſita, eam non ampliat.*

17 *Pactum contrà ſubſtantialem definitionem actus non valet.*

18 *Promiſſio euictionis contrà naturam contractus retrouenditionis, eſt erronea, & non obligat promittentem.*

19 *Hæres promittens euictionem, ad quam non tenetur, non obligatur.*

*Maximè, qñ acceſſoriè interponitur, nu.20.*

21 *Euictionem promittens, licèt generalem, ſemper intelligitur, niſi à ſe res euincatur.*

22 *Venditor de euictione non tenetur, quando res ex facto ſuo, vel ſui authoris euicta fuerit.*

23 *Exceptio, quæ obſtat cedenti, obſtat etiam ceſſionario.*

25 *Super euictione poteſt paciſci, vt quis indefinitè, & generalitèr teneatur.*

26 *Decretũ Iudicis, cõtractũ minoris cõualidat.*

27 *Ratihabitio, ex ſolo facto, & actu tacito inducitur.*

*Item, inducitur ex receptione pretij rei ſuæ, ab altero vendita, nu.28.*

29 *Contractus eſt indiuiduus, & non poteſt in partem approbari, & in partem non.*

30 *Pupillus factus maior, debet, vel in totum contractum à tutore factum approbare, vel in totum reprobare.*

31 *Eccleſia non poteſt contractũ factũ ab intruſo pro parte approbare, et pro parte nõ*

32 *Contractus minoris claudicare poteſt.*

*Intellige, vt nu.33. & 34.*

35 *Minor, etſi cõtractum à tutore factũ approbare noluerit, tamen tenetur pretium reſtituere, in quo factus eſt locupletior.*

36 *Minor reſtitutus in integrum, pretium in ſuam vtilitatem verſum reſtituere debet.*

37 *Eccleſia, pretiũ perceptũ ex alienatione nullitèr à Prælato facta, ſi in eius vtilitatem verſum ſit, tenetur reſtituere, re euicta.*

38 *Euicta re vendita per tutorem, nomine pupilli, agi poteſt contra eum, quatènus in eius vtilitatem pretium verſum fuerit, pro reſiduo contrà tutorem, ſi ſit ſoluẽdo.*

39 *Pupillus licèt de euictione non teneatur, tamen pretium reſtituere debet.*

41 *Tutor vendens rem pupilli pro ſatisfaciendis debitis hæreditarijs, & promittens euictionem generalem, re euicta pupillus etiam de proprio tenetur.*

*Intellige, vt nu.42.*

*Deciſio in cauſa, nu.43.*

# Deciſio CIV.

CVm eſſent creditores Cæſar Pinelli, & Lucretia de Marino eius mater Spectab. Andreæ de Salazar Comitis Vagli, & olim huius Regni Secretarij in annuis duc.384. 2. 10. pro capitali duc.5220. Curator filiorum, & hæredũ præd. Cæſaris procurauit d. crediti ſatisfactionem, & proindè, expeditis literis exequutorialibus, fuerunt ordine M.C.V. exequuta domus, & viridariũ ipſius Comitis, exiſtẽtia in Burgo Plagę huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quibus tandẽ venditis ſub haſta, remanſerunt d. Curatori pro duc.7550. cũ pacto de retrouendendo infrà quinquennium, ex quibus excomputatis in pretio duc.6900. pro præd. credito, & depoſita remanenti quantitate, obtinuit poſſeſſionem. Poſt aliquod temporis ſpatium d. Comes Vagli vendidit RR. Patribus Carmelitis Diſcalceatis illud ius luendi pro pretio duc. 355. cuius vigore dd. Patres habuerunt retrouenditionem dictorum bonorum à Curatore, etiam pro minori pretio, nempè pro duc.6400. quia illi viſum fuit vtile negotiũ gerere pro minoribus, quia ex d. pretio dimiſit creditores annuorum introituum, & ideò promiſit etiam euictionem dictorum bonorum.

Quibus ſtantibus Creditores Comitis Vagli direxerunt coràm Iudice competenti greſſus ſuos ſuper dictis bonis, actione hypothecaria, petendo, aſſiſtentiam ipſis præſtari, & obtinuerunt, & ideò Patres ad euitandum venditionem, ſe concordauerũt cum illis, ſoluendo duc.7210. retinẽdo domum cũ viridario pro ampliatione Eccleſiæ, etiam vigore ſententiæ Rotæ Romanæ. Et verſa vice egerunt contrà Illuſt. Ducem Tocci, hæredem præd. Cæſaris, quem etiam lite pendente in authorem laudauerant pro d. euictione promiſſa à Curatore.

Excipiebat Dux, ipſum non teneri de

euictione, vel ſaltim non teneri, niſi ab habentibus cauſam ab eo, & hoc, non obſtante promiſſione facta per Curatorem; nam
1 de iure Tutor, ſiuè Curator non poteſt, pupilli, ſeù minoris ſui facere conditionem deteriorem, ad *text. in l. pactum curatoris 22. C. de pactis, l. non abſtulit, C. de nouat. Bar. in l. nouare, ff. de nouat. Bald. conſ. 266. lib. 1. Rimin. conſ. 201. nu. 22. lib. 2.* & alij allegati per *Mut. deciſ. Sicil. 33. num. 26.* Et
2 quamuis pupillus ex cōtractu Tutoris aliquando obligetur, *l. illud, §. ſi impuberis, ff. de euict.* attamen hoc eſt intelligendum, quando vtile negotium pro illo gerit, ſecus autem, quando contrà legis diſpoſitionem
3 ſe obligat, quia tunc non tenetur pupillus, *Salyc. in l. venditorem, ff. de euict. Bald.* & alij *in cap. 1. de prohibit. feud. alien. per Feder. Manent. deciſ. 13. nu. 41.* & ideò dicebatur, non potuiſſe Curatorem in hoc caſu, euictionem promittere, nam coactè retrouendidit bona empta cum pacto de retrouendendo, & qui coactè contrahit, non tenetur de euictione, niſi ſecundùm naturam
4 contractus, *l. qui hæres 50. ff. famil. erciſc. gloſ. 1. in l. emptori duplum, ff. de euict. Alphonſ. Guzm. de euict. quæſt. 53. nu. 6.* & non
5 remanet pupillus obligatus, ſed eſt, ac ſi nō promiſiſſet, *Socin. iunior in conſ. 116. n. 63. vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. n. 69. Theſaur. iun. quæſt. forenſ. 14. lib. 3.* & quando
6 pupillus ex tali contractu læderetur, cedendo actionem contrà ſuum Tutorem, vel Curatorem, erit liberatus, *l. final. ff. de ad-*
7 *min. tutor.* vbi *Bart.* & alij, nec quando Tutor nomine pupilli vendit rem alienam, vel illam diuidit, obligatur de euictione, *Manent. in d. deciſ. 13. num. 46. Guzm. d. quæſt. 53. nu. 8. & 9.*

Quò verò ad ſecundum articulum, dicebatur, quòd ſicuti ex iuris diſpoſitione
8 in contractu venditionis de eius natura ineſt promiſſio euictionis generalis in beneficium emptoris, vt probatur ex *text. in l. 2.* vbi DD. *ff. de euict. l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædil. edict. l. ſi in venditione, ff. de euict.* cum concord. ità etiam in contractu retrouenditionis ineſt promiſſio eui-
9 ctionis rei retrouenditæ, quæ tamen non eſt generalis, niſi obligationū medio tēpore inter emptionem, & retrouenditionem ab ipſo retrouendente, vel ab habentibus cauſam ab ipſo contractarum, retrouendens enim tenetur retrouendere rem liberam,
10 prout ſibi conſignata fuit tempore venditionis, ad *text. in l. creditor, cùm pignus, & in l. patenti, in fin. ff. de pign. act. l. creditor, la 2. C. eod. titul.* & proindè euictio in cōtractu promiſſa, reſtringi debet ad illas obliga-
11 tiones, quæ haberent cauſam ab eo tātùm, prout punctualitèr tradidit *Reg. Rouit. conſ. 46. nu. 6. vol. 2.* Ex quibus ſequitur, quòd ex retrouenditione facta, tàm principali, quàm ceſſionarijs iuris luendi, nullū ius illis quæritur, ſed tantùm ius emptoris retrouendētis, & omnes hypothecæ medio tempore
12 contractæ per ipſum, extinguntur, & reemens recuperat id, quod priùs alienauerat, & ſic etiam eius ceſſionarius, *l. ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict.* cum alijs adductis per *Bar. in l. in diem, n. 2. ff. de aqua plu. arc.* adeò, vt res talitèr reempta
13 reincidat in ſuā priſtinam cauſam, *Franch. dec. 39. nu. 1. Rouit. d. conſ. 46.*

Sequitur ergò ex prædictis, quòd quamuis Curator retrouendens, euictionem generalem promiſerit, debet tamen reſtringi ſecundùm naturam contractus, in quo acceſſit, & proindè, quòd debebat intelligi promiſſa à d. Illuſtr. Duce, cuius nomine Curator retrouendidit, & ab habentibus cauſā ab ipſo tantùm, nàm ſtipulatio, quā-
14 tumuis generalis, & indefinita, regulatur, & limitatur ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur, ad *tex. in l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. l. 1. §. ſi cum conditione, ff. vt legat. nom. cau. l. damni infecti, §. ei, qui, in princ. ff. de damn. infect. l. qui vno, in princ. ff. locat. Bart. in l. qui Romæ,* ſub *nu. 11. ff. de verb. oblig.* vbi etiam *Bald. &* alij, *Soci. iun. conſ. 128. nu. 13. vol. 1.* qui loquitur in pro-
15 prijs terminis promiſſionis euictionis, ſequitur *Ruin. conſ. 11. nu. 12. lib. 1. & conſil. 137. nu. 14. vol. 2. Curt. ſen. conſ. 48.* ſub *nu. 29. Mangil. de euict. q. 118. nu. 20. Surd. deciſ. 345. nu. 3.*

Quod eo magis procedere debebat, quia hæc promiſſio generalis euictionis, fuit appoſita in exequutionem contractus retrouenditionis, & proindè, non debet dictam promiſſionem ampliare, quia clauſula, in
16 exequutionem principalis diſpoſitionis appoſita, eam non ampliat, *cap. 1. in fin. de præben. Iaſ.* poſt *Imol. & Alb. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 33. ff. de verb. oblig.* & pactum, iuris diſpoſitionem ampliare nō
17 poteſt, quia non valet contra ſubſtantialem diffinitionem actus, *l. ſi proculium, ff. de pecul. leg. l. vbi ità donatur, ff. de donat. cauſ. mort. Bald. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. & quia venditor, num. 20. in vſib. feud.* & quòd talis promiſſio euictionis, tanquàm contra naturam contractus retrouenditio-
18 nis ſit erronea, & propterea non obliget, probat *text. &* ibi *glo. in l. ſi legati ſerui 59. ff. de legat. 1.* vbi hæredem, qui promiſit
19 euictionem, ad quam non tenebatur, non obligari, dicit *Iuriſconſultus*, vbi etiā *Bar.* & *Iaſ.* & alij, & licèt *Iaſ.* dubitet de concluſio-
20 ne prædicta, ad finem, vt verba aliquid operentur, tamen hoc indiſtinctè tenet, quādo acceſſoriè interponitur, quod etiam

dicit

dicit *Caſtr. conſ.* 170. *vol.* 3. Cùmq; euictio prædicta ſequuta non fuerit à d. Illuſtr. Duce retrouendente, neq; ab habentibus cauſam ab eo, ſed à d. Spectab. Comite Vagli, cuius erat creditor, qui egit, & obtinuit cōtra RR. Patres, non poterat teneri ipſe retrouendens, quod expreſsè probare, dicebatur ex *text. in l. fundum meum* 20. *ff. de*
21 *euict.* vbi *gloſ.* dicit, quòd quamuis generalis ſit promiſſio, tamē videtur exceptum, niſi à me res euincatur, alias enim poſſem doli mali exceptione repelli, vbi etiam *Bar.* & cæteri. Et hoc probatur, quia Patres non poſſunt plus iuris habere, quod eorum author, qui ius luendi vendidit, à quo & ipſi cauſam habent; Cùmq; Comes Vagli non poſſet agere contra d. Illuſtr. Ducē, ex qualibet euictione generali promiſſa, dùm euictio fuit ſequuta ad inſtantiam eius creditoris, quia doli mali exceptione remoueretur, ex vulgata *l. vendicantem, ff. de euict.*
22 nec tenetur de euictione venditor, quando res fuit euicta ex facto emptoris, vel ſui authoris, *d. l. fundum, ff. de euict. Corn. conſ.* 42. *col. fin. lib.* 4. *Surd. conſ.* 67. *n.* 53. *& conſ.* 70. *nu.* 17. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 36. cum *ſeqq. Mut. deciſ.* 57. *nu.* 29. *Guzman. de euict. q.* 51. *n.* 2. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 115. *nu.* 13. *& conſ.* 87. *nu.* 80. ita etiam nec eius
23 ceſſionarius, nàm quælibet exceptio, quæ obſtaret cedenti, obſtabit & eius ceſſionario, *l. quod ipſis, & l. in omnibus, §. non debeo, ff. de reg. iur. Ludouiſ. dec. Rot. Rom.* 47. *nu.* 5. *& deciſ.* 121. *num.* 3. *Farin. deciſ.* 880. *nu.* 2. *in recollect. Surd. conſ.* 105. *nu.* 4. *Gratian. diſcept. for. cap.* 701. *nu.* 14. *cap.* 149. *nu.* 10. *cap.* 309. *nu.* 21. *& cap* 906. *nu.* 10. & alij per *Graſſ. in tract. de except. in præludio nu.* 190. cum *ſeqq.* vbi latè de materia.

In contrarium verò pro parte dd. Pa-
24 trum dicebatur, quòd quamuis promiſſio euictionis intelligi debeat ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur, *d. l. ſi ſtipulatus, in princ. ff. de vſur.* tamen ſuper euictione poteſt paciſci, vt quis inde-
25 finitè & generaliter teneatur, vt voluerunt *Bald. Imol. & Alex. in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg.* 1. *Alex. conſ.* 4. *nu.* 1. *& 2. lib.* 3. & meliùs *conſil.* 102. *num.* 5. *lib.* 6. *Caballin. de euict. §.* 5. *num.* 19. *& §.* 3. *num.* 168. *quæſt.* 25. *Gratian. conſil.* 163. *num.* 22. *lib.* 2. *Rimin. conſ.* 362. *nu.* 6. *lib.* 2. *Mangil. de euict. d. q.* 118. *nu.* 21. ex notatis in *l. cùm pena, verſ. non ſic, ff. de recept. arbitr. & in l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict.* Nec obſtat, quòd agebatur de contractu facto cum Curatore minoris, cùm fuerit geſtus ad eius vtilitatem, ſuper qua iàm S.C. iudicauit, quia ſuper validitate cōtractus ſuum interpoſuit decretum, pariter, & authorita-
26 tem præſtauit, quod quidem decretum contractum minoris conualidauit, ad *text. in l. lex, quæ tutores, C. de adminiſtr. tuto. l. non ſolùm, C. de præd. min. l.* 1. *& l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eor.*

Secundò conſiderabatur, quòd ipſe Pinellus Dux Tocci poſt maiorem ætatem, diſpunctis rationibus datis per ſuum Curatorem, vbi in ſpecie dabatur ratio d. contractus, & pretij indè peruenti, ipſum quietauit, ex quo actu dicebatur, fuiſſe inductā ratificationem, ſi non expreſſam, ſaltim tacitam omnium geſtorum per ipſum Curatorem, & ſignanter d. contractus, de quo ra-
27 tionem dedit, cùm ex ſolo facto, & actu tacito ratihabitio inducatur, *l. Paulus, ff. rem rat. haberi, Menoch. de recup. poſſ. rem.* 15. *n.* 120. *& præſumpt.* 39. *lib.* 2. *& conſ.* 496. *nu.* 102. & in ſpecie, quòd inducatur ex rece-
28 ptione pretij rei ſuæ, ab altero venditæ, *Crau. conſ.* 159. *n.* 5. & poſt eum *Menoch. d. rem.* 15. *nu.* 123. *& in conſ.* 98. *nu.* 43. & probatur ex *l.* 3. §. 1. vbi *gloſ. in ver. comprobauerit, ff. de minor. & in l.* 2. *C. ſi maior fact. alien. rat. hab.* vbi etiam *gloſ. & in l. indebitum, C. de condit. indeb.* & is, qui rata habuit ea, quæ in minori ætate geſta ſunt, poſt maiorem ætatem fruſtrà eorum reſciſſionem poſtulabit, *d. l.* 2. vbi *gloſ. C. eod. tit.*

Nec poteſt dici, quòd contractum prædictum approbauit quòad retrouenditionem, non autem quòad promiſſionem euictionis, nō poteſt enim contractus, per minorem geſtus poſt maiorem ætatem pro parte approbari, & pro parte impugnari,
29 cùm quis debeat totum agnoſcere, vel à toto recedere, cùm ſit indiuiduus, *l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* & velle illum in partem obſeruare, & in partē reſoluere, eſſet incompatibile, *Aret. conſil.* 149. *in fin. verſ. præterea iſta duo,* per *text. in l. de rebus, ff. rer. amot. & in l quod in heredem, §. eligere, ff. de tribut. act. Gratian. diſcept. for. cap.* 301. *n.* 57. *Caldas in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſt. Tiraq. de retract. conuent. ad finem titul. nu.* 4. & in ſpecie, quòd pupillus factus maior, debeat
30 contractum per eius tutorem factum totū approbare, vel totū reprobare, voluit *Bald. conſ.* 10. *vol.* 2. & eſt *text. in l. Iulianus, §. ſi procurator, & §. ſi quis colludente ff. de act. empt. & in l.* 3. *§. ſiquidèm, ff. iudic. ſolui,* ſic
31 etiā dicimus in Eccleſia, quòd ſi vult agere per contractum factum ab intruſo, non poteſt illum pro parte approbare, & pro parte repugnare, cùm hoc ſit indiuiduum, *Put. deciſ.* 362. *lib.* 3. *Bald. in cap. nihil, col.* 3. *verſ. quæro, vtrum ex contrahibus, extrà de elect. Seraphin. dec.* 540. *n.* 5. quæ eſt eadem cum alia deciſione impreſſa in *nouiſſ. diuerſor. deciſ.* 187. *p.* 2. & eſt *text. in l. neminem, ff. de legat.* 2.

Et

Digitized by Google

32 Et licèt contractus fauore minoris claudicare poſſet,vt habetur in *d.l.Iulianus*,§. *ſi quis à pupillo,ff.de act.empt.*& ſic etiam iudicium,*l.non eo minus,C.de procur.* tamẽ
33 hoc intelligitur, reſpectu totius cõtractus, quia valere poteſt reſpectu maioris,qui validè ſe obligauit,reſpectu verò minoris dicitur nullus,ipſo nolente,*d.l.Iulianus* 13.§. *ſi quis à pupillo, ff.de act.empt.*§.1.*Inſtit.de author.tutor.*vt etiam diximus in *deciſ.*19.
34 *nu.*10. tamen hoc intelligendum erit, reſpectu totius contractus, non autem reſpectu partis ipſius,& ſic poterit totum cõtractum,vel approbare,vel impugnare, non verò in vna parte approbare, in alia impugnare,vt ſuprà fuit fundatum.

Et demùm dicebatur, quòd quatènus circà euictionem generalem aliqua poſſet eſſe difficultas, tamen negari non poterat, quòd teneatur minor ad reſtituendum pretium,quod habuit à RR.Patribus, in quo
35 factus fuit pupillus locupletior,quia ex illo fuerunt Creditores ipſius dimiſſi, *l. pupillus,& l.ſi minori,ff.de admin.tutor. l. fin. C.pro emptore,l.2.C.de neg.geſt.* & proptereà minor aduersùs vẽditionem reſtitutus
36 in integrum,pretium in ſuam vtilitatem verſum reſtituere debet,*l.prædiorum*, iuncta *l.ſi prædia*, *C. de minor.* quod etiam procedit in Prælato, qui rem Eccleſiaſticam,abſquè Superioris authoritate aliena-
37 uit,quia ſi pretium fuerit in Eccleſiæ beneficium verſum,re euicta tenebitur ad illius reſtitutionem,*Bart.& Bald.in l.iubemus*,§. *ſanè,lo* 1.*C.de ſacroſ.Eccleſ.Felin.in cap. cũ cauſam,nu.*25.*extrà de re iudic.* quod confirmatur ex *text.in d.l.illud*,§.*ſi impuberis, ff.de euict.* vbi *DD.*& *ibi Salyc.* dicit, quòd
38 euicta re vendita per tutorem,nomine pupilli,agi poteſt contrà eum, quatènus in eius vtilitatem verſum fuerit pretium, pro reſiduo verò contrà tutorem,ſi ſit ſoluen-
39 do,aliàs contrà eundem pupillum, quia quàmuis non teneatur de euictione, tenebitur tamen ad pretij reſtitutionem, *l.item ſi verberatum*,§.1. *ff.de rei vendic. Capra reg.*83.*nu.*25.*Cęſar Manent. d. dec.*13.*nu.*33.& per tot.qui loquitur in proprio caſu, quando minor,qui vendidit,promiſit generalem euictionem,& poſt ipſum in puncto hoc etiam voluit *Guzman.de euict. d.c.*53. *nu.*6.vbi, quòd vendens coactè, vel alitèr
40 contrahens,ex neceſſitate officij non tenetur ſe obligare de euictione, ſed ad pretij reſtitutionem, & meliùs hoc habetur ex *Theſaur.quæſt.foren.lib.*3.*q.*14.qui tractat quæſtionem,an tutor,qui vendidit rem pu-
41 pilli pro ſatisfaciendis debitis hæreditarijs, & promiſit emptori generalem euictionem, re euicta teneatur pupillus, etiam de proprio,& quàmuis arguat, quòd poſſit tutor euictionem generalem promittere, & bona ipſius pro obſeruantia contractus hypothecare, *d.l.illud*,§.*ſi impuberis, & l.*1.*ff.de admin.tut.* tamen poſteà declarat,quòd hoc
42 intelligi debet,quando vtile negotium pro pupillo geſſit,ſecùs verò,quando ex eo dãnum conſequeretur;& ideò ex illa promiſſione generalis euictionis,per tutorem facta,non obligatur pupillus, niſi hæreditario nomine,& quatènus pretium in eius beneficium verſum fuerit, & ità deciſum refert die 26.Octobris 1594. per Senatum Pede-
43 montanum. Et proindè die 20.Iunij 1637. ad relationem Reg.Cõſil.Prouenzalis, quia pretium erat verſum in vtilitatem minoris, & ex eo dimiſſi fuerant eius Creditores,cõdemnauimus Ill.Ducem Tocci cõuentum ad reſtituẽdum pretium, per dictos Reuer. Patres ſolutum, vnà cum intereſſe, penès Act.Mag.Iacobum Figliola.

## OBSERVATIO In Deciſione CIV.

### SVMMARIVM.

1 *Minor an,& quãdo ad euictionem per eius Curatorem promiſſam teneatur, & nu.3. 5.6.& 7.*

2 *Contractus per minorem celebratus, ſi tendat in eius vtilitatem,ſubſtinetur,quàmuis deficiant ſolemnitates.*

3 *Pupillus an,& quando teneatur ad euictionem promiſſam per eius Tutorem, & nu. 5.6.& 7.*

*Tutor,vel curator quando de euictione de proprio teneatur,d.n.3.5.6.& 7.*

4 *Dolus, vel culpa præſumitur in Tutore, vel Curatore,vbi ſolẽnitates nõ adhibuit.*

8 *Contractus ſuper re minoris ſubſtinetur,ſi adfuit decretum Iudicis,quod præcedere, vel ſubſequi poteſt.*

9 *Solutio ſpontanea facta per eum, qui metu ſe obligauit,purgat metum, ſi debitum eſt proprium,vel paternum,& ad ſolutionem reſidui tenetur.*

10 *Vendens,licèt non teneatur de euictione,tenetur tamen ad pretij reſtitutionem, etſi adſit pactũ,vt non teneatur de euictione.*

11 *Author laudatus ad quid teneatur,ſequuta euictione,& nu.ſeq.*

12 *Intereſſe expenſarum litis non debetur, ſequuta euictione,& ità deciſũ adducitur.*

1 DEterminatum in hac deciſione habemus,minorem ad euictionem per eius Curatorem promiſſam teneri, quando pretium per illum receptum, eſt verſum in vtilitatẽ ipſius minoris, eò,quòd ſunt dimiſſi eius cre-

Digitized by Google

creditores, vt habetur *nu.* 43. quæ deciſio
comprobari poteſt ex traditis in fortiori
caſu per D. meum *dec.* 19. *num.* 5. 7. *&* 8. vbi
*Nos* paritèr probauimus *nu.* 1. quòd con-
2 tractus per minorem geſtus, ſi tendat in
eius vtilitatem, ſubſtinetur, quàmuis ſolem-
nitates deficiant, & ità deciſum *ibid.* retuli
*nu.* 4. *&* 5. quod etiam voluit *D. Aloyſ. de*
*Aquino* Prothonot. Apoſtol. ex numero
Participantium *q.* 8. *nu.* 26. *miſcellan. qq.* Ve-
3 rùm, ſi ad pupilli, vel minoris vtilitatem cō-
tractus non tendat, & adſit Tutoris, vel Cu-
ratoris dolus, aut culpa, tunc Tutor, vel Cu-
rator de euictione tenetur, vt benè probat
*D. Praeſ. Merlin. cap.* 76. *n.* 4. *cent.* 2. *controu.*
*forenſ.* per *tex. in l. Iulianus, §. ſed cùm in*
4 *facto, ff. de act. empt.* dolus autem, vel culpa
præſumitur, ſi ſolemnitates in contractu,
vel in alio actu ſeruatæ non ſint, vt conclu-
dit *Roman. conſ.* 54. quem, & alijs etiam re-
latis aſſequitur *D. Merlin. ibid. n.* 5.

Eatènus tamen de euictione Tutor, vel
5 Curator eo caſu tenetur, quatènus non eſt
in vtilitatem pupilli, vel minoris verſum, ſi
tamen ſoluendo ſit, in quantum verò pu-
pillus, vel minor factus eſt locupletior, te-
netur ipſe pupillus, vel minor, vt ex *Fari-*
*nac. in repertor. de contract. q.* 14. *nu.* 36. *&*
*q.* 41. *nu.* 24. cum *ſeqq.* tradit *D. Merlin. n.* 6.
pro reſiduo verò tenetur ipſe Tutor, vel
Curator, *d. l. Iulianus, §. ſed cùm in facto,* ſin
6 autem ſoluendo non ſit, & hoc caſu, in to-
tum pupillus, vel minor tenebitur, vt docet
*D. Merlin. d. nu.* 6. quando tamen Tutor, vel
7 Curator eſt ſoluendo, tenetur pupillus, vel
minor emptori cedere actiones, in id, quod
ſupereſt, deducto eo, in quo factus eſt locu-
pletior, *l.* 1. *§. ſi ſeruus pupilli, ff. de tribut.*
*act.* aliaq; iura citat *D. Merlin. loc.* cit. *nu.* 10.
qui *nu.* 13. reprobat tradita per *Mangil. de*
*euict. q.* 188. *nu.* 24.

Hæc tamen *deciſ.* 104. tantò magis ſub-
8 ſtinetur, dùm interuenerat decretū S.R.C.
ſuper validitate contractus, per Curatorem
geſti, nomine minoris, vt refert D. meus
*nu.* 26. quod quidèm præcedere, & ſubſequi
poteſt, vt probauimus *d. dec.* 19. *nu.* 17.

Habetur etiam per D. meum *nu.* 19. hæ-
9 redem, qui euictionem, ad quam non tene-
batur, promiſit, non obligari, ideòq; obſer-
ues, quòd ſolutio ſpontanea facta per eum,
qui metu ſe obligauit, metum purgat, *l.* 2. C.
*de his, qui vi, metuſuè cauſa,* & proindè ad
ſolutionem reſtantis quantitatis tenetur,
exploſa metus exceptione, ſi tamen debi-
tum erat proprium, vel paternum, vt benè,
& luculentèr fundat *D. Caluin. in tract. de*
*aequit. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 3. 4. 5. *&* 6. ſed *nu.* 7.
cōtrarium ex *Rebuff.* cū diſtinctione tradit.

Circà verò, quòd vendens, quàmuis non
10 teneatur de euictione, tenetur tamen ad
pretij reſtitutionem, vt per D. meum *n.* 35.
paritèr obſeruabis, illud procedere, etiam
ſi adſit pactum, vt de euictione non tenea-
tur, nàm hoc caſu ad pretij reſtitutionem,
æquitate ſuadente, adſtringitur, vt colligi-
tur ex dictis per *D. Caluin. in d. tract. lib.* 2.
*c.* 162. à *n.* 8. cum plurib. *ſeqq.* idq; optimè
comprobat *Theſ. lib.* 1. *qq. forenſ. q.* 77. *n.* 1.
cum *ſeq.* & præcipuè, ac meliùs *n.* 7.

Cumq; de euictione verba fecimus, erit
11 quoq; obſeruandum, quòd ſi ſequatur eui-
ctio per ſententiam exequutam, iuxtà *l. ha-*
*bere licere, ff. de euict.* tenetur author lau-
datus, pretium receptum reſtituere, vnà cū
omnibus damnis, & intereſſe, iuxtà diſpoſi-
tionem *l. venditor, ff. eod.* & *l. in controuer-*
*ſia,* C. eod. *tit.* vt per prædicta iura tradit *D.*
*Gallupp. in praxi S.R.C. par.* 2. *cap.* 15. *nu.* 1.
12 non tamen tenetur ad intereſſe expenſa-
rum litis, vt fuit per S.R.C. determina-
* tum, die 6. Maij 1641. ad relationem *D.*
*Cōſil. Arias de Meſa,* in cauſa Fabritij Maz-
zarotta cū D. Portia Sāſeuerina, & D. Eleo-
nora Exarques Principiſſa Caſtri Franchi,
in qua expenſæ litis erant liquidatæ in duc.
330. vt in proceſſu Monaſterij S. Potiti, cum
dicto Fabritio, in Banca de Martino.

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Agitur de nullitate guidatici, ſiuè ſaluiconductus, delinquentibus conceſſi, tàm ex defectu poteſtatis, quàm voluntatis concedentis, & de ſubreptionibus, & obreptionibus ipſius, & an, & quando delinquentes capti, ſint reponendi in priſtinā libertatem.

## SVMMARIVM.

1 *Intereſt Reipublicæ, delicta puniri.*
2 *Iniquum eſt, vt iuſtitiæ culmen per gratiā opprimatur.*
3 *Impunitas delictorū eſt Inſolētiæ mater, Impudētiæ radix, et Tranſgreſſionis nutrix.*
4 *Principes ſolent ob res proſperè geſtas, criminis accuſationem abolere.*
5 *Principes ob bonum publicum ſolent concedere ſecuritatem, ſaluumconductum, & indulgentiam, abſq; partis remiſſione.*
6 *Principes, & non alius poſſunt condemnationes caſſare.*

*Item,*

Digitized by Google

Item poſſunt alijs committere ob publicam vtilitatem, nu.7.

8 Princeps eſt ſuprà ius poſitiuum, ob quod poteſt contrà ius reſcribere, & ſtatuere.

Item, poteſt pœnam voluntarij homicidij remittere, n.9.

10 Multa pro bono pacis, & ob publicã vtilitatem permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.

11 Princeps, vrgentibus bellis poteſt guidaticum, & ſaluumconductum concedere.

12 Prorex ſolet, tempore belli delinquentibus, aliquibus tamen criminibus exceptis, ſaluoſconductus concedere, cum conditione, vt per aliquot annos militiæ inſeruiant.

13 Tribunus Militum in Ciuitate Caietæ, Capitaneus adguerram vocatur.

14 Verba, quæ in reſcripto, ſeù viglietto S.E. continentur pro ſaluoconducto, delinquẽtibus concedendo, ponderantur.

Et an dicta verba, modum, vel conditionem inducant, nu.23.

15 Milites notari, & adſcribi ſolent in libro Regij Scribæ Rationis, ad hoc, vt gaudeãt priuilegijs militaribus, & n.18.

16 Miles, nedùm probatur per adſcriptionem in Regia matricula Militum, ſed etiam per literas eius, qui eum Militẽ fecit, & n.45.

17 Literæ illius, qui Militem creauit, debent eſſe, illius ſigillo, & iuramento roboratæ.

18 Milites adſcripti in libro Tribuni Militum, ſi aufugiunt, quàmuis in libro Regij Rationis Scribæ notati non ſunt, ex Regijs Bannis pœnis decem annorum ſeruiendi in Regijs triremibus ſubijciuntur.

20 Inquiſiti concordati ad ſeruiendum militiæ, ſi poſt adſcriptionem in libro Capitanei Cohortis aufugerint, infrà decem dies per Regia Banna declarantur veri Banniti.

21 Miles adſcriptus in libro Tribuni Militum, verè Miles dicitur. Vide tamen nu.41. & 44.

22 Verba in ablatiuo abſoluto poſita, conditionem inducunt, & n.47.

23 Qualitas orationi perfectæ poſita, modum inducit.

24 Qualitas adiecta alicui pro cõcedendo guidatico delinquentibus, eſt per ipſum, & non per alios adimplenda.

25 Putans, ſe feciſſe, quod facere poterat, bonã fidem ſequi cenſetur.

26 Guidaticum in dubio validũ eſſe cenſetur.

27 Carceratus, ſub ſecuritate, in priſtinam libertatem reduci debet, quàmuis nullitèr, vel malè ſit conceſſa.

28 Nemo ſub fide Regia eſt decipiendus.

29 Guidari non poſſunt inquiſiti infrà ſex mẽſes à die patrati delicti.

30 Indultus, præterita, & non futura reſpicit delicta.

31 Generalitas guidãdi conceſſa per Principẽ derogatur per ſpecialitatem banni emanati per D.Proregem cum Collat.Conſil.

32 Guidaticum contrà expreſſum caſum legis, nullum dicitur.

33 Nemo poteſt facere, quin leges obſeruẽtur.

34 Indultus, prætèr indulgentis intentionem operari non debet.

35 Indultus, ſecundùm morem concedentis interpretationem recipit.

36 Indultus ei iuuari non poteſt, qui poſt publicationem patrauit delictum.

37 Expreſſio eorum, quæ inſunt, eſt ſuperflua.

38 Via delinquendi non eſt aperienda.

39 Princeps, delicta futura remittere non põt.

40 Delinquens, ſub ſpe futuræ indulgentiæ, gaudere non debet indulto.

41 Miles non dicitur, qui in libro Regio deſcriptus non reperitur.

42 Miles non dicitur, quàmuis electus, niſi inter Milites relatus ſit.

43 Miles, ad hoc, vt dicatur, probare debet, vt in militari matricula ſit adſcriptus.

44 Miles non dicitur, qui Militum Magiſtro ſe obtulit, niſi probatorias Principis literas habeat.

46 Milites D.Iacobi, Calatraua, Alcantara, & D.Io:Hieroſolymitani armari, & creari ſoliti ſunt ab alio Milite.

48 Verba ablatiui abſoluti, in ſaluocõducto poſita, conditionem inducunt.

49 Gratia conditionalis, iuſtificatis conditionibus in ea expreſſis verificatur.

50 Guidaticum purè cõceſſum, nõ eſt ſeruãdũ.

Item, ſi ſub conditione, & cum qualitate, ea non adimpleta, ibid.

51 Aggratiatus cum conditione, nè accedat ad patriam, inducit conditionem, & nõ modum, vbi deciſio S.C.

52 Impetrans ſaluumconductum, tenetur benè conſiderare verba illius, & ſibi rectè conſulere.

53 Vinc.de Franch.deciſ.258.& deciſ.Peguer.39.declarantur.

54 Carceratus cum ſaluoconducto, nullo ex defectu poteſtatis concedentis, debet in priſtinam poni libertatem.

Sed contrarium, n.55.

Item, vbi ſaluuſcõductus eſſet nullus, ex dolo, & culpa impetrantis, n.56.

57 Saluuſconductus iuuari non debet illi, qui non multò poſt deliquit.

58 Gratia vitiatur ex taciturnitate eorũ, quæ Principem ad eam concedendam retardaſſent.

59 Non omnia tacita, quorum expreſſio poterit mouere Principem ad denegandum, vitiant gratiam, ſed ſolùm ea, de quibus iure reperitur expreſſum.

60 Subreptio, gratiam nullam reddit.

61 Gratia erit nulla, ob taciturnitatem eius, quæ ſi

Digitized by Google

*ſi fuiſſet expreſſum, Princeps non conceſſiſſet, vel ſi conceſſiſſet, tamen difficilius.*

*Intellige, quòd Iudicis arbitrio id remittendum eſt, nu.62.*

63 *Gratia vitiatur ex doloſa ſubreptione, & carceratus non erit relaxandus.*

64 *Saluoconducto non gaudet inquiſitus de delictis in eo exceptuatis.*

65 *Aſſecuratus pro vno delicto, pro alio carcerari poteſt.*

66 *Offendens ſcientèr eum, qui eſt ſub ſecuritate, & ſaluoconducto Principis, incidit in crimen læſæ Maieſtatis, & nu.69.*

*Intellige, ſi offenſio ſit perſonalis, ità vt mors indè ſequatur, aliàs ſecus, nu.67.*

*Declara, vt nu.70. & 72.*

*Sed contrarium, & indiſtinctè, vbi quis in dedecus, & offenſam Principis habentem ſecuritatem offenderit, nu.68.71. & 73.*

74 Foller. in praxi crim. *relatus* à Reg. Rouit. *declaratur.*

75 *Crimen læſæ Maieſtatis non committitur verbis, ſed facto.*

76 *Vibrans haſtam, vel gladium, animo percutiendi Clericum, ſi perſonam non tangat, non incidit in excommunicationem.*

77 *Prohibens ſacramentalem confeſſionem, ſacrilegus, & excommunicatus dicitur.*

78 *Percutiens Sacerdotem pede, ſacrilegus eſt, & excommunicatus.*

79 *Captus cum ſaluoconducto, & nihil dicens, ſibi præiudicat.*

80 *Scriptura ſaluiconductus redditur ſuſpecta, vbi ex eius lectura oritur cōtrarietas.*

81 *Probatio dubia, & repugnantiam habens, non prodeſt inquiſito, & nu.83.*

82 *Probatio de neceſſitate concludere debet.*

84 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CV.

1 DElicta impunita non remanere, intereſt Reipublicæ, habetur ex *text. in l. ſi ità vulneratus, ff. ad leg. Aquil.* vt aliquorum exemplo ab ipſis delictis metu pœnę cæteri abſtineant, *l.1. C. ad leg. Iul. repet. & l. omnes, C. de defenſ. Ciuit.* & adeſt *Nouell. Iuſtin.* 30. *titul.* 9. circa *fin.* & *Caſſiodor. var. lib.*4. *epiſt.*49. dixit; neceſſe eſt, vindictę ſubiaceat,
2 qui prauis moribus obſecundat, alioquin Iuſtitiæ culmen per gratiam opprimeretur, quod ſatis eſſet iniquum, *l. addictos, C. de appell.* & impunitas delictorum eſt Inſolen-
3 tiæ mater, Impudentiæ radix, & Tranſgreſſionis nutrix, vt poſt *Diuos Iſidorū, & Bernardum* tradit *Maſtrill. de magiſtrat. lib.3. cap.7. nu.13. & 14.* vbi multa alia ad propoſitum adducit.
4 Solent tamen Principes ex aliquibus cauſis, veluti ob res proſperè geſtas, non crimen, ſed criminis accuſationem abolere, vt per *Andr. de Iſern. in tit. quæ ſint regal.* ſub *nu.75.* & eſt *text. in l.2. C. de abolition.* vel ex alijs cauſis, ipſis Principibus benè viſis, vt habetur ex *tex. in l. relegati, ff. de pœn.* vbi *Bart. Reſtaur. Caſtald. de Imperator. q.110. verſ.239.* ſic etiam concedunt ſecu-
5 ritatem, & ſaluumconductum, & etiam indulgentias, ob bonum publicum, etiam abſquè partis remiſſione, vt per *De Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §.4. nu.6.* & meliùs in *tit. de diuerſ. prouiſ.* ſub
6 *cap. de ſaluoconduct. fol.*483. ipſi enim ſoli, & non alius poſſunt condemnationes caſſare, *Nicol. Moron. de fid. treug. et pace, q.106. nu.13. Luc. de Penn. in l.1. C. de deſertor. lib.12. Menoch. de arbitr. iud. q.90. nu.24. & q.92. n.5.* quod non ſolùm ipſi facere poſſunt,
7 ſed alijs ob publicam vtilitatem committere, idem *De Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §.4. *nu.*6. Princeps enim
8 eſt ſuprà ius poſitiuum, & ideò poteſt contra ius reſcribere, & ſtatuere, *cap. propoſuit, extrà de conceſſ. præbend.* & habetur per *DD. in cap. quæ in Eccleſiarum, extrà de conſtit. & in l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtilit. public.* & ideò ſi vult, poteſt pœnam homi-
9 cidij voluntarij remittere, *Abb. in cap. ſicut dignum, & in cap. ad audientiam, extrà de homicid. Gregor. Magalot. de ſecuritat. & ſaluoconduct. par.1. nu.13. & 14. Bart. in d. l. relegati, ff. de pœn. Nell. in tract. de Bannit. q.15. par.2. nu.1.* multa enim pro bono pa-
10 cis, & ob publicam vtilitatem permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, vt per *Felin. in rubr. de treug. & pace.*

Inter alias autem cauſas, ex quibus po-
11 teſt Princeps concedere guidaticum, & ſaluumconductum, eſt, vrgentibus bellis, vt habetur ex *Petro Bellino de re milit. part.9. tit. vnic. de ſaluoconduct. in princ.* & proptereà cùm iſtis temporibus bella vigeant, nedùm in Italia, ſed ferè in tota Europa, & Rex noſter Inuictiſſimus cogitur pro defenſione Regnorum patrimonialiū, ac pro tuitione Chriſtianæ Religionis, nonnullos Exercitus in diuerſis partibus hoc difficilliſſimo tempore conſcribere. Conſueuerūt
12 noſtri Proreges, delinquentibus, aliquibus tamen criminibus exceptis, ſaluoſconductos concedere, ea conditione, vt per tot annos militię inſeruiant. Cùm ergò in anno 1635. inter Eraſmum Troianellum, & Leonardum de Fuſco, & alios de Ciuitate Caietæ eſſet orta inimicitia ex quodam inſultu, in quo vulneratus remanſit d. Leonardus, fuit de ordine D. Comitis Montis Regij, tūc in hoc Regno Proregis per Tribunū Mili-
13 tum, quem Capitaneum ad guerram in d. Ciuitate vocant, inter eos pax, & concordia inita,



Digitized by Google

inita, promittentes ad inuicem, ſub verbo, & fide Regia de ſe non offendere, ſub qua ſecuritate permanens d. Eraſmus in anno 1638. de menſe Ianuarij dùm accederet inermis, viſitandi cauſa quandam eius ſororem conſobrinam ad plagiam d. Ciuitatis, fuit proditoriè, & crudelitèr cum prohibitione etiam ſacramentalis confeſſionis à d. Leonardo, & ſocijs occiſus.

Quibus poſteà carceratis in quadam domo in hac Ciuitate Neap. oppoſuerunt de quodam aſſerto guidatico, ſiuè ſaluoconducto, eiſdem conceſſo à quodam huius Regni Magnato, qui dùm pro ſeruitio Suæ Maieſt. & eius Exercitus facere intendebat quandam peditum cohortem, obtinuit die 10. Ianuar. 1638. quoddam reſcriptum ab Excellent. Duce de Medina de las Torres, & Sablonetæ, Principe Hoſtiliani, huius Regni Prorege, quod vigliettum vocant, in quo ei poteſtas elargiebatur adſcribendi in d. eius Comitiua omnes delinquentes, exceptis tamen inquiſitis de aliquibus criminibus, dummodò per duos annos militiæ inſeruirent, & quòd ipſis patrata ſcelera vſq; ad diem adſcriptionis militiæ condonarentur. Vigore cuius poteſtatis in die 26. menſis Martij eiuſdem anni, cuilibet eorum fuit conſignatum quoddam reſcriptum, in quo aſſerebatur, quòd ſe præſentauerant coràm ipſo, dicêtes, nôn eſſe inquiſitos de delictis exceptuatis, ſub qua aſſertione fuit ꝑ delictis nô exceptuatis ſaluaguardia expedita.

Ex quibus dicebant inquiſiti, quòd ipſis erat permittenda côtinuatio ſeruitij, vel ſaltim erant reponendi in priſtinã libertatem.

Reſpectu primi articuli ponderabantur
14 infraſcripta verba poteſtatis conceſſæ per Excell. Proregem d. Magnato, Militum Capitaneo: *Y por facilitar mas, y juntar todo el numero, que es meneſter, para lo que Su Mageſtad tiene mandado, ſe admita à los aſſientos de la plaza à qualquier inquiſido, que no ſea culpado en crimine leſæ Maieſtatis, nefando, monedario, aſſaſſino, hurto de eſtrada publica, parrizidio, fuga de galeras, y reſiſtenza à Miniſtros de juſticia, de que hayan reſultado heridas conſiderables, a los quales ſe les perdonaran los delitos, aſta el dia, que los aſſentaren, hauiendome dado cuenta de los que ſon, y con que firman à Su Mageſtad dos años.* Et ſic dicebatur per inquiſitos, ipſos debere ſaluoconducto gaudere, quia omnia in d. reſcripto contenta fuerunt adimpleta, nàm quamuis ipſi non reperiantur notati, ſiuè adſcripti in libro
15 Regij Scribæ Rationis, vbi omnes Milites notari ſolent, iuxtà notata per *gloſ. in l. eos, in verbo qui, C. de offic. magiſt. milit. & l. ex eo, ff. de milit. teſtam.* tamen dicebatur, què eſſe Militem, nô ſolùm probari ex eo, quòd ſit adſcriptus in Regia matricula Militum, ſed etiam per literas eius, qui eum Militem fecit, vt probat *Maſcard. de probat. concluſ.* 1057. *nu.* 5. vbi dicit, quòd Miles probatur
16 per literas illius, qui illum creauit Militem, quæ tamen, illius ſigillo, & iuramento ro-
17 boratæ eſſe debent, ex argumento *text. in §. quod autem, in authent. vt liceat matr. & auia*, & facit doctrina *Ioa. de Plat. in l. 1. C. de apparit. magiſtr. militum, lib.* 12. vbi dat quatuor modos probandi, quem eſſe Militem, inter alios ſecũdus eſt, per literas cum iuramento eius, qui eum Militem creauit, quod etiam probat *Claud. Cotereus* Turonenſis *de iur. & priuileg. milit. lib.* 1. *cap.* 3. qui dicit, quòd ſi quis militiæ ſuum nomen dare cupit, offerat ſe ijs, qui probandi ius habent, probare autem poteſt *Imperator*, & nonnunquàm pro tempore Magiſtri Militum, & Spectab. Duces, & proindè dicebatur, quòd id, quod dicitur, quòd debet eſſe adſcriptus in Reg. matricula, debet intelli-
18 gi, vt gaudere poſſit priuilegijs militaribus, ſibi à iure conceſſis, vt declarat *gloſ. in l. penult. ff. ex quib. cauſ. maior. & gloſ. in §. penult. in authent. de mandat. Princip.* vbi *Angel.* quod etiam probari, dicebatur ex *text. in l. 1. C. qui milit. poſſ. lib.* xj. ibi, *Si militiæ nomen dare vultis, offerte vos ijs, qui probandi ius habent*, & *gloſ. in verb. ijs*, dicit, ideſt *Magiſtro militum, & Ducibus, l. neminem, C. de re milit. lib.* 12. *Claud. Cotereus in loco* ſuprà cit. *c.* 7. *in princ.*

Secundò dicebatur, quòd quàmuis de iure communi hoc haberet aliquod dubij,
19 tamen non poterat hæſitari in hoc Regno, cùm per banna emanata cautum ſit, quòd ſtatim, quòd ſunt Milites adſcripti in libro Tribuni Militum, ſeù Capitanei, ſi aufugiant, quàmuis in libro Regij Rationis Scribæ non ſint notati, ſubijciuntur pœnis ſeruiendi per ann. 10. remigando in Reg. Triremibus, & illi inquiſiti, qui ex Regijs Bannis ſunt concordati ad ſeruiendum militiæ, ſi poſt adſcriptionem prædictam in
20 libro Capitanei Cohortis aufugerint, infra decem dies declarabuntur vti veri banniti. Cùmq; ergo dictis periculis ex ipſa adſcri-
21 ptione in libro particulari, & pœnis ſubijciantur, debent etiam veri Milites reputari, argumento *tex. in l. 1. C. de bonor. poſſ. ex teſtam. milit.* vt qui ſentit incommodum, & periculum, ſentiat etiam commoditatem, *l. ſecundùm naturam, ff. de reg. iur.* quod etiam comprobat *Tull. Criſpol.* in ſuis *caſibus militaribus, caſ.* 51. antè *nu.* 23.

Nec de illis verbis in reſcripto S. E. appoſitis, v3. *à los quales ſe les perdonaran los delitos, aſta el dia, que ſe aſſentaren, hauiendome dado quenta de los que ſon*, erit habê-
22 da ratio, quaſi quòd dicta verba tanquam

poſita

Digitized by Google

poſita in ablatiuo abſoluto,conditionem
importent,*l.à teſtatore*,cum *ibi* not.C.*de*
*condit.& demonſt*.*Bar.in l.*1.*num*.34. *& l.*
*quibus diebus*,§.*Termilius*,*ff.eod.titul*.quia
23 hæc qualitas,tanquàm poſita orationi per-
fectæ, modum inducit, quàmuis ſit conce-
pta per verba,conditionem importantia ,
*l.cùm ab eo*,*ff.de contrab. empt.* & habetur
per DD.*in l.*1.C.*de donat.quæ ſub mod*.*Gi-*
*zar.dec*.11.*n*.20.quod in caſu magis arduo
deciſum refert *Reg.Rouit.in deciſ*.35.
Inſupèr dicebatur, quòd quatènus re-
ſcriptum S.E. dubium haberet,quòd ſatis
clara erant verba ſaluaguardiæ conſignatæ
ipſis inquiſitis,in qua aſſerendo,poteſtatem
ipſi traditam ab Excellent. Prorege,ſubne-
ctuntur hæc verba: *Et eſſendoſi preſentato*
*Lonardo de Fuſco,con hauer dechiarato,di*
*non eſſer inquiſito d'alcuno di detti delitti*,
*s'aſſentò per vno delli ſoldati della noſtra*
*compagnia; per tãto incaricamo à tutti Mi-*
*niſtri di giuſtitia, che non lo debbiano mo-*
*leſtare,ſtante detto aſſiento*.Et cum eiſdem
verbis fuit conſimilis ſaluaguardia expedi-
24 ta cuilibet ſociorum,& illà verba *hauendo-*
*me dado cuenta de los , que ſon*, fuerunt ap-
poſita in reſcripto Suæ Excellentiæ, Militũ
Ductori directo,& non in d.ſaluaguardia ,
per illum expedita in beneficium ipſorum
delinquentiũ, & ſic illa qualitas erat adim-
plenda per ipſum , cui verba fuerunt dire-
cta, quod ſi non fuit adimpletum, non de-
25 bet præiudicare d.Leonardo, & ſocijs , qui
bonam fidem fuerunt ſequuti,putantes,fe-
ciſſe,quod facere poterãt,*l.ſi Titius* 14.*ff.*
*de condit. & demonſtr.Bart.in l. in teſta-*
*mento,in princ.ff.eod.titul.Foller.in pragm.*
1.*de exulib.* qui loquitur in caſu ſimili, & in
dubio iudicandum eſt pro validitate Gui-
26 datici,cùm hæc materia ſit fauorabilis,latè
*Menoch.de arb.iud.caſ*.336.
Tertiò dicebant, quòd quatènus prædi-
cta non ſufficerent ad obtinendam impu-
nitatem,ex continuatione ſeruitij per duos
annos,quòd ſaltim reponi debebant in pri-
ſtinam libertatem , quia licèt ſaluaguardia
27 ſit nullitèr, vel malè conceſſa, vel ex defe-
ctu poteſtatis cõcedentis,vel contra legem,
adhùc ſeruari debet,quòad hoc, vt aſſecu-
ratus carceratus, in priſtinam libertatem
reducatur, vt habetur ex doctrina *Bart. in*
*l.is,qui reus*,ſub *nu*.12.*ff.de publ.iudic.Pe-*
*guera deciſ*.39.& alij longa ſerie allegati per
*Farin.q*.29.*nu*.45.*Cabal.reſol.crimin*.118.
*Franch.deciſ*.258. *&* 415. copioſè *Giurba*
*conſil.crim*.80.& nouiſſimè per ingenioſũ,
& doctum *Conſil.Merlin. controu.for.cap.*
53.*n*.10.*Paſchal.de virib.patr.poteſt.par*.4.
*c*.3.*n*.37.*Facbin.controu.iur.lib*.9. *cap*.63.
*Bellug.in ſpecul. Princip.in titul. de effect.*
*Imperij*,*rubr*.23.*in ver.ſed pone*,*Ioa.Grand.*
*de Bello exul.in* 18.*ſpeciali*,*nu*.154.*Vulpell.*
*cõſ*.19.*n*.12.quia nemo ex fide Regia eſt de-
28 cipiẽdus,*l*.1.*C.de his,qui ven.ætat.impetr.*
In contrarium verò pro parte Regij Fi-
ſci,& partis offenſæ dicebatur , prætenſum
ſaluumconductum nullo modo poſſe ſub-
ſtineri.Primò,quia hoc delictum fuit patra-
tum,nedùm infrà ſex menſes,poſt bannum
generale emanatum in die 2.Ianuarij 1638.
29 in quo expreſsè continetur, vt inquiſiti nõ
poſſint gaudere de delictis commiſſis infrà
menſes ſex à die publicati banni,ſeù indul-
30 tus,quod etiam, & iure fundatur, nàm in-
dulgentia non poteſt comprehendere de-
licta futura,niſi præterita,vt habetur ex *tex.*
*in l*.2.*C.de abolit.Bald.in l.reſcripta*, *C.de*
*precib.Imper.offer*.quàmuis generalitèr lo-
quatur,*Angel.de Maleſ.in ver.quòd fama*
*publica*,*n*.60.*in fi.verſ. quintò quæro* , *Me-*
*noch. de arbitr. iudic. lib*.2. *caſ*.337.*nu*.13.
*Herculan.de caut.de non offend. cap*.37.*tit.*
*de ſaluoconduct.n*.20.*verſ.quod facit*,*Petr.*
*Bellin.de re milit.tit.de ſaluoconduct.n*.37.
*&* 60.*Baiard.ad Iul.Clár.quæſt*.59.*nu*.94.
*Maſtrill. ad Indult. general. c*.6.*nu*.4.*&* 5.
*Rouit.in rubric.de exul.nu*.15.
Et quatènus diceretur,quòd in d.reſcri-
pto S.E.hoc non legitur,reſpondetur,quòd
reſcriptum ità intelligi debet , quia illa ge-
neralitas guidandi conceſſa per Principem,
31 derogatur per ſpecialitatem in banno fir-
mato, etiam ab omnibus Regentibus Reg.
Cancellar. vbi excipiũtur delicta commiſſa
infrà ſex menſes,*cap.generi*,*de reg.iur.in* 6.
quo argumento in ſimili vtitur *Capiblanc.*
*de Baron.tom*.2.*Pragm*.6.*nu*.14.*&* 15.tan-
tò magis , quia bannum concordat cum
*Reg.Pragm*.10.*de Offic.iud.num*.69.vbi ex-
preſsè cauetur, vt non fiant guidatica
delictorum à ſex menſibus retrò , & gui-
32 daticum conceſſum contrà expreſſum
caſum legis,nullum dicitur, §. *neq.autem*
*homicidijs, in auth.de Maieſt.Princip.Fa-*
*rin.d.q*.29.*nu*.97.*Tuſch.concl*.336.*litera S.*
*& concluſ*.21.*Capibl.d.tom*.2.*Prag*.6.*nu*.9.
33 nemo enim facere poteſt, nè leges obſer-
uentur,*l.nemo poteſt* 158. *ff.de leg*.1.& Do-
minus Prorex viuæ vocis oraculo declara-
uit,nunquàm ſuæ intentionis fuiſſe,facul-
tatem guidandi cõcedere,niſi ſeruata forma
34 banni , & indultus non debet operari præ-
ter indulgentis intentionem , *Catalan.de*
35 *indultu*,*ampl*.3.*cap*.8.*num*.5.& recipit in-
terpretationem ſecundùm mentem conce-
dentis, *Magalot.de ſecur.& ſaluoconduct.*
*part*.3.*nu*.17.
Secundò,nedùm delictum fuit patratum
infrà ſex menſes , ſed poſt vltimum reſcri-
ptum Domini Proregis, vigore cuius fuit
expeditum guidaticum,quo caſu indifficul-
tabilis eſt articulus, cùm delictum patratũ
Qqq 2 ſit

Digitized by Google

ſit poſt publicationem indultus,& ideò nõ
36 poteſt eo iuuari,vt plenè fundat *Maſtrill.*
*ad indult.gener.cap.*6.in terminis *Niger in*
*cap.Regni Miſericordiam,nu.*20. *Menoch.*
*de arbitr.iud.lib.*1.*q.*13. *Decian.in tract.*
*crimin.lib.*2.*tit.de conſtit.Princ.cap.*30.*n.*8.
37 Nec valet dicere,quòd in d.reſcripto hoc
non dicatur,quia lex ſemper loquitur, &
expreſſio eorum,quæ inſunt,eſt ſuperflua,
*Capibl.de Baron.d.tom.*2.*cap.*31.*nu.*5. & fa-
38 ciendi ſaluiconductus poteſtas non exten-
ditur ad caſus exceptos, nè aperiatur via
delinquendi, *l.conuenire,ff.de pact. dotal.*
*Bellug.in ſpecul.Princip. rubr.*47. §.*ſcien-*
*dum,de public. for.Franch.d.dec.*360. *Ca-*
39 *tal.de indult.q.*10.cùm Princeps remittere
non poſſit delicta futura,*l.ſi vnus,* §.*illud,*
*ff.de pact.Decian.in tract.crimin.tit.de abo-*
*lit.nu.*48.*Gregor. Magalot.de ſecur. & ſal-*
*uocond.par.*3.*nu.*1.& delictum debet præ-
cedere gratiam,*Bald.in cap.*2. *de Capit.qui*
*cur.vendidit*,& videtur patratum delictum
40 ſub ſpe futuræ indulgentiæ, quo caſu nullo
modo poſſe indultu gaudere , habetur ex
*Franch.d.dec.*360.*&* 468.*Vrſill.ad Afflict.*
*dec.*194.*in fin.Ann.in c.*1.*nu.*138.*de vaſall.*
*decrep.ætat.Bero.q.*61.*Pinell.in l.*2.*p.*3.*c.*2.
*n.*22.*de reſcind.vend.*

Ampliùs dicebatur,quòd neq; fuit adim-
pletum ijs,ad quæ ſecundùm formam re-
ſcripti tenebantur, primò, quia quàmuis ſe
militiæ obtuliſſent, attamen non fecerunt
ſe adſcribere,nec ſufficit, ſi diceretur, fuiſſe
adſcriptos in libro ipſius Tribuni,ſed debēt
41 in libro Regij Scribæ portionis arrollari,
Miles enim non dicitur, qui in libro Regio
deſcriptus non reperitur,quod probat *text.*
*in l.probatorias, C.de diuerſ.offic.lib.*10. &
in *l.matriculam,C.de agent.in reb.lib.*10. &
hoc in terminis dixit *Capiblanc. ſing.*112.
*Rouit.in rubr.de milit.nu.*1. *& Mauſon. de*
*cauſ.exequut.limit.*8.*nu.*3. quod benè pro-
bat *text.in l.ex eo* 43.*ff.de milit.teſtam.*vbi
42 licèt Miles ſit electus, non tamen dicitur
Miles,niſi relatus ſit inter Milites, *Bouadill.*
*lib.*2 *polit.cap.*19.*nu.*17.*in gloſ.lit.*C.vbi di-
43 cit,quòd debet probare, quòd ſit adſcri-
ptus in matricula militari, & plures allegat;
& ità procedit *text.in l.*1. *C.qui milit.poſ.*
*lib.*11. in contrarium allegatus,nàm *ibid.*
*gloſ.in verb.habeant* declarat *text.* prædi-
ctum,vt nõ ſufficiat ſe offerre Magiſtro Mi-
44 litum,niſi habeat probatorias literas Prin-
cipis,& hoc eſt,quod probat *text.in l.nemi-*
*nem,C.de re milit.*& quàmuis *Io.de Platea*
*in d.l.*1.*C.de apparit.lib.*12. & poſt ipſum
*Muſcard.concl.*1057.*de probat.* inter alios
45 modos probandi Milites,dicat,poſſe pro-
bari per literas illius,qui illũ creauit,atta-
men dicit,quòd requiritur,vt ſint iuramen-
to roboratæ,quod hìc non legitur, & ſunt
intelligendi de illis,qui priùs Milites arma-
bantur, ſicuti hodiè quoq; obſeruatur in
46 Militibus D.Iacobi,Calatrauæ, & Alcanta-
ræ,& etiam D.Io.Hieroſolymitani, & alijs;
hi enim Milites armari, & creari ſoliti ſunt
ab alio Milite,reſpectu verò eorum,cũ qui-
bus ſolemnitates prædictæ non obſeruan-
tur,neceſſe eſt, quòd ſint deſcripti in libro
Principis,vt eſt ſuprà fundatum.

Inſupèr,nec fuit data notitia delictorum
Excellent.Proregi, proùt expreſsè dicitur:
*hauiendome dado quenta de los,que ſon,*quę
verba aliud non dictant,niſi,quòd priùs de-
47 bebat dari notitia,& quòd prædicta verba
in ablatiuo abſoluto importent conditio-
nem,poſt alios voluit *Galganett. de condit.*
*& demonſtr.par.*1.*c.*1.*q.*89.*nu.*21.*& q.*20.
48 *par.*2.ſub *n.*5.& in proprijs terminis ſalui-
conductus *Riminald. iun. conſ.*490. *nu.*16.
49 *lib.*5.& gratia conditionalis non ſuffraga-
tur,niſi iuſtificatis conditionibus,in ea ex-
preſſis,*Farinac.dec.*184.*tom.*2.*in poſthum.*
*Rouit.in pragmat.*1.*de Guidatic.*ſub *nu.*3.
50 vbi,quòd ſi purè eſt conceſſum guidaticũ,
erit ſeruandum,ſi verò conditionalitèr, &
cum qualitate,& tunc nequaquàm , condi-
tione nõ adimpleta,quod fuiſſe deciſum in
S.C.ad relationem D.Ferdinandi de Qua-
dra oculatiſſimi Reg.Conſil. in anno 1614.
refert idem *Rouit.dec.*4.vbi cùm fuiſſet ag-
gratiatus Scipio Ferrarius de homicidio
commiſſo in perſonam Pompei Corradi,
adiecta clauſula,*Con che non habbiano da*
*accoſtare nella Città di Napoli*,fuit latè di-
51 ſcuſſum,ſi erat modus,vel conditio,& *Alle-*
*gationes* inſertæ fuerunt per d. *Reg. Rouit.*
*in pragm.*1.*de Guidatic.* & fuit reſolutum
non debere gaudere, quia fuit captus in
hac Ciuitate.

Nec valet reſponſio, quòd iſti delinquẽ-
tes neſciebant id,quod reſcriptum D. Pro-
52 regis continebat,quia ſcire debebant ban-
num emanatum, nàm tenetur impetrans
ſaluumconductum, benè conſiderare ver-
ba,& rectè ſibi conſulere, *Petr.Bellin.de re*
*milit.p.*9.*tit.vnic.de ſaluiſconduct.n.*8.

Conſiderabatur etiam , quòd de validi-
tate ſaluiconductus multiplicitèr dubitari
poteſt; aut enim dicitur nullus ex defectu
53 poteſtatis concedentis,& in hoc caſu pro-
cedunt dicta per *Peguer.in dec.*39. *Franch.*
*dec.*258.*Caball.reſol.crim.cent.*2.*caſu* 118.
54 & alios ſuprà allegatos , quòd debeant ſal-
tim inquiſiti in priſtinam libertatem re-
55 poni, licèt etiam in prædicto caſu contra-
rium ſentiant *Affl.*& *ibi Vrſill. dec.*4. *Me-*
*noch.*qui alios citat *de arbitr.iudic.caſ.*337.
*nu.*10.*Capiblanc.d.cap.*31.*nu.*8.*&* 28.alios
56 etiam citans. Vel dubitatur de validitate,
ex quo adfuit dolus,& culpa impetrãtium,
& hoc ipſis patrocinari non debet,ex tradi-

tis

tis per *Blanc. in prax. crimin. in verſ. datis*
*defenſ. nu.* 54. *Caball. reſolut. crim. d. caſ.* 118.
*nu.* 8. *Nellus de bannit. in* 2. *par.* 2. *tempor.*
*q.* 16. *in fin. Ioſeph Ludouic. dec.* 11. *num.* 31.
*Menoch. de arbitr. iud. d. caſ.* 337. *n.* 15. quod
57 maximè procedit, quando non multò poſt
deliquit, *Affl. in Conſtit. Regn. De Forban-*
*nit. lib.* 2. *rubr.* 3. *n.* 32. *Herculan. de cautiōn.*
*de non offend. c.* 37. *n.* 20.

Et quòd iſti delinquentes in obtinendo
dictam ſaluamguardiam doloſè ſint verſa-
ti, ſatis apparet, quia non expreſſerunt, deli-
ctum fuiſſe patratum, nedùm infrà ſex mē-
ſes à die banni, ſed poſt dictum reſcriptum
S. E. nàm illud fuit expeditum in die 10.
Ianuarij, delictum verò in fine eiuſdem
menſis, pretenſum verò guidaticum die 26.
Martij, quia contra *Reg. Pragm. & Bannum*
dictus Militum Ductor non conceſſiſſet, &
58 vitiatur gratia ex taciturnitate eorum,
quæ Principem ad eam concedendam re-
tardaſſent, *cap. dudùm, de praben. in* 6. *De*
*Ponte conſ.* 2. *nu.* 23. *Fab. de Anna conſ.* 114.
*nu.* 4. & licèt *De Ponte d. conſ.* 2. *n.* 38. dicat,
quòd non omnia tacita, quorum expreſſio
59 potuerit mouere Principem ad denegan-
dum, vitiant gratiam, ſed ſolùm ea, de qui-
bus reperitur iure expreſſum, & eum ſequi-
tur *Fab. de Anna d. conſ.* 114. *n.* 8. *Petr. Greg.*
*Tholoſ.* ſuper *decr. tit. de reſcript. lib.* 1. *c.* 49.
*nu.* 4. *Caſſad. dec.* 10. *de praben. Felin. in cap.*
*poſtulaſti, de reſcript.* *Mobed. dec.* 8. *Gabr.*
*conſ.* 191. *nu.* 9. *& conſ.* 200. *nu.* 14. *lib.* 1. ta-
60 men etiam, hac opinione attenta ſubreptio
nullam gratiam reddit, quia tā per *Regiam*
*Pragmat.* quàm per *Bannum* vltimo loco
emanatum prohibitum eſt, nè gratia, vel
ſaluuſconductus poſſit fieri in delictis pa-
tratis infrà ſex menſes. & in hoc caſu loqui-
tur etiam *Giurb. d. conſ. crim.* 80. *n.* 21. *&* 22.
qui alios concordantes allegat, quàmuis
alij ſimplicitèr teneant, regulam prædictam
procedere, nedùm, quando adeſt lex in cō-
trarium, ſed etiam, quotieſcunq; Princeps,
61 ſi fuiſſet expreſſum, nedùm nō conceſſiſſet,
ſed difficiliùs, *Put. dec.* 252. *in fine, lib.* 3. *Fa-*
*rinac. dec.* 579. *nu.* 4. *in poſthum. tom.* 1. *San-*
*chez de matrim.* qui alios congerit *diſput.*
21. *num.* 19. *lib.* 8. quod Iudicis arbitrio re-
62 linqui, habetur per *Rot. in nouiſſ. deciſ. di-*
*uerſ.* ab anno 1626. vſq; ad ann. 1630. *deciſ.*
24. *nu.* 4. *&* 8. Cùmq; doloſa ſit ſubreptio
63 prædicta, proindè gratia vitiatur, *Bellent.*
*deciſ.* 4. *Seraph. deciſ.* 936. & in puncto, quòd
per ſubreptionem vitietur ſecuritas conceſ-
ſa, ità vt captus non veniat relaxandus, poſt
*Socin. ſen. & iun. Felin. & Crau.* docet, &
deciſum refert *Surd. deciſ.* 307. *nu.* 17. quod
etiam reſoluit *Menoch. d. caſ.* 337. *nu.* 7. qui
loquitur in Statuto Brixiæ, *Reg. Valenz.*
*conſ.* 59. *n.* 44. *Capibl. d. c.* 31. *n.* 19.

Rursùs, tàm in banno emanato, quàm
in reſcripto expedito dicto die 10. Ianua-
rij, & etiam in ipſamet ſaluaguardia expreſ-
sè excipiuntur aliqua delicta, & præſertim
crimen læſæ Maieſtatis, & dicti Leonardus,
& ſocij declarauerunt, non eſſe inquiſitos
de delictis exceptuatis, quotieſcunq; ergò
64 apparet, eſſe notatos de aliquo ex delictis
exceptuatis, non poſſunt gaudere ſaluocō-
ducto, pratèr concedentis expreſſam intē-
tionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* & in pro-
prijs terminis *Capiblanc. de Baronib. tom.* 2.
*d. cap.* 31. *nu.* 37. cùm ergò pro iſto delicto
65 non fuerunt aſſecurati, potuerūt capi, *Boſſ.*
*tit. de remed. ex clem. n.* 41. *Franch. dec.* 330.
*Caball. caſ.* 56. *n.* 18. *Capibl.* vbi ſupr. *n.* 18.

Et quòd offendens ſcientèr eum, qui eſt
ſub ſecuritate, & ſaluoconducto Principis,
66 incidat in crimen læſæ Maieſtatis, voluerūt
*Laudenſ. de crim. laſ. Maieſt. q.* 6. *Moron. de*
*fid. treug. & pac. q.* 105. ſed *Gregor. Maga-*
*lott. de ſecur. & ſaluocond. par.* 4. ſub *nu.* 16.
67 diſtinguit, quòd aut offenſio fuit perſona-
lis, ità vt mors indè ſequuta fuerit, & offen-
dens punitur pœna capitis, & incidit in cri-
men læſæ Maieſtatis, ex doctrina *Bart. in*
*l.* 1. *§. transfugas, ff. ad l. Corn. de ſicar.* aliàs
verò ſecus, ſed in caſu prædicto in hoc Re-
gno adeſt pœna impoſita in *Reg. Pragmat.*
*vnic.* ſub *tit. de pace ſub verbo Regio inita,*
*& rupta*, & hanc etiam diſtinctionem ſe-
quitur *Menoch. de arbitr. iud. d. caſ.* 336. *&*
338. *nu.* 13. idem etiam ſentijt *Boſſ. de crim.*
*laſæ Maieſt. nu.* 10. qui tamen poſteà dicit,
68 quòd quocunq; caſu quis in dedecus, &
offenſam Principis, habentem ſecuritatem
offenderet, quòd incidat in crimen læſæ
Maieſtatis, & hoc latè ſequitur *Farin. de*
*carcer. & carcerat. q.* 29. *nu.* 12. vbi, quòd of-
69 fendens eum, qui à Principe habet ſecurita-
tem, vel ſaluumconductum, huius criminis
eſt reus, ex *text. in l.* 1. *in princ.* vbi *gloſ. &*
*Bart. nu.* 6. *ff. ad l. Iul. Maieſt.* & idem *Bart.*
*in d. §. transfugas*, qui tamen *num.* 14. cum
70 *ſeqq.* diſtinguit in eo, cui aliquis priua-
tus dedit ſecuritatem, veluti per cautionem
de non offendendo, nàm in dicto caſu di-
cit, procedere poſſe diſtinctionem ſuperiùs
traditam, ſi mors ſit ſequuta, vel non, ſecùs
autem in aſſecurato à Principe, tunc enim
quia Principis perſona videtur offenſa, ideò
71 crimen læſæ Maieſtatis incurrit indiſtinctè,
ſiuè ſequatur mors, ſiuè non, & eſt ei impo-
nenda pœna mortis, & confiſcationis bo-
norū, iuxtà *text. in d. l.* 1. *ff. ad l. Iul. Maieſt.*
& licèt *n.* 18. iterū diſtinguat, quādo delictū
fuit patratum ex odio Principis, aut in illius
72 contemptum; quia tunc, ſiuè mors ſequa-
tur, ſiuè non, ſemper in illud incideret, ſe-
cùs verò, quando ex odio, & inimicitia par-
ticulari, quod etiā ſequitur *Decian. in tract.*
*crim.*

Digitized by Google

crim.lib.7.c.16.Iſern.in c.1.quæ ſint regal. in ver.et bona committentium,n.80.Capyc. dec.130.Reg.Tap.in lib.5.iur.Regni,tit.4.n. 28,nihilominùs,etiā d.diſtinctione admiſſa,
73 quamuis dici poterit, ex odio particulari d.delictum fuiſſe commiſſum, tamen quia pro eadem cauſa,pro qua odium inter ipſos ortum habuit,fuit authoritate Principis facta pax, & ſub verbo, & fide Regia promiſſum,ad inuicem non ſe offendere, dubitari non poterit,quòd iſta offenſio fuit facta in Principis contemptum, aliàs enim Troianellus interfectus non fuiſſet, quia ſub d. Principis ſecuritate permanens,abſq;armis, & ſolus incedebat, quod etiam voluit Decian.tract.crimin.lib.7.cap.16.nu.2. Guid. Pap.deciſ.418.Neuizan.conſ.83.Et licèt aliqui dicant, hoc procedere in violatoribus pacis publicæ, veluti inter duas Ciuitates, tamen idem procedere in violatoribus pacis inhitæ inter ſingulares perſonas, poſt Bald.in cap.1.de pace tenenda,& alios voluit Farin.de var.& diuerſ.crimin. quæſt.107. p.1.art.6.nu.63.

74 Nec prædictis obſtabit id, quod dixit Pet. Foll. de quo per D.Rouit.in pragm.1. de abolit.num.20.quòd iſta exceptiua,in indulto,ſeù ſaluoconducto debet intelligi de vero, & proprio crimine læſæ Maieſtatis, quod eſt, quando Princeps principalitèr,& de directo offenſus fuit,ex Bald.in l.1.C.de priuat.carcer.Albert.Brun.conſ.69. & alijs, loquitur enim in eo, qui, cogitatione, vel verbis deliquit,vt declarat nu.22.& 23.quo caſu,nequè dicitur,crimen læſæ Maieſtatis
75 commiſiſſe,vt ipſe idem tradit in ſua praxi criminali,in verb.item commiſit crimen læſæ
76 Maieſtatis,nu.86.vbi dicit,quòd crimen læſæ Maieſtatis non committitur verbis,ſed facto,quod etiam probat Bart.in extrauag. qui ſint rebell.in verb. machinant, ſicuti in ſimili,ſi quis vibrauerit haſtam, gladium, vel baculum, animo clericum percutiendi, ſi tamen non percutiat, vel perſonam tangat,non dicitur incidiſſe in excommunicationem,Gratian.diſcept.forenſ.c.837.Rouit. in Pragm.2.de abolit.ſub nu.19. in nouiſſima impreſſione.

Item, non aſſeruerunt, eſſe ſacrilegos, & excommunicatos, ex quo,nedùm prohi-
77 buerunt occiſo confeſſionem Sacramentalem,ab ipſo pluriès, & pluriès petitam, ſed Sacerdotem accedentem pro audienda d. confeſſione,& flexis genuis,eos deprecantem, vt permitterent, creaturam Dei de proximo moribundam,ſua peccata cōfiteri
78 poſſe,animo Diabolico inſtigati,pede percuſſerunt,& ſacrilegum,& excommunicatū eſſe,nedùm eum,qui Sacerdotē manu percuſſerit,ſed etiā pede,habetur in can.ſi quis ſuadente 29.vbi gloſ.in verb.manus 17.q.4. & dicendo pluriès, laſcialo morire come vn cane,ac etiā occiſi conſanguineā vulnerādo.

Iſtis autem adſtipulabantur nonnulla, quæ in facto conſiſtebant,nàm etiam de d. aſſerto ſaluoconducto ſatis dubitabatur, quando enim fuerunt carcerati in quadam
79 domo,noctis tempore, nihil Familiæ Curiæ dixerunt,non poſſe carcerari,ex quo ſecuri erant,ſed de mane,& ſic poſt ſeptem, vel octo horarum ſpatium,quando fuerunt ducti antè præſentiam Commiſſarij Generalis contrà Exules,tunc præſentauerūt dicta prætenſa guidatica,& de facili potuerūt infrà dictum tempus,illa procurare, ex quo ille Militum Præfectus,Neapoli, vbi capti fuerunt,commorabatur.

80 Ponderabatur ſecundò,quia inter ipſaſmet ſcripturas præſentatas aderat maxima repugnantia,nàm in d.ſaluoconducto dicebatur,fuiſſe adſcriptos militiæ,eodem die expeditionis illarum, & verè etiam in libro prædicto non reperiebantur adſcripti, niſi die 6.menſis Aprilis,immò nequè Cancellarius,qui librum prædictum formabat,teſtificabatur,ipſos adſcripſiſſe, ſed quòd in d.libro adſcripti reperiebātur,quæ contrarietas nullo modo ad concordiam reduci poteſt, quo caſu nihil probat, Felin.in cap. cùm tu,nu.13.de teſtib.Dec.in cap.licèt cauſam,n.9. de probat.& alij per Farin.de teſt. q.65.n.34.Maſcard.de prob.lib.3.cōcl.1361.

Dicebatur etiam, inter teſtes examinatos pro parte reorum, & d.prætenſum ſaluumconductum adeſſe repugnantiam,cùm teſtes examinati dicebant, guidatica fuiſſe miſſa in Ciuitate Caietæ, & in ſaluiſconductibus dicebatur, inquiſitos fuiſſe corám Militum Ductore præſentatos in d. die 26.
81 Martij, ex quibus probatio pro inquiſitis videbatur ſatis dubia, & ſic nil prodeſt, l.nequè natales, C. de probat. l. cùm hoc, C. vndè legit.& dubia probatio interpretari debet contrà ipſum probantem,gloſ.in cap. in præſentia,de probat.Iaſon in l.veteribus, nu.1.ff.de pact.Bal.in l.quotiès,§.ſi quis ità, ff.de hæred.inſtit.Menoch.conſ.248.nu.13.
82 nàm debet de neceſſitate concludere,l.penult.& ibi gloſ.3. C.vndè legit.Nell.à S.Gemin.circa materiam teſtium,par.2.nu.185. & probantem nullo modo releuat,Paris de Put.de re milit.verſ.an ſi duo,nu.5.Tindar. de teſtib. verſ. & iſta,nu.6. & præſertim,
83 quādo adeſt diſconcordantia in loco,prout eſt in caſu noſtro, quia teſtes deponunt,in Ciuitate Caietæ fuiſſe ipſis guidaticum cōſignatum, in ſcriptura verò d. ſaluiconductus exprimitur, quòd ipſi inquiſiti ſe contulerunt ad locum,vbi erat ille Ductor Militū,Mōticell.in repert.de teſtib.rubr.impugnantur teſtes,quia varias,& poſt ipſū Farin. qui & alios allegat de teſtib.q.66.n.20.

Qui-

Digitized by Google

Quibus diſcuſſis coràm dicto Excellent.
34 D. Prorege, prudentia, humanitate, ac alijs virtutibus innumeris abſoluto, die 9. menſis Iunij 1639. Ego, & três alij Iudices delegati, inter quos fuit eximius, & doctiſſimus Regens Petrus Iordanus Vrſinus, S. C. Præſes, iudicauimus, eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, prætenſa exceptione guidatici non obſtante.

# OBSERVATIO In Deciſione CV.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio guidatici non obſtat, ſi illud fuit impetratum poſt delictum patratum, & contrà formam banni.*

2 *Moratoria in ciuilibus, lite pendente impetrari non poteſt, & talitèr obtenta, non prodeſt, intellige, vt nu. 5. & non comprehendit caſus exceptos, num. 7.*

3 *Priuilegium, lite pendente obtentum, non comprehendit lites præteritas, ſed tantùm futuras, maximè ſi non eſt facta mentio de lite, num. 4.*

6 *Mercator decoctus, an gaudeat moratoria, Terris depopulatis conceſſa.*

7 *Moratoria non iuuat, ſi fuit conceſſa poſt carcerationem, & quando proſit debitori neganti debitum, num. 8.*

9 *Iudex ſecularis cognoſcit de ſubreptione abſolutionis, ſiuè habilitationis iuramenti obtenta, ad finem agendi in iudicio, & ità deciſum adducitur, num. 10.*

EGI cum D. meo de indultu delictorũ, & pœnarum *deciſ. 71. & 72.* modò in hac deciſione tractat D. meus de nullitate guidatici, inquiſito conceſſi contrà formam banni, in quo articulo fuit
1 determinatum, exceptionem guidatici, per carceratum oppoſitam non obſtare, vt habetur *num. 84.* de qua deciſione etiam teſtatur *D. Thor. in ſupplem. compend. deciſ. par. 1. in verb. guidaticum.*
2 Hinc ſcias, quòd moratoria in ciuilibus, lite pendente non poteſt impetrari, *l. 1. C. vt lite pend.* & *in authent. in medio litis non fieri ſacr. iuſſion.* ideòque ei non prodeſt. *Grammat. conſ. ciuil. 48. num. 1. & conſ. 70. num. 1.*
3 quia impetrare, lite pendente, dicitur innouare, & propterea priuilegium, etſi generale impetratum, lite pendente, non comprehẽdit lites præteritas, *D. Reg. Lanar. conſil. 17. nu. 2. & 3. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 85.*
4 *numer. 8.* ſed tantùm lites futuras, & de nouo inchoandas, non quòad lites cœptas, priuilegium enim ſuperueniens nihil prodeſt, vt optimè fundant *Dom. de Franch. deciſ. 544. Giurb. dec. 23. nu. 9. Cabed. dec. Luſit. 25. p. 1.* maximè, nulla facta mentione de lite, *Genua de ſcript. priu. lib. 3. tit. de lit. induc. ſeù dilat.*
5 *num. 40.* tantò magis, vbi moratoria non fuit conceſſa, motu proprio Principis, ſed ad inſtantiam debitoris, vt tradit idem *Dom. de Franch. ibid. nu. 7.* & poſt ipſum *Giurba loc. cit.*
6 *num. 4.* non tamen gaudere poteſt Mercator decoctus, moratoria conceſſa Terris depopulatis, vt in puncto de moratoria, ſiuè priuilegio Brunduſino loquitur *D. Maxilla in Conſuet. Barenſ. tit. de ceſſ. bonor. num. 61. in fine,* & latè etiam fundat *Fontanell. deciſ. 297. nu. 17. lib. 1.* qui *num. 1.* tranſcribit ſimile priuilegium conceſſum Villæ de Palmos, ac *nu. 6.* probat, caſus exceptos à iure com-
7 muni, non comprehendi in ſimilibus moratoriis, ſicut moratoria neque prodeſt, vbi fuit obtenta poſt carcerationem, vt deciſum refert *D. Thor. in compend. dec. tom. 3. par. 2. verbo priuilegium.* Hinc etiam, dilatio ob-
8 tenta non iuuat, ſi debitor negauit debitum, ideòq; fuit adinuenta cautela, vt poſt negationem debitor appellet à decreto, contrà ipſum lato, pendente enim appellatione, per quam iudicatum ſuſpenditur, confiteatur debitum, & poſteà dilationem petat, tunc enim impeditur exequutio, vt deciſum teſtatur *Affl. deciſ. 296.* & nouiſſimè *D. Galupp. in praxi S.R.C. p. 3. c. 8. n. 5.*

Et dùm D. meus *n. 63.* de ſubreptione gui-
9 daticii loquitur, obſeruabis, quòd Iudex ſecularis poteſt cognoſcere, de facto, & incidentèr tantũ, ſi abſolutio, ſeù habilitatio à iuramento obtenta, ad finem agendi, ſit ſubreptitia, parte tamen opponente de ſubreptione, vt pluriès iudicauit S.R.C. teſte *Affl. deciſ. 120.*
* ſub *n. 9.* & ità etiam determinauit idẽ S.R.C. die 13. Iulii 1555. in cauſa Camillæ Pappa-
10 codæ, in Banca Vollari, abſolutio enim iuramenti, ſicut, & cętera Principis priuilegia, ac reſcripta, ſubreptionis, & obreptionis vitio annullantur, *l. etſi legibus, C. ſi contrà ius, vel vtilit. publ. cap. ſuper literis,* vbi eſt materia ſua, *de reſcript. D. Biloct. de abſolut. iuramẽt. lib. 2. t. 15. ſub num. 1.*

*M. A. Giurius.*

# ARGVMENTVM.

Cambiorũ intereſſe, an, & quandò debeatur à debitore moroſo, qui pecuniam recepit, & quæ dicantur Cambia realia, quæ verò Cambia ſicca, & quando debeatur intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 Contractus Cambij eſt iuſtus, vtilis, & neceſſarius.

2 Cambium, quod fit per literas, vocatur cambium tratectitium, ſiuè tranſlatitium.

3 Cambium ſapit naturam contractus bonæ fidei, ob quod ex cauſa non adimplementi venit intereſſe, ex natura contractus.

4 Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolito negotiari.

5 Intereſſe cambiorum quomodò probetur.

6 Mercatores cambiorum poſſunt à principio de certo moderato lucro paciſci.

7 Duplex mandatum inducitur, vbi fuerit cōuentum, quòd ſi debitor non ſoluerit in tempore, & loco ſtatuto, quòd poſſint creditores, ad cambium, & recambium pecuniam recipere, ad damnum debitoris, & quòd ſtari debeat ipſius dicto.

8 Mandantes tenentur ad omnia damna paſſa per mandatarium, occaſione ſuſcepti mandati.

9 Debitor conſtituitur in mora, eo ipſo, quòd in tempore ſtatuto non ſoluit.

10 Intereſſe ex mora oritur.

11 Cambium verum, & reale quod dicatur.

12 Cambium ſiccum, & vſurarium quod ſit, & nu. 41. & 42.

13 Cambium dicitur licitum, cùm pro Campſore reſpondet Procurator, vt in Cambio Beſuntino.

14 Conſtit. Pij V. de Cambijs intellectus.

15 Pactum, quòd circa intereſſe ſtari debeat dicto creditoris, validum eſt, & etiam, n. 16.

Declara, vt n. 19.

Prima opinio verior in materia intereſſe cambiorum, n. 17.

18 Bulla Pij V. declaratur in materia intereſſe cambiorum.

20 Proteſtatio fit ad iuris poteſtantis reſeruationem.

21 Proteſtatio fit ad declarandum animum patientis damnum.

22 Praxis proteſtationis literarum cambij eſt ad cautelam, ad finem dicendi, ſe eſſe in loco paratum, recipere ſolutionem, non quòd verè ſit neceſſaria.

23 Literæ cābij, ad hoc vt reddantur inanes, ſufficit publica atteſtatio, abſq; proteſtatione.

24 Preces porrectæ debitori, in dignitate conſtituto, ſufficiunt pro interpellatione.

25 Debitor, vbi interpellari non poſſet à creditore, ob metum reuerentialem, conſtituitur in mora.

26 Metus reuerentialis, iuſtam præbet cauſam excuſationis.

27 Eò ipsò, quòd quis ſit Genuenſis, præſumitur negotiator.

28 Solitus negotiari præſumitur verſatus in dando, & recipiendo ad cambium.

29 Intereſſe damni emergentis in ſolito negotiari, poteſt etiam in pactum deduci.

30 Intereſſe lucri ceſſantis vt debeatur, quid requiratur.

31 Intereſſe in ſtipulatione deductum, debetur tanquàm ſors de per ſe.

32 Debitor moroſus, tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, & in conſcientia, tenetur ſoluere creditori intereſſe, nedùm damni emergentis, ſed lucri ceſſantis, immò, nedùm de primo intereſſe; ſed etiam ad intereſſe cuiuslibet feriæ, etiam ad intereſſe alterius intereſſe.

33 Intereſſe Cambiorum concurrit cum principali, & fit vna, eademq; ſors.

34 Solutio in dubio priùs in cauſam intereſſe, & vſurarum, quàm ſortis cedit.

Maximè, in intereſſe cambiorum, quæ certa ſunt, ſecus in alijs, n. 35.

36 Receptio ſortis non præiudicat, reſpectu intereſſe conuenti.

37 Intereſſe cambiorum, etiam intereſſe nuncupatur.

38 Inter cambium verum, & cambium ſiccum conſtituitur differentia.

39 Cambium ſiccum fuit in Regnis Hiſpaniarum damnatum.

40 Cambium ſiccum iudicatur etiam ex qualitate perſonæ, pecuniam ad cambium recipientis.

43 Cambia, & recambia, ad hoc vt debeantur, quæ requirantur.

44 Poteſtas accipiendi pecuniam ad cambium num requirat declarationem, quòd ob non factam ſolutionem in tempore, neceſſe ſit pecuniam prædictam accipere.

45 Bart. in l. fin. n. 3. ff. de prætor. ſtipul. doctrina in dubium reuocatur.

46 Declaratio damni paſſi, vigore pacti valet, vbi cambia eſſent realia.

47 Cambium reale, quando conſtare dicatur.

48 Liſta, & teſtium depoſitiones, iuxtà ſtylum Mercatorum non releuant, vbi literæ cābij non exhibentur.

49 Probatio, quòd Mercator accepit pecuniam ad cambium pro obtinendo intereſſe, non ſufficit, niſi probetur, fuiſſe receptam in illam cauſam.

50 Petēs damnū emergēs, quid probare debeat.

51 Literæ cambij ad Nundinas tranſmiſſæ, exhiberi non poſſunt.

52 Ad hoc, vt conſtet de literis cambij, ad Nūdinas tranſmiſſis, ſufficit, exhiberi earum Regeſtrum.

Maximè, quando cum eo concurrit exhibitio literarum originalium, quas vocant, de ricorno, n. 53.

54 Cambiā, ad hoc vt currant, quid interuenire debeat.

Et quid, ſtante pacto accipiendi pecunias debitor ad cambium, & recambium, vſq; ad inte-

*integram ſatisfactionem, nu.55.*

56 Deciſiones Rot. Rom. *in hac materia perpenduntur.*

57. Deciſio *relata per* Reg. Tapiam in Pragm. 2. de cenſib. *et per* Reg. Ronitum in conſ. 103. vol. 2. *declaratur, & nu.58.*

59 *Intereſſe cambij vt debeatur, quæ requirantur.*

60 *Intereſſe lucri ceſſantis, ad hoc vt Mercator conſequatur, quæ requirantur.*

61 *Iudex non poteſt iudicare in alio, quàm quod petitum fuit.*

62 *Recipiens ſortē, nō poteſt ad intereſſe agere.*

63 *Amplia, etiamſi adeſſet proteſtatio.*

*Declara, vbi debetur officio Iudicis, & non iure actionis, nu.65.*

*Sed contrarium, nu.66.*

64 *Officiū Iudicis mercennariū nō poteſt ſubſiſtere, principali obligatione ſublata.*

67 *Intereſſe, quàmuis iure actionis ex mora debeatur, illud tamen peti non poteſt, recepta ſorte principali.*

68 *Deciſio in cauſa.*

69 *Intereſſe cambij non debetur à debitore creditori, niſi creditor probet, pecuniam ad cambium accepiſſe in eam cauſam ex mora debitoris.*

70 *Relatum eſt in referente.*

71 *Intereſſe lucri ceſſantis, ad quam rationem liquidari debeat, vbi deciſio, S.C.*

# Deciſio CVI.

PEtrus Antonius Spinola, condemnari Ill. D. Comitiſſam de Lemos, tàm nomine proprio, quàm vti hæredem Illuſtr. Comitis eius viri ad intereſſe cambiorum pro realibus centum, & decem mille monetæ Hiſpanæ, ad cambium per ipſos captis in ann. 1610. in Oppido Madriti à Baptiſta Serra, pro quibus confecerunt die 14. Maij literas cambij, ſoluendas per ipſoſmet ſcribentes, elapſis duobus menſibus in Ciuitate Genuę Horatio Groppallo, & die 17. eiuſdem menſis pro eadem quantitate partes ipſæ ſtipulauerunt inſtrumentum, vbi dictas literas inſeruerunt, & in eo inſolidum promiſerunt d. ſolutionem, modo prædicto faciendam, cum poteſtate, tàm d. Baptiſtæ, quàm Horatio, vt in caſu, quo d. quantitas in tempore ſtatuto in d. Ciuitate Genuæ non ſolueretur, poſſent eam, nomine, & ad damnum ipſorum Illu. Comitum accipere ad cambium pro proximis Nundinis Placentiæ, & caſu, quo ibi ſoluta non fuiſſet, trahere d. quantitatem ad Ciuitatem Neapolis, vbi de proximo erant peruenturi, ex Inuictiſſimi Philippi III. recolendæ memoriæ munificentia ad ſceptra huius Regni moderandum, & promiſerunt, nedùm ſoluere ſortem, ſed intereſſe cambiorum, cum damnis, expenſis, & intereſſe, de quibus promiſerunt ſtare ſimplici verbo dictorum creditorum, habendo dictas literas, ex nūc, pro tunc pro recognitis, & acceptatis.

Et compilato proceſſu, fuit per ſentētiam S.C. in vna aula condemnata d. Illuſtr. Conuenta ad ſoluendum d. Antonio, qui iura Baptiſtæ Serra repræſentabat intereſſe, pro quantitate, & tempore liquidādum, & cùm tractandum eſſet de d. liquidatione, fuit iuſſum, cauſam eſſe decidendam, iunctis Regijs Conſiliarijs duarum Aularum.

Pro parte d. Antonij, & eius hæredis duo prætendebantur. Primò, hoc intereſſe debere liquidari ad rationem Cambiorum. Secundò, quantitates ſolutas deduci debere, non ex ſorte, ſed ex lucris cambij, quę ſimul cum ſorte confundebantur.

Quòad primum dicebatur; quòd con-
1 tractus cambij, nedùm eſt iuſtus, ſed vtilis, & neceſſarius, *Nauarr. cap.* 17. *de vſur.* circa cambia, *nu.* 289. & quòd ità teneant omnes, teſtatur in *cap. nauiganti, nu.* 21. *verſ.* 15. *de*
2 *vſur.* & hoc cambium, quod fit per literas, vocatur cambium traiectitium, ſiuè trāslatitium, *Azor. inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 10. *tit. de camb. cap.* 5. *q.* 3. *in fine*, & alij per *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 7.
3 & cùm ſit contractus bonæ fidei, ex non adimplemento venit intereſſe, ex natura contractus, *Rot. Genuenſ. in deciſ.* 1. *num.* 41. quod intereſſe debet eſſe cambiorum, quia erant publici Mercatores, qui dabant, & recipiebant pecuniā ad cambium, prout erat probatum, & intereſſe lucri ceſſantis debe-
4 tur ſolito negotiari, quia præſumitur in eo lucrum, niſi contrarium probetur, vt habetur ex doctrina *Rot. Gen. deciſ.* 1. *num.* 40. *Mut. deciſ. Sicil.* 52. *nu.* 17. *& deciſ.* 42. *n.* 35. latè *Cagnol. in l. vnica, nu.* 37. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, Cacher. deciſ.* 143. *nu.* 4. & tantò magis, vbi probatum eſt, paſſos fuiſſe intereſſe cambiorum; produxerant enim, nedùm teſtes, ſed etiam ſcripturas, ex quibus probare prætendebant, hanc pecuniæ quantitatem, ſaltim per annos tres
5 continuatos fuiſſe ſuper cambijs, & Genuēſes probant hoc intereſſe, exhibendo liſtam cambiorum, & recambiorum de foro in forum, cum reditibus vtriuſq; fori, eamq; liſtam faciunt oſtendere teſtibus examinandis, qui ſuper veritate dictorum cambiorū deponunt, vt per *Scacc. de comm. & camb. d.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *nu.* 243. & hac eadē ratione, Mercatores, qui de cambijs nego-
6 tiantur, poſſe à principio de certo lucro, moderato tamen, paciſci, deciſum fuiſſe in Rota Romana, habetur ex *dec.* 331. *Diuerſ.* quam opinionem tenuit etiam *Nauarr. in loc. citat. nu.* 301. *not.* 4. & eum refert, & ſe-

quitur Salas de contract. tit. de cambijs, dub. 26. nu. 4.

Rurſus dicebatur, quòd in hac cauſa nullum cadere poſſet dubium, ex quo in inſtrumento, inter partes celebrato, in ſpecie erat conuentum, vt poſſent dicti Baptiſta, & Horatius, quantitatem, à dictis Dominis Coniugibus promiſſam, caſu, quo non ſoluerent in tempore, & loco ſtatuto, etiam ad cambium, & recambium accipere, ad damnum ipſorum Coniugum, & quòd ſtari deberet dicto ipſorum Creditorum, & ſic
7 duplex fuit inductum mādatum dictis Creditoribus, ad accipiendum pecuniam cambio, & ſibi ipſis ſoluendum, Rot. Gen. dec. 93. nu. 9. poſt Caſtr. in l. ſi verò procurator, in princ. ff. de ſolut. & per conſequens, negari non poterat, quin dicti mandantes actione
8 mandati contraria ad omnia damna, per mandatarios paſſa, occaſione ſuſcepti mandati, teneantur, l. ſi verò non remunerandi, §. contrario iudicio, ff. mand. Rot. Genuen. dec. 30. nu. 1. Reg. Rouit. conſ. 103. vol. 2. vbi non ſolutis literis cambij in loco, & tempore deſtinato, quòd licitum ſit creditori, in damnum debitoris ad cambium recipere, Scacc. de comm. & camb. d. §. 1. q. 7. p. 2. am-
9 pliat. 8. n. 247. ſtatim enim, quòd ſecundùm formam literarum cambij in tempore ſtatuto non fuit facta ſolutio, conſtituitur de-
10 bitor in mora, ex qua oritur intereſſe, l. magnā, C. de contrah. & committ. ſtipul. l. quod te, ff. ſi cert. petat. Rot. Genuen. deciſ. 139. & 150. Mut. d. dec. 52. nu. 3. Rim. Rol. Hond. & alij per Franc. Ant. Coſt. in propria hac materia conſulentem conſ. 48. nu. 2. cum ſeqq. Scacc. de commerc. & camb. d. q. 7. par. 2. ampliat. 8. nu. 100.

Nec obſtare, dicebatur, cambia prædicta eſſe ſicca, & non realia, nam hoc cambium,
11 quod fit per literas, dando pecuniam in vno loco, in alio recipiendam, dicitur cambium verum, licitum, & reale, Molin. de contract. diſp. 394. Leſſ. lib. 2. de iuſt. et iur. c. 23. dub. 1. Palat. lib. 3. de contract. cap. 3. Rebell. 2. part. de oblig. iuſt. lib. 11. q. 3. Scacc. de cōm. & camb. d. §. 1. q. 5. n. 29. cum ſeqq. Salas de contract. tit. de cambijs, dub. 2. in fin.

Neq; poteſt ſiccum, & vſurarium iudicari hoc cambium, quia ſciebat Baptiſta Serra Campſor, quòd prædicti Coniuges non habebant pecuniam, & neq; Correſpondētem in Ciuitate Genuæ, nec in Feria Placen-
12 tiæ, vbi pecunia erat ſoluenda, quamuis enim cābium ſiccum dicatur, quādo Campſor ſcit, Cambientem non habere pecuniam in loco, vt per Caiet. in opuſc. de cambijs, cap. 1. Gaſp. Roderic. de ann. redit. lib. 3. q. 5. n. 17. Rebell. de obligat. iuſt. par. 2. lib. 11. q. 6. num. 10. qui dicit, quòd in vtroq; foro fœneratitium erit cenſendum, quando aliquis, ſicuti à Nobilibus fieri ſolet, pecuniā hic recipit ſoluendam, vbi, nullum ipſum Campſarium habere conſtat, & n. 11. quòd erit obligatus Campſor ad diligentiam adhibendam, quando probabiliter dubitat de Nobili, vel quouis alio Campſario, an habeat verè animum ibi ſoluendi, quod etiā dixit Salas de contract. titul. de camb. dub. 14. n. 1. vbi, quòd hoc eſt etiam hodiè definitum per Bull. Pij V. editam in anno 1564. & aliam in anno 1570. Layman. lib. 3. de iuſtit. tract. 4. cap. 19. in fine, aliter enim committeret vſuram mentalem.

Verùm, hoc non poteſt procedere in hoc caſu, in quo fuit data poteſtas eidem Horatio Groppallo, correſpondenti dicti Baptiſtæ, vt poſſet eam, ſub nomine, & ad computum dd. Coniugum illam accipere, quo ca-
13 ſu duas perſonas repræſentans, & diuerſa officia exercens, poteſt vigore mandati ipſius Campſarij recipere pecuniam ad cābium, & ſibi ipſi ſoluere, quod cambium licitum, & iuſtum eſſe, ait Syluest. verb. vſura 4. quæſt. 9. Nauarr. lib. 5. conſ. 1. tit. de vſur. Thom. Boninſign. cap. 70. de cambijs, nu. 7. cum ſeqq. & enim vocat cambium Beſuntinum, ſiuè de Placentia, Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 23. dub. 7. & licitum eſſe, dixerunt idem Nauarr. in manual. cōfeſſar. c. 17. n. 289. & 301. Vega in epitom. in verb. cambium, caſ. 14. & 22. & in ſum. 1. par. col. 340. 345. & 346. & alij per Salas d. tract. de contract. lib. tit. de cāmb. dub. 17. n. 2. Lop. de contract. lib. 2. cap. 13. verſ. præterea, Rouit. d. conſ. 103. in princ.

Item dicebatur, quòd quatènus adhuc dubitaretur de iuſtitia d. cambij, quòd hoc procedere poſſet in foro interno, ſecus verò in foro externo, quia gratis aſſumebatur, quòd ſciebat, non eſſe Genuæ ſoluendam quantitatem prædictam, ſiquidèm ſperare poterat, quòd dd. Comites eſſent infra d. tēpus peruenturi ad d. Ciuitatem, in qua de facili inuenire poterant pecunias ad cambium pro Ciuitate Neapolis, vbi Comes erat Prorex deſtinatus, alias enim, ſi hoc nō
14 ſperaſſet, non dediſſet ad cambium, prout ad intellectū d. Bullæ Pij V. reſoluit Scacc. d. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 17. nu. 15. cum ſeqq. in foro enim externo non conſiſtit cambij iuſtitia, ex mentium prauitate, niſi ex iuſtitia ipſius cambij, idem Scacc. §. 6. gloſ. 1. nu. 76.

Nec de quantitate cambiorum, dicebatur, poſſe dubitari, ſtāte pacto iurato, quòd
15 ſtari debeat dicto prædictorum Baptiſtæ, & Horatij, quod pactum licitum, & iuſtum eſſe, habetur ex Rot. Gen. deciſ. 78. num. 8.
16 & meliùs in deciſ. 134. num. 3. & licèt Caſtill. deciſ. 112. numer. 16. contrarium ſentiat, tamen pro hac opinione innumeros
17 affert Rouit. conſil. 103. vbi in proprio caſu ſcripſit, & ſecundùm conſilium ſuum in S. C. iudicatum, in fine refert, & fuit in cauſa Pe-

gri

Digitized by Google

tri Baptiſtæ Scotto cum Illuſtr. Marchione
Campaniæ, de qua deciſione etiã meminit
D. *Reg.* T*apia* Marchio Belmontis *in prag.* 2.
*de exſib. n.* 19. cum *ſeqq. in lib.* 4. *Iuris Regn.*
& authoritatibus corroborat *Mar. Mut.*
*deciſ. Sicil.* 52. *nu.* 17. *Ant. de Amat. variar.*
*reſol. reſol.* 27. *nu.* 26. *Menoch. conſ.* 21. *nu.* 9.
18 & ità *Bullam Pij V.* fuiſſe interpretatum
*Gregor. XIII.* & ſic declaratum per Inter-
pretes S.C.T. refert *Salon de iuſtit. &*
*iur. tom.* 2. *de recamb. fol.* 591. ſequitur
*Scacc. de commerc. & camb.* §. 6. *gloſ.* 1. *n.* 53.
& nouiſſimè *Franc. Anton. Coſta d. conſ.* 48.
*nu.* 10. *Fontan. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5.
*gloſ.* 9. *nu.* 2. *Afflict. deciſ.* 91. Doctores verò,
qui tale pactum inualidum eſſe dixerunt,
19 ea ratione mouentur, ex iniuſtitia pacti;
quotieſcunq; ergò apparet de eius iuſtitia,
quia cambia fuerunt poſita iuxtà formam,
& ſtylum Platearum, vt conſtat ex relatio-
nibus Mercatorum, quibus fuit per S.C.
commiſſa d. relatio, ceſſat dubium, vt habe-
tur ex *Afflict. d. deciſ.* 91. *nu.* 12. & ex *Fonta-*
*nel. in loc.* ſuprà cit. *nu.* 16. cum *ſeqq.*

Nec, dicebatur, obſtare motiuum, quòd
literæ non fuerunt proteſtatæ in Ciuitate
Genuæ, quia proteſtatio fuit introducta ad
20 iuris proteſtantis reſeruationem, *l. fin. ff.*
*quib. mod. ius, vel hypoth. ſolu.* & ideò ſi fue-
rit prætermiſſa, non nocet, quia, quod ego
patiar, vel non patiar damnum, non proce-
dit ex proteſtatione, ſed ex mora mei debi-
toris, & damno inde ſequuto, & hæc damni
emendatio non magis debetur, quia fuerim
proteſtatus, vel non, cùm illa proteſtatio ſo-
lùm prodeſſe potuit ad declarandum ani-
21 mum patientis damnum, vt in puncto do-
cet *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2.
*ampl.* 8. *nu.* 263. vbi etiam dicit, quòd illa
praxis proteſtãdi literas cambij, eſt ad cau-
telam, ad finem dicendi, ſe eſſe in loco para-
tum recipere ſolutionem, non quòd verè ſit
22 neceſſaria, quod etiam clariùs declarat in
§. 2. *glo.* 5. *n.* 205. vbi, quòd ſufficit, quòd li-
teræ redeãt inanes, cum publica atteſtatio-
ne, quòd non fuerunt acceptatæ, quamuis
23 non ſint proteſtatæ, nec poteſt dubitari de
mora, tùm quia, adeſt dies, iuxtà *text. in d. l.*
*magnam*, tùm etiam, quia dd. Comites fue-
runt Neap. requiſiti, vt ex teſtiũ depoſitio-
nibus, qui licèt non probent, requiſitiones
fuiſſe factas dd. Comitibus perſonaliter, de-
24 ponunt tamen, quòd fuerunt porrectæ
preces pro ſolutione prædicta, quæ ſufficere
debebãt. Erat enim Comes eo tempore Re-
gni Prorex, & non poterat alitèr interpella-
ri, ad tradita per *Molin. de contract. diſput.*
315. *n.* 4. *verſ. illud eſt obſeruandum*, & quã-
do creditor non poteſt interpellare debito-
rem ex metu reuerẽtiali, quòd conſtituatur
25 debitor in mora, abſq; interpellatione, ha-
betur ex *Scacc. d.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *n.*
130. *Caſtil. d. deciſ.* 112. & *Peguer. deciſ.* 33.
Eſtq; ratio, quia metus reuerentialis, iuſtam
26 præbet cauſam excuſationis, *l. ſcire oportet,*
§. *ſufficit, ff. de excuſ. tutor. l. quibus diebus,*
& *ibi Bart. ff. de cond. & demonſtr. Afflict. dec.*
29. & *Vrſill. ad* eund. *Affl. dec.* 289. & proin-
dè cùm requiſita neceſſaria erant probata,
non enim dubitari poterat, Antonium Spi-
nolam publicè negotiari ſolitum eſſe, imò
ſufficiebat, eſſe Genuenſem, ſiuè Nobilem,
27 ſiuè Ignobilẽ, quia ex ipſa Natione ſolùm
negotiari præſumitur, *Scacc. d.* §. 1. *p.* 1. *q.* 7. *n.*
65. & *p.* 2. *ampl.* 8. *n.* 226. *Rouit. d. conſ.* 103.
cõſtabat etiam de damno paſſo, & de lucro
ceſſante, quia ſemper in hac negotiatione
28 dandi, vel recipiendi pecunias cambio fuit
verſatus, quod etiã in ſolito negotiari præ-
ſumitur, *Rot. Gen. dec.* 1. *nu.* 45. *Cagn. in d. l.*
*curabit, nu.* 67. *Maſcard. de prob. concl.* 933.
*n.* 19. & 20. *Muta d. dec.* 52. *n.* 42. & *Rouit. d.*
*conſ.* 103. *nu.* 10.

Et tandèm dicebatur, quòd nedùm cam-
biũ debebatur pro tribus annis, in quibus
29 conſtare aſſerebatur, quòd verè pecuniarũ
quantitas debita, fuit continuata in cãbijs,
verùm etiam poſt, ſtante pacto prædicto, &
damno emergẽte in ſolito negotiari, prout
habetur ex *Dec. conſ.* 562. & alijs, quos citat
*Muta d. deciſ.* 52. *n.* 48. *Coſta d. conſ.* 48. *n.* 17.
& 18. & fuit practicatum in d. cauſa Petri
Baptiſtæ Scotto cũ Marchione Campaniæ,
vt per *Regent. Tapiam, & Rouitum in locis*
ſuprà allegatis, quia creditor nõ arctatur ad
probandum, ſe pecunias accepiſſe cambio,
quia illa facultas data à debitore creditori,
vt poſſit, eo non ſoluente accipere ad cam-
bium, non reſtringit obligationem debito-
ris ad intereſſe damni emergentis, itaùt illo
non probato per creditorẽ, debitor ad nul-
lum intereſſe teneatur, *Scacc. in d.* §. 1. *q.* 7. *p.*
2. *ampl.* 8. *n.* 261. qui ad hoc corroborãdum
dat rationem, quia Mercatores accipiũt ad
cambium, non ſolùm, vt damno emergenti
occurrant, ſed vt lucrum faciant, ſiquidèm,
eandem ſummam, quam acceperunt, cũ lu-
cro dant alteri, & ſic traficant pecunias, &
30 multotiès à ſeipſis, & ideò ſolito negotiari
debetur intereſſe, abſq; aliqua probatione,
quia intereſſe lucri ceſſantis debetur, non
ex eo, quia accepit pecunias ſub fœnore, ſed
ex eo, quòd à lucro ceſſauerat.

Quò verò ad ſecundum articulum, quòd
quantitates ſolutæ cedere debuiſſent in ex-
tinctionem quantitatis debitæ pro cambijs,
31 & nõ ſortis principalis, dicebatur, quòd hoc
intereſſe cambiorum, mediante inſtrumen-
to fuit in ſtipulationem deductũ, & proindè
intereſſe ſtat de per ſe, quaſi ſint duæ ſtipu-
lationes, vna ſortis, alia verò intereſſe, vt de-
clarat *glo. in l. centum Capuæ*, §. *neq. enim, ff.*



Digitized by Google

de eo, quod cert. loc. & ibi etiam Bar, & alij.

Secundò, quia Baptiſta erat publicus negotiator, qui dare, & recipere ſolebat pecunias ad cambium, & ſic etiam Groppallus, & ipſe Antonius Spinola, ad quem creditum ſpectabat, quo caſu debitor moroſus, de iure ciuili, canonico, & in conſcientia
32 tenetur ſoluere creditori intereſſe, nedùm damni emergentis, ſed lucri ceſſantis, & nō ſolùm de primo intereſſe, ſed etiam ad intereſſe cuiuslibet feriæ, & etiam ad intereſſe alterius intereſſe, vt in pūcto dixit Rot. Gen. d. deciſ. 134. nu. 3. cum ſeqq. allegat Cagnol. in l. 1. nu. 46. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. & in l. curabit, C. de act. empt. num. 69. & hoc idem probatur in deciſ. 78. nu. 14. & de communi obſeruantia Ruin. conſ. 103. nu. 4. vol. 1. & Muta in allegata deciſ. 52. nu. 22. qui alios allegat, quod intereſſe cambiorū concurrit cum principali, itàut fiat vna, eademq; ſors, quod etiam probat Scacc. d. §. 7. gloſ. 2. nu. 41. & nu. 50. vbi dicit, quòd in-
33 tereſſe cambiorum ſemper conuertitur in capitale, & antè eum Menoch. de arbitr. iud. caſ. 119. nu. 31. Borgnin. Caualc. dec. 21. ſub nu. 30. lib. 1.

Probatur etiam ex alio, quia ex iuris di-
34 ſpoſitione ſolutiones factæ, ſemper priùs in extinctionem vſurarum, deindè verò in cauſam capitalis cedunt, l. in his, §. apud Marcellū, ff. de ſolut. l. 1. C. eod. tit. & l. vſuras, C. de vſur. & nos plenè diximus in dec. 21. ſolùm hoc dubitari poteſt, quando in-
35 tereſſe non eſt certum, ſed intereſſe cambiorum ſemper eſt certū, vt probauit Scacc. de comm. & camb. d. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. nu. 240. & in d. §. 7. gloſ. 2. nu. 50. & ità iudicatū dicebatur in d. cauſa Marchionis Cāpaniæ.

Nec receptio ſortis, quæ in contrarium
36 ponderabatur, præiudicabat Actori, quia cùm hoc intereſſe debeatur, iure actionis, mediante ſtipulatione, & promiſſione, illi præiudicare non potuit, l. 1. C. depoſit. Menoch. lib. 3. præſumpt. 45. nu. 3. Grat. diſcept. for. c. 33. nu. 13. vol. 1. Franch. dec. 21. Mut. d. deciſ. 52.

Pro parte verò d. Ill. Comitiſſæ conuentæ, tàm nomine proprio, quàm etiā vti hæredis viri, quòad primum articulum replicabatur, quòd nullo modo poterat tractari de intereſſe cambiorū, quia ab illo fuit, me-
37 diante ſententia S.C. abſoluta, dùm fuit cōdemnata tantùm ad intereſſe pro quantitate, & tempore liquidando, & quàmuis prædictis reſponderetur per Actorem, quòd intereſſe cambiorum, etiam intereſſe nuncupatur, d. dec. Gen. 134. nu. 3. & 4. Scacc. d. §. 7. gloſ. 2. nu. 50. & 51. & quòd ità etiam illud vocauerant Mercatores, quibus fuerunt commiſſæ relationes prædictorum cambiorum, in hac cauſa tamen dicebat Illuſt. Comitiſſa, nullum deberi intereſſe, & proindè, in nihilo eſſe liquidandum, ſiquidèm nō fuit cambium verum, ſed ſiccum, cùm reuera fuerit mutuum, nàm in cambio vero quatuor perſonæ interuenire debent, duæ in loco contractus, vbi pecunia recipitur, perſona ſcilicet dantis, & perſona recipientis ad cambium, & duæ in loco deſtinatæ ſolutionis, hoc eſt ſoluens, & illa, cui ſolutio eſt facienda, quotieſcunq; ergo perſona recipiētis ad cambium non habet in loco deſtina-
38 tæ ſolutionis pecunias, dicitur cambium ſiccum, vt habetur ex d. Bulla Pij V. de anno 1570. in Conſtit. 52. & in vltima impreſſione eſt Bulla 118. quæ etiam reperitur inſerta per Nauarr. in d. cap. 17. nu. 300. & in
39 Regnis Hiſpaniarum à Carolo V. Cæſare fuit tale cambium damnatum, vt l. 8. tit. 18. lib. 5. nou. recompil. latè per Morlam in ſuo empor. iur. par. 1. tit. de reb. credit. q. 25. n. 11. & 42. Peregr. conſ. 85. nu. 8. vol. 3. Caietan. de camb. cap. 1. nu. 4. Ioa. Bapt. Cauat. de cāb. cap. de cambio ſicco, Tuſc. concluſ. 798. litera C. & alij per Nicol. Genua de ſcript. priuat. cap. de lit. cambij, num. 9. & per Salas de contract. tract. de camb. dub. 14. Roderic. de ann. redit. lib. 3. q. 5. ſub n. 17. Nauarr. in cōment. de vſur. nu. 14. & in cap. nauiganti, de vſur. nu. 25. qui loquitur in dominis, qui dùm indigēt pecunijs, accipiunt illas ad cābium, ſoluendas, vbi Correſpondentes nō habēt,
40 nàm cambium ſiccum iudicatur etiam ex qualitate perſonarum recipientium, idem Nauarr. de camb. §. 15. nu. 25. Azor. inſtit. moral. libr. 10. cap. 11. Scacc. de camb. in d. §. 1. q. 7. ampl. 17. nu. 13. quod in hac cauſa, dicebatur, eſſe abſolutum, nullam enim pecuniæ quantitatem poterat inuenire Comes in Ciuitate Genuæ, nec in feria Placentiæ, & ideò fuit dictum, quòd vltimo loco eſſet ſoluenda in Ciuitate Neap. vbi ſpes verè erat, quantitatem prædictam eſſe ſoluendam, prout in effectu fuit ſoluta, & locus deſtinatæ ſolutionis in dd. locis Genuæ, &
41 Placentiæ erat color quæſitus, ad finem lucrādi cambia, quo caſu ſiccum, & iniuſtum eſſe, habetur ex Gaito de credit. cap. 2. tit. 7. n. 1246. quod etiā probat Comitol. reſponſ. moral. libr. 3. q. 15. vbi, quòd quādo certum eſt, accipientem ad cambium non habere pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis, dicuntur eſſe ſordidi fœneris negotiatores, &
42 quòd ità concluſum fuit per decem, & ſeptem Patres Societatis Ieſu coram P. Euerardo Mercurino, eiuſdem Societatis Generali Præpoſito, & hoc idem ex profeſſo probat P. Bernard. Iuſtinian. Genuenſis, vt ponderetur Genuenſis cōtrà Genuenſē, qui in ſæculo negotiabatur, prout omnes alij Genuenſes, & deindè intrauit Religionem Clericorum Regularium, & compoſuit tractatum

Digitized by Google

ſtatum de cambijs, vulgari ſermone q.2.& 3. vbi accerrimè defendit, contractũ prædictum eſſe vſurarium, & illicitum, & hoc etiã latiſſimè demonſtratur in Allegationibus Alexandri Palmerij, inſertis per Thor. in 2. tom. eius compend. in verb. inſtrumentũ, fol. 290. à ter. & 291. qui hanc opinionem comprobat, etiam authoritatibus rerũ iudicatarum in Senatu Cathaloniæ, de qua per Peguer. dec. 33. & ſic etiam Mediolani, Florentiæ, & Fiuzani, de qua per Borgnin. Caualc. part. 2. dec. 2. n. 22. & Rotæ Romanæ, de qua per Farinac. p. 1. tom. 1. dec. 52. & S. noſtri C. in cauſa Baroniſſe Celiarum cũ Iacobo Fornario, & Nicolao de Francho, in anno 1619. die 19. Decembris, ad relationem acutiſſimi ingenij viri qu. Reg. Conſil. Io. Bapt. Melioris, vt in Banca Scacciauenti.

Ad inſtrumẽtum verò, in quo datur poteſtas recipiendi pecunias ad cambium, & pacti prædicti validitatẽ, quòd ſtetur dicto Creditoris, dicebatur, quòd quicquid ſit de eius validitate, debet conſtare, fuiſſe literas
43 tranſmiſſas ad Nundinas, vel ad locum deſtinatæ ſolutionis, & quòd ibi cambia, & recãbia ſint ſoluta, nec ſufficit, quòd in libris Campſoris ſint deſcriptæ aliquæ expenſæ factæ, & curſus cambiorum, & recambiorũ, ità Ant. Roſell. de vſur. n. 73. Nauar. in dict. cap. nauiganti, n. 25. de vſur. Io. Bapt. Lupus com. 3. in §. 2. n. 65. de vſur. Caualc. d. dec. 2. part. 2. nu. 22. verſ. & circa, cum ſeqq. debet etiã conſtare, prædictos Mercatores ſumpſiſſe pecunias ad cambiũ poſt lapſũ diei, ad ſoluendum præſtituti, nec ſufficit probare, quòd acceperunt ad cambium, ſed neceſſe eſt, quòd in indiuiduo probaſſent, quòd ex nõ facta d. ſolutione coacti fuerint accipere ad cambium, quia poſſet eſſe, quòd ex alia cauſa, & non ex iſta acceperint, prout habetur ex deciſ. Mobedan. 103. & fuit reſolutum in Rota Romana pecuniaria de Zambeccarijs, coràm Cãtuccio 7. Aprilis 1581. ac in vna Romana Vineæ de Brunis, coràm Orano 2. Decembris 1592. de quibus deciſionibus fit mentio in deciſ. 52. ex recollectis per Farinac. tom. 1. & licèt in contrarium addu-
44 ci poſſet alia Romana Vineę de Brunis, coràm D. Blanchetto 17. Ianuarij, ex qua colligitur, quòd ſtante tali poteſtate nõ erat neceſſaria talis declaratio, tamen d. deciſio fuit poſteà reuocata, & fuit deciſum, quòd erat neceſſariſſima, coràm D. Orano die 2. Decembris eiuſdem anni, quæ deciſio fuit etiã confirmata in alia Romana cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coràm Eminent. Mellino, quæ reperitur impreſſa in 1. vol. Commiſſ. ac Reſcript. Io. Bapt. Marcheſ. p. 1. §. 2.
45 fol. 875. quàmuis enim Bart. in l. fin. n. 3. ff. de prætor. ſtipul. videatur tenuiſſe, ſtante d. pacto ſtari poſſe declarationi poſteà ſequutæ damnũ paſſi, tamen in iſtis terminis opinio Bart. eſt controuerſa, nè detur materia delinquendi, Ruin. conſ. 104. nu. 8. cum alijs adductis, quæ ratio etiã approbata fuit per Rotã Romanam, vt in vna Romana, ſeù Florentina pecuniaria 9. Iunij 1614. coràm D. Dunozetto, vt in dec. 559. to. 2. in recollect. per Farinac. n. 2. vbi intelligit, d. declaratio-
46 nem, quæ fit vigore pacti, tunc valere poſſe, quatènus cambia eſſent realia.

Et ad realitatem cambij debet probari, cũ effectu fuiſſe tranſmiſſas literas ad Nun-
47 dinas, & per alias literas, quæ nuncupantur reditus de Nundinis, vt poſt Nauar. in manual. confeſſ. tit. de ſept. præcept. decalog. non furtum facies, n. 289. Laurent. de Rodulf. de vſur. par. 3. q. 1. n. 1. & habetur ex nouiſſimis Deciſ. Diuerſ. ab anno 1626. vſq; ad annum 1630. impreſſis Venetijs in anno 1636. dec. 274. n. 5. aliàs enim non dicitur conſtare de cambijs veris, & probatio facta per liſtas, &
48 teſtiũ depoſitiones iuxtà articulos, de Stylo Mercatorum deponentium, ſi non exhibentur literæ cambij, non releuat, cùm potiùs ſuſpicari debeat de cambio ficto, vt ex Aegid. deciſ. 9. & 611. & alijs hoc firmat Seraph. dec. 946. vbi, quòd neq; ſufficit probatio, Mercatorem accepiſſe pecuniam ad cãbium, niſi probetur, fuiſſe acceptam in illã cauſam, ex deciſ. Mobed. 102. quia potuerunt
49 capi in aliam cauſam, vt ſuprà dictum fuit, etſi prætendatur tanquàm damnum emer-
50 gẽs, neceſſe eſt probare requiſita, poſita per Caſtr. in l. 3. § fin. n. 3. ff. de eo, quod certo loco, & per Mobedan. dec. 208. & Put. dec. 230. libr. 1. in nou. quæ deciſio in antiquis eſt 237. quæ hìc non fuerunt probata. Et quàmuis difficile ſit, habere literas trãſmiſſas ad Nũdinas, cùm huiuſmodi literæ non remaneãt
51 penès Cambientem, ſed penès Correſpondentem, & ideò exhiberi non poſſint, vt per Moli. de iuſt. & iur. diſput. 409. n. 5. tamen
52 poteſt exhiberi earum Regeſtrum, vt deciſum fuit per Rotam Romanam, die 12. Ianuarij 1615. in vna Romana, ſeù Florentina Cambiorum, coràm D. Dunozetto, quando
53 cum d. Regeſtro concurrit exhibitio literarum originalium, quæ dicuntur, de ritorno, vt in dec. Rotæ 951. lib. 3. par. 3. inter impreſſas Diuerſ. & in alia Romana pecuniaria corã D. Pamphilio die 13. Iunij 1616. quæ eſt deciſ. 304. in recollect. per Farinac. tom. 2. in poſthum. n. 2. & in Romana cambiorum, die 4. Maij 1629. coràm D. Mormanno, quæ eſt deciſ. 274. in nouiſſ. diuerſ. ab anno 1626.

Inſupèr requiritur, ad finem vt cambia currant, quòd Campſor proteſtetur, & notificari faciat debitorem, ad effectum, vt cer-
54 tò ſciat, debitum ſuum eſſe ſub cambijs, vt deciſum fuit in d. Romana pecuniaria de Zambeccarijs 7. April. 1581. coràm Cantuccio,

Digitized by Google

cio, & in d. Vineæ de Brunis 2. Decembris
1592. & in pluribus alijs cauſis, vt habetur
ex *dec.Rot.Rom.in nouiſſ.*775.*par*.4.quę eſt
eadem *deciſio*, de qua per eundem *Farinac.*
*tom.*1.*dec.*52.& fuit Mediolanēſis pecunia-
ria, coràm D. Litta, de anno 1602. die 27.
Martij, vbi in terminis caſus noſtri fuit de-
ciſum, in facultate conceſſa ex partium cō-
uentione Creditori, accipiēdi pecunias de-
bitas ad cambium, & recambium, vſquè ad
55 integralem ſatisfactionem debiti, quia non
obſtante tali pacto, debet conſtare de alijs
requiſitis, & præſertim, quòd realitèr pecu-
niæ prædictæ fuerint ad cambiū in ipſamet
cauſa expreſſim acceptæ, & dicti debitores
certiorati, quod probari ex literis, ad Nun-
dinas tranſmiſſis, ſuprà diximus, & voluit
etiam *Lup.in tract.de vſur.d.comm.*3. §.2.
*n.*23. *Rota* in recollectis per *Farinac.deciſ.*
16.*tom.*2.*in poſthum.*& licèt Rota in d.Ro-
56 mana pecuniaria 13. Iunij 1616. declaret,
quòd *deciſio* ſupradicta procedat, quando
creditor prætendit cambia ex mora, ſecus
verò, quando vigore ordinis, ſeù mādati de
accipiēdis pecuuijs ad cambium, iuxtà aliā
deciſionē Rotæ Romanæ in vna Bononiēſi
Quadernæ 22. Iunij 1611. coràm Eminent.
Lancellotto, & 23. Martij, coràm D. Manza-
nedo, & in alia Romana, ſeù Florentina 19.
Iunij 1614. coràm D. Dunozetto, tamen lo-
quuntur, quando vigore d. ordinis, ſeù mā-
dati realitèr fuit accepta pecunia ad cam-
bium pro d. cauſa, ad computum, & damnū
mandantis, vt habetur in *d.dec.*16.*nu.*2. ex
recollectis per *Farinac.d.tom.*2.*in poſthum.*
*Macerat.reſol.*27.*n.*1.*lib.*1. *Molf.conſ.*9 *nu.*
34. *Caſtil.deciſ.*112.*lib.*2. Nec obſtare, dice-
batur, deciſionem relatā per *Regen.Tap.in*
*prag.*2.*de cenſ.*& per *Reg.Rouit.d.conſ.*103.
cum *ibi* traditis per eos in cauſa Petri Ba-
ptiſtę Scotto cum Illuſtr. Marchione Cam-
57 paniæ, de qua etiā mentionē facit *Epiſcop.*
*Campanil.in Diuerſ.iur.canon.rubr.*11.*cap.*
20. ſub *nu.*27. vbi inſerit d. *conſ.Reg.Rouit.*
103. licèt falsò aſſerat, fuiſſe V.I.D. Horatij
Pirroni, nàm in d. caſu plura concurrebant,
quæ in eo deficiebant, & Primò, quia Illuſt.
Marchio, computum cambiorum accepta-
uit, eoq; viſo ſcripſit literas Creditoribus, vt
acciperēt pecunias eis debitas ad cambiū,
& ſibi ipſis ſoluerent, quod etiā apparebat
ex literis eiuſdē Marchionis, vbi ſcribebat,
feciſſe computa videri, & quòd benè ſe ha-
berēt, & ideò poterant in libris ſcribi; & ni-
hilominùs contrà d. deciſionē vrgentiſſimis
58 rationibus inuehit d. *Epiſc.Campanil.in lo-*
*co* citato, *n.*42.*in fi.& *43. cū *ſeqq.*& ex *Bul-*
*la*, & alijs d. deciſionē reprobat, & contrà eā
adſunt *deciſiones Fiuizan.*2.*par.*2. ſub *n.*22.
*Peguer.dec.*33.*Rot.Roman.d.deciſ.*52. ſuprà
relata, & alia poſita per *Marcheſan. in loco*
59 ſuprà allegato, *Mobed.deciſ.*2.*de vſur.* aliàs
*dec.*103. *Caſtill.d.dec.*112. hoc idem latiſſi-
mè probatur per *Anton. de Amato var.re-*
*ſol.*27.*n.*13.*& per tot* vbi plenè de omni-
bus requiſitis ad cambium, & idem etiam
fuiſſe per S.C. deciſum, habetur per *Thor.in*
*d.*2.*par.compen.in verb.inſtrumentum, ſeù*
*contractus, fol.*290.

Dicebatur etiam, quòd in caſu prædicto
nec aderat mora, cùm nūquàm apparebat,
fuiſſe literas cambij præſentatas Horatio
Groppallo Genuæ, neq; per ipsū fuiſſe trāſ-
miſſas literas cambij in Ciuitate Placentiæ,
60 neq; à Ciuitate Placentiæ ad ipſos Ill. Co-
mites in Ciuitate Neap. & proptereà nullū
deberi intereſſe, vt poſt *Bertazol.* dixit *Ca-*
*ſtill.d.dec.*112.*lib.*2.*n.*26. & quatènus præ-
tenderetur, illud habere locum ratione lu-
cri ceſſantis, vel damni emergētis, quòd ad-
hùc ſuper tali intereſſe non erat inceptū iu-
diciū, quod tantùm pro intereſſe cambiorū
erat inſtitutum, & proptereà ſuper illo non
61 poterat S.C. iudicare, *Rot.Gen.d.dec.*37.*n.*
11. *Caſtill.loc.*cit.*n.*29. Ampliùs, Ill. Conuen-
ta, & alia exceptione ſe tuebatur, quia *Bapti-*
*ſta* Serra, mediante publico documento cō-
feſſus fuit, recepiſſe ſortē principalē, tàm dd.
realium centum, & decem mille, quàm alio-
rum ducēntum, & decem mille, ſimili mo-
do eiſdem Ill. Comitibus datis ad cambiū,
& hoc antè declarationem, quòd d. ſumma
pertinebat ad Antoniū Spinolā, & Octauiū
Serra; quinimò in contractu diuiſionis ſo-
cietatis, poſteà inhito inter dd. Octauiū, &
Antoniū ſimilitèr aſſerebatur, partes ipſas
fuiſſe de principali ſorte ſatisfactas, ex quo
facto duo reſultabant, & primò, quòd non
erat hæſitandum, in quam cauſam quanti-
tates ſolutæ cedebant, cùm Creditores de-
clarauerint, in cauſam principalis debiti eas
recepiſſe, & nedùm ad computum, ſed etiā
pro complemento principalis quantitatis,
datæ ad cambium, & ex hac receptione in-
ferebatur ſecundò, non poſſe ampliùs peti
62 intereſſe prædictum, quia ex ipſa receptio-
ne remiſſū prætēdebatur, *l.centum Capuæ,*
*in fine,& l.fin.* vbi *glo.Bar.Caſtr.& Iaſ.ff.*
*de eo, quod certo loco, Rot.Genuenſ.deciſ.*61.
*Carthar.dec.*38. vbi *n.*12. ampliat, ēt ſi adeſ-
63 ſet proteſtatio, quia per illā non tollitur le-
gis diſpoſitio, officiū enim Iudicis mercen-
64 narium non poteſt ſubſiſtere, principali
obligatione ſublata, *Bart.in l.fin.* ſub *nu.*3.
*& Paul.de Caſtr.* ſub *nu.*6. *ff.eod.titul.de*
*eo, quod certo loco*, nàm illa proteſtatio non
eſt apta ad tollendam remiſſionem, quæ
procedit ex neceſſitate, vt declarat *Scacc.de*
*comm.& camb.d.* §.1.*q.*7.*par.*2. *ampl.*8.*nu.*
300. *Surd.de alim.tit.*1.*q.*43.*n.*21. & quàm-
uis prędictis replicaretur, quòd procedunt,
quando intereſſe debetur officio Iudicis,
65 ſe-

65 ſecus verò, quando iure actionis, prout in præſenti caſu deberi, dicebatur ex *conſil. Rouit. 36. num. 7. lib. 1.* & alijs ſuprà fundatis, ex eo, quia intereſſe fuit, mediante inſtrumento, in ſtipulatione deductum, tamen pro parte d. Illuſtr. Conuentæ reſpondebatur, quòd ſiuè contractus Madriti
66 ſtipulatus, ſit ſtricti iuris, ſiuè bonæ fidei, nō debetur intereſſe ex mora, iure actionis, ſed officio Iudicis, nō fuit enim ſtipulatum certum intereſſe, & ad quam quantitatem, *Bart. in l. 1. in fin. C. de vſur. & fruct. leg.* & probatur in *l. Lucius, ff. depoſiti*, cum alijs traditis per *Aret. in §. fuerat, Inſtit. de action. nu. 6.* quod latè etiam comprobatur per *Alex. Trentacinq. conſ. 75. lib. 1. Rot. Genuenſ. d. deciſ. 61.* Immò, quamuis hoc in-
67 tereſſe deberetur iure actionis, quia depēdet ex mora, recipiendo ſortem, non poterit ampliùs illud peti, vt fundat *Ant. Faber* in ſuo *Codic.* ſub *titul. de vſur. et mor. diffin. 5. nu. 3. verſ. non diſtinguemus*, & deciſum fuiſſe in S. C. in cauſa D. Franciſci de Tuſo cum D. Liuia Thomaſina, refert *Donat. Anton. de Marin. var. reſol. cap. 198. n. 7. lib. 1.*

Diſcuſſo negotio in S. C. iunctis Aulis,
68 fuit deciſum, nō deberi intereſſe cambiorum, quia non aderant requiſita ad obtinendum, ſuprà adducta, quamuis enim fuiſſet productum, d. Antonium Spinolam
69 accepiſſe pecuniam ad cambium, & ſic aliqua cambia fuiſſe transmiſſa à Ciuitate Placentiæ, non tamen conſtabat, in iſtam cauſam, hinc dixit *Coſt. ad conſ. 48. nu. 7.* quòd quādo Mercatores accipiunt ad cambium, ſcribunt, *& ponete à conto del tale*, vel, *et ponete à conto, come ſi auiſa*, quando expreſsè dicitur, ad computum, cuius recipitur ad cambium, tunc nulla cadit dubitatio, cùm in literis exprimatur, quando verò non exprimitur, ſed dicit, *come s'auiſa*, tunc debent exhiberi literæ, *de auiſo*, ad finem vidēdi, ad computum cuius fuerit cambium
70 acceptum, ea ratione, quia cùm relatum ſit in referente, ſi non exhibeatur relatum non creditur referenti; *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtituen.* vbi *Bart.* Cùmq; in caſu noſtro non conſtet, cuius computo fuerit pecunia ad cambium recepta, quia in literis non exprimitur, ſed remittitur ad literas, *d'auiſo*, non adeſt probatio, fuiſſe captam pecuniam ad cambium pro computo, & ad damnum prædict. Coniugum, & ſic deficiūt requiſita. Inſupèr, non poteſt pars ſe iuuare pacto, in inſtrumento adiecto, quia in vno caſu tantùm fuit data poteſtas capiendi ad cambium, quatènus literæ præſentatæ fuiſſent Horatio Groppallo, & non ſoluerentur, neque tunc fuerunt ſequuti dd. Coniuges fidem Antonij Spinolę, & Octauij Serra, ſed mandatum capiendi ad cambium fuit datū ipſis Groppallo, & Baptiſtæ Serra limitatè, à Ciuitate Genuæ in feria Placentiæ, & à d. loco in Ciuitate Neap. cum apocis cambij, directis ipſis Illuſtr. Comitibus, & ipſis quoq; fuit data fides declarandi cambia, cùmq; fines mandati non fuiſſent ſeruati, quia neq; Groppallus, neq; Baptiſta Serra acceperunt ad computum dd. Coniugum ad cambium, neq; cambia fuerunt à d. Ciuitate Placentiæ transmiſſa ad hanc Ciuitatem, nequè ab ipſis fuit facta declaratio cābiorum, ſequitur, quòd mandatum non fuit adimpletum, & proindè, inſtrumentum cum pacto in eo contento, non poteſt locū ſibi vendicare, tantò magis, quia prædictos Spinola, & Serra plura habuiſſe, præſupponebatur, lucra, tempore, quo d. Illuſtr. Comes fuit Prorex in hac Ciuitate, & hac forſan ratione non fuerunt proteſtati, nec ità rigoroſè, pro receptione crediti egerunt, immò pro alia partita aliorum realiū centum, & decem mille nec Baptiſta Serra voluit aliquod intereſſe, prout ipſe declarauit, verùm, quia negari non poterat, quòd tranſactis duobus menſibus fuerunt in mora non ſoluendi Groppallo in loco deſtinato, & tractabatur de Mercatoribus negotiari ſolitis. Ideò die 18. Iunij 1639. fuit liquida-
71 tum intereſſe ad rationem octo pro centenario à die deſtinatæ ſolutionis in Ciuitate Genuæ pro concurrenti quantitate capitalis, vſq; ad integralem ſatisfactionem. De ſecundo verò articulo non fuit apud nos dubitatum, ſtante receptione facta in cauſam ſortis, nec vnquàm fuerat petitum, niſi intereſſe, & ad intereſſe fuerant Conuenti condemnati, & ſic determinandum ſolùm remanebat, ſi debebatur intereſſe cambiorum, penès Auitabilem S. C. A. & Magiſtr.

# OBSERVATIO
## In Deciſione CVI.

### SVMMARIVM.

1 *Intereſſe cambiorum, deficientibus requiſitis non debetur, & certum, ac determinatum ab initio taxari non poteſt; nec aliàs in caſu non ſolutionis capitalis, num. 2. intellige, vt nu. 3. & 4.*

*Intereſſe cambiorum, vt iuſtè peti poſſit, non ſufficit ſola aſſertio creditoris, ſed aliundè probari debet, d. nu. 2.*

3 *Intereſſe ratione damni emergentis debetur Mercatori ad rationem duc. 8. pro centenario, ſed ad rationem duc. 10. pro centenario deciſum traditur, nu. 4.*

5 *Intereſſe quantiplurimi debetur poſt lapſū primi anni, de ratione, nu. 6. etiam contra hæredes, n. 7. & ità iudicatum, ad rationē duc. 8.*

*duc.8.pro centenario refertur,nu.8.*
9 *Intereſſe alterius intereſſe debiti ratione dã-*
*ni emergentis,non debetur.*
*Intereſſe alterius intereſſe, regulariter*
*non debetur,ibid. limita, nu.9.10.11.12.*
*13.14.15.*
10 *Intereſſe alterius intereſſe in ſocietate debe-*
*tur, ſic etiam, vbi alius ſoluit capita-*
*le, & tertias de proprio,nu.11. item pro*
*tertijs annuorum introituum, nu.12. &*
*etiam in cambijs,nu.13. ad rationem de-*
*cem pro centenario,nu.14.*
15 *Intereſſe interuſſurij debiti pro capitale*
*ad tempus ſolui promiſſo,an debeatur,&*
*num.16.*

1 IVdicauit S.R.C. in caſu huius deciſio-
nis,non deberi intereſſe cambiorum,
eò, quòd non aderant requiſita,ad il-
lud obtinendum, vt habetur *nu.*88.
2 Hinc,certum,& determinatum intereſſe in
cãbio,ab initio paciſci non poteſt,nec aliàs,
etiam in caſu non ſolutionis capitalis, vt
probat *D.Conſil.Staiban.reſol.*93. *num.*25.
*cum ſeq.lib.*1.*reſol. forẽſ.*& vt cambiorum
intereſſe iuſtè petitum dicatur,non ſufficit
ſola atteſtatio,& dictum creditoris,*Rub.de-*
*ciſ.*254.*nu.*3.*par.*2.etiam ſi fuerit iuramen-
to roborata,vt comprobat *nu.*4.& propte-
reà cambiorum iuſtitia non debet depen-
dere à ſola confeſſione,& declaratione cre-
ditoris,ad tradita per *Rube.deciſ.*291.*nu.*4.
*par.*2. ſed aliundè probari debet, vt docet
idem *Rube.deciſ.*287.*nu.*20.*d.par.*2.ideòq;
in caſu præſentis *deciſ.* quia creditor erat
3 Mercator, & ſic ſolitus negotiari, fuit per
idem S.R.C. eidem datum intereſſe,ad ra-
tionem duc.8 pro centenario ſortis princi-
palis,ratione damni emergentis,à die deſti-
natæ ſolutionis, vſq; ad integralem ſatisfa-
ctionem,vt legimus *nu.*7.ſed ad maiorem
4 rationem, & ſic duc. 10. pro centenario
liquidatum fuit per idem S.R.C. in cauſa
* Michaelis,& Andreæ Bectini,cum Ioa.Leo-
nardo, & Felice Mazza, ſub die 12. Maij
1586.in Banca Sarri,nunc de Vendicto.
Verùm,ſi agatur de intereſſe quantiplu-
5 rimi, dubitari poteſt,an, à quo tempore, &
ad quam rationem debeatur, in qua quæ-
ſtione *Faber* in eius C.*lib.*4.*tit.*24.*definit.*9.
refert,bis fuiſse iudicatum per illum Senatũ
deberi,non tamen pro primo anno, cùmq;
vnus ex DD.Senatoribus de *d. deciſ.* dubi-
taſſet, re accuratiſſimè diſcuſſa,in eandem
ſententiam in alia cauſa Senatus tranſiuit,
6 illud enim debetur ex debitoris mora,quæ
nulla conſiderari poteſt in d.primo anno,in
quo ſcire quis nõ põt, quãtiplurimi res fue-
rit, ad illud enim æſtimandum habetur ra-
tio d.primi anni, & in terminis terminanti-
bus,quòd mora committatur in æſtimatio-
ne quantiplurimi,antequàm à Iudice taxa-
ta ſit,deciſum refert *Faber d.tit.*24. *definit.*
10. ideòq; mora ſemel contracta, ac dato
7 initio curſus intereſſe, illud ſemper currit
vſq;ad integralem debiti ſolutionem,etiam
contra heredes debitoris,ad *text.in l. ſemel*
*mora*,vbi DD.omnes,*ff.de ſolut.& in l.cum*
*paterfamilias,ff. de vſur.Amat.lib.*1.*reſol.*
43.*nu.*48.poſt D. *de Franch.deciſ.*161.*n.*30.
8 quarè de anno 1608. per S.R.C. in cauſa
* Aſcanij de Helia,cum hæredibus Io.Camilli
Conte fuit, referente D. *Conſil. Iacobo de*
*Franchis* deciſum,deberi intereſſe quanti-
plurimi frumenti ad rationem duc. 8. pro
cẽtenario,in Bãca Gioffi,nũc de Montella.
Non tamen debetur intereſſe alterius in-
tereſſe, quod ſoluitur,ratione damni emer-
9 gentis,nam regularitèr intereſſe alterius in-
tereſſe non debetur,vt ex copioſiſſimo DD.
numero, ad nauſeam adducto probat D.
*Andreol. controu.*210. *nu.*1.2.3.& 4.*lib.*3.
quam regulam latiſſimè expendit *D.Prat.*
*obſer.*12.*à nu.*9.per 28.ac *D.Reg.Rouit.de-*
*ciſ.*9.*nu.*6.D.*de Marin.cap.*199.*nu.*1.*lib.*1.
*quotid.reſol.* & quamuis contrarium teneat
C*aſtill.Honded.& Gratian.*per *D.Andreol.*
citati *ibid.num.*6.eorum tamen dictum,ibi
non admittit,ac dubitabile ad minus eſſe,
contendit,rationemq; adducit *nu.*7.ſed D.
*Reg.Rouit.d.deciſ.*9.*num.*11.cum *Gratiano*
concurrit, *ibiq;* alios citat, hæc tamen con-
cluſio in pluribus caſibus non verificatur.
Primò, vbi intereſſe efficitur ſors,ex legis
diſpoſitione,vt in lucro ſocio ex ſocietate
10 debito,*l. ſocium, qui in eo, ff.pro ſoc.D.Ro-*
*uit.d.deciſ.*9.*nu.*12.& *ſeqq.* D. *de Anna conſ.*
48.*nu.*77.D.*Andreol.vbi ſup.nu.*8.& 11.
Secundò, ſi eſt mutata perſona credito-
ris,& agitur cum extraneo, qui de proprio
11 ſoluit capitale, ac intereſſe creditori, hoc
enim caſu debetur intereſſe totius quan-
titatis ſolutæ, quòad ipſum enim vtrumq;
capitale reputatur, *D.de Franch. deciſ.*154.
*nu.*15.*D.Rouit.ibid.n.*19. & 28.alijq; addu-
cti per *D.Andreol.citat. controu.*210. *nu.*9.
confirmat *D.Prat.d.obſeru.*12.*nu.*29.ac *D.*
*de Marin.* qui ſic etiam iudicatum refert
*cap.*76.*nu.*15.*lib.*1.*quotid.reſol.*& *cap.*199.
*nu.*16.*eod.lib.*
Tertiò,in intereſſe annuorũ introituum
vẽditorum, ſeruata forma *Bullæ Nicolai*,ac
*Pij V.* ac *Reg.pragm.*1.*de cenſib.*hoc enim
caſu tertiæ debentur principalitèr, & non
12 acceſſoriè, ideòq; pariunt aliud intereſ-
ſe,vt per D.Meum *conſult.*59.*num.*19.*lib.*1.
*Andreol.* qui alios ad hoc etiam citat *loc.*
*cit.nu.*10.quibus addo *D.Prat.* latè de hoc
diſſerentem,vbi *ſup.d.n.*31.*ad* 38.ac D. *Ro-*
*uit.d.dec.*9.*n.*24.*D.de Marin.d.c.*199.*n.*2.
Quartò, in cambijs, in eis enim debetur
13 intereſſe alterius intereſſe,vt benè probant

Rota

Digitized by Google

*Rota Genuen. deciſ.* [illegible] *4. nu. 4. D. Gratus de cred. c. 2. tit. 7. nu. 150.* quem ſatis laudat *D. Prat. loc.* cit. *num.* 35, aliiſq; relati per *D. Andreol.* in ſæpius cit. *contro.* 210. *num.* 14. ad quam tamẽ quantitatẽ debeatur hoc caſu, diſcurrunt *Peguera deciſ.* 33. ac *D. Reg. Tapia Marchio Belmontis lib.* 4. *iuris Regni in rubr. de camb. num.* 46. *& ſeqq.* ſed in
14 cauſa Regij Fiſci, cum Sancio de Strada per
* R. C. S. fuit liquidatum d. intereſſe ad rationem duc. 10. pro centenario, die 20. Iunij 1619. in Banca Conſtantini, aliaq; exempla habes in proceſſu Iuliæ Areamone cũ Iacobo Fornario, in Banca de Stacciauento; de quo articulo videndi ſunt etiam *Farinac. deciſ.* 23. *&* 173. *lib.* 2. *Caualc. deciſ.* 2. *part.* 2. *Caſtill. deciſ.* 243. *lib.* 3. *Muta deciſ.* 52.

Quintò, limitatur in intereſſe interuſurij conuenti, ac ſolui promiſſi, durante ſolutio-
15 ne capitalis, ad tempus perſoluendi, iuxta opinionem *D. de Marin. d. c.* 199. *nu.* 4. cum *ſeqq.* Secundùm quam iudicium fuit deciſum per S. R. C. in cauſa Scipionis Denſæ, cum D. Duce Ebuli, & per R. C. S. in cauſa Patrimonij Veſpaſiani Terracini, cum Monaſterio Montis Oliueti, de quibus *D. Rouit.* cit. *deciſ.* 9. *num.* 8. *verſ. tertiò, & vlt.* ſed etiam in cauſa Io. Antonij Tonno, cum hæ-
* redibus Dominici Antonij Iubeni, referente *D. Rouito,* tunc Regio Conſiliar. die 12. Maij 1620. vbi fuerunt condemnati heredes prędicti ad intereſſe liquidandum, in Banca de Izzo, ac per prius pariter in cauſa Horatij
* Cuccari, & Vincentij Coſmi in S. R. C. referente *D. Conſil. Iulio Paterno,* ſub die 26. Octobris 1602. dum fuit declaratum, deberi intereſſe d. Vincetio ad rationem duc. 5. pro centenario, penes Secretarium S. R. C. & in Banca de [illegible]
16 Contrarium tamen fortiter defendit *D. Rouit. d. deciſ.* 9. *per totam,* & præſertim *nu.* 34. qui ita bis etiam deciſum adducit *num.* 15. *verſ. tertiò, & vlt.* & bis etiam *nu.* 40. quam ſententiam aſſequitur *D. Prat. d. obſeru.* 12. *numer.* 56. vbi, aſſumptum *D. de Marin.* in practica verum non eſſe, demonſtrat, & articulum ad partes degustauit, à *nu.* 48. per 57. Ideoq; quando caſus occurrerit, erit in prædicto articulo diutius cogitandum.

*M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

Legatum relictum in tempore incerto, an, & quando ſit purum, vel conditionale, & quid in legato ſoluendo poſt mortem hæredis.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus adiectum poſt præcedentem diſpoſitionem ſolutioni legati, non facit illud conditionale.*
2 Dies *legati cedit à morte teſtatoris, ad effectum tranſmiſſionis, etiam moriente legatario antè ſolutionem.*
3 Dies *incertus, omni incertitudine, conditionale inducit legatum.*
4 Dies *mortis non eſt omninò incertus.*
5 Dictiones, *cùm, vel, ſi, vel, tùm, in legato appoſita, conditionẽ important, et n.* 8. 9. *&* 32.
6 *Legatum alicui factum, cùm peruenerit ad ætatem* 14. *annorum, an dicatur conditionale, vel in diem, explicatur.*
7 *Dies incertus non facit conditionale legatũ, maximè, quando teſtator non vult, quòd illud non faciat, n.* 13.
*Declaratur nu.* 12.
*Item dictio aduerſatiua, in futurum tempus relata, n.* 10.
11 Text. in l. ex his verbis, C. quand. dies leg. ced. & l. hæres meus, ff. eod. *explicantur, & nu.* 20.
12 *Legatum, ad hoc vt ſit conditionale, teſtatoris voluntas attẽdi debet, & n.* 28. *&* 29.
14 *Dies incertus tunc legatum conditionale reddit, vbi per viã cõditionis apponitur.*
15 *Stipulans, ſub conditione, quæ eſt omninò exitura, videtur purè ſtipulari.*
16 *Legatum in tempus mortis relictum, an dicatur conditionale, & tranſmiſſibile.*
*Diſtingue, an præſtationi, & exequutioni, an verò ſubſtantia legati, nu.* 17. *&* 21.
*Intellige diſtinctionem iſtam, vt n.* 24.
18 Auiſibus Labeo *an dubiæ ſanitatis fuerit, & num.* 40. *&* 41.
19 *Legatum factum alicui præſtandum poſt mortem hæredis, an dicatur conditionale, vel purum.*
22 *Dies incertus quando faciat legatum conditionale, & num.* 23.
25 *Dies incertus, vbi cõditio omninò eſſet exitura, non facit legatum conditionale, vbi de morte ipſius legatarij, & non hæredis, loqueretur.*
*Item, vbi præſtationi legati tempus incertis appoſitum ſit, ſecus autem ſubſtantiæ, n.* 26.
27 *Dies certæ ætatis habet incertitudinem, ſi legatarius ad ipſam ætatem peruenerit.*
30 *Dies incertus tunc conditionem inducit, licèt præſtationi, & non ſubſtantiæ legati, vbi per verba conditionem importantia appoſitus ſit.*
31 *Tempus mortis hæredis, ſiue ſubſtantiæ, ſiuè præſtationi legati adiectum, ſiuè cum verbis conditionem importantibus, ſiuè nõ, conditionale reddit legatum, & n.* 33.
34 Theſaur. lib. 1. quæſt. for. quæſt. 68. nu. 13. *declaratur.*

35 Conditio, vbi teſtator dicat, cùm ille nupſerit, vel cùm hæres moriatur, pariſicatur.
Et quid in contractibus, nu. 37.
36 Ruin. conſ. 65. dub. 2. lib. 2. improbatur.
38 Deciſ. Rotæ relata per Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 136. declaratur.
39 Actio legatario, antè conditionis euentum non quæritur.
42 Deciſio in cauſa.

# Deciſio CVII.

DIfficilis eſt inter DD. controuerſia, quando legatum poſt mortẽ hæredis ſoluendum dicatur purũ, vel cõditionale, & incidit articulus in cauſa Gregorij Siciliani, cum Petronilla Coſmo, cùm enim quædam Roſa Fanucci, hęredem inſtituiſſet Laurentium Heliam eius virum, titulo legati reliquit Io. Iacobo Siciliano eius nepoti duc. 100. ipſi ſoluendos poſt mortẽ d. Laurentij, poſtmodùm antè hæredis mortẽ, præmortuo Laurentio fuit dubitatum, an legatum prædictũ tanquàm conditionale eſſet caducatum, àn verò tanquàm purum eſſet tranſmiſſum ad Gregorium Sicilianum, legatarij hæredem, & quàmuis cauſa eſſet tàm paruæ quantitatis, tamen ob articuli difficultatem fuit inter nos latè examinata.

Pro Hærede legatarij dicebatur, hoc de- 1 cidi expreſsè ex vulgato *tex. in l. ex his verbis, C. quand. dies leg. ced. & in l. Firmio Heliodoro 26. ff. eod. tit.* vbi, tempus adiectum poſt præcedentem diſpoſitionem non facit legatum conditionale, ſed tantùm modum inducit, & ideò cùm legatum ſit purum, licèt eius præſtatio differatur poſt mortem hæredis, tamen ſtatim ſequuta morte teſtatoris, legatario acquiritur, *l. à Titio, ff. de furt. Conan. in repet. cap. Rainaldus, §. 1. n. 3. de teſtam. Crot. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* & eſt *text. in l. ſi tibi homo, §. 1. in princ.* vbi *Bart. & Iaſon, ff. de leg. 1.* maximè 2 ad effectum tranſmiſſionis, etiam moriente legatario antè ſolutionem, idem *Bart. in l. cùm filiafamilias,* vbi *Iaſon n. 118 ff. de leg. 1. Dec. conſ. 490.* & alij per *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 136. nu. 7.*

Secundò, admiſſa opinione, citra tamen veri præiudicium, quòd dies incerta faciat legatum conditionale, tamen hoc eſt intelligendum, quando eſt incerta, omni incerti- 3 tudine, veluti, ſi Nauis ex Aſia venerit, vel ſi Titius Romam acceſſerit, & his ſimilia, nàm tunc, quia nedùm eſt incertum, ſi Nauis eſt ventura, ſed in quo die, tunc erit legatum conditionale, & procedit *text. in l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtr. & in l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1.* ſed ſi dies non eſt incertus, omni incertitudine, veluti dies mor- 4 tis, nihil eſt enim certius, quòd mors ſit ventura, ſed incertum eſt, quo die, vt habetur etiam ex *Cicer. in lib. 1. de ſeneƈt.* & tunc erit diſtinguẽdum, quòd aut conditio eſt appoſita per verba, *cùm,* vel, *ſi,* quæ conditionẽ important, vel *niſi,* & alia verba aduerſati- 5 ua, & dicitur conditionale, aut verò, abſquè verbis prædictis, & erit purum, quæ diſtinctio fuit *Bal. in l. ambiguitatem, C. de vſufr.* quod literis aureis, dixit eſſe ſcribendum. *Cremenſ. in ſingul.* 112. & hanc opinionem ſequuntur *Ruin. in conſ. 65. n. 14. vol. 2. Bar. in l. 1. & in l. quibus diebus, §. quidã Titio, ff. de condit. & demonſtr. & in l. quodcunq; §. fin. ff. de verb. oblig.*

Ad quam diſtinctionem firmandam põderabatur *text. in l. ſi cui legetur 51. §. hoc autem, ff. de leg. 1.* vbi, ſi ſit factum legatum, 6 cùm fuerit annorum 14. erit conditionale, & in diem, nàm vſquequò legatarius peruenerit ad ann. 14. erit conditionale, poſteà verò in diem, & proptereà infrà tẽpus prædictum ſi deceſſerit, illud non trãſmittit, ſed ſi decedit elapſo 14. anno, dicitur in diem, & tranſmitteret, ex quo *text.* probatur, quòd 7 non dies incertus facit conditionem, ſed illa dictio, *cùm,* nàm dies erat certus, ibi, *cùm legatarius eſſet annorum* 14. & tamen legatum fuit cõditionale, ea ratione, quia illud verbum, *cùm,* importat conditionem, *l. hu- 8 iuſmodi, & l. quodcunque, §. fin. ff. de verb. obligat. Bart. in l. 1. verſ. ſecundò quæro, ff. de condit. & demonſt. Bal. in d. l. ex his verbis, C. quan. dies leg. ced.* cũ concor. idem quoq; ſtatuitur, quando per dictionem, *ſi,* factum 9 eſſet legatum, veluti, ſi cùm ann. 14. eſſet, vt probatur *in l. ſi Titio, 22. ff. quand. dies leg. ced. & ibi* notant *Bart.* & alij *DD. & in l. 1. ff. de verb. obligat. Gozad. conſ. 51. n. 10. Honded. conſ. 60. n. 24. vol. 1. Nicol. Genua de verbis enunciatiuis, q. 5. nu. 17. libr. 3. Farinac. dec. 505. n. 1. vol. 2.* & alij per *Angel. Anton. Grat. in tract. de dict. cap. 239.* ſic etiam in 10 dictione aduerſatiua, maximè, quãdo eſſet relata ad futurum tempus, *Rolan. conſ. 49. n. 14. lib. 3. Grat. conſ. 128. nu. 7. lib. 1. Socin. iun. conſ. 49. n. 18. vol. 2. & 134. n. 16. vol. 3. Grat. diction. 137. n. 6.* quod etiam probari dicebatur ex *d. l. ex his verbis, C. quand. dies* 11 *leg. ced.* vbi tempus non facit conditionem, & ideò legatum tranſmittitur, & ex *l. hæres meus 78. ff. eod. tit.* vbi tempus mortis appoſitum legato, non facit conditionẽ, ſed conditio in eo conſiſtit, an in vita legatarij dies cedat, concordat *text. in d. l. huiuſmodi, ff. eod. tit.* & hoc ea ratione, quia non tempus incertum, ſed ſi teſtator voluerit, legatum 12 conditionale eſſe, vel non, attendi debet, vt per *gl. in l. ſi ſi Pontionilla 3. in verb. peruenit, in fin. C. eod. tit.* plenè *Gratian. diſcept. forenſ.*

*forenſ. lib. 1. cap.* 136. ſub *nu.* 28. vbi dicit, quòd legatum erit conditionale, quando apparet, quòd teſtator noluerit, præſtari legatum priùs purè factum, niſi in caſu euentus diei, aut conditionis purificatæ, & *n.* 29. dicit, quòd dies incertus non importat cõ-
13 ditionem, ſi teſtator non vult, quòd illam nõn faciat, ex *Bald. & Caſtr. in d. l. ex his verbis*, & ſic requiritur, vt dies incerta ap-
14 ponatur per viam conditionis, ſequitur *Fontan. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 3. par. 2. n. 7.*

Adducitur etiam, & alia ratio, quia quotieſcunquè quis ſtipulatur, ſub conditione,
15 quæ erat omninò exitura, videtur purè ſtipulari, ex *text. in l. pupillis, §. qui ſub conditione, ff. de nouat. & l. in illa ſtipulatione, §. ſi Kalendis, in fin. ff. de ver. oblig. l. impoſſibilis, in fin. ff. eod. tit.* per quæ iura legatum in
16 tempus mortis relictum, licèt reſpectu tẽporis incertum ſit, tamen, quia conditio omninò exitura eſt, non dicitur legatũ conditionale, & quòd ad hęredes trãſmittatur, reſoluit *Cęuall. comm. contr. comm. q.* 790.

Hanc etiam opinionem, omnes caſus diſtinguendo tenuit *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ.* 201. *n.* 48. & 50. vbi ſequitur opinionem *Cremenſ.* & dicit, quòd d. opinio probabilior ſibi videtur.

Quibus vnus ex Dominis addebat, quòd articulus, non ſolùm iſtis temporibus, ſed etiam tempore *Legiſlatorum* fuit viſus difficillimus, ſiquidèm *Iabolenus in l. quibus*
17 *diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr.* dicit, quòd in hoc caſu, quando tẽpus mortis adijcitur pręſtationi legati, ſecundùm ſententiam *Auli Offilij* antiqui Iuriſconſulti, legatum non dicitur conditionale, & tranſmittitur, qui *Offilius* fuit vir doctiſſimus, & dixit *Põponius in l. 2. ff. de orig. iur.* quòd eodem tempore fuerunt tres Iuriſcõſulti, ex quibus *Trebatius* fuit peritior *Caſcellio*, *Caſcellius Trebatio* eloquentior, *Offilius* verò vtroque doctior, quod etiam habetur ex *Bernard. Rutil. de Iuriſconſ. vitis, in vita A. Offilij*, & licèt referat, contrariã opinionem ſequutum fuiſſe *Antiſtium La-*
18 *beonem*, tamen *Labionem* dubiæ ſanitatis fuiſſe, dixit *Plin.* & *Horatius Poeta* eum inſanem vocat, vt refert *Bernardin. Rutil. in loco* ſuprà cit. Et proptereà *Fontan. in dict. clauſ. 6 gloſ. 3. par. 2. nu.* 15. dicit, quòd cùm legiſſet attentè omnes ferè *Doctores*, qui de hac materia loquuntur, & tractant, vt videret, an certa, & infallibilis reſolutio ex eis capi potuiſſet, reperit omnes ferè trepidantes, & vix in viam pede figentes, ad quæ conferunt etiam dicta per eundem *Fontanell.* in ſuis *deciſionibus* nouiſſimè impreſſis *dec.* 54. ex quibus omnibus concludebat Actor, quòd cùm legatum, de quo agebatur erat conceptum, his verbis, *da conſegnarſeli do-*
*pò la morte di detto Lorenzo mio marito, &*
19 *herede*, & ſic tempus mortis erat appoſitũ præſtationi legati, fauore ipſius hæredis, ideò ad hæredes legatarij tranſmitti debebat, ex diſtinctione communitèr recepta, quòd quando eſt appoſitum præſtationi, non dicitur conditionale.

Pro Conuenta verò dicebatur, quòd arti-
20 culus prædictus decidi poterat ex *tex. in d. l. hæres meus 78. ff. de cond. indeb.* cuius propria verba ſunt, videlicèt: *Hæres meus cùm morietur Titius, centum ei dato. Purum legatum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpenditur, non poteſt enim conditio non exiſtere. Hæres meus cùm ipſe morietur, cẽtum Titio dato, legatum ſub conditione relictum eſt, quàmuis enim hæredem moriturum certum ſit, tamen incertum, an legatario viuo dies legati non cedat*, concordat cum *text. in d. l. huiuſmodi, in fin. ff. quand. dies leg. ced.* Ex quibus iuribus deducitur, quòd quàmuis dies nõ ſit omninò incertus, tamen, quia incertum eſt, an legatarius antè euentũ diei decedat, ex hac incertitudine dicitur, legatum eſſe, ſub conditione relictum, prout eſt *tex. in l. vnica, §. ſi ſub cõditione, C. de caduc. toll.* & declarat *Gabriel. comm. opin. lib. 4. tit. de hæred. inſtit. concl. 2.* vbi ampliationes, & limitationes affert, *Corn. in d. l. ex his verbis, n. 2. C. quand. dies leg. ced.* latiſſimè alios cumulãdo *Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q.* 490.

Difficultas tamen in hac re conſiſtebat in diſtinctione ſuprà relata, quando dies in-
21 certus non fuit adiectus ſubſtantiæ legati, ſed ſolutioni, ſiuè præſtationi ipſius, quæ diſtinctio ſumitur ex *tex. in d. l. ex his verbis, C. quan. dies leg. ced.* vbi *Cyn. & Petr. de Bellapert.* & eſt *glo. in d. l. ſi cui legetur, ff. de leg. 1. in addit.* & quòd ſi adijcitur ſubſtantiæ, dicatur conditionale, ſi verò præſtationi, ꝙ ſit purum, poſt alios voluit *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 23. nu. 27. Cremenſ. in d. ſingul.* 112. poſt *Bald. in d. l. ambiguitatem 12. C. de vſufruct. Menoch. de præſumpt. d. lib. 4. præſumpt. 201. num. 46. & 50. Cęuall. comm. contr. com. d. q.* 790. & hanc magis cõmunem eſſe opinionem, latè diſcuſſo articulo tenet *Fontan. de pact. nupt. d. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 2. n.* 15. & ſecundùm iſtã opinionem fuiſſe iudicatum in Prouincia Marchię, refert *Gratian. diſcep. foren. lib. 1. d. cap.* 136. *& in deciſ.* 153. per *Rot. Rom.* vt habetur ex eodem *Gratian. d. c. 136. in fin. & Farinac. dec. 163. par. 2. to. 1.* quæ tamen eſt eadem deciſio cum illa relata per *Gratian.*

Verùm pro reſolutione huius articuli erunt diſtinguendi plures caſus.

Primus eſt, quando dies eſt omninò in-
22 certus, omni incertitudine, an ſcilicet, & quando conditio ventura erit, & tunc quia ipſa incertitudo conditio eſt, *l. dies incertus,*



Digitized by Google

& l. talis ſcriptura, §. ſed & ſi ſub conditione, ff. de leg. 1. Io. Petr. Ferrar. in pract. Papienſ. in forma libelli pro legato rei ſing. glo. 1. n. 10. verſ. 2. caſu, Faber, & alij in d. L. unic. C. de caduc. toll. Menoch. de præſumpt. lib. 4. d. præſumpt. 201. n. 40. verſ. 2. eſt caſus. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. n. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 31. n. 6. Leand. Galganett. de cond. & demonſtr. part. 2. cap. 6. q. 8. n. 14. Noalis de transmiſſ. caſ. 3. n. 2. & in hoc caſu, abſq; vlla controuerſia legatum ſemper erit cōditionale, & proindè præmortuo legatario antè euentum conditionis, non transſmittitur ad eius hæredes.

Secundus erit caſus, quando tēpus adiectum legato, eſt certum, veluti ſi teſtator legatum reliquit, prēſtandum certo tempore,
23 putà Kalend. Auguſti, vel in tali anno, & ſtatim acquiritur legatario, & ei actio quęritur quòad transmiſſionem, non tamen quòad petitionē, l. Sempronius Attalus, ff. de vſufr. legat. l. 5. & l. ſi dies, ff. quand. dies leg. ced. d. Pract. Papienſ. in form. libell. pro legato rei ſingul. glo. 1. n. 10. verſ. aut legatū eſt in die, Menoch. d. præſumpt. 201. n. 39. Nicol. Noal. d. caſu 3. n. 1. Peregr. de fideic. d. art. 31. nu. 2. Galgan. d. cap. 6. quæſt. 8. nu. 13.

Tertius eſt caſus, quādo certum eſt tempus legati, veluti cùm legatarius ad certam ætatem peruenerit, & iſto caſu cadit diſtinctio, an præſtationi, an verò ſubſtantiæ legati tempus ſit adiectum, nàm in primo ca-
24 ſu ſtatim quęritur actio legatario, ſed actio differtur, & hic eſt caſus d. l. ex his verbis, ff. quand. dies leg. ced. fuerat enim factum legatum Deliæ Seuerinæ filiæ, cùm ad legitimū ſtatū peruenerit, & decidit Imperator, quòd etiam filia defuncta legatum trāſmittitur, quod etiam procedit, quando eſſet factum legatū duc. 100. Caio, eidem ſoluendum, cùm erit 30. annorum, Menoch. vbi ſuprà, n. 46. quod ſecus eſſet, quando non prēſtationi, ſed ſubſtantiæ legati eſſet adiectum, vt putà, quando teſtator reliquit centum Caio, cùm erit perfectæ ætatis, vel cùm erit 30. annorum, & procedit tex. in d. l. ſi cui, §. hoc autem, ff. de leg. 1. l. ſi ità ſcriptum fuerit, ff. de manumiſ. teſtam. l. ſi ſeruus, ff. de ſtatulib. l. publia, §. 1. ff. de cond. & demonſtr. nàm non dicitur dies incertus, quando, ſed incertus eſt, an legatarius ad illam ætatē peruenerit, ſecundo verò caſu, quando non preſtationi, ſed ſubſtantiæ legati fuit tempus appoſitum, nō trāſmittitur, vt voluerūt Bart. Angel. Caſtr. Salyc. & alij in d. l. ex his verbis, & in d. l. ſi cui, ità conciliando iura prędicta, quę prima facie inter ſe aduerſari videbantur Galganett. vbi ſuprà, ſub nu. 14. verſ. aut dies non eſt incertus, & nu. 16. vbi refert deciſiones Rotæ Romanæ, Natt. conſ. 472. n. 8. Noal. in dict. caſ. 3. num. 8.

Quartus eſt caſus, quando dies eſt incerta, ſed certum eſt, conditionem omninò eſſe exituram, veluti, quando fuit factum in tēpus mortis, & in hoc caſu erit diſtinguen-
25 dum, quòd aut loquitur de morte ipſius legatarij, & quia certum eſt, diem eſſe venturam, legatum erit purum, & ſtatim acquiritur actio, licèt differatur præſtatio, & ideò transſmittitur, aut verò de morte ipſius hæredis, & tunc quàmuis certum ſit, hæredem eſſe moriturum, incertum eſt tamen, ſi in vita, vel poſt mortem legatarij, & ideò ipſo legatario præmoriente non transſmiſtitur, vt eſt caſus in d. l. hæres meus, §. hoc autem, vbi glo. ff. de cond. & demonſtr. l. 4. §. ſi verò, ff. quand. dies leg. ced. cum concordant.

Alij tamen etiam in hoc caſu diſtingunt, quòd aut eſt tempus mortis appoſitū præ-
26 ſtationi, aut ſubſtantiæ legati. Primo caſu transſmittitur. Secundo verò nō, & hāc opinionem tenuerūt Capr. conſ. 79. n. 2. & conſ. 133. n. 4. Comenſ. in d. l. ſi cui legetur, ff. de leg. 1. qui, ea ratione moti fuerunt, quia dies certæ ætatis, de quo loquitur text. in d. l. ex his verbis, etiam eandem habet incertitu-
27 dinem, ſi legatarius ad d. ætatem peruenerit, quàm dies mortis hæredis, ſi legatarius ſuperuixerit, cùmq; vt ſuprà fundatum eſt, in illo caſu diſtinctio prædicta communitèr admittatur, eadem ratione debet admitti in iſto, Alex. in l. Seius Saturninus, in glo. in ver. incertum, ff. ad trebell. Dilect. de arte teſtan. tit. 6. caut. 54. quā opinionē probabiliorē eſſe dixit Menoch. d. præſūpt. 201. ſub n. 50. licèt dicat, quòd difficile eſſet in foro à prędicta opinione recedere, & hāc etiā opinionem ſequitur Fontanell. plenè diſcuſſo, examinatoq; articulo d. clauſ. 6. glo. 3. par. a. nu. 15. qui tamen num. 18. dicit, quòd hæc
28 materia tota eſt coniecturalis, & ideò ex verbis teſtatoris coniecturandum eſt, an purè, vel ſub conditione relinquere velit, Lara de anniuerſ. & capellan. in cap. 21. nu. 22. lib. 1. & pro hac opinione ponderantur etiam deciſiones Rotæ Marchiæ; & Rotæ Romanæ ſuprà allegatę, loquuntur enim
29 de legato collato in tempore mortis, & tamen deciſum fuit, quòd quia præſtationi, & non ſubſtantiæ tempus mortis erat appoſitum, legatum fuiſſe purum, & propterea ad hæredes fuiſſe transſmiſſum.

Alij verò alitèr diſtinxerunt, quòd aut dies incerta eſt appoſita prēſtationi legati, per verba conditionem importantia, & tūc
30 legatum erit conditionale, aut verò, nō per viā conditionis, & erit purum, vt ex Bald. in d. l. ambiguitatem, num. 4. C. de vſufruct. & alijs ſuprà diximus, & eam approbat Fontanell. reprobando Marat. contrarium tenentem in loc. ſup. cit. nu. 12.

Contrarium verò, quòd ſemper tempus mor-

mortis hæredis, ſiuè ſubſtãtiæ, ſiuè exequu-
31 tioni ſit appoſitum, & ſiuè cum verbis cõ-
ditionem importantibus, ſiuè non, ſemper
dicatur legatum conditionale, & propte-
reà, quòd non tranſmittatur, tenuerunt ma-
gis communitèr DD. ex text. in d. l. hæres
meus, §. hoc autem, qui indiſtinctè loquun-
tur, & in l. ſi cùm hæres, & l. huiuſmodi, ff.
quan. dies leg. ced. vbi etiam DD. & etiam
d. l. ſi cui, & hoc in terminis tenet glo. in d. l.
Seius Saturninus, ff. ad S.C. Trebell. ex text.
in d. l quibus diebus 40. §. quidam Titio, ff.
de condit. & demonſtr. vbi Iureconſultus
Iabolenus approbando opinionem Labeo-
32 nis, contrà opinionem Offilij dicit, quòd
tàm ſi dixiſſet, quas pecunias cuiq; legaui, ſi
mater mea moritur dato, quàm ſi dixiſſet,
niſi mater mea moriatur, nè dato, quòd
vtroq; caſu conditionem importat, quam
gloſa opinionem ſequuti fuerunt Bartol. &
Bald. in d. l ſi cui legetur, Alex. conſ. 134. nu.
22. lib. 2. Ruin. conſ. 85. nu. 4. lib. 2. & conſil.
68. nu. 7. Aemilian. conſ. 143. nu. 7. Galganett.
de condit. et demonſtr. d. par. 2. cap. 6. q. 8. ſub
nu. 19. pleniſſimè Morot. conſ. 2. & 3. qui di-
cit, quòd illa diſtinctio, ſi per dictionem, ſi,
vel, cùm, & alijs ſimilibus fuerit factum le-
gatum, nõ eſt vera, quod latè fundat conſ. 3.
n. 4. & quàmuis Fontanell. in loco ſuprà al-
legato d. diſtinctionem defendere conetur,
tamen pro opinione Morot. fuiſſe deciſum,
ipſe idem refert, & hanc etiam opinionem
ſequuti fuerunt Florian. & Iaſ. in l. quod-
cunq. §. non ſolùm, col. 2. verſ. 2. in quantum,
ff. de verb. oblig. referendo verba Bal. in d. l. ſi
cui, Cyn. Salyc. & alij in d. l. ex his verbis,
Franc. de Barry de ſucceſſ. lib. 12. tit. 3. ſub
num. 17. in 2. caſu, quod procedere, ait, ſiuè
33 poſt mortem grauati, ſiuè poſt mortem
tertij, & ſiuè ſubſtantiæ, ſiuè exequutioni le-
gati adijciatur tempus mortis, legatum eſ-
ſe conditionale, & non tranſmiſſibile, Sim. de
Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. dub. 5.
ſolut. 4. nu. 47. fol. 217. Gomez. variar. reſol.
tom. 1. cap. 5. nu. 26. & tom. 2. cap. 11. nu. 21.
Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 20.
ſub nu. 4. & in ver. legatum, q. 43. n. 8. Em-
man. à Coſta lib. 1. interpr. cap. 18. num. 3.
Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 17. lib. 3. vbi de
communi teſtatur, Caualc. de vſufr. mulier.
relict. nu. 71. vbi dicit, hanc opinionem non
habere difficultatem, Didac. à Spino in ſpe-
cul. teſtam. glo. 14. nu. 22. Noal. de tranſmiſſ.
d. caſu 3. nu. 6. Gaſp. Ant. Theſaur. quæſt. fo-
renſ. 68. lib. 1. qui etiam contrarijs reſpon-
det, Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 18. art.
8. nu. 61. Fuſar. de fideic. ſubſtit. q. 488. n. 3.
Addit. ad Franc. Cremenſ. quę contrà ipſum
tenet, & verè hæc opinio, nedùm eſt magis
communis, ſed pro illa pluriès fuit indica-
tum, vt per Rot. Rom. in Spoletana legati
die 17. Maij 1580. coràm Platto, refert idẽ
Marta in loc. proximè citato, num. 64. hoc
etiam & ſecundo loco fuit deciſum per Se-
natum Pedemontanum in anno 1603. de
menſe Martij, vt refert Theſaur. quæſt. fo-
renſ. d. lib. 1. q. 68. ſub nu. 13. & licèt deciſio
fuerit in eo caſu, in quo fuit relictum lega-
tum, ſed quòd non poſſit illud habere, niſi
fuerit hæres ſcripta in matrimonio collo-
34 cata, attamen m ouetur ex eiſdem iuribus,
& præcipuè ex glo. in d. l. Seius Saturninus,
vt nu. 6. & nu. 9. vbi etiam dicit, quòd iſta
35 duo parificantur, quando teſtator dixerit,
vt cùm ille nupſerit, vel cùm hæres moria-
tur, & hoc latè fundat, alia deciſio affertur à
Vincent. Fuſar. de fideicommiſſ. ſubſtitut.
dict. cap. 488. numer. 4. vbi fatetur, quòd
obtinere non potuit cum opinione Ruin.
36 in d. conſ. 65. dub. 2. lib. 2. & quòd in vna de
Petijs contrà conſilium prædictum fuit iu-
dicatum. Quartò, hoc in terminis fuit de-
ciſum in Senatu Cathaloniæ die 29. Iunij
1589. vt refert idem Fontan. in d. clauſ. 6.
gloſ. 3. par. 2. ſub nu. 9. contrà ſuam opinio-
nem, cuius verba, quia ſunt punctualiſſima
ad caſum, volui tranſcribere, videlicet: Fuit
declaratum, non eſſe locum dictæ tranſmiſ-
ſioni, ex eo, quia legatum fuit iudicatum cõ-
ditionale, attento, inquit, dies mortis poſitus
in quacunquè diſpoſitione, quantumcunquè
nihil certius ſit morte, propter incertitudi-
nem de iure importat conditionem, etiam ſi
nõ ſint adiecta relatiua tẽporis, aliàs impor-
tãtia conditionẽ, taliter, pergit, quòd nõ mi-
nus eſt cõditionale legatũ cõceptũ ſub verbis
expreſſis per teſtatorem, quibus dixit, ſe le-
gare Gaſpari Oſſello, quæ ſoluerentur poſt
mortẽ mariti ſui hæredis, ac ſi dixiſſet, quòd
ſoluerentur, ſi dictus ſuus maritus morere-
tur, vel cùm moreretur, & nu. 10. dicit, quòd
Senatus ſequutus fuit opinionem Ludou.
Morot. in conſil. 3. qui diſtinctionem illam,
ſcilicèt, ſi præſtationi, vel ſubſtantiæ, repro-
37 bat; An autem hoc procedat in contracti-
bus, videndus eſt Oldrad. conſil. 139. & ple-
niſſimè Loffred. conſ. 9.

Nec de deciſionibus Gratiani, & Rota
Romana, quæ fuerunt in eadem met cauſa
38 factæ, eſt curandum, ſiquidèm d. caſus ſatis
differt à caſu præſenti; in illo enim legatum
erat purè relictum, cum conditione, pacto,
& prohibitione expreſſa, quòd viuente te-
ſtatoris matre, & hærede, legatarius non
valeat hæredem moleſtare in proprietate,
neque in fructibus, & ſic ſupponitur, teſta-
torem voluiſſe, quòd ſtatim actio quæratur
legatario, aliàs enim verba, vt non moleſtet,
nec moleſtari faciat, nõ caderẽt in d. diſpo-
ſitione; ſi n. legatũ eſſet cõditionale, antè cõ-
39 ditionis euẽtũ nulla legatario eſſet quæſita
actio, l. legata, ff. de condit. & demonſtr. l. ce-
dere

Digitized by Google

*dere diem, ff. de verb. ſignific. l. vnica, § fin. C. de caduc. tollend. l. fin. § fin. ff. de manum. teſtament.* cum concord. & in hoc caſu magis videbatur, teſtatorem voluiſſe demon-
40 ſtrare, quando legatum deberetur, quam conditionem legato inſerere, *l. in conditionibus, §. hac verba, ff. de condit. & demonſtr.* & in hoc præcipuè fundatur deciſio, vt per *Gratian. d. deciſ.* 153. *nu.* 4. & 10. & habetur in d. *deciſion. Farinac.* 163.

Nec obſtant DD. contrarium tenentes, nam & ipſi fatetur, communem opinionem eſſe in contrarium, & proindè, quòd in iudicando non eſſet à communi recedẽdum, vt per *Menoch. d. lib.* 4. *præſumpt.* 201. ſub *nu.* 50. Ad illud autem, quod vnus ex Dominis dicebat, inter Antiquos fuiſſe etiam hanc controuerſiam inter *Offilium*, & *Labeonem*, & quòd *Offilius* erat doctiſſimus, & *Labeo* erat dubiæ ſanitatis, ſufficiat dicere, opinionem *Labeonis* præualuiſſe, & illam ſequutum fuiſſe *Iabolenum*, & pro lege traditam in corpore Iuris ciuilis, vltrà, quòd id, quod dicitur de dementia *Labeonis*, non eſt verum; quadraginta enim volumina ſcripta reliquit, fuit tamen tã liberi animi,
41 ac ſi in libera Ciuitate vixiſſet, & propterea Octauio Cæſari nõ multùm charus; & ideò *Horatius* ſatyrica petulantia, hominẽ hunc inſanum vocauit, in gratiam ipſius Octauij, vt habetur ex eodem *Bernard. Rutil. de Iuriſc. vitis, in vita Antiſtij Labeonis, fol.* 153. *à ter. In* 1. *vol. tract.*

Quibus diſcuſſis, die 6. Maij 1639. cum
42 interuẽtu doctiſſimi Viri Petri Iordani Vrſini S.C. Præſidis, fuit pro maiori parte deçiſum, legatum eſſe conditionale, & proindè non eſſe locũ tranſmiſſioni, penès Act. Magiſt. Sollatium, pendet tamen reclamatio, quę ob articuli difficultatem, quamuis cauſa eſſet tàm paruæ quantitatis, erit decidenda iunctis Aulis.

---

# OBSERVATIO In Deciſione CVII.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum quando ad hæredes trãſmittatur, & ſit conditionale, vel purum, & n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

2 *Legatum quando eſt conditionale, licèt regulariter non tranſmittatur ad hæredes; tamen fallit ex coniecturata mente teſtatoris, & num.* 3. *vbi deciſio adducitur, ac n.* 4. *per* 10.

5 *Verba*, à tempo del ſuo maritaggio, *in legato appoſita, non inducunt conditionem.*

6 *Dilatio ſoluendi legatum in teſtamento appoſita, conditionem non importat.*

7 *Legatum pro dote non eſt conditionale, & mortua legataria in nubili ætate, debetur eius hæredibus.*

8 *Legatum ſoluendum in termino benè viſo ab hærede, non eſt conditionale, & ad hæredes tranſmittitur.*

9 *Dies incertus an conditionem inducat.*

10 *Verbum, videtur, & aduerbium,* benè, *quid importent.*

11 *Legatum cauſa ſtudij relictum, quando, & quibus debeatur, & n.* 12.

1 ORta controuerſia inter *Offilium*, & *Labeonem*, tempore *Legiſlatorum*, an legatum, poſt hæredis mortem ſoluendum, dicatur purum, ità vt præmoriente legatario tranſmittatur ad legatarij hæredes; an verò ſit conditionale, adeò, ꝙ minimè dd. hæredibus debeatur, tanquam caducatum, præualuit opinio *Labeonis*, vt legatum ſit conditionale, & proindè non ſit locus tranſmiſſioni, vt per *Iabolen. in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtrat.* & ſecundũ hanc *Labeonis* ſententiam iudicauit S.R.C. in hac cauſa, vt habetur *n.* 42. & ſic regulariter, legatum conditionale non tranſmittitur, vt etiam voluit *Cephal. conſ.* 37. *nu.* 1. 2. & 3. *vol.* 1. & *ibid. nu.* 15. tradit, quòd hæc
2 regula fallit ex coniecturata mente teſtatoris, ſequitur *Farinac. in repertor. vltim. volum. q.* 18. *n.* 10. & pariter voluit *Giouagnon. conſ.* 40. *n.* 30. *lib.* 1.

Hinc, an legatum factum pro dote ſit purum, vel conditionale, colligitur ex conie-
3 cturis, *Rota Roman. diuerſ. deciſ.* 6. *num.* 68. Ideòque cùm Beatrix de Martino auia materna legaſſet Fuluiæ Caracciolæ eius nepti ducatos quingentum, qui ſtatim ſequuta morte ipſius teſtatricis cõuerti debuiſſent in emptionẽ, in beneficium dictæ Fuluiæ, cui tẽpore eius maritagij aſſignari debuiſſet in ſubſidium eius dotium, fuit in S.R.C. dubitatum, an d. legatum, cum intereſſe deberetur d. Fuluiæ, in nubili ætate exiſtenti, quamuis nullas contraxerit nuptias; & mediante ſententia eiuſdem S.R.C. fuit deciſũ, deberi, mortuaque d. Fuluia, inſtante Iuſto Caracciolo donatario omnium bonorum, ac curſum Ferdinandi eius patris ceſſionarij d. Fuluiæ, fuit per idem S.R.C. de menſe
* Februarij 1586. referente *D. Conſil. Petro Paulo Theodoro* ordinatum, quòd exequatur ſentẽtia prædicta, vt habeo ex *Apoſtilla* manuſcripta eiuſdem D. *Theodori* in caſ-
ce allegationum pro d. Iulio editarum, eò,
4 quòd legatum non erat conditionale; ſed ſtatim atq; fuit nubilis ætatis, potuit Fuluia
5 legatum conſequi, verba enim illa, *à tempo del ſuo maritaggio*, nullam inducunt conditionem, dùm ex verbis præcedentibus apparet,

parct,teſtatricem purè diſpoſuiſſe;ſolutio-
nem tamē ad tempus matrimonij dilataſſe,
6 & ſic dilatio conditionem haud inducit,vt
eſt *text*.punctualis in *l.ex his verbis,Cod.*
*quando dies lega.ced.*idquè apparet,dùm
7 voluit, fieri emptionem in beneficium d.
Fulnię,ſtatim ſequuta morte ipſius teſtatri-
cis, quarè ,legataria adhùc non adueniente
die,mortua in nubili ętate,legatum ad ſuos
hæredes trāſmittit,*l.Seius Saturninus,ff.ad*
*Trebell.*& concordat etiam *text.in l.ſi cui,*
*§.hoc autem legatum,ff.de legat.*1. ſequitur
*Decian.conſ.*5.*vol.*1.vbi,quòd legatum non
erat conditionale, & de eo legataria ad libi-
tum diſponere poterat, & ea mortua , illud
tranſmitti ad ipſius hæredes , quod etiam
tradidit *Crauett.conſ.*101.& antè ipſum di-
xit *Socin. conſ.*91.*col.*5.*verſ.confirmatur* ,
*vol.*1.hancq; ſententiam latiſſimè defendit,
contrarijs ſatisfaciendo *D.Narbona in*
*tract.de ætate, anno* 12.*q.*3.*per tot.*
8 Legatum tamen ſoluendum in termino
benè viſo ab eius hærede,non eſt conditio-
nale, *Odoffred.in l.*1.*col.*2.*verſ.ad quos,ff.de*
*legat.*2. ideòquè habet locum tranſmiſſio,
vt pluribus DD.adductis probat D.*Carena*
9 *reſol.*72.*n.*2. *pract.reſol.*quia licèt dies in-
certus legato adiectus, faciat ipſum condi-
tionale , id tamen fallit , quando aſſignatio
diei fuit commiſſa hæredi per verba ſigni-
ficantia arbitrium boni viri,*l.fideicommiſſa*
15.*§.ſic fideicommiſſum,ff.de legat.*3. D.*Ca-*
10 *rena ibid.n.*4.verbum enim,*videtur*, ſigni-
ficat arbitrium boni viri, *l.fideicommiſſaria*
46.*§.nàm & eam ,ff.de fideicommiſſ.libert.*
tantò magis,quia eſt adiunctum aduerbiū,
*benè*;non enim dicitur,*viſum benè*, niſi ar-
bitrio boni viri id viſum fuerit, vt optimè
probat *D.Carena vbi ſup.nu.*7.8.*&* 9.con-
trarijſq; benè reſpondet n. 10. & 12.
Legatum verò relictum,ſtudij cauſa etiā
11 maioribus 25.annis debetur,D.*Lara in cō-*
*pend.vita homin.cap.*31.*num.*4.ſed contra-
rium tenet *Grigor. Lopez in l.*4.*tit.*7.*p.*2.
*verbo comenzaſſen* , vbi etiam tradit , illud
12 non deberi illis, qui vſquè ad 25.annum ,
abſq; vlla vtilitate literis operam dederunt,
cùm ijs tantùm impartiatur , qui communi
hominum opinione poſſint dare operam
ſtudijs,*l.nec ſemel*. 10.*§.ſi in habitatione,*
*ff.quando dies lega.ced.Gratian.c.*254.*n.*35.
*lib.*2. *diſceptat.forenſ.* quem , & alios refert
*D.Narbona in d.tractat. de ætate,anno* 25.
*q.*26.*n.*5.

*M.A.Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

## Fideicommiſſarius an, & quando ſit manutenendus in poſſeſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum , latè diſcutitur .

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſidere verè dicitur , qui Iudicis authoritate poſſidet.*

2 *Fideicommiſſarius particularis antè verbalem ſaltem reſtitutionem non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem vniuerſalem,petentem,immitti in poſſeſſionem bonorum,etiam fideicommiſſo ſubiectorum, & n.*8.

*Amplia,etiam ipſo fideicommiſſario poſſidēte cum vitio,vel non legitimè , n.*3.*&* 5.

*Intellige,vbi abſq; vitio poſſideret,n.*6.

4 *Poſſidere fideicommiſſarius dicitur cum vitio, vbi à manu hæredis poſſeſſionem non habuit .*

7 Alciat.conſ.350.*improbatur.*

9 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, vbi detractiones faciendæ ſunt.*

*Amplia, etiam quando detractionibus locus non fuiſſet, n.*10.

11 *Fideicommiſſum factum ſub condicione ,ſi ſinè filijs,extinguitur,decedente inſtituto cum filijs .*

*Amplia,etiam ſi teſtator,agnationem,& familiam reſpexiſſet , n.*12.

*Declara,vt n.*63. *&* 64.

13 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis,ob defectum conditionis cætera corruunt.*

14 *Verba,*in perpetuum , *vel.* quòd bona in agnatione, ſeù familia conſeruentur, *diſpoſitionem teſtatoris non alterant.*

15 *Dictio,*tunc,&,eo caſu,*extenſionem de caſu ad caſum non admittit , & n.*67.

*Intellige tamen, vt n.*65.

*Item,vbi alitèr ex teſtatoris mente appareret, n.*66.69.72. *&* 73.

*Item dictio,*& in tal caſo,*n.*16.

*Maximè in conditione voluntaria,ſi ſinè filijs, n.*17.

*Item,vbi eſſet poſita in fideicommiſſaria ſubſtitutione,n.*18.

19 *Relatum eſt in referente , cum omnibus ſuis qualitatibus.*

20 *Fideicommiſſum extare, vel non extare, nō eſt in priuatorū voluntate , ſiuè arbitrio.*

21 *Poſſidens iuſto titulo,ſiuè propria,ſiuè Iudicis authoritate poſſeſſionē adeptus fuerit,manutenendus eſt .*

22 Vi-

Digitized by Google

22 *Vitioſa, & non legitima dicitur fideicommiſſarij poſſeſſio, vbi non à manu hæredis, ſed propria authoritate poſſeſſionem acceperit.*

*Limita in fideicommiſſo particulari, n. 23.*

24 *Legatarius, hæreditate nondum adita, poteſt propria authoritate rem legatam capere, & n. 49.*

25 *Dominium rei venditæ, abſq; traditione nõ transfertur in emptorem.*

26 *Emptor, vacantem poſſeſſionem ex ſolo titulo apprehendere poteſt.*

27 *Fideicommiſſum vniuerſale non tranſit in fideicommiſſarium, abſq; verbali, vel reali grauati reſtitutione, ſecùs in fideicommiſſo particulari.*

28 *Fideicommiſſarius particularis, vel ſubſtitutus, poteſt aduerſus poſſeſſorem directè agere, iudicio reiuendicationis.*

29 *Fideicommiſſarius particularis poteſt propria authoritate poſſeſſionem rei fideicommiſſo ſuppoſitæ apprehendere, maximè; quando teſtator vſus fuerit verbo,* ſuccedat.

*Item, vbi ei à teſtatore propria authoritate ingrediendi poſſeſſionem rei relictæ facultas tributa fuerit, n. 30.*

*Amplia, quàmuis tacitè, n. 31. & 32.*

*Et arguitur ex teſtamento fauore agnatorum, omnes alios excludendo, ipſo exiſtente, num. 35.*

*Item, vbi teſtator vellet, quemlibet poſſeſſorem eſſe tantùm vſufructuarium, n. 36.*

*Item, vbi in teſtamento adeſſet clauſula,* omni modo meliori, *n. 33.*

34 *Clauſula,* omni meliori modo, *ſupplet inſtitutionis titulum.*

37 *Fideicommiſſarius tunc poteſt poſſeſſionem propria authoritate capere, vbi hæreditas eſſet vacans.*

38 *Fideicommiſſarius immitti debet in poſſeſſionem bonorum, vbi euitaretur inanis circuitus, & n. 40.*

*Amplia, etiã vbi eſſent faciendæ detractiones, deductis tamen bonis pro cõcurrẽti quãtitate legitimæ, ſeù Trebellianicæ, nu. 39.*

*Item, vbi conſtaret, in quibus bonis bonum ius foueret hæres, & in quibus non, num. 41. & 82.*

42 *Inſtitutionis titulum non habens, non poteſt legatarium, vel fideicommiſſarium impedire, nè propria authoritate poſſeſſionem apprehendat.*

43 *Hæres, immiſſionem obtinere non poteſt, abſq; exhibitione teſtamenti.*

44 *Hæres in re certa inſtitutus, licèt ei remedium* l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian. *non competat, tamen poteſt, propria authoritate poſſeſſionem capere.*

45 *Fideicommiſſarius docens in promptu de iure ſuo, dicitur legitimus contradictor ad impediendam hæredis immiſſionem.*

*Item, vbi ſine vitio in poſſeſſionẽ reperietur, num. 47.*

46 *Solemnitates iuris non ſunt attendendæ circa reſtitutionem faciendam ab hærede fideicommiſſario; vbi de iuſtitia legati, vel fideicommiſſi conſtaret.*

48 *Poſſeſſio vitioſa nõ dicitur, quæ vacãs erat.*

50 *Veritas tantùm in S.C. attenditur.*

51 *In poſſeſſorio ſemper per S.C. attenditur bonum ius petitorij.*

52 *Fideicommiſſum ex coniecturis reſultat.*

53 *Voluntas teſtatoris, etiam tacita, habetur pro legitima ad inducẽdũ fideicommiſſũ.*

54 *Voluntas teſtatoris ad fideicommiſſum inducendum, ex quibus verbis colligatur.*

55 *Nemo poteſt melius eius mentem declarare, quàm idemmet teſtator.*

56 *Inſtitutio licèt in Codicillis directà dari prohibeatur, tamen ipſius declaratio permittitur.*

57 *Voluntas teſtatoris tribus modis declarari poteſt.*

*Item, declaratur ex præcedentibus, vel ſubſequentibus, nu. 58.*

59 *Vna pars teſtamenti, aliam declarat.*

60 Clauſula, eo caſu tantùm, *appoſita in ſubſtitutionibus, eſt reſtrictiua, & cæteros caſus non expreſſos excludit.*

61 *Dictio,* tantùm, *eſt taxatiua, & reſtrictiua, & ideò vltra id, quod eſt expreſſum legatarius, ſiue fideicommiſſarius aliquid petere non poteſt.*

62 *Clauſula,* non aliter, nec alio modo, *eſt limitatiua voluntatis, nec recipit aliquam interpretationem, nec aliam modificationem, à verbis ſeparatam.*

63 Conſil. Oldradi 2 *declaratur, & nu. 75.*

68 Anchar. conſil. 75 *explicatur.*

70 *Fœminæ ob maſculos excluduntur, vbi viget eadem ratio, & verіſimilis teſtatoris voluntas, tam in vno, quàm in alio caſu.*

*Vel, vbi agnatio fuerit contemplata, nu. 73.*

71 *Familia per maſculos conſeruatur.*

74 *Quando, non per viam extenſionis, ſed comprehenſionis fideicõmiſſarius includatur.*

76 *Fideicommiſſum perpetuum, inducitur in ouatione primogenitorum.*

77 *Detractiones Trebellianica, & Falcidia prohiberi poſſunt à teſtatore.*

*Amplia, etiam tacitè, nu. 78.*

79 *Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor, vbi non eſſent faciendæ detractiones, vt quia eſſent à teſtatore prohibitæ.*

80 *Fideicommiſſarius poteſt, permutationem factam per grauatum ratam habere, & rem permutatam reiuendicare.*

81 *Deciſio in cauſa.*

De-

Digitized by Google

# Deciſio CVIII.

ORta fuit lis in S.C. inter D. Marianam Maſtrillo, ſororem vtrinq; coniunctam, ac heredem vniuerſalem qu. Hieronymi Maſtrillo Marchionis S. Marzani, & D. Carolum Maſtrillo, reſpectu bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, relicto per qu. Petrum Antonium Maſtrillo, R.C.S. Præſidentem, qui inſtituto hærede vniuerſali Antonio Maſtrillo, prædicti D. Caroli patre, & d. teſtatoris ex fratre nepote, inſtituit hæredem particularem D. Vincentium, Hieronymi Marchionis S. Marzani filium, adhùc pupillum, & eiuſdem teſtatoris nepotem, & voluit, quòd fructus bonorum eidem D. Vincentio relictorum, multiplicari deberent, vſq; quo peruenerit ad ætatem annorum 21. de quibus vnà cum d. multiplico poſteà eſſet tantùm vſufructuarius, & poſt eius mortem in eis ſuccederet eius filius primogenitus, & eius deſcendentes maſculi primogeniti, & ſic continuare debuiſſent de primogenito in primogenitum.

Voluit etiam, vt deficiente d. D. Vincentio, abſquè filijs maſculis, ſuccedere debeat d. Hieronymus eius pater, & teſtatoris nepos, & is, qui locum primogeniti d. Hieronymi obtinebit, & eius deſcendentes maſculi legitimi, & naturales ex corpore legitimè deſcendentes, de primogenito in primogenitum, in infinitum, & caſu, quo ex Hieronymo non ſupereſſent deſcendentes maſculi, ſuccedere debeant d. Antonius, & eius deſcendentes maſculi legitimi, & naturales ex corpore legitimè deſcendentes, itàut ſemper inter ipſos ſeruetur primogenitura in perpetuum, caſu verò, quo non ſupereſſent maſculi, tàm deſcendentes ex Hieronymo, quàm ex Antonio, & ſupereſſent fœminæ deſcendentes ex Hieronymo, legitimę tamen, & naturales, in eo caſu tantùm, & non alitèr ſuccedere debeant ipſæ fœminæ deſcendentes ex Hieronymo, & quælibet earum pro ęquali parte, & portione, prohibuit etiam alienationem, tàm d. D. Vincētio, quàm omnibus alijs ſucceſſoribus, in ampla forma, priuando alienantem fideicommiſſo prædicto, & voluit, quòd in eo caſu ſuccedat is, qui per mortē d. alienantis ſuccedere debuiſſet.

Cùmq; deceſſiſſet d. D. Vicentius in anno 1633. relicto D. Hieronymo iuniore, vnico maſculo, ac d. D. Mariana filijs, inſtituit hæredem vniuerſalem d. eius filium maſculū, eoq; decedente in pupillari ætate, vel poſteà quādocunq; abſq; filijs legitimis, & naturalibus, voluit, quòd in bonis ſubiectis fideicommiſſo relicto per d. Petrum Antonium ſuccedere debuiſſent illi, qui in d. vinculo per d. teſtatorem erant vocati, in cęteris verò ſuccedere deberet d. D. Mariana eius filia, deceſſit demùm d. D. Hieronymus iunior in pupillari ætate, nullo alio maſculo ſuperſtite ex deſcendentibus prædicti D. Vincentij, & Hieronymi ſenioris, niſi vno, qui erat profeſſus in Religione Capuccinorum, ac illo Seruo Dei P. Marcello Maſtrillo Societatis Ieſu Religioſo profeſſo, tàm exemplaris Sanctitatis vitæ, vt meruerit ſanitatem miraculosè habere ad intercestionem D. Franciſci Xauerij, eiuſdem Societatis Indiarum Apoſtoli, cuius vita fuit continuum miraculū, qui cùm, inſpirante Deo, in partibus Indiarum pro propaganda Fide Catholica profectus eſſet, ibi, vt fertur, pro eadem fide conſeruanda crudelitèr trucidatus fuit, verū antè diſceſſum, ad beneficiū D. Caroli eius iura ceſſerat.

Qui D. Carolus ſtatim ſequuta morte d. D. Hieronymi iunioris Marchionis S. Marzani in pupillari ætate, apprehendit poſſeſſionem bonorum ſtabilium ſubiectorum d. fideicommiſſo, prætēdens, ſe aperto iure vocatum, nec habere legitimum contradictorem.

Dicebat D. Mariana moderna Marchioniſſa, & hæres vniuerſalis d. D. Hieronymi iunioris fratris, debere conſeruari, & quatènus opus eſſet, immitti in poſſeſſionem omnium bonorum remanſorum in hæreditate d. eius fratris, & præcipuè prædictorum bonorum, quę prętendebantur eſſe ſubiecta fideicommiſſo prædicti
qu. Petri Antonij, non obſtanre aſſerta poſ-
ſeſſione capta per D. Carolum, quia de illa
non poterat aliqua ratio haberi, cùm non
fuerit capta, ordine Iudicis, ſed in ea de fa-
1 cto ſe intruſit, & ille dicitur verè poſſidere,
qui Iudicis authoritate poſſidet, *l. iuſtè 6.*
*ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi *gloſ.* dicit, illum iuſtè
poſſidere, qui poſſidet, mediāte Iudicis de-
creto, ritè facto, hoc eſt, ſecundùm ordinem
iudiciarium, quàmuis non rectè quòad ius
litigatoris, ad idem eſt *tex. in l. qui authore,*
*ff. de reg. iur. in l. meminerint, C. vnd. vi, &*
*in l. fi. C. ſi per vim, vel alio mod.* & ſic nulla
habita ratione de d. poſſeſſione erat conſer-
uāda ipſa D. Mariana, quæ & ſi poſteriorem
habebat poſſeſſionem, tamen eam accepit,
mediante decreto Præambuli, expediti per
M. C. V.

Dicebatur ſecundò, quòd d. D. Carolus non poterat ſe opponere ad poſſeſſionem captam, vel capiendam per d. D. Marianam, cùm alium titulum non prætendere poterat, niſi eſſe vocatum ad bona prædicta, vigore fideicommiſſi particularis, relicti per d. qu. Petrum Antonium, ſed fideicommiſſarius particularis non eſt legitimus cōtra-

 dictor

Digitized by Google

dictor antè reſtitutionem, ſaltem verbalem,
nec poteſt impedire, nè hæres vniuerſalis
immittatur in poſſeſſionem bonorum hæ-
reditariorum, etiam pretenſo fideicommiſ-
ſo ſubiectorum, vt habetur ex *Bart. Ang.*
*Imol. Caſtr.* & alijs in *l. filiam fratribus, ff.*
*ad S.C. Trebell. Dec. conſ. 424. num. 14. Rol.*
*conſ. 78. nu. 14. vol. 3. Ioſeph Ludou. deciſ. Pe-*
*ruſ. 47. n. 14. Peregr. de fideic. art. 47. nu. 73.*

Quod ampliatur, procedere, etiã ipſo fi-
deicommiſſario poſſidente, quando tamèn
3 non legitimè, ſed cum vitio poſſideret, vt
habetur in *d. l. filiam fratribus*, & per *Bar. in*
*l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. nu. 22*, vbi etiam
*Paul. de Caſtr. & Dec. Peregr. de fideic. art.*
48. *nu. 33. Gabriel. comm. concl. 5. nu. 2. verſ.*
*contrarium, de fideic. Fuſar. de fideic. ſubſt.*
4 *q. 613. nu. 10.* poſſeſſio autem cum vitio di-
citur, quotieſcunq; eam à manu hæredis nõ
habuit, vt habetur per *Rot.* in recollectis per
*Farin. dec. 115. nu. 2. & 3. part. 1.* vbi plures
refert Rotæ Romanę deciſiones, *Fuſar. d. q.*
*613. nu. 15. Argel. de acquir. poſſ. q. 4. art. 1. n.*
*66.* qui etiam aliam affert Rotæ deciſionem
coràm D. Pamphilio, & quàmuis fideicom-
5 miſſarius poſſidens, & paratus in promptu
de iure ſuo docere, poſſit eſſe legitimus cõ-
tradictor aduerſus hæredem; vt habetur ex
*Bart. in d. l. fin.* & alijs, tamen hoc erit intel-
6 ligẽdum, de eo fideicommiſſario, qui abſq;
vitio poſſidet, vt declarat *Corn. in d. l. fin. n.*
*43. Dec. nu. 48.* & alij, copiosè allegati per
*Fuſar. d. q. 613. nu. 14. Ioſeph Ludou. d. dec.*
47. qui reprobato *Menoch. de adip. poſſ. re-*
7 *med. 4. num. 635.* qui motus fuit ex *conſ. Al-*
*ciat. 350. nu. 4.* ex pluribus DD. authoritati-
bus contrarium fundat, & hanc etiam opi-
nionem optimè amplectitur *Reg. Rouit.*
*conſ. 50.* ſub *nu. 31. vol. 1. Achil. Perſonal. de*
*adipiſc. poſſ. nu. 402.* illamq; veram demon-
ſtrat *Peregr. d. art. 47. nu. 76.* & pro iſta opi-
nione iudicatũ fuiſſe in Senatu Pedemont.
habetur ex *Cather. deciſ. 33. nu. 10. & 23.* &
per *Rot. Rom.* intèr nouiſſ. *diuerſ. dec. 565. p. 1.*
reprobando expreſsè opinionem *Alciati*
*d. conſ. 350.* & tandèm, hocidem fuiſſe iudi-
catum in noſtro S.C. refert *Reg. Rouit. conſ.*
*23. lib. 2.* vbi latè hanc fundat opinionem,
qui etiam ſub *nu. 4.* dicit, quòd hic fideicõ-
miſſarius particularis nunquàm dici poteſt
8 contradictor, niſi facta ſibi reſtitutione ſal-
tim verbali per hæredem, ex traditis per
*Franch. deciſ. 204.* ſub *nu. 8. & Clapper. in*
*centur. Fiſc. cauſa 34. q. vnic. nu. 7.* quod etiã
pluribus DD. authoritatibus, & Rotæ Ro-
manæ deciſionibus hoc probat *Caſar Ar-*
*gel. de acquir. poſſ. q. 8. art. 1. n. 15. cum ſeqq.*
*& nu. 21. & 22.*

Quibus tandèm addebatur; quòd quo-
9 tieſcunq; hæres vniuerſalis habet detractio-
nes, tunc omne ceſſat dubium, vt per *Pe-*
*regr. d. art. 47. nu. 65. Caſar. Argel. de legit.*
*contradict. q. 10. art. 9. Rouit. d. conſ. 50. n. 31.*
& ex alijs copiosè traditis per *Surd. in dec.*
*333. num. 8.* & per *tot.* vbi etiam *Additio*
*Hodierna*, & d. D. Mariana nonnulla præ-
tendebat credita ſuper dictis bonis, tàm ex
cauſa donationis factæ contemplatione
matrimonij, & filiorum naſciturorum, quã
ex cauſa dotium, ex quo prætendebatur,
ex ipſis dotibus fuiſſe dimiſſos creditores,
qui habebant bona ſubiecta fideicommiſ-
ſo obligata, nàm hæres impedire poteſt, nè
fideicommiſſarius in poſſeſſionem mitta-
tur, vel illam reuocare pro alijs creditis,
10 quàmuis Legitima, & Trebellianica non
deberentur, *Mareſcott.* qui alios affert *var.*
*reſol. lib. 1. c. 1. nu. 33.* vbi copiosè de mate-
ria, & propterea ex his omnibus conclude-
batur, non obſtare aſſertam vitioſam poſ-
ſeſſionem captam per D. Carolum, & ipſam
D. Marianam modernam Marchioniſſam,
quàmuis in poſſeſſione poſteriorem, eſſe in
ea conſeruandam, & quatènus opus eſſet,
de nouo immittendam, qua immiſſa tra-
ctandum erat de petitorio ad inſtantiam d.
D. Caroli prætenſi vocati in d. fideicõmiſſo.

Dicebat ampliùs, quòd etſi hodiè non
erat de iuſtitia petitionis diſputandum; ta-
men ex nunc aliqua occurrebant, quæ la-
tiùs in expeditione d. cauſæ fundare inten-
debat, & primò prętendebatur, hoc fideicõ-
miſſum expiraſſe, ſubſtitutio enim facta
fuit in vno tantùm caſu, qui non euenit, vi-
delicèt, in caſu, quo idem D. Vincẽtius hæ-
res inſtitutus decederet, abſquè liberis, his
verbis.

*Itèm voglio, è laſcio, che la proprietà delle*
*dette mie entrate, e del cumulo, e multiplico,*
*che ſi farà*, modo, quo ſuprà, *& anco la metà*
1 *di dette mie caſe grandi, e piccole ſi conſer-*
*uino perpetuamente nel detto D. Vincenzo,*
*e delli ſuoi deſcendenti, & in defetto di quel-*
*li, delli altri, che ſaranno*, vt infrà.

*E mãcando forſi lo detto D. Vincenzo ſen-*
*za figli maſcoli*, quod abſit, *in detto caſo*
*nelle dette annue entrate con lo patto*, de
retrouendendo, *e meta di caſe grandi, e pic-*
*ciole, e nel detto multiplico, che ſi hà da fare*,
vt ſuprà, *ſoccedà, come da mò per allora ſoſti-*
*tuiſco il figlio ſecondogenito del detto Gero-*
*nimo, ò quello, che tenerà il luogo di primo-*
*genito, e li deſcendenti maſcoli legitimi, e na-*
*turali*, ex corpore legitimè, *deſcendenti*, de
primogenito in primogenitum, in perpe-
tuum. *Et quando del detto Geronimo non*
*reſtaſſero figli maſcoli*, quod abſit, *in tal ca-*
*ſo nelle dette annue entrate con patto*, de re-
trouendendo, *e nella detta metà di caſe grã-*
*di, e picciole, e nel detto multiplico, che ſi hà*
*da fare*, vt ſuprà, *ſoccedà il detto Antonio*
*Maſtrillo mio nipote, e li deſcẽdenti di An-*
*tonio*,

Digitized by Google

*tenio, maſcoli però legitimi, e naturali*, ex
corpore legitimè, *deſcendēti, oſſeruata ſem-
pre frà eſſi la prerogatiua della primogeni-
tura*, in perpetuum.

Ex quo teſtamento duo elijciebantur, &
Primò, quòd nō erat factus caſus, quia ſub-
ſtitutio facta Hieronymo, & eius filijs, erat
in caſu, quo D. Vincentius decederet, abſq;
filijs maſculis, cùmq; reliquiſſet D. Hierony-
mum iuniorem eius filium, fideicommiſſū
11 expirauit, quàmuis poſteà idem D. Hiero-
nymus mortuus fuerit, ex vulgato *cōſ. Oldr.*
21. quod *conſilium* locum ſibi vendicare,
quàmuis teſtator ad agnationem, & familiā
reſpexerit, rationibus, & plurium DD. au-
12 thoritatibus firmat *Rouit. conſ.* 34. ſub *n.* 3.
qui etiam ità iudicatum refert, ſic fuit pa-
ritèr deciſum per Rot. Rom. vt habetur ex
recollectis per *Farinac. dec.* 491. eoq; primo
13 gradu ſubſtitutionis ob defectum condi-
tionis caducato, omnes aliæ, quæ ſequuntur
ſimilitèr caducatæ intelliguntur, quia ſub-
ſtitutiones omnes ad præambulam referū-
tur, idem *Oldrad. conſil.* 141. *Peregr. de fidei-
com. art.* 15. *n.* 28. *& art.* 29. *nu.* 29. & alij per
*D. Præſid. R. C. Fab. Capyc. Galeot. cōtrouer.
illuſtr. lib.* 2. *contr.* 25. *n.* 12. latiſſimè etiam
*Fuſar. de fideicom. ſubſt. q.* 469. *num.* 79. vbi
DD. collegit, latè etiam *Alex. Trentacinq.
conſ.* 53. *p.* 2. *num.* 1.

Nec vim, dicebatur, eſſe faciendam in te-
ſtatoris voluntate, *quòd bona in agnatione,
vel familia conſeruentur*, nec in illis verbis,
*in perpetuum*, nàm non alterant, nec mutāt
14 teſtatoris diſpoſitionem, ſed reſpiciunt ſo-
lùm caſum, in quo loquitur teſtator, vt per
eund. *Rouit.* in alleg. *conſil.* 34. *nu.* 11. *Sim. de
Prat. conſ.* 42. *n.* 28. *Pancirol. conſ.* 94. *nu.* 25.
*Caualc. dec.* 5. *n.* 30. *verſ. nec in aliquo, lib.* 3.
maximè, quando adſunt illa verba, *tunc, &
eo caſu, Peregrin. de fideicom. art.* 13. ſub *nu.*
65. *Petr. de Anchar. conſ.* 356. illa enim ver-
15 ba extenſionem de caſu ad caſum impe-
diunt, *Decian. conſ.* 2. *n.* 70. *lib.* 2. *Mantic. de
coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 11. *verſ. tertiò
verò, Socin. iun. conſil.* 181. *nu.* 6. *vol.* 2. *Alex.
Trentacinq. d. conſ.* 53. *p.* 2. *n.* 11. *&* 12. *Fulu.
16 Pacian. conſ.* 73. *nu.* 97. nàm illa verba, *& in
tal caſo*, dicuntur verba reſtrictiua diſpoſi-
tionis, & proindè non poſſunt extendi ad
alium caſum, *Socin. conſ.* 259. *n.* 3. *in fin. Ca-
zad. conſ.* 4. *n.* 24. *& ſeqq.* Cephal. *conſil.* 649.
*n.* 42. *lib.* 5. *Honded. conſ.* 78. *nu.* 17. *lib.* 1. *Surd.
conſ.* 394. *n.* 19. *lib.* 3. *Gratian. diſcept. forenſ.
cap.* 536. *n.* 51. *Decia. d. reſponſ.* 2. *n.* 25. *lib.* 2.
17 *Rol. à Vall. conſ.* 58. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 3. maxi-
mè in conditione voluntaria, ſi inſtitutus
ſine filijs decedat, *Socin. conſ.* 76. *n.* 6. *libr.* 3.
*Purpurat. conſ.* 299. *n.* 2. & eo magis proce-
18 dit in fideicommiſſaria ſubſtitutione, vt no-
tat *Surd. conſ.* 236. *n.* 36. *lib.* 2. *Camer. in cap.
Imperialem, fol.* 48. *in fine, Peregrin. art.* 112.
*num.* 47. *Eman. Coſta in cap. ſi pater* 1. *par.
verb. ſi abſq; liberis, n.* 71. *&* 2. *par. in verb.
Trebellianica, n.* 28. *Gratian. diſcept. forenſ.
c.* 306. *lib.* 2. *nu.* 42. & alij relati per *D. Capyc.
Galeot. lib.* 2. *cōtrou. contr.* 25. *n.* 10. qui deci-
ſionem in d. cauſa, iuxtà allegata refert *in fi.*

Quibus non obſtare, dicebatur, declara-
tionem, ſeù confeſſionem factam per d. D.
Vincentium in eius vltimo teſtamento, ibi.

*Voglio però, che venendo à morte d. D.
Geronimo*, in pupillari ætate, *ò verò*, quando-
cunq; *ſenza figli legitimi, & naturali*, ex
legitimo matrimonio procreati, *ſucceda
nelle robbe ſoggette al vincolo fatto dal qu.
Preſidente Pietro Antonio Maſtrillo mio
Zio, quella perſona, che per ordine ſarà chia-
mata in detto vincolo, &c.*

Quia teſtator non habuit animum ex di-
ctis verbis inducendi nouum fideicommiſ-
ſum, neq; antiquum prorogādi, ſed tantùm
ſe referre ad diſpoſita in d. teſtamento, &
cùm in eo ex adductis nullum videatur ad-
fuiſſe vinculum, ſed illud eſſe expiratum, ex
d. diſpoſitione D. Vincentij nō poterit elij-
19 ci fideicommiſſum, cùm relatum ſit in re-
ferente, cum omnibus ſuis qualitatibus, *l.
aſſe toto, ff. de hæred. inſt.* nec eſt in priuato-
rum voluntate, ſiuè arbitrio, declarare, ex-
20 tare, vel non extare fideicommiſſum, *l. vo-
luntatis, C. de fideicomm.* vbi habetur, quòd
ad Iudicis, non priuati voluntatem defuncti
quæſtio defertur. Ex quibus dicebat d. mo-
derna Marchioniſſa pupilla, quòd cùm ex
nunc conſtet de bono iure ipſius, debebat
obtinere in petita conſeruatione, ſiuè im-
miſſione, quatenùs opus eſſet.

E contra verò, D. Carolus Maſtrillus præ-
tendebat, ipſum eſſe in poſſeſſione manute-
nendū, quia & ſi iuſtè dicatur poſſidere, qui
Iudicis authoritate poſſeſſionem adeptus
fuit, nō tamen dicitur iniuſtus poſſeſſor, qui
titulo præcedente propria authoritate poſ-
21 ſeſſionem ingreditur, quomodòcunq; enim
capta fuerit poſſeſſio, ſiuè authoritate Iudi-
cis, ſiuè propria, poſſeſſor eſt manutenen-
dus, *Achil. Perſon. de adipiſc. poſſ. n.* 8. *&* 10.
*Gratian. diſceptat forenſ. capit.* 542. *num.* 55.
*Tuſc. in verb. poſſeſſio, concluſ.* 408. & alij per
*Ludouic. Poſt. de manut. poſſ. obſer.* 13. per
tot. vbi deciſiones Rot. Rom. refert, nàm
qui titulum habet, poteſt poſſeſſionem pro-
pria authoritate capere, *Bar. in l. cùm ſolus,
ff. de vſucap. Dec. conſ.* 200. *Natta conſil.* 82.
*nu.* 29. *Surd. conſ.* 160. *nu.* 4. *Angel. de acquir.
poſſ. q.* 8. *n.* 63. & qui poſſidet, eſt in poſſeſſio-
ne manutenendus, *Couar. pract. qq. c.* 17. *n.*
3. latè *Poſt. de manut. obſeru.* 15. *& dec.* 32.

Et quàmuis vera ſit regula, quòd fidei-
commiſſarius debeat poſſeſſionem accipe-
22 re à manu hæredis, & non authoritate pro-

pria, aliàs non dicitur legitima, ſed vitioſa, l. 1. ff. quor. legat. l. reſtituta, ff. ad Trebell. Bart. & alij in d. l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. cum alijs ſuprà adductis, tamen hoc limitari prætendebatur, vt procedat in fideicommiſſo vniuerſali, ſecus verò in particu-
23 lari, prout erat fideicommiſſum relictũ per d. qu. Petrum Antonium, quæ diſtinctio latè comprobatur à M. Anton. Natta conſil. 234. quod eſt primum in 2. vol. vbi hoc fundat, quia quando hæreditas nondùm eſt
24 adita ab hærede, poteſt legatarius, poſſeſſionem rerum legatarum propria authoritate capere, ex text. in l. penult. & ibi gloſ. ff. pro legat. gloſ. in l. 1. in verb. vt perindè, & ibi Bartol. ff. quor. legat. Azo in ſum. C. eod. tit. & Cyn. & Bal. ibid. cum alijs per ipſum ad-
25 ductis, quod etiam confirmat, quia licèt ex contractu inter viuos non transferatur dominium, abſq; traditione, l. ſi ager, ff. de rei vendic. & propterea ex ſolo titulo emptor
26 antè traditionem dominus non efficiatur, tamen ratione ſolius tituli poteſt poſſeſſionem vacantem apprehendere, Bal. in d. l. fin. col. 9. C. de edict. Diu. Hadrian. vbi etiam Alex. per text. in l. fiſtulas, §. fundum, ff. de contrah. empt. Quod etiam corroboratur, quia fideicom miſſum vniuerſale nõ tranſit in fideicommiſſarium, niſi facta reſtitutione per grauatum, reali, vel ſaltim verbali poſt
27 aditionem, fideicommiſſum verò particulare tranſit ipſo iure à die mortis teſtatoris, Petr. Gregor. ſyntagm. iur. lib. 42. cap. 32. nu. 56. & poſt Sim. de Prat. Boer. & Gomez. hoc fundat Franc. de Barry de fideicom. ſubſtit. lib. 8. tit. 10. n. 1. ſic etiam dicimus, fideicom-
28 miſſarium particularem, ſiuè ſubſtitutum, poſſe agere directè aduerſus poſſeſſores, tàm particulares, quàm vniuerſales, iudicio reiuendicationis, Bart. in l. fin. §. ſin autem, ſub conditione, in fin. C. commun. de legat. et l. Marcellus, §. rei, quæ, ff. ad Trebel. & ità iudicatũ fuiſſe Arreſto Gratianop. refert Pappon. libr. 20. tit. 3. artic. 20. & Natt. ſequuti fuerunt Rub. in conſ. 43. nu. 5. & Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. q. 19. art. 1. ſub nu. 5. qui loquuntur in ſubſtituto in rè particulari.

Secundò, tantò magis hoc procedere, dicebatur, quando teſtator vſus fuit verbis di-
29 rectis, veluti, ſuccedat, prout in caſu, de quo agebatur, ibi, & nelle dette annue entrate ſucceda il detto Antonio, e ſuoi deſcendenti maſcoli, Curt. in d. l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. Rip. Surd. & alij copiosè allegati per Ant. de Amat. variar. reſol. reſol. 39. n. 179. & habetur per DD. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. & præcipuè per Rip. nu. 52. Laſ. num. 4. Cephal. n. 7. Puſar. de ſubſtitut. quæſt. 15.

Dicebatur tertiò, quòd regula prædicta limitatur, quãdo à teſtatore propria autho-
30 ritate ingrediendi poſſeſſionem rei fideicõmiſſo relictæ ei facultas tributa fuerit, vt per Farinac. in d. dec. 115. nu. 17. par. 1. Seraph. dec. 271. n. 4. & alij per Ant. de Amat. d. reſol. 39. n. 171. qui nu. 174. ampliat, nedùm in fa-
31 cultate expreſsè conceſſa, ſed etiam tacita, l. Titia, §. 1. ff. de leg. 1. Peregr. d. art. 47. n. 41. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 43. nu. 6. & 7. Farin. in prax. crim. part. 3. to. 2. tit. de furt. q. 175. par. 9. n. 296. Dicitur autem data po-
32 teſtas tacitè fideicommiſſario, vel legatario rei particularis ingrediendi propria authoritate, ex pluribus, de quibus per Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 2. nu. 47. cum ſeqq. Tuſc. concl. 268. n. 40. Gratian. diſcept. for. cap. 47. Farin. d. q. 175. n. 299. cum ſeqq. Peregr. dict. art. 47. n. 54. Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 1. interpr. 2. dub. 1. n. 110. Marta de ſucceſſ. legal. d. p. 4. q. 19. art. 1. n. 7. Maſtrill. dec. 72. n. 4. Argel. de legit. contrad. q. 10. art. 2. n. 27. Inter alios autem applicabiles ad ca-
33 ſum, quando adeſt in teſtamento clauſula, omni meliori modo, vt per Bald. & alios in l. quoties, C. de hæred. inſtit. Peregr. d. art. 47.
34 nu. 54. talis enim clauſula ſupplet titulum inſtitutionis, Farinac. d. q. 175. n. 312. Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 88. nu. 5. & part. 3. clauſ. 56. & de ſucceſſ. legal. dict. par. 4. q. 19. art. 1. n. 7. Argel. de legit. contrad. d. q. 10. art. 2. n. 27. Simon de Prat. de interpret. vlt. vol. d. lib. 1. interpr. 2. nu. 10. arguitur etiam hæc
35 tacita licentia ingrediendi propria authoritate ex teſtamẽto fauore agnatorum, omnes alios excludẽdo, ipſis exiſtentibus, vt in terminis cõſuluit Morot. cõſ. 50. n. 10. & 11.

Quartò, hæc licentia ingrediendi propria authoritate arguitur, quia voluit, quòd quilibet ex poſſeſſoribus eſſet tantùm vſufru-
36 ctuarius, & propterea vſusfructus per mortẽ vltimi grauati fuit extinctus, l. 2. §. ſi ff. quib. mod. vſuſfruct. amitt. nec remanſit proprietas, neq; vſusfructus in eius hæreditate, gloſ. in l. non vtitur, verſ. non vtatur, ff. de vſufr.
37 Ergò licito iure fideicommiſſarius ſucceſſor potuit, poſſeſſionem, non expectata hæredis reſtitutione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, capere, ex vulgata regula, quòd nemo dat, quod non habet.

Quintò, ceſſat in hoc caſu immiſſio in beneficium hæredis, ex quo non habet detractionem Legitimæ, neq; Trebellianicæ,
38 quo caſu, hæredem non eſſe immittendum, ſed fideicommiſſarium, ad euitandum inanem circuitum, poſt Pariſ. conſ. 53. nu. 123. dixit Argel. de legit. contrad. d. q. 10. art. 16. n. 285. & ità fuiſſe deciſum per Rotam Romanam, habetur ex Oliuer. Beltram. in addit. ad Ludouiſ. poſteà Gregor. XV. dec. 206. n. 12. quinimò nonnulli DD. tenent, quòd etiam, quando dictæ detractiones eſſent faciendæ, tunc non in totum hæreditas erit à fideicõ-
39 miſſario hæredi ſcripto reſtituenda, ſed tan-
tùm

Digitized by Google

tùm pro concurrenti quantitate Trebellia-
nicæ, & Falcidiæ, prout iudicatum refert
Honded. conſ. 48. in fin. lib. 2. & æquiorem
eſſe ſententiam, dixit Cancer. var. reſol. lib. 3.
cap. 17. ſub nu. 507. de veritate tamen d. ar-
ticuli eſt videndus idem de Amat. d. reſol.
39. num. 160. cum ſeqq. quam quidèm ad
40 euitandum circuitum obſeruari debere
etiam de iure ciuili, dixit Rimin. iun. poſt
Dec. Pariſ. & Rol. conſ. 375. nu. 16. vol. 4. &
ſic etiam, quando euidentèr conſtat, in qui-
bus bonis bonum ius foueat hæres, & in
41 quibus non, nàm ad euitandum circuitum
non eſt immittendus hæres, niſi in bonis, in
quibus bonum ius foueat, Argel. de acquir.
poſſ. quæſt. 3. nu. 977. & nu. 985. in fin.

Poſtremò dicebatur, quòd quatènus pre-
dicta aliquam haberent difficultatem, quòd
in hoc caſu omnes ceſſabant amaritudi-
nes, ex verbis teſtamenti d. qu. D. Vincētij,
in quo pupillaritèr ſubſtituendo d. D. Hie-
ronymo eius filio ipſam modernam Mar-
chioniſſam D. Marianam, noluit, eam eſſe
hæredem bonorum, fideicommiſſo d. q. Pe-
tri Antonij ſubiectorum, ſed illa reliquit ei,
qui in d. fideicommiſſo vocabatur, d. D. Ma-
rianam eius filiam in cæteris bonis ſubſti-
tuendo, quæ teſtamentum prædictum ac-
ceptauit, & vigore illius ſe declarari fecit hę-
redem, dùm ergo non poterat, titulo pro
hærede poſſeſſionem prædictam bonorum
adipiſci, & fideicommiſſario reſtituere, po-
tuit ipſe, à primo diſponente vocatus, etiam
vigore teſtamenti eiuſdem D. Vincētij poſ-
42 ſeſſionem capere, propria authoritate, Pe-
regr. d. art. 47. ſub n. 53. verſ. idem teſtator,
qui ſic obtinuiſſe pro quodam ſuo Amico
tradit, ità etiam intelligendo Rot. Auenion.
deciſ. 104. quod ratione probatur, ſi enim
hæres ad obtinendam immiſſionem ex be-
43 neficio d. l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian.
neceſſe habet, oſtendere teſtamentum, vt
habetur ex eod. text. ibi, ſi quis ex aſſe hæ-
res inſtitutus, competenti Iudici teſtamen-
tum oſtenderit, quod etiam ponderat An-
gel. de acquir. poſſ. d. q. 3. art. 16. nu. 862. poſt
Zuccar. in d. l. fin. quomodò poterit obti-
nere immiſſionem hæres in illis bonis, in
quibus non fuit hæres inſtitutus? ſed ille,
cui bona in eodem teſtamento fuerunt re-
licta, poterit poſſeſſionem habere, propria
44 authoritate, licèt non poſſit vti beneficio
d. legis, idē Argel. q. 8. art. 2. n. 82. quod etiam
in pūcto tradit Camill. de Medic. cōſ. 68. nu. 4.

His etiam accedebat, quòd iſte fideicom-
miſſarius in promptu docebat de iure ſuo,
ex lectura teſtamenti, quo caſu legitimus
45 dicitur contradictor ad impediendam hæ-
redis immiſſionem, vt habetur ex eod. Ca-
mill. de Medic. d. conſ. 68. num. 4. poſt Angel.
conſ. 25. & alios, Guid. Pap. dec. 362. & 483.
vbi Addition. ad De Pont. conſ. 21. nu. 26. lib. 1.
D. Theodor. allegat. 18. num. 70. & 71. vbi,
46 quòd quando conſtat de iuſtitia legatarij,
vel fideicommiſſarij, non attenduntur ſo-
lemnitates iuris circa reſtitutionem faciē-
dam ab hærede fideicommiſſario, ſed pro-
ceditur, ſola facti veritate inſpecta, & poſſūt
in poſſeſſionem immitti, ex Guid. Pap. d. de-
ciſ. 483. & Peregr. art. 48. ſub nu. 4. in fin. Et
quotieſcunq; fideicommiſſarius antè captā
actualem poſſeſſionem per hæredem, ſine
47 vitio in poſſeſſione reperitur, legitimus di-
citur contradictor, ac immiſſionem hære-
dis impedire poſſet, quòuſq; de eius iuri-
bus, quæ in promptu producerentur, plenè
cognitum, & diſcuſſum fuerit, Bart. in d. l. fi.
num. 22. C. de edict. Diu. Hadrian. vbi Bald.
nu. 42. Zuccard. n. 334. & Alber. nu. 15. Me-
noch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. nu. 634. Sim. de
Pratis de interpr. vlt. vol. fol. 504. num. 88.
Gabr. comm. concl. tit. de fideic. concl. 1. nu. 5.
Surd. deciſ. 333. n. 1. Card. Tuſch. concl. 268.
num. 2. lit. F. Peregr. d. art. 47. nu. 76. Craſſ.
in d. §. fideicommiſſum, q. 43. num. 10. Achil.
Perſon. de adipiſc. poſſ. nu. 411. Farin. d. dec.
115. par. 1. tom. 1. Ludouiſ. dec. 206. & alij per
Anton. de Amat. d. reſol. 39. nu. 158.

Et quàmuis prędicti loquantur in fidei-
commiſſario ſine vitio, attamen non poteſt
D. Carolus dici vitioſus poſſeſſor, dùm na-
ctus fuerit poſſeſſionem vacantem, ante-
48 quàm D. Mariana ſe hæredem declarare
feciſſet, vt in terminis tradidit D. Theod. d.
alleg. 18. ſub nu. 66. verſ. cùm itàq. & n. 65.
vbi, quòd poſſit etiam ſimplex legatarius,
propria authoritate poſſeſſionem capere,
49 antequàm hæreditas adita ſit, nec tenetur
reſtituere, quando falcidiæ locus non eſt, ex
Natt. conſ. 224. Surd. conſ. 265. ſub num. 25.
vol. 2. Peregr. d. art. 47. ſub n. 60. & alijs per
ipſum allegatis, maximè in S. C. vbi tantùm
50 veritas attenditur, Franch. deciſ. 226. nu. 5.
& in poſſeſſorio ſemper inclinamus in ha-
bente bonum ius in petitorio, & ideò peti-
51 toriū etiā diſcutitur, idē Franch. dec. 204.

Quibus ſtantibus dicebat D. Carolus,
quòd circumſcriptis validiſſimis coniectu-
ris, ex illis voluntas Petri Antonij diſponē-
tis clariſſimè ad eius beneficium deduce-
batur, fideicommiſſum enim etiam ex cō-
52 iecturis probabilibus, & neceſſarijs reſultat,
vt poſt Bald. Paul. de Caſtr. Alciat. Coraſ.
Menoch. & alios habetur ex Peregr. de fidei-
comm. d. art. 11. nu. 29. & probat text. in l. 1.
C. de condit. inſer. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib. 8. tit. 1. nu. 18. & 20. Decian. reſponſ. 44.
nu. 10. lib. 3. copioſè Caſanat. conſ. 20. nu. 5.
& 6. De Ponte conſ. 47. Fab. de Anna conſ.
10. nu. 10. Anell. Amat. conſ. 84. Theſaur. dec.
96. in fin. Craſſ. in d. §. fideicommiſſum, q. 8.
per tot. Grat. diſcept. forenſ. c. 487. nu. 10. Io-
ſeph

Digitized by Google

*ſeph. de Ruſticis conſ.* 1. poſt *tract. de filijs in*
*condit. poſit. Pedroc. conſ.* 22. & alij innume-
ri, voluntas enim teſtatoris, licèt non ex-
preſſa, attamen in neceſſariam, ſeù manife-
53 ſtam conſequentiam verborum expreſſo-
rum habetur pro legitima ad fideicommiſ-
ſum inducendum, *l. Titia Seio, §. Seia liber-*
*tis, ff. de leg.* 2. *l. fideicommiſſa, §. item ſi quis,*
*ff. de leg.* 3. *Peregr. d. art.* 11. *nu.* 25.

Hanc autem voluntatem teſtatoris, di-
cebatur, expreſſis verbis colligi ex lectura
teſtamenti, dùm voluit, conſeruari bona
54 prędicta in beneficium D. Vincentij, & eius
deſcendentium, & in eorum defectum alio-
rum vocandorum, vt infrà, & inferiùs decla-
rauit, quòd decedente D. Vincentio, abſq;
maſculis, ſuccedere debuiſſet filius ſecun-
dogenitus, vel qui locum illius obtinebit
Hieronymi ſenioris, qui erat d. D. Vincen-
tij primogeniti pater, & eorum deſcenden-
tes maſculi, & deficientibus filijs, & deſcen-
dentibus maſculis d. Hieronymi vocauit
Antonium, & eius deſcendentes maſculos,
cùmq; per mortem d. D. Hieronymi iunio-
ris, D. Vincentij filij omnes maſculi ex Hie-
ronymo ſeniore, & D. Vincentio defece-
rint, factus erat caſus, in quo ipſe D. Caro-
lus, Antonij filius maſculus vocatus fuit; &
quàmuis Pars dicat, quòd defecit prima
ſubſtitutio, quia D. Vincẽtius mortuus fuit,
ſuperſtite d. D. Hieronymo filio, & ſic caſus
non euenit, immò ſequentes ſubſtitutiones
euanuerũt, vt ſuprà dictum fuit, tamen hæc
voluntas, quando dubia eſſet, quod non ad-
mittebatur, ex ſubſequentibus verbis eiuſ-
dem teſtamenti dubietas remouetur, ibi.

*Ma quando*, quòd abſit, *fuſſero mancati*
*tutti li figli maſcoli legitimi, & naturali*, vt
ſuprà *delli detti Geronimo, et Antonio, et ſo-*
*prauiueſſero figlie femine deſcẽdẽti dal detto*
*Geronimo legitime, & naturali*, vt ſuprà, *in*
*tale caſo*, tantùm, *& non altrimenti, nè d'al-*
*tro modo eſſe figliuole femine ſuccedano*,
videlicèt, *ogn'vna di loro*, pro æquali parte,
& portione.

55 Nemo enim meliùs poteſt eius mentem
declarare, quàm idem met teſtator, vt habe-
tur ex *Mant. de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. vbi *nu.* 3.
56 quòd nedùm in eodem teſtamento, ſed
etiam in codicillis poſſit eius voluntatem
circa inſtitutionem declarare, quàmuis in
illis directò dari non poſſit, *l. Sceuola, ff. ad*
*Trebell. §. penult. Inſtit. de Codicill.* immò
etiam ex verbis, extrà teſtamentum ſimpli-
citèr prolatis, *Bar. in d. l. fideicommiſſa, §. ſi*
*rem, in fi. ff. de leg.* 3. *& l.* 2. *nu.* 40. *ff. de vulg.*
*& pupill. ſubſtit.* cum alijs adductis per
*Caſtill. quotid. controu. lib.* 5. *cap.* 107. *nu.* 4.
*& Bald. in l. penult. nu.* 5. *in fin. C. de impub.*
*& alijs ſubſtit.* quem ſequitur *Mant. d. lib.*
3. *titul.* 2. *nu.* 9. vbi dixit, quòd tribus modis
57 redditur certa teſtatoris voluntas, primus,
& efficacior eſt, per declarationem ipſius
teſtatoris, ſecundus per legis interpretatio-
nem, tertius ex vrgenti diſputatione, & po-
teſt etiam declarari ex his, quæ in alio te-
ſtamento diſpoſuit, *Menoch. conſ.* 434. *n.* 40.
*Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 16. *nu.*
10. *Fuſar. de fideic. ſubſt. q.* 345. *num.* 21. Et
58 voluntas dubia ex præcedentibus, & ſubſe-
ſequentibus actibus etiam declaratur, *Mã-*
*ſcar. concl.* 1487. *n.* 19. *de probat. Caſtill.* poſt
*Aluarad. Mierez, Peralta*, & alios *d. c.* 107.
*num.* 16. vbi plura ad materiam, item teſta-
59 menti vna pars, aliam declarat, vt receptiſ-
ſimum eſſe, teſtatur *Clarus in §. teſtamen-*
*tum, q.* 76. *num.* 5. *Griuell. dec. Senat. Dolan.*
135. *nu.* 42. ex *text. in l. ſi ſeruus plurium, §.*
*fin. ff. de leg.* 1. *Bar. in l. Centurio, ff. de vulg.*
*& pupill.*

Pro qua teſtatoris voluntate notanda
60 ſunt illa verba, *tunc, & eo caſu tantùm*,
quæ clauſula appoſita in ſubſtitutionibus,
eſt reſtrictiua, itaut omnes alij caſus pror-
ſùs non expreſſi excludantur, *Ancbar. conſ.*
356. *Bald. conſ.* 57. *vol.* 2. *Dec. Zanch. Mar-*
*zar. Rub. Alex. Menoch.* & alij allegati per
*Mart. de clauſ. par.* 3. *clauſ.* 88. nec ſolùm te-
ſtator voluit hoc exprimere cum d. clauſu-
61 la, *tunc, & eo caſu*, ſed addidit dictionem,
*tantùm*, quæ eſt taxatiua, & reſtrictiua, *l. ob*
*æs alienum tantùm, C. de præd. min. Franch.*
*decis.* 123. *nu.* 4. quæ eſt adeò taxatiua, vt is,
cui aliquid relictum eſt cum d. dictione, ni-
hil aliud petere poſſet, quàm id, quod fuerit
expreſſum, *Rom. in l.* 1. *C. quan. non pet. par.*
*pet. accreſc. Rot.* apud *Farinac. decis.* 740.
*nu.* 4. *vol.* 2. *Ant. Angel. Grat. in tract. de di-*
*ction. dict.* 270. & nedùm dictis duabus
clauſulis reſtrictiuis vſus fuit teſtator, ſed ad
62 eius eam voluntatem declarandam ad-
didit etiam aliam clauſulam, *non alitèr, nec*
*alio modo*, quæ eſt adeò præciſa, vt non re-
cipiat alienam interpretationem, nec aliam
modificationem, à verbis ſeparatam, *Bald.*
*in l. ſi quidam, nu.* 3. *C. de except.* & ità de-
ciſũ in Rota Romana refert *Mart. de clauſ.*
*par.* 1. *clauſ.* 76. ſub *nu.* 4. *verſ. hæc clauſula*,
& dicitur clauſula limitatiua voluntatis,
*Pariſ. conſ.* 10. *nu.* 185. *vol.* 4. *Caputaq; decis.*
82. *nu.* 3. *& decis.* 84. *nu.* 10. *par.* 3. allegati à
*Marta vbi ſuprà, n.* 11. Nec patitur, diſpoſi-
tionem recipere alium intellectum, aut
modificationem ſeparatam à verbis, *Alex.*
*Curt. Guid. Pap. Socin. Tiraq.* & alij per
*Mart. d. part.* 3. *clauſ.* 51. *nu.* 2. *&* 3. vbi etiã,
quòd formam inducit.

Ex quibus reſoluitur motiuum ex *conſ.*
63 *Oldrad.* 21. quòd ſubſtitutio fuit caducata,
ſtante morte D. Vincentij, ſuperſtite filio
maſculo, quia hoc procedit, quando ex cõ-
iecturis alitèr de contraria teſtatoris vo-
lun-

Digitized by Google

luntate non apparet, tunc enim per filiorū
exiſtentiam non extinguitur, & caducatur
fideicommiſſum, ità limitando *conſ. Oldra-
di* voluerunt *Grat.conſil.5.nu.86.lib.2.Dec.
conſ.477. & 480.n.7. Ruſtic.*poſt *tract.an
filij in condit.poſit.in conſ.*1.& de magis cō-
muni opinione teſtatur *Achil. Perſonal. de
adipiſc.poſſ.n.*203.*Theſaur.dec.96.n.*34.vbi
ſic deciſū refert, & cū hac opinione tráſiuit
Senatus, & iterùm ſecundùm hanc opinio-
nem fuiſſe iudicatum in eodem Senatu, di-
cit *Theſaur. iunior in addit.ad d.dec.in fin.*
latè diſputando articulum,& DD.pro vtraq;
parte afferendo, *Reg.Rouit.conſ.*80.*n.*3.*lib.*2.
qui de communi teſtatur,& quòd ſecūdùm
prædictam opinionem ſemper fuit iudica-
tum, tàm per exteros, vt per *Guid.Pap.dec.*
351. *Marzar.conſ.7.n.*10. *Alciat.conſ.*604.
*n.*4.quàm per S.C.*Capyc.dec.*108.tunc enim
64 exiſtentià filiorum tempore mortis grauati
ti facit deficere fideicommiſſum, quandò
ex coniecturis non conſtet alitèr de teſta-
toris voluntate, voluiſſe fideicommiſſum
extēdi ad alios ſucceſſores, *Rimin.ſen.conſ.
29.vol.*1.*Pariſ.conſil.*85.*nu.*32.*vol.*2.& poſt
ipſos idem *Rouit.conſ.*81.*n.*7.*d.vol.*2.

Nec obſtabunt illa verba, *& eo caſu*, quæ
65 licèt ſolent extenſionem de caſu ad caſum
impedire, vt ſuprà ex *Anchar.conſil.*356.&
ex alijs fuit fundatum, tamèn hoc cum tem-
peramento erit intelligendum, vt aduertit
*Mantic.de coniect.vlt.vol. d.lib.*3.*tit.*19.*nu.*
11. *verſ.tertiò verò*,& ſe remittit ad dicta
per eum in *d.lib.*3 *tit.*14.*nu.* 10.& fideicom-
miſſum nō eſſe caducatum, etiam admittit
*Decian.d.conſ.*2.*n.*45.quando ex coniectu-
66 rata mente teſtatoris apparet, quòd noluit
ad illum caſum tantùm ſe reſtringere, prout
probant DD. à *Mantic.in d.nu.*10.allegati,
67 qui *in fine* concludit, quòd tunc extenſio
fieri non poſſet, quando teſtator ſubdiſtit,
& poſt verba, *tunc, & eo caſu*, adiunget di-
ctionem, *tantùm*, & clauſulam, *non alitèr,
nec alio modo*, prout fecit, quando fœminas
vocauit *Crauet.conſ.*998.*n.*6. quem ſequi-
tur *Fuſar.q.*460.*nu.*4. *Mant.conſ.*20.*nu.*18.
*Caball.conſ.*164.*nu.*15. *Bonic.conſ.*... *poſt
dec.n.*181.*&* 183. *Menoch.d.praeſumpt.*69.
*n.*28.*lib.*4. ... 503.*n.*19. non ...
68 loquitur, quando adeſt clauſula, *tunc, & eo
caſu tantùm, & non alitèr*, *Odd.de compend.
ſubſtit.in praelud.part.*4.*q.*3.*limit.*3. nàm
vbi conſtat de teſtatoris voluntate, dicta di-
69 ctio, *tunc, & eo caſu*, nihil operatur, *Franch.
dec.*299.*nu.*5.quod videbatur determinare
cauſam prædictam; cùm quandò ſcribit ſu-
ſtitutiones, dixit ſimplicitèr, *eo caſu*, quandò
verò fœminæ, voluit, vt ſuccederent, dixit,
*in eo caſu tantùm, & non alitèr, nec alio mo-
do*, quòd deficerent maſculi deſcendentes,
tàm ex Hieronymo, quàm ex Antonio, qui

caſus adhùc non euenit, nàm ſupereſt D.
Carolus deſcendens ex Antonio.

Dicebatur ergò, quòd in caſu prædicto
omnia cōcurrebant ad incluſionem maſcu-
lorum, & excluſionem fœminarū, & primò
70 vigebat eadem ratio,& præſumpta, & veri-
ſimilis teſtatoris voluntas, tàm in vno caſu,
quàm in alio, *Bart.in l.pater filium, §.fun-
dum,in fine, ff.de legat.*3. *Fuſar.de fideicom.
ſubſt.d.q.*460.*nu.*4. Secundò apparet, quòd
71 teſtator voluit, bona in familia conſeruari,
quæ tantùm per maſculos cōſeruatur, *Grat.
conſ.68.n.*14.*lib.*2. *Addent.ad Dec.conſ.*287.
*Peregrin.de fideicom.art.*25.& quòd in caſu
72 prædicto ex dictis verbis, *tunc, & eo caſu*,
extenſio non impeditur, *Fuſar.d.q.*460.*n.*
11.*Ruſtic.in l.cùm Auus,in proœm.part.*2.
*n.*104. *ff.de cond.& demonſtr.Caſſad.dec.*1.
*in tit.de teſtam.Magon.dec.Flor.*27.*nu.*41.
*Fachin.controuerſ.iuris,libr.*4.*capit.*46. ſic
73 etiam quando voluit, in agnatione conſer-
uari, *Honded.conſ.*56.*tom.*2.

Licèt in caſu, de quo agebatur, D.Caro-
lus ad fideicōmmiſſum erat vocatus, non
per viam extenſionis de caſu ad caſum, ſed
74 tanquàm comprehenſus in diſpoſitione, vti
deſcendens ex Antonio, *Capr.conſ.*44.*nu.*
10. *Pariſ.conſ.*70.*nu.*11 *libr.*2.

Inſupèr, *Conſil. Oldrad.* non procedere,
75 dicebatur, quando fuerint vocati omnes
deſcendentes maſculi, quia etiam grauati
cenſentur in beneficium aliorum vocato-
rum, *Fuſar.q.*441.*per tot.Ioſeph de Ruſtic.*
in alleg.*conſ.*1.*n.*4. *De Ponte conſil.*47.*nu.*2.
*Ann.conſ.*10.*n.*13. *Ludou.Caſanat.conſ.*20.
*nu.*24. *Peregr.d.art.*29.*nu.*41. vocauit etiam
76 primogenitos, quo caſu inducitur fideicō-
miſſum perpetuum, *Menoch. d. præſumpt.
69.n.*13.*& conſ.*117.*nu.*14.*& ſeqq & conſ.*
220.*n.*34.*&* 647.*nu.*7. *Intrigliol.* qui alios
refert *q.*79.*n.*19.*lib.*3.*de ſubſt.*

Diſcuſſa pluries hac cauſa in S.C. iunctis
Aulis, fuerunt nonnulla in facto ponderata,
& præſertim, quòd nulla cadere poterat de-
tractio trebellianicæ, vel falcidiæ, quia fuit
77 prohibita, & eam poſſe prohiberi, eſt com-
munis opinio, & in practica ſeruari, dixit
*Franch.dec.*11.*n.*9.*Craſſ.in §.Trebellianica,
q.*8. vbi, quòd poſſit tàm tacitè, quàm ex-
78 preſsè prohiberi, & quòd inducatur tacita
ex prohibitione alienationis,& ſic ceſſabat
motiuum ad beneficium hæredis ex cauſa
detractionum, immò tunc poſſe fideicom-
79 miſſarium immitti, habetur ex traditis per
*Farinac.d.q.*175.*par.*9.*limit.*10.*n.*304. què
articulum circa trebellianicę detractionem
copiosè diſtinguit *Amat.d.reſolut.*39.*num.*
159.*cum ſeqq.* fuit etiam in facto pondera-
tum, quia maxima pars bonorum, quæ ex
multiplico peruenerunt, fuit cum decreto
M.C.V. diſtracta à grauato pro ſatisfacien-
dis

dis creditoribus ipſius, qui in locum illorū
alia bona propria ſubrogauit, illaquè dicto
multiplico,ſiuè fideicommiſſo vendidit,nō
obſtante,quòd per S.C.eſſet diſtractio præ-
dicta priùs denegata,dicebat tamen D.Ca-
rolus, permutationem prædictam ratam
80 habere, quod ſibi licere contendebat,ex
*text.in l.Imperator,* § *fin.*& *ibi Bart.* & cæ-
teri, *ff.de leg.2.* & nos plenè diximus *in dec.*
*70.n.50.* quæ tamen,quia altiorem require-
bant indaginem,non fuerunt deciſa,ſed ſub
die 18. Martij *1639.* fuit datus terminus in
cauſa in petitorio, & interim D. Carolus
81 Maſtrillus manuteneatur in poſſeſſione do-
morum,in actis deductorum, & in Ciuitate
Neap.exiſtentium,& domorū cum Rure di-
cto de *Monteſancto* in Ciuitate Nolæ, præ-
ſtita cautione in forma,reſpectu verò aliorū
bonorum ſubrogatorum fiat ſequeſtrum,
& ſic confirmata fuit poſſeſſio illorum bo-
82 norum,de quibus in poſſeſſorio non pote-
rat eſſe probabilis difficultas, in alijs verò
quæ altiorem requirebant indaginem, fuit
factum ſequeſtrū,iuxtà *dec.de Franch.204.*
quod fuit etiam in reclamatione cōfirma-
tum,penès Iacob. Figliola S.R.C. Act.Mag.

# OBSERVATIO
## In Deciſione CVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſarius debet capere bona fidei-
commiſſi à manu certi,ac liquidi hæredis,
limita,n.2.3.4.et quæ probare debeat,n.5.*
6 *Fideicommiſſarius poteſt petere immiſſionē,
vel vigore* l. fin. C. de edicto Diui Hadr.
toll. *vel Saluiani interdicti,intellige de fi-
deicommiſſario vniuerſali, non autem
particulari,nu.7.*
8 *Exceptio fideicommiſſi liquidi, quando re-
quirat altiorem indaginem.*
9 *Trebellianica,ac Falcidia probiberi poſſunt
filijs primi gradus,intellige,vbi viget con-
ſuetudo,n.10. ſecus verò, vbi d.conſuetu-
do non ſeruatur,n.11.*

1 ET ſi de iure fideicommiſſarius de-
beat capere à manu certi, ac liq-
di hęredis,vt probat *D.meus con-
ſult.147.n.2. lib.2.*& *bic nu.22.* ac
etiam docent *Caualer. dec.106. n.7.* & *dec.
516.nu.4. D. Andreol.contrauerſ.23.nu.24.
controu.63.n.14.controu.69.nu.11.* & *ſeqq.
lib.1.controuerſ.forenſ.D. Ciarlin.lib.2.con-
trou.forenſ.cap.168.n.2.*ac *D.de Marin.lib.
2.quotid.reſol.cap.88.n.3.* hęc tamen regula
2 fallit in fideicommiſſario particulari, vt li-
mitat D.meus *bic,n.23.* ac quando fideicō-
miſſarius antè captam actualem poſſeſſio-
nem per hæredem, ſine vitio, in poſſeſſione
reperitur,vt docuit *nu.47.* quibus ſtantibus
fuit per S. R. C. plenè diſcuſſo articulo de-
terminatum,fideicommiſſariū manutenen-
dum eſſe in poſſeſſione bonorum,cū cau-
tione in forma,eò,quòd in poſſeſſorio nulla
probabilis difficultas eſſe poterat; in alijs
verò,quę altiorem requirebant indaginem,
fuit ordinatum ſequeſtrum, vt partes expe-
ditioni cauſarum vacent,iuxtà relata per D.
meum,*nu.81.* & *ſeq.* de qua *dec.* memor eſt
*D.de Marin.d.cap.88.n.15.in fin.* qui *n.16.*
aliam conſimilem deciſionem Rotæ Ro-
3 manæ,in fortiori caſu adducit.Sic etiam li-
mitatur,quando licentiam ingrediendi ex-
preſsè à teſtatore habuit, vt poſt D. meum
*bic,n.30.* tradit *D.Andreol.controu.148.nu.
19.libr.2.controu.forenſ.* vel etiam tacitè,vt
4 innuit D.meus *n.31.* ac paritèr voluit *D.de
Marin.ibid.num.9.* item regula procedit in
primo fideicommiſſario,ſecùs verò in ſecū-
do, ac tertio, & cæteris ſequentibus fidei-
commiſſarijs, vt benè fundat *D. de Marin.*
vbi *ſup.n.4.* vbi ità deciſum adducit ex *Ma-
reſcotto lib.1.var.reſol.in par.1.n.17.*
5 Fideicommiſſarius autem tenetur pro-
bare,bona fuiſſe teſtatoris, *Peregr.de fidei-
com.art.44.n.1.* alijq; quos ſequens adducit
*Camuncula dec.Bonon.28.n.13.* qui *nu.ſeq.*
probat, nō ſufficere probationem poſſeſſio-
nis,ſed probādum eſſe dominium, quando
iudicium non fit contra hæredes, ſed con-
tra tertios poſſeſſores,non habētes cauſam
ab heredibus,ſaltim immediatè,ex *Peregr.
loc.cit.n.6.in fin.* & *nu.26.*& alijs *ibi* citatis;
6 ideòq; poſtquàm fideicommiſſarius proba-
uit, fideicommiſſi purificationem,ac bono-
rum identitatem,petere poteſt immiſſionē,
vel ex *l.fin. C .de edicto Diui Hadrian.toll.*
vel vtili Saluiano, vt probant *Rubeus deciſ.
298.n.2.to.1.* & *dec.8.n.1.dec.67.n.25.et dec.
93.n.3.to.2.Rot.Rom.dec.90.n.1.* poſt *tract.
de pignor.* & *bypotecb. D. Merlin. Caualer.
dec.534.n.1.Duran.dec.458.n.2.lib.2.*de re-
medio in. *d.l.final.* non dubitatur, vt poſt D.
meum probant *Rubeus dec.85.n.2.dec.131.
nu.1.to.2. Caualer.dec.164.n.4.dec.204.n.4.
Duran.dec.258.n.8.dec.452.nu.1.to.2. Rot.*
7 *Rom.d.nu.1.* idq; intellige in fideicommiſſo
vniuerſali,ſecus in particulari,vt in caſu hu-
ius deciſionis, vt docuit D.meus,*n.44.* vbi
de hærede particulari loquitur.
8 Exceptio tamen fideicommiſſi, etiam li-
quidi, requirit altiorem indaginem,quotiès
veniret liquidandum, quantum remanſerit
in hereditate deducto ære alieno, *Rot.Rom.
dec.48.n.2.* poſt *tract.de Saluia.interd. Sta-
tilij Pacifici*, quam refert, & ſequitur *Ca-
muncula dec.Bonon.40.n.25.*
Dixit tamen D.meus *n.77.* quòd detra-
ctio trebellianicæ, ac falcidiæ ceſſabat in
caſu

Digitized by Google

9 caſu d.dec. dùm erat prohibita, cùm dubitari non poſſit, eam prohiberi poſſe filijs primi gradus; quod etiam *Ego* probaui *dec.1. nu.12.* & comprobat *Rot.Rom.deciſ.90.* poſt *tract.D.Merlin.de pignor. & hypothec.* quod intellige,
10 vt procedat, vbi viget conſuetudo prohibendi, vt in hac Ciuitate Neap. nõ dubitatur, prout viget in Ciuitate Mediolani, ad tradita per *Alciat. in l.cũ proponas, verſ. portioni, C. de pact.* D. *Caluin. in tract. de æquit. lib.1. cap.28. n.1.* & in Alma Vrbe Romæ, vt ſcribit *Caſſador. dec.4. tit. de teſtam.* D. *Caluin. ibid. n.2.* ſed vbi talis conſuetudo
11 minimè ſeruatur, prohiberi non poteſt filijs primi gradus, vt de æquitate latiſſimè fundat, contrarijs ſatisfaciendo D. *Caluin. loc. cit. n.6.* cum plurib. *ſeqq.*

*M. A. Gizzius.*

---

# ARGVMENTVM.

Nomine debitoris in dotem dato, ſi illud poſteà exactũ fuerit, & in emptionem conuerſum cum eodem viro, cui fuit in dote promiſſũ, non exprimẽdo, eſſe de pecunia dotali; viro effecto, nõ ſoluendo, mulier an agere poſſit contra illius hæredes, vigore contractus dotalis, an verò contra dotantes.

*SVMMARIVM.*

1 *Dos, à principio eius conſtitutionis recipit naturam immutabilem.*
*Nec poteſt, abſq; mulieris interuentu alterari, vel mutari, nu.2.*
3 *Dotis conditio deterior fieri non poteſt.*
*Limita, vbi pactum fieret in dotis detrimentum, per mulierem in ea ætate ſenili conſtitutam, quòd nubere non valeat, nu.5.*
4 *Pacta circa dotis reſtitutionem, abſente muliere facta, ei non præiudicant.*
6 *Maritus, prædia æſtimata in dotem accipiẽs, paciſci non poteſt, vt inæſtimata remaneant, quando in dotis detrimentum reſultaret.*
7 *Dos non poteſt de pecunia in rem, aut ex re in pecuniam, conſtante matrimonio in eius detrimentum permutari.*
*Amplia, etiam mulieris conſenſu interueniente, n.8.*
*Item etiam, vbi, nedùm deterior non fieret, ſed non melioris conditionis, nu.9.*
10 *Actio non quæritur vxori ex emptione à viro facta de pecunia dotali, ſi nulla de ea mentio facta ſit, & n.24.*
*Limita, vt nu.11.*
12 *Ius publicũ in dotis cõſeruatione conſiſtit.*
13 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri.*
14 *Vnius factum, aleri imputari non debet.*
15 *Damni dans cauſam, tenetur ad omne intereſſe, etiam ob ceſſantes eleemoſynas, & oblationes, ſi Religioſi damnum paſſi ſint.*
*Item, ad lucrum ceſſans, vbi damnum paſſus conſueuit negotiari, n.16.*
17 *Qui cauſã damni dat, damnũ dediſſe videtur.*
18 *Dos loco legitimæ ſuccedit, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
19 *Dos malè ſoluta, in legitimã nõ imputatur.*
*Amplia, ſiuè à patre, ſiuè à fratreproceſſerit dotatio, n.21. & 22.*
20 *Pater, vel frater tenentur iterùm dotare filiam, vel ſororem, ſiuè dos ſit in totum deperdita, ſiuè in partem diminuta.*
*Intellige, dummodò eorum conditio deterior facta non ſit, quia tunc non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt.*
23 *Frater cautè non ſoluens ſorori dotem, tenetur eam iterùm dotare.*
25 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CIX.

Concurrebant in liberatione depoſiti peruenti ex pretio bonorum qu. Hieronymi Capani Maria Staibana eius vxor, pro dotibus, & Horatius Capanus creditor de anno 1618. Dicebat Maria, ipſam eſſe anteriorem de ann. 1612. quo tempore fuit matrimonium contractum, & inhitum inſtrumentum dotale pro dotis reſtitutione, difficultas erat, quia reſpectu duc. 600. pro quibus tunc Maria obtinère ſperabat, qui non fuerunt Hieronymo in d. anno ſoluti de pecunia numerata, ſed pro d. ſumma aſſignari tot annui introitus, qui debebãtur per Ferdinandum de Capua pro d. capitali duc. 600. quod nomen debitoris erat dotantibus peruentum ex hæreditate qu. Pauli Staibani ſenioris, optimi Iureconſulti, cuius *conſilia* poſt eius mortem fuerunt impreſſa per V. I. D. Paulum Staibanum iuniorem eius nepotem, qui à patruo non degenerat, & in teſtamento d. Pauli ſenioris aderat vinculum, vt in caſu reemptionis prædictorum ann. introituum per ipſum relictorũ, fieri debeat alia emptio pro ſecuritate fideicommiſſi, per eũ relicti. Cùmque in anno 1618. poſt contractum debitum cum d. Horatio Ferdinãdus deponeret capitale dd. ducat. 600. pro illis

Vvv ſol-

Digitized by Google

ſoluendis hæredibus d. *Pauli*, pro obtinenda retrouenditione, in depoſito dixit, eſſe adimplenda vincula contenta in d. teſtamento, pro cuius executione, cùm debebat fieri alia emptio, hæredes prædicti, d. pecuniæ quantitatem conuerterant in emptionem tot ann. introituum cum eodem Hieronymo, non exprimendo, d. nomen debitoris fuiſſe dotale d. Mariæ, eidem Hieronymo in dotem datum per eoſdem hæredes infrà maiorem ſummam, quod reuera actũ fuit ad tollendum vinculum, ad hoc, vt ille liberè de illis diſponere poſſet, & ſuis neceſſitatibus ſuccurrere.

Dicebat Maria, ipſam debere præferri tanquàm creditricem de d. anno 1612. nulla habita ratione de geſtis in anno 1618. inter hæredes Pauli, & d. Hieronymum, cùm debuiſſent, ſeruata forma capitulorum matrimonialium in caſu reemptionis conuerti in aliam emptionem, non cum viro, ſed cum tuto tertio, exprimendo, eſſe peruentos de pecunia dotali, & cum interuentu, & conſenſu dotantium, prout erat cautum in capitulis matrimonialibus, cùm dos à principio eius conſtitutionis re-
1 cipiat ex pactis dotalibus naturam immutabilem, vt habetur ex *tex. in l. tamdiu 7. ff. de pact. dotal. De Pont. conſ. 9. num. 53. vol. 1.* quæ nullo modo potuit abſq; ipſius mulie-
2 ris interuentu, de cuius intereſſe principalitèr agebatur, alterari, vel mutari, *l. Nubenti 20. §. ſi extraneus, in fin. ff. eod. tit.* non enim
3 poteſt dotis conditio deterior fieri, *l. 2. & l. Attilicinus, ff. eod. tit.* & de materia latiſſimè *Cancer. lib. 3. var. cap. 7. tit. de pact. nu. 203. & de renunciat. nu. 101. Petr. Barboſ. in repet. l. 2. part. 1. num. 141. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Theſſ. deciſ. 230. Afflict. deciſ. 154. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. nu. 181. cum ſeq. Georg. alleg. 26. Surd. conſ. 112. Ambroſin. deciſ. 6. n. 25.* & alij per *Fontanell. clauſ. 5. gloſ. 10. part. 1. num. 38. & 39. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 32. n. 10. Theſaur. deciſ. 200. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. in præludam. vniuerſi tract. nu. 29. fol. 120. à*
4 *terg.* quod maximè procedit in pactis, quæ fiunt circa dotis reſtitutionem, quia nunquàm mulieri abſenti poteſt præiudicium inferri, *l. 1. §. pacta, & ibi gloſ. in verbo non proſit, ff. eod. tit. de pact. dotal.* quàmuis id, quod diximus, non poſſe dotis cõditionem
5 fieri ex pacto deteriorem, non procedat, quando mulier non ſperaret, eam iterùm nupturam, propter eius ſenilem ætatem, aut aliàs, quia tunc ceſſat ratio publicæ vtilitatis, vt poſt *Dec. conſ. 536. nu. 3. & Vrſill. ad Afflict. d. dec. 154.* tradit *Fontan. d. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. num. 188. & clauſ. 7. gloſ. 2. par. 6. num. 46.*

Dicebatur etiam, quòd hic caſus decidi poterat ex *text. in l. cùm maritus 19. ff. eod. tit. de pact. dotal.* vbi maritus, qui prædia æſtimata in dotem acceperat, non potuit paciſci, vt inæſtimata remanerent, quando
6 in dotis detrimentum reſultaret, ſed quòd ex primo contractu mulier agere poſſit, & ſic dicebat Maria, quòd nulla habita ratione de geſtis per maritum in damnũ ipſius, prima actione ad dotis reſtitutionem agere poterat, virtute inſtrumenti dotalis, in quo promiſit maritus, in caſu reſtitutionis dotem reſtituere, vel in eiſdem corporibus, in aliquo culpa viri non deterioratis, aut diminutis, vel in pecunia numerata, cùmq; culpa viri hoc corpus, vel non extabat, vel ſaltim deterius fuit effectum, ex quo vigore d. vltimi cõtractus de anno 1618. poſterior erat creditoribus, nec poterat vllo modo ſuper bonis viri ſe ſatisfacere, & ſic dos, nedùm erat deteriorata, ſed in totum deperdita, debebat habere reſtitutionem in pecunia, nec dos poterat de pecunia in rem,
7 aut ex re in pecuniam, conſtante matrimonio in dotis detrimentum permutari, *l. ſi ita conſtante 27. ff. de iur. dot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 435. n. 5. & 31.* vbi hoc ampliat,
8 etiam ſi conſenſus mulieris interuenerit, vt *nu. 40.* & nedùm ſi fiat deterior, ſed ſi non
9 fiat melior, *Barboſ. in l. 1. par. 5. n. 9. ff. ſolut. matr.* Quibus addebatur, quòd cùm hæc emptio facta fuerat cum marito, nulla facta mentione, quòd erat pecunia dotalis, non poterat actio quæri ipſi vxori, ſed tantùm
10 ei remanebat primæua actio contrà virum, *l. ex pecunia 12. et ibi glo. C. de iur. dot.* quod tantùm limitat *gloſ. in verſ. non niſi quæritur*, vbi ageretur ab vxore, & viro, & vtile
11 eſſet mulieri, & quòd vtrumq; deficiebat in d. caſu, intereſt enim Reipublicę, mulierum dotes eſſe ſaluas, *l. 1. ff. ſolut. matr. et l. 2. ff.*
12 *de iur. dot.* ius enim publicum in dotis conſeruationibus conſiſtit, *§. 1. Inſt. quib. alien. licet, § penult. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Moli. de rit. nupt. lib. 3. in præfat. n. 3. Surd. conſ. 112. n. 32. & dec. 278. n. 25.*

Pro parte Horatij Capani prædicta non impugnabantur, ſed dicebatur, quòd caſus, de quo agebatur, longè diſtabat à iuribus prædictis, quàmuis enim d. duc. 600. tunc debiti per Ferdinandum de Capua eſſent Mariæ in dotem aſſignati, tamen non fuerunt in dotem ſoluti, quia debitor ipſos nõ ſoluit, nec dictæ Mariæ, nec Hieronymo viro, quia forſan ad ſui notitiam non peruenerat, fuiſſe in dotem promiſſos, ſed ſoluit hæredibus ſui creditoris, ad finem obtinendi retrouenditionem, & quietationem, qui hæredes erant etiam ipſi dotantes, & dùm debebant illos ſoluere d. Hieronymo, tanquàm pecuniam dotalem ipſius Mariæ, ſub vinculo, vt de eis diſponere non liberè valuiſ-

luiſſet,ſed cōuertere in emptionem annuorum introituum, vel bonorum ſtabilium, cum eorum conſenſu,& interuentu, ſeruata forma pacti adiecti in capitulis matrimonialibus, dotantes hoc non fecerunt, & quamuis de illis emiſſet tot annuos introitus venditos per eundem Hieronymum, tamen hoc non fecerunt pro adimplemento contentorum in capitulis matrimonialibus, emptio enim fieri debebat pro adimplēdis duobus vinculis, alterum pro adimplenda Pauli ſenioris teſtatoris volūtate, alterū verò pro cautela dotiū,hoc nō fecerūt ſed pro complacendo d. Hieronymo, illam ipſi liberè ſoluerunt pro prædicta venditione annuorum introituum,quod non debebat præiudicare ipſi Horatio creditori,alte-
13 ri enim,per alterum non debet iniqua conditio inferri,*l.non debet,ff.de reg.iur.*ſi enim dotantes ſoluiſſent pecuniam, ſub vinculo faciendi aliam emptionem cum eorū conſenſu,& interuentu, emptio prædicta extaret, & illa eſſet reſtituenda Mariæ, ſeruata forma pacti,quod cùm nō fecerint,non debet tertio præiudicare,qui iàm hypothecā bonorum Hieronymi habebat,ſed ipſiſmet
14 dotantibus, nàm vnius factum, alteri imputari non debet,*gloſ.in cap.1.§.in quibus, in verb. quòd quiſquè, de conſuet.rect.feud.* Et proindè hoc damnum,quod euenit culpa dotantium, non debet in alterius tertij iniuriam redundare,*cap.damnum,de regul. iur.in 6.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.glo. 2.par.5.nu.*18. quod etiam probat *tex.in l. quod quis ex ſua culpa,ff.de reg.iur.* ex qua
15 regula plura inferuntur: & primò,quòd qui cauſam dedit interdicto Eccleſiaſtico,tenetur ad omne intereſſe, quod Religioſi paſſi fuerunt,ob ceſſantes eleemoſynas,& oblationes,*cap.2.de offic.ordin.*vbi*gloſ.*ſic etiam captus pro repreſalijs, ſi quid ſoluit, repetit ab eo, cuius cauſa repreſaliæ fuerunt conceſſæ,*Bal.in l.2.§.item ſi in facto,in fin.ff.de verbor.obligat.*vbi etiam *Rom.Socin.Iaſ.& Alex.* qui communem,dicit, eſſe opinionē,
16 *Surd.dec.*326.*n.*24.vbi,quòd etiam teneatur ad lucrum ceſſans, ſi damnum paſſus ſolitus ſit negotiari, ſicuti damnum, quod vicinus patitur ex cauſa incendij,emendari debet ab eo, qui cauſam damni dedit, *l.ſi ſeruus,§.qui caſulam, & l.qui occidit, ff.ad leg.Aquil. Farinac.deciſ.*104.*nu.*8.*tom.*2.*in poſthum.*& ſimil. Ex quibus dicebat Horatius creditor,quòd ſi dotantes pro complacendo Cognato, voluerunt ſoluere, non in cauſam dotis d.Mariæ,prout tenebantur,& ſub vinculo faciendi aliam emptionem, ſed vti venditori annuor.introituum,ad hoc vt poſſet de illis ad libitum diſponere,ex hoc non debet ſequi damnum creditori, ſufficit
17 enim,cauſam damni dare, vt dicatur damnum dediſſe, *l.ait Prætor, §.fin.ff.vi bonor rapt. l.videamus, §.final. ff.locat.& l.qui occidit,§.1.ff.ad leg. Aquil.cap.fin.de homic.in 6.DD.in l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir, ff.ſol.matr.*

Secundò dicebatur pro Creditore,quòd iſte frater,etiam ſi ſoluiſſet in cauſam dotis d.Hieronymo, quia ſoluit, abſq; aliqua ſecuritate,prout tenebatur,nedùm de iure, ſed etiam ex forma promiſſionis factæ in capitulis matrimonialibus, & ſtante decoctione viri ſit dos deperdita, teneretur frater iterùm dotare ſororem,loquēdo tamen
18 de fratre,qui tenetur dotare ſororem,loco legitimæ,dos enim, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, loco legitimæ ſuccedit, ex multis cumulatis per *Hond.conſ.*63.*n.*126. *vol.*1.*& Decian.conſ.*71. *lib.*4. & dos malè
19 ſoluta,in legitimam non imputatur, ità in terminis reſoluit *Gratia.diſcept.forenſ.to.*3. *cap.*466.*in princ.*qui *n.*3. hoc ampliat, ſiuè
20 in totum ſit dos deperdita, ſiuè pro parte diminuta,cùm ſemper tàm pater,quàm frater illam totam pro filia cōſeruare debeat, niſi conditio patris fuiſſet facta deterior, & illius ſubſtantię diminutio contigiſſet,qui à tunc,non niſi in quantum facere poſſet, teneretur, *§. quia verò, in authent. de æqual. dot.authent.ſed quamuis,C.de rei uxor.act.* vbi etiam *Cyn.Menoch.conſ.*370.*n.*17.*lib.*4. qui *nu.*7. concludit,quòd ſi dos data filiæ, fuerit,abſq; eius culpa deperdita,putà,quia illius vir eſſet effectus inops, non tenebitur filia,talem dotem poſt mortem patris in le-
21 gitimam imputare,cùm iterùm eſſet dotāda,ex doctr.ſingul. *Guglielm.de Bened.in cap.Raynuntius,in verb.dotem, quam ei dederat,n.*20.*de teſtam.*cùm ſatis ſit,quòd filia, quæ dotem amiſit conferat illam actionem,quam habet contrà virum,etiam ina-
22 nem,eamquè fratribus cedat, & *n.*19. ampliat etiā in fratre dotante, prout de veriori opinione teſtatur *Alex.in l.ſi cùm dotem.§. tranſgrediamur,n.*7.*ff.ſolut.matrim.Molin. de primog. Hiſpan.lib.*2.*cap,*16.*nu.*26.*verſ. ſed contrariam opinionem,*cum alijs allegatis, quod etiā corroboratur ex traditis per eund. *Gratian.diſcept.forenſ.to.*4.*c.*792. ex *conſ.Alciat.*35.*n.*3.*lib.*3. & ex *Boer.dec.*137. *n.*2.*& cap.*466.*&* 65.*n.*19. & eum ſequitur *Hodiern.in l.hac edictali, q.*26.*n.*32.*&* 41.

Et propterea dicebatur, ſi ex hoc ſolo, quòd cautè frater non ſoluit dotem,ea in
23 totum,vel aliqua eius parte,abſq; mulieris culpa amiſſa,iterùm dotare tenetur, quantò magis, quando culpa fratris dotis pars amittitur,& maximè in hoc caſu,in quo frater dotans erat diues,neq; in minimo mulier lædebatur, quia certa erat, quòd poſſet quantitatem prædictam ei iterùm ſoluere.

Tertiò dicebatur in facto,quòd omninò frater tenebatur,quia poſt dotis promiſſionem,



Digitized by Google

nem, ipſe exegit d. nomẽ debitoris ceſſum,
& emptionem fecit annuorum introituum
24 in ſui beneficium, & ſic actio contrà Hie-
ronymum nunquàm fuit acquiſita d. Ma-
riæ, cuius nomine non fuit facta emptio,
*d. l. pecunia* 12. C. *de iur. dot.* ſed remanebit
obligatus ipſe cedens.

Et propterea, facta per me relatione in
25 S.C. die 7. Iulij 1638. fuit liberatum depoſi-
tum Horatio Capano, ſaluis iuribus Marię
Staibanæ contrà quos decet, à quo decreto
cùm fuiſſet petita in integrum reſtitutio ex
perſona pupillorum filiorum Hieronymi,
quia aliqua ponderabantur reſpectu ipſorũ
circa ordinem iudicij, ex quo non fuerunt
auditi, die 4. Februarij 1639. fuit dictum, eſ-
ſe deferendum petitæ reſtitutioni in inte-
grum, & proindè procedatur ad ea, quæ in-
cumbunt, in cauſa Horatij Capani cùm hæ-
reditate qu. Hieronymi Capani, & nihilo-
minùs prouiſum eſt, Mariam Staibanam
non eſſe creditricem hæreditatis prædicti
Hieronymi pro eius dotibus pro ſumma
du.600. debitorum per qu. Ferdinandum
de Capua, & deindè conuerſorum in em-
ptionem annuor. introituũ cum d. qu. Hie-
ronymo Capano eius viro, ſaluis tamèn iu-
ribus d. Mariæ contrà Paulum Staibanum
iuniorẽ, & d. Paulo cõtrà hæreditatẽ d. Hie-
ronymi, vigore contractus inhiti in anno
1618. penès Actor. Magiſtr. S.C. de Licto.

---

# OBSERVATIO
## In Deciſione CIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vidua nõ habet obligata bona eius viri pro pecunia exacta per dotantem à nomine debitoris in dotem aſſignato, quàmuis illa ſit conuerſa in emptionem annuorum introituum cũ d. viro, in beneficium tamen dotantis, nulla facta mentione, quòd erat pecunia dotalis.*

2 *Debitor ceſſus, quando legitimè ſoluat cedẽti quantitatem debitam, & nu. 3. 4. 5. 6. 8.*

7 *Ceſſio quando dicatur facta ad commodum cedentis, vel ceſſionarij, vel vtriuſq;*

8 *Nomen debitoris in dotẽ aſſignatum, dicitur ceſſum ad commodum dotantis, non viri.*

9 *Emptio annuorum introituum de pecunia dotali, non facta, iuxtà conuentionem, nullum ius tribuit vxori.*

*Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet, ibid. intellige in acquiſitis, & quando quis in culpa non fuit, nu. 10.*

11 *Factum alterius, nemini nocere debet.*

12 *Dotes quando ſint conſtituendæ.*

13 *Pater, vel frater, an, & quando teneatur iterùm dotare filiam, vel ſororem.*

DEterminatum habemus in hac
*deciſ.* Viduam non eſſe creditri-
cem qu. eius Viri, pro quantitate
1 nominis debitoris d. Viro in do-
tem per dotantem aſſignati, dùm illa erat
exacta per dotantem à debitore ceſſo, eò,
quòd non erat illi notificatum d. aſſigna-
mentum, quàmuis pecunia exacta, erat cõ-
uerſa in emptionem annuorum introituum
cum d. Viro nàm emptio erat facta in be-
neficiũ dotantis, nulla facta mentione, quòd
erat dotalis, ſaluis tamen iuribus contra
hæredes dotantis, vt legimus *nu.* 25. cuius
deciſionis tres fuerunt rationes, &.

Prima fuit incipiendo à prima decre-
ti parte, & ſi pro tertia in ordine eam
2 adducat D. meus *nu.* 24. quandoquidèm
ſolutio legitimè facta dicitur per debitorẽ
ceſſum cedẽti, nõ obſtãte ceſſione per eum
alteri facta, dummodò non concurrat vnũ
ex tribus requiſitis in *l.* 3. C. *de nouat.* ſcili-
cet, quòd ſolutio ſit facta antè litem conte-
ſtatam inter ceſſionarium, & debitorem
ceſſum, item, quòd ceſſionarius, debiti par-
tem adhùc non exegerit, & tandèm, quòd
ſolutio ſit facta, antèquàm debitori ſit de-
nunciata ceſſio, ſequitur nouiſſimè *D. Sal-
gadus in labyrint. credit. concur. par.* 1. *c.* 27.
*nu.* 47. cum *duob. ſeqq.* ſola tamen difficul-
tas fuit circa ſcientiam, vt inquit *ibid. n.* 50.
ideòq; in hoc ſequenda eſt opinio *Iacobi
de Arena in l.* 1. §. 5. *ff. ad Trebell.* quam ſoli-
dam, ac receptã notat *D. Merlin. in tract. de
Pignor. & hypothec. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 32. *la ſecon-
da, nu.* 7. diſtinguit enim *Iacob. de Arena*,
3 quòd ſi ceſſio ſit facta ad commodum ſo-
lius cedentis, hoc caſu debitor rectè ſoluit
ipſi cedenti, & tunc ſcientia debet proueni-
re ex vno de dictis tribus requiſitis *d. l.* 3.
quod etiam voluit *D. Salgad. d. n.* 50. ſin autẽ
4 ad commodum ceſſionarij illa facta ſit, &
tunc ſufficit quælibet ſcientia, etiam, quòd
non proueniat ex vno ex tribus requiſitis
*d. l.* 3. idq; paritèr comprobat *D. Salgad. nu.*
51. quo quidèm caſu, ſcientia debet eſſe cer-
ta, cum omnibus eius qualitatibus, & non
incerta, nec confuſa, vt deduxit idem *D. Sal-
5 gad. num.* 60. & ſic in primo caſu requiritur
certioratio, iuxtà *l. ſi nomen* 4. C. *quæ res
pign. oblig. poſſ.* in ſecundo tamen caſu pro-
cedit *text. in l. fin. ff. de tranſact.* vbi ſola
ſcientia debitoris ſufficit, vt optimè docent
*Theſ. lib.* 4. *quæſt. forenſ. q.* 12. *nu.* 3. *Cacher.
deciſ.* 45. *num.* 56. *Buratt. deciſ.* 476. *num.* 1.
alijq; quos ſequens probat *D. Merlin.* vbi
6 ſupra *d. nu.* 7. verùm tamen *Salyc. in l.* 1. *nu.*
25. *in fin. ff. de act. empt.* quam adducit *D.
Merlin. ibid. n.* 15. alium diſtinctionis caſum
ponit, vt quando ceſſio ſit facta gratia vtri-
7 uſq; tunc requiratur denunciatio, quando
tamen ceſſio dicatur facta ad commodum
ceden-

Digitized by Google

cedentis,vel ceſſionarij, tradunt,ſed diuerſimodè *D.Merlin.loc.*cit.*nu.*16. ac *D. Salgadus*,vbi ſup.*num.*52.53.*&* 54.& quando gratia vtriuſq; probat *D.Merlin.num.*17.at
8 quia d. nomen debitoris in dotem aſſignatum,dicitur ceſſum ad commodum dotantis, & non Viri, ideò habuit locum in hac *deciſ.*diſpoſitio *d.l.*3.& ex *Cachera.deciſ.*61. *nu.*11.*&* 12. ac *Bardello.conſ.*2.*nu.*10. deducit *D.Merlin.nu.*25.& propterea, quia deficiebat denunciatio, rectè debitor ceſſus,quantitatem debitam cedenti ſoluit, & liberationem aſſecutus fuit.

Secunda fuit ratio, ſecundam huius decreti partem reſpiciens, dùm emptio cum
9 Viro non fuit facta cum vinculis, ſeruata forma teſtamẽti,& capitulorũ matrimonialiũ,ideòq; vxori nulla fuit acquiſita actio, & alio creditori dotantis non nocet, vt docet D.meus *nu.*13. ex *l.non debet, ff.de reg. iur.* vbi, alteri per alterum nõ debet iniqua inferri conditio,idq;etiam probatur in *l.debitorum pactionibus*,C.*de pact.in cap.ſi cõpromiſſarius*,§.*porrò,de elect.in* 6.in *cap.nõ debet,de reg.iur.in* 6.Hinc *Thomas de Tho-*
10 *maſettis reg.*33. tradit, id procedere in acquiſitis,non in acquirendis,& *reg.*20.intelligit procedere,quando quis in culpa non
11 fuit,factum enim alterius nemini nocere debet, *l.ſi vnus*, §. *antè omnia, ff. de pact.* cum ſimil, & alieno facto nullus oneratur, *l.in cauſa, ff. de procurat.* nec ius alterius mutatur,*l.non ſatis*,§.*fin. ff.quemadm.ſeruit.amitt.*factũ enim non egreditur perſonã facientis,*Argel. de legit.contradict.q.*7. *nu.* 85.ideòq; alium non iudicat,*l. cùm proba-*
12 *tio, ff.de probat.*hinc regularitèr dotes non ſunt conſtituendę in pecunia libera,ſeù alia re,quæ de facili perire poteſt,ſed cõſtituendæ ſunt in redditibus bonorum, ſeù ſuper bonis,in quibus minus deterioratio cõtingere poſſit,vt obſeruauit *Molin.de Hiſpan. primogen.lib.*2.*cap.*16.*nu.*28.& pro cautela tradidit *Mangil.de euiction.q.*74.*nu.*11.*&* 12.vt refert *D.Prat.*in *loc.*infrà citãdo,*n.*12.

Tertia autẽ ratio,quam adducit D.meus *nu.*23.cum *ſeqq.* fuit, quia pater, vel frater
13 dotans tenetur iterùm filiam, vel ſororem dotare,ſi dotem Viro malè ſoluerit,vt paritèr *Nos* comprobauimus *dec.*38.*n.*14.*&* 15. in hoc tamen articulo *D. Prat. obſeru.*99. *cent.*1. *pract. obſeruat.* adductis pro vtraq; parte DD. auctoritatibus, & rationibus à *nu.*6.per 9. opiniones ità conciliat *nu.*10. vt negatiua procedat, vbi mulieris culpa interceſſerit, affirmatiua verò, ſi nulla mulieris culpa interceſſerit.

***M.A. Gizzius.***

## ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, & multa ad interpretationem *tex.in l.hæredes mei, §.cùm ità, ff. ad Senatuſconſ. Treb.*& an intelligantur,nedùm vocati,ſed etiã grauati.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filij poſiti in conditione,ad hoc vt dicantur vocati,quæ requirãtur cõiectura,& n.*2.

3 *Coniectura, ex quibus filij poſiti in conditione dicantur vocati,debent eſſe euidentes,& clara,concludentes,& valdè probabiles,& nu.*10.

4 Text.in l.hæredes mei,§.cùm ità,ff.ad Trebell. *pro filijs in conditione poſitis perpenditur.*
*Sed contrarium,nu.*24.*& ſeq.& nu.*29.

5 *Liberi poſiti in conditione, ſub qualitate legitimitatis,cum prohibitione de non alienando,cum clauſula codicillari,vel,*omni alio meliori modo, *an cenſeantur vocati.*

6 *Fideicõmiſſũ ex prohibitione alienationis, vt bona in familia cõſeruẽtur,inducitur.*
*Limita,vbi conditio, ſi ſinè liberis, eſſet purificata per exiſtentiam filiorum,n.*7.

8 *Filij poſiti in conditione, ſi ex coniecturis vocati dicerentur, eſſet addere fideicommiſſum fideicommiſſo.*

9 *Fideicommiſſum, ſi ſine liberis deceſſerit, expirat,decedente grauato cum liberis.*

11 *Filij in conditione poſiti,ex reciproca inſtitutorum ſubſtitutione cenſentur vocati.*
*Maximè, vbi poſt factam reciprocam ſubſtitutionẽ inter filios inſtitutos poſt mortem omnium ſinè liberis, alium extraneũ teſtator ſubſtituiſſet,nu.*12.

13 *Subſtitutum ſuccedere, excluſis liberis teſtatoris, eſt abſurdum.*

14 *Filij poſiti in conditione per ablatiuum abſolutum, cenſentur vocati.*

15 *Filij poſiti in conditione,cenſentur vocati, vbi ageretur inter deſcendentes, & cum ea alia concurrerent coniectura.*

16 Text.in l. Lucius Titius, la ſeconda, ff.de hæred.inſtit.*ponderatur.*

17 Tex.in l.cùm auus,ff.de cond.& demonſtr. *perpenditur.*

18 *Prohibitio alienationis, abſq; cauſa,nùm vocationem filiorum in conditione poſitorum inducat.*
*Et quid, exiſtentibus clauſulis, alienationem irritantibus, num.*19.

20 *Filij*

Digitized by Google

20 *Filij poſiti in conditione, cenſentur vocati ex vocatione filiorum remotiorum ſubſtitutorum.*

*Sed contrarium, num.21.*

*Prima opinio verior, nu.22.*

23 *Filij poſiti in conditione, quando ex coniecturis cenſentur vocati, reuocant per patrem alienata.*

24 Faber de error.Pragm.decad.26.err.6. *impugnatur, & nu.*28.*&* 29.

25 Text.in l.hæredes mei,§.cùm ità, ff.ad S.C. treb.*explicatur, & nu.*29.

26 *Filij poſiti in conditione, vbi ſunt vocati, cenſentur vocati ſolùm ad portionem patris, & non patrui.*

*Amplia, etiam, quòd eſſent de deſcẽdentibus, num.*27.

30 *Fideicommiſſum ex coniecturis inducitur.*

31 Text.in §. nos igitur, auth.de reſtit. fideic. *explicatur, & nu.*34.

32 *Deciſio in cauſa.*

33 *Super legitima onus imponi non poteſt.*

35 *Filij poſiti in conditione, vbi ex coniecturis cenſerentur vocati, non cenſentur etiã grauati.*

# Deciſio CX.

IN cauſa Gratiæ Pegnæ matris,& hæredis q. Honofrij Sagri cum Marino Sagri, & Creditoribus q. Stephani Sagri iterùm contigit dubitari, ex quibus coniecturis filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati, quàmuis enim
1 per d. Gratiam ponderarentur multæ coniecturæ;& Primò, quòd ſubſtitutio erat facta inter deſcendentes qu.Io.Baptiſtę Sagri teſtatoris;Secũdò, quia inter inſtitutos erat facta reciproca ſubſtitutio;Tertiò,quia erãt filij maſculi ipſius teſtatoris inſtituti,& filia fœmina excluſa;Quartò,quia liberi inſtitutorum bis erant in conditione poſiti;Quintò,quia teſtator digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum; Sextò, quia excluſa filia fuit vocatus vltimo loco extraneus; Septimò, quia tractabatur de compendioſa ſubſtitutione; Octauò, ex qualitate legitimitatis poſita in inſtitutione,& ſubſtitutione; Nonò, ex clauſula codicillari,prohibitione Trebellianicæ, & ex clauſula, *omni meliori modo*. Et demùm ex prohibitione de non alienando, de quibus coniecturis plenè per *Fuſar.*poſt alios *de fideicom.ſubſt. q.*437.& nos diffuſè tractauimus in *deciſ.*1. Attamen dicebant Creditores Stephani, eas non ſufficere, ad hoc vt Honofrius eius filius tanquàm poſitus in conditione in teſtamento qu. Io.Baptiſtæ aui dici poſſet diſpoſitiuè vocatus, quia dd. coniecturæ non concludunt per neceſsè,mentem teſtatoris fuiſſe,ipſum vocare,& quàmuis vera ſit cõ-
2 munis cõcluſio,ex coniecturis probari poſſe, filios in conditione poſitos cenſeri vocatos,vt in *d. deciſ.1.num.*5.fundauimus,& rectè probatur ex *tex.in l.1.C.de condit.inſer.*& probat etiã poſt alios *Fuſar. d.q.*437.
3 *nu.6.*tamen debent eſſe euidentes,& claræ, vt probat *tex.in d.l.*1. ibi, *niſi alia defuncti voluntas euidentèr appareat*, & quòd debeant eſſe concludentes, neceſſariæ, vehementes,aut ſaltèm valdè probabiles, dixerunt *Mant.de coniect.vlt.vol.lib.*11.*tit.*2.*in fin.Decian.reſponſ.*26.*num.*87. *vol.*1.*& reſponſ.*86.*nu.*12. *vol.*3. *Griuell. deciſ.Senat. Dolan.*125. ſub *num.* 54. *Faber de errorib. Pragm.decad.*26.*errore* 1.*in fi.*Cùmq; quælibet ex dictis coniecturis ponderatis ſit ſatis à DD. controuerſa,vt aduertit idem *Fuſar.d.q.*437.*nu.*6. poſt alios,quos allegat,ſequitur, quòd non poteſt ex illis iudicari, fuiſſe vocatum.

Ad quam opinionem fundandam addu-
4 cebatur *Papiniani* reſponſum in *l. hæredes mei* 57.*§.cùm ità, ff.ad Senat.*Conſ.*Trebell.* quem etiam expendit *Ant.Fab.coniect.iur. lib.*13.*cap.*18.*& de error. Pragm. d.decad.* 26.*err.*6.*n.*6. & poſt ipſum *Griuell. in d.deciſ.*125.*Senat.Dolan.nu.*56. in quo *tex.*Pater duobus filijs inſtitutis ità ſcripſerat: *Fidei filiorum meorum committo, vt ſi quis eorum ſine liberis prior diem ſuum obierit, partem ſuã ſuperſtiti fratri reſtituat, quòd ſi vterq; ſine liberis diem ſuum obierit, omnẽ hæreditatem ad neptem meam Claudianam peruenire volo, defuncto altero ſuperſtite filio, nouiſſimo autem ſinè liberis neptis prima quidèm facie propter conditionis verba admitti non videbatur, ſed cùm in fideicommiſſis volũtatem ſpectari conueniat, abſurdũ eſſe reſpondi, ceſſante prima ſubſtitutione patris, nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit auus, ſi nouiſſimus fratris quoquè portionem ſuſcepiſſet.*

Ex quo *tex.*probare intendunt *Faber, & Griuell.* quòd in hoc caſu multæ concurrebant ex narratis coniecturæ, liberi enim bis fuerunt in conditione poſiti, ſecundò fuerunt factę inter deſcendentes teſtatoris ſubſtitutiones, tertiò, teſtator digreſſus fuit ad plures ſubſtitutionum gradus, quartò, vltimo loco fuit ſubſtituta neptis, quæ aut fuit minùs dilecta, aut certè non plus, quàm liberi in conditione poſiti, quintò, inſtituti erant maſculi,& fuit excluſa Claudiana neptis, ſextò, erat facta inter inſtitutos reciproca ſubſtitutio,& tamen *Papinianus*,qui in eodem *tex.*ſcribit,in fideicommiſſis voluntatem ſpectari oportere ſupponit, duas tantùm fideicõmiſſarias ſubſtitutiones contineri in d.caſu,vnam in beneficium fratris ſuperſtitis,ſi prior, abſq; liberis decederet,

ſe-

Digitized by Google

ſecundam verò, in Claudianæ neptis com-
modo, in eo caſu, *ſi vterq; abſq; filijs dece-
deret*, quòd ſi vera eſſet regula, ex dictis cō-
iecturis probari, filios poſitos in conditio-
ne fuiſſe vocatos, in propoſito caſu quatuor
deberent eſſe ſubſtitutiones, prima, in fauo-
rem nepotum ex filio, qui primò diem ſuū
extremum clauderet, ſecunda, in caſu, quo
abſq; filijs decederet, in fauorem fratris ſu-
perſtitis, tertia, in fauorem nepotum,
qui ex nouiſſimo filio ſuperſtites fuiſſent,
quarta, & poſtrema, in fauorem Claudianæ
neptis, caſu, quo vtriq; filij abſq; liberis de-
ceſſiſſent, ſic in præſenti caſu aliæ coniectu-
ræ de compendioſa ſubſtitutione, de pro-
hibitione Trebellianicæ, & de clauſulis co-
dicillaribus, & *omni modo meliori*, & etiam
5 de clauſula legitimitatis, & prohibitionis
de non alienando, quæ in *d. §. cùm ità* non
continentur, reijciuntur, vt per *Anell. Amat.
in conſ. 91. Menoch. lib. 4. præſ. 76. nu. 80. &
ſeqq. Fuſar. d. q. 437. n. 115. & ſeq. Odd. Sfor.
conſ. 66. nu. 26. Theſaur. deciſ. 96. Griuell. d.
deciſ. 125. n. 77. Farinac. deciſ. 486. par. 1. per
tot. Ruſtic. in tract. an fil. in condit. poſit. lib.
3. cap. 5.* & quàmuis prohibitio alienandi, vt
6 ad hoc vt bona in familia, vel agnatione
conſeruentur, ſit ſufficiens ad inducendum
fideicommiſſum, vt poſt *Peregr. deciſ. 134.
nu. 8.* latiſſimè tradit *Fuſar. q. 480. nu. 4.*
tamen contrarium habetur ex *tex. in §. not.
igitur. in auth. de reſtitut. fideicomm.* vbi
per exiſtentiam filiorum, nedùm vocatio
7 non inducitur, ſed fideicommiſſum potiùs
euaneſcere probat, nàm ſi admitteremus,
ex quibuſuis coniecturis filios in conditio-
8 ne poſitos eſſe vocatos, eſſet addere fidei-
commiſſum fideicommiſſo, vt dixit idem
*Faber* in ſuo *Cod. lib. 6. tit. 20. de fideicomm.
diffin. 1. Fontanell. deciſ. 172. nu. 14.* & teſta-
tor, qui verè voluit facere fideicommiſſum,
ſub ea conditione, ſi abſq; filijs decederet,
prætèr ipſius voluntatem aliud fideicom-
miſſum inſtitueret in caſu contrario, quan-
do cum filijs decederet.

Et ex his dicebatur, etiam ſtantibus præ-
dictis coniecturis non induci inter vocatos
fideicommiſſum, & hanc opinionem ſecu-
tum fuiſſe S. C. in cauſa illorum de Priolis
9 cum RR. Patribus Theatinis, habetur per
*Reg. Rouit. in conſ. 34. vol. 1. per tot.* & in alia
cauſa illorum de Electis, vt per *Anell. Amat.
d. conſ. 91.* latiſſimè etiam hanc opinionem,
DD. & deciſiones aliorum Tribunalium re-
ferendo fundant *Caſanat. conſil. 4. Hieron.
de Leo dec. 60. n. 28. Ioſeph Ramon. conſ. 9.*

Quibus tamen pro parte Gratiæ reſpon-
10 debatur, quòd vera eſt concluſio, quæ de-
ſumitur ex *text. in l. 1. C. de condit. inſert.*
quòd cōiecturæ ad inducendum fideicom-
miſſum inter poſitos in conditione, debent
eſſe concludentes, & valdè probabiles, &
quòd non ſufficiat vna, ſed quòd requiratur
concurſus plurium coniecturarum, vt latè
probauimus in *d. deciſ. 1. num. 14.* Verùm,
quòd in hoc caſu, nedū aderant vehemētiſ-
ſimæ cōiecturæ, ſed etiā clariſſimè teſtatoris
voluntas ex verbis teſtamēti colligebatur.

Et primò, vltrà coniecturas ſuprà enar-
ratas, & maximè, quia tractabatur inter de-
ſcēdentes teſtatoris, de qua inferiùs dicam,
ponderabatur etiā, quòd hic teſtator duos
eius filios hæredes inſtituit, Marinum ſcili-
cèt, & Stephanum, deindè fecit inter eos re-
ciprocam ſubſtitutionem, in caſu, quo qui-
libet ipſorū, abſq; filijs legitimis, & natura-
libus decederet, & caſu, quo omnes dd. filij
hæredes inſtituti quandocunq; decederent,
abſq; filijs legitimis, & naturalibus, voluit,
quòd in d. hæreditate ſuccedant, & ſucce-
dere debeant filij maſculi qu. Vincentij de
Stephano, & eorum deſcendentes maſculi,
ex quo ſequitur vehemens coniectura, &
ab omnibus recepta concluſio, quòd quan-
do teſtator reciprocam fecit inter inſtitu-
11 tos ſubſtitutionem, tunc filij in conditione
poſiti, cenſentur vocati, vt ex *Zanc. Corn.
Gozad. Rimin. Pariſ. Decian. Menoch. Hon-
ded. Ruſtic. & Intrigliol.* fundat *Fuſar.* in
allegata *q. 437. nu. 87.* vbi in pluribus cauſis
hoc idem conſuluiſſe tradit, & licèt contra-
riam opinionem dicat tenuiſſe *Cephal.* atta-
men eam indubitantèr admittit, quòd poſt
factam reciprocam ſubſtitutionem inter fi-
12 lios inſtitutos poſt mortem omnium ſine
liberis, alium extraneum ſubſtituiſſet, tunc
enim poſiti in conditione, cenſentur voca-
13 ti, nè ſequatur abſurdum, quòd ſubſtitutus
ſuccedat, excluſis liberis teſtatoris, ſic ex
*Socin. ſen. Rol. à Vall. & Alex. Trentacinq.*
fundat idem *Fuſar. nu. 89. & conſ. 173. nu.
6. & 103. nu. 5.* quod maximè procederet,
14 quando filij eſſent poſiti in conditione per
ablatiuum abſolutum, prout poſt *Riminal.*
& alios tenet *num. 132. & Ruſtic. in d. tract.
an fil. poſit. in cond. c. 3. per tot. Menoch. lib. 4.
de præſumpt. præſ. 76. n. 40. Intrigliol. Barx.
Farinac.* & alij allegati *n. 133.* quibus addo
*Ruin. conſ. 201. n. 3. lib. 2. Natt. cōſ. 551. n. 10.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. n. 17.*

Secundò, apud me maximæ eſt conſide-
rationis, quando tractatur de deſcendenti-
15 bus teſtatoris, & cùm d. coniectura aliæ cō-
currant, prout etiam dixi *in d. dec. 1. nu. 41.*
tunc enim, & ſi nonnulli contrarium teneāt,
magis cōmunis eſt opinio, quòd ex d. con-
iectura cum alijs adiuncta filij poſiti in cō-
ditione, cenſentur vocati, & de communi
teſtatur *Decio. conſ. 28. n. 11. lib. 2. & conſ. 9.*
vbi hanc æquiorem, & communiorem ap-
pellat, *Vinc. Fuſar. conſ. 51. nu. 3. Ioſeph Seſe
deciſ. Arag. 65. n. 15. Scain. dec. 2. n. 22. & 35.*

qui

qui *n.27.* dat rationem, quia præſumendum
eſt, quòd tutiorē viam teſtator elegerit, eos
ex teſtamēto vocando, quam legitimæ ſuc-
ceſſioni reſeruādo, ex *Grauett. Curt. Ruin.*
*Prat. Rip. Bero. Cephal. Ruſtic.* & alijs, & eſt
tantæ efficaciæ iſta coniectura, vt etiā, quòd
aliæ deficiant, nonnulli ſentiant, ex ipſa ſola
cenſeri vocatos, vt poſt alios ità reſoluit
*Menoch. præſumpt. 79. lib. 2. nu. 2. & ſeq. &*
*25. & in conſil. 152. & Fachin. controu. iur.*
*libr. 4. cap. 8.* & eos refert, & ſequitur *Vinc.*
*Fuſar. conſ. 79. nu. 13.* quod etiam fundatur
ex *tex. in d. l. Lucius Titius, la 2. ff. de hæred.*
*inſtit.* qui loquitur in caſu magis arduo; in
16 quo Lucius fratrē hæredem inſtituerat, eiq;
ſine liberis decedēti ſubſtituerat Stichum,
quam ſubſtitutionem *Sceuola*, non habere
locum, dixit, fratre cum liberis decedente,
dat *ibi in fine* rationem, *nàm prudens conſi-*
*lium teſtantis animaduertitur, non enim*
*fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis,*
*ſed & eius liberos*, ex quo *text.* deducit *gloſ.*
quòd liberi in conditione poſiti, cenſentur
vocati, & ſunt ponderanda verba, ibi, *ſed &*
*eius liberos*, & ſic ex d. *tex.* elijcitur, quòd li-
beri veniunt tanquàm à teſtatore vocati,
non quia faciant per conditionis implemē-
tum deficere fideicommiſſum; hoc oſtē-
dictant illa verba, *quòd teſtator eos prætulit*
*ſubſtitutis*, quod ſi procedit in fratre, & ſic
in linea tranſuerſali, tantò magis in teſta-
mentò facto ab aſcendente, ad quod etiam
17 probandum libet in medium afferre diſpo-
ſitionem *tex. in l. cùm auus, 101. ff. de cond.*
*& demonſtr.* vbi auus filium, & nepotem
hæredem inſtituerat, eiſq; patruum ſubſti-
tuerat, reſpōdet *Iureconſultus Papinianus*,
quòd hoc intelligi debet, ſi ſine liberis de-
ceſſerint, quia intelligitur, teſtatorem filios
inſtituiſſe; & quàmuis non eſſent poſiti in
conditione, eſſe nihilominùs ad ſucceſſio-
nem admittendos, potiùs præſupponendo,
plus fuiſſe dictum, quàm ſcriptum, ad hoc,
vt filij non excludantur.

Quibus adſtipuiabatur tàm ſtricta pro-
hibitio vendendi, pignorandi, vel obligan-
di, ex qualibet vrgentiſſima, & priuilegiatà
cauſa facta filijs inſtitutis, & ſignantèr do-
mus magnæ cùm viridario, & cenſus, de
quibus agebatur, & vltrà progrediendo,
quòd quatènus per dictos filios procede-
retur ad alienationem, vēditionem, pignò-
rationem, vel obligationem, ſint ipſo iure,
ipſoq; facto nullæ, ac nullius roboris, ità
quòd dominium, & poſſeſſio prædictorum
bonorum nullo modo trāſferatur, & quàm-
uis controuerſum ſit inter DD. ſi ex hac
prohibitione alienandi inducatur vocatio
filiorum in conditione poſitorum, quàndo
non eſt veſtita à cauſa, vt bona in familia,
18 vel agnatione conſeruentur, de qua per
*Ruſtic. in d. tract. an, & quan. liberi in cōd.*
*poſit. cenſentur vocati, lib. 3. cap. 5.* tamen,
19 quando in prohibitione adſunt clauſulæ
annullantes alienationem, tunc, hanc con-
iecturam eſſe ſufficientem, voluit *Celſus Vgo*
*conſ. 20.* poſt *num. 41.* & eum ſequitur idem
*Ruſtic. in loc. cit. n. 5. et 6.* vbi, quòd pactum
irritans eò magis procedit, ſi fuit in eodem
teſtamento appoſitum, ex *glo. Angel. Caſtr.*
*& Fulg. in l. emptione, ff. de pact. Fuſar. d.*
*q. 437. nu. 134. & 167. Menoch. d. præſumpt.*
*76. nu. 42. & conſ. 613. nu. 2. Intrigliol. de*
*ſubſtit. cent. 3. q. 26. nu. 98.* quod tantò ma-
gis in hoc caſu ponderabatur, quia agebant
creditores Stephani, cui in ſpecie erat in-
terdicta à teſtatore alienatio, & obligatio,
quæ non potuit ad alium finem fieri, niſi, vt
bona libera ad ſubſtitutos peruenire de-
buiſſent, & ſic ad filium.

Ponderabatur etiam & alia coniectura,
quia iſte teſtator in caſu mortis omnium
filiorum inſtitutorum, abſq; filijs legitimis,
& naturalibus, voluit per compendioſam
ſubſtitutionem, quòd ſuccedere debuiſſent
filij maſculi q. Vincentij de Stephano, & eo-
rum deſcēdentes maſculi tātùm, his verbis:

*Con tal conditione però, che morendo al-*
*cuni di detti miei figli, & heredi* quando-
cunquè *ſenza figli legitimi, e naturali, che*
*l'uno ſuceeda all'altro, e morendono tutti*
*dui ſenza detti figli legitimi, & naturali*
quandocunquè, vt ſupra, *che in detta mia*
*heredità, e beni ſuccedano, & debbiano ſuc-*
*cedere li figli maſcoli del qu. Vincenzo de*
*Stefano, e loro deſcendenti maſcoli* tantùm.

Hęc autem coniectura, quòd ſint expreſ-
20 sè vocati filij vltimi ſubſtituti vrgentiſſima
eſt ad beneficium filiorum in conditione
poſitorum, ex *text. in l. publius, in fin. ff. de*
*cond. & demonſtr.* Ea ratione, vt vltimo lo-
co vocati, & ſic minus dilecti non ſint me-
lioris conditionis filiorum inſtitutorum, &
hanc coniecturam approbatiſſimam eſſe in
Senatu Cathaloniæ, dixit *Fontanell. de pact.*
*nuptial. clauſ. 4. gloſ. 24. nu. 7. & clauſ. 5. glo.*
*10. par. 2. in princ.* pleniſſimè *deciſ. 136. in*
*princ.* cum *deciſionibus ſeqq.* quam conie-
cturam approbauit etiam *Seſe dec. Aragon.*
*65. nu. 9.* & licèt *nu. 18.* DD. afferat, qui de
d. coniectura dubitauerant, attamen *in fin.*
dicit, quòd ab ea non eſt recedendum.

21 Et quàmuis ab hac opinione videatur
recedere *Scaccus in d. Bonon. deciſ. 2. nu. 91.*
*& Io. Anton. Bellon. conſ. 26. n. 61.* vt etiam
aduertit *Fontan. in d. deciſ. 136. nu. 6.* tamen
*nu. 12.* dicit, quòd Senatus intrepidè in hac
coniectura perſiſtit, & *deciſ. 137. in fine* tra-
dit, quòd per duas ſententias conformes
22 fuit in Senatu hęc opinio canonizata, & ite-
rùm in cauſa inter Collegium Societatis
Ieſu, cum Nicolao de Sancto Ioanne fuit
hoc

Digitized by Google

hoc idem determinatum, vt in *deciſ.* 139.
*nu.*8.quæ quidèm coniecturæ,cum alijs ſu-
prà ponderatis adiunctis, videbantur con-
cludentes ad beneficium Honofrij filij in
conditione poſiti, eòq; magis, quia tracta-
batur de eo caſu, quòd ſucceſſio priùs ha-
buit locum in perſonam patris, qui deindè
deceſſit,relicto Honofrio filio, quo caſu ad
excluſionem ſubſtituti ſemper intelligitur,
23 ſiuè velit, ſiuè nolit pater, filium fuiſſe vo-
catum, & poteſt reuocare per patrem alie-
nata, vt ex *Gabr. Peregr. Theſaur.* & alijs
hoc pro abſoluto tradit *Pontan. de pact.
nupt.d.clauſ.*5.*gloſ.*10.*par.*2.*nu.*29. diſtin-
guendo caſum prædictum ab eo, in quo
pater prædeceſſit.

Diſcuſſa hac cauſa in vna Aula, interue-
nientibus ſex Iudicibus, remanſerunt in
paritate votorum, tres enim fuerunt in vo-
to,per mortem Stephani, relicto Honofrio
filio fideicommiſſum defeciſſe,& propterea
obligationes per illum factas ad beneficiũ
creditorum validas fuiſſe,& quòd Honofrio
aliud non fuerat reſeruatum,niſi ius legiti-
mæ ſucceſſionis,vti hæredi Stephani patris,
tres verò fuerunt in voto, Honofrium tan-
quàm in conditione poſitum fuiſſe ex pon-
deratis coniecturis vocatum,quarè ad diri-
mendam dictam paritatem fuerũt dati tres
adiuncti, hoc eſt Reg. Conſiliar. Andreas
Marcheſius, doctrina, nobilitate, & omni
virtutum genere conſpicuus, Ego,ac Don
Ferdinãdus Arias de Meſa doctiſſimus Lu-
ſitanus,qui cùm in famoſa Salmantina Vni-
uerſitate iura interpretaretur,fuit à Sua Ma-
ieſtate ad hoc munus Regij Conſiliarij in
hoc noſtro Senatu aſſumptus,& ordine Ex-
cellentiſſ. D. Proregis, etiam in hac noſtra
Vrbe in primaria Cathedra veſpertina cum
maximo omnium applauſu iura docet, cũ
quibus tribus adiunctis fuit paritas prædi-
cta die 28.Maij 1639. declarata ad benefi-
cium prædictæ Gratiæ, decernendo; ſuffi-
cientes fuiſſe coniecturas ad inducendam
vocationem ad beneficiũ Honofrij, ex iiſ-
met motiuis *in deciſ.*1.per nos relatis.

Ad *text.* verò in *d.* §. *cùm ità* pro reſpon-
24 ſione fuit dictum, quòd conſideratio illius
acutiſſimi ingenij viri *Antonij Fabri in d.
decad.*16. *error.*6. quem ſequutus fuit *Gri-
uell.in d.deciſ.Senat.Dolan.*125.non reddi-
tur vndiq; tuta, ſiquidèm non videtur, *Pa-
pinianum Iureconſultum* hoc in illo *text.*
dicere; dubium enim fuit,vt *ibi* dicitur, ſi
Claudiana neptis admitti debebat ad ſuc-
ceſſionem nouiſſimi,abſq;filijs decedentis,
& ratio dubitandi fuerat,quia cùm ex duo-
bus filijs inſtitutis primus cum liberis de-
ceſſiſſet, videbatur, conditionem defeciſſe,
quia Claudiana non fuerat inſtituta, niſi in
caſu, quo vterquè inſtituti abſq; liberis di-

ſuum clauderent extremum, & proptere à
25 dicitur in *text. prima quidèm facie propter
conditionis verba admitti non videbatur.* Et
ratio dubitandi fuit,quia caſus non euenit,
non enim omnes abſq; filijs deceſſerũt,re-
ſpondet *Iureconſultus*, *ſed cùm in fideicom-
miſſis volũtatem ſpectari conueniat, abſur-
dum eſſe reſpondi, ceſſante prima ſubſtitu-
tione patris,nepti petitionem denegari,quàm
totum habere voluit auus,ſi nouiſſimus fra-
tris quoquè portionem ſuſcepiſſet*,& hoc qui-
dèm ratione,quia d. filius ex altero ex di-
ctis fratribus inſtitutus non ſuperſtes ex illa
vocatione inducta,ex quo fuit in cõditione
poſitus,non poterat intelligi,eſſe vocatum,
niſi ad portionem patris ſui, non autèm
patrui,ſecundùm communem,& receptio-
26 rem ſententiam,quam probant DD.longa
ſerie relati per *Fuſar.in q.*440.*n.*1.ad quam
opinionem probandã adducitur ab omni-
bus d.*text.in d.*§.*cùm ità*,etiam, quòd tra-
ctetur de deſcendentibus teſtatoris, vt tra-
27 dunt DD. relati *nu.*7. quod tamen aliqui-
bus modis limitatur,vt *ibi*, & hæc eſt vera
deciſio illius *text.* immò ex eo videtur cõ-
trarium probari,quia ille filius,quàmuis nõ
dicatur vocatus ad portionem patrui, ta-
men fuit vocatus ad portionem patris ſui,
& ſic fuit inducta vocatio,ex eo, quòd in
conditione fuerat poſitus.

Videns autem *Faber*, quòd ex *d. text.*
28 hoc,ad quod adducitur,non probatur,hãc
propoſitionem ex argumento ex eodem-
met *text.* excerpit,quia in d.*text.* de duobus
tãtùm agitur ſubſtitutionibus,quod arguit
ex illis verbis, *ceſſante prima ſubſtitutione
patris,nepti petitionem denegari*, quòd ſi fi-
lij eſſent vocati,eſſent quatuor,& non duo.

Verùm nec prædicta militare oſtenditur,
29 quia *Iureconſultus* aliud *ibi* facere non in-
telligit, niſi aſſignare rationem, quarè de-
bebat neptis admitti,qui eam,dicit fuiſſe,vt
ei,qui auus totam hæreditatem dare vo-
luit,caſu,quo prædictus caſus eueniret,hoc
eſt, quòd alter alteri abſq; filijs ſuccederet,
nouiſſimo poſteà ſinè liberis decedente
inhumanum eſſet, quòd iſta neptis,nedùm
priuaretur ſucceſſione primi mortui cum
liberis, ſed etiã nouiſſimi vltimo loco mo-
rientis abſquè liberis,de alijs verò caſibus,
& ſubſtitutionibus, ad quid verba facturus
erat *Iureconſultus*? cùm de eis non dubita-
batur,non ergò valet conſequentia,non lo-
quitur de vocatione facta filiorum in con-
ditione poſitorum,ergò voluit,non eſſe vo-
catos, non enim de illis loquutus fuit, quia
de eo caſu non dubitabatur.

Ad quod liceat ponderare, quòd quàm-
uis antiquiſſima ſit hæc quæſtio de filijs in
conditione poſitis, & ab innumeris ferè
DD. tàm antiquis, quàm modernis diſpu-



Digitized by Google

tata,nemo ex ipſis,quos viderim,*text.*præ-
dictum tàm vulgatum ad hoc probandum
antè *Fabrum* adduxit,& ideò neceſſariò erit
fatendum,quòd aut omnes ſuerunt alluci-
nati,vel quòd ex *d.tex.*propoſitio *Fabri* nõ
probetur,nec erit de hoc mirandum, quip-
pè qui vir ille ſummę eruditionis,& doctri-
næ, dùm *Pragmaticorum* errores colligere
intendit,& ipſe quoq; aliquando nimis ſub-
tilizando in errorem incidat, licèt, abſit à
me dicerere,tàm doctum virum in errorem
incidiſſe,dicam ſolùm,quòd ex eo *tex.*non
videtur neceſſariò probari id, ad quod à
*Fabro* inducitur,& certè nequè de hoc mi-
randum,quia ipſe in ea fuit ſententia,prout
innumeri DD. ſentierunt,non induci voca-
tionẽ filiorũ poſitorũ in conditione,niſi ex
euidentiſſimis coniecturis, & ſuper quibus
*Imperatores*, vel legis cõdendæ poteſtatem
habentes, voluntates defunctorum ſic fue-
rũt interpretati,vel in caſibus valdè ipſis ſi-
milibus,& ideò dicit,*nõ enim omnibus legu-
leis,prout hodiè ſit licet ex cõiecturis fideicõ*
30 *miſſa inducere*, vt *d.decad.26.error.3.n.19.*
cum *ſeqq.* Et quidẽ malè faceret,qui ex ſuo
capite, & nõ ex *Iureconſultorum* reſponſis,
& *Imperatorum* Placitis,& ex DD.qui dicta
iura interpretati ſunt,coniecturas elijceret.
31 Nec tandẽ obſtabit *tex.in d.§.nos igitur,
in authent.de reſtitut.fideic. ibi* enim aliud
nõ ſtatuitur, niſi,ꝙ prohibitio facta patri,nõ
extẽditur ad filios,niſi exp̃ſsè dicatur,& ità
illũ *tex.*intelligit *gl.in verbo voluiſſe*,& alle-
gat *tex.in l.filiusfamilias*, *§.diui,ff.de leg.1.*
Et propterea diximus, bona relicta per
Io.Bapt.Sagri Stephano eius filio,ſpectauiſ-
32 ſe ad Honofrium filium, vigore fideicom-
miſſi relicti per d.Io.Bapt.& poſt eius mor-
tem ad Gratiam Pegnam eius matrem, &
hæredem, verùm creditores Stephani poſſe
ſatisfieri ſuper legitima,ad eundem Stepha-
33 nũ ſpectante, ſuper illa enim aliquod onus
imponi non potuit,ex *text.in l.quoniam in
prioribus,C.de inoffic.teſtament.l.hæredi,§.
cùm filio,ff.de vulgar.& pupill.* cum con-
cordantibus,& prohibitio illa alienandi in-
iuncta Stephano,non extendebatur ad Ho-
34 nofrium filium, vt ſuprà ex d.*text.in §.nos
igitur* fuit probatum, nec ex eo, quòd ex
coniecturis filij in conditione poſiti intelli-
gantur vocati, cenſeri debent etiam graua-
35 ti, vt plenè probant *Sfor.Odd.conſ.66.Rot.
Rom.diuerſ.par.2.dec.230. Fuſar. de fideic.
ſubſt.q.441.Mart.conſ.69.Marc.Ant.Tho-
mat.dec.23.*idem *Fuſar.conſ.12.& 17.Fon-
tanell.*plenè *dec.151.*Et proindè potuit Ho-
nofrius hæredem inſtituere Gratiam eius
matrem, penès Magiſtrum Actorum de Si-
meone pro Fęlice.

## OBSERVATIO
## In Deciſione CX.

### SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti in teſtamento, vo-
cati cenſentur ex coniecturis, non tamen
grauati, ſecus in contractu,abſquè conie-
cturis, n.2.3.*
3 *Coniectura vrgentiores requiruntur, quã-
do non agitur de fideicommiſſo aſcenden-
tis, ſed extranei.* D.Carena reſol.91.*à* nu.
23.ad 40.*refellitur,ibid.*
4 *Legitima nullum recipit onus, limita, vbi
expreſsè filius acceptat teſtamentum, cũ
onere ſuper illa,n.5. ac quando filius fuit
inſtitutus vniuerſalis hæres,cum expreſ-
ſa conditione,quòd fideicõmiſſum in teſta-
mento ordinatum, locum habeat in tota
teſtatoris hæreditate, ibid.*
6 *Legitima matris quando ſit tertia totius,
vel tertia tertiæ.*
7 *Legitima filij ob patris foriudicationem
quanta ſit,& debetur cum fructibus,n.8.*

IDem articulus,de quo in hac *deciſ.* tra-
1 ctatur,diſcuſſus, ac determinatus fuit
in *dec.*1.ideòq; ex eiſdem coniecturis
*ibi* enarratis fuit idem *hic* iudicatum,
quamuis per priùs DD.ſex Conſiliarij vo-
tantes fuiſſent in paritate votorum; tamen
datis tribus alijs DD.Cõſiliarijs pro adiun-
ctis, fuit dempta paritas, declarando,bona
per Auum fideicommittentem relicta,ſpe-
ctare ad eius nepotem ex filio inſtituto, &
ſtante morte d.nepotis,ad eius matrem hę-
redem inſtitutam, verùm,quòd creditores
filij inſtituti poſſint ſatisfieri ſuper illius le-
gitima,vt legitur *n.23.verſ.diſcuſſa hac cau-
ſa,in fin.*& etiam *n.*32.ac 35. & ſic habitum
fuit pro vero, filios in conditione poſitos,
cenſeri vocatos, ſed non grauatos, ex con-
iecturis ex teſtamento apparentibus,vt latè
etiam *ego* probaui d.dec.1.à *nu.*3.ad 16.in
qua cauſa pro Martio Sagri,qui ſuccubuit,
patrocinium præſtitit *D.Gaitus*, & pro cre-
ditoribus hæredis grauati in iure ſcripſit D.
*Horatius Conte*, quem I.C. ſatis elabora-
tum, ac peritum vocat D.*Gaitus* in eius *al-
legationibus*.
Verùm D.*Carena reſol.*91,à *n.*10.per 21.
2 *præd.reſol.* latiſſimè fundat,filios in condi-
tione poſitos in contractibus, non cenſeri
vocatos,ſed tãtùm in vltimis voluntatibus,
aſſiſtentibus tamen coniecturis, vt tradit *d.
n.21.verſ.quia tamen* illis enim deficienti-
bus vocatos minimè cenſeri voluit *nu.*8.*ac
9.* immò,quando agitur de fideicommiſſo,
3 non ab aſcendente,ſed ab alio, tàm in teſta-
mento,quàm in contractibus relicto, vrgẽ-
tiores

Digitized by Google

tiores coniecturas requiri, docet *nu.* 22. vt etiam *nos* comprobauimus *d.dec.*1.*n.*16. & licèt plures vocationis coniecturas referat D.*Carena*,illas tamen non admittit *à n.*23. per 40.allegans D.*Præſid.Amatum*,conciuē noſtrū,ac ſuo tempore Aduocatū celeberrimum *conſil.*91. cuius veſtigia ſectati ſunt eius Filij D.*Carolus* Iudex integerrimus M.C.V. in ciuilibus,& D.*Franciſcus* aduocatus doctus,ac timoratæ conſcientiæ,quem etiam D.*Præſid.Amatum* in cōtrarium adduxerat D.meus *nu.*9.attamen eius opinio, cōuincitur,ex traditis per D.meum *à n.*24. vſq; ad 31.& per *Camunculam decis.Bonon.* 58.*n.*16. qui optimè coniecturas comprobat,rogo videatur.

4 Cùmq; D.meus *n.*33.tradat vulgarē regulam, legitimam ſcilicèt nullum recipere onus,de qua etiam D.*de Marin.cap.*251.*n.* 1.*lib.*1.*quotid.reſol.*ac *cap.*128.*nu.*10.*lib.*2.
5 obſeruare debes, quòd ſubſtinetur onus, vbi expreſsè fuit acceptatum teſtamentū, cum onere ſuper legitima impoſito, vt nôs fundauimus, ac deciſum retulimus *dec.* 34. *nu.*15.*&* 17. & comprobat *D.de Marin.d. lib.*1.*cap.*252.*n.*2.*&* *d.lib.*2.*cap.*45.*n.*14. vel quando pater inſtituendo filium hæredem vniuerſalem,dixit,ſe hoc facere, vt fideicōmiſſum per ipſum ordinatum, vel ordinandum in teſtamento, in integra hæreditate ad d.filium peruenienda locum habeat, ità vt contraueniens cenſeatur tantūmodò in legitima inſtitutus; hoc enim caſu valida reſultat prohibitio ſuper legitima,aliàs hæres contraueniens reſtituere tenetur, quidquid vltrà legitimam percepit, cum fructibus, vt in puncto tenet *Cuma. in l. cohæredi,§.in filia,nu.*2.*ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.*ac *conſ.*25.*col.vlt.& conſ.*52.*Curt.iun. conſ.*120.*n.*15. quos,& alios probat *Menoch. conſ.*1041.*n.*1.*&* 2.*lib.*11. aliāq; cautelam, vt legitima includatur in fideicōmiſſo,tradit D.*de Marin.d.cap.*252.*n.*13.& *nos* alios caſus retulimus *d.dec.*34.*n.*13.*&* 14.

Legitima tamen matris an ſit tertia tertiæ,vel tertia totius hæreditatis,latè agit *D.*
6 *Merlin.de legit.* in nouiſſima impreſſione huius anni 1651. *lib.*1.*tit.*4.*q.*7.per *tot.* vbi relatis hinc indè DD. opinionibus à *nu.*1. per 11.tamen à *nu.*12.ad 28.pro concordia opinionum *Bartoli*, *&* *Butrigarij*, plures diſtinguit caſus, quando ſcilicèt procedat opinio *Bart. in l. pater filium, ff. de inoffic. teſtam.& in l.*1.*§ ſi pater, ff.de coniug.cum emancip.liber.* aſſerētis, mortuo filio,ſuperſtitibus fratribus,ac matre,cui aliquid reliquit filius, inſtituta tamen perſona extranea, non tamen turpi, legitimam hoc caſu non eſſe tertiam totius, ſed illius portionis tantùm, quam habitura eſſet ipſa mater ab inteſtato,iuxtà *auth.defuncto,C.ad Tertull.* & quando attendenda ſit opinio *Butrigarij* inter ſuas quæſtiones defendentis,illam eſſe tertiam totius,quam *Butrig.*ſententiam ſecutus eſt *D.Didacus Moles* in propoſito per ipſum caſu,in *allegat.*pro hæredibus Aureliæ de Anſora editis, tranſcriptis per D. *Thor.in comp.dec.par.*3.*ſect.*2.*fol.*395. nàm quàmuis contrarium fuerat per priùs per S.C. deciſum, eſſe tertiam tertiæ, vt refert *ibid.n.*1.& habetur ex D.*Reg.Rouit dec.*22. in dicta cauſa in prima inſtantia compilata, tamen in gradu reclamationis fuit per idem S.C. determinatum,eſſe tertiā totius, vt habetur *n.*50.*in fine*,eandemq; *Butrigarij* ſententiam approbat, & ſequitur doctiſſimus,ac inter Germanos eruditiſſimus D. *Berlich.pract.concluſ.iur.par.*2.*concl.*12. à *n.*51.cum *ſeqq.*& *Bartoli* opinionem confutat à *nu.*52.cum plurib.*ſeqq.*

Verum tamen eſt,quòd legitima filij in bonis patris foriudicati,extrà tamen caſum
7 criminis læſæ Maieſtatis,eſt medietas bonorum, vbi vnus, vel duo adſunt filij, nàm altera medietas ſpectat ad Fiſcum, niſi tamen bona ſint exigua, eo enim caſu omnia ad filium,vel filios pertinent, verùm ſi tres, vel plures eſſent filij, etiam ſi ageretur de amplo patrimonio foriudicati, omnia illius bona ad illos ſpectant, vt docuit D.*de Marin.d.lib.*1.*cap.*35.*nu.*5. *& cap.*88.*nu.*8. ſemper tamen, quòd filio legitima eſt debi-
8 ta, illa debetur vnà cum fructibus, ſiuè intereſſe à die mortis patris, quamuis nulla interceſſerit petitio,vt fundat D.*de Marin. d.lib.*2. *cap.*166.*n.*11. qui hoc limitat *n.*12. *&* 13.vbi hæreditas conſiſteret in pecunia, tūc enim à die petitionis intereſſe debetur.

*M.A.Gizzius*

---

## ARGVMENTVM.

## Exceptio non numeratæ pecuniæ,an, & quādo opponi poſſit ad impediendam exequutionem aduerſus apocas, ſeù ſchedulas bancarias,vel obligationem penès acta, aut literas cambij,latè diſcutitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio non numerata pecuniæ nùm opponi poſſit aduerſus apocas Bancorum, abſq; depoſito,& n.*17.

2 *Exceptio non numerata pecunia opponi poteſt aduerſus inſtrumentum.*

*Amplia,quàmuis ipſi fuiſſet renunciatum, nu.*4.*&* 7.



Digitized by Google

Item, aduerſus obligationem penes acta, nu. 13.
Item, aduerſus quamlibet ſcripturam priuatam, & publicam, n. 14.
Item, aduerſus literas cambij, n. 15.
Limita, dummodò ibi non dicatur, per la valuta de contanti, n. 35.
3 Exceptio non numeratæ pecuniæ non cenſetur excluſa à ſtatuto excludente omnes exceptiones.
4 In quibus caſibus opponi non poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ.
6 Exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari non poteſt, & nu. 8.
Amplia, etiam vt opponi poſſit, quando eſſet renunciatum cum iuramento, obtenta tamen priùs abſolutione illius, n. 9.
Item, etiam de iure Canonico, n. 10.
Item, procedit de æquitate, & in foro Mercatorum, n. 11.
12 Creditores cautè negotiari debent, vbi mutuo pecuniam dant.
16 Confeſſio de recepto non arguit per neceſſe, ſequutam fuiſſe numerationem, & n. 40.
Et quid, ſi in apoca adeſſent verba illa, per altri tanti, nu. 38.
18 Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt aduerſus apocam bancariam, obſtantem, per altri tanti, & n. 20.
19 Creditor, & debitor circa exceptionem non numeratæ pecuniæ ad imparia iudicatur circa tẽpus, dictam exceptionẽ opponendi.
21 Exceptio non numeratæ pecuniæ inter Mercatores opponi non poteſt.
Sed contrarium, n. 22.
Prima opinio verior, n. 34.
23 Statutum dicitur iuſtum, quando exceptiones non excludit, ſed tantùm dat formam, & modum illas opponendi.
24 Exceptiones aduerſus Apocas Bancarias opponi non poſſunt, niſi in vinculis debitore conſtituto, vel facto depoſito, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ.
25 Exceptiones, liquidationem publici, & liquidi inſtrumenti non impediunt.
Limita, vbi exceptiones in promptu eſſent probatæ, n. 26.
27 Statutum excludens exceptiones, non excludit defenſiones.
28 Inter exceptiones, & defenſiones conſtituitur differentia.
29 Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt aduerſus inſtrumentum, etiam ſtante ſtatuto, quòd aduerſus illud opponi non poſſit, niſi exceptio ſolutionis, ſiuè ſimulationis.
Quod procedit, etiam in Ciuitate Genuæ, nu. 33.
30 Exceptio non numeratæ pecuniæ antè lapſum biennij opponi debet, & nu. 37.
31 Exceptio ſimulationis eſt perpetua.
32 Debitor, quando poſſit carcerari, non obſtante exceptione non numeratæ pecuniæ, per ipſum oppoſita.
36 Exceptio non numeratæ pecuniæ aduerſus apocam bancariam verificatam, vel recognitam, non impedit debitoris carcerationem, & proindè debet ſe in vinculis conſtituere, vel facere depoſitum.
39 Dubia probatio non releuat probantem.
41 Exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita per viam præuentionis, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, an opponi poſſit aduerſus apocam bancariam verificatam, vel confeſſatam.
42 Deciſio in cauſa.

# Deciſio CXI.

Debitores vigore cedularum, ſiuè apocarum Nummularijs publicis directarum, eis recognitis, vel verificatis non poſſunt aliquam exceptionem proponere, nec audiri, niſi facto depoſito, vel in vinculis conſtituti, ac ſi eſſet inſtrumentum publicum liquidatum, ſecundùm formam *Ritus M.C.V.* vel obligatio penès acta incuſata, vt habetur ex *Pragmat. 63. nu. 6. de offic. Procurat. Cæſar.* Cùmq; Io. de Zeuaglios de mẽſe Iunij 1636. duas feciſſet apocas in beneficium Io. Philippi Salutij, vnam duc. 8000. ſoluendam in fine menſis Octobris, aliã verò duc. 13000. ſoluendam in fine menſis Decembris eiuſdem anni, pro ſimilibus quantitatibus ab eodem Salutio receptis, vt vulgaritèr dicitur, *per altri tanti.*

Idem Zeuaglios debitor antequàm dies primæ ſolutionis cederet, in die 1. Septemb. inſtituit iudicium in M.C.V. contra d. Salutium, exponendo, apocas fuiſſe factas ſub ſpe futuræ numerationis, quę cùm non fuerat ſequuta, inſtabat pro reſtitutione illarũ, & fuerunt per Iudicem M.C.V. facta plura decreta, quòd creditor illas exhiberet penès acta, ad finem prouidendi, & fuit etiam ſuper d. inſtantia compilatus proceſſus, verùm quia interim ceſſerũt dies, tàm primæ, quàm ſecundæ ſolutionis, Salutius creditor in die 9. Ianuarij citare fecit debitorem ſuper apocarum recognitione, transmiſſis tãdem omnibus actis ad S.C. fuit dubitatum, ſi ſtante diſpoſitione d. *Reg. Pragm.* poterat
1 admitti d. exceptio non numeratę pecunię, quæ oppoſita reperiebatur per d. debitorẽ.

Dicebat debitor, quòd ipſe obtinere debebat in exceptione prædicta per ipſum
2 oppoſita, quia ea admittitur etiam aduerſus inſtrumentum publicum, & liquidum, quod paratam habet executionem, *Carau. in Rit. M.C.V. 127. nu. 6. Pand. de præſent. inſtru-*

Digitized by Google

inſtrument. in 5. part. declarat. 15. Cauenſ.
in Rit. 160. nu. 19. Franc. Anton. de ind. Ro-
ber. de liquid. inſtrument. conſid. 4. num. 57.
Rebuff. ad Conſtitut. Gall. tom. 1. in tract. de
chirogr. n. 10. Paſchal. de vir. patr. pot. par. 1.
cap. 8. n. 86. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 110. n. 5.
& idem Afflict. in Conſtitut. Regn. Cauſas
per Magiſtros, nu. 3. nàm quàmuis per ſta-
3 tutum omnes exceptiones excludantur, ta-
men non intelligitur de iſta exceptione nō
numeratæ pecuniæ, Cyn. in l. in contracti-
bus, C. de non num. pec. & alij per Graſſ. ex-
cept. 43. in princ. Quod ampliatur, quàmuis
4 ipſi fuiſſet renunciatum, ſecundùm Bald. in
d. l. in contractibus, Scribentes in l. ſi ex cau-
tione, C. eod. tit. Alex. qui de communi te-
ſtatur conſ. 35. lib. 1. Couar. lib. 1. variar. re-
ſolut. cap. 4. n. 3. & alij per Graſſ. d. exception.
43. ſub nu. 6. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 9.
vbi de communi etiam teſtatur, & DD. col-
ligit, quod etiam probari videtur per Zan-
ger. de except. par. 3. cap. 14. qui nu. 4. tantùm
5 in quatuor caſibus, eam non opponi poſſe
tradit, primò in caſu depoſiti, ſecundò in
Exactoribus tributorum, vectigalium, ter-
tiò in Principe, quartò in Marito, qui poſt
promiſſionem ipſi factam in capitulis ma-
trimonialibus, confitetur, dotèm promiſ-
6 ſam recepiſſe, nec tali exceptioni renuncia-
ri poſſe, habetur ex Mantic. de tacit. & am-
big. conuent. lib. 18. tit. 3. tom. 1. ex doctrina
Salyc. in d. l. ſi ex cautione, nu. 12. C. de non
7 num. pec. nè detur occaſio delinquendi, l. ſi
vnus, §. illud, ff. de pactis, & dat rationem
Bald. in d. l. ſi ex cautione, n. 9. eadem enim
facilitate, qua quis inducitur ad recepiſſe
confitendum, ſub ſpe futuræ numerationis,
8 eadem etiam inducitur ad renunciandum,
Bertazol. clauſ. 32. gloſ. 3. & hanc opinio-
nem communem dixit Corn. conſ. 293. n. 7.
Aretin. Inſtit. de liter. oblig. in princ. quod
9 etiam ampliatur, quàmuis renūciaſſet cum
iuramento, quia adhùc opponi poſſet, ob-
tenta tamèn priùs ipſius abſolutione, Se-
raph. de priuil. iuram. priuil. 60. nu. 2. idem
Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 18. tit. 4.
Mancin. in tract. de iuram. p. 4. effect. 155.
nu. 5. Graſſ. qui alios affert de except. d. ex-
cept. 43. ſub num. 12. Maſcar. de prob. concl.
695. n. 14. & hæc exceptio procedit, nedùm
10 de iure Ciuili, ſed etiàm de iure Canonico,
Capell. Tholoſ. dec. 419. Ricc. collect. 1177. &
250. latè Gratian. dec. 165. Bertaz. in d. clauſ.
32. gloſ. 1. nu. 7. vbi, quòd etiam procedit de
11 æquitate, & in foro Mercatorum, Marſil.
ſing. 277. Stracc. de mercat. tit. quemad. in
cauſ. mercat. proced. ſit, ſub capit. de excе-
ption. num. 9. & num. 13. idem Bertaz. dixit,
12 quòd cautè agere debent creditores, nè
confidant confeſſionibus debitorum, qui-
bus mutuo dant pecunias, ſed faciant con-
ſtare de actuali numeratione in contractu.

Et eadem quoq; ratione poteſt talis ex-
ceptio opponi aduerſus obligationem fa-
13 ctam penès acta, calore iudicij, vt habetur
ex Bernard. Pand. de præſent. inſtrum. in
d. par. 5. declar. 15. Afflict. in d. Conſtit. Re-
gni, incipien. Cauſas per Magiſtros, nu. 14.
Paſchal. de vir. patr. pot. d. par. 1. cap. 8. n. 87.
Viſcont. in ſuis concluſ. in verbo exceptio
non numeratæ pecuniæ, vbi pleniſſimè de
materia, & deciſum refert Thor. in S. C. in 3.
par. Compend. in verb. exceptio non nume-
ratæ pecuniæ an opponi poſſit, & ſic etiam
14 aduerſus quamlibet ſcripturam priuatam,
recognitam; & publicam, Affl. vbi ſuprà,
nu. 13. & aduerſus literas cambij, quæ in
15 Regno paratam habent exequutionem, ex
Prag. 1. §. 5. de liter. camb. vt poſt Afflict. in
loc. ſuprà cit. num. 11. habetur ex eodem
Paſch. d. loco, ſub num. 76. Scacc. de comm. &
camb. §. 2. gloſ. 8. nec confeſſio de recepto
16 arguit pernecesſè verum actum numera-
tionis, Amat. deciſ. Ferrar. 54. nu. 7. Et tan-
17 dèm, quòd hæc exceptio opponi poſſit ad-
uerſus apocas Bancarias, habetur ex Fabr.
libr. 4. titul. 22. in ſuo Codice, diffinit. 7. Fon-
tanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 2.
nu. 31. Amat. d. deciſ. 54. quos refert, & ſe-
quitur Thor. in ſuis votis deciſiuis, vot. 2.
nu. 19. qui ità deciſum refert.

Hinc dicebat Io. de Zeuaglios, quòd cùm
apocæ dictabant, per altri tanti, confeſſio
18 illa, erat facta ſub ſpe futuræ numerationis
ex contractu mutui, in quo locum habet
exceptio prædicta non numeratæ pecuniæ,
l. publia, §. fin. ff. depoſit. l. generalitèr, C. de
non num. pecun. vbi glo. in verbo religionem,
& in d. l. ſi ex cautione, Maſcard. d. concluſ.
695. nu. 29. Graſſ. d. except. 43. n. 28. & quàm-
uis tàm creditor, quàm debitor hac exce-
ptione iuuetur, tamèn longiori tempore
poteſt debitor, quàm creditor illa vti, iſte
19 enim infrà triginta dies, ille verò infrà biē-
nium opponere poteſt, §. fin. Inſtit. de liter.
oblig. d. l. in contractibus, §. ſuper cæteris, C.
de non numer. pec. vbi Bald. & cæteri, Zan-
ger. de except. d. cap. 14. par. 3. nu. 26. vbi tra-
dit rationem differentiæ inter vnum, & aliū
caſum, Reg. Tapia deciſ. S. C. 34. Afflict. dec.
105. & 110. Seraphin. de priuileg. iur. d. priu.
60. Viſcont. in ſuis concluſionib. in d. verb. ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ, Oſasch. deciſ.
134. & ſic non poterat dubitari, ipſum in
tempore hanc exceptionem oppoſuiſſe, ex
ſuprà traditis, & in ſpecie aduerſus iſtam
confeſſionem de recepto, per altri tanti,
20 cōpetere exceptionem non numeratæ pe-
cuniæ, poſt Scacc. & Paſchal. tradit Io. Do-
min. Gaito in ſuo tract. de credit. tit. 8. cap. 2.
num. 2556.

Et quàmuis concluſio prędicta commu-
ni-

21 niter limitetur, vt non habeat locum inter
Mercatores, *Abb. in cap. peruenit, de fid. in-
ſtrumentor. Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 110.
nu. 6. Bertaz. d. clauſ. 31. gloſ. 1. n. 7. Tuſchus
concl. 418. litera B. n. 10. Graſſ. d. exception.
43. num. 22.* & eſt *gloſ.* ſingularis in *nouell. 4.
c. 3.* quam refert, & ſequitur *Zanger. d. c. 14.
par. 3.* ſub *nu. 54.* poſt *Iaſon. & Dec. in l. qui
pecuniam, nu. 6. ff. ſi cert. pet. & l. ſi literas,*
vbi *Salycet. & Caſtr. C. mandat. Pariſ. conſ.
69. nu. 1. vol. 3. Socin. in reg. 27. limit. 5. Vue-
ſembecc. conſ. 31. nu. 23. vol. 1.* & alij allegati à
*D. Reg. Tapia in d. deciſ. S. C. 34.* tamen hæc
opinio eſt controuerſa, contrarium enim
22 tenuit *Andr. Fachin. in lib. 2. controu. iur.
cap. 86.* poſt *Benuenut. Stracc. de mercatur.
in d. tit. quemad. in cauſ. mercat. procedend.
ſit, nu. 9.* ſub *capit. de exception.* & dat ratio-
nem, quia hæc literarum obligatio, ex Mer-
catoribus originẽ traxit, vt explicat *Alciat.
in d. l. qui pecuniam, nu. 8. ff. ſi cert. petat.* &
ideò conſequens eſt, exceptionem ex eodẽ
fonte ortam cenſeri, ſecũdò, quia ratio, quæ
traditur, quòd inter Mercatores proceda-
tur de bono, & æquo, *Rot. Genu. deciſ. 26.
nu. 4.* ab æquitatis ratione non eſt à Mer-
catoribus aliena, cùm æquitas non patiatur,
let, vt qui non numerauit, exigere audeat.

Verùm pro Io. Philippo Salutio diceba-
tur, ſupradicta omnia ceſſare in hoc caſu, in
quo ex diſpoſitione *Reg. Pragm.* non exclu-
ditur debitor, exceptiones opponere, ſed
admittitur ad eas opponendum, cum qua-
litate tamẽn, vt facto priùs depoſito, vel
debitore in vinculis conſtituto opponat,
tunc enim iuſtum dicitur ſtatutum, quia
non in ſpecie, ſed in genere remouet exce-
23 ptiones, & non in totum, ſed ad tempus,
hoc eſt, poſt factum depoſitum per debito-
rem, vel eo in vinculis conſtituto, ità in ter-
minis poſt *Suar. in l. poſt rem iudicatam,
in declaratione legis Regni Aragoniæ 2. par.
num. 1. & 2.* tradidit *Seſe de inhibit. cap. 5.
§. 8. n. 40.* quod meliùs declarat *nu. 77.* nam
magna eſt differentia, quòd per legem, vel
ſtatutum remoueantur exceptiones, vel
quòd ſtatuatur terminus ad eas proponen-
dum, ſeù modus eas probandi modificetur.

Inſupèr, in d. *Reg. Pragm.* dicitur, quòd
non poſſit audiri debitor, vigore apocæ
24 Banci, niſi facto depoſito in publico Ban-
co, vel eo conſtituto in vinculis, ac ſi eſſet
publicum inſtrumentum liquidatum via
*Ritus*, qui eſt *Ritus 166. M. C. V.* & licèt *d.
Reg. Pragm.* loquatur de apoca recognita,
in caſu, de quo agebatur debitor fatebatur,
eſſe ſuam, ſed negabat, recepiſſe pecuniam
ibi confeſſatam, & procedere d. *Pragmat.*
nedùm in apoca recognita, verùm in eo
caſu, quo per Iudicem fiunt præcepta, quòd
recognoſcat, & in eius contumaciam de-
cernitur, quòd habeatur pro facta, prout
deteriùs, habetur ex deciſione S. C. relata
per *Franch. deciſ. 502.* quod etiam compro-
batur ex *deciſ. 208. nu. 1. Rota Genua, Rouit.
in d. Prag. 63. de offic. proc. Caſ. nu. 32. et 33.*

Si verò attendimus diſpoſita in d. *Ritu*
circa liquidationem inſtrumenti, ad quem
25 *Reg. Pragm.* ſe refert, quærit *ibi Carauita, in
6. quæſt. nu. 57.* quæ exceptiones impediant
inſtrumenti liquidationem, & licèt *Graui-
nenſ. in d. Ritu* teneat, nullam exceptionem,
etiam in promptu probatam impedire poſ-
ſe debitoris carcerationem, attamen ipſe
contrarium tenet, ſcilicèt, quòd quælibet
26 exceptio in promptu probata impediat in-
ſtrumenti liquidationem, ex quibus dedu-
citur, quòd ſi debitor vellet impedire liqui-
dationem, & carcerationem ex ſola oppoſi-
tione exceptionis, pecuniam non fuiſſe ſibi
numeratam, quòd non impediret liquida-
tionem, ſi verò in promptu probaret, non
fuiſſe ſibi pecuniam numeratam, & tunc nõ
poſſet procedi ad ipſius inſtrumenti liqui-
dationem, ad quod ponderantur illa verba,
*in promptu probata*, non ergo poteſt habe-
re locum, quando tantùm fuit oppoſita, &
ratio eſt in promptu, quia ſtatutum exclu-
27 dens exceptiones, non videtur excludere
defenſiones, vt per *Felin. & Dec. in cap. ex
parte, il 2. nu. 21. de offi. & poteſt. iud. deleg.*
Exceptiones enim propriè, & verè dicun-
28 tur, quæ actiones excludunt, defenſiones
verò, quæ ipſo iure actiones perimunt, *Spe-
cul. in tit. de except. §. 1. Seſe in d. cap. 5. § 8.
n. 10.* & ſic erit intelligendus *Aſin. de ordin.
iudicior. §. 31. cap. 54. & Menoch. lib. 2. præ-
ſumpt. 48. num. 5.* Hinc dixit *Bald. in l. ſi ſub
ſpecie, C. de poſtul.* & eum refert, & ſequitur
*Seſe in loco* ſuprà citato, *nu. 23.* quòd ſi per
ſtatutum cauetur, quòd contra inſtrumen-
29 tum confeſſionatum non poſſit opponi, niſi
exceptio ſolutionis, vel ſimulationis, quòd
non poterit opponi exceptio non numera-
tæ pecuniæ. Ratio eſt, quia hæc exceptio nõ
eſt propriè ſimulatio, quia eadem cauſa,
quæ præparatur, exprimitur in inſtrumen-
to, & ſic à principio nulla eſt ſimulatio, &
differt exceptio non numeratę pecunię à ſi-
30 mulatione, quia exceptio prædicta opponi
poteſt antè lapſum biennij, ſimulationis ve-
31 rò eſt perpetua, *Vital. de clauſ. in tit. de ſi-
mulat. nu. 8. Farinac. deciſ. 373.* ſub *nu. 49.
in poſthum. lib. 2.* & dixit *Bald. in d. l. ſi ſub
ſpecie, nu. 3. C. de poſtulan.* vbi, quòd exce-
ptio non numeratæ pecuniæ non eſt exce-
ptio ſimulationis, quia inter partes verè
contrahitur non numerata pecunia, licèt
efficacia non adſit illi contractui, niſi poſt
biennium.

Nec eſt nouum, vt procedatur ad exe-
quutionem, & carcerationem debitoris,
non

32 non obſtante d. exceptione, nàm hæc etiã
practicantur in obligatione ad formam Ca-
meræ, *Galleſ.ad form.Cam.oblig.ad quartã
par.*poſt 3.*par.n.2.in tract.tom.6.par.2.fol.*
356.*Mohedan.dec.*1. aliàs 31.& clariùs *dec.*
3.aliàs 80.ſub *n.2.& dec.6.* aliàs 285. *Ricc.
collectan.*2251.& ſic in praxi ſeruari abſquè
difficultate, dixit *Scac.de comm.& camb.§.
2.gloſ.*8.*num.*11.
Sic etiam in Ciuitate Genuæ, quando
agitur de exequutione vigore inſtrumenti,
33 ſtante ſtatuto, quòd non poſſit opponi, niſi
exceptio ſolutionis, vt in *lib.2.ſtatut.d.Ci-
uitatis, c.3.verſ.non poſſit,* non poteſt hæc
exceptio non numeratæ pecuniæ opponi,
vt per *Scacc.in loc.*ſup.cit.*nu.9.*
Nec etiam d. exceptio poteſt opponi in-
34 ter Mercatores, vt ſuprà, ex magis commu-
ni opinione fuit fundatum, quicquid dicãt
*Stracc.& Fachin.* vt per *Rot.Genuenſ.dec.*
26.ſub *n.*4.Et quàmuis hęc exceptio poſſit
opponi aduerſus literas cãbij, vt ſuprà fuit
dictum, tamen ſi in literis dicatur, *per la va-
35 luta hauuta de contanti,* quod idem ſonat,
ac ſi dixiſſet, *per altri tanti*, quia per d.di-
ctionem dicitur probata ſolutio, hæc ex-
ceptio opponi non poteſt, *Rot.Genua deciſ.*
44.*in fin. Scacc.vbi ſuprà.*
Quod tantò magis hìc procedere, dice-
batur, quia debitor non negabat, apocas
fuiſſe ſua manu ſubſcriptas, immò illas fate-
batur, dicebat tamèn, quòd fuerunt factæ
36 ſub ſpe futuræ numerationis, quo caſu nul-
la admitti poteſt exceptio, niſi priùs facto
depoſito, vt fuiſſe pluriès iudicatum, & tan-
dèm, iunctis quatuor Aulis confirmatum
refert *Rouit.in d.Pragmat.*63.ſub *n.*51.vbi,
quòd antequàm ſit factum depoſitum, non
admittatur, neq; exceptio declinatorię fori.
Vlteriùs dicebatur, quòd tempora non
largiebantur ad hanc opponendã exceptio-
37 nem, cùm in contractu mutui biennium
concedatur, *d.l.in contractibus, C. de non
numer.pecun.*ſed hìc de mutuo non tracta-
batur, illa enim verba, *per altri tanti*, non
38 cõcludunt pernecesſè mutuũ, cùm poſſint
ad alios etiam contractus adaptari, prout in
iſto caſu prętendebat Io.de Zeuaglios, ipſũ
feciſſe apocas pro totidem recipiendis ab
Illuſtr. Marchione de Villafranca, & eius ef-
fectibus, & dubia probatio non releuat pro-
39 bantem, *cap.in præſentia, de probat.l.nequè
natales, C.eod.titul.*ſicuti in ſimili dicitur,
quòd illa verba, *hò hauuto io Pietro*, non
40 concludunt pernecesſè receptionem pe-
cuniarum, ſed vel receptionem literarum,
vel aliud ſimile, *Rot.Genua d.dec.*26.*n.7.*
Quibus ſtantibus dicebatur, non obſtare
deciſionem S.C. relatam per *Thor.in 3.par.*
ſui *compend.* in cauſa Scipionis Palombæ,
quia loquitur in eo caſu, in quo formitèr
erat facta præuentio, quæ dicitur formitèr
facta, præſtita cautione de ſoluendo debi-
tum, & pœnam, iuxtà *Pragm.*1.*de præuent.
moder.*vbi etiam *Rouit.*& adeſt *Rit.M.C.V.*
189. de qua etiam loquitur *Franch. in dec.*
670. nec d.*Thor.*potuit ſcire, ex quibus in
d.caſu motum fuerit Sacrum Cõſilium, cũ,
vt aliàs dixi, hoc non poſſunt ſcire, niſi Iu-
dices, qui in deciſione interuenerunt, immò
ipſe idem in alia cõſimili cauſa in *eod. verb.
& eod.libro* dicit, fuiſſe per idem S.C. deter-
minatum, eſſe faciendum depoſitum, & ſic
etiam, ſtante præuentione facta in apoca
Banci, quia erat præiudicialis deciſio, non
fuit alitèr caſus deciſus, ſed datus terminus
in cauſa, ſalua prouiſione facienda in qua-
cunq; parte iudicij circa exequutionem, vt
per *Regent.Tap.de iur.Regn.libr.3.titul.de
apoc.nu.4.* prout etiam fuit practicatum in
hac cauſa, in qua quàmuis S. C. inclinaſſet
in opinionem, quòd exceptio prædicta non
41 erat admittenda, niſi facto prius depoſito,
ſeruata forma *Reg.Pragm.*tamen quia plu-
ra in facto concurrebant, & ſi enim formi-
tèr non fuiſſet facta præuentio, attamen an-
tequàm ceſſerat dies ſolutionis, erat iam in
M.C.V. compilatus proceſſus pro reſtitu-
tione apocarum, & erat per plura decreta
ordinatum, vt exhiberet creditor apocas
penès acta. Inſupèr, dùm cauſa in S.C. tra-
ctabatur, in Aula fuerũt præſentatæ ſcriptu-
ræ, ex quibus certo modo apparebat, pecu-
niam verè nõ fuiſſe numeratam, ſed erat ad
d.de Zeuaglios peruenienda ex effectibus
d.Illuſtr.Marchionis de Villafranca, quæ ta-
men ob aliqua impedimenta, minimè per-
42 ueneriat. Ideò die 4.Maij 1637.fuit dictum,
viſis ſcripturis de nouo pręſẽtatis in S.C.ex
cauſis in eo diſcuſſis, infrà quatuor dies au-
diantur Partes, quàmuis enim fuiſſet iàm
compilatus proceſſus, nunquàm apparebat
creditor citatus, niſi domi, & aduerſus ſcri-
pturas de nouo præſentatas cõpetebat de-
fenſio, penès Actorũ Magiſtrũ Iadoniſium.

## OBSERVATIO
## In Deciſione CXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio non numeratę pecunię non admit-
titur ad impediendam exequutionem apo-
cæ Banci, niſi facto depoſito, iuxtà* Reg.
Pragm.63.cap.6.de offic.Proc.Cæſar.
*Contrarium, num. 4. ſed attenta prima opi-
nione limita, vbi conſtat aliqualitèr, pecu-
niam non fuiſſe ſolutam, nu.2.*
3 D.Thor. in compend. deciſ. part.3. ſect.3.
verbo ſolutio literarum cambij, ſeù Ban-
ci *confutatur.*

5 *Ex-*

5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in quibus caſibus admittatur, & à quibus perſonis opponi poſſit, nu.6.7.8.*

6 *Creditor poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, communi debitori cõpetentem contra alios creditores, ratione ſui intereſſe, & ex perſona communis debitoris, & nu.7. ac 8. ſed tenetur facere depoſitum, vbi communis debitor ad illud adſtringitur, ſecundùm* pragm. 63. cap. 6. de offic. procur. Cæſar.

HAbemus cum D. meo hîc *nu.*41. S.R.C. inclinaſſe in determinando, exceptionem non numera-
1 tæ pecuniæ non eſſe admittendam ad impediendam executionem apocarum Banci, niſi facto depoſito, ſeruata forma *Reg. Pragm.* 63. *cap.* 6. *de offic. Proc. Cæſar.* verùm, quia reperiebatur compilatus proceſſus ad inſtantiam Ioann. Zeuagljos
2 Ducis Hoſtuni pro reſtitutione duarũ apocarum Banci, duc. 21000. cõtra Io. Philippũ Salutium, & in Aula S.R.C. tempore expeditionis cauſæ, erant præſentatæ nonnullæ ſcripturæ, ex quibus aliqualitèr apparebat, pecuniam non fuiſſe ſolutam d. Duci, ſed ad ipsũ perueniendã eſſe ex effectibus D. Marchionis Villę franchæ, quę tamen ob aliqua impedimenta ad ipſum non peruenerat, ideòq; die 4. Maij 1637. fuit per S.R.C. deciſum, quòd viſis ſcripturis de nouo præſentatis in d. S.R.C. ex cauſis in eo diſcuſſis, infrà quatuor dies audiantur partes, vt legimus *num.* 42. de qua deciſione meminit *D. Thor. in compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 3. *verbo ſolutio literarum cambij, ſeù Banci*, ſed
3 *ibi* etiam refert, in eadem cauſa per Collaterale Conſilium non fuiſſe admiſſam d. exceptionem non numeratæ pecuniæ, eò, quòd d. Salutius petierat in d. Collat. Cõſil. condemnari d. Ducem ad ſoluendum d. duc. 21000. & quàmuis fuiſſet oppoſita d. exceptio nõ numeratæ pecuniæ per ipſum Ducem, attamen fuit per Collat. Conſil. die 18. Nouembris 1639. condemnatus d. Dux ad ſoluendum d. Salutio d. duc. 21000. vnà cum intereſſe, referente *D. Regente Caſanate*, viro ex omni parte digniſſimo, qui ſuum diem clauſit in Ciuitate Barenſi hoc anno 1651. vndè de duobus conuincitur *D. Thorus*, primò, quòd cauſa prædicta nequaquàm tractari poterat in d. Collat. Cõſil. ſtante illius pendentia in d. S.R.C. ſecundò, quòd etiam ſi cauſa eſſet diuerſa ab ipſa relata per D. meum *hic*, non alitèr fuit denegata, ſed admiſſa exceptio non numeratæ pecuniæ; dùm enim ipſe refert, fuiſſe condẽnatum d. Ducem, neceſſe eſt, vt inuitus fateatur, fuiſſe impartitum terminum in cauſa, ac proindè, nullum fuiſſe factum depoſitum, dùm ſequitur cõdemnatio, ſi enim depoſitum factum fuiſſet, non vtiq; fuiſſet condemnatus d. Dux, ſed depoſitum liberandum eſſe d. Salutio, per Collater. Conſil.
4 ordinatum fuiſſet, verùm D. *Reg. Sanfel. deciſ.* 152. à *n.* 1. per 4. *lib.* 2. opinionem D. mei tuetur, vt admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ aduerſus apocam Banci recognitam, ac ità per S.R.C. ad relationem M.C.V. determinatum adducit *num.* 5. vbi debitor, qui in actu recognitionis apocæ Bãci oppoſuerat d. exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ, nõ fuit carceratus, ad creditorẽ enim ſpectat onus probandi numerationẽ.

Et licèt D. meus *nu.* 5. ex *Zanger.* dicat, in quatuor tantùm caſibus hanc exceptio-
5 nem opponi nõ poſſe, Tu adde alium, & ſic quintum caſum, vbi debitor ex interuallo confeſſus ſit debere, propter enim geminatam confeſſionem, hac exceptione non gaudet, vt probat, ac deciſum refert *D. Sanfel. ibid. nu.* 6. & confirmat De *Amatis deciſ. Ferrar.* 45. poſt *Affl. deciſ.* 236. *nu.* 3.

Illud tamẽ in hoc obſeruabis, quòd creditor poteſt hanc exceptionem non nume-
6 ratæ pecuniæ opponere aduerſus d. apocã Bancalem, factã ad beneficium alterius creditoris per communem debitorem, vt probatur in *l. pen. C. de non numer. pec.* vbi creditori mariti propter eius proprium intereſſe permittitur opponere d. exceptionem, marito communi debitori competentem, etiã marito inuito, & reluctãte, vt poſt *gloſ. Bald. Caſtr. & Salyc.* notat *Barboſa in l.* 1. *par* 8. *nu.* 17. *ff. ſolut. matrim.* latiſſimè *D. Gaitus de credito cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1760. cum *ſeqq. Acoſta de priuil. credit ad reg.* 1. *in præfat.* ſub *nu.* 98. *verſ. idq; clariùs, Manente deciſ.* 120. *nu.* 34. et magis in indiuiduo, quòd creditor debitoris poſſit op-
7 ponere d. exceptionem contra alios creditores, ratione ſui intereſſe, & ex perſona cõmunis debitoris, probat *text. in l. ſicuti, C. de non numer. pecu.* quem adducit *D. Gaitus ibid. num.* 1756. refert, & etiam ſequitur Doctiſſimus, ac ſemper laudandus *D. Salgadus in labyrint. credit. concurrent. part.* 1. *cap.* 40. *n.* 11. 12. & 13. qui non priùs, quàm hodie 6. Nouembris 1651. ad meas ma-
8 nus peruenit, creditor enim ratione ſui iuris, ac intereſſe, poteſt ſe iuuare eadem exceptione, debitori ſuo competẽte, vt fundat *D. Salgadus d. par.* 1. *cap.* 13. §. 2. *nu.* 24. *et d. cap.* 40. *nu.* 10. & faciunt per *nos* tradita *deciſ.* 30. *nu.* 17. & hoc caſu d. creditor facere tenetur depoſitum, opponendo d. exceptionem non numeratæ pecuniæ, vbi eius debitor ſi illã opponeret, facere teneretur; *prag.* enim 63. *cap.* 6. *de offic. Procurat. Cæſar.* licèt loquatur in debitore, non autem in creditore, tamen ad ipſum extenditur, vt in ſimili deciſum retulimus *deciſ.* 36. *nu.* 13.

*M. A. Gizzius.*

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

**Exceptio diuiſionis, vel cedendarum actionum, an, & quando obſtet creditori, qui portionem ab vno ex correis debẽdi exegit, eumq; quietauit.**

### SVMMARIVM.

1 *Creditor exigens pro virili ab vno ex correis inſolitũ obligatis, diuiſionem inducit.*
*Sed contrarium, num.* 10.
*Amplia, nedùm in vltima voluntate, ſed etiam in contractibus, nu.* 11.
*Item amplia, ſiuè à creditore fuerit ab vno petitum, ſiuè ab eo ſolutum, nu.* 12.
2 *Creditor recipiens partem ab vno ex inſolidum obligatis, cum commemoratione partis, ad ſolutũ ſpectãtis, videtur actionem diuidere, non ſolùm quòad ſoluentem, ſed etiã quòad alios, licèt eſſent mille, ratione taciti pacti, & nu.* 19.
*Sed intellige, vt nu.* 8.
*Contrarium, nu.* 20.
3 *Diuiſio inducitur ex receptione partis ab vno ex debitoribus, vbi alij debitores eſſent ſoluendo.*
4 *Exceptio cedendarum ab vno ex correis, cõtra creditorem opponi poteſt.*
*Intellige, vt nu.* 27.
5 *Liberato vno ex correis debendi inſolidum, liberatur & alter.*
6 *Solutio facta per vnum ex pluribus reis debendi, cæteros liberat.*
7 *Diuiſionis beneficium inter plures reos debendi, nõ eſt inductum iure* Digeſtorum, *ſed ex beneficio* Diui Hadriani.
8 *Exceptio taciti pacti de nõ petendo, locũ non habet, vbi reliqui correi non ſunt ſoluẽdo.*
9 *Beneficio diuiſionis renunciari poteſt.*
13 *Creditor non præſumitur, obligationi inſolidum velle renunciare.*
14 *Creditor eligens vnum ex correis ad ſibi ſoluendum, non cenſetur alios liberare.*
15 *Diuiſio, vel electio quãdo inducta dicatur.*
16 *Diuiſio inducitur ex receptione partis, abſq; proteſtatione.*
*Sed contrarium, nu.* 17.
*Limita, vbi ex coniecturis alitèr appareret, num.* 18.
*Intellige, reſpectu ſoluentis, & non aliorum, num.* 21.
*Limita, vbi creditor omnes correos pro portione ad vnumquenquè ipſorum ſpectante conueniret, n.* 22.
23 *Diuiſio, ad hoc vt inducatur, plura requiruntur.*
24 *Diuiſio nunquàm inducitur, vbi interuenit proteſtatio.*
25 *Creditor exigens ab vno ex pluribus correis ratam annui reditus, non cenſetur inducere diuiſionem reſpectu ſortis principalis, nec reſpectu illius annui reditus pro futuro tẽpore, immò nec pro illo anno.*
26 *Exceptio cedendarum dicitur prouenire ex natura contractus.*
28 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CXII.

EMerat in anno 1581. Iſabella vxor Marcelli Poerij à Carolo Monetio, & alijs quinque particularibus annuos duc. 98. pro capitali pretio duc. 980. pro quorum ſolutione omnes inſolidum ſe obligauerunt, deindè Marcellus in anno 1585. confeſſus fuit, ab eodẽ Carolo recepiſſe duc. 180. in computum capitalis, firmo remanente inſtrumento pro alijs duc. 800. pro quibus liberauit, & quietauit d. Carolum præſentem, & alios correos abſentes, & demùm in anno 1589. dicti Coniuges, mediante alio inſtrumento confeſſi fuerunt, nedùm recepiſſe dictos duc. 180. ſed alios duc. 267. pro tertijs decurſis, & illũ quietauerunt, & liberauerunt à remanenti quantitate, tùm capitalis, tùm etiam tertiarum decurſarum, & decurrendarum, & ampliùs pro cõſequutione dictorum duc. 267. ceſſerunt eorum actiones contra alios inſolidum obligatos, cum reſeruatione tamèn recuperandi ab illis intereſſe tertiarũ, ob retardatam ſolutionem, cum hac tamèn proteſtatione, videlicèt.

*Saluo tamèn, & in ſuo robore, & efficacia permanente inſtrumento prædicto cum ſuis clauſulis contra alios inſolidum obligatos, tùm ratione ſortis principalis, tùm ratione cenſuum decurſorum, tùm etiam intereſſe ex cauſa earundem tertiarum debiti,* & deindè ſequitur, *ità vt, quòd per præſentẽ contractum reſpectu aliorum inſolidum obligatorum, tàm pro dicta ſorte principali, quàm pro cenſibus, & intereſſe dictorum cenſuum, non intelligatur facta aliqua nouatio, ſed remaneat, in eius robore, & efficacia pro alijs obligatis.*

Cùmq; poſteà pro tertijs poſteà maturatis eſſent per Creditores inſtituta plura iudicia, tàm in Ciuitate Tabernæ in Prouincia Calabriæ vltrà, quàm etiam in M. C. V. contra alios inſolidum obligatos, introducto poſteà negotio in S.C. per dictos Conuentos duo opponebantur, & primò, quòd ex illa exactione facta ab vno ex correis, erat inter omnes debitores inducta diuiſio, ſecundò, quòd cùm dicti Coniuges quieta-



Digitized by Google

uerint correum, eis obſtabat exceptio ce-
dendarum.

Quòad primum dicebatur, quòd quo-
tieſcunq; creditor plurium debitorum in-
1 ſolidum obligatorum exigit pro virili, vi-
detur diuidere inter eos actionem, & indu-
citur debiti diuiſio, ex *tex. in l. ſi creditores,*
*C. de pact.* quod procedere, etiam quando
creditor egerit pro virili contra omnes de-
bitores, quia etiam diuiſio debiti inducere-
tur, deciſum fuiſſe per S.C. habetur ex *Affl.*
*dec.* 142. quando tamen alij eſſent ſoluendo,
ſequitur *Anton. Faber* in ſuo *Codice lib.* 8.
*titul.* 27. *de fideiuſſ. diffin.* 7. *Thoming. deciſ.*
*Lipſia* 47. & eſt etiam *text. in l. fin. C. de fi-*
*deiuſſ. Ann. alleg.* 3. *Rendell. de iure prothom.*
*in verbo Emphyteuſis, n.* 12. *Ricc. collect. dec.*
1053. Ratio autem traditur à *Mantic. de*
*tacit. & ambig. conuent. lib.* 15. *tit.* 5. *num.* 3.
quia qui diuidit, à forma integralis obliga-
tionis recedit, *l. cùm plures, §. lege dicta, ff.*
*locati, l. liberum, C. de fideiuſſ.* quod certiſſi-
mum eſt in eo, qui partem recipit, cum cō-
memoratione partis, quæ ad ſoluentē ſpe-
2 ctat, quia ratione taciti pacti videtur diui-
dere, non ſolùm quòad ſoluentem, ſed etiā
quòad alios, etiam ſi eſſent mille debitores,
& illa diuiſio prodeſt & alijs debitoribus
abſentibus, vt ex argumento *text. in d. l. ſi*
*creditores,* & *ibi Bald. n.* 2. & 3. *C. de pactis.*
& ex alijs hoc tradidit idem *Mantic. de ta-*
*cit. & ambig. d. lib.* 15. *tit.* 5. ſub *nu.* 5. *in verſ.*
*quartus eſt caſus,* ſic in propoſito receperūt
Iſabella, & Marcellus coniuges portionem
ſuam à Carolo, & alij debitores obligati
3 erant omnes ſoluendo, meritò inter eos,
quamuis inſolidum obligatos, fuit inducta
diuiſio, *Petr. Garz. dec.* 100. *Cepoll. in cautel.*
*penult.*

Secundò dicebant Conuenti, quod qua-
tènus prædicta non procederent, quòd di-
ctis actoribus obſtabat exceptio cedenda-
rum, nàm quàmuis plures rei debendi eſsēt
reſpectu creditoris inſolidum obligati, ità
vt à quolibet ipſorum poſſit creditor ſoli-
4 dum exigere, tamen vno ex correis libera-
to per creditorem, poteſt alter aduerſus ip-
ſum opponere exceptionem cedendarum,
per *text. in l. Stichum, §. penult. ff. de ſolut.*
cum concordant. *Franch. dec.* 476. *in princ.*
vbi traditur ratio, quia quando vnus ex
5 correis fuit liberatus, non poteſt alter reli-
quum ſoluēs aduerſus alium correum, iàm
à creditore liberatum agere, & propterea ei
d. liberatio prodeſt, *Bart. in l. ex duobus, in*
6. *q. verſ. ad cuius intelligentiam, ff. de duob.*
*reis,* vbi etiam *Ang.* & ſolutio facta per vnū
6 ex pluribus reis debēdi, ceteros liberat, *l.* 3.
*in fin. & l. fin. ff. de duob. reis, §. penult. Inſt.*
*eod. tit. Bart. in auth. hoc ità, n.* 96. *C. de duob.*
*reis, Ronchegall. in l.* 3. *verſ. vtique, n.* 14. *eod.*
*tit. de duob. reis, Surd. dec.* 229. *num.* 21.

Quòad primum pro Actoribus diceba-
tur, quòd hoc diuiſionis beneficium de iu-
re *Digeſtorum* non erat introductum, quia
ſinguli inſolidum eo iure conueniri pote-
rant, quàmuis inſolidum non ſe obligaſſent,
7 dummodò pro vno, eodemq; debito eſſent
obligati, cùm id naturæ obligationis inſit,
*l. non rectè* 3. *§. vbi duo, ff. de duob. reis, & l.*
*reos, C. de fideiuſſ.* & ideò creditori liberum
erat, quemcunq; ex correis conuenire, ſi-
quidèm ſinguli inſolidum tenebantur, neq;
videbatur, ſuam actionem diuidere, etiam
ſi ipſum pro portione ſua conueniſſet, *d. l.*
*reos, in princ. & l. inter eos, §. cùm inter, ff. de*
*fideiuſſ. Imol. in l.* 2. *ff. de duob. reis, Mantic.*
*de tacit. & ambig. d. lib.* 15. *cap.* 5. *n.* 6. *Franc.*
*de fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 431. cum *ſeqq. Diuus*
verò *Hadrianus* hoc beneficiū diuiſionis,
inter correos, vel fideiuſſores introduxit, &
ideò creditor à pluribus fideiuſſoribus, vel
debitoribus cogitur, ſuam portionem pete-
re, §. 1. *in auth. de duob. reis, & auth. hoc ità,*
*C. eod. tit.* de qua *Epiſtola Diui Hadriani*
latè etiam *Bertaz. clauſ.* 40. *glo.* 2. & habetur
per *DD. in d. l. non rectè, & l. fideiuſſor, C.*
*eod. tit. l. inter fideiuſſores, & l. inter plures,*
*ff. eod. titul.* cum alijs concord. *Mantic. &*
*Franc. vbi ſuprà,* & hoc caſu, quàmuis ab
8 aliquibus portionem creditor exigiſſet, ta-
men ſi reliqui non erant ſoluendo, ad illos
regredi poteſt, quia exceptio taciti pacti de
non petendo, locum non habet, *Bald. in d. l.*
*ſi debitores, C. de pact. Paul. de Caſtr. in d. l.*
3. *ff. de duob. reis,* quia diuiſio non fit ex vo-
luntate creditoris, ſed ex neceſſitate legis,
& ideò diuiſio actionis non inducitur, ſtan-
te neceſſitate legis, concedentis pluribus
debitoribus beneficium diuiſionis.

Verùm, quia prædicto beneficio renun-
ciari poteſt, *gloſ. in d. auth. hoc ità, & in §.*
9 *fin. Inſtit. eod. tit.* immò ex conſuetudine
ſeruari ſolet, *Mantic. vbi ſuprà, nu.* 8. prout
fuerat in hac cauſa renunciatum, ideò di-
ſputabilis redditur articulus, an ſtante re-
nunciatione, exigendo ab vno, diuiſio indu-
catur, vt aduertunt *Piſtor. quaeſt. iur. lib.* 1.
*q.* 9. & *Koppen quaeſt.* 56. ſub *nu.* 17. & ideò
regulam poſt *Ronchegall. in d. l.* 3. *§. vbi duo,*
*ff. de duob. reis* conſtituerunt negatiuam, vt
10 non cenſeatur ex ſolutione facta per vnum
ex correis inducta diuiſio, ex *text. in l. ſi ex*
*toto, §.* 1. *ff. de leg.* 1. qui licèt videatur loqui
11 in vltima voluntate, vt habetur ex *gloſ. &*
*Bart. ibid.* attamen habere locum etiam in
contractibus, voluerunt *Cyn. Salyc. Caſtr.*
*Alex. Aretin. & Iaſ. in d. l. ſi creditores, in fi.*
*C. de pact.* & alij allegati à *Piſtorio in d. q.* 9.
*n.* 2. *Fab. coniect. iur. lib.* 12. *c.* 1. poſt *Afflict.*
*d. dec.* 142. quod procedere, tàm ſi à debito-
12 re fuerit facta ſolutio pro ſua portione, quā
ſi à

Digitized by Google

ſtà creditore fuerit ab vno ex correis peti- tum, habetur ex glo. Bart. & alijs in d. l. ſi ex toto, & ex Iaſ. in d. l. ſi creditores, vbi etiam Dec. & probat Afflict. d. deciſ. 142. & quamuis contradicat Thoming. d. deciſ. 47. nu. 15. tamen cum opinione Afflict. cõcurrit Koppen d. q. 56. num. 19. & Piſtor. vbi ſuprà, ſub num. 2. Fab. d. lib. 12. coniect. iur. cap. 1. non enim de facili præſumitur, creditorem ac-
13 quiſitæ obligationi inſolidum velle renunciare, l. cum de indebito, ff. de probat. l. capanus, ff. de oper. libert. & l. quæ dotis, ff. ſolut. matrim. quod pro abſoluto tradit Faber in loco ſuprà allegato, & hoc etiã fundat Roncheg. in d. l. 3. §. vbi duo, nu. 34. ff. de duob. reis, ex text. in d. l. reos, C. de fideiuſſ. vbi pluribus reis inſolidum obligatis pro partibus conuentis, non ſatisfaciente eo, contra quẽ
14 priùs fuerit actum, non prohibetur creditor contra alium agere, quia nullus electione liberatur, ſequitur Koppen d. q. 56. ſub nu. 17. & 18. vbi dat rationem, quia cùm creditor habeat debitores inſolidum obligatos, non cenſetur, hoc ius remittere, niſi expreſsè appareat, Rontheg. in d. §. vbi duo, nu. 31. ſed electione vnius debitoris reſpectu aliorum ſibi non præiudicat, niſi integrè ſit ſatisfactus, d. l. reos, & l. fin. C. de fideiuſſ. Caſtr. conſ. 397. in fi. lib. 1. Roncheg.
15 vbi ſuprà, num. 33. quod quidem, ſtante renunciatione pro abſoluto admittit Koppen d. q. 56. n. 23. vbi de communi teſtatur, tunc enim non videtur diuidere, ſed eligere, d. l. ſi ex toto, §. ſi ità, & ibi Bald. ff. de leg. 1. d. l. reos, C. de fideiuſſ. Mantic. d. lib. 15. tit. 5. n. 2.

Limitatur tamen regula prædicta à DD: pluribus modis; & primò, quando ab vno
16 tantùm ex correis portionem ſuam petat, abſq; proteſtatione prout ex text. in d. l. ſi creditores, poſt Bald. Salyc. Curt. & alios dixit idem Mantic. vbi ſuprà, nu. 4. & Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 5. nu. 40. in fine, licèt
17 limitatio prædicta ab omnibus non admittatur, Mantic. in d. lib. 15. tit. 5. ſub num. 4. verſicul. quartus eſt caſus, & impugnatur à Fabro in loco ſuprà citato, qui illam in vno
18 tantùm caſu admittit, quando creditor voluntatem ſuam, vel expreſſerit, aut non obſcuris indicijs declarauerit, quod tunc contingere poſſe, dixit, cùm ipſe partem petijt, vel accepit pro parte, & perſona conuenti, vel ſoluentis condebitoris, ſic intelligendo text. in d. l. ſi creditores, quod ea ratione diuiſionis factæ interpretationẽ inducit, quòd ſi pro reſiduo vrgeretur, qui iam pro parte,
19 & perſona ſua ſoluiſſet, vel conuentus eſſet, iam pro alio vrgeri videretur, ſequitur etiã Piſtor. d. q. 9. nu. 5. qui aliam addidit rationem, quia ſibi debet imputare creditor, vt ſolutioni factæ per vnum ex debitoribus, exprimendo, ſe pro rata ſuã ſoluiſſe, acquieuit, cuius etiam opinionis fuit Roderic. de ann. reddit. d. lib. 2. q. 5. nu. 40. in fin. licèt hæc opinio ſuos quoq; habeat contradictores, de quibus per eundem Piſtor. num. 6. vbi,
20 quòd hæc verba in ſolutione poſita non inducant diuiſionem, niſi alia concurrant, vt per Bellon. conſ. 44. & hoc pleniùs examinat Simon Vlricus Piſtor. Harthmani filius in addit. ad d. q. 9. & vnũ notabile addit, quòd
21 quamuis ex receptione pro portione ſua ab vno ex correis videatur diuiſio debiti inducta, tamen id reſpectu aliorum nõ procedere, dixit, quia nõ tam facilè dici poteſt, creditorem, qui ab vno ex pluribus correis partem accipit, cum cæteris, in ipſorum quoq; viriles pepigiſſe, videndus tamen Ioſeph Ludou. dec. Lucenſ. 21.

Limitatur etiam, & ſecundò, quando creditor omnes correos inſolidum obligatos,
22 pro portione, ad vnumquenque ipſorum ſpectante, conueniret, & ſuper hoc iudicio eſſet lis conteſtata, quia cenſetur, obligationem diuiſiſſe, Rip. in d. l. ſi ex toto, §. 1. n. 15. ff. de leg. 1. Koppen d. q. 56. ſub nu. 24.

Hinc dixit Vrſill. ad d. deciſ. Afflict. 142. quòd ad inducendam diuiſionem plura re-
23 quiruntur, & primò, quòd debitor ſoluat partem ſuam tantùm, & non plus; nec minus, vt poſt Angel. in d. l. ſi inter reos, §. 1. Alex. in d. l. ſi creditores, voluit Nicol. Bellon. d. conſ. 44. & poſt ipſum Petr. Garz. in deciſ. 76. ſecundò, quòd ſit ſolutio facta de ſorte, non de vſuris, tertiò, quòd non ſit dictum, ſaluo iure ſolidi, Cotta in memor. in verbo creditor habens, quartò, quandò omnes alij debitores eſſent ſoluendo, Iaſ. in d. l. ſi ex toto, §. ſi ità, quintò, vt non adſit in inſtrumento pactum, quòd vna via electa, altera non tollatur, & quòd poſſit variare toties, quoties, vſq; ad integralem ſatisfactionem, ad notata in l. ſerui electione, & ibi Iaſ. ff. de leg. 1. & ità obtinuiſſe, dixit Vrſill. in cauſa Iacobi Caſtaldi cum illis de Certione, de qua deciſione meminit etiam Ricc. in d coll. 1053. vbi etiam ſe ipſum allegat in Deciſ. Cur. Archiep. in dec 121.

In caſu autem, de quo agebatur ceſſabat primum requiſitum, quia Carolus Monetius ſoluit plus ſua portione, erant enim ſex obligati pro ſorte principali duc. 980. portio cuius debiti erat duc. 163. t. 15. per quemlibet, & tamẽ Carolus ſoluit duc. 180. & ſic plus ſua portione, ſecundò. dicti Coniuges receperunt tam d. capitale, quàm duc. 267. pro annatis decurſis, cum expreſſa proteſtatione, quòd remanere debuiſſet inſtrumentum in ſuo robore, & efficacia, cum omnibus ſuis clauſulis contra alios inſolidum obligatos, tàm pro ſorte, quàm pro cenſibus decurſis, & decurrendis, cum eorum intereſſe, & iterùm, quòd remaneat



Digitized by Google

d. inſtrumentum reſpectu aliorum obliga-
torum, abſq; aliqua nouatione, & ſic ſumus
in caſu, in quo expreſsè apparet de volunta-
te non diuidendi debitum, & nedùm non
reſultare poteſt tacitum pactum diuiſionis,
ſed expreſſum, quòd noluerunt aliquid in-
24 nouare, quãdo enim adeſt proteſtatio, tàm
*Afflict. in d. deciſ.* 142. quàm *Mantica in d.*
*lib.* 15. *tit.* 5. *Piſtor. Koppen*, & alij ſuprà alle-
gati, omnes concludunt, nullo modo diui-
ſionem fuiſſe inductam.

Dicebatur tandèm, quòd hec procedunt
reſpectu ſortis, non autem reſpectu tertia-
rum, quia per illarum exactionem ab vno
ex correis non inducitur diuiſio, *l. tale pa-
ctum, § poſt diuiſionem, ff. de pactis*, nec etiã
25 pro futuris annis diuiſio inducitur, niſi in
caſu, quo ità per plures annos fuerit exa-
ctum, vt præſcriptio inducatur, *l. qui ſemiſ-
ſes, ff. de vſur. Alciat. in d. l. ſi creditores*, C.
*de pact.* qui *num.* 7. ampliùs dicit, quòd nec
per penſiones illius anni, in quo ab vno ex
correis partem tertiarum recepit, diuiſio
inducatur, ſequitur *Roderic. de ann. reditib.*
*d. lib.* 2. *q.* 5. *nu* 40.

Quò verò attinet ad exceptionem cedẽ-
darum dicebatur, quòd quàmuis vera ſit
regula, quòd vno ex correis liberato per
creditorem, poterit per alium correum op-
26 poni exceptio cedendarum, vt habetur etiã
ex *Franch. deciſ.* 662. & quòd prædicta ex-
ceptio dicatur prouenire ex natura contra-
ctus, vt voluerunt *Bald. in auth. præſenti*,
*nu.* 4. C. *de fideiuſſ. Graſſ except.* 10. *nu.* 13.
vbi diffusè hanc exceptionem examinat, de
qua latè etiam per *Harthm. Piſtor. d. lib.* 1.
*q.* 48. *Hering. de fideiuſſor. c.* 27. *p.* 3. *Bertaz.*
*d. clauſ.* 40. *gloſ.* 4. *Koppen deciſ.* 51. tamen
27 reſponſio deſumebatur ex eiſdem clauſulis
reſeruatiuis, quia eò ipsò, quòd in actu libe-
rationis vnius ex correis creditor ſe reſer-
uauit actionem agendi pro reſtanti quanti-
tate contra alios correos, videtur, ſibi reſer-
uaſſe ius cedendi actiones, quia aliàs reſer-
uatio nihil operaretur, & ipſe priuaretur iu-
re ſuo, præter ſuam intentionem, prout ex
doctrina *Antonij de Alexandr. in l. niſi, ff. de
pact.* reſoluit *Afflict. deciſ.* 182. *nu.* 14. & ſic
decisum fuiſſe in S. C. refert *Franch. deciſ.*
476. *nu.* 12. & aliam eiuſdem S. C. deciſionẽ
affert *Rouit. deciſ.* 47. *Caualcan. deciſ.* 28.
*nu.* 68. *part.* 2.

Et proindè, cùm ex prædictis, & clauſu-
lis reſeruatiuis, & proteſtationibus videba-
tur reſponſum exceptionibus, tàm diuiſio-
nis, quàm cedendarum, oppoſitis per Con-
uentos. Die 26. Nouembr. 1638. fuerunt,
28 prædictis oppoſitionibus non obſtantibus
condemnati ipſi Conuenti ad ſoluendum
alios duc. 500. pro cenſibus decurſis, penès
Actor. Magiſt. S. C. de Spera.

# OBSERVATIO
## In Deciſione CXII.

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio debiti inter correos inſolidũ obliga-
tos, quãdo inducatur, et n.* 2. 3. 6. 7. 8. *et* 11.
4 *Præſcriptio an habeat locum in diuiſione
inducenda inter correos inſolidum obli-
gatos, & nu.* 5. *& an ſeruetur in noſtris
Tribunalibus, d. nu.* 4.
9 *Exceptio cedendarum actionum, an, et quã-
do obſtet creditori, & nu.* 10. *ac* 11.
12 *Exceptio contributi locum habet inter cre-
ditores concurrẽtes, æqualem tamen cau-
ſam habentes, ſi opponatur exceptio ce-
dendarũ, & ità deciſum adducitur, n.* 13.

PRimus iuris articulus in *hac deciſ.* di-
ſcuſſus, fuit, an creditor exigẽs par-
1 tem, ſiuè portionem ab vno ex cor-
reis inſolidum obligatis, ipſumq;
liberando inducat diuiſionem debiti, &
amittat obligationem ſolidi contra alios
correos, ad intell. *tex. in l. ſi creditores, C. de
pact.* vt habetur ex *num.* 1. 2. 3. 7. per tot. 25.
& D. meus concludit *nu.* 10. quòd regulari-
tèr non cenſetur inducta diuiſio, iuxtà *l. ſi
ex toto, §.* 1. *ff. de legat*, 1. & comprobat à
*nu.* 11. per *d. nu.* 25. limitat tamen D. meus
*nu.* 16. *& ſeqq.* vbi creditor à correo portio-
nem ſuam petijt, abſq; proteſtatione, vel ab
eo recepit ſolutionem, dictantem *pro ſua
rata*, quod paritèr voluit *Caſtr.* poſt *Alber.
in d. l. creditores*, per doctrinam *Bart. ibid.
Catell. Cotta in memoral. in verbo creditor
habens*, refert, & ſequitur *D. Garz. à Toleto
deciſ.* 100. & alijs relatis comprobat *D. Sal-
gad. in labyrint. credit. concurrent. part.* 2.
*cap.* 11. *nu.* 75.

Vt enim diuiſio inducatur, quinq; requi-
runtur, vt dixit D. meus *num.* 23. vt ſcilicèt
2 debitor ſoluat partem ſuam tantùm, ſecùs
verò, ſi plus, vel minus; tunc enim diuiſio nõ
3 inducitur, item, quòd ſolutio ſit facta de
ſorte, non de vſuris, regula enim *d. l. ſi cre-
ditores* procedit pro tertijs maturatis, vſq;
ad diem ſolutionis; ſed ceſſat reſpectu ſor-
tis, ſiuè capitalis, & tertiarum futurarum,
vt docuit *d. num.* 23. *&* 25. ac comprobat
*Lancell. Dec. in d. l. ſi creditores, verſ. ponde-
rant hunc text.* & *ibid. Alex.* ſequitur *Cen-
cius de cenſib. q.* 73. *nu.* 24. 25. *&* 26. *Amat.*
qui cateruam DD. cumulat *reſol.* 70. *nu.* 28.
*&* 29. *lib.* 2. *var. reſol. Grat. cap.* 359. *nu.* 13.
ac 14. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 5. *n.* 40.
4 quo caſu præſcriptio locum non habet, tot
enim requiruntur præſcriptiones, quot sũt
annualitates, *l. cùm acutiſſimi, §. in his, C. de
præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. Grat. ibid.* tantò
magis

Digitized by Google

magis, quia regularitèr noſtra Tribunalia
non admittunt præſcriptionem, vt tradit
*Amat. d. reſol. 70. nu.* 30. qui loquitur in pro-
prijs terminis; videndus, & ita deciſum te-
ſtantur in pluribus Europę Senatibus *Gui-
do Papa deciſ.* 406. *Boer. deciſ.* 336. *num.* 4.
*Gayll. obſer.* 83. *Minſynger. obſer.* 13. *cētu.* 3.
*Gratian. cap.* 480. *nu.* 1. & quatènus præſcri-
5 ptio locum obtinet, et illa prodeſt, etiam
alijs correis debendi, ſi credimus D. *Conſil.
Arias de Meſa lib.* 2. *var. reſol. cap.* 12. ſub
*nu.* 17. Item, quòd non ſit dictum, ſaluo iure
7 ſolidi, Item, quando omnes alij debitores
ſunt ſoluendo, ex *Iaſ.* quem *ibi* citat, contra-
rium tamen ſubſtinet *D. Salgad. in d. tract.
par.* 2. *c.* 12. *n.* 76. per *tex. in l. inter eos*, §. *cùm
inter*, *ff. de fideiuſſor*, & DD. *ibi* adductos,
8 vbi, quòd eo caſu pro rata cæteri cõfideiuſ-
ſores teneantur, & tandèm, quando in inſtru-
mento adeſt clauſula, *vt vna via electa, al-
tera non tollatur*, vel *quòd poſſit variare to-
ties, quoties, vſq; ad integralem ſatisfactio-
nem*, vel alia clauſula, *quòd electione vnius
ex debitoribus, ſemel, bis, ter, &c. Gratian. d.
cap.* 359. *num.* 24.
9 Secundus articulus fuit, an exceptio
cedendarum actionum obſtet creditori, qui
quietauerat correũ, ex dictis per D. meum
à *nu.* 4. 5. 6. tamen *num.* 26. concludit, quòd
licèt vera ſit regula, quòd exceptio prædi-
cta poteſt per alium correum opponi, quã-
10 do alius correus fuit per creditorem libe-
ratus, vt etiam comprobat *D. Merlin. de
pignor. & hypot. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 72. *nu.* 2. & 3.
quam concluſionem extendit in pluribus
caſibus à *n.* 5. vſq; ad 12. tamen fallit, quan-
do in actu liberationis vnius ex correis,
creditor reſeruauit actionem agendi pro
reſtanti quantitate contra alios correos,
tunc enim videtur ſibi reſeruaſſe ius ceden-
di actiones, alias enim d. reſeruatio nihil
operaretur, vt tradit *nu.* 27. aliaſq; limitatio-
nes adducit D. *Merlin. ibid.* à *nu.* 12. per 34.
11 & proindè, ſtantibus exceptionibus, tàm
reſpectu diuiſionis, quàm cedendarum, de-
ciſum refert *nu.* 28. fuiſſe conuentos con-
demnatos ad ſoluendũ tertias decurſas, op-
poſitionibus prædictis non obſtantibus.
Et dùm de exceptione cedendarum egi-
12 mus, obſeruabis, quòd quando concurrunt
plures creditores, æqualem causã habentes,
tunc habet locum exceptio contributi, ſi
opponatur exceptio cedendarum; ideòq;
ſi agens poſſideat bona, ſuper quibus pe-
titur ceſſio, cùm non valeat cedere, tene-
tur contribuere, nè locupletetur cum alie-
na iactura, ad quod facit ratio *text. in l.
cùm poſſeſſor, in fine, ff. de cenſib.* & ſentit
*Alex. in l. de die*, §. *fideiuſſor*, *ff. qui ſatiſd-
13 cogant.* & ità fuit deciſum per S. C. die 14.
* Iulij 1565. penès Secretarium, referente
D. *Conſil. de Curtis*, in cauſa D. Marchionis
Sancti Lucidi, cum Ioa. Franciſco Carafa
eius fratre.

---

## ARGVMENTVM.

# Petens exhibitionem librorum à Tutore, vel alio Adminiſtratore, an teneatur antè exhibitionem declarare, ſi vult, in totum, tàm in datis, quàm in acceptis, in dictis libris cõtentis ſtare.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutor, vel alius Adminiſtrator tenetur, nedùm librum rationum conficere, verùm illum Iudicis officio exhibere.*

2 *Confeſſio introitus non præiudicat, ſi non acceptetur exitus, & è contrà, & nu.* 6.

3 *Adminiſtrator non tenetur edere libros ſuę adminiſtrationis, niſi aduerſario declarante, ſe approbare partitas, tàm pro ſe, quàm contra ſe notatas.*

*Sed contrarium, nu.* 10. *&* 29.

4 *Minor, vel alius non poteſt ea, quæ ad eius validitatem in libro tutoris, vel curatoris, & ſimilium ſcripta ſunt acceptare, niſi etiam acceptet, quæ in eius detrimentum ſcripta reperiuntur.*

*Intellige, vt n.* 25. 26. *& ſeq.*

5 *Liber rationum recognitus, paratam habet exequutionem.*

7 *Connexa non poſſunt pro parte approbari, & pro parte non.*

8 *Partita introitus, & exitus, dicuntur connexa.*

9 *Liber ex neceſſitate officij confectus, eſt indiuiſibilis.*

11 *Ad hoc, vt quis librum rationum approbare teneatur, quæ concurrere debeant.*

12 *Negans, librum adminiſtrationis exhibere, præſumitur, malitiosè occultaſſe, ob quod in litem aduerſus eum iuratur.*

13 *Adminiſtratori neganti, rationum librum non confeciſſe, non eſt credendum.*

*Amplia, etiam ſi confiteatur, illum feciſſe, ſed amiſiſſe, nu.* 14.

*Amplia, quàmuis iuraſſet, illum perdidiſſe, num.* 15.

16 *Adminiſtratores, vel eius hæredes, & ſucceſſores non exhibentes librum rationum, in dolo eſſe præſumuntur.*

17 *Liber à tutore, vel curatore ſcriptus, non probat ad eius beneficium.*

*Intellige, vt nu.* 19.

18 *Occaſio*

Digitized by Google

18 *Occaſio delinquendi dari non debet.*
20 *Vnitas adminiſtrationis non facit, quòminus ſeparata ſint capitula, & n.22.*
*Declara, vt n.23.*
21 *Reſtitutio quoad certa capitula aduerſus ſententiam, non reſcindit eam in cęteris.*
24 *Adminiſtrationis libros editos, quando poſſit aduerſarius pro parte acceptare, & pro parte non.*
28 Franciſc. Marcus dec.60.p.1.*impugnatur.*
30 *Captioſis interrogatorijs non cogitur quis reſpondere.*
31 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CXIII.

1 TVtor, vel quilibet alius Admini-
ſtrator, nedum tenetur librum
rationum conficere, ſed Iudicis
officio ad illum exhibendum co-
gi poteſt, *l.1.§.officio*, vbi *gloſ.in verbo ra-
tiones, ff.de tutor.& rat.diſtrah.* vbi *Rayn.
Bart.*& cęteri *DD.Rota Genua dec.27.n.3.
Vueſembec.conſ.47.in princ.Gutierr.de tu-
tel.p.2.c.2.*& poſt ipſos *Reg.Rouit.deciſ.36.*
ſub *num.*5.cùmq; Michael Tizanus admini-
ſtraſſet tutelam Raymi Belli, ac etiam ſo-
cietatem olim initam inter d.Michaelem
cum patre d.Raymi, cuius ipſe erat etiam
hæres, inſtitit ipſe pro exhibitione libri, ex-
cipiebat tamen Horatius Tizanus, Michae-
lis filius, & hæres, quòd antè exhibitionem
debebat Raymus declarare, ſi intendebat
ſtare dictis libris, tàm pro partitis introitus,
quàm etiam pro partitis poſitis in exitu,
qua declaratione non facta, non poſſe ad d.
exhibitionem teneri, ad quod probandum
adducebatur doctrina *Ioan.de Platea in
l.1.in fin.C.de apoc.publ.lib.*10.*num.*9.vbi,
quòd partitæ introitus ſunt ità connexæ cũ
2 partitis expenſarum, vt non præiudicet cõ-
feſſio introitus, niſi acceptentur partitæ ex-
penſarum, & è conuerſo, ex *text.in l.cùm
quæritur, ff.de adminiſt.tut.*& ex *gloſ.in l.
Thais ancilla, §.libertatem, ff.de fideicomm.
libert.* quam ſequutus fuit etiam *Foller.in
pragm.5.c.5.n.17.in fin.& 18.de adminiſt.
Vniuerſit.* vbi quærit, an confeſſio, quæ fit
introitus, noceat, ſi non acceptetur exitus,
& tenet, quòd non, & ſic etiam è conuerſo,
*Reg.Rouit.*in eadem *pragm.5.nu.7.Franc.
Marc.dec.60.Delphinal.p.1.* qui in terminis
tenuit, quòd Adminiſtrator non tenetur
exhibere libros ſuæ adminiſtrationis, niſi
3 priùs aduerſarius declaret, ſi vult ſtare, tam
partitis ſcriptis pro ſe, quàm illis contra ſe,
quod eſſe ſummè notandum, dixit *Reg.Ro-
uit.vbi ſuprà*, idem probat *Bart.in l.quæ-
dam, §.nummularios, ff.de edend.* vbi etiam
*Angel.* ex *text.in l.publia, §.fin.ff.depoſit.*
latè etiam *Socin.in l.admonendi, num.129.
ff.de iur.iurand.*& alij longa ſerie adducti
per *Nicol.Genuam de ſcript.priuat.lib.4.de
libris rationum, c.1.n.7.& 71.& n.2.ſeq.n.4.*
Quod maximè procedit, quando agitur
de libro rationum integro inter eaſdem
perſonas, & pro eodem negotio, à Scriben-
te confecto, veluti in libro rationum Tu-
4 toris, vel Curatoris, Oeconomi, Depoſita-
rij, & ſimilium, tunc enim, ſi Minor, vel Do-
minus acceptat, quæ ad ſui vtilitatem ſcri-
pta fuerunt, tenetur etiam acceptare im-
penſas, & alia, quæ ad ſui detrimentum in
eodem libro ſcripta reperiuntur, prout ex
*gloſ.in d.l.publia, §.fin.ff.depoſ.* voluit *ibi
Abb.& Ioann.Andr.ad Speculat.tit.de
inſtrum.edit.§.nunc dicendum, in addition.
magna, Angel.in l.ſumptus, ff.de adminiſtr.
tutor.Raphael Cuman.conſ.136.Cardin.in
cap.cùm olim, de cenſib.Bellon.in comm.opi-
nion.lib.17.in verb.ſcripturam nimis ſolem-
nem, Viui.lib.1.commun.opinion.opin.249.
Eman.Suar.receptar.ſentent.in verb.ſcri-
ptura, Greg.Lopez in l.fin.tit.18.p.3.in glo.
in verb.decimus*, & poſt ipſos *Parlad.rer.
quotid.lib.2.cap.final.p.1.§.5.de Chirogr.
5 n.*20.vbi, quòd paratam debet habere exe-
quutionem, *Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.
1.caſu 93.num.*10.qui etiam alios allegat,
*Muños de Eſcobar de ratiocin.adminiſtr.
c.13.nu.10.Nicol.Genu.de ſcriptur.priuat.
lib.4.d.c.2.nu.23.Rota Genua dec.16.nu.7.
Scacc.de iudic.c.11.n.303.& 304.*quicquid
in contrarium voluerint *Abb.in conſ.36.in
fin.lib.2.& Alex.conſ.186.n.7.vol.2.*nàm
reprobantur à *Sola in Conſtit.Sabaud.tit.
de minor.& ration.diſtr.gloſ.3.n.13.in fin.*
& à *Menoch.Eſcob.Nicol.Genu.*& alijs ſu-
prà allegatis.
6 Eſtque de prædictis ratio, quia cùm liber
rationum, data, & accepta contineat, non
poteſt diuidi, vel ſeparari, *l.ſi quis ex argen-
tarijs, §.rationem, ff.de edend.*connexa enim
7 non poſſunt pro parte approbari, & pro
parte reprobari, *Bal.in l.1.C.de confeſſ.in 2.
oppoſ.Bart.in d.l.quædam, §.nummularios,*
latè etiam *Maſcard.concl.976.nu.79.Emi-
nent.Cardin.Tuſcb.tom.3.in verb.editionem
petens, concl.*42.& quòd partitæ introitus,
8 & exitus dicantur connexæ, idem *Tuſchus
tom.2.in verb.connexum, concl.625.nu.*11.
maximè, quando liber eſt ex neceſſitate of-
9 ficij factus, *d.l.ſi quis ex argentarijs, §.ſi ini-
tium, ff.de edend.Eſcobar vbi ſuprà, nu.*11.
ſequitur *Nicol.Genua in d.c.2.lib.4.nu.24.
Pacian.de prob.lib.1.c.26.nu.*19.cum *ſeqq.*
vbi plenè de materia.
Pro parte verò Raymi Belli replicaba-
tur, quòd ipſe nullo modo poterat omnia
10 in libro contenta acceptare, niſi illo priùs
exhibito, & per ipſum percunctato, non-
nulla

Digitized by Google

nulla enim poterant cōtra d. librum occur-
rere, nàm, vt dixit *Menoch. in d. caſu 93. nu.*
10. duo debent concurrere, ad hoc vt co-
11 gatur quis librum rationum approbare,
hoc eſt, fides Adminiſtratoris approbata,
*l. cùm quæreretur, ff. de adminiſtr. tutor,* & in
Adminiſtratore Reipublicæ eſt *tex. in l. Ca-
ius, ff. de vſur.* Alterum verò, quòd cōtineat
vnitatem, ſeù connexitatem negotij, *l. cùm
actum, §. plenè, ſi quid, ff. de negot. geſt.* & cū
ſequuntur *Eſcob. & Genu. in loc.* ſuprà alle-
gat. *Maſcar. de probat. d. concl. 976. nu. 79.*
In caſu verò prædicto Michael Tizanus ad-
miniſtrator erat mortuus, & idem Hora-
tius eius filius, & hæres negauit, & tunc etiā
negabat, librum prædictū habere, ſed quòd
ad eius notitiā certo modo erat peruentū,
penès quem reperiebatur, & quòd facta
priùs d. declaratione, librum ad finem exhi-
bendi recuperare intendebat, & ſic fides il-
lius reddebatur ſuſpecta, nàm ex iſta dene-
gatione libri oritur præſumptio contra Ad-
12 miniſtratorem, illum malitioſè occultaſſe,
& ideò aduerſus eum iuratur in litem, vt
poſt *Caſtill. in l. 27. Tauri, verſ. ad quar-
tum,* & alios dixit *Eſcob. de ratiocin. cap. 10.
nu. 1. & 2.* qui etiam ſubdit, quòd ſi Admi-
13 niſtratores negant, librum non confeciſſe,
illis credendum non eſt, *Strac. de mercat. 2.
par. nu. 68 Anchar. conſil. 316. & Rebuff. in
l. boues, §. intercedere, ff. de verbor. oblig.* vo-
luit, quòd ſi Adminiſtrator confiteatur, li-
brum rationum feciſſe, illum tamen perdi-
14 diſſe, adhùc ipſi credendum nō eſt, niſi caſu
fortuito illum amiſiſſe probet, ea ratione,
quia cùm Adminiſtratori ex officij ratione
pertineat, librum rationis conficere, & dili-
gentèr cuſtodire, ſemper præſumitur, illum
malitioſè occultaſſe, non verò perdidiſſe,
*Anchar. d. conſ. 316. n. 4. Socin. conſ. 159. n. 5.
lib. 2.* quod quidèm ampliat *ibid. Eſcob. n. 5.*
15 quàmuis iuraſſet, illum perdidiſſe, quia
quàndo quis rem aliquam tenetur cuſtodi-
re, non ſtatur eius iuramento, illam amiſiſ-
ſe, ſed neceſſarium caſum probare debet,
*Felin. in cap. accepit, de fid. inſtrum. Grat.
conſil. 23. nu. 10. Socin. d. conſ. 159. Baeza de
decim. tut. cap. 3. num.* 180. vbi ampliùs dicit,
quòd vbi liber rationum non exhibetur ab
Adminiſtratore, vel etiam ab eius hærede,
16 prout eſt caſus noſter, non ſolùm Admini-
ſtrator, verùm & eius hæres, vel ſucceſſor in
dolo eſſe præſumitur, *Alex. conſ. 74. num. 2.
lib. 7. & conſil. 64. & 65. libr. 4.* & alij per
*Eſcob. d. c. 10. n. 6.* vbi plenè.

Secundò dicebatur, quòd regularitèr li-
17 ber ſcriptus à Tutore, vel Curatore non
probat ad eius beneficium, vt poſt *Petr. de
Bellaper. & Cyn. in l. id, quod pauperibus,
& in l. ſi quis pro redemptione, C. de donat.*
voluerunt *Bart. Alex. Caſtr. Tiraq.* & alij
allegati à *Maſcard. d. concl. 976. n. 60. Nicol.
Genu. de ſcript. priu. d. lib. 4. cap. 1. nu. 6.* cum
*ſeqq.* & probatur ex *text. in l. inſtrumenta,
in l. rationes, & in l. exemplo, C. de probat. &
in l. 2. & fin. C. de conuenien. Fiſc. debit. lib.
10. & in l. nuda ratio, ff. de don.* & ſic etiam
*in cap. 2. extr. de fid. inſtr. & in clem. vnica,
§. 1.* vbi *gloſ. in verbo rationem, de vſur.* nè
18 detur ſcribētibus occaſio delinquēdi, *Tur-
nett. conſ. 20. n. 7. vol. 1. Hippol. Rimin. conſil.
132. nu. 20.*

Et quàmuis ex ſuprà traditis hoc limite-
tur in libro, inter eaſdem partes confecto,
19 veluti in libro Tutoris, vel Curatoris, ta-
men hoc eſt intelligendum in partitis con-
nexis, ſecus autem in ſeparatis, exemplum
traditur ab *Eſcobar de ratiocin. cap. 13. nu.
21. & 22.* quando Tutor in libro rationum
ſcribit, collegiſſe centum amphoras vini in
anno 1599. & in eodem libro poſteà ſcri-
beret, eodem anno in laborando vineas, &
in recolligendo vinum, ac dolia reparan-
da tantùm expendiſſe, non poteſt minor ac-
ceptare, quæ pro ſe faciunt pro introitu ex
pretio vini, & negare expenſas factas pro
recollectione, quia licèt expenſæ tempore
differant, tamen ab eadem cauſa, vel nego-
tio, ſiuè adminiſtratione dependent, quod
probatur in *l. tres tutores, §. indè, verbo ſe-
parari, ff. de admin. tut.* vbi dicit, laborem
colligendi ſegetes, & triturandi frumentum
eſſe adeò ipſi ſegeti iniunctum, vt minimè
ſeparari poſſit, *Aretin. conſ. 26. verſ. his bre-
uitèr, Gur. iun. conſ. 20. n. 23. Caualc. dec. 16.
nu. 19. par. 2.*

Non tamen vnitas adminiſtrationis facit,
20 quòminus ſeparata poſſint eſſe capitula,
quod probatur ex *l. etiam, §. ex cauſa, ff. de
minor.* vbi reſtitutio impetrata quòad certa
capitula aduerſus ſententiam latam in
21 cauſa tutelæ, non reſcindit eam in cæteris
capitulis ſeparatis, ad ipſam adminiſtratio-
nem pertinentibus, dat rationem *Eſcob. in
loco* ſuprà proximè allegato, nàm ſicuti in
vnica adminiſtratione tutelæ, vel alterius
22 adminiſtrationis plures, & diuerſi actus, ex
diuerſis cauſis contingere ſolent, vt emen-
do, vel mutuādo, & his ſimilia, ità abſurdum
eſſet dicere, quòd capitula facta de em-
ptione fundi eſſent connexa capitulis factis
de mutuo frumēti, ſub prætextu, quòd om-
nia ad vnicam adminiſtrationem pertineāt,
ex quibus concludit, quòd non ex eo ſolo
capitula connexa dicuntur, quòd ſub vno
generali iure adminiſtrationis tutelæ com-
prehēdātur, prout probat *Accurſ. in d. §. ex
cauſa,* & facit id, quod dixit *gloſ. in l. ſed &
cùm aliquis, ff. de neg. geſt.* vbi, licèt dicatur
vnica adminiſtratio, tamen, quia plures ſūt
actus, qui in adminiſtratione concurrunt,
non eſſet bona conſequentia, eſt vnica ad-
mini-

Digitized by Google

miniſtratio, ergo omnia capitula talis adminiſtrationis ità ſunt connexa, vt inſeparabilia cenſeri debeant, quo argumento vtitur Ludou. Rom. conſ. 346. ſub nu. 5. & Iaſon in d. l. admonendi, n. 106. verſic. qualitèr autem intelligatur, ff. de iur. iuran. quod ſatis perbellè explicat Pacian. de prob. d. lib. 1. c. 28. nu. 29. vbi ponit quæſtionem, an ex eo, quòd ſit vnica adminiſtratio, dicantur illius vnicæ adminiſtrationis capitula connexa, & relatis rationibus, & DD. authoritatibus, in cõtrarium facientibus, nu. 31. concludit, quòd veritas eſt, vt vnitas adminiſtrationis non faciat, quòminus ſeparata poſſint eſſe capitula, quod probat ex d. l. etiam, §. ex cauſa, & tandèm ſub nu. 33. concludit, quòd vera
23 huius quæſtionis ſolutio eſt, quòd aut loquimur de connexione in genere, & tunc omnia capitula poſſunt dici connexa, aut in ſpecie, & tunc capitula ſeparata dicuntur, quàmuis vnica ſit adminiſtratio, quam etiã diſtinctionem ſequutus fuit Eſcob. d. cap. 13. in fin. Nicol. Gen. d. lib. 4. cap. 1.

Rurſus dicebatur per d. Raymum, quòd
24 ipſe non tenebatur ſtare d. libro, niſi in capitulis omninò connexis, & inſeparabilibus, & quòd ſcripta in eis pro ipſis ſcribentibus ſint omninò veriſimilia; vt poſt alios declarat Tiraq. in præfat. l. ſi vnquàm, n. 53. de reuoc. don. Reg. Rouit. in d. prag. 5. nu. 8. de adminiſtr. vniuer. Ancharan. Rhegienſis lib. 1. q. 55. nu. 4. & q. 42. lib. 3. n. 51. & 52. Guid. Pap. q. 441. Boer. dec. 103. nu. 4. Menoch. d. caſu 93. nu. 60. Maſcard. d. concl. 976. nu. 79. innumeros colligit Nicol. Genua d. cap. 1. lib. 4. num. 56.

Secundò, id, quod dicitur, quòd ſtetur libro Tutoris, vel alterius Adminiſtratoris, etiam in his, quæ pro ſe faciunt, intelligi de-
25 bet, in ſummis paruis, non in magnis, prout probant DD. allegati ab eodem Maſcard. d. nu. 61. Benint. dec. 43. nu. 12. Rot. Bonon. Rip. in d. l. admonendi, num. 126. vbi etiam Coraſ. nu. 64. Paſeth. conſ. 190. nu. 8. Io. de Vimercato in l. 1. nu. 21. C. de edend. Borrel. conſ. 50. nu. 9. Riminald. iun. conſ. 52. nu. 153. Scacc. de iudic. cap. 11. num. 176. Maſcard. d. concluſ. 976. nu. 96. Genua vbi ſuprà, n. 66. qui nu. 68. dicit, quòd hæc eſt veriſſima limitatio, quicquid ſubtilitèr dixerit Bolognet. in d. l. 1. C. de edend. Quæ autem dicantur ſummæ magnæ, vel paruæ, remittitur Iudicis arbitrio, vt habetur per Scacc. in d. c. 11. nu. 295. de iudic.

Tertiò requiritur, quòd multa capitula
26 ipſius libri vera oſtendantur, vel per inſtrumenta publica, vel alitèr, & quòd liber in aliquo non poſſit de mendacio redargui, vt poſt alios docet Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 128. Pariſ. conſ. 90. num. 3. & 47. vol. 1. Maſcard. d. concl. 976. nu. 75. Rot. Roman. in nouiſſ. deciſ. 813. num. 15. par. 1. Maceraten. variar. reſol. lib. 2. capit. 19. & alij per Genu. d. lib. 4. cap. 1. nu. 44. cum plurib. ſeqq. quod Iudicis arbitrio etiam eſſe relinquendum, poſt Menoch. lib. 3. præſumpt. 63. nu. 10. dixit idem Genua nu. 52.

Quartò, debet liber continere data, & accepta, lucidè, & clarè, ſingularitèr, & ſpe-
27 cificè, Bart. in l. comperimus, C. de nauicularijs, lib. 11. Corn. conſil. 197. Borgnin. Caualcan. de tutor. & curator. num. 206. Maſcard. d. concluſ. 976. n. 63. cum ſeqq. item quòd contineat cauſam, idem Maſcard. nu. 64. & appoſitionem diei, num. 66. & quòd perſona ſit fide digna, nu. 67. Genua vbi ſuprà, nu. 91. & 92.

Quæ omnia nõ poſſunt videri, antequàm liber exhibeatur, & proindè, dicebatur, non poſſe adſtringi ad petitam declarationem antè ipſius libri exhibitionem, ex quibus ſa-
28 tis dubia reddebatur deciſio, relata per Franciſc. Marc. in d. deciſ. 60. part. 1. quia videtur, non poſſe iure fundari, quàmuis enim DD. ſuprà nu. 3. citati teneant, quòd ſtari debeat libro rationum, confecto per Tutorem, tàm in partitis poſitis ad damnũ ſcribentis, quàm ad ſui beneficium; tamen loquuntur in connexis, vt ſuprà fuit fundatum, non tamen dicunt, quòd antè exhibitionem ad interrogationem Adminiſtratoris debeat declarari, ſi intendit, ſtare dic-
29 to libro, & approbare eum in totum, & ideò Anton. Sola in Conſt. Sabaud. tit. 24. de libr. mercat. gloſ. 2. n. 5. ponit hanc quæſtionẽ, licèt Frãciſc. Marc. non alleget, & dicit, quòd ſibi videtur, quòd non cogitur reſpõdere, quia cùm ipſe veriſimilitèr ignorare poſſit, quid in eo cõtineatur, l. fin. ff. pro ſuo, eſſet interrogatorium captatorium, ſiquidèm, reſpondendo negatiuè, priuaretur cõmodo illius, ſi affirmatiuè, poſſet illaqueari, cùm certus eſſe non poſſit contentorum
30 in eo, & nemo cogitur reſpondere captioſo interrogatorio, gloſ. in cap. ſi poſt præfixum, in verb. rationabili, de confeſſ. lib. 6. Purpurat. conſ. 455. n. 51. neque reſponſio, quòd vult ſtare libro, prout iuris erit, eſt neceſſaria, tanquàm ſuperflua, & ideò Sola concludit, prædictam interrogationem omninò eſſe reijciendam, & Bonadill. politic. lib. 5. c. 4. n. 72. dicit, quòd in tantum exequi poſſunt partitæ introitus, & exitus, in libro Adminiſtratoris contentæ, in quantum ſint recognitæ.

Et proindè, die 27. Maij 1636. fuit per S. C.
31 ordinatum, quòd Tizanus cum effectu exhibeat libros, quibus exhibitis prouidebitur ſuper petita declaratione, penès Actor. Magiſtr. Simeonem.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO In Deciſione CXIII.

## *SVMMARIVM.*

1 *Tutor, & omnis alius Administrator, etiam ſi fuerit Frater, librum administrationis facere tenetur, ac paritèr, ſi non fuerit requiſitus, & de facto, iuris ordine prætermiſſa administrationem fecerit, n. 2.*
*Tutor, Curator, & alius Administrator in ratione administrationis reddenda, librũ computorum, ſcripturas, & alia exhibere tenetur, vſq; ad 30. annos, d. nu. 2. & 3.*
3 *Rationes administrationis vſq; ad 30. annos reddendæ ſunt, illo enim tempore elapſo non redduntur.*
4 *Rationes reddendæ ſunt in loco administrationis, etiam ſi ille, cui reddendæ ſunt ſit Ciuis Neapolitanus, n. 5. & ſic deciſum traditur, nu. 6.*
5 *Neapolitanus quando trahat, & non trahatur.*
7 *Baliatus de iure* pragm. Regni *durat per totum annum* 18. *ſed de iure* Conſtit. *durabat per totum annum* 15.
*Balius licèt teneatur rationes reddere, completa ætate annorum* 18. *feudatarij, limita in muliere nupta antè d. tempus, nàm contracto matrimonio, rationes reddere tenetur, num. 8. & ſic iudicatum adducitur, num. 9.*

1 NEdùm Tutor, ſed omnis Admini-
ſtrator, librum rationum confi-
cere tenetur, ac paritèr Iudicis
officio ad illum exhibendum
cogi poteſt, vt fundat D. meus *n. 1.* & pro-
bat etiam *Thomaſ. in tract. de tutor. & cu-
rator. tit. 13. n. 88. & ſeq.* etiam ſi fuerit Fra-
ter, ad tradita per *Monach. deciſ. Bonon. 64.*
vſq; ad triginta annos, quamuis non fuerit
requiſitus, vt ex *l. minimè, ff. de admin. tutor.*
docet *Perez Sigler. conſ. 15. n. 2.* vbi etiam
2 id procedere affirmat, & ſi de facto, ac præ-
termiſſo iuris ordine, bonorum pupilli, vel
alterius administrationem aſſumpſerit, ci-
tãs *Socin. conſ. 2. col. 1. & conſ. 24. col. pen.* &
alios *ibi* adductos, in cuius administrationis
ratione reddenda, Tutor, Curator, vel alius
Administrator exhibere debet inuẽtarium,
paritèr, & libros rationis, & administratio-
nis, & alia quãplurima, relata per *Rol. conſ.
49. à n. 18. vſq; ad 38. Gutierr. de iuram. con-
firmat. cap. 40. n. 18.* ipſiſq; relatis proſequi-
tur *Perez Sigler. d. conſ. 15. n. 3.* idemq; vo-
luit *Thomaſ. in d. tract. tit. 18. num. 112.* vbi
ampliationes, & limitationes tradit, elapſo
3 tamen d. tempore annorum 30. quilibet ip-
ſorum excuſatur, & liberatus cenſetur à d.
ratione reddenda; *Coſta Siculus conſ. 30.
nu. 48. & 49.* per tale enim tempus ius red-
dendi rationes administrationis præſcribi-
tur, *Ludouic. Bell. conſ. 124. num. 32.* ad quæ
autem teneatur, ſi requiſitus intrà d. tem-
pus non exhibuerit, tradit *Bagn. conſ. 6. à
n. 17. per 21. lib. 2.* ac etiam *Thomaſ. d. tit. 13.
n. 225. verſ. contra non exhibentem.*
Rationes autem quilibet ipſorum red-
4 dere tenetur in loco administrationis, *l. 1.
& 2. C. vbi de ratioc. Eſcobar de ratioc. c. 7.
n. 56. Berart. in ſpecul. viſitat. cap. 23. n. 190.
Gratian. dec. 180. D. Conſil. Carleual. tom. 2.
de iudic. diſp. 2. n. 168.* poſt *D. Nouar. de gra-
uam. vaſall. tom. 2. grauam. 26.* præſertim
*n. 2.* & ità deciſum refert in Cuſtode *Auen-
dan. de exeq. d. mand. c. 1. n. 16.* & in Tuto-
ribus *Gratian. d. dec. 180.* ac *D. Thor. in ſup-
plem. comp. deciſ. par. 1. verbo tutor,* & in
Aerario, ſiuè Camerario introituũ Baronis
Terræ Siciniani, deciſum tradit *Nouar. d.
grauam. 26. n. 1.* quod procedit, etiam ſi ille,
qui petit rationes administrationis, ſit Ci-
5 uis Neapolitanus, qui licèt trahat, & non
trahatur, vt per *Carau. in Ritu 301. num. 5.*
hæc tamen regula fallit in d. ratione admi-
niſtrationis reddenda, vt poſt *Eſcobar. Gra-
tian. D. Paſchal. D. Capibl. D. Thor. D. Ca-
put. D. Carleual.* & alios defendit *D. No-
uar. in praxi elect. & variat. fori, ſect. 4.
q. 34. n. 1. & per tot. & d. grauam. 26. nu. 3.*
ac 4. qui *d. q. 34. nu. 3.* ità fuiſſe practicatum
in Regia Dohana Menepecudum, & in Cu-
ria Archiepiſcopali Neap. teſtatur, & in
proprijs terminis priuilegij Neapolitanis
conceſſi, vt trahant, & non trahantur, illud
non procedere, quando Neapolitani cõtra-
hũt, vti Barones extrà Ciuitatem Neap. in-
ſignitèr probant *Capyc. deciſ. 59. Preccia de
ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. magni Cancell. nu.
33. Carau. d. Ritu 301. n. 7. verſ. limita primò.*
Ideòq; cùm D. Hieronymus Capycius
Neapolitanus inſtitiſſet in S.R.C. quòd Al-
6 phonſus Policaſter, & alij, qui fuerũt eius
Aerarij, ſiuè Camerarij, Caſtellani, & Cam-
berlinghi, tempore, quo conduxerat Statum
Siciniani, quàmuis obtinuiſſet decretum
* domi à *D. Conſil. de Aquino* cauſæ Commiſ-
ſario, inauditis dd. conuentis, per quod erat
ordinatum, quòd redderent computa, &
præſentarent libros, & ſcripturas in d. S.R.
C. obtenta tamen per dd. conuentos Regia
decretatione de verbo faciẽdo, illoq; facto
* de mẽſe Septembris 1648. fuit per d. S.R.C.
prouiſum, quòd ſuſpẽſo d. decreto domi la-
to, computa reddantur in loco administra-
tionis, ſub patrocinio *D. Io. Iacobi Antichi-
ni,* in Banca Carboni, nunc de Petrone.
Sic etiam Balius, rationes Baliatus red-
dere tenetur ad inſtantiam Mulieris feuda-
7 tariæ nuptæ, & ſi minoris annorum 18. nàm



Digitized by Google

quàmuis Baliatus duret per totũ annũ 18. ex *pragm. 2. de minorib.* licèt per prius ſecũdùm *Conſtitut. Regni, incip. In aliquibus, in fine, de ſucceſſ. ab inteſtat. & Conſtit. incip. Minoribus, de iure Balij,* durabat per totum annum 15. itàut d. ætate annorum 18. completa, actio adminiſtrati Baliatus competat, attamen, quia in d. *pragm. 2.* excipitur mulier, quæ nupſit antè completam ætatem annorum 18. Balius cogi poteſt ad reddendum computa; quia per matrimonium finitur officiũ Balij, & adminiſtratio defertur in perſonam viri, vt de iure *Conſtitut. Regni* etiam locutus eſt *Iſer. in d. Conſtit. Minorũ iura, in fin.* vbi tenet, finiri Baliatũ, ſi nuberet antè annũ 15. completum, quæ limitatio eſt vniformis iuri cõmuni, per quod puella etiam nupta in quacunq; minori ætate, ceſſat Baliatus, vt poſt *Iſern. vbi ſuprà,* probat etiam *Eſcobar de ratioc. cap. 6. nu. 17. cum ſeq.* ſequitur D. *Reg. Rouit. in d. prag. 2. n. 2.*

Et hic caſus limitationis, per *Iſern.* traditæ, euenit diſputandus in cauſa D. Iuliæ Coppulæ cum D. Andrea Macedonio eius Balio, nupſerat enim d. D. Iulia D. Hieronymo Carafæ in ætate annorum 16. præuia Summi Pontificis diſpenſatione, reſpectu minoris ætatis, ex quo malitia ſupplebat ætatem, ideò cùm petijſſent prædicti coniuges redditionem cõputorum à d. D. Andrea
* in S. R. C. fuit iudicatum, quòd redderet cõputa, ad relationem *D. Conſil. de Morra,* de menſe Iulij 1618. in Banca Burrelli, hodiè de Martino. *M. A. Gizzius.*

## ARGVMENTVM.

### Moratoria cõceſſa debitori, an, & quãdo ea pendente creditor agere poſſit cõtrà ipſum, vt finita dilatione ſoluat.

*SVMMARIVM.*

1 *Moratoria, quæ à Principe conceduntur, fuerunt etiam cognita de iure Ciuili, & num. 2.*
3 *Dilationes, biennales, vel quinquennales quarè concedantur.*
4 *Dilatione, vel moratoria pendente, officium Iudicis quieſcit.*
5 *Sententia lata pendente moratoria, eſt nulla.*
6 *Creditor in diem non poteſt antè diem agere, & nu. 8.*
*Intellige, vt num. 12.*
7 *Creditor petens antè diẽ, plus petere dicitur.*
9 *Petenti antè diem, induciæ duplicantur, & quomodò, nu. 7. & 10.*
11 *Debitor, pendente dilatione ſibi ab homine data, etiam miſerationis cauſa, non tenetur cauere.*
13 *Creditor, ſi poteſt agere, vt debitor caueat adueniẽte die, poteſt etiã agere, vt ſoluat.*
14 *Debitor, pendente dilatione data à lege, vel à Principe, tenetur cauere.*
15 Text. in §. exceptiones, Inſtit. de except. *explicatur.*
16 *Creditor, pendente dilatione data à Parte, non poteſt antè diem agere, ſecus in data à lege.*

## Deciſio CXIV.

OB Montis Veſuuij eruptionem, quæ euenit in die 16. Decembris 1631. multa damna paſſi fuerunt habitantes in radicibus ipſius, & ideò per D. Proregem, & ſuum Collater. Conſil. ad illos ſubleuandos fuerunt expeditæ moratoriæ, vt per annos quinque, vel decem non poſſent de perſona, nec in bonis moleſtari ab eorum creditoribus, ſecundùm qualitatem damni, quod vnuſquiſq; paſſus fuit, cùmq; iam eſſent tranſacti aliqui anni, petijt Iacobus Figliola, vnus ex noſtris S. R. C. actorum Magiſtris, condemnari Frãciſcum Granata de Terra Summæ, cui erat data dilatio per annos decem, vt finito tẽpore d. moratoriæ ſibi ſolueret certam pecuniæ quantitatem, eidem debitam, excepit debitor, non poſſe ad vlteriora procedi in cauſa, durante dilatione, ex cauſa prædicta ſibi conceſſa.

Pro debitore conſiderabatur, quòd iſtæ
1 moratoriæ, quæ à Principe conceduntur,
ſunt de iure Ciuili cognitæ, vt habetur ex
*l. 2. C. de precib. Imper. offer.* & quòd Princeps poſſit has concedere moratorias di-
2 lationes, habetur per DD. & præcipuè per
*Felin. & Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, de Conſtitut. Crauett. de antiq. temp. par. 1.* latè etiam de materia *Theſaur. deciſ. 91.* ſic videmus, Theodoricum Gothorum Regem Sipontinis negotiatoribus, hoſtium depopulatione vaſtatis moratoriam conceſſiſſe, nè per duos annos continuos ab eorum creditoribus poſſent defatigari, & dat ratio-
3 nem, vt interim, datam poſſent reparare pecuniam; vt habetur ex *Caſſiodoro in libr. 2. variar. epiſtol. 37.* de qua etiam mẽtionem fecit *Petr. Greg. Tholoſ. ſyntag. iur. vniuerſi, lib. 22. tit. 7. nu. 7.* vbi nonnulla alia ad pro-
4 poſitum, dilatione verò, ſeù moratoria pendente officium Iudicis conquieſcit, *l. fin. 2. par. C. de dilat. cap. conſuluit, de offic. deleg. Franc. in cap. ſignificante, nu. 15. de appellat.*
5 & ideò, tàm ſententia, quàm omnia indè ſequuta erunt ipſo iure nulla, *Pariſ. conſ. 106. nu. 14.*

nu. 14. lib. 4. V ant. de nullit. ex defect. iuriſd.
n. 157. Rot. deciſ. 37. nu. 2. de appell. in antiq.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 516. nu. 15. Lan-
cell. de attent. par. 2. cap. 7. nu. 2. & eſt gloſ. in
l. dicerem, in verbo diem, ff. de recept. arbitr.
Item ad prædicta corroborandum dice-
6 batur, quòd creditor in diem non poteſt
antè diem agere, Cagnol. in l. in omnibus,
nu. 16. ff. de reg. iur. & in l. lecta, nu. 165. ff.
ſi cert. petat. Cyn. in l. 1. C. vt act. ab hæred. et
contr. hæred. vbi latè articulũ diſputat, Alex.
conſil. 95. lib. 1. & petenti antè diem in-
7 duciæ duplicantur, quia videtur plus pete-
re, §. plus autem, Inſtit. de act. cap. 1. de plus
petit. licèt priùs debitum amittebat, Bald.
conſ. 169. vol. 3. Hipol. de Marſil. ſing. 355.
& eſt tex. in §. hodiè, Inſt. de except. & quan-
do exceptio ineſt actioni, poteſt opponi
etiam ad impediendum proceſſum, Bart. in
l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. ſatis enim di-
citur vexari debitor antè tempus, contrà
eius voluntatem, l. fin. ff. de vſu, & habit.
Bartol. in l. 2. nu. 12 ff ſolut. matr. & commu-
8 nis eſt opinio, quòd creditor non poſſit an-
tè diem agere, quicquid dixerit Alciat. in l.
cedere diem, nu. 10. ff. de verb. ſignif. & Dec.
in l. 1. n. 29. ff. ſi cert. pet. & hanc opinionem
veriorem dixit Ioſeph Ludouic. comm. con-
cluſ. 8. & habetur per DD. in l. ſi pecuniam,
ff. ſi cert. pet. & præcipuè per Iaſon. qui no-
9 tabilitèr tradit, quòd id, quod dicitur, quòd
induciæ duplicantur, intelligitur de tempo-
re, quod ſupereſt, non autem de toto tem-
pore, quod habuit à principio, ex text. in l.
antè damnum, §. quiſquis, ff. de pœn. & eum
ſequitur Piſanell. in addit. ad dec. Afflict.
279. in fin.
10 Et demùm dicebatur, quòd hic caſus de-
cidebatur ex tex. in §. appellantur, iuncto
d. §. hodiè, Inſtit. de except. vbi diſponitur,
quòd durante tempore induciarum non
poteſt creditor contra debitorem agere, &
licèt priùs ampliùs debitum petere non po-
terat, attamen hodiè induciæ duplicantur,
& actor tenebitur ad expenſas, antè quarũ
refectionem ſuper negotio principali ei au-
dientia denegabitur.
In contrarium verò pro creditore pon-
derabatur, quòd maxima conſtituitur dif-
ferentia, quando dilatio ad ſoluendum fuit
conceſſa ab homine, vel à lege, aut à Prin-
cipe, nàm in primo caſu debitor, pendente
dilatione, etiam inſtante parte, non cogitur
cauere, in ſecũdo verò caſu ſic, dilatio enim
11 legis, & à Principe conceſſa parificantur, vt
habetur ex text. in l. ſi conſtante, §. quoties,
& ibi gloſ. marginalis, ff. ſolut. matrim. l. vni-
uerſa, vbi pleniſſimè Cyn. C. de precib. Im-
per. offer. & ibi etiam Alber. Alex. & Caſtr.
l. ſi debitori, ff. de iudic. l. vnica, §. cùm autẽ,
C. de rei vxor. act. Barboſ. in l. in omnibus
41. nu. 11. ff. de iudic. & ſecundùm hanc opi-
nionem fuiſſe deciſum in S. C. habetur ex
Affli. d. dec. 279. vbi Vrſill. etiam, quòd dila-
tio ſit data à Principe, vel à lege, miſeratio-
nis cauſa, V iu. dec. 403. Intrigl. ſing. 110. lib.
2. & ideò voluit Bart. in l. ità ſtipulatus, in
2. quæſt. princip. & in l. eum, qui ità, §. qui
ità, ff. de verbor. obligat. vt antè diem
12 agi poſſit, quòd adueniente die ſoluat, & ſic
obtinuiſſe in dilatione legali, refert Diome-
des Maricenda in Conſuet. Viro mortuo, de
iur. dot. ſub n. 72. fol. 241. à terg. & antè eum
hoc voluit Napodan. in d. Conſuet. in verbo
dari, & in Conſuet. Si mulier nupta, in verſ.
ſi non extent, Peregrin. de fideicomm. artic.
41. nu. 3. Cacher. deciſ. 130. in fin. Rot. Genuæ
dec. 91. n. 22. Ricc. collectan. dec. 1420. Surd.
dec. 151. n. 7. Camill. de Medic. conſ. 148. Ca-
ſtill. dec. 17. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 42.
n. 28. Flau. Tortus ad Statut. Papiæ de exeq.
inſtr. rubr. 6. ſtatut. 6. n. 20. Anna conſ. 126.
Aſin. de exequut. cap. 126. Ioſeph Ludouic. d.
comm. concl. 8. verſ. quintò limita, & quàm-
uis nonnulli ex prædictis DD. loquantur in
13 cautione præſtanda, vt adueniente tempo-
re ſoluat, tamen ſi poteſt agere, vt caueat
adueniente die ſoluendi, ergo poteſt agere,
vt adueniente die ſoluat, prout poſt Napod.
in d. Conſuet. Viro mortuo, in verbo dari,
tradidit Afflict. in d. dec. 279. ſub n. 5. & Ca-
mill. de Medic. d. conſ. 148. nu. 12. qui ex his
ità deciſum refert, & licèt Afflict. loquatur
in dilatione cõceſſa à lege, tamen idem di-
14 cendum erit in dilatione conceſſa à Princi-
pe, in qua debitor tenetur cauere, prout in
dilatione legali, vt habetur ex d. l. vniuerſa,
vbi Cyn. Bal. & alij, C. de precib. Imper. offer.
Ad tex. verò in d. §. exceptiones facilè ap-
15 paret reſponſio, loquitur enim in dilatio-
ne ex pacto, inter Partes inhito. Et proindè
die 26. Nouembris 1635. in cauſa d. Iacobi
Figliola cum d. Franciſco Granata iudica-
uimus, quòd detur terminus in cauſa, quod
fuit etiam in reclamatione confirmatum,
vt in Bãca Plinij Iuuenis: In cauſa verò Ar-
rendatorum grani vnius pro quolibet ſex-
tertio huius Fideliſſimæ Ciuitatis cum De-
putatis Patrimonij dictę gabellæ, quia inter
Partes erat inhitum pactum, vt non poſſent
prætendere remiſsionem mercedis, niſi in
duobus caſibus tantùm, & hoc finito tem-
pore afflictus, & non anteà, dùm dicti Arren-
datores, eo pendente reſtaurum petijſſent,
inſtando interim, proceſſum compilari, &
ſententiam proferri, exequendam tamen
poſt completum Arrendamentum, & in
vna Aula non benè diſcuſſo negotio fuiſſet
datus terminus in cauſa, non impedita exa-
ctione extalei, confirmando decretum do-
mi latum per Magnif. cauſæ Commiſſariũ,
cùm ab hoc decreto fuiſſet per dictos De-

putatos reclamatum, & obtentum, reclamationem fieri, iunctis Regijs Conſiliarijs duarũ Aularũ, fuit die 7.Decembris 1636. dictum decretum reuocatum,& prouiſum, quòd finito tempore Arrẽdamenti prouidebitur,penès Actor.Magiſtr.de Licto,nàm
16 in primo caſu tractabatur de dilatione conceſſa à Principe,in ſecundo verò de pacto inter Partes inhito,

## OBSERVATIO
## In Deciſione CXIV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Moratoria ſolet à Principe debitori effectu non ſoluendo concedi, ſic etiam à creditoribus,nu.*4.

2 *Cautio fideiuſſoria, vel pignoratitia de ſoluendo debitum, extincto tempore moratoria,an & quando praſtetur.*

3 *Moratoria,vt locum habeat, qua requirantur:& quos caſus comprehendat.*

5 *Creditores,an,& quando concurrere debet in concedenda dilatione debitori communi, & n.*6.7.*&* 8.*vbi deciſio adducitur.*

9 *Tertia ſiuè intereſſe an currant,pendente dilatione, ſiuè moratoria conceſſa à Principe, & nu.*11.*& an pendente dilatione conceſſa à creditoribus,n.*10.*ac d. n.*11.

12 *Creditor in diem poteſt agere contra debitorem,vt adueniente die ſoluat.*

*Fideicommiſſarius pratendens fideicommiſſum, poteſt agere viuente poſſeſſore, vt declaretur, fideicommiſſum ad ipſum ſpectare poſt illius mortem, ibid.*

1 DIximus *dec.*45.*n.*1. Principem ſolere debitori effecto non ſoluendo,concedere ad tempus moratoriam,nè intrà illius metas,poſſit à creditoribus ſuis moleſtari,nec credita exigi, ex iuribus, & DD. *ibi* citatis, quod paritèr voluit D.meus *dec.*68.*nu.*29. & *hic nu.*2.& nouiſſimè comprobat *D.Salgad.in labirinto credit.concurrent. p.*2.*cap.* 30.*n.*1.*&* 2.vbi frequentem illius vſum in Hiſpania eſſe,teſtatur,qui *n.*6.ex *l.vniuerſa, C.de precib. Imperat.offer. & can.vniuerſa* 25.*q.*2. ac quàmplurimis DD.adductis,te-
2 net,moratoriam non prodeſſe debitori, niſi præſtiterit cautionem fideiuſſoriam,vel pignoratitiam,de ſoluẽdo debitum,extincto moratoriæ tẽpore, & *nos* paritèr docuimus d.*dec.*45.*nu.*2. *ibiq;* ex D.meo retulimus,illam hodiè non præſtari,niſi in dilationibus conceſſis pro ferijs; ideoq; idem *D.Salgad. ibid.nu.*9.10.11.*&* 12. declarat,illam præſtandam eſſe,ſi à creditoribus poſtuletur,& non alitèr,per text.in *l.ſi quis filium,*§.*ſtipulatio, ff.de collat.*vltrà DD. ad nauſeam adductos.

Debet tamen debitor Principi exprimere omnia, quæ ipſum retrahere poſſint ab
3 illius conceſſione,& omnes ferè caſus conglomerat D.*Salgad. vbi ſup.*à *n.*13. per 20. illos enim moratoria generalis non comprehendit,vt probat ex D.*Trentacinq.var. reſol.lib.*3.*tit.de ſolut.reſol.*1.*n.*11.cum *ſeqq.* alioſq;caſus enumerat à *n.*22.cũ *ſeqq.*& *ego* plures caſus explicaui d.*dec.*45.à *n.*3.per 12.

Et paritèr ſolent creditores, dilationem, ſiuè inducias eorum debitori concedere,
4 nè intrà certum tempus debitor moleſtetur, nec conueniatur, vt magis commodè ille poſt terminum eiſdem ſoluere poſſit, vel etiã,quando creditores agũt de remittenda certa debiti parte dd. debitoribus,& aliã eis ſoluant,vt habetur in *l.& ſuũ hæredẽ,*§.*hodiè tamẽ,ff. de pact.D.Salgad.d.cap.* 30.*n.*1. *&* 53.& in vtroq; caſu ſtatur maiori parti creditorum, *l. quoties, C.de precib. Imperat.offer.& l.fin. C.qui bon. cede.poſſ. l.iuris gentium,* §.*hodiè,l.maiorem, & l.reſcriptũ,in prin. ff.de pact.Afflict.dec.*288.*n.* 1.qui *n.*2.refert,per S.R.C. fuiſſe cõcluſum,
5 ac deciſum, in tribus tantùm caſibus ſtandum eſſe maiori parti creditorum. Primò, quando debitor eſt defunctus,& eius hæres non vult adire hæreditatem,niſi pars cuiuſlibet debiti à creditoribus remittatur;vt in d. §.*hodiè, & d.l. maiorem,* vel ſaltem dilationem concedant creditores, d.*l. quoties,*
6 *Affl.ibid.n.*3. Secundò,quando debitor fugit extrà Ciuitatem, itàut creditores non habeant facultatem ipſum conueniẽdi, nec inueniunt illius bona, tunc ſi debitor vult reuerti,& petit dilationem ſoluendi,vel debiti partis remiſſionem, aliàs non reuertetur,ſtandum eſt maiori parti creditorum,*d.*
7 §.*hodiè,*aliaq; iura citat *Affl.d.nu.*3.Tertiò, quando debitor propter paupertatem paratus eſt bonis cedere, niſi creditores concedant dilationẽ,*d.l.fin.C.qui bon.cede.poſſ.*
8 Verùm circà hunc tertium caſum obſerues, quòd quando non eſt par fortuna omnium creditorum, tàm concurrentium, quàm non cõcurrentiũ, tunc concurrentes non poſſunt cogere creditores non concurrentes ad d. dilationem, vt deciſum refert D.*de Franch.dec.*179.*num.*9. hinc cùm D. Marchio Cluſani fuiſſet conuentus in S.R. C.ad concurrẽdum in dilatione quinquennali,concedenda eius debitori ab alio illius concreditore,qui erat Gener d.communis debitoris, & Gener, nedùm erat pauperrimus, itàut in maxima egeſtate reperiebatur, ſed etiam Socerum debitorem conuenire non poterat,niſi deducto,nè egeat, ille enim potitur beneficio,nè conueniatur,niſi in quantum facere poſſit,*l.rei iudicata,*§ *fi. ff.ſol.*

Digitized by Google

*ff. ſol. matrim.* ideòq; de anno 1602. referente D. *Conſil. Riccardo*, fuit iudicatum in beneficium d. D. Marchionis, vt non teneatur concurrere in d. dilatione concedenda, ſub patrocinio D. *Io. Vincentij* Caualerij, in banca, . . . . vt habeo ex eius manuſcriptis.

Pendente tamen d. dilatione, ſiuè moratoria à Principe conceſſa currunt tertiæ, ſi-
9 uè intereſſe crediti; illa enim impedit tantũ exactionem redituum, non tamen ſuſpendit curſum redituum, nec tangit ſortem principalem, vt poſt *Felicia, Auendan. D. Trentacinq.* & alios probat *D. Salgad. d. cap.* 30. *nu.* 49. *&* 50. ſi verò dilatio eſt conceſſa
10 à creditoribus, tunc nequaquàm currunt, *Maſtrill. deciſ.* 16. per tot. alijq; relati per *D. Salgad. ibid. n.* 51. qui *n.* 52. hanc limita-
11 tionem intelligit procedere de intereſſe debito, ratione lucri ceſſantis, non tamen de redditibus, ſiuè annuis introitibus, ex ſtipulatione promiſſis, ac debitis, nec de intereſſe damni emergētis, ex *Graſſ. except. ſi. nu.* 90. *& D. Trentacinq. d. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 1. *nu.* 26. niſi aliud inter creditores, & debitorem ſit conuentum, vt inquit *D. Salgad. d. n.* 52. *in fine.*

Cōcludit tamen D. meus *n.* 12. quòd creditor in diē poteſt agere contra debitorem,
12 vt aduenieēte die ſoluat; ideòq; obſeruabis, quòd fideicōmiſſarius, prætendens, fideicōmiſſũ, vel maioratũ ad ſe pertinere, poteſt, viuēte illius poſſeſſore agere, vt declaretur, ad ſe illum ſpectare poſt poſſeſſoris mortē, ndm licèt D. *Conſil. de Anna conſ.* 11. *lib.* 1. pro vtraq; parte, rationes adducat & *lib.* 2. *in nota deciſionum* referat determinatum pro negatiua, & ſic etiā *D. Reg. Rouit. conſ.* 95. *lib.* 2. & nouiſſimè *D. Thor. in comp. deciſ. part.* 3. *verbo fideicommiſſarius, an poſſit*; attamen in cauſa illorum de Valignano, ad relationem *D. Conſil. Palermi*, viri docti, ac æquiſſimi, per S. R. C. fuit deciſum, fideicommiſſum productum adeſſe ſuper domo in actis deducta, & proindè declaratum fuit, eueniente caſu mortis poſſeſſoris d. domus ſine filijs maſculis, domũ prædictam ſpectauiſſe, & ſpectare ad Franciſcum Valignanum, ſeruata forma fideicommiſſi; quam ſententiam per extenſum poſuit *D. Thor. in ſupplem. deciſ. part.* 1. *verbo fideicommiſſum, ſiuè maioratum*, & ità in ſimili deciſum tradidit D. meus *dec.* 151. *lib.* 2.

*M. A. Gizzis.*

---

# ARGVMENTVM.

## Inſtrumentum, nùm poſſit liquidari via *Ritus M. C. V.* contra hæredem, qui hæreditario nomine ſe obligauit, ſaltim non ad finem eum carcerandi, ſed exequendi in bonis hæreditarijs.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligans ſe proprio nomine, an teneatur de proprio, hinc indè deciſiones referūtur. Sed hodiè ſublata eſt hæc controuerſia per decretũ generale quatuor Aularum, n.* 2. *Limita, vbi expreſſa, & ſpecialis illius beneficij renunciatio interuenirет, num.* 3.

4 *Hæres non conficiendo inuentarium, vel illi renūciādo, tenetur de proprio in ſubſidiū.*

5 *Pacta, quòd in caſu non ſolutionis tertiarū, vel alicuius conditionis non adimpletæ, aut aſſertionis non veræ, & ſimilium, poſſit reſcindi cōtractus, de iure ſunt valida.*

6 *Inſtrumentum liquidum in Regno habens exequutionem paratam via* Ritus, *eſt ad inſtar inſtrumenti guarentigiati. Intellige, vt nu.* 10.

7 *Inſtrumenta publica via* Ritus *in Tuſcia guarentigiata appellantur, & Peruſij confeſſionata, nu.* 8.

9 *Inſtrumenta publica, quæ ſint.*

11 *Inſtrumentum de iure communi habens exequutionem paratam, exequitur, nedùm contra debitorem, verùm etiam contra hæredem.*

12 *Inſtrumentum iuramento roboratum, habet exequutionem paratā, & n.* 16. *&* 18.

13 *Hæres debitoris, & creditoris in materia liquidationis inſtrumenti ad imparia iudicantur.*

14 *Hæres debitoris, præſumitur ignorare veritatem inſtrumenti.*

15 *Argumentum à ceſſante ratione valet.*

17 *Inſtrumentum de iure communi non habet executionem paratam. Limita, interueniente iuramento, nu.* 18.

19 *Liquidatio, & reſciſſio inſtrumenti prouenit ratione periurij, ob pactum non ſeruatũ.*

20 *Pœna olim liquidationis inſtrumenti erat manus obtruncatio, hodiè verò effecta eſt pecuniaria.*

21 *Iudicium liquidationis inſtrumenti eſt mixtum.*

22 *Inſtrumentum quoad reatum periurij non tranſit in hæredes, & n.* 29.

23 *Inſtrumentum liquidari non poteſt, niſi contra eos, qui in eo interfuerunt.*

24 *Creditor bona principalis debitoris poteſt exequi facere.*

25 *Inſtrumentum liquidari poteſt contrà prodigum, in bonis tantùm. Sed de veritate vide n.* 40.

26 Pro-

26 *Prodigus poteſt eum authoritate ſui* Cura*toris inſtrumentum liquidare.*

27 *Exceptione Macedoniani oppoſita aduerſus inſtrumenti liquidationem, qualitèr Iudex decernere debeat.*

28 *Inſtrumentum contrà hæredem, hæreditario nomine obligatum, non poteſt via* Ritus *præſentari.*

*Amplia, etiam ſi proprio nomine ſe obligaſſet, n. 32.*

30 *Hæres ligatur obſeruantia contractus.*

31 *Hæres non tenetur, niſi quatènus eſſet in hæreditate, licèt ſe proprio nomine obligauerit.*

33 *Iuramentum cõditionem in ſe continet, niſi iuſta cõtrauentionis cauſa ſuperuenerit.*

34 *Mora eſt delictum.*

35 *Pactum exequutiuũ tranſit contrà hæredes.*

36 *Exceptio inuentarij poteſt aduerſus pactum exequutiuum ab hærede opponi.*

37 *Statutum, quòd debitor poſſit pro debito carcerari, limitatur in hærede cum beneficio legis, & inuentarij.*

38 *Praxis citationis hæredis pro exequutione inſtrumenti affertur.*

39 *Obligatio penès acta, qualitèr incuſetur contra hæredem.*

41 Conſil. Staibani 30. *impugnatur.*

# Deciſio CXV.

1 LIcèt ſatis cõtrouerſus fuerit articulus, an hæres cum beneficio legis, & inuentarij, qui ſe proprio nomine, & inſolidum obligauit, pro debito tamen hæreditario, poſſet exceptionẽ diſcuſſionis inuentarij opponere, itaut diuerſimodè in noſtro S.C. fuerit iudicatum, nàm pro opinione negatiua deciſionem refert *Rouit. in Pragm. 1. de arbitr. n. 46.* in cauſa Illuſtr. Marchionis Oriæ, & Ego dùm eſſem Aduocatus, pro hac etiam opinione obtinui in cauſa D. Hipolytę Pappacodæ cum Spectab. D. Octauio Vrſino Comite Pacentri, die 17. Decembris 1617. vt in Bãca tunc de Ferrarijs, nunc verò de Spera, de qua deciſione mentionem facit *Thor. in 1. par. compend. in verb. hæres cum beneficio legis, & inuentarij.* Pro opinione verò affirmatiua deciſum fuiſſe, dicit *Minad. dec. 25.* & inclinat *Franch. deciſ. 323.* & pro ea deciſum refert in *deciſ. 648.* Tamen hæc quæſtio hodiè eſt in hoc Regno ſopita, quia ad euitandum contrarietatem opinionum generalitèr fuit deciſa, vnitis omnibus quatuor
2 Aulis, prout in ſimilibus caſibus fieri ſolet, & die 16. Martij 1623. fuit prouiſum, atq; decretum, hæredem cum beneficio legis, & inuentarij obligatum pro debito defuncti, etiam proprio principali nomine, & inſolidum, & ſub quibuſuis alijs clauſulis non teneri vltrà vires hæreditarias, niſi expreſſa,
3 & ſpecialis renunciatio beneficij inuentarij prædicti interueniat, & obligatio ſatisfaciẽdi etiam vltrà vires hæreditarias. Verùm
4 facta diſcuſſione inuentarij, exequutio fiat, etiam in bonis proprijs, & de perſona, quatènus ad eum peruenit de bonis hæreditarijs, quam deciſionem refert *Thor. in 2. par. compend. in verb. exceptio diſcuſſionis inuentarij*, vbi allegationes pro Creditoribus inſerit.

Cùmq; Cæſar Zattara, tunc Baro Terræ Mariliani, filius, & hæres Iacobi, hæreditario tantùm nomine ſe obligaſſet ſoluere ad beneficium Cęſaris Bonuicini annuos duc. 321. pro capitali duc. 4300. quolibet ſemeſtre ratam ipſorum, & fuiſſet adiectum pactum, in ſimilibus contractibus venditionis annuorum inrroituum apponi ſolitum, quòd deficiente debitore à ſolutione per annum vnum, vel in caſu vẽditionis d. Terræ, quòd locus eſſet reſciſſioni d. cõtractus, & poſſit inſtrumentum prædictum liquidari via *Ritus* M.C.*V.* & eſſet factus caſus reſciſſionis prædictæ, tàm ob non ſolutionem dictorum annuorum introituum per annũ, & plus, quàm etiã, quia Terra Mariliani erat iàm vendita. Prætendebat creditor, non reſcindere contractum via ordinaria, ſed liquidare inſtrumentũ via *Ritus* M.C.*V. 166.*

Ad quod fundandum dicebatur, quòd hęc pacta in caſu non ſolutionis tertiarum,
5 vel alicuius conditionis non adimpletę, aut aſſertionis non veræ, vel ſimilium, quòd poſſit reſcindi contractus venditionis annuorum introituum, & cogi vendirorem ad reſtituendum ſortem, ſunt de iure valida, & in hoc Regno in viridi obſeruantia, *Paris de Put. de reintegr. feud. Cap.* incip. *Sequitur modò quotidiana quæſtio, num. 33. fol. 61. Rouit. in Pragm. 1. de cenſib. nu. 35. Gratian. diſcept. forenſ. c. 258. num. 20. & c. 301. nu. 5. & 6.* vbi affert etiam deciſiones Rotæ Romanæ.

6 Secundò dicebatur, quòd inſtrumentum liquidum in Regno habens exequutionem paratam via *Ritus* eſt ad inſtar inſtrumenti guarentigiati, vt dixit *Carau. in d. Rit. 166.* vbi dicit, quòd inſtrumenta publica, quibus dat *Ritus* noſter exequtionem paratam, in
7 Tuſcia appellantur guarentigiata, propter præceptum de ſoluendo, quod facit in eis Notarius, authoritate ſui priuilegij, vt dixit *Bart. in l. fin. nu. 8. C. vbi, & apud quem*, vel authoritate ſtatutorum, ſecundùm eundem *Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſententiam, in fin. ff.*
8 *de re iudic.* & Peruſij appellantur confeſſionata, vt per eundem *Bart. in l. 1. in princ. C. de confeſſ. & ibid. nu. 6.* dicit *Carau.* quòd dicuntur inſtrumenta publica, ad finem, vt

poſſint

Digitized by Google

poſſint liquidari via d.*Rit.* omnia inſtrumē-
9 ta, quę ſolemnitèr, & ritè ordinata ſũt pu-
plicę perſonę manu, cauſa memorię facta, vt
dixit *Specul. de instrum. edit. in princ. & in*
§. *nũc dicendũ, in princ.* quæ tamen debēt in
publicā formā redigi, iuxtà tradita in *Con-
ſtit. Regni*, incip. *Inſtrumentorum robur*,
quod etiam procedit per ſtatuta vniuerſa-
lia totius Italiæ, quando adſunt clauſulæ
guarentigiæ, ex *Ioſeph. Seſſe de inhib. c. 2. §. 1.
n. 35. & 38. Rouit. in rubr. de liquid. inſtru-*
10 *ment. nu. 3.* vbi, quòd in Regno, quando in-
ſtrumentum eſt liquidum, & non conditio-
natum, aut pactionatum, tunc habet exe-
quutionē paratā, ex diſpoſitione d. *Ritus*, &
dicitur hæc præſentatio vulgaritèr liquida-
tio inſtrumēti, quia requiritur, vt inſtrumē-
tũ ſit liquidum, ſed de iure cõmuni inſtru-
11 mentum habens exequutionem paratam,
exequitur, nedùm cōtrà debitorem, verùm
etiā contra eius hæredem, vt dixerunt *Bar.
Angel. & Caſtr. in l. poſtulante, in princ. ff.
ad Senat. Conſ. Trebell. Bald. in l. per diuer-
ſas, C. mandat.* & alij allegati per *Carauit. in
Rit. M. C. V.* 178. *n. 4. & 5.* & per *Bernardin.*
12 *Pand. Grauin. in comment. Ritus M. C. V.*
164. *par. 2. declar. 3. nu. 5.* quod intelligitur,
quando adeſt iuramentum, *Viu. commun.
opin. in verb. iuramentum iudiciale, nu. 5.
Gutierr. de contract. iurat. cap. 64.* & alij per
*Amendol. ad Franch. in dec.* 118. *n. 2.* ſic etiā
poteſt creditor via *Ritus* agere contra hæ-
redem debitoris.

Vlteriùs ad hoc probandum adduceba-
tur id, quod dixerunt DD. in eadem mate-
ria liquidationis inſtrumenti, & præcipuè
*Carau. in d. Ritu* 178. ſub *n. 2. verſ. nota ibi*,
vbi dicit, quòd hæres debitoris, & hæres
13 creditoris in hac materia non iudicantur
ad paria, quia hæres creditoris poteſt liqui-
dare inſtrumentum contrà debitorem, ſed
creditor hoc facere nequit aduerſus hære-
dem debitoris, vt determinat *Ritus* prædi-
ctus 178. dat *Carau.* rationem *n. 3.* quia hæ-
14 res debitoris habet iuſtam cauſam igno-
rantiæ, & ideò cogi non poteſt, quòd com-
pareat, reſpōſurus ſuper tenore inſtrumēti,
quod præſumitur ignorare, nec etiam in-
terrogari poteſt, ſi illud habet pro vero,
iuxtà formam d. *Ritus* 166. cùm ab ipſo nō
fuerit ſtipulatum, & cōfectum, alia & tertia
affertur ratio à d. *Bernardino Pãdo Grauil-
nate in d. Rit. M. C. V.* 164. *part. 2. declar.* 3.
ſub *n. 5. in fin.* quòd iſte *Ritus* conſpicit per-
ſonam principalis debitoris, & non princi-
palis creditoris, hæres verò non poteſt dici
principalis debitor, quæ quidem rationes
ceſſabunt, quando hæres ſe obligauit, quia
non poteſt ignorantiæ cauſam allegare, nec
veritatem inſtrumenti negare, nec etiam di-
cere, ſe non eſſe debitorem, cùm hæres di-
catur, perſonam defuncti repræſentare, vul-
gata *l. cùm à matre, C. de rei vendic.* & in iu-
15 re noſtro valet argumentum à ratione ceſ-
ſante, *l. adigere, §. quàmuis, ff. de iure patr.
& l. quod dictum, ff. de pact.* vbi *Bart. &
Angel. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, ceſſat
effectus, num.* 130.

16 Tertiò ponderabatur, quòd in caſu præ-
dicto aderat iuramentum, ex quo oritur il-
la parata exequutio, quam habent inſtru-
menta, *Bar. in l. 2. & l. ſed & ſi poſteriori, §.
1. & in l. nàm & poſteà, §. ſi petitur*, & ibi
*Paul. de Caſtro, ff. de iur. iur. Anton. de Ca-
nario in tract. de exeq. inſtrum. q. 4. n. 6. &
ſeq.* plenè probat *Frecc. de liquid. inſtrum.
par. 6. nu. 5.* nàm de iure communi licèt in-
17 ſtrumentum nō habeat exequutionem pa-
ratam, *l. minor vigintiquinque annis, ff. de
minor.* tamen interueniente iuramento, ra-
18 tione illius dicitur, illam habere, vt ſuprà
diximus, & poſt *Anton. de Canario, et Frecc.
in locis* ſuprà allegatis hoc etiam dixit *Gal-
ter. de liquidat. inſtrum. in 1. part. n. 10.* vbi
etiam multa de guarentigia, ex his ergo ſe-
quitur, quòd liquidatio inſtrumenti ortum
habet ratione periurij, in quo obligatus in-
currit, ob pactum non ſeruatum, & ſolutio-
19 nem in tempore ſtatuto nō factam, ex qui-
bus etiam prouenit reſciſſio, *Reg. Tapia in
deciſ. S. C.* 25. *n.* 13. cui periurij delicto priùs
impoſità erat pœna obtruncationis manus,
vt in *Conſtit. Regni Eos, qui ſcientèr*, vbi
etiam *Afflict.* & habetur ex *Rit.* 171. *Præſid.
Galeota lib. 1. controuerſ. cap. 54. nu.* 22. licèt
20 hodiè hęc pœna receſſerit ab aula, & eius
loco ſucceſſerit pœna pecuniaria caroleni
vnius pro quolibet ducato, *Afflict. in Con-
ſtit. Regni Statuimus, nu.* 17. *Faller. in prax.
cenſuali, in verbo Nicolaus, n.* 89. *Carau. in
Ritu* 133. *&* 171. *n. 2.* & ideò hoc iudicium
liquidationis inſtrumenti, quod in Regno
21 habemus, dicitur iudicium ciuile, & crimi-
nale, nàm reſpectu ſortis applicandæ Parti
dicitur iudicium ciuile, reſpectu verò pœ-
næ, quæ applicatur Fiſco, dicitur criminale,
vt habetur per *Frecc. in d. tract. de liquid.
inſtrum. par. 11. quæſt. 5.* cum *ſeqq. & par.
6. in princ. Franch. dec.* 166. *nu.* 17. *Camill. de
Medic. conſ.* 39. *nu.* 6. *Rouit. in Pragm. 4. de
inſtrum. liquid.* ſub *nu.* 41. *Paſchal. de vir.
patr. poteſt. par. 2. cap. 9. n. 4.* Cùm ergo iſte
hæres promiſerit ſoluere in temporibus
ſtatutis, cum iuramento, & non ſoluit, inci-
dit in periurium, & proptereà liquidatio in-
ſtrumenti contra eum rectè procedit, ad-
ſunt enim mora, & iuramentum, vt per
*Frecc. d. p. 6. Camill. de Medic. in d. conſ.* 39.

Nec prædictis obſtare, dicebatur, d. *Ritu*
22 *M. C. V.* 178. vbi, quàmuis hæres poſſit cō-
tra debitorem liquidare inſtrumentum, nō
tamen poteſt creditor contrà hæredem de-
bito-

bitoris, quia iuramentum nõ tranſit ad hæ-
redes quòad reatum periurij, *Io. Andr. in*
*nouella, in capit. fin. de for. compet. in 6. In-*
*noc. in cap. veritatis, extrà de iur. iur. Bart.*
*in l. 1. ff. de priuil. credit. Afflict. deciſ.* 381.
*Franc. Ant. de iudic. Robert. de liquidat. &*
*execut. inſtrument. conſiderat.* 3. ſub *nu.* 2. &
ideò non poteſt præſentari, vel liquidari in-
23 ſtrumentum, niſi contrà eos, qui in contra-
ctu interfuerunt, *Afflict. in d. Cõſtit. Regni,*
*Eos, qui ſcientèr, nu.* 14. & propterea non
poteſt liquidari contra eum, qui ſe obliga-
uit, mediante perſona ſui procuratoris, *Af-*
*flict. deciſ.* 64. *Frecc. in d. tract. de liquid. in-*
*ſtrum. d. part.* 11. *q.* 5. *Marant. diſput.* 6. *n.* 5.
*Verall. dec.* 94. *par.* 2. *Ricc. collect. deciſ.* 152.
ſed quia in caſu, de quo agebatur hæres ſe
obligauerat cum iuramento, ideò ceſſabat
diſpoſitio dicti *Ritus.*

Nec etiam, dicebatur, obſtare decretum
S. C. vnitis Claſſibus, quia non intendebat
creditor carcerare debitorem, ſed tantùm
aduerſus eum exequi facere in bonis, re-
ſciſſo contractu, non per viam iudicij ordi-
narij, ſed illa via exequutiua liquidationis
inſtrumenti, ad hoc, vt inſtrumentum de fa-
cie ad faciem ſtipulatum cum d. Cæſare
hærede aliquid operetur, certum eſt enim,
24 abſq; illa noua obligatione creditorem ha-
buiſſe bona defuncti debitoris obligata, &
proindè illa exequi facere poterat, *Franch.*
*dec.* 83. *Gizar. dec.* 7. *Conſil. Theodor. allegat.*
78. *nu.* 14. iſta ergo noua obligatio hæredis
ad minus debet hoc operari, vt euitetur il-
la proceſſus compilatio pro reſciſſione cõ-
tractus, quæ fieri ſolet contra hæredes cum
termino, & alijs actis iuridicis, de quibus
in *cap. quoniam contrà, de probat. & in l.*
*prolatam, C. de ſenten.* ad hoc, vt actus po-
tiùs valeat, quàm pereat.

Nec eſt nouum, poſſe liquidari inſtrumẽ-
tum via *Ritus*, non tamen carcerari debi-
torem, ſimile enim practicatum fuit cum
25 debitore declarato prodigo, contra quem
fuit per M. C. V. liquidatum inſtrumentum,
verùm, quòd ſuperſedeatur in exequutione
perſonali, tàm pro debito, quàm pro pœna,
donec alitèr fuerit prouiſum, vt per *Rouit.*
*in d. Pragm.* 4. *de inſtrument. liquid.* pro qua
etiam opinione ſcripſit *Staib. conſil.* 30. &
fundat *Rouit. in d. Prag.* 4. *nu.* 28. vbi, quòd
quàmuis prodigus poſſit euadere pœnam,
& exequutionem perſonalem, non tamen
realem; & eodem modo ad inſtantiam pro-
26 digi poſſe liquidari contra eius debitorem,
cum authoritate eius Curatoris, dixit *De*
*Iudic. Robert. d. cõſid.* 3. *n.* 7. *Gatter. de liquid.*
*inſtrum.* 1. *par.* 2. *par. n.* 20. ſic etiam, quãdo
in actu liquidationis opponitur exceptio
Macedoniani, ſi conſtat per ſcripturas, vel
27 per teſtes, in promptu productos, debitorẽ
eſſe filiumfamilias, quia multa poſſunt oc-
currere creditori circa validitatem contra-
ctus, Iudex decernere debet in vltimo per-
emptorio, eſſe procedendum ad liquida-
tionem, verùm pro debito, & pœna eſſe ſu-
perſedendum in exequutione perſonali, do-
nec alitèr fuerit de iuſtitia prouiſum ſuper
prætenſa nullitate contractus, & ſuper præ-
dicta exceptione poſteà datur terminus, &
proceditur in cauſa, vt per *Carau. in d. Rit.*
166. *nu.* 77.

Quę quidèm, quàmuis colorata videren-
tur ad beneficium creditoris, attamen die
5. Martij 1637. ad relationem M. C. V. con-
trarium iudicauimus, ſcilicèt inſtrumẽtum
28 prædictum non poſſe contrà hæredem via
*Ritus* præſentari, & liquidari, ſed eſſe ordi-
nariè pocedendum, & proindè confirmaui-
mus decretum eiuſdem M. C. per quod erat
datus terminus in cauſa, vt in proceſſu in
Bãca Ioſaphat de Auguſtino in eodem Tri-
bunali M. C. Actor. Magiſtri, ſatis enim clara
ſunt verba *d. Ritus* 178. quòd non poſſit
contra hæredem via *Ritus* procedi.

Nec diſpoſitionem d. *Ritus* mutare po-
terat inſtrumentum, in quo hęres debitoris
hæreditario nomine ſe obligauerat, ratione
iuramenti, in d. inſtrumento appoſiti; nàm
nihil plus operari poteſt reſpectu hæredis
eius, quod operabatur iuramentum à defũ-
cto præſtitum, cùm perſonale ſit reſpectu
29 iurantis, quòad reatus periurij, vt ſuprà di-
ximus, & probatur ex *tex. in l. ſi quis maior,*
*C. de tranſact. Caſſador. in dec.* 2. *de iur. iur.*
30 licèt quòad robur contractus, & eius ob-
ſeruantiam liget etiam hæredes, *Guid. Pap.*
*deciſ.* 224. *nu.* 3. *Cagnol. in d. l. ſi quis maior,*
*nu.* 199. *C. de tranſact. Caſſador. d. deciſ.* 2.
*nu.* 8. *Bilotta de abſol. iuram. priuileg.* 67. *nu.*
22. *Caualc. deciſ.* 9. & alij per *Vincen. Man-*
*cin. in tract. de iuram, par.* 4. *effect.* 5. verùm
cùm liquidatio inſtrumenti via *Ritus* ſit iu-
31 dicium criminale, ob pœnam periurij, erit
videndum, ſi practicari poteſt in hærede,
qui hęreditario nomine ſe obligauit, & cer-
tiſſimum eſt, quòd non tenetur ad ſoluen-
dum debitum, niſi quatènus vires hæredi-
tatis ſufficiant, vt etiam habetur ex *Franch.*
*d. dec.* 323. & 648. qui loquitur in caſu ma-
gis arduo, quando hæres etiam proprio, ac
32 principali nomine ſe obligauit, pro debi-
to tamen defuncti, quo caſu etiam loqui-
tur Decretum generale S. C. de quo ſuprà
mentionem fecimus, dùm ergo vti hæres ſe
obligauit, & nõ tenetur ſoluere de proprio,
ſequitur, quòd in tantum erit periurus, in
quantum bona hæreditaria penès ipſum
reperiantur, & ideò, ſi tempore deſtinatæ
ſolutionis non habeat pecuniam hæredita-
riam pro ſoluendo creditori, non incidit in
periurium, nàm iuramẽtum habet tacitam

33 con-

Digitized by Google

33 conditionem, niſi iuſta cauſa contrauen-
tionis ſuperueniat, *Salycet. in l. fin. C. de non
numer. pecun.* vbi nonnullos caſus enume-
rat, *l. fin.* vbi *gloſ.* ſuper *verbo, non videtur,
ff. qui ſatiſd. cogant. Decius, Rom. Gozadin.
Alciat. Tiraq. Berous, Pariſius*, & alij alle-
gati à *Vincent. Mancin. de iuram. p. 4. ef-
fect. 1. q. 6. nu. 2.* & quælibet cauſa excuſat à
34 mora, quæ eſt delictum, *l. quod te, ff. ſi certi
pet. Maſcard. concl.* 1071. quod non com-
mittitur, ſi pecuniam hæreditariam non
habet.

Quod autem diximus, virtute iuramen-
ti, in contractu appoſiti ius exequutiuum
tranſire in hæredes; non procedit, vt poſſit
liquidari inſtrumentum, & condemnari ad
pœnam periurij, ſed vt poſſit via exequuti-
ua creditor contrà hæredem greſſus ſuos
dirigere, vt quotidiè practicatur, quia cita-
35 mus hæredem ad dicendum cauſam, quarè
non debeat contra ipſum exerceri pactum
exequutiuum, quo caſu ſi debitor opponit
de ſatisfactione, datur terminus ſuper illa,
& poterit etiã opponi ab hærede exceptio
36 diſcuſſionis inuentarij, ad quod adduci po-
teſt *Alex.* poſt *Bart. in l. poſtulante* 44. *ff. ad
Senat. Conſult. Trebell.* vbi, ſtante ſtatuto,
37 quòd debitor poſſit capi pro debito, vel
carcerari, idem erit de eius hærede, quod
tamen limitat notabilitèr ſub *n.* 4. non pro-
cedere cum hærede cum beneficio legis, &
inuentarij, per notata in *l. fin. §. in computa-
tione, C. de iur. delib.* & ſub *nu.* 5. tradit pra-
38 cticam citationis hæredis ad dicendum
cauſam, quarè non debet inſtrumentum
exequutioni demandari, niſi ſtatutum dice-
ret expreſsè contrarium, ſcilicèt, quòd poſ-
ſit fieri, nulla citatione præcedente, & ſic
etiam in obligatione pœnès acta, nàm quã-
39 do prætenditur incuſari contrà hæredem,
debet citari ad dicendum cauſam, quarè
non debet incuſari, vt diximus in *deciſ.*
102. *num.* 20.

Et tandèm nihil facit argumentum de
40 prodigo, quia à decreto M.C.V. fuit ap-
pellatum, & appellatio non deciſa, imò
*Franch. in deciſ.* 672. quàmuis *ibi* caſus nõ
fuerit deciſus, videtur in contrariam incli-
41 naſſe ſententiam, & contra *conſil. Staibani*
30. adeſt *conſil. Camilli de Medic.* 39. qui
validiſſimis rationibus, inſtrumentum con-
tra prodigum liquidari non poſſe, fundat,
& ſic quàmuis caſus prodigi ſit ſatis diuer-
ſus; tamẽ ſunt pro vtraq; parte opiniones,
nec exemplum Macedoniani aliquid facit,
quia ibi ſuperſedetur in liquidatione, quan-
do in promptu apparet, obligatum eſſe fi-
liumfamilias, & terminus datur ad benefi-
cium creditoris, vt aliquid probare poſſit
ad excludendum exceptionem Macedo-
niani, oppoſitam per debitorem.

# OBSERVATIO
## In Deciſione CXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum non poteſt liquidari contra
hæredem, qui hæreditario nomine ſe obli-
gauit, quid ſi ſit obligatus proprio, &
principali nomine, nu.* 2.
3 *Hæres, qui ſe obligauit proprio, & princi-
pali nomine, abſq; expreſſa renunciatione
beneficij inuentarij, an teneatur vltrà vi-
res hæreditarias de proprio, & quid ſi ex-
preſsè renunciauerit beneficio inuenta-
rij, n.* 4.
5 *Creditor, cui fuit adiudicatum nomen debi-
toris, poteſt vnà cum creditore, ſiuè eius
hærede inſtrumentum liquidare via*
Ritus M.C.V.
6 *Adiectus ſolutioni, vel eius hæres poteſt
inſtrumentũ liquidare via* Ritus M.C.V.
*vbi ſolutio fuit illi promiſſa proprio, pri-
uato principali nomine.*
7 *Inſtrumentum, in quo deficit pactum re-
ſciſſorium, an liquidari poſſit, & num.* 8.
*per* 15.
8 *Pactum reſciſſorium non appoſitum, an
pro omiſſo habeatur, & n.* 9. *per* 15.
10 *Sors regularitèr repeti non poteſt, ſed de-
mortua eſſe debet pęnès venditorem an-
nuorum introituum.*
11 *Notarius, quas clauſulas supplere poſſit.*
12 *Pactum reſciſſorium diuerſimodè apponi
ſolet, ideòque pro appoſito non cenſetur,
num.* 13.
16 *Debitor liquidato inſtrumento, ſi per plu-
res annos ſoluit tertias, an poſſit mole-
ſtari pro capitale, & n.* 17.

1 FVit in hac deciſione determinatum,
inſtrumentum non poſſe liquidari
via *Ritus M.C.V.* contra hæredem,
qui hæreditario nomine ſe obliga-
uerat pro debito defuncti, ſed contra ipſum
agendum eſſe ordinariè, iuxtà *Ritum* 178
vt refert D. meus *nu.* 28. de qua deciſione
meminit *D. Prat.* qui pro creditore in iure
ſcripſerat in d. cauſa *c.* 15. *in fine; lib.* 1. *di-
ſcept. forenſ.* ſed tamen ſuccubuit, eamquè
paritèr refert *D. Thor. in ſupplem. deciſ. p.* 1.
2 *in verbo hæres cum beneficio*, ſi tamen hæ-
res ſe obligauerit proprio, & principali no-
mine, hoc caſu *D. Conſil. Staiban. reſol.* 19.
*lib.* 1. *reſol. forenſ.* ſuſtinet partes credito-
ris, quòd poſſit hoc caſu inſtrumentum li-
quidari via *Ritus*, ſed cauſam tranſactione
terminatam fuiſſe, teſtatur *ibid. in fine*, &
3 hoc caſu maxima fuit inter DD. controuer-
ſia, an d. hæres, qui ſe obligauit pro debito
defuncti proprio, & principali nomine,



Digitized by Google

abſq; tamen expreſſa renunciatione beneficij inuentarij, teneatur vltrà vires hæreditarias ſoluere de ſua propria pecunia, vt eſt videre apud *D.Reg.Sanfelic.dec.*213.*lib.*2.
4 ideòq; S.R.C.congregatis DD.Conſiliarijs quatuor Aularum pro d. quæſtione decidēda, determinauit ſub die 16.Martij 1623. *Hæredem cum beneficio legis, & inuentarij obligatum pro debito defuncti, etiā proprio, & principali nomine, & inſolidum, & ſub quibuſcunq; clauſulis, non teneri vltrà vires hæreditarias, niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio beneficij inuentarij prædicti interueniat, cum obligatione ſatisfaciendi vltrà vires hæreditarias; Verùm facta diſcuſſione inuentarij, exequutio fiat etiam in bonis proprijs, & de perſona, quatènus ad eum peruenit de bonis hæreditarijs*, quod decretum regiſtrauit D.*Sanfelic.ibid. in fine*, ac *D.Thor.in d.verbo hæres cum beneficio*, ac de eo paritèr meminit *D.Moccia in Sylua caſ.forenſ.c.*47.*num.*1.& citat D.meum *conſult.*31.*lib.*1.

Et paritèr, nedùm creditor, cui mediante
5 Iudicis decreto fuit nomen debitoris adiudicatum, vnà cum creditore, in cuius faciem fuit iuratum inſtrumentum, vel cum eius hærede, poteſt inſtrumentum prædictū via *Ritus M.C.V.* liquidare, vt deciſum tradit
6 *D.Sanfelic.dec.*213.*n.*6.*&* 12. ſed etiam adiectus ſolutioni, cui fuit facta promiſſio proprio, priuato, & principali nomine, vel eo mortuo eius hæres d. inſtrumentum, iuxtà d. *Ritum* præſentare poterit, vt probat, ac iudicatum refert *D.Sanfelic.ibidem num.*13.
7 An autem inſtrumentum, in quo deficit pactum reſciſſorium, poſſit liquidari via *Ritus M.C.V.* & videtur negandum, quia etſi hoc pactū, omni iure licitum, ac validū ſit, ad tradita per *Gabriel.conſ.*152.*num.*3.*lib.*1.*Farinac.dec.*670.*part.*1.*tom.*2.*D.Reg. Tap.dec.S.R.C.*25.*nu.*35. *Mutam dec.*98. *n.*4.*Giurb.dec.*85.*n.*16. alioſq; quos ſequēs
8 adducit *D.Reg.Rouit.in pragm.*1.*n.*35.*de cenſib.* attamen, ſi pactum reſciſſorium non apponatur, minimè appoſitum cenſetur, ſi
9 quidèm non eſt de natura contractus, cùm ſors repeti nequeat, illa etenim debet eſſe demortua pœnès venditorem annuorum introituum, quos tantùm ſoluere tenetur, aliàs diceretur cōtractus vſurarius, *Couar. lib.*3.*var.reſol.c.*7.*Gayl pract.obſeruat.lib.* 2.*obſeru.*7.*n.*17.*Petr.de Greg.in Bulla de cenſib.q.*3.*nu.*16.*& q.*5.*num.*38.*Intrigl.ad Bull.Papæ Nicolai V.q.*43.*nu.*1.*Giurba d. dec.*85.*n.*15. ideòq; quamuis in pactum de
10 duci poſſit, vt ſors repeti poſſit in caſu non ſolutionis tertiarum, vt ſuprà diximus, tamen cùm hoc pactum tanquam accidentale, in ſtipulationem non ſit deductum, appoſitum dici non poteſt, ad *ten.in l.pacta conuenta, ff.de contrah.empt.* item *veniūt, §.cùm prædiximus*, & *ibi gloſ.ff.de petit.hæ-*
11 *redit.* poteſt enim eſſe, & abeſſe, abſquè cōtractus corruptione, nequè illud Notarius ſupplere poteſt, cùm tantummodò clauſulas de ſubſtantia, & natura contractus ſupplere poſſit, non autem accidentales, *Bart. in l.Gallus, §.idem credendum, ff.de liber. &*
12 *poſth. Felin.in cap.cùm Tabellio, de fide inſtrum.* tantò magis, quia diuerſimodè apponi ſolet, aliquando enim per annum, & menſem, per biennium, vel per lōgius tempus, prout partes inter ſe conuenire poterunt, ideòq; ſolitum dici non poteſt, *Tiraq. de iure conſtit.limit.vlt.nu.*15. *D.Trentacinq.lib.*2.*var.reſol.tit.de præſumpt.reſol.*3.
13 *n.*2.*verſ.ſecundò probatur, & nu.*9.& ratio eſt, quia difformis conſuetudo, nullius eſt momenti, *Menoch.præſumpt.*31.*n.*8.*lib.*4.
14 Contrarium tamen, vt d.pactum reſciſſorium appoſitum cenſeatur, quando in inſtrumento deficit, & eo caſu contractum reſcindi poſſe, ceſſante ſolutione tertiarum in terminis promiſſis, probat *D.Reg.Rouit. in d.pragm.*1.*n.*36. ad quod citat *Marzar. Barz.Cauale.Seraph.Maſtrill.* ac *D.Thor. in locis ibi* citatis, in nouiſſima impreſſione, quibus addo *D.Trentacinq.conſ.*59.*nu.*5. *lib.*1. vbi ità pluriès per S.R.C. deciſum fuiſſe in facti contingentia, audiuiſſe teſtatur, ac paritèr iudicatum tradit *D.Thor. voto* 60.*n.*21. idq; repetit *voto* 84.*nu.*138.
15 ſed vt verum fatear, hic articulus mihi videtur valdè dubitabilis pro vtraq; parte, ideòq; diutiùs cogitandum erit pro vera illius deciſione.

Debitor autem, contra quem fuit liquidatum inſtrumentum via *Ritus M.C.V.* ſi
16 poſt d.liquidationē ſoluit, nedùm tertias, pro quibus fuit d. inſtrumentum liquidatū, ſed etiam poſteà per aliquot annos, abſquè proteſtatione, tunc capitale peti nō poteſt, quia cenſetur renunciaſſe petitioni capitalis, per receptionem tertiarum poſteà decurſarum, ad tradita per *D.Reg.Rouit.in pragm.*1.*de cenſib.n.*42.*D.Conſil.Paſchal. de patr.poteſtat.p.*4.*c.*6.*nu.*19.ac *D.Præſ. Merlin.cent.*1.*controu.forenſ.c.*31.*à nu.*8.
17 cum pluribus *ſeqq.* tamen cùm hæredes Octauij Bauoſa liquidaſſent inſtrumentum in M.C.V. contra Franciſcum Antonium de Ponte, pro capitale duc.500.& pro alijs duc.57. tertiarum, facta d.liquidatione, nedùm d.de Pōte ſoluit dd.tertias, ſed etiam p multos annos poſt d.liquidationē, abſq; proteſtatione dd.hæredū exigēdi capitale, cūq; poſt multos annos fuiſſet carceratus d.de Ponte pro d.capitale duc.500. vigore literarū exequutorialium, expeditarum ex cauſa dictæ liquidationis, fuit per Iudicem

M.C.V.

Digitized by Google

M.C.V. domi ordinatum, quòd excarceretur, ſtante d. ſolutione tertiarum, illoq; excarcerato, fuit à d. decreto appellatum per dd. heredes, ad d. M.C.V. per quam fuit prouiſum, quòd non audiatur d. debitor, niſi in vinculis, vel facto depoſito, iuxtà *Ritum* M.C.V. 166. ex quo liquidatio erat facta antè promulgationem *Reg. Pragm. 8. c. 7. de instrum. liquidat.* per quam quis facta liquidatione non poteſt audiri, niſi facta integrali ſolutione debiti, pœnæ, ac expenſarum, à quo decreto cùm debitor appellaſſet ad S.R.C. facta de prædictis relatione per *D. Iudicem Archamonum* ſub die 5. Iunij 1642. in Aula *D. Conſil. Sauij*, interuenientibus *D. Propræſide Marcheſio*, ac *DD. Conſil. Sauio*; *Prouenzali*, ac *de Franchis*, fuit cauſa remiſſa eidem M.C.V. confirmando illius decretum, in Banca .... & penès Secretarium S.R.C. *M. A. Giarrius.*

---

## ARGVMENTVM.

### Vēditio annuorū introituū facta per Cōmunitatē ad rationem decē pro centenario, cū promiſſione indemnitatis à collectis, an ſit nulla, tanquàm vſuraria, vltrà ſummā, à *Bulla, & Reg. Pragmat.* taxatam; an verò ſit reijciendus exceſſus, firmo remanente contractu, & per conſequens, an ſit deducenda Bonatenentia.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptiones annuorum introituum cum Regia Curia, vel cum Vniuerſitatibus, fuerunt modificata per* Regiam Pragmaticam, *ad rationem duc. ſeptem pro centenario, & nu. 49.*

2 *Annui cenſus, attenta* Bulla *non poſſunt excedere ſummam duc. 10. pro centenario.*

3 *Collecta in Regno, quo tempore fuerint inuenta.*

4 *Neapolitana Ciuitas olim ſoluebat collectas, loco quarum fuit data Regia Curia Gabella boni denarij.*

5 *Vniuerſitates Regni olim ſoluebant ducatū vnum pro quolibet fumante, & pro eo Regia Curia dabat modium vnum ſalis.*

*Et quo tempore fuit aucta dicta collecta in alijs carolenis quinq; num. 6.*

*Et quādo præſtatio ſalis fuerit remiſſa, n. 7.*

8 *Functiones fiſcales hodiè exiguntur ad rationem carolenorum quindecim, & granorum duorum pro quolibet fumante.*

9 *Vniuerſitates Regni ſoluunt, vel ex collectis, vel ex gabellis.*

10 *In impoſitione collectarum, ſeù appretio, quod* Cataſtū *vocant, nō requiritur Regius aſſenſus, ſecus ſi imponātur gabellæ.*

11 *Onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, dicūtur realia, et etiā patrimonialia, n. 13.*

12 *Impoſitio granorum quadraginta octo pro quolibet fumante fuit impoſita pro ſoluendis Stipendijs Militum.*

14 *Onus, quod imponitur perſonæ pro rebus, ſequitur poſſeſſorem.*

15 Collecta *naturalitèr dicuntur onera rerum, formalitèr perſonarum.*

16 *Exteri poſſidentes bona in aliquo loco, ſoluunt tanquàm bonatenentes.*

*Pro quibus contribuunt ad ſolutionem Fiſcalium, nu. 17.*

18 *Annui reditus reſpectu ſolutionis collectarum inter immobilia connumerantur.*

19 C*enſus non poteſt conſtitui, niſi ſuper certo corpore.*

20 *Emptor cēſus, ſiuè annuorum introituum, tenetur ſoluere collectas.*

21 Surd. conſil. 162. nu. 25. *refellitur.*

22 *Emptio facta ad rationem decem pro quolibet centenario, abſq; onere collectarum, an ſit vſuraria.*

*Vel vitiato pacto contractus, firmus ille maneat, latè diſcutitur, & n. ſeq. & 26.*

*Declara, vbi cenſus eſſet conſtitutus ad minus, quàm decem pro centenario, n. 30.*

23 *Pactum contrà ſubſtantialia cenſus, vitiat contractum.*

24 *Subſtantialia contractus quæ dicantur.*

25 *Pacta, quæ non ſunt contrà ſubſtantiam contractus, vitiantur, & non vitiant.*

27 *Pactum anticipatæ ſolutionis in contractu cenſuali annullatur.*

28 *Pacta iniuſta, et contrà formam* Bullæ, *vitiantur, & non vitiant.*

29 *Pactum, quod excedit legitimā metam, non vitiat totum contractum cenſualem, ſed reducitur ad legitimam ſummam.*

31 *In Regnis* Hiſpaniarum *onus ſoluendi collectas ſpectat ad venditorem, & n. 32.*

33 *Onus collectarum ſpectat ad venditorē, qui poſſeſſionem tenet, & fructus percipit.*

34 *Cenſum emens, dicitur emere fructus rei.*

35 *Onus adiectū, facit rem minoris æſtimari.*

36 *Poſſidens cenſum ponitur in æſtimo pro valore cenſus.*

37 *Onus ſoluendi collectas, quod ſpectat ad emptorem cenſus, poteſt transferri in venditorem.*

38 *Laudemij ſolutio licèt ſpectet ad emptorem, poteſt paciſci, vt debitor illud ſoluere teneatur.*



Digitized by Google

39 *Onus Gabellæ pro venditione tritici, quamuis ex ſtatuto ad venditorem ſpectet, poteſt ex pacto in emptorem transferri.*

40 *Pactum de ſoluendo gabellam, pars pretij dicitur, & nu. 41. & 42.*

43 *Conſtituitur differentia in cenſu vendito ab ipſamet Vniuerſitate, vel ab alio.*

44 *Paria ſunt quoad iuris effectum, remittere, & dare.*

45 *Contractus non valet, quo quis dat pecuniã, vt non grauetur muneribus publicis.*

46 *Vniuerſitates, immunitatem concedere non poſſunt, etiam, quando vendunt, & n. 48.*

47 *Mutata perſona, mutatur ſtatus rei, & cõſideratur qualitas noui poſſeſſoris.*

50 *Onus collectarum, vigore taxæ factæ per* Reg. Prag. *non ſpectat ad ipſas Vniuerſitates, ſed ad Creditores ipſarum.*

*Sed contrà, ſi Creditores ſint Neapolitani, num. 51.*

52 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CXVI.

VNiuerſitates huius Regni antè annum 1611. quo tempore fuit edita *Regia Pragmat. 5. de cenſibus*,
1 per quã fuerunt modificatæ emptiones annuorum introituum, tàm cum Regia Curia, quàm cum Vniuerſitatibus Regni, ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, quando indigebant aliqua pecuniarum quantitate, vt plurimùm ſolebat facere venditiones annuorum introituum, iuxtà formam *Bullarum Nicolai V. & Pij V. Summorum Pontificum*, ad rationem decem pro centenario, cum conditione, vt emptores ipſorũ eſſent immunes ab omnibus collectis impoſitis, & imponendis. Cùmq; caſus accidiſſet inter Vniuerſitatem Flumariæ de Muro cum Illuſtr. D. Fabritio Ruffo Comite Sinopolis, & Principe Scillæ, fuit dubitatum in S. C. vtrum contractus prædictus eſſet validus, vel ſaltim eſſet deducenda à dictis annuis duc. decem Bonatenentia, eidem Vniuerſitati debita per d. Comitem, & per conſequens per Ill. Duciſſam Hadriæ eius filiam, & hæredem pro duabus partibus.

Dicebatur pro parte Vniuerſitatis, con-
2 tractum fuiſſe nullum, tanquàm vſurarium, & contrà formam, tàm *Bullarum Summorum Pontificum*, quàm *Regiæ Pragm. 1. de cenſib.* in quibus iuribus ſtatuitur, vt in hoc Regno annui cenſus non poſſint excedere ſummam annuorum duc. decem pro cente-
3 nario, cùmq; Vniuerſitates Regni à tempore *Imperatoris Federici* coactæ fuerint ſoluere collectas, vt dixit *Andr. in cap. 1. §. extraordinaria collatio, nu. 62. quæ ſint Regal.* vbi etiam *Afflict. nu. 40. & ſeq. Capyc. in inueſt. feud. in d. titul. verſic. collectis*, quæ collectæ exigebantur ſub nomine adiutoriæ, *Lucas de Penn. in l. fin. C. de annon. & tribut. lib. 10.* & quolibet anno exigebantur ſex collectæ, vt notauit *Regens Tapia de Conſtitut. Princip. in rubric. cap. 4. nu. 49.* & *Reg. Moles in titul. de Fiſcal. in princip. verſic. alia verò iura noua*, & contribuebat etiã Ciuitas Neapolitana, vt ex *Andrea* colligit *Vinc. de Franch. deciſ. 56. nu. 26.* & ego vidi nonnullas ſcripturas Regij Archiuij, quòd quælibet Platea eligebat vnum pro exigen-
4 dis collectis, quem appellabant Collectorem, licèt poſteà loco collectarum fuerit data Reg. Curiæ Gabella boni denarij, vt poſt *Capyc.* tradit idem *Franch. in d. dec. 56. in fine*, tempore verò *Regis Alfonſi* de anno 1442. fuerunt collectæ, quæ à Rege Vniuerſitatibus imponebantur ſublatæ, & eorum loco ſe obligauerunt ſoluere ducatum vnũ pro quolibet fumante pro pretio vnius mo-
5 dij ſalis, conſignandi per Regiam Curiam, vt apparet ex Parlamento d. anni in *Capitulis* huius Ciuitatis *in princ. fol. 4. à terg. cap. 1. & 6.* & habetur per *Lanar. conſil. 31.* tempore verò *Regis Ferdinandi II.* fuerunt
6 aucti alij caroleni quinq; vt habetur in Parlamento de anno 1496. *in c. 27.* quod etiam fuit confirmatum in Parlamento de anno 1505. tempore *Regis Catholici*, vt in *cap. 45. fol. 45. Afflict. in titul. quæ ſint Regal. in §. & plauſtrorum, Reg. de Ponte in tit. de Regal. impoſit. in princip.* ſub *num. 35. & §. 1. nu. 15. & §. 2. num. 10, Fab. de Ann. conſ. 60.* Reg. *Rouit. in Pragm. 1. de iurib. & exact. fiſcal. n. 65.* quod etiam legitur in *Pragm. 1. de ſale vendendo*, licèt poſteà in Parlamen-
7 to generali de menſe Aprilis de anno 1607. hæc præſtatio ſalis fuerit remiſſa Regiæ Curiæ, & ſtatutum pretium carolenorum octo pro quolibet modio, vt habetur ex *Reg. Tapia in libr. 6. iur. Regn. tit. de ſolut. fiſcal. in Comment. ad cap. 2. fol. 43.* de qua remiſſione meminit *Rouit. in d. Pragm. 1. de ſale venden. nu. 3.* Deniq; in anno 1635. imminentibus bellis fuit auctum pretium ad ducatum vnum pro quolibet modio, & in anno 1637. ad carolenos duodecim, licèt hodiè
8 hæ functiones fiſcales exigantur ad rationẽ carolenorum quindecim, & granorũ duorum, quia *Rex Ferdinandus I.* congregato Parlamento in anno 1481. voluit, non exigi ampliùs dictas functiones, ſed impoſuit gabellas frumento, ordeo, carni, caſeo, oleo, & alijs, quod durauit per annos tres, licèt poſteà ſublatis dictis Gabellis iterùm voluit, vt exigerentur caroleni quindecim, & grani duo, vt habetur ex *Reg. Moles in princ.* eius *deciſion.* quæ vadunt per manus ad pennam.

Verùm

Verùm, quia Vniuerſitates non habent modũ ſoluẽdi dictos carolen. 15. & gran. 2. pro fumante, ideò, vel imponunt collectas, allibrando omnia bona, in eorum territorio ſita, per æs, & libram, & vnuſquiſq; ſoluit pro rata bonorum, vel imponuntur gabellæ, ex quibus ſoluuntur Regiæ Curiæ dicti carolení quindecim, & grani duo pro quo-
9 libet fumante, & hæ vocantur functiones fiſcales, vt habetur ex *Reg. Moles in d. princ.* eius *deciſion. & deciſ. 3.* in materia functionũ fiſcalium, *De Ponte de poteſtat. Proreg. titul. 4. de regal. impoſit. d. §. 1. nu. 8. & §. 8. nu. 42.* vbi etiam, quòd in impoſitione col-
10 lectarum, allibramento, ſeu appretio, quod Cataſtum vocant, non requiritur Regius aſſenſus, ſed in impoſitione gabellarum ſic, & ex hoc apparet, quòd quamuis Vniuerſitates ſoluant has functiones fiſcales, tamẽ, rei veritate ſunt ipſimet Ciues pro modo
11 earum facultatum, quæ quidem onera, quę imponuntur perſonæ pro rebus, dicuntur onera realia, ſoluuntur enim ſecundùm patrimonij valorem, *l. omnes, C. de oper. public.* & ſoluuntur pro rebus, *gloſ. in Rubric. de muner. patrimon. lib. 10. Bart. in l. 1. in fin. C. de mulier. & in quo loco, eod. lib. 10. Afflict. in d. §. & plauſtrorum, nu. 19. quæ ſint Regal.* fuerunt etiam aliæ ſolutiones impoſitę,
12 quæ vocantur extraordinariæ, videlicèt gran. 48. pro quolibet fumãte in anno 1541. per *D. Petrum de Toleto*, pro ſoluendis ſtipendijs Militibus Hiſpanis, quæ ſolutio licèt fuerit tunc temporalis, attamen, quia poſteà fuit prorogata in perpetuum, ideò hodiè etiam ordinaria nuncupari poteſt, *Moles in loco* proximè citato, *quæſt.* 5. ſic etiam pro donatiuo, quod etiam hodiè ordinarium vocant, pro conſtructione murorum, cuſtodia Turrium, hoſpitio armigerorum, & ſalario Barricelli Campaneæ, de quibus in *Compend. Regni*, collecto per *Henricum Bacchum*, vbi ſunt notata focularia Regni, & impoſitiones, & habetur etiã ex *Moles in loco* citato.

Quæ quidèm functiones fiſcales, & alia
13 onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, dicuntur patrimonialia, prout declarauit Regia Camera in *quæſt. 4. Reg. Moles, & Reg. Tapia in d. Rubric. de Conſtitution. Princip. cap. 4. nu. 78. & Maſtrill. deciſ. 156. num. 11.* qui loquitur in impoſitione pro conſtructione murorum, & onus, quod im-
14 ponitur perſonæ pro rebus, ſequitur poſſeſſorem, ad quem res tranſit, vt notatur in *d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* & licèt obligatio dirigatur ad perſonam, tamen cauſa finalis eſt ipſa res, *Federic. de Senis conſ. 151. num. 3. Pacian. conſ. 5. num. 18. & Bald. in l. propter, C. qui bonis cedere poſſunt,*
15 dicit, quòd naturaliter collectæ ſunt onera rerum, formalitèr verò onera perſonarum *Oz. ſch. deciſ. 95. nu. 46.*

Hinc ſequitur, quòd exteri, qui poſſident bona in aliquo loco, quamuis non ſoluant
16 onera perſonalia, ſoluunt tamen pro bonis, per ipſos poſſeſſis, tanquàm bonatenentes, vt habetur ex *text. in l. per Bithiniam*, cum *gloſ. in verbo muneribus, C. de imm. nem. conced. lib. 10.* vbi *Bartol. & Io. de Plat. & Salyc. in l. placet, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Franciſc. de Clapper. in cent. cauſ. fiſcal. cauſa 37. quæſt. vnic.* vbi plenè, *Theſaur. deciſ. 164. Bouadill. lib. 5. Polit. cap. 5. nu. 24. Phæb. deciſ. Luſitan. 34. Rouit. in rubric. de appretio, ſeu bonor. æſtim. num. 2.* & quòd ex-
17 teri contribuãt ad ſolutionem functionum fiſcalium, tanquàm bonatenentes, habetur ex *Andr. in tit. quæ ſint Regal. in d. §. & plauſtrorum, n. 54. verſic. indicuntur enim, Capyc. in inueſt. feud. in verbo feudorum clauſula*, dicuntur enim munera patrimonialia, *Anell. Amat. conſ. 77. num. 23. & 24.* Itaq; eò ipsò, quòd exterus emit annuos introitus ab Vniuerſitate, tenetur ſoluere collectas tanquàm bonatenens, nàm annui
18 introitus inter immobilia cõnumerantur, ſiuè perpetuò, ſiuè ad longum tempus conſtituti ſint, *Clem. 1. §. cùmq; annui reditus, de verb. ſignific.* innumeros affert *Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 6. nu. 4. cum ſeqq.* & qui habet cenſum ſuper re, tenetur ad onera, ſicut
19 is, qui immobilia poſſidet, cenſus autem non poteſt conſtitui, niſi ſuper certo prædio, *Milan. deciſ. 2. nu. 116. lib. 2. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. ſuper Bulla, q. 5. nu. 165. Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. tit. de cenſib. reſol. 1.* ſub *nu.* 17. & proindè cùm percipiat fructus, tenetur ad onera, *Tiraq. de retract. § 32. gloſ. 1. nu. 78. Mut. deciſ. 84. num. 11.* & quòd emptor cenſus, ſiuè an-
20 nuorum introituum teneatur collectas ſoluere, firmat *Cæph. conſ. 637. num. 55. ex tex. in l. fructus, C. de act. empt. l. omne, ff. de cenſib. & l. 1. C. de annon. & tribut. libr. 10.* quicquid dixerit *Surd. conſil. 162.*
21 *nu. 25.* qui tenuit, venditorem cenſus teneri ad onera, quia in æſtimo ſemper ponuntur emptores cenſuum, qui pro rata contribuunt in collectis, cùm contrarium firmet *Gutierr. de gabell. quæſt. 54. nu. 28. Auendan. reſponſ. 23. nu. 2. Rolan. à Vall. conſ. 66. num. 33. col. 1.* & hoc in indiuiduo fatetur *Rouit. Filius in Pragmatic. 5. de cenſib. n. 25.* qui pro Creditoribus ſcripſit, *Cæſar Manent. de contract. liuell. par. 4. num. 4.* quod etiam voluit *Koppen deciſ. 50. n. 15.* & quòd emptor annui cẽſus debeat ſoluere pro eo, quod habet ſuper fundo, venditor verò pro reſiduo, *Vin. dec. 369. n. 14. Lucas de Penna in l. agros, col. 4. C. de fund. limotroph. lib. 11.*

Quibus ſtantibus dicebatur pro parte Vni-

Vniuerſitatis,hoc pactũ, per quod emptor
reddebatur immunis à ſolutione collecta-
22 rum, eſſe contra formam Bullæ, quia vltrà
duc.decem pro quolibet centenario,habe-
bat remiſſionem oneris collectarum, quo
caſu fuit quæſtio inter DD. an contractus
reddatur fęneratitius,& ſic ipſo iure nullus,
an verò firmus remaneat,ſublato exceſſu,&
quàmuis Salas de contractib.titul. de cenſ.
dub.12.nu.7, tenuerit,quòd omne pactum
contra Bullam ſit fœneratitium,& Felician.
de cenſib.c.10.n.28.dicat,quòd exceſſus iu-
ſti pretij infirmet contractum, quando ta-
men non eſſet in modica quantitate,vt in c.
16.q.11. Azor.inſtit.moral.lib.10 par.3.c.5.
Alij tamen diſtingunt,quòd ſi pacta in con-
23 ſtitutione cenſus ſunt contra ſubſtantiam
contractus, & tunc erit nullus, ſecus verò,
quando eſt pratèr naturam, vel circa acci-
dentalia, quia tunc firmo remanente con-
tractu, pactum infirmatur, Seraphin. deciſ.
269. & 1431.n.5. ſubſtantialia autem con-
24 tractus cenſus,itàut vſurarius non dicatur,
ſecundùm Bullam Pij V.Pontificis,ſunt,vt
conſtituatur ſuper re immobili,certis fini-
bus deſignata,& quòd adſit pecunia nume-
rata,quibus non obſeruatis contractus red-
ditur nullus, vt habetur etiam ex Gutierr.
pract.quæſt.lib.2.q.176.n.5.verſ.vel ſecun-
dò & rectiùs,Rot.Rom.penès Cencium dec.
147.& apud P.Duard.deciſ.146. alia verò
25 pacta à iure improbata nõ vitiant contra-
ctum,ſed reijciuntur,vt habetur per Rot.in
dec.670.in recentiorib.Salas de contract.tit.
de cenſ. dub.6. cum ſeqq. Scortia in ſelect.
Summor.Pontific.Conſtitution.Theorema
104. multa per Auguſt. Barboſ. in Extra-
uag. Regimini Martini V.in collectan.libr.
3.fol.176.& per Azor.inſtit.moral.d.par.3.
lib.10.capit.21.Roderic.de ann.redit.libr.2.
q.4.nu.1.& 2.qui dicit,quòd pactum vitia-
26 tur, quia eſt quid ſeparabile, l.pecunia, ff.
de vſur.& l.eos,ad finem,C.eod.& quòd pa-
ctum ſit inualidum, tenet etiam Faller. de
contract.cenſual. in verbo nihil vltrà,n.24.
quod capitulum incipit,vt vides hic,fol 156.
in 6.vol.par.2.tractat.& quòd iſtud pactum
reijciatur, tanquàm contra formam Bullæ,
ſed non ſit contra ſubſtantialia, habetur
etiam ex Garſia de expenſ.& melior.c.18.
n.46.& deciſum refert per Rotam Romanã
Cenc.in d.deciſ.147. poſt tract.de cenſib. &
P. Leonard. Duardus in deciſionibus colle-
ctis poſt eundem tractatum de cenſib.d.dec.
146.ſicuti etiam pactum,quòd ſolui debeat
27 abſq; diminutione, ex qualibet cauſa,& ſic
pactum anticipatæ ſolutionis, vt per eundẽ
Cenc.in dec.308.n.22.& habetur plenè per
Reg. Rouit.in deciſ.S.C.33. vbi,quòd iſta
28 pacta iniuſta,& contra formam Bullæ reij-
ciuntur, & non vitiant contractum, quod
etiam ſequitur Conſil. Merlin. controuerſ.
96.n.17.cum ſeqq.vbi,quòd debeant redu-
29 ci ad legitimam metam,ſublato exceſſu, ex
text.in d.l.eos,§.final.C.de vſur.diffusè etiã
per Petr.de Gregor.de cenſib.q.7.& ibi Ma-
ſtril.nu.23. vbi,quòd pactum infirmatur in
cenſu, in quo non poteſt excedere decem
pro centenario, & quòd ſtante d.pacto au-
geatur pretium, quod quidèm ex Bullis
Summorum Pontificum conceſſum fuit,ne-
dùm in vtraquè Sicilia,verùm etiam in Po-
lonia, & Germania, vt habetur ex Leſſio de
iuſt.& iure lib.2.cap.22.dub.14.& dub.12.
vbi etiam ponit conditiones in conſtitutio-
ne cẽſus,ſequitur etiam P.Duard.de cenſib.
§.2.q.21. quod tamen limitatur, quando
30 eſſet conſtitutus ad minus decem pro cen-
tenario,itaùt computatis oneribus, quibus
venditor cenſus teneretur, non excederet
d.ſummam duc.10.pro cẽtenario,Ludouic.
Molin.de contract.q.391 ſequitur Maſtrill.
ad Petrum de Gregor.de cenſib.d.cap.7.nu.
23.& Camill. de Curt. in 1. part. diuerſor.
31 feudal.c.8.nu.7.dixit,quòd in primis annis
ſuæ aduocationis annullare fecit pacta præ-
dicta, in cauſa inter quoſdam Genuenſes
cum D. Alphonſo de Leyua, ex eo, quòd
vendiderat ad rationem decem pro cente-
nario, & in contractu erat appoſitum pa-
ctum, quòd onus collectarum, & aliorum
onerum ſpectaret ad venditorem, & quòd
ſic poſteà fuit iudicatum, referente Anto-
nio Cadena, de qua deciſione mentionem
facit Conſil. de Georgio in repetit. feudal. c.
42.n.9. quod etiam tradidit Viu.d.dec.369.
n.14. Cæſar Manent.de iur.contract.liuell.
pact.11.n.4. Calcan.conſ.84.n.3.& conſ.85.
ſub.nu.10. Nauarr.in append.lib.3.titul.de
cenſib.conſ.14.nu.1. Intrigliol.eod.tract.de
cenſib.q.9.nu.10. Cencius part.2.cap.1.q.3.
art.6.nu.1.cùm ad emptorem ſpectet ſolu-
tio onerum, vt ex magis communi reaſſu-
mit Gutierr.de gabell.q.46.nu.1.& Anton.
Gama dec.Luſitan.349.nu.5.quod ſecus eſt
in Hiſpania, vbi onus ſpectat ad venditorẽ,
Roderic. de ann. redit. libr.2.q.4.n.8. Iacob.
Gall.conſ.83.n.6.Ioſeph Ludouic.dec.Peruſ.
113.num.3.

Pro parte verò Vniuerſitatis etiam ad-
ducebantur omnia ea, quæ ingenioſè, &
doctè ſcripſit Ferdinandus Rouit.Scipionis
patris digniſſimus filius in prag.5.de cenſib.
ex quibus aliqua reaſſumere viſum fuit, nè
videar aliena ſcripta trãſcribere,quæ latiùs
tamen videri poſſunt in d.pragmat.in com-
mentar.Scipionis patris. Et primò dicit,
32 quòd onus ſpectat ad venditorem cenſus,
non autem ad emptorem, ad text. in l.1.§.
annonas,C.de ann.& tribut.libr.10. vbi
is ſoluere debet annonas, qui poſſeſſionem
tenet, & fructus percipit, & qui illos perci-
33 pit.

Digitized by Google

33 pit, ad onera tenetur, *hactenus, ff. de uſur. l. ſtipendia, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Garz. de expenſ. & melior. cap. 11. n. 46.* Emptor verò non poſſidet rem, proindè ad onera rebus impoſita teneri non debet, vt ex *Socin.* tradit *n. 51 Surd. d. conſ. 162. n. 26.*

Sed prædictis facilis eſt reſponſio, quia is, qui cenſum poſſidet, dicitur eſſe in poſſeſſione rei, pro qua præſtatur cenſus, *Bart.*
34 *in l. ſolent, §. non verò, ff. de offic. Proconſul. Gaſp. Ant. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 32. n. 9. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſib. d. q. 5. n.* 168. *Reg. Tapia in dec. S. C.* 25. *nu.* 23. & ideò non poteſt cenſus imponi ſuper re infructifera, *Vinius d. dec. 369. nu. 2. & Maſtrill. vbi ſuprà, n. 102. Virgin. de Boccat. de cenſib. par. 2. n. 100.* vel ſi non eſſet tanti reditus, quantus eſt cenſus, *Caſta de remed. ſubſid. remed. 124. n. 16.* & ſic emptor dicitur percipere cenſum ex fructibus, & proindè ad onus tenetur, vt ex *Muta, & Tiraquell.* ſuprà fundauimus, & ideò in appretio fundi
35 taxando deducitur onus cenſus, & ratione oneris minori pretio æſtimatur, *gloſ. in l. in generali, § final. ff. de vſufruct. legat. Cacheran. dec. 91. n. 9. Io. Anton. de Nigris in Capit. Regn. Porrecta, n. 16.* & ex his ſequitur,
36 quòd poſſidens cenſum, ponitur in æſtimo pro valore cenſus, *Auend. d. reſponſ. 23. n. 2. Gutier. de gabell. d. q. 54. n. 28. & q. 46. nu. 1. & 2. in fin.*

Secundò dicebatur, quòd data pro vera opinione, quòd ad emptorem ſpectet onus ſoluendi collectas, vt tradit *Rouit. in dict.*
37 *pragmat. n. 89.* tamen poſſet ex pacto reiici in venditorem, quod probatur ex doctrina *Rebuff. in to. 2. ad Conſtit. Gall. tit. de reſciſſ. contract. artic. vnico, gloſ. 15.* ſuper *verbo d'outre Moitie de iuſte prix, verſ. 13. n. 17.* vbi habetur, quòd onus laudemij licèt ſpe-
38 ctet ad emptorem, poteſt paciſci, vt debitor illud teneatur ſoluere, & ſic deciſum refert in illo Supremo Senatu, ex qua deciſione infert *Mexia in prag. taxa panis, concl.* 3. quòd taxato pretio frumenti, vel aliarum rerum à ſtatuto, quamuis ſolutio gabellæ
39 ad venditorem ſpectet per d. ſtatutum, tamen poterit venditor illud onus ex pacto in emptorem transferre, dummodò recipiat pretium iuxtà taxam, & eum ſequitur *Felician. de cenſib. lib. 2. cap. 1. nu. 14.* qui ex hoc infert, quòd ſi onus rei non inſit, nec ex eo aliquid perueniat ad emptorem, vel venditorem, non computatur in pretio.

Verùm, prædictis reſpondebatur, doctrinam prędictam non eſſe vndiq; tutam, cùm
40 pactum de ſoluendo gabellam pars pretij ſit, pretiumq; augeat, vt ex diſpoſitione *tex. in l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* tenet *Io. Bapt. Martianen. conſ. 76. nu. 1. lib. 1.* Et
41 quicquid ſoluit emptor, ratione emptionis pro pretio habendum eſt, ex *text. in l. debet, ff. de ædil. edict. Parlad. rer. quotid. lib. 1. c. 3. §. 7. nu. 9.* vbi, quòd ſi in venditione mercis
42 fuerit conuentum, quòd onus ſpectans ad venditorem, ſit emptoris, vt vulgò dicitur, *horro de alcauala*, in habenda ratione vectigalis ſoluendi, totum, quod emptor ſoluere debet, pro pretio habendum eſt, & proindè falſam eſſe hanc opinionem, tàm *Rebuffi*, quàm *Mexia* dixit *Gutierr. de gabell.* poſt *Azeued. q. 67. n. 10. Laſſart. de decim. vend. c. 16. n. 3.*

Et demùm dicebatur per creditorem, quòd quatènus eſſet dicendum, quòd tale
43 pactum, vt ſit immunis emptor à Bonatenentia in contractu venditionis annuorum introituum ad rationem decem pro centenario, ſit inualidum, hoc procedere poſſet in venditione facta ab aliquo Ciue loci, vbi ſoluuntur collectæ, nàm eo caſu vltrà decẽ pro centenario ſolueret illud onus, quod eſſet vltrà ſummam, in *Ballis Pontificijs, & in Pragm. 1. de cenſib.* contentam, ſecus autem reſpectu eiuſdemmet Vniuerſitatis vẽdentis, quæ faceret immunem, & exemptũ emptorem ab onere, quod ipſi Vniuerſitati deberetur, occaſione eiuſdemmet contractus, cùm eo caſu emptor non habeat, niſi illa decem pro centenario, & venditor nihil ſoluit vltrà decem, neq; eſt in aliquo dãno, nihil enim de bonis Vniuerſitatis Creditori tribuit, illum ab oneribus eximendo, vt voluit *Iaſ. cõſ. 101. n. 5. vol. 4.* & in pũcto hoc motiuũ amplificat *Rouit. filius in d. pragm. 5. nu. 121. cum ſeqq. de cenſib.* & in terminis venditionis factæ à Particulari loquuntur *deciſiones* Rotæ Romanæ poſt *tract. de Cenſib. Cencij 147. & Duard. 146.* & in his terminis etiam fuit deciſio relata per *Camill. de Curt. in d.* eius *1. part. diuerſor. feudal.* & loquuntur etiam omnes DD. pro creditoribus ſuprà allegati, & propterea non poſſe, dicebatur, illa iura applicari in caſu noſtro, in quo Vniuerſitas vendit, & eſt in damno, quia antè contractum hoc ius exigendi collectas, ſiuè bonatenentiam, ab emptore non habebat.

Dicebatur tamen pro parte Vniuerſitatis, inter vtrumq; caſum nullam conſtitui poſſe differentiam, quia paria ſunt quòad
44 iuris effectum, remittere, & dare, *l. ſi mulier, ff. de cond. cauſ. dat. l. ſi fundum, §. Titius, ff. de leg. 1. l. ſi quis obligatione, ff. de reg. iur.* vbi *Dec. & Cagn.* per quæ iura ità in terminis immunitatis collectarum conceſſæ ab Vniuerſitate reſoluit *Ozaſcb. dec. 95. nu. 34. & nu. 27.* dicit, malè fuiſſe *Iaſon.* loquutũ in *d. conſ. 101. n. 4.* & omnibus contrarijs ſatisfacit, & quòd ex hac collectarum remiſ-
45 ſione creditores dicantur capere vltrà ſũmam decem pro centenario, habetur ex

*Ozaſcb.*

Digitized by Google

*Ozaſch.in d.decis.95.num.30.* & voluerunt
*Mar.Anton.variar.reſol.lib.2.reſol.56.nu.*
14.*Zabar.in cap.conſuluit,verſic.ſi ergo,ex-*
46 *trà de vſur.* & eſt receptiſſima concluſio,
quòd Vniuerſitates immunitatem cōcede-
re non valeant,*l.vacuatis,C.de decur.lib.*11.
*l.vnica,C.de his,qui à princip.vacat.accip.*
*immunitates, C.de agricol.& cenſit. lib.*12.
*l.*1.*&* 2.*C.de decr.decur.lib.*10. *Alex.conſ.*
101.*vol.*1.*& conſ.*54.*vol.*4.*Bart.* & alij in *l.*
*exceptos, C.de decur.lib.*10. *Loſaus de iur.*
*Vniuerſitat.par.*3.*cap.*10. *nu.*1. *Natt.conſ.*
304.*num.*1. & de magis communi teſtatur
*Capibl.de Baron.pragm.*8.*nu.*272.*verſ.con-*
*traria opinio*, quod eo magis procedere in
Vniuerſitate ſubiecta,dixit *Menoch. conſil.*
887.*num.*20.*Barz. deciſ.*117.*num.*1.*Octau.*
*Glorit.in* 1.*reſponſ.par.*2.*nu.*11.

Et quidèm ratio cōuincit,quia licèt bo-
na,ſuper quibus cenſus imponitur ſint libe-
47 ra,& exempta, dùm venditur annuus cen-
ſus creditori,mutatur rei ſtatus,& ex libera
fit ſolutioni ſubiecta, quia conſideratur
qualitas noui poſſeſſoris,*l.*1.*C.de imponend.*
*lucrat.deſcript.lib.*11.*Roland.conſ.*61.*nu.*7.
*vol.*4.*l.Paulus,* alias *procuratore, ff. de ac-*
*quirend.hæred.Peregr.de iure Fiſc.lib.*6.*tit.*
4.*nu.*45.*Octau.Glorit.reſponſ.*5. *num.*36.&
hoc in puncto tradit *Clapper. cauſ.*98.*q.*2.
*nu.*3.vbi,quòd quando Vniuerſitas vendit,
bona vendita debeant accataſtari: Si ergo
immunitas conceſſa ab Vniuerſitate, eſſet
valida,creditor exigeret vltrà decē pro cē-
tenario, quia extraheretur ab illo onere,
48 quod eidem Vniuerſitati ſoluere deberet,
& quòd hoc pactum debeat reijci, etiam
quando Vniuerſitas vendit, in puncto vo-
luit *Nicol.Anton.Biaſcus in ſylua memorab.*
*iur.c.*5.vbi latè diſputat articulum, an Ci-
uitati dans mutuo,ad hoc,vt interim ſit im-
munis,& an annuum cenſum emens,vt pro
eo oneribus non contribuat,quaſi vltrà de-
bitum accipiens, illud reſtituere teneatur,
& tandèm concludit, in vtroq; caſu vſuram
cōmitti,& hoc pro abſoluto admittit *Scip.*
*Rouit.in ead.pragm.*5. *de cenſib.*ſub *num.*4.
49 vbi dicit, quòd publicata prædicta *Pragm.*
per quam annui cenſus venditi per Vniuer-
ſitates redacti fuerunt ad rationem ſeptem
pro centenario; Vniuerſitates Regni ſum-
pſerunt occaſionem prætendendi, quòd
quemadmodùm poſſeſſores ann. introituū
emptorum ad rationem decem pro cente-
nario, ſeruata forma *Bullæ Papæ Nicolai,*
*& pragm.*1. tenebantur deducere ad bene-
ficium Vniuerſitatum ius collectarū, quod
ipſi tenebantur ſoluere, & contribuere eiſ-
dem Vniuerſitatibus, tanquàm bonatenen-
tes,ſic eo modo tenentur deducere ius col-
lectarum,non obſtante reductione facta ad
rationem ſeptem pro centenario, & ſuper
hoc inſerit *Allegationes Ferdinandi filij,*
50 qui ſcripſit pro Creditoribus.

Quibus ſcriptis non obſtantibus, de an-
no 1633.fuit per Reg. Camer. prouiſum,
quòd Vniuerſitates, habito reſpectu ad di-
ctas collectas,quas deberent penès ſe reti-
nere, non obſtante pacto immunitatis ſol-
uant ad rationem quinque tantùm pro cē-
tenario, licèt hæc prouiſio ſit poſteà ſuper-
51 ſeſſa reſpectu Ciuium Neap. ſed reſpectu
venditionis ad rationem decem pro cente-
nario videtur, quòd non poſſit fieri proba-
bilis difficultas. Et ideò die 5. Nouembris
1637. referente Regio Conſiliario Didaco
52 Salinas, S.C.Decano fuit deciſum, eſſe fa-
ciendam à d.contractu deductionem Bona-
tenentiæ,in qua cauſa Ego tanquàm adiun-
ctus interueni.

# OBSERVATIO In Deciſione CXVI.

## *SVMMARIVM.*

1 *Creditor,ſiuè emptor annuorum introituū, tenetur ad ſolutionem collectarum pro ſua rata,& venditor pro reſiduo,contrarium nu.*7.*ſed intellige,vt ibi.*

*Exterus emens annuos introitus,licèt non teneatur ad onera perſonalia, tamen tenetur ſoluere* Bonatenentiam.*ibid.& ità deciſum traditur nu.*2.*amplia n.*9.

3 *Contractus venditionis annuorum introituū facta per Vniuerſitatē ad rationem ducatorum ſeptem pro centenario,iuxtà* Prag.5.de cenſib. *cum pacto immunitatis* Collectæ,*vel Bonatenētiæ,eſt validus, ſed pactum vitiatur,& nu.*4.5. *vbi deciſio adducitur,& num.*20.*vbi alia deciſio traditur,amplia,etiam ſi venditio eſt facta ad rationem duc.decem pro cētenario, iuxtà* Pragm.1. de cenſib. *num.*6.*amplia etiam in venditione facta à particulari perſona,nu.*10.

7 D.Cæſar Carena reſol.174.pract.reſol. *confutatur,ac declaratur.*

8 *Cōſuetudo in materia collectarū attenditur.*

11 *Neapolitanus non tenetur ad ſolutionem Bonatenentiæ pro annuis introitibus, ſecus pro bonis ſtabilibus,et ità iudicatum habetur,nu.*12.*&* 13.

14 *Creditor, vel emptor annuorum introituū Vniuerſitatis tenetur probare,pecuniam ſolutam capitalis, vel mutui fuiſſe verſā in illius vtilitatem,contrarium n.*15.*amplia,numer.*16. 17.18.*&* 19. *vbi deciſio traditur, ac etiam nu.* 20. *vbi alia deciſio adducitur,& nu.*21.*&* 22.

20 *Bonatenentia per emptorem debita, an extinguat capitale,& deciſio traditur,intellige,vt ibi.*

Veriſ-

Digitized by Google

1 VEriſſima eſt illa iuris concluſio, quam *D. meus* adducit *num.* 20. & comprobat *n.* 22. creditorem, ſiuè emptorem annuorum introituum, teneri ad ſolutionem collectarum pro eo, quod habet ſuper fundo; venditorem verò pro reſiduo, quam etiam concluſionem ad exterum emptorem extendit, ille enim, quàmuis onera perſonalia nõ ſoluat, tenetur tamen ad onera pro bonis tanquã Bonatenens, vt inſignitèr poſt alios
2 docet *D. meus* à *nu.* 16. per 19. & fuit deciſum per S.R.C. ad relationẽ M.C.V. de mẽſe Maij 1622. in Aula *D. Conſil. de Ianuario*
* Marchionis Sancti Maximi, cum interuentu *DD. Conſil. Zufiæ, Sauij, Carleualij, & Prouenzalis*, in cauſa Io. Baptiſtæ Bors, cum Gratiano Coppula, & Ioſepho de Rugerio, fuit enim reuocatum decretum d. M.C.V. per quod erat prouiſum, onus Collectæ, ſiuè Bonatenentiæ ſpectare ad venditorem annuorum introituum, non autem ad emptorem, penès Secretarium S.R.C ſub patrocinio *D. Io. Baptiſta Sabatini* Aduocati docti, ac eruditi.

Ideòq; ſi fiat per Vniuerſitatem venditio
3 annuorum introituum, ad rationem duc. ſeptem pro centenario, cum pacto immunitatis collectarum, vel bonatenentiæ, contractus remanet validus, ſed pactum immunitatis vitiatur, nàm aliàs venditio eſſet ſuprà ſummam duc. ſeptem, taxatam per *Reg. Prag. 5. de cenſibus*, promulgatam in anno 1611. licèt per priùs venditio fieri poterat, etiam ad rationem ducatorum decem pro centenario, iuxtà *Reg. Pragm. 1. de Cenſib.* & proindè licèt *D. Ferdinandus Rouitus* Aduocatus eruditus, poſteà Dux Caſtri Saraceni, ac huius Regni Secretarius, in anno 1613. in iure ſcripſiſſet pro creditoribus, vt ex *Allegationibus* impreſſis per *D. Reg. Rouit.* Patrem in *d. Prag. 5.* à *n.* 5. per 127. & pro Vniuerſitatibus Regni in Iure allegaſſet *D. Nicolaus Antonius Marotta*, Aduocatus paritèr eruditus, vt patet ex *tract.* quem in d. cauſa edidit *de Collecta, ſiuè Bonatenentia*, tamen facta relatione per R.C.S. in
4 Collat. Conſil. die 22. Martij 1633. fuit determinatum ad fauorem Vniuerſitatum, quòd, tàm exteri huius Regni, quàm Vniuerſitatum ipſius, ſuper quibus poſſident annuos introitus, ſoluant dd. Vniuerſitatibus Bonatenentiam ad rationem duc. duorum pro centenario, itàut ex annuis ducatis ſeptem, quos priùs ſoluebãt dd. creditoribus, retineant annuos duc. duos, non obſtante d. pacto immunitatis, & ſic correſpõdeant tantũmodò ad rationem duc. quinq; pro centenario, vt refert *D. Marotta in dict. tract.* c. 20. *n.* 6. vbi *D. meum* citat *hic nu.* 51. de d. deciſione etiam atteſtantem, & de ea paritèr meminit *D. Reg. Sanfel. deciſ.* 121. *n. 7. verſ. & ex his*, licèt ex errore, illã latam
5 fuiſſe affirmet, ſub die 13. Septembris 1613. ſic etiam iudicatum fuit per Collat. Conſil.
* referente *D. Rouito* de menſe Martij 1634. in cauſa Vniuerſitatis Celentiæ, cum hæredibus Valentis de Valente terræ Vitorini, ſub patrocinio *D. Lelij Gizzij* mei Germani, fuit namq; deciſum, quòd exactio fiat ad rationem duc. quinq; pro centenario, vt ex actis penès Ioſeph. Barrilem Regium à mã-
6 datis Scribam, & paritèr determinatum habemus, vbi venditio eſt facta ad rationem duc. decem pro centenario, iuxtà *d. Pragm. 1. de cenſib.* cum d. pacto immunitatis, vt deciſum adducit *D. meus nu.* 52. dùm fuit ordinatum, eſſe deducendam Bonatenentiam à dd. annuis duc. decem.

Non tamẽ obſtant ea, quæ in contrarium ſcripſit *D. Carena reſol.* 174. vbi *nu.* 42. de-
7 ciſum refert in Senatu Cremonẽſi, Dominũ cenſus non teneri concurrere ad onera impoſita, & quæ ſoluuntur à Domino Fundi, ſuper quo fuit impoſitus cenſus, illa enim deciſio nõ fundatur ex eo, quòd emptor ad onera non tenetur de iure, ſed ex immemorabili conſuetudine illius Status, de qua teſtator *Menoch. conſ.* 983. *nu.* 24. vt ipſe fatetur *nu.* 9. & proindè, non obſtare hanc *D. mei deciſ.* 116. affirmet *ibid. num.* 4. *verſic. tùm quia*, eò, quòd *D. meus* ſimilitèr de cõtraria conſuetudine ſoluendi in hoc Regno
8 atteſtetur *nu.* 3. ſet in materia collectarum conſuetudo locum obtinet, vt ex *Henrico Bocero de iure collect. cap.* 11. *nu.* 98. *& ſeqq.* tradit *D. Carena d. nu.* 3.

Verùm, ſi Vniuerſitas promiſiſſet ſolutionem dd. annuorum introituum venditorum in alio loco, in quo non ſoluitur Collecta,
9 vel Bonatenẽtia, putà in hac Ciuitate Neap.
* hoc caſu ſimilitèr emptor, d. collectam, ſiuè Bonatenentiam ſoluere cogitur, vt reiecta negatiua opinione probat *D. Sanfel. ibid. nu.* 8. *verſ. Pro affirmatiua.*

Quæ omnia ſuprà adducta, ac deciſa ad fauorem Vniuerſitatũ, procedunt etiam ad
10 fauorem alicuius venditoris particularis, qui vendidit annuos introitos, cum d. pacto immunitatis, vbi incluſa Collecta, vel Bonatenentia ſolutio excederet ſummam ducat. decem pro centenario, taxatam in *d. Prag. 1. de Cenſib.* cùm eadem militet ratio, ideòq; d. pactum vitiatur, & emptor ad collectam, vel bonatenentiam tenetur.

Obſeruabis tamen, quòd licèt deciſio relata ſuprà *nu.* 4. fuiſſet generalis, attamen
11 illa fuit ſuperſeſſa reſpectu Ciuium Neap. vt refert *D. meus d. n.* 51. quandoquidem reſcriptum D. Ducis Medinæ, ac Sablonetæ, Principiſq; Hoſtiliani, tẽpore, quò hoc Regnum moderabatur, ſuper qua fuit fundata



Digitized by Google

d.deciſio generalis, excipiebat Ciues Neap. à ſolutione Bonatenentiæ, pro annuis introitibus tantùm, non tamen pro bonis ſtabilibus, ideôq; quamuis per Curiam Tertij, mediante diffinitiuo decreto, ſub die 28.
12 Martij 1648. fuiſſet inſtrumentum annuorum duc. 98. pro capitale duc. 1000. venditorum D. Flaminio Caraſæ Marchioni Baranelli, cum d. pacto immunitatis Bonatenentiæ, declaratum nullum, ac vſurarium, attamẽ interpoſita appellatione ad M.C.V. fuit per eam, referente D. *Iudice Corauita* viro ex omni parte digniſſimo, de anno 1649. determinatum, benè fuiſſe appellatũ, & malè iudicatum, & proindè cõuenti ſoluant tertias decurſas d. Marchioni, in Banca Cacciuttoli, patrocinãte mecũ pro d. D. Marchione *D. Io. Laurentio Granualle* Aduocato docto, ac erudito, ratio tamen deciſionis fuit, nàm d. D. Marchio erat Ciuis Neap. & proindè ad d. Bonatenentiam non tenebatur, prout eademmet ratione fuit
13 idem determinatum per S.R.C. in cauſa D. Io. Antonij Caraſæ Neap. cum Franciſco de Aiello de Mariliano, de anno 1650. in
* Banca Caprilis pro Martino, fuit enim ordinatum, quòd d. Franciſcus ſoluat tertias conuentas ad rationem duc. nouẽ pro centenario, non obſtante, quòd incluſa Bonatenentia ſolutio excedebat duc. decem pro centenario.

Dubitatum tamen ſępiùs fuit, an facta venditione annuorum introituum per Vni-
14 uerſitatem, emptor teneatur probare pecuniam capitalis ſolutam, fuiſſe verſam in vtilitatem d. Vniuerſitatis, & licèt aliqui tenuerint partem affirmatiuam, ex celebri *text. in l. Ciuitas 27. ff. ſi cert. petat.* quem procedere, nedùm in mutuo, ſed in omnibus cõtractibus, voluerũt *Koppen, et Harthm. Piſtor. in locis* infrà citandis, nihilominus contra-
15 riũ habetur in *l. 1. & vlt. ff. de exercit. actio.* hę enim ll. nedùm procedunt in eorum caſibus, ſed etiam in Eccleſia, ad tradita per *Surd. dec.* 156. in maioratibus, vt per *Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 4. cap. 4. nu. 20.* ſed etiam in Vniuerſitate, vt docet *D. Capibl. in pragm. 1. num. 297. de Baron.* eò magis, ſi
16 contractus eſt factus in Conſilio Generali, tunc enim emptor non tenetur probare, pecuniam eſſe verſam in Vniuerſitatis vtilitatem, ex doctrina *Bart. in d. l. Ciuitas, & in l. ſingularia, nu. 23. ff. ſi cert. petat. Socin. conſ. 15. num. 24. & 25. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 582. nu. 3. Fachin. lib. 2. controu. cap. 277. Coſta de remed. ſubſid. remed. 85. n. 15. Caſanate conſ. 9. n. 55. Caſtr. in d. l. Ciuitas, nu. 6.* vbi etiam *Dec. nu. 4. Pinell. in l. 2. p. 3. nu. 68. & ſeq. C. de reſcind. vendit. Loſans de iure Vniuerſit. par. 3. c. 4. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 17. nu. 3.* circa *med. Donell. in d. l. Ciuitas, nu. 3. et 5.* vbi *Gothifredus in notis, lit. C. Faber in Rational. in ead. l.* Ciuitat, *in fin. tom. 3. fol.* mihi 61. & de communi õpinione teſtatur Eminentiſſ. *Mantica de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 14. n. 3. cum ſeq. Koppen deciſ. 60. nu. 12.* quì *nu. 3.* rationem adducit,
17 quòd quãdo Conſiliũ Ciuitatis pręſens eſt, creditor cẽſetur, potiùs pecuniã mutuo dediſſe toto Conſilio, quàm Adminiſtratori, comprobant *Coler. de proceſſ. execut. par. 2. cap. 3. nu. 337. Minſyng. centur. 4. obſeruat. 79. Gayll. de pace publi. cap. 9. n. 4. Caballin. Milleloq.* 1000. & tandèm probatur per *glo. in l. 6. §. ſed an ex ipſo, in verbo nõ puto ſufficere, ff. de confeſſ.*

Ex quibus pretendebat D. Ioſeph de Iu-
18 lianis, pro quo in iure ſcripſit *D. Diomedes Petrõſius* doctus, ac eruditus iuuenis, quòd Vniuerſitas Foggię correſpondere debuiſſet in annuis ducatis 1190. pro capitale duc. 17000. eò, quòd inſtrumentum erat ſtipulatũ in Cõſilio Generali, & propterea ipſum non teneri ad probandũ, d. duc. 17000. fuiſſe verſos in vtilitatem Vniuerſitatis, non obſtante diſpoſitione *d. l. Ciuitas*, allegatæ per *D. Io. Hieronymum de Philippo* Aduocatũ Primarium, iura Vniuerſitatis prędictę ſubſtinentem, ſed vnus ex *DD. Regentibus* retulit mihi, potuiſſe dubitari, ſi prædicta procederent in d. caſu, dùm cõtractus non erat celebratus in Conſilio Generali; ſed tãtùm cum 36. perſonis, per quas regitur d. Vniuerſitas Foggiæ, ideòq; dixit, ſe adduxiſſe *Harthman Piſtor. lib. 1. q. 37. n. 1.* tenentem, idem procedere, quando contractus fit, nõ ab omnibus ciuibus, ſed à Conſilio, omnes ciues repreſentãte, ex traditis per *Bar. Bal. Alex. et Iaſ. in d. l. Ciuitas*, qui mouentur per *text. in l. mihi autem præſentẽ 9. §. animaduertendum, ff. de eo, quod met. cauſ.* & proin-
* dè ſub die 2. Maij 1649. per Collat. Conſ. ad relationem *D. Reg. Caſanate* fuit ordi-
19 natum, quòd Vniuerſitas continuet ſolutionẽ, cùmq; pro parte d. Vniuerſitatis fuiſſet reclamatum per viam in integrum reſtitutionis, facta relatione per eundem, ſub
* die 24. Octobris 1650. fuit deciſum, non eſſe deferendum in integrum reſtitutioni petitæ per d. Vniuerſitatem, vt ex actis penès Ianuarium Anaſtaſium, Regium à mandatis Scribam.

Sic etiam non tenetur emptor, ſiuè creditor id probare, vbi contractus eſt celebra-
20 tus cum Adminiſtratoribus Vniuerſitatis, ſpeciale mandatum habentibus, vt deciſum teſtatur *Bologn. in rubr. ff. ſi cert. petat. nu. 61. verſ. alia eſt etiam perſona, ex l. habebat, in princ. ff. de inſtitut. actio.* quam etiã ad hoc propoſitum adduxit *Bar. in d. l. Ciuitas, n. 7.*

Et ità fuit determinatum per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Strongoli, cum hæredibus

Æmilij

Æmilij de Martino, quamuis enim per prius fuiſſet facta paritas inter DD. Cõſiliarios votantes, tamen datis Adiunctis pro illa paritate dirimenda, de menſe Februarij
* 1644. ad relationem D. *Conſil. de Conſtantio* fuerunt dd. hæredes abſoluti à nullitate contractus, petita per d. Vniuerſitatem, eò, quòd vêditio erat ad rationem duc. decem pro cõtenario, cum pacto immunitatis Bonatenentiæ, tantò magis, dùm contractus nõ erat celebratus, cõgregato Conſilio. Sed per Adminiſtratores cum ſpeciali mãdato, & tantò magis obtinere ſperabat, dũ creditor non probauerat pecuniam verſam in Vniuerſitatis vtilitatem, ideòq; fuit etiam ordinatum, quòd d. Vniuerſitas ſoluat tertias decurſas, & decurrendas in futurum, deducta Bonatenentia, de tempore ad tempus, prò quantitate, & tempore, iuxtà liquidationem per S. C. faciendam, in Banca Cioffi, nunc de Montella.

Cùmq; ageretur de liquidanda d. Bonatenentia, fuit per S. R. C. ad relationem
* D. *Conſil.* *Miroballi* deciſum, Bonatenentiã debitam extinguere capitale quolibet anno à die inſtrumenti, iuxtà calculum, & vt audiui ab vno ex DD. votãtibus, moti fuerunt ex traditis per *Larream alleg. 24. lib. 1.* vbi fundat, cenſum conſtitutum vltrà pretium taxatum à lege, vel ſtatuto, ſi poſteà ad legitimum modum reducatur, redditus ſuperfluè perceptus compenſatur cũ ſorte principale, ſed à d. decreto pendet reclamatio per viam in integrum reſtitutionis petita per Hoſpitale Incurabilium Neap. hæredem pro medietate d. Æmilij, & vt meũ in hoc articulo interponam iudicium, termini adducti per *Larream ibid.* non ſunt applicabiles ad iſtum caſum, quandoquidẽ ibi expreſsè erat facta venditio, ac ſolutio ad maiorem quantitatem taxatam, hìc verò fuit facta ad rationem, in *pragm.* contentã, & licèt cum pacto immunitatis collectarum, ſiuè bonatenentiæ, tamen emptor ſolummodò recepit ſolutionem, à *pragmatico* taxatam, & reſpectu bonatenentiæ erat in bona fide, ſtante pacto prædicto, & Vniuerſitas, quæ prætendebat bonatenentiam, denunciare debebat emptori, ad hoc, vt in mala fide conſtitueretur, tantò magis, quia ſatis dubitabilis eſt articulus, an ipſe teneretur ad ſolutionem d. oneris bonatenẽtiæ, ex traditis per *D. meum* in hac *deciſ.* ideò tenebitur tantummodò ad ſolutionem illius, non autem compenſare cum capitali.

21 Item, quando Sindicus mutuam pecuniam accepit, nomine Vniuerſitatis, abſq; ſpeciali mandato; ſed poſteà Conſilium Generale id ratũ habuit, hoc etiam caſu Vniuerſitas obligatur, abſq; alia probatione, vt in ſpecie voluit *Bal* in ead. *l. Ciuitas, col. 2. verſ. quid autem, ſi Ciuitas*, & paritèr, ſi Sindicus habens mandatum à Conſilio Vniuerſitatis, de accipiẽdo mutuam pecuniam in certam cauſam, & ille eo tempore, quo pecuniam accipit, aſſerat, ſe in d. cauſam recepiſſe, tunc Vniuerſitas ſimilitèr obligata remanet, quàmuis nõ probetur per emptorem, pecuniam in eam cauſam verſam fuiſſe, *d. l. 1. §. non autem, verſ. ſed ſi in pretijs, ff. de exercit. act.* confirmant *Bart. in d. l. Ciuitas, nu. 9. & in auth. hoc ius porrectum, nu. 17. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Salyc. in d. l. Ciuitas, nu. 4.* & latè probant *Mantica de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 13.* ac *Loſęus de iure Vniuerſit. d. par. 3. cap. 8. nu. 8.*

*M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Portio, quæ ad filios ſpectat ex dotibus maternis, vigore *Cõſuetud. Neap.* an, & quando ipſis quæratur, abſq; aditione; & an creditores ſuper ipſa poſſint ſe ſatisfacere. Et aditio ex quibus inducatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Aditio in animo conſiſtit.*

2 *Debitor pòt in fraudem creditorũ nõ acquirere, et hæreditatem ſibi delatã repudiare.*

3 *Filius agens ad bona materna, debet probare, ſe eſſe matris hæredem.*

4 *Filius, ergo hæres, procedit reſpectu patris, & non matris.*

5 *Hæreditas matris nõ adita, nõ trãſmittitur. Limita, in deſcendentibus tantùm iure ſanguinis, nu. 11. & 27.*

6 *Portio à* Conſuet. Neapol. *filijs debita, nùm titulo hæreditario, an ſingulari, et ex prouidentia* Conſuetud. *peruenire dicatur. Et an tranſmitti poſſit, ea non adita, latè diſcutitur, nu. 7. 10. 12. 15. 19. & 21.*

8 *Per retentionem dotium maternarum factã per patrem poſt mortem vxoris, an inducatur aditio.*

9 Bart. in l. gerit, num. 28. ff. de acquir. hæred. *poteſt cum diſtinctione ſaluari.*

13 *Secundùm opinionem* Martini; *dotes ad filios, & non ad dotantes per mortem matris ſpectant.*

14 *Filij, nùm iure hæreditario, vel ex ipſa* Cõſuet. Martini *in dote ſuccedant, remiſſiuè.*

16 *Conditio ex lege datur pro portione, à ſtatuto delata.*
*Sed contrarium. nu. 25.*

 *17 Por-*

Digitized by Google

17 *Portio à Cõſuet. debita, debetur abſq; onere.*
18 *Mulier reſpectu nouem partium eius dotis, attenta* Conſuet. *efficitur inteſtabilis.*
20 *Quarta ex* Conſtitut. Diui Pij *filio arrogato debita, traſmittitur ad quoſcunque, etiam ſine agnitione.*
22 *Portio à* Conſuetud. *debita, in pactum deducta, tranſmittitur abſq; alia aditione.*
23 *Actio recuperãdi dotes à patre, filio cõpetit.*
24 *In generali obligatione veniunt actiones.*
26 *Aditio probatur per omnem actum, qui fieri non poteſt, citrà ius, & nomen hæredis.*
28 *Tutor ſatisdando, cenſetur adire nomine pupilli.*
29 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CXVII.

DVbitatũ fuit, vtrũ creditores poſſint petere, quòd ipſis ſatisfiat ſuper portione, quæ ad eorum debitorẽ ſpectabat ex dotibus eius matris præmortuæ. Dicebant fratres d. debitoris, quòd ſiue ius Cõmune, ſiuè ius Cõſuetudinarium huius Fideliſſimæ Ciuitatis attẽdatur, ſunt excludendi, vnica tamen ratione, quia hæreditate matris non adita, filius deceſſit, quæ aditio, quàmuis in animo
1 conſiſtat *gl. fin. in l. is, qui putat, ff. de acquir. hæred.* tamen quia eſt quid facti, & in verbis, vel opere conſiſtit, *l. cogi 26. §. ſed & ſi miles, ff. eod. tit. gloſ. in l. cum hæredes 23. ff. eod. et in § fin. Inſt. de hæred. qual. & differ.* debet probari, hæreditate itaq; matris per filium non adita, non poteſt creditoribus illius ſuper illa ſatisfieri, nec ipſi poſſunt ex non aditione conqueri, quia dicit *text. in l. non fraudantur 177. ff. de reg. iur.* quòd non
2 fraudantur creditores, cùm quid nõ acquiratur à debitore, ſed cùm quid de bonis diminuitur; & ideò, debitorem poſſe non acquirere in fraudem creditoris, habetur ex vulgato *text. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit. & Franch. in deciſ. 101.* & nedùm poteſt hæreditatem ſibi delatam repudiare, ſed negligere eam adipiſci, *Bart.* & alij in *d. l. qui autem.*

Quod in tãtum eſt verum, quòd filius, ad
3 hoc vt agere poſſit ad bona materna, debet probare, eſſe matris hæredem, *Alex. conſ. 34. lib. 3. nu. 5. Bal. conſ. 384. nu. 2. vol. 2. Natta conſ. 488. num. 12. Magon. deciſ. Lucenſ. 62. nu. 12. Carthar. deciſ. Rotæ Genuæ 54. n. 20. & 22.* vbi etiam, quòd illud, quòd dicitur,
4 filius, ergo hæres, procedit reſpectu patris, non autem matris, *Magon. d. deciſ. 62. n. 13.* & latiùs *Io. Botta conſ. 34. nu. 19.* & hæredi-
5 tas matris non adita, non tranſmittitur, neq; ad fratres, *l. 2. C. ad Sen. Conſ. Orſic. Doct. in l. vnica, C. de his, qui antè apert. tabul. & in l. ventre, ff. de acquir. hæred. Reg. Tapia deciſ. S. C. 50. nu. 30.*

De iure verò Conſuetudinario huius Ciuitatis hæc quæſtio tangitur ab *Ant. de Alex. in Conſuetud. Si aliquis moriens, in 1.*
6 *apoſtill.* incip. *Circa iſtam Conſuetudinem,* verſus *fin. fol. 161.* vbi dicit, pulchram eſſe quæſtionem, an medietas, quæ neceſſariò relinquẽda eſt agnatis, à non habente filios de bonis antiquis, per *Conſuetudin.* incip. *Et ſi teſtator,* vel illa portio, quam de dote mulier tenetur relinquere filijs per aliam *Conſuetud.* incip. *Si qua moriens* dicatur iure hæreditario, & titulo vniuerſali perueniré, an verò titulo ſingulari, & extraordinario, & ſic an tranſmittatur, etiam non agnita ad quoſcunq;, non loquendo tamen de ſuis, & dicit, quòd cùm hæc quæſtio ſibi occurreret de facto, inuenit *gloſ. Napod.* hoc tangentẽ in *Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. materna, & in verb. ſed an bona, n. 246. & in Conſuet. Et ſi teſtator, in verb. perueniat, & in d. Conſuet. Si qua moriens, in verb. ſaluo.*

*Napod.* enim in *d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. materna, nu. 246.* ponit d. quæſtionem, & primò arguit pro parte affirma-
7 tiua, cùm proximiores ex parte patris vocẽtur ex mera virtute cõſuetudinis, & pactionis, & communis conſenſus, & concordia ciuium, approbata per Principem, ſicuti dicimus in feudo, quod potiùs ex prouidẽtia Principis, quàm ex perſona defuncti ad agnatum peruenit, vt per *Andr. in 1. authe. §. hoc autem,* eò magis, ſi defunctus fuerit inſtitutus, ſed deindè contrarium videtur concludere, dùm dicit, *ſed certè ſola exiſtẽtia ſui hæredis facit tranſmittere hæreditatem non aditam, l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. Item, quia verbum, obuenire, implicat aditionem, l. pater, in princ. ff. de priuil. cred.* addit & tertiò aliam rationem, *quia proximiores vigore d. Cõſuetudinis admittuntur*
8 *iure ſucceſſionis, quomodò ergo poſſunt ſuccedere, hæreditate non adita per defunctum?* In *Cõſuetudine* verò *Et ſi teſtator, in verb. perueniat, nu. 33.* idem ſentit, dùm quærit, an traſmittatur iſta portio, antequàm apprehẽdatur corporaliter, & arguit, quòd ſic, eà ratione, quia perueniſſe dicitur, eò ipſo, quòd habet actionem, *l. ſi quis libertatem, §. bona fidei, ff. de petit. hæredit.* cum alijs allegatis. Addit ſecundam rationem, quia quod eſt paratum, dicitur perueniſſe, nam lana dicitur perueniſſe ad telam, eò ipſo, quòd eſt parata ad telam; & ſi non dùm eſt in tela, *l. ſi cui bona, §. 1. ff. de leg. 3.* tandem concludit contra, quia certæ ſunt perſonæ, quæ poſſunt tranſmittere hæreditatem nõ aditã, ſcilicet de parentibus ad liberos, & è contrà, *l. 1. C. de his, qui antè apertas tabul.* &

ſe re-

Digitized by Google

& remittit ad ea, quæ dixit in d. *Conſuet. Si quis, vel ſi qua*, hoc etiam videtur ſentire idem *Napod. in Conſuet. Si moriatur*, ſub *nu. 39. verſic. ex hoc igitur quaero*, & ſic dicebatur, quòd in hoc articulo habemus clariſſimè ex *Napodan.* nullum ius competere creditoribus, niſi probata priùs aditione per eorum debitorem.

Et quatenùs prætenderetur, probatam
8 fuiſſe aditionem, ex quo poſt mortem debitoris, pater, ſub cuius poteſtate viuebat, dotes diù retinuit, nec reſtituit, fructus dotium percipiendo, ex *text. in l. qui aliena*, §. *ſed ſi non adierit*, *ff. de acquir. hæred.* & ex doctrina *Bart. in d. l. gerit, nu. 28. ff. eod. tit.* & in *quaeſt.* 10. ſeù *diſput.* incip. *Debitor in diem*, & meliùs in *conſ. 207. vol. 1.* vbi loquitur de proprio caſu patris non reſtituentis
9 dotem, & *Nos* diximus in *deciſ. 13. num. 3.* cum *ſeqq.* tamen d. *Bartoli* opinio non eſt communitèr recepta, ſi impugnatur à *DD.* adductis in eadem *deciſ. num. 7.* & quatènus, eſſet attendenda, deberet intelligi in eo caſu, quando iſta aditio eſſet interpretanda ad fauorem hæredis, ſecus autem, quando creditor agens contra debitorem vult ex ipſa non ſolutione arguere aditionem, & debibitor negaret adijſſe, vt declarat idem *Bar. in d. l. gerit, nu.* 15.

Ad quod corroborandum adduci etiam poterat id, quod dixit *Salyc. in l. 1. in vlt. quaeſt. C. de adult.* vbi tenet, quòd portio
10 delata filio, vigore ſtatuti, ſi non ſit agnita in vita, non traſmittitur ad filium, ſequitur *Rom. in d. l. ventre, ff. de acquir. hæred. Grammat. deciſ. 63. n. 9. Bart. in l. liberorum, n. 13. ff. de verb. ſignif. Marant. in 10. q. num. 27. Ant. de Roſell. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 145. in fin.* ſic in propoſito iſta portio, quæ de dotibus maternis debetur filio, virtute *Conſuetud.* non acquiritur ipſi filio, niſi poſt agnitionem.

In contrarium verò pro creditoribus dicebatur, quòd quamuis iure communi at-
11 tento, qui non ſunt in poteſtate, hæreditatem quorumcunq; aſcendentium, etiam matris, & lineæ maternæ non agnitam, non transmittant, niſi ad eorum deſcendentes tantùm, & hoc non ex potentia ſuitatis, ſed iure ſanguinis, ex beneficio *l. vnic. C. de his, qui ant. apert. tab.* ad alios verò extraneos, & etiam ad aſcendentes non tranſmittitur, *Bart. in d. l. vnica, num. 5.* per *text. in l. 2. §. ſi quis à liberis, ff. ad Senat.* Conſul. *Tertull.* & eum ſequuntur *Alex. Corn. & Iaſon in l. ſi infanti, C. de iur. delib. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 18. & Noal. de traſmiſſ. cap. 8. nu. 82.* tamen de iure conſuetudina-
12 rio ſatis ardua, & difficilis eſt quæſtio, an hæ portiones, quæ debentur filijs, alijſq; proximioribus, debeantur iure hæreditario, aut verò ex prouidentia *Conſuetudinis*, nam quòd debeantur iure ſucceſſionis, & quòd propterea non agnita, non traſmittatur, ex doctrina *Napod.* ſuprà ponderata, poſt *Minado in repet. Conſtitut. Regn. In aliquibus*, voluit *Vinc. de Franch. deciſ. 89. nu. 2. deciſ. 536. in princ. & deciſ. 525. nu. 8.* hanc etiam opinionem tenuerunt *Capyc. in d. Conſuet. Si moriatur in §. eos autem, d. fol. 91. & De Pont. conſ. 52. nu. 21. & conſ. 73. nu. 29.*

Poteſt etiam & hoc loco pro iſta opinione adduci quæſtio illa inter *Bulgarum, & Martinum* antiquos gloſſatores, *Bulgarus*
13 enim tenuit, dotes, non ad filios, ſed ad auum dotantem redire debere, ex *Conſuetud.* verò *Martini* filij ſuccedere debent, quæ opinio communitèr eſt approbata, & ſecundùm eam iudicatū, vt habetur ex *Rota Rom. dec. 248. in noviſſ. Theſaur. dec. 190. Gratian. dec. 135. Capyc. dec. 176.* & alijs per *Mart. in ſumm. legal. ſucceſſ. par. 1. q. 4. art. 1.* qua *Conſuetud.* attenta quæritur, an in iſtis dotibus ſuccedant filij, vti hæres matris, vel ex ipſa *Conſuetud.* & quamuis *Sund. in conſ. 206. num. 11.* teneat, deberi ex conſuetudi-
14 ne, tamen *Marta* poſt longam diſputationem, DD. & authoritates pro vtraq; parte afferens, contrarium tenuit *de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 21. art. 2. nu. 12. & 17.* quòd iure ſucceſſionis, & non ex conſuetudine dos ad filios perueniat, cum onere imputandi, & conferendi.

Contrariam verò opinionem, quòd iſta
15 portio non iure hæreditario, ſed ex prouidentia *Conſuet.* debeatur, tenuit *Scip. Bucin. in d. Conſuet. Et ſi teſtator fol.* 181. vbi querit, an ad iſtam medietatem veniant agnati ex teſtamento, vel ab inteſtato, & tenet, quòd nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, ſed ex prouidentia *Conſuetud.* & quòd acquiritur etiam ignoranti, & tranſmittitur ad hæredes, per ea, quæ dicit *Caſtr. in l. ſi cùm dotem, ff. ſolut. matr.* poſt *Bald. in l. 2. C. de hæred. action.* adducit etiam *gloſ. Napod. in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, num.* 230. vbi, quòd iſta portio, quæ debetur ex *Conſuet.* non eſt de hæreditate, ſed extrà hæreditatē, & demùm, quia id, quod debetur ex teſtamento, vel ab inteſtato, debetur petitione hæreditatis, *l. 1. 2. & 3. ff. de petit. hæred.* ſed
16 ad iſtam portionem datur conditio ex lege, *l. 1. ff. de cond. ex leg.* & ideò fuit pluriès
17 iudicatum in S. C. quòd iſta portio debeatur, abſq; onere, vt dicunt *ibidem Piſan.* & alij *Addentes*, & habetur ex *Capyc. deciſ. 92. in fin.* hoc idem videtur tenuiſſe *Nauclar. in addit. fol. 10. in princ.* ibi, *niſi dicas, quòd iſti non veniunt vti hæredes, ſed vigore Conſuetudinis, quæ non dat, niſi conditionem ex lege*, ſequitur *Camill. Saler. in addit. ad d. Conſuet. Si moriatur, nu. 27.* vbi, quòd oritur

tur conditio ex hac lege noua,& idem dicit in d.*Conſuet.Si quis,vel ſi qua.num.*22.& hanc opinionem, omnibus contrarijs latiſfaciendo, & rationibus, & authoritatibus fundando, tenuit *Molfeſ.ad Conſuet.Neapol.p.4.de ſucceſſ.ab inteſt.q.*61. Ad quod poteſt etiam adduci alia *gloſ.Napod.in Conſuet.Si qua mulier, in verbo ſaluo,nu.*47.cum *ſeqq.* vbi mulier in nouē partibus
18 habet os clauſum,& arbitrium refrænatū, & limitatum, ità vt nullo modo valeat de illis diſponere,ergò,non ſucceſsione,ſed ex prouidentia *Conſuetud.* ad filios defertur, nàm Ciues ſic arctauerunt eas,conſiderātes fragilitates mulierum, vt dixit *Napod. ibid.n.49.* & pro iſta opinione videndus eſt omninò *Paul.de Caſtr.in conſ.*441.*per tot. vol.*1. vbi in ſimili, quòd mulier habens filios,poſsit diſponere tantùm de quarta parte ſuorū bonorum, reliquis tribus partibus reſeruatis, & æqualitèr diſtributis inter filios,& pluribus argumentis, & DD.authoritatibus concludit *nu.*5.*in fine,* quòd filij habent iſtas tres partes, non tanquàm hæredes matris, ſed ex diſpoſitione ſtatuti.

Quæ opinio corroboratur,quia iſta por-
19 tio non defertur, vt pars hæreditatis, ſed titulo ſingulari *Conſuetud.* & ideò tranſmittitur ſine agnitione,*Bart.in l.ſi arrogator,nu.*8.*in fine,ff.de adopt.*vbi etiam *Bald. & Iaſon,Alex.conſ.*156.*nu.*7.*lib.*2.*Caſtr.in l.cùm antiquioribus,n.*6.*C.de iur.delib.*qui
20 loquuntur de quarta, quæ ex *Conſtit.Diui Pij* debetur filio arrogato,ex *textu in l.fin. ff.ſi quid in fraud.patron.d.l.ſi arrogator, & l.*2.*C.eod.tit.de adopt.*cum concordan. & iſta quarta, quæ ex legis prouidentia debetur,tranſmittitur ad quoſcunq; hæredes, *Cyn.& Bald.in d.l.ſi arrogator, Noal.de tranſmiſſ.caſu* 8.*n.*23.qui etiam *nu.*25.hoc
21 ampliat, vt hoc idem procedat in parte obuenta,vigore ſtatuti,*Alex.in l.filius,ff.de vulg.& pupill.* qui *Noalis* ad partes diſputat articulum, & concludit, hāc eſſe veram opinionem, & reſpondet in contrarium allegatis,diſtinguendo cum *Gugliel.de Benedict.* & *n.*26. dicit,quòd nunquàm à prædicta opinione recederet, & eam pluribus DD.authoritatibus comprobat,*Gabriel.de ſtatut.comm.concl.*4.*n.*1.faciunt etiam pro hac opinione dicta per *Mareſcott.var.reſol.lib.*2.*q.*90.*n.*9.*verſ.ſed dubitatur.*

Dicebatur etiam,quòd quicquid ſit de d.controuerſia, data pro vera opinione, quòd iure hæreditario ad filios perueniat hoc limitatur,quando vltrà *Conſuetud.*hoc
22 fuit in pactum deductum,nàm tunc ex pacto,abſq; alia aditione iura tranſire,probāt *DD.in d.l.cùm antiquioribus,C.de iur.delib.*& præcipuè *Alex.& Iaſon nu.*6.& alij per nos adducti in *dec.*8.*nu.*9.*&* 12.*in fin.* ſic in propoſito reſtitutio dotis per patrem fuit in inſtrumento dotali promiſſa, iuxtà Conſuetudines in ſcriptis redactas, & ſic Conſuetudines Ciuium fuerunt in pactum inter contrahentes deductæ, meritò per mortem matris fuit ſtatim ius quæſitum ipſi filio, quam actionem obligauit creditoribus,& præſertim pro reſtitutione dotis, & conſtitutionis antephati,tempore matrimonij contracti,& vxor ſe ſatisfacere prætendebat ſuper d.portione,nō enim poteſt dubitari,debitorem ex d.contractu habuiſſe actionem recuperandi dotes à patre, ex
23 *text.in l.*1.§.*maneat,& ibi gloſ.in verbo ad ſucceſſores,C.de rei vxor.action.*quæ actio-
24 nes veniunt in generali obligatione facta per debitorem eius creditoribus, *Bart.in l. Titia* 29.§.*argento, ff.de aur.& arg.leg.*ex *tex.in l.nàm quid,*§.*fin.*cum *l.ſequent.ff.ad Senat.Conſult.Trebell.*& in *l.ſi legatus,*§.1. *eod.tit.Roman.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta,ff.de verb.oblig.Bald.in l.*1.*ff.de ſtat. homin.*

Dubium remanebat,ſi d.debitor actionē pro recuperanda dote acquiſiuit, cùm ex
25 ſupradictis quæſtio ſatis dubia reddebatur, ſi conditione ex lege, vel iure ſucceſsionis hæc portio ad filiū ſpectabat in bonis matris, ſi enim attendimus opinionem, deberi conditione ex lege,quæ opinio etiam fundatur,quia non obuenit filijs ex diſpoſitione materna, quæ in nouem partibus habet labia clauſa,& os ligatū, vt ſuprà diximus, & expreſsè dixit *Napod.in d.Conſuetud.Si qua moriens,de mulier.habent filios qual. teſt.n.*13.& 14.vbi nedùm dicit,quòd mulier in nouem partibus habet labia clauſa, manus ligatas,& arbitrium refrenatum, ſed inteſtabilis redditur. Verùm,quia durū eſſet recedere ab opinione *Napodan.* quam ſequutus fuit etiam *Vincent.de Franch.in locis* ſuprà citatis, ideò fuit in hac cauſa amplius conſideratum, quòd verè debitor agnouit matris hæreditatem, nedùm quia pater vſumfructum dotiū ſemper retinuit, ſed etiam, quia tempore contracti matrimonij per d.debitorem, pater illi donationem fecit duc.4000 incluſis in eis dotibus maternis, & ipſe donationem acceptauit, ex quibus dicebatur, inductam eſſe aditionem,ſiuè agnitionem, quæ animo tantùm inducitur, *gloſ.fin.in l.in, qui putat, & l.ſi*
26 *pro hærede, ff.de acquir.hæred.*& probatur eò ipsò,quòd quis facit actum, qui fieri nō pòteſt,citrà ius,& nomen hæredis, vt habetur ex *tex.in d.l.gerit,*vbi DD.

Dicebatur ſecundò, quòd iſte debitor deceſſit,relicto filio in infantili ætate,& ſic, quamuis hæreditatem paternam non adijſſet,ſiuè portionē de iure conſuetudinario
27 non agnouiſſet, tamē potuit,hæreditatem ma-

maternam tranſmittere ad filium, iure ſan-
guinis, *l. vnica, C. de his, qui antè apert. tab.*
vbi *Bart.* & alij DD. *Guglielm. de Benedict.*
*in repet. cap. Raynutius, in verbo mortuo*
*itaq; teſtatore, il ſecondo, num.* 152. *Vaſq. de*
*ſucceſſ. creat.* §. 21. *n.* 267. habetur etiam ex
*Napodan. in locis* ſuprà allegatis; & tranſ-
mittentis hæres debet creditoribus, & lega-
tarijs ſatisfacere, *Torniell. in l. hæredes mei,*
§. *cùm ità, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. nu.*
62. vbi etiam *Zachus n.* 204. *Noal. de tranſ-*
*miſſ. in princ. n.* 6. Et quàmuis reſpectu pu-
28 pilli actus, & voluntas illius eſſet neceſſa-
ria, tamen ſi pupillus eſſet infans, ſolus Tu-
tor poſſet adire, & ſatisdando videtur adijſ-
ſe, *gloſ. in l.* 2. *in verbo abſtinuit, ff. de admi-*
*niſtr. tutor.* Ex quibus, die 16. Martij 1637.
29 fuit deciſum, ſuper d. portione debitoris ex
dotibus eius matris poſſe ſatisfieri credi-
tores ipſius, oppoſitis per eius Fratres non
obſtantibus, & fuit in cauſa Creditorum
qu. Antonij Capycij Latro, in Banca Iadoni-
ſij pro Amico S. R. C. Actorum Magiſtri.

# OBSERVATIO
## In Deciſione CXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non adita ob mortem filij in in-*
*fantili ætate, ad quos tranſmittatur.*
2 *Pater excluditur à ſucceſſione filiorum in*
*bonis maternis, vbi matrimonium eſt cõ-*
*tractum, ſecundùm vſum, &* Conſuetu-
dinem Capuanæ, & Nidi, *cum renuncia-*
*tione futuræ ſucceſſioni filiorum, & n.* 4.
3 Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, *per quam*
*pater excluditur à ſucceſſione filiorum,*
*nedùm habet locum in dotibus maternis,*
*ſed etiam in omni ſucceſſione filiorum.*
5 *Pater tempore* Afflicti *à dotibus tantùm*
*excludebatur per* Conſuetudinem Ca-
puanæ, & Nidi; *ſed poſteà ex ampliori*
*forma renunciationis, excluditur ab om-*
*nibus bonis, nu.* 5. *etiam extradotalibus,*
*n.* 6. *& reputatur, ac ſi eſſet mortuus, n.* 7.
*nec etiam in legitima ſuccedit, nu.* 8.
9 *Debitor an poſſit in præiudicium eius cre-*
*ditorum non acquirere.*

1 COnſimilis articulus huius deciſio-
nis habetur per *D. Prat. lib.* 2. *di-*
*ſcept. forenſ. c.* 7. vbi ſi ob mortem
filij in infantili ætate, hæreditas
aditi non potuit, an illa tranſmittatur ad
proximiorem ex parte matris, vel ad patrẽ
defuncti, pro certa parte ſpectante ad ſo-
rorem vterinam d. defuncti fratris, & deci-
ſum adducit per S. R. C. in beneficium fra-
tris vterini, inſimul cum patre ad portionẽ
hæreditatis fraternæ, vigore *Conſuetud.* ex
rationibus per ipſum *ibi* adductis.

Illud tamen in hoc obſeruabis, quòd
2 quando matrimonium eſt contractum, ſe-
cundùm vſum, ac *Conſuetudinem Capua-*
*næ, & Nidi*, cùm renunciatione futuræ ſuc-
ceſſioni filiorum, quandocunq; decedentiũ
ab inteſtato, & ſine filijs, pater excluditur
in bonis maternis, *D. de Franch. deciſ.* 552.
*n.* 2. & licèt *Aff. dec.* 237. *nu.* 1. referat, *Con-*
3 *ſuetudinem* prædictam intelligi in dotibus,
tamen ſecundùm verba d. *Conſuetudinis*
tranſcripta per *Camill. Salern. in Conſuet.*
incip. *Si quis, vel ſi qua*, poſt *n.* 195. *de ſuc-*
*ceſſ. ab inteſtat.* pater excluditur, nedùm à
dotibus, ſed etiam ab omni ſucceſſione fi-
liorum; & quàmuis poſt alios *D. Conſiliar.*
*Prouenzal.* in eadem *Conſuet. obſeruat.* 25.
*n.* 5. teneat, non eſſe attendenda verba dict.
*Conſuetudinis*, relata per d. *Camill. Salern.*
eò, quòd ſunt extracta à prothocollis No-
tariorum, nihilominùs quidquid ſit de hoc,
4 negari non poteſt, quin pater excludatur à
ſucceſſione filiorum, quando, non dotibus,
ſed filiorum ſucceſſioni eſt renunciatum,
5 antiquitùs enim, & ſic tempore *Afflicti*,
ſucceſſioni dotium pater renunciabat, po-
ſteà verò vſus inoleuit, vt renunciationes
huiuſmodi fierent in ampliori forma, nimi-
rùm, vt matrimonium contrahentes, renun-
ciarent ſimpliciter ſucceſſioni filiorum in
pupillari ætate, vel poſt, quandocunquè ab
inteſtato decedentium, non ſe reſtringẽdo
ad bona materna, vel paterna, vt fatetur
*Ant. de Alex. in d. Cõſuet. Si quis, vel ſi qua*,
ad *n.* 204. *in Apoſtilla incip. Nota, quòd re-*
*nunciatio, Piſanell. ibid. ad nu.* 224. *in Apo-*
*ſtilla*, quæ incipit, *Tenet Napodanus*, ac
6 *Capyc. dec.* 210. *in fine*, quòd procedit etiam
in bonis extradotalibus, ab illorum namq;
ſucceſſione pater eo caſu, etiam excluditur,
dùm renunciando modo prædicto in tabu-
lis nuptialibus, pacto ſe excluſit, *Napod. in*
*d. Conſuet. n.* 187. *&* 194. *D. Prouenzal. dict.*
*obſeruat.* 25. *nu.* 8. ac 9. *D. de Franch. deciſ.*
552. *n.* 7. & reputatur, ac ſi eſſet mortuus, vt
7 probat *nu.* 11. 12. *&* 13. ità, vt nec etiam in
legitima ſuccedat, vt dixit *n.* 8. qui quidèm
8 vſus, ſiuè *Conſuetudo Capuanæ, & Nidi*
reſpicit fauorem lineæ, vndè bona perue-
nerunt, non autem certæ perſonæ, *D. Præ-*
*ſid. Amat. conſ.* 26. *nu.* 33. *D. Conſil. Theodor.*
*alleg.* 1. *n.* 78. quos ſequens adducit *D. Pro-*
*uenzal. ibid. nu.* 14. & propterea ſola mater
ſuccedit, excluſo patre, ſtãte illius renũcia-
tione, ſiuè pacto excluſionis per ipſũ inito.

Circa verò illum articulum, de quo per
9 D. meum *n.* 2. an debitor poſſit non acqui-
rere, in eius creditorum præiudicium, latiſ-
ſimè *Ego* de eo dixi *dec.* 8. *n.* 1. cum pluribus
*ſeqq.* ac *dec.* 34. *n.* 1. cum *ſeqq.* *M. A. Gizzius.*

AR-

Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

Cōditio appoſita in donatione, ſi donans ingrediatur Monaſterium, & in eo profeſſionē emiſerit, an dicatur purificata, ſi antè annuū probationis, non facta profeſſione deceſſerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Ingreſſus* Religionem *is dicitur, qui profeſſionem emiſit.*

2 *Nouitius, durante anno probationis non dicitur verè, & propriè Religioſus.*

3 *Religioſus non dicitur, niſi qui tria vota, ſ. Paupertatis, Caſtitatis, et Obedientiæ fecit.*

4 *Nouitius, ſi antè profeſſionem emiſſam deceſſerit, ei ſuccedunt venientes ab inteſtato, & non Monaſterium.*
*Sed contrarium, nu. 11.*
*Declara, vt nu. 33. & 35.*

5 *Votum faciens, ingredi Religionem, non ſatiſfacit, niſi profeſſionem fecerit.*
*Declara, vt nu. 38.*

6 Conditio *ingreſſus Religionis, non adimpletur, niſi tempore profeſſionis.*

7 *Donatio, vel renunciatio facta, ſub conditione, ſi Religionem ingrediatur, an ſit de iure valida, & nu. 37.*

8 *Renūciatio facta à Nouitio, quàmuis ſit valida, tamē morte ipſius ſequuta antè profeſſionem, reuocatur.*

9 *Nouitius reputatur perſona Eccleſiaſtica, & num. 31.*
*Sed diſtingue, vt nu. 32.*

10 *Nouitium percutiens, incidit in* Canonem.

12 *Donatione facta, ſub conditione, ſi in Monaſterium fuit ingreſſus, vel ſi in eo profeſſionem fecerit, ſi intrà annum probationis nouitius moriatur, an dicatur conditio adimpleta.*

13 Conditio, *quæ habet tractū ſucceſſiuum, dicitur purificata, eo ipsò, quòd impleri cœptum eſt.*

14 *Nouitij ingreſſus debet præcedere profeſſionem per annum, intrà quem eſt à Religione probandus, & ipſe quoq; eam probat.*

15 *Nouitio ignoto priùs triennium erat ſtatutum, antequàm ad profeſſionem admitti poſſet.*

16 *Animi deliberatio habetur pro opere conſumato, licèt forte, vel caſu fortuito, vel alio impedimento ad effectum non peruenerit.*

17 *Religioſi dicuntur mortui Mundo.*

18 *Mors naturalis, eundem, imm*ò *maiorem operatur effectum quòad bona, & ſucceſſionem, quem mors ciuilis.*

19 Cōditio *debet adimpleri in forma ſpecifica. Nec poteſt adimpleri per æquipollens, n. 20. Limitatur tamèn, quando ex veriſimili mēte teſtatoris aliter videbitur, n. 21. & 24.*

22 *Verba conditionis, quandoq; etiam impropriè recipiuntur.*

23 *In conditionibus, non tàm verba, quàm mens inſpicitur.*

25 *Inſtitutio facta à matre in beneficium filij, ſub conditione, ſi à patre fuerit emancipatus, dicitur purificata, ſi pater ciuilitèr, ſiuè naturalitèr moriatur.*

26 *Subſtitutio vulgaris facta, ſub conditione, ſi filius nō naſcatur, comprehendit etiam caſum, ſi antè aditam hæreditatem moriatur, vel ſi illam renunciauerit.*

27 *Subſtitutio facta, ſub conditione, ſi quis effectus fuerit Presbyter, locum habebit, quàmuis Sacerdos factus nō fuerit, quãdo ex coniecturis de voluntate teſtatoris apparet.*

28 *Conditio etiam voluntaria poteſt adimpleri per æquipollens, quando non modus, ſed effectus fuerit contemplatus.*

29 *In conditionibus voluntatem teſtatoris primum locum obtinere, procedit, nedùm in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus.*

30 *Deciſio cauſæ.*

34 *Nouitius, qui virtute* Bullæ Pij V. Summi Pontif. *in articulo mortis poteſt profiteri, probationis anno non expectato, an locum habeat, nedùm reſpectu indulgentiarum, verùm etiam, reſpectu ſucceſſionis, ità vt Monaſterium ſuccedat.*

36 Concilij Trident. Decretum ſeſſ. 15. & 16. de Regular. *circa formam profeſſionis nouitiorum explicatur.*

39 *Vouens Religionem ingredi in aliquo loco, vel Religione, ſi ibi recipi non poſſet, vel nollent eum recipere, non tenetur in alio loco, vel Religione intrare.*

# Deciſio CXVIII.

Scipio Lancella cùm Mundum relinquere, ſeq; Diuino cultui dedicare, ac in Monaſterium D. Mariæ de Monte Carmelo ingredi ſtatuiſſet, publico documento mediante donauit, donationis titulo irreuocabiliter inter viuos Io. Simeoni fratri omnia eius bona mobilia, & ſtabilia, quoad vſumfructum tantùm, eius vita durante, & poſt eius mortem, quoad vſumfructum, & proprietatem, cum conditione tamē, quòd cæterùs d. donatio ſuum ſortiretur effectum, quatènus in d. Monaſterio, vel in alio profeſſionem emitteret, aliàs ha-

haberetur pro non facta, quàmuis vitam clericalem eligeret.

Qui quidèm Scipio cùm ingreſſus fuiſſet Religionem prædictam, illinc ad paucos menſes, non emiſſa profeſſione deceſſit, fuit dubitatum, vtrum factus eſſet caſus conditionis prædictæ, itàut donatarius poſſet à venientibus ab inteſtato reiuendicare bona donata, & excludere etiàm Creditores ipſorum.

Pro venientibus ab inteſtato, & Credito-
1 ribus dicebatur, quòd ingreſſus Religionẽ
is dicitur, qui profeſſionem emiſit, vt notat *gloſ.1.in auth.ingreſſi, C.de Sacroſanct. Eccleſ. Bart.in auth. ſi qua mulier, eod. titul. Angel.Clauaſ.in ſumma, in verbo Religioſus, Reg.Tapia in d.auth.ingreſſi, in princ.* Et propterea nouitius, durante anno pro-
2 bationis, non dicitur verè, & propriè Religioſus, *Boer.in tract.de ſtat.hæremit.nu.16. Moſcou.de Maieſt.Eccleſ.par.4.c.2.* & poſt ipſos *Ricc.deciſ.Cur.Arch.Neap.252.nu.6. par.2.Rodriq.de regul.tom.3.q.12.* nàm Re-
3 ligioſus non dicitur, niſi qui tria vota, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ fecit, *Abb. in cap. dilecta, de offic.legat. Probus de iur. Regaliæ, q.6.nu.5.Selua in tract.de benefic. par.1.q.6.nu.9.Nauar.conſ.81.nu.11.lib.3. de regul.* qui dixit, quòd mulieres illæ Turris nouæ in alma Vrbe, quæ dicta tria vota non emittunt, non ſunt veræ Religioſæ, ſequitur *Menoch.conſ.948.nu.8*

Secundò hoc probatur, quia ſi antè pro-
4 feſſionem emiſſam deceſſerit, tunc d. Nouitio non ſuccedit Monaſterium, ſed venientes ab inteſtato, *Abb.in cap.in præſentia, de probat.Iaſon in auth. Si qua mulier, C.de Sacroſanct.Eccleſ.Nauarr.in Comment.2. de regular.nu.49.Syluest.in ſumma.in verbo Religio.q.12 Azor.inſtitut.moral.lib.12. c.3.lit.D.* & hanc opinionem, diſputato articulo tenuit *Ricc.varior.reſol.198.Menoch. conſ.396.nu.3.Hondod.conſ.44.vol.1.* non enim dicitur ingreſſus, niſi quando profitetur, *Caſtr.in conſ.211.n.1.vol.2.*

Tertiò, is, qui Religionem ingredi votũ
5 fecit, non ſatisfacit, niſi profiteatur, ſecundùm *Hoſtien.Henric.Boich.Io.Andr.Anton.de Butr.Angel.Clauaſ.* & alios allegatos per *Reg.Tap.in d.auth.ingreſſi, nu.14.* licèt referat alios, qui contrarium tenuerunt.

Quartò, conditio ingreſſus Religionis nõ
6 adimpletur, niſi tempore profeſſionis, *Bero. conſ.28.nu.1.& 12.vol.1. Craſ.in §.teſtamentum, q.28 nu.6.Rimin.ſen.conſ.477.n.9.* & in terminis, quòd antè profeſſionem non dicatur, conditionem fuiſſe adimpletam, ſi intrauerit Monaſterium, dixit *Imol. in l.in ſubſtitutione, ff.de vulg.& pupill.* & eum ſequitur *Iaſon nu.12.* verba enim intelligi debent cum effectu *l.1.§.hæc verba, ff.quod quiſq; iuris*, & cum hac opinione tranſiſſe Senatum Mantuanum, tradit *Surd.dec.303. nu.2.* vbi dicit, quòd Senatus tenebat, non eueniſſe conditionem, ſub qua factum fuit legatum, quia durante probationis anno, non videtur puella prædicta, Religionem ingreſſa, niſi quando profiteretur, & ſi prædicta procedunt, quando ſimplicitèr fuit facta donatio, ſub conditione, ſi ingrediatur Monaſterium, quantò magis, quando in ſpecie in conditione vltrà progreditur, & dicitur, & ibi profeſſionem emiſerit, tunc .n. dicebatur, quòd caſus erat clarus, & proindè non erat diſputandus, *l.continuus, §. cùm ità, ff.de verbor.obligat.*

Quintò dicebatur, quòd renunciatio, vel
7 donatio facta, ſub conditione, ſi Religionem ingrediatur, de iure non ſubſiſtit, *Bartholom.Soci.in l.fin.ff.de his, qui antè apert. tab.& conſ.183.nu.4.vol.2.* quia videtur renunciantem ab inſtituto profitendi auferre, quoniàm priuaretur hæreditate, *Gallerat.de renunc.lib.3.c.7.ſub n.2.*

Sextò, renũciatio facta à Nouitio, quàm-
8 uis valida, tamen morte ipſius ſequuta antè profeſſionem reuocatur. *Paſſarell.* in ſuo *Minimorum Albeolo priuilegiorum*, vbi refert *Decretum* Eminentiſſ. Cardinal. in quo declaratur, *quòd ſi nouitius antè profeſſionẽ moriatur, donatio non ipſi, cui facta eſt, ſed ſuccedentibus ex teſtamento, vel ab inteſtato pertineat*, & eum refert, & ſequitur *Rodriquez quaſt.regular.tom.2.quaſt.47.art. 12.* qui dicit, quòd licèt huic declarationi non teneamur dare firmam fidem, cùm de ea literas authenticas non habeamus, tamẽ declarationem prædictam nonnullis rationibus fundat, & iuridicam eſſe dicit *Gallerat.in d.lib.3.de renunc.cap.7.nu.13.*

Pro donatario verò multa fuerunt conſiderata, & Primò, quòd Nouitius iuxtà ma-
9 gis communem opinionem reputatur perſona Eccleſiaſtica, *cap.religioſo, §.1.de ſent. excomm.lib.6.Roderic.Suar.alleg.20.nu.13. Nauarr.conſ.5.lib.2.de for.comp.vol.1 Dec. conſ.31.* ſub *nu.3.Rot.Rom.in deciſ.nouiſſ.* ab anno 1626.*deciſ.125.num.48.* & dicitur Religioſus, vt notant *DD.in d.auth.ingreſſi, C.de Sacroſanct.Eccleſ.& in cap. quia ingredientibus, de teſtam.* & habetur etiam in *cap.in præſentia, de teſtam.* vbi *Beroys* dicit, venire Religioſorum nomine poſt *Pa-
10 norm.in rubr.de regul.* & ideò nouitium percutiens incidit in *canonem*, d. *cap. religioſo, Villagut dec.54.Viu.dec.96.* & gaudet fori priuilegio, *Nauar.conſ.3.de for.comp.*

Secundò, in bonis Nouitij infrà annum
11 decedentis ſuccedit Monaſterium, *Anchar. conſ.69.nu.8.& in cap.2. de teſtam.Tiraq. de retract.lignag.§.1.gloſ.8.num.12.* & poſt *Bart.Butr.& Dec.* hoc tanquàm magis cõ-



Digitized by Google

mune tenet *Surd.d.deciſ.*303.*n.*8.*Lupus in rubr.de donat.int.vir.& vxor.*§.38.*num.*7. *Gabr.commun.concl.tit.de præſumpt.concl.*12. *nu.*13.*Grat.deciſ.Rot.Marcb.*35.*nu.*13.*Nauarr.in d.comment.*2.*de regul.n.*49.

Tertiò,ad caſum accedendo,in donatione facta,ſub conditione, ſi in Monaſterium
12 quis fuerit ingreſſus, vel in eo profiteatur, quòd interim ſi intrà annum probationis nouitius moriatur, quòd ſit adimpleta conditio, tenuit *Ancbar.in conſ.*69.*nu.*8.& eum refert,& ſequitur *Mandoſ. de priuileg. ad inſtar,gloſ.*10.*nu.*4. *Franch.in cap. nullus, in fin.*& *ibi* etiam *Ancbaran.in fine,de tempor.ordinat.in* 6.& in proprijs terminis,ità fuiſſe deciſum refert *Gratian.d.deciſ.*35.*per tot.*& eum ſequitur *Viſcont.*in ſuis *concluſ. in verb.Nouitius,Surd.d.deciſ.*303.*nu.*7.

Fundatur etiam hæc opinio,quia condi-
13 tio eò ipsò, quòd habet tractum ſucceſſiuum, habetur pro impleta,& purificata, ſtatim,quòd impleri cœptū ſit, *Io.de Anan. conſ.*75.*nu.*1. *verſic.præterea*, & ideò cum per obitum non fuerit facta profeſſio, videtur adimpleuiſſe tanquàm impeditus implere, *l. ſi pecuniam in princ.*& §.*fi.ff.de condit.cauſ.dat.*& alij per *Gratian.d.dec.*35. *nu.*4. quòd autem dicatur ſucceſſiua, probatur, quia profeſſionem debet præcedere ingreſſus,ad minus per annum, intrà quem
14 Nouitius eſt probandus, an ſit aptus ad Religionem, *Abb. in cap. Monaſterium, de ſtat.monac.& in cap.porrectum,de regular.* & ipſe probat Religionem, *Moſcon.de Maieſt.Eccl.par.*4.*d.cap.*2.*Ricc.d.dec.Cur. Archiep.*252.& eſt *tex.in can.Conſaldus* 17. *q.*2. *cap. ad Apoſtolicam, de regular. cap.ſi eod.titul.lib.*6.*D.Thom.*2.2.*q.*88.*art.*9.licèt
15 triennium ſtatuerit *Imperator* in ignoto, vt *in* §.*ſancimus,& in* §. *Si quis autem, in auth. de ſanct.Epiſc.Reg.Tapin d.auth.in greſſi*, nam illa animi deſtinatio habetur
16 pro opere conſummato,licèt ſorte,vel caſu fortuito,vel alio impedimento non peruenerit ad effectum, *l.cùm quidam,& l.ſi non fuerit,*§.*quid ergo,ff.de aur.& argent.leg.*& in proprio caſu *Petr.de Ancbar. d.conſ.*69. *nu.*8.*Cbſt.de retrotract.caſ.*3.*in* 9.*c.nu.*4.

Quod etiam alia ratione in præſenti caſu conuincebatur, quia iſta conditio non erat adimplēda per donatarium, ſed per ipſummet donantem, qui in eo caſu voluit, donationem ſuum effectum ſortiri, quando in Religione Carmelitana, quam intrare intēdebat, vel in alia profiteretur, quod tantum eſt dicere, in caſu, quo Mundo moreretur,
17 Religioſi enim mortui Mundo dicuntur, *can.volo,& can.non dicatis* 12.*q.*1.*can.placuit* 16.*q.*1.*Clem.exiui de paradiſo,de verb. ſign.l.Deo nobis, C.de Epiſc.& cler.* modò mors naturalis, eundem, imò maiorem
18 operatur effectum, quem mors ciuilis quòad bona,& ſucceſſionem, quod probatur ex *tex.in l.res vxoris* 24. *C.de don.int.vir.& vxor.*ibi, *tanquàm ſi maritũs eius natura,nō pœna ſubduxerit.* & tradiderunt *Cyn. Bald. Alex.Imol,Felin.*& alij, longa ſerie adducti *à Mart.de ſucceſſ.legal.par.*1.*q.*8. *art.*1.*n.*8.
19 Et quamuis conditio debeat adimpleri in forma ſpecifica, *l.qui heredi,*§.*fin.ff.de condit.& demonſtr.l.Mauius,ff.eod.tit.DD.in l.Gallus,*§.*& quid ſi tantùm,ff.de liber.&*
20 *poſth.* nec poteſt adimpleri per æquipollēs, *Alex.conſ.*5.*nu.*3.*lib.*7. *Ruin.conſ.*17.*nu.*3. *lib.*3.*Becc.conſ.*41.*nu.*7.*Surd.deciſ.*209.*n.*3. & alij per *Leandr.Galgan. de condit.& demonſtr. cap.*1.*q.*41.*nu.*2.tamen hoc limita-
21 tur, quando ex veriſimili mente teſtatoris alitèr videbitur, *l. ſi mater, C. de inſtit.&*
22 *ſubſtit.*& ideò quandoq; verba conditionis etiam impropriè accipiuntur, *l.pater Seuerinam,in princ.& in* §.*conditionum verba, ff.de condit.& demonſtr.*& in conditio-
23 nibus non tàm verba, quàm mens inſpicitur, *l.in conditionibus primum locum, in princ. ff. eod.tit. l.heredes mei,*§.*cùm ità,ff. ad Trebell.Mantic.de tacit.& ambig.convent.lib.*12.*tit.*43.*n.*3.

Et ideò ex mente diſponentis omnem
24 conditionem poſſe adimpleri per æquipollens, tradit *Dec.in rubric.extr.de probat.nu.* 158.& alij per *Mantic in loc.* allegato *nu.*4. latè *Galganett.in d.tract.de cōd.& demōſtr. par.*2,*cap.*1.*num.*103.ſic in ſimili inſtitutio
25 facta à matre in beneficium filij, ſi à patre fuerit emancipatus, dicitur purificata, ſi pater naturalitèr, ſiuè ciuilitèr moriatur, quia vtroq; caſu ſui iuris efficitur, vt habetur in *d.l.ſi mater,C.de inſtit.& ſubſtit.* vbi *Cyn.* & alij, ſic etiā ſubſtitutio vulgaris facta, ſi filius non naſcatur, comprehendit etiam ca-
26 ſum, ſi antè aditam hereditatem moriatur, vel illi renunciet, *l.ſi,C.de inſtit.& ſubſtit.* & dixit *Alexan.conſ.*100.*nu.*10.*lib.*1.idem,
27 ſi ſubſtitutio fuerit facta,ſub conditione, ſi effectus fuerit Presbyter, etiam ſi Sacerdos factus non fuerit, quando ex coniecturis apparet, teſtatorem, conditionem ad iſtum effectum poſuiſſe, habebit locum ſubſtitutio,& eum ſequuntur *Dec.conſ.*227.*nu.*12. *Craue conſ.*59.*nu.*5.*Cephal.conſ.*166.*nu.*49. quos refert *Mantic.d.tit.*47.*nu.*1.rea ratio-
28 ne, quia ſi non modus, ſed effectus fuerit contemplatus, conditio etiam voluntaria poteſt adimpleri per æquipollens, *Socin. ſen.in d.*§.*& quid ſi tantùm, num.*6.*Dec.d. conſ.*227.*nu.*12.*Aldobrand.conſ.*81.*nu.*54. & alij per *Mantic.vbi ſuprà,nu.*10. vbi plenè de materia,& etiā ſub *nu.*3.dicit, quòd id, quod de voluntate teſtatoris dicitur, quòd
29 in conditionibus primum locum voluntas illius attenditur, intelligendum eſt, nedùm
in

Digitized by Google

in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus, *l. pen. C. pro ſoc.* nam, quod in vltimis voluntatibus receptum eſt, etiam in contractibus locum habet, *l. ità ſtipulatus, §. item ſi quis, verſ. idq; deferebat, ff. de verb. oblig.* cum alijs per ipſum allegatis. Et ſic ex
30 prædictis die 8. Februarij 1638. fuit condemnata conuenta ad relaxandum bona contenta in donatione facta per qu. Scipionem Langella, vnà cum fructibus, pro quãtitate, & tempore liquidandis, prætenſis per Creditores qu. Io. Andreæ Langella non obſtantibus; in Banca Caroli Strinæ Act. Mag. S.C.

Nec obſtant contraria, & primò, quòd
31 Nouitius antè profeſſionem emiſſam non dicatur verè Religioſus, quia quãmuis verè, & ſtrictè nõ poſſit dici Religioſus, tamen dicitur perſona Eccleſiaſtica, vt ex communi ſuprà fundauimus, licèt aliqui diſtinguãt, quòd aut loquimur ad ſui beneficium, aut verò in damnum, ſeu pœnam, primo caſu di-
32 citur perſona Eccleſiaſtica, ſecus verò in ſecundo, *Ricc. d. reſol. 138. nu. 5.* & plures caſus enumerat *Coſt. de retrotract. d. caſ. 3. in qcap. nu.* 10. vſq; ad *fin.* in quibus nouitius Religioſus non reputatur, quia eſt in eius odium, & pœnam.

Quò verò ad ſecundum ſatis diſputabilis redditur articulus, qui ſuccedat Noui-
33 tio, ſi Religio, aut venientes ab inteſtato? nam contra opinionem *Abbatis*, & aliorum tenuerunt *Cyn. Anchar. Nauarr.* & alij ſuprà citati, & ideò *Menoch. conſ. 396.* ad conciliandas opiniones plures caſus diſtinguit, & ſic etiam *Azor. inſtit. moral. d. lib. 12. c. 3.* immò *Dec. in cap. in præſentia, de probat. num. 73. verſ. 3.* dicit, quòd communis opinio eſt contra *Abbatem*, & hanc opinionem tenuerũt *Cyn.* & alij *in d. auth. ingreſſi, Bart. in d. auth. Si qua mulier, Barbat.* & alij allegati per *Quintil. Mandoſ. de priuileg. ad inſtar.* & nouiſſimè hanc ſententiam firmat *Megala part. 2. lib. 2. cap. 27. nu. 50.* & eam ſequitur *P. Diana tom. 3. tract. 2. de dub. regular. reſol.* 17. vbi etiam quærit de pulchro
34 caſu, an *Bulla Pij V.* concedens, vt Nouitius in articulo mortis, non expectato probationis anno poſſit profiteri, an nedum quoad Indulgentias, ſed etiam quoad ſucceſſionem Monaſterij habeat locum, & ex pluribus DD. authoritatibus tenet, quòd ſic, & licèt Sacr. Congreg. relata à *Paſſarel-*
35 *lo*, & poſt ipſum à *Rodriq. in d. q. 47. art. 12. tom. 1.* videatur in contrariam iuiſſe ſententiam, tamen idem *Rodriquez* dubitat de fide dictæ deciſionis, cùm non ſit authentica, & quatenus eſſet attendenda, & ſic etiam tradita per *Ricc. d. reſol. 138.* hoc non procederet de iure communi, ſed ſtante forma nouiter tradita à *Concilio Tridentino tit. de Regular. ſeſſ. 25. & 18.* ſecundùm quam for-
36 mam profeſſio eſt facienda in fine anni probationis, & per duos menſes antè, & nõ plus, vt latè diximus in *deciſ. 29.* de qua etiã forma renũciationis videndus eſt *Gallerat. de renunc. lib. 3. d. c. 7. n. 4.* qui *nu. 13.* in iſtis terminis *Concilij Trident.* intelligit tradita à *Paſſarello, & Rodriquez.* Nos autem ſumus in caſu, quo donatio fuit facta antè ingreſſum, & proindè non ſubiacet decreto d. *Concilij Tridentini*, vt diximus in *d. dec. 29.* & habetur ex *Rot. Rom. in d. dec. 125. nu. 51. in nouiſſ.* ab anno 1616.

Nec etiam obſtat prætenſa inualiditas re-
37 nunciationis, cùm contraria ſit verior opinio, & eam iuribus, & authoritatibus corroborat idem *Gallerat. in loco cit. n. 2. & 3.*

Nec tandem illud, quod dicitur de voto, etiam ſi morte præuentus vouens Religio-
38 nem non profiteretur, cùm contrarium tenuerint DD. allegati per eundem *D. Reg. Tap. in d. auth. ingreſſi, in princ. num. 14.* & non per hoc poſſet dici, votum non fuiſſe adimpletum, quando per ſe non ſtetit, *Sylueſter in verb. votum 2. nu. 6.* & in terminis
39 vouentis intrare aliquã Religionẽ in aliquo loco, quòd ſi ibi nõ recipiatur, nõ teneatur, aliũ locũ, vel Religionẽ intrare, *Sayr. in Claui Regia lib. 6. c. 9. n. 6.* vbi plenè de materia.

## OBSERVATIO
## In Deciſione CXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Donatarius, an hæres ab inteſtato ſuccedat in bonis donatis, cum conditione,* ſi profeſſionem in Monaſterio emiſerit, aliàs habeatur pro non facta, *mortuo donante antè profeſſionem.*

2 *Donatio facta,* ſi profeſſionem emiſerit, *an ſit conditionalis, conditione ſuſpenſiua, ſiue poteſtatiua, an autem pura, & non conditionalis, & numer.* 3. *quid ſi adſit clauſula,* aliàs habeatur pro non facta, *nu.* 4. *& an poſſit reuocari, n.* 5. 6. 7. *&* 8. *& an exiſtente pacto, quòd non poſſit reuocari, ſecuta profeſſione, nu. 9. de ratione num. ſeq.*

10 *Donatio, quæ aliàs de ſui natura eſt reuocabilis, per pactum efficitur irreuocabilis, & eſt caducata ob mortem donatarij, antè conditionis euentum, nu. 11.*

12 *Hæres donatarij non conſequitur donationem factam donatario, & eius hæredibus, ſi illam donatarius non fuit cõſequutus, quia præmortuus eſt.*

13 *Teſtamentũ à nouitio factum, quando ſuſtineatur, ſi donationem fecerit, cum clauſula,* ſi profeſſionem emiſerit.

14 *Legatum quando debeatur legatario, ſi fuerit factum, ſi religionem ingrediatur.*

1 PRopoſito articulo in S.R.C. an in bonis donatis, cum clauſula, *ſi in Monaſterio, quod ingredi intendebat donans, profeſſionem emiſerit, aliàs donatio pro non facta habeatur*, moriente donante in d. Monaſterio, antè tamē profeſſionem emiſſam, ſuccedat donatarius, vel hæres ab inteſtato, ipſoq; ad partes diſcuſſo; fuit per d. S.R.C. determinatū ad fauorem donatarij, fuit enim condemnatus poſſeſſor ad relaxandum bona donata, non obſtantibus prætenſis per creditores hæredis ab inteſtato, dùm intendebant ſatisfieri ſuper dict. bonis, vt refert D. meus *num.* 30.

2 Quarè obſeruandum erit, *Menoch. conſ.* 388. à *n.* 15. per 33. *lib.* 4. totis viribus defatigaſſe ad probandum, donationē factam, ſi profeſſionem emiſerit, eſſe conditionalem, cōditione ſuſpenſiua, ſiuè poteſtatiua, prout doctè, & accuratè in caſu per ipſum propoſito tenuerat *Hieronymus Acontius*

3 I.C. vt refert *d. n.* 15. verùm contrarium in eadem cauſa conſuluerunt *Hippolyt. Riminald. & Cæſar Angelinus*, ac *Pandolphus Morus* I.CC. Cæſenates, donationē prædictam eſſe puram, non autem cōditionalem, ille .ſ. *conſ.* 529. iſti verò in allegationibus manuſcriptis, vt tradit idem *Riminald. dict. conſ.* 529. *in præfatione, verſ. ſuper quo puncto*, & refert *Rota Roman.* apud *D. de Marin. lib.* 2. *quotid. reſol. c.* 196. *nu.* 48. quando

4 tamen in donatione adiuncta ſit clauſula illa, de qua in hac *deciſ.* 118. habetur, *aliàs donatio pro non facta habeatur*, tunc idem *Menoch. ibid. num.* 19. *verſ. Primò perpendo* circa *finem* tenet, conditionem eſſe reſolutiuam, non autem ſuſpenſiuam, ſiuè poteſtatiuam.

5 Ideòq; admiſſo per *Menoch.* in caſu ſuo, cōditionē eſſe ſuſpēſiuā, ſiuè poteſtatiuā, q̄ſitū fuit, an poſſit d. donatio reuocari, & affirmatiuā partem tuetur à *n.* 34. vſq; ad 45. quem ſequuti ſunt alij, relati per *D. Caren. reſol.* 166. *n.* 9. *pract. reſol.* & per *Rot. Roman.*

6 *ibid. nu.* 37. Contrarium tamen, vt donatio prædicta ſit irreuocabilis, conditione pendente, contra *Menoch.* tenuerunt *Molin. de contract. diſp.* 885. *nu.* 8. *Caldas var. qq. lib.* 1. *q.* 20. *nu.* 77. *Riminald. d. conſ.* 529. imò claris verbis *Menoch.* reprobat *Sanchez* in *præcept. decalog. lib.* 7. *c.* 1. *n.* 18. ac *cap.* 5. *nu.* 57. & 58. & contra *Menoch.* ſentiunt *Gra-*

7 *tian. dec.* 42. *nu.* 9. *De Amat. dec.* 46. *nu.* 37. & quàmuis *Menochij* opinionem approbauerit A.C. tamen cauſa in gradu appellationis ad *Rotam* deuoluta, illius ſententia fuit infirmata ſub die 27. Decembris 1640. approbando opinionem *Sanchez*, vti magis æquam, & minùs à iure communi aberrantem, vt legimus apud *D. de Marin. d. c.* 196. *n.* 27. *in fine*, ac 38. *in fine*, quæ deciſio fuit per eandem *Rot. Roman.* confirmata ſub die 23. Martij 1641. vt habetur *ibid. nu.* 44. ac contra *Menoch.* in caſu per ipſum relato, deciſum fuiſſe, habetur per *Rot. loc.*

8 *cit. n.* 48. imò d. conditionem eſſe poteſtatiuam, & proindè donationem eſſe irreuocabilem, fundat *D. Carena vbi ſupra*, *n.* 11. & quatènus ſuſpenſiuam illā dicere velimus, neq; reuocabilem eſſe fundat *n.* 14. qui *nu.* 15. affirmat, d. donationem tantò magis eſ-

9 ſe irreuocabilem, ſi in ea non ſit pactum, quòd illa ſit irreuocabilis, ſequuta profeſſione, non obſtante quacunq; reuocatione

10 ipſius facta, vel facienda, donatio enim quæ aliàs de ſui natura eſt reuocabilis, per pactum poteſt fieri irreuocabilis, *l. ſi alienum*, §. 1. *ff. de donat. cauſ. mort.*

Et tandem *Menoch. d. conſ.* 388. à *nu.* 46.

11 per 56. firmitèr probat, donationem prædictam cum d. clauſula, *ſi profeſſionem emiſerit*, eſſe irritam, atq; caducam, ſi antè condi-

12 tionis euētum donatarius moriatur, etiam ſi facta ſit, *donatario, & eius hæredibus*; quandoquidèm, tunc hæredes donationem conſequi poſſent, vbi illam prius acquiſiuiſſet donatarius, *l.* 2. *C. de inoffic. donat.* *Menoch.* qui DD. etiam cumulat *ibid. n.* 47. ſed tu vide *D. Carol. Ratam concluſ.* 8. per *tot.* ſimilem caſum exarantem.

Sic paritèr obſeruabis, quòd facta dona-

13 tione, cum clauſula, *ſi profeſſionem emiſerit*, teſtamētum à nouitio donante factum, non ſubſtinetur, niſi in caſu, quo ille antè profeſſionem moriatur, & ſic antè purificatam cōditionem poteſtatiuam, vt probat *Sanchez d. c.* 5. *n.* 50. quem refert, & ſequitur *D. Carena d. reſol.* 166. *n.* 26.

Legatum tamen factum, ſi legatarius in-

14 grediatur Monaſterium, debetur, dummodò conditio prædicta impleatur intra triennium poſt tranſactam ætatem idoneam ad profitendum, *Gratian. c.* 254. *n.* 11. & 13. *diſcept. foren.* & an debeatur, ſi matrimonium carnale contrahat, *Ego* dixi *deciſ.* 99. *nu.* 10.

*M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

## Alimenta lite pendente, an, & quando debeantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Alimenta, ad hoc vt lite pendente debeantur plura requiruntur, & n.* 2. & 3.

4 *Ali-*

Digitized by Google

4 *Alimenta lite pendente, in iudicijs particularibus non debentur.*
*Limita, vbi ageretur de maxima parte bonorum, & aliqua præſumptio iuſtitiæ adeſſet, & nu. 11.*
5 *Præſumptio iuſtitiæ ſi eſt maior pro reo, quàm pro actore, non dantur alimenta lite pendente.*
6 *Alimenta lite pendente non dantur illi, contra quem exhibita eſt aliqua ſcriptura excluſiua ſui iuris, etiam ſi impugnetur ab actore.*
7 *Alimenta, & litis expenſæ præſtari non debent, lite pendente, quando Iudex ità prouidendo, cauſam principalem decideret.*
8 *Prouiſio alimentorum lite pendente non præiudicat in cauſa principali.*
*Intellige, vt nu. 9.*
10 *Iudex in prouiſione alimentorum non debet multum rigoroſè, & per apices iuris procedere.*
12 *Pendente iudicio ſuper alimentis, illa debentur.*
13 Surd. de aliment. tit. 1. q. 120. n. 14. *circa diſtinctionem, an de iudicio particulari, vel vniuerſali agatur in materia præſtandi alimenta lite pendente, improbatur.*
14 Gloſ. in l. Imperatores, ff. de tutel. & ration. diſtrahend. *declaratur.*
15 *Deciſio in cauſa.*

# Deciſio CXIX.

PLuribus iudicijs inceptis per D. Pompeum Alderiſium contrà D. Ioannem Alderiſium hæredem qu. Marij inſtitit, lite pendente ſibi prouideri de ali-
1 mentis, & expenſis litis, replicabat Conuentus, quòd ad prædicta alimenta plura requiruntur, ad hoc vt iudicio pendente poſſit actor obtinere, & primò, quòd ſit pauper, prout ex *tex. in l. fin. C. de ordin. cognit. & in l. ſi inſtituta, §. de inoffícioſo, ff. de inoff. teſtam. & in l. fin. ff. de carbon. edict.* voluerunt *Angel. conſ. 245. n. 4. in fin. Paris de Put. de ſindic. in verb. expenſas, nu. 2. fol. 124. Couar. pract. quæſt. c. 6. n. 6. verſ. tertiò requiritur, Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. c. 16. n. 46. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 35. n. 3. Valaſc. conſult. 1. in fin. Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de alim. reſol. 1. nu. 32. Barz. deciſ. Bonon. 69. & 80.* & alij allegati à *Surd. de alim. tit. 1. q. 110. & 112. nu. 29. & q. 120. nu. 1.* & per *Caſtill. quotid. controu. iur. lib. 3. c. 27. n. 4. Caballin. milleloq. 700. Ludouic. dec. Peruſ. 46. n. 2. Matth. Coler. de proceſſ. exeq. p. 1. c. 2. n. 97. & Martin. Coler. de alim. lib. 1. c. 14. Milanenſ. dec. Sicil. 16. lib. 1. Iacob. Marchiſell. q. 25. Simon Vlricus Piſtor. in addit. ad* Modeſt. *patrem lib. 1. q. 20.*

Quæ paupertas ſola non eſt ſufficiens
2 cauſa, ad hoc vt prouideri poſſit de alimentis lite pendente, vt probatur in *l. Imperatores, ff. de tutel. & ration. diſtrah.* vbi etiam *Bal. Io. Lup. in cap. per veſtras, in 1. notab. ampliat. 18. §. 39. col. 2. Boſſ. in tit. de alim. præſtan. vxor. Boer. dec. 303. nu. 4. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 169. nu. 12. Surd. in d. tract. de alim. tit. 1. q. 120. nu. 30.* & alij allegati à *Piſtor. d. q. 20. lib. 1. nu. 2.* Et ideò ſecundò requiritur, vt iudicium ſit vniuerſale, non particulare, *Lupus in d. §. 39. col. 2. in fin.* allegatus à *Surd. d. q. 120. nu. 14. & Caſtill. d. c. 27. num. 14. Gratian. diſcept. forenſ. c. 55. n. 49. Coſta de port. rat. q. 59. n. 6. Gremai ad Gayl. lib. 1. concl. 17. n. 3. & 143. in fi. D. Ricciullus* digniſſimus Epiſcopus Caſertę, & ſatis maiora promerens *de iure perſon.*
3 *lib. 2. q. 21. nu. 6.* Tertiò requiritur, vt actor bonum ius foueat, vt habetur in *cap. ex parte, in fin. de accuſat. Specul. in tit. de inquiſit. § fin. col. 1. Aretin. & Felin. in cap. ſi qui teſtium, de teſtib. Rimin. conſ. 377. nu. 7. lib. 4. Couarr. d. c. 6. nu. 6. &* Molin. *d. c. 16. nu. 36. Surd. de alim. tit. 1. q. 112. n. 27. cum ſeq. Caſtill. d. q. 27. n. 13.* qui alios allegat, ſic etiã, quando obtinuiſſet ſententiam pro ſe, & reus appellaſſet, *d. l. ſi inſtituta. §. de inoffícioſo, Lup. in d. §. 39.* ſub *n. 3. Fachin. controu. iur. lib. 12. c. 62. & conſ. 42. n. 25. Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 55. n. 49. & ſeq. Caſtill. d. c. 27. num. 68.* & poſt alios nouiſſimè *Guzman de priuil. pauper. p. 1. q. 39. nu. 24. Piſtor. quæſt. iur. d. q. 20. n. 1. Surd. d. tract. de alim. tit. 1. q. 110. Ricc. dec.* Cur. *Archiep. 56. p. 1. n. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 4. n. 26. cum ſeqq. Coſta de port. rat. d. q. 59. nu. 7. Io. Bocta conſ. 64. nu. 13. Alex. Raud. de analog. c. 33. n. 60. Io. Baptiſt. Aſin. in praxi iudic. §. 32. ampliat. 29. Minſynger. cent. 6. obſeru. 21. Aluar. Valaſc. d. conſult. 1. num. 1.*

Sic in propoſito dicebat Conuentus, quòd hæc omnia requiſita d. actori deficiebant,
4 non enim prætendebat, eſſe pauperem, non tractabatur de iudicijs vniuerſalibus, ſed particularibus, neque bonum ius fouebat, quia præſumptiones de bono iure debent eſſe vrgentes, *Couar. pract. qq. c. 6. n. 6. verſ. non tamẽ, Molin. d. c. 16. n. 37. lib. 2. Menoch. d. præſumpt. 35. Caſtill. d. c. 27. num. 13.* vbi,
5 quòd ſi vrgentiores præſumptiones ſunt pro reo, quàm pro actore, non erit locus taxationi alimentorum, *Fontanell. d. clauſ. 6. p. 4. gloſ. 2. nu. 28. & 29.* qui dicit ex *Pontan. & Menoch.* ità obſeruaſſe Rotam Romanam, & ideò ſi per Conuentum exhiberetur aliqua ſcriptura, quæ intentionem actoris excluderet, quamuis illam actor im-
6 pugnaret, non habebit interim alimenta, prout ex *Molin. Caſtill. Surd. Gratian.* & alijs

Digitized by Google

alijs dixit idem *Fontanell.nu.*36.cum *ſeqq.*
Inſupèr dicebatur, quòd ex hac prouiſio-
ne alimentorum ad beneficium actoris ma-
7 ximum inferebatur præiudicium Cōuento,
quia Iudex ea prouidendo, decideret cau-
ſam principalem, & propterea in hoc caſu
Iudex debet à tali prouiſione abſtinere,
*Surd.in d.tract.de alim.tit.*1.*q.*126.*nu.*6.
& eum ſequitur *Caſtill. dec.*27.*nu.*28.
Pro parte verò D. Pompei plura dice-
8 bantur, & primò, quòd prouiſio alimento-
rum lite pendente non præiudicat in cauſa
principali, eſt *text.in l.penult. C.de his, qui
ſunt ſui, vel alien.iur.* quod *gloſ.* intelligit,
9 quando non plenariè fuit cognitum, *Me-
noch.de præſumpt.d.lib.*1.*præſumpt.*35.*nu.*
39. & hoc idem probatur in *l. ſi quis à libe-
ris, § ſi vel parens. ff.de liber.agnoſc.in verb.
meminiſſe, Surd.de alim.d.tit.*1.*q.*126. *Ca-
ſtill.d.lib.*3.*quotid.controu.c.*27.*n.*27. poſt
*Decian. conſ.*66. *verſ. quæ aſſignatio, lib.*3.
*Lara in d.l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens,
nu.*43. nec in prouidendis alimentis debet
10 Iudex multùm rigorosè, & per apices iu-
ris procedere, vt de Rotæ Romanæ obſer-
uantia teſtatur *Seraph. Oliuar. deciſ.*41. ſe-
quitur *Fontanell.d.clauſ.*6. *gloſ.*2.*p.*4.*n.*53.
& ſic dicebatur, ſatis eſſe notoriam eius
egeſtatem, tantò magis, quia Marius ei ſol-
uebat annuos duc. 400. eius vita durante
ex tranſactione inter eos inita ex cauſa le-
gati duc. vndecim mille, eidem relictorum
à qu. Scipione, cuius ipſe erat frater, & hæ-
res, qui duc. vndecim mille etiam ex d. tran-
ſactione, & legato erant ſibi ſoluendi poſt
eius mortem, & ob lites inter d. D. Ioānem,
& Victoriam Alderiſiam hæredem decla-
ratam in feudalibus, ad quem ipſorum ſpe-
ctabat onus illos ſoluendi, illos recuperare
non valuit, & interim cum vxore, & familia
erat in maxima egeſtate poſitus, & litiga-
bat, nedùm de dictis duc. vndecim mille,
11 ſed de maxima parte eius bonorum, quo
caſu deberi alimenta lite pendente, quan-
do tamen adſit aliqua præſumptio iuſtitiæ,
dixit *Surd.d.tract.de aliment.d.tit.*1.*q.*116.
*&* 119. *Caſtill.vbi ſuprà num.*63. *Couarr.
pract.qq.d.c.*6.*n.*6. *Grauett.conſ.*164.*nu.*1.
*Ludou. dec.*46. *n.*5.
Nec de bono iure, & iuſtitia ipſius D.
Pompei, dicebatur, poſſe dubitari, maximè
reſpectu certæ paruæ quantitatis, & præ-
ſertim legati duc. 1000. bonorum mobiliū
facti per d. q. Scipionem ad eius beneficiū,
nec à d. D. Ioanne negabatur, & ſic etiam
pro alijs duc. mille exiſtentibus in emptio-
nem annuorum introituum cum Ill. Mar-
chione Gioioſæ, vltrà, quòd reſpectu ali-
mētorum promiſſorum eidem D. Pompeo
per d. Scipionem contemplatione matri-
monij, & aliorum producebatur inſtrumē-
tum, licèt multa aduerſus illud opponebā-
12 tur, ex quo alia iuris concluſio deſumeba-
tur, quia pendente iudicio ſuper alimentis,
illa ſunt danda, *Alciat.conſ.*449. *Surd.de
alim.d.q.*116.*n.*3. *Piſtor.d.lib.*1.*quæſt.iur.
q.*26.*nu.*5. *Aſin.d.§.*32.*ampliat.*13.*Sylueſt.
Aldobrandin.conſ.*28.*n.*46.
Nec tandèm, dicebatur, obſtare, quia nō
tractabatur de iudicijs vniuerſalibus, quia
data pro vera paupertate, alimenta, & ex-
13 penſæ litis debentur, quàmuis iudicium
non ſit vniuerſale, illa .n. diſtinctio *Surd.d.
q.*120.*nu.*14. improbatur à *Fontan.d.clauſ.*
6.*glo.*2.*p.*4.*n.*73. quia fundatur in doctrina
*Io. Lup.in d.cap.per veſtras, §.*39. qui hoc
nō dicit, neq; diſtinctio iure probatur, nam
cauſa, ob quam præſtātur alimenta, & ſum-
ptus litis, non videtur conſiſtere in eo, quòd
agatur ad vnam rem, vel aliam, ſed nè is, de
cuius boni iuris præſumptione conſtat, co-
gatur ob impotentiam litem deſerere, &
ideò in *cap.ex parte, & cap.cùm olim, de
accuſat.* dantur alimenta ei, qui ſine dubio
non agit ad vniuerſitatem bonorum, & ità
refert deciſum pluriès in Senatu Cathalo-
niæ, ſequutus opinionem Rotæ Romanæ,
quæ eſt in deciſionibus nouiſſimè recolle-
ctis per *Farinac.deciſ.*749. *tom.*2. licèt pro
14 opinione *Surd.* poſſet afferri doctrina *gloſ.
Andr.de Piſis in d.l.Imperatores, ff.de tu-
tel.& ration.diſtraben.* vt habetur in *gloſ.
ibid.in verb.litis, in add.* vbi concordando
*text.* prædictum cum *text.in d.l.ſi inſtituta,
§. de inofficioſo, ff.de inoff.teſtam.& l.fin.
C.de ordin.cognit.* dicit *gloſ.* dic, *quòd ibi
erat quæſtio de bonis, de quibus debebat
viuere ille agens, & iam vicerat in cauſa
principali, vndè ex illis bonis debebat habe-
re ſumptus, & victum; hic erat quæſtio de
quodam debito particulari,* ſecundùm opi-
nionem *Andr.de Piſis*, vel ſecundùm opi-
nionem *Dini, quia ibi erat quæſtio ſtatus,
& bonorum omnium, nec habebat, vndè ſe
alere poſſet aliundè, hic verò ſic,* tamen dicti
DD. non videntur tantum ſe fundare in eo,
quòd erat iudicium vniuerſale, quantum in
paupertate actoris, quod probant illa ver-
ba *hic verò ſic.* & ideò *Bart.ibid.* potiùs ſe
fundat in bono iure, & paupertate actoris,
in quibus ſe fundauit Rota Romana. Et
15 propterea per S.C. me referente fuit di-
ctum, quòd D. Ioannes Alderiſius ſoluat
D. Pompeo in cauſam declarandam duc.
tercentum, & in alia vice alios duc. tercen-
tum, ità tamen, vt nō poſſet petere ampliùs
alimenta lite pendente, quia reſpectu cu-
iuſdam paruæ quantitatis tantùm etiam
per Partem aduerſam non dubitabatur,
bonum ius fouere D. Pompeum, in Banca
Fabritij Solatij Act. Mag. S.R.C.

OB-

Digitized by Google

# OBSERVATIO
## In Deciſione CXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & litis expenſa actori pauperi, & præſumptionem boni iuris in lite habenti ſubminiſtrantur per conuentum, & nu. 8. idq; procedit, tàm in deſcendentibus, quàm in extraneis, nu. 12. 13. 14. limita, nu. 2. 3. 16. & 17.*

2 *Paupertas ſola nõ ſufficit ad obtinenda alimenta, & litis expenſas à conuento, lite pendente, ſed illa ſubminiſtrãtur hoc caſu à Publico, nu. 3. & regularitèr probari debet, nu. 4 intellige, vt nu. 5. & 6.*

7 *Bonum ius quomodò probetur.*

8 *Paupertas, & præſumptio boni iuris requiruntur, vt alimenta, & litis expenſa debeantur, illiſq; deficientibus non debentur, & ità deciſum adducitur, nu. 9.*

10 *Sententia, an requiratur, vt alimenta, & litis expenſa debeantur, & nu. 11.*

12 Tex. in l. ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam. *quando procedat, & nu. 13. & 14.*

15 *Humanitas Principis quid operetur.*

18 *Alimenta, ac litis expenſa ad quam quantitatem taxanda ſunt.*

19 *Actor pauper in caſu victoriæ imputat alimenta, ac litis expenſas receptas cum fructibus, ſed in caſu ſuccumbentiæ illa non reſtituit, nu. 20.*

21 Cautio *de reſtituendis alimentis, & litis expenſis non præſtatur, illaq; peti debet, nu. 22. & ſi fuerit præſtita, intelligitur, ſi de iure tenetur, num. 23.*

24 *Appellatio, & in integrum reſtitutio non admittitur à decreto prouiſionis alimentorum, & litis expenſarum.*

1 PAuperi habenti præſumptionem boni iuris in lite, ſubminiſtrantur alimenta, & litium expenſæ à conuento, donec cauſa terminetur, *l. ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam. l. fin. §. quod ſi ei C. de ord. cognit. D. Leoncill. in tract. de Priuileg. Pauper. p. 2.*
2 *priuil. 22. nu. 1.* & ſola paupertas non ſufficit, ad tradita per *Gratian. cap. 954. nu. 27.* & alios adductos per *D. Leoncill. ibid. num. 3.*
3 licèt, hoc caſu non à conuento; ſed à publico illa ſubminiſtrari debeant, *l. 1. §. ait Prætor, ff. de poſtul. & l. ſi magiſter puto 38. §. idemq; ff. de reb. eorum,* per quæ *iura* ità tradit *D. Leoncill.* vbi ſupra nu. 9. vbi DD. etiam ci-
4 tat; quæ quidèm paupertas licèt probari debeat per Actorẽ, vt per *Menoch. præſumpt. 35. nu. 34. lib. 1. de præſumpt.* cui adhærent *Fontanella de pact. nuptial. cl. 6. gloſ. 2. p. 4. n. 23. & ſeq. tom. 2. & Caſtill. lib. 3. controu.*
5 *cap. 27.* tamen vbi eſt notoria, minimè probanda eſt, *Surd. conſ. 371. n. 45. & 46. D. Carena reſol. 21. nu. 9. pract. reſol.* vt erat in caſu huius deciſionis, vt refert *D. meus n. 10.*
6 tantò magis, quia ſuper notoria paupertate põt Iudex ſe informare extraiudicialitèr, vt probat *Gratian. cap. 442. nu. 8. lib. 3. diſcept. forenſ.* & ad probandum de bono iure acto-
7 ris ſufficit ſemiplena probatio, ad tradita per *Surd. de alim. tit. 1. q. 112. nu. 21. & 22.* ſequitur *Buratt. deciſ. 201. num. 9.* ideòq; vt diximus *nu. 1.* ſufficit præſumptio boni iuris, vt etiam voluit D. *meus nu. 11.* & com-
8 probat D. *Carena ibid. n. 4. 5. & 13.* & proindè concurrentibus paupertate, ac præſumptione boni iuris fuit per S. R. C. deciſum, deberi d. alimenta, & litis expenſas Actori in caſu huius *deciſionis*, vt habetur *nu. 15.* patrocinante pro d. Actore D. *Franciſco Rocca* Aduocato inſigni, ac pro Conuento D. *Lælio Gizzio* Fratre meo, ſed illis
9 ceſſantibus, illa minimè ſubminiſtrari debent, vt fuit per S. R. C. determinatum in cauſa Eminentiſſ. D. Hieronymi Cardinalis Columnæ, & DD. Fratrum ſecundogenitorum, petentium vitam, & militiam à D. Principe Buteræ fratre primogenito in feudis maternis D. Lucretiæ Tomacellæ, quàmuis enim iura D. Cardinalis, ac fratrũ, neruosè tueretur D. *Reg. Io. Camillus Cacacius*, tunc Aduocatorum Princeps, attamen die
* 15. Ianuarij 1631. ad relationem D. *Conſil. Prouenzalis*, interuenientibus D. *Præſide Vrſino*, ac DD. *Conſil. Marchieno. S. Maximi, Zufia, Sauio*, ac *Mediotta*, fuit deciſum, quòd procedatur ad ea, quæ incumbunt in cauſa, non obſtante petitione facta prouiſionis alimentorum, & litis expenſarum, in Bãca de Martino, ſub patrocinio d. D. *Lælij* pro d. D. Principe.

Et licèt de iure ad obtinenda d. alimenta,
10 & litis expenſas, requiratur, vt Actor prius obtinuerit ſententiam in cauſa principali, vt in *d. §. de inofficioſo, D. Caluin. in tract. de æquit. lib. 1. c. 72. nu.* 1. attamen de æquitate,
11 & in prima inſtãtia, ſentẽtia nõ obtenta illa ſubminiſtrantur, nè fame pereat Actor, & nè cogatur, ob defectum pecuniarum proceſſum deſerere, & litem renunciare, vt bis deciſum refert *Affl. deciſ. 10. nu. 4. verſ. quarè fuit,* aſſequitur *Gratian. cap. 236. num. 4.* & ipſis relatis voluit *D. Caluin. ibid. nu. 7.* ac 10. ſicq; obſeruatum videmus in hac *deciſ.* ac paritèr iudicatum per Rotã, refert *Mandoſ. conſ. 12. num. 3.* & de hoc dubitandum haud eſt, cùm ità ſit communitèr receptum.
Hinc etiam licèt *Valaſc. conſult. 1. nu. 11.*
12 ac *Merenda lib. 5. controu. iur. cap. 28.* teneant, *text. in d. §. de inofficioſo* procedere tantummodò in ſolis deſcendentibus, ità vt

illis

illis tantummodò alimenta, & litis expenſæ
debeantur, attamen contrarium, vt proce-
dat in omnibus extraneis, dummodò ino-
pes ſint, & præſumptionem boni iuris ha-
beant, vt relatis treſdecim grauiſſimis DD.
probat D. *Carena d. reſol.* 21. *num.* 3. *&* 4.
*Guid. Papa deciſ.* 561. D. *Leoncill. d. priuil.*
22. *nu.* 4. & ità fuit in hac *deciſ.* determina-
tum, dũ lis erat inter fratres, de quibus ſpe-
cialitèr loquuti ſunt *Gutierr. canonic. qq.*
*cap.* 24. *Peguera deciſ.* 2. *nu.* 5. ac *Barboſ. in*
*rubr. ff. ſol. matrimo. par.* 2. *num.* 2. quos ſe-
quens recenſet D. *Caluin. d. cap.* 72. *num.* 15.
13 ideòq; ſubminiſtrãtur cuilibet Subdito ha-
benti litem cum Superiore, ſiuè Domino, vt
putà monacho, vxori, vaſallo, & ſimilibus,
*Mandoſ. d. conſ.* 12. *Coſta de remed. ſubſid.*
*remed.* 100. *nu.* 2. 86. *& ſeq.* D. *Caluin. ibid.*
14 *nu.* 14. D. *Leoncill. loco* cit. *nu.* 8. item litigan-
ti cum Fiſco, *l.* 1. §. *quod Fiſcus, ff. de carbon.*
*edict.* D. *Leoncill vbi ſuprà, nu.* 5. vel cum
Principe, *Bald. in l. magis puto, §. in primis, ff.*
*de reb. cor.* vbi loquitur de Rege Franciæ, qui
expenſas pauperi, ſecum litiganti ſubmini-
ſtrat, ſequitur D. *Leoncill. ibid. nu.* 8. quia
15 humanitatis Principis eſt, egenis proſpice-
re, & dare operam, vt pauperibus alimenta
16 non deſint, *l. priuilegia* 22. *C. de Sacroſanct.*
*Eccleſ.* Non tamẽ debentur, ſi agatur actio-
ne perſonali, ab actione reali non cauſata,
vel ſi agitur de re modica, D. *Leõcill. d. pri-*
17 *uil.* 22. *nu.* 36. nec etiã ſi agatur principalitèr
de alimentis, *Socin. iun. conſ.* 8. *col.* 1. *in princ.*
*vol.* 3. *Decian. conſ.* 128. *nu.* 3. *lib.* 3. D. *Leon-*
*cill. ibid. num.* 37. verùm contrarium firmat
D. *Caluin. num.* 12. ideòq; cogita, alias tamen
ampliationes, & limitationes habes apud
D. *Leoncill. d. priuil.* 22. *per tot*, quas breui-
tatis cauſa recenſere omitto.

Ad quam tamen quantitatem dicta
alimenta, & litis expenſæ taxari debeant,
18 variè Doctores locuti fuerunt, *Man-*
*ſuer.* enim *in rubr. de poſſeſſ.* §. *item, & re-*
*redditio* putat, ad quartã partem fructuum
rei, quæ petitur, alij, vſq; ad ſextam, vt de-
ciſum oſtendit *Franc. Marc. deciſ.* 149. *p.* 1.
alij verò, Iudicis arbitrio hoc relinquẽdum
putarunt, vt per *Rebuff. tit. de ſent. prouiſio-*
*nal. in præfat. nu.* 30. & ſic pro modo facul-
tatum, ac qualitate, & conditione perſonæ,
cui ſubminiſtrari debent, vt in *d.* §. *de inoffi-*
*cioſo*, & probat D. *Caluin. d. c.* 72. *n.* 20.

In caſu tamen victoriæ Actor d. alimenta,
19 & litis expenſas receptas tenetur imputa-
re cum fructibus ei debitis, *Fontanella de*
*pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 4. *nu.* 89.
vbi alios adducit, non tamen tenetur illa
20 reſtituere in caſu ſuccumbentiæ, D. *Cal-*
*uin. ibid. n.* 26. qui ità deciſum tradit *nu.* 27.
& probãt D. *Carena reſol.* 21. *n.* 25. ac D. *Leõ-*
21 *cill. d. priuil.* 22. *nu.* 21. Cautio autem de il-
lis reſtituendis minimè præſtari debet in
caſu ſuccũbentiæ, nedùm ab aſcendentibus,
ſed nec etiam ab extraneis, D. *de Frãch. de-*
*ciſ.* 604. & benè probat D. *Caluin. ibid. n.* 26.
*&* 27. *Fontanella loc.* cit. *num.* 79. *&* 80. vbi
ità iudicatum oſtendit, D. *Epiſcop. Riccius*,
qui ſimilitèr determinatum dicit *deciſ.* 251.
*par.* 2. ac D. *Nouar. de priuil. miſerab. per-*
*ſon. Priuileg.* 72. *n.* 12. qui reprobat D. *Con-*
*ſil. de Anna conſ.* 102. *nu.* 9. *vol.* 2. affirman-
tem, vt tantummodò in deſcendentibus nõ
requiratur cautio, ſecus in extraneis, & illa
22 peti debet à Conuento, *Maſtrill. dec.* 126.
*nu.* 20. *Surd. deciſ.* 57. D. *Carena*, qui eos re-
fert, & ſequitur *loc.* cit. *num.* 28. & quando
23 cautio præſtatur, intelligitur, quatènus de
iure teneatur, D. *de Franch. deciſ.* 336. *in fin.*
*Gratia. c.* 33. *nu.* 32. D. *Leoncill. d. priuil.* 22.
*num.* 24.

Ab hac tamen alimentorum, & litis ex-
penſarum prouiſione, nedùm non appella-
24 tur, ſed nec etiam admittitur in integrum
reſtitutio, ad retardandam executionem,
vt per D. *Leoncill. vbi ſuprà, nu.* 31. & in ap-
pellatione, etiam poſt alios loquitur D. *Ca-*
*rena d. reſol.* 21. *nu.* 1. ac de in integrum re-
ſtitutione probat D. *Caluin. vbi ſuprà nu.*
22. qui *nu.* 24. ità determinatum aſſerit.

*M. A. Gizzius.*

# ARGVMENTVM.

Emphyteuta ſi incidit in cõmiſ-
ſum, ob nõ ſolutionem cano-
nis, vel alia eius culpa, an poſ-
ſit magnas meliorationes re-
tinere, ſiuè earum pretium à
Domino recuperare. Et quã-
do penſio, ſiuè canon eſt fru-
ctibus correſpectiuus, an di-
catur contractus emphyteu-
ticus, vel locationis. Et an, &
quando poſt litem conteſtatã
poſſit inſtantia variari, muta-
ri, ſeù corrigi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta cadens in commiſſum ex ſua culpa, omnes meliorationes in re emphyteutica factas amittit.*

*Limita, vbi res ob lineam finitam ad Dominum reuertatur, nu.* 3. *&* 8.

*Subli-*

*Sublimita, vbi adeſſet pactum in contrariũ, num.4.*

*Item limita, vbi meliorationes magni eſſent valoris, n.5.*

*Sed contrarium, n.9.& 10.*

2 *Emphyteuta tenetur, rem ſibi conceſſam meliorare, aliàs ipſa priuari poſſet.*

*Intellige, vt n.6.*

7 *Contractus emphyteuticus, vel locationis dici poſſet, vbi penſio fructibus correſponderet, n.11.*

12 *Pœnitentia non datur, lite conteſtata.*

13 *Emphyteuta conſentiens caducitati intentatæ per Dominum directum, ob non ſolutionem canonum, ipſo iure cadit, nec requiritur ſententia.*

14 *Pœnitentia non datur, vbi caducitatis effectus eſſet conſummatus.*

15 *Confeſſio facta in iudicio, & à Parte approbata, reuocari non poteſt.*

16 *Inſtantia, inuito reo ab actore reuocari nõ poteſt.*

17 *In iudicijs quaſi contrahitur.*

18 Text. in l. in criminali, C. de iuriſdict. omn. iudic. *declaratur.*

19 *Actor, lite conteſtata inuito reo poteſt ab actione deſiſtere.*

20 *Actor eligens viam ordinariam, non prohibetur eligere viam exequutiuam.*

21 *Iudicium exequutiuum non admittitur, vbi lis eſſet ſuper nullitate contractus.*

22 *Mutatio actionis, lite cõteſtata admittitur.*

*Maximè, vbi actor promptus eſſet, ſoluere litis expenſas, n.28.*

23 *Agens actione ex empto poteſt etiam lite cõteſtata mutare, & agere ex donatione.*

24 *Mutatio, vel variatio, lite conteſtata in particulari iudicio non admittitur.*

*Limita pluribus modis, vt n.25.*

26 *Clauſula,* omni modo meliori, *poteſt comprehendere vltrà expreſſa.*

27 *Clauſula,* ius, & iuſtitiam miniſtrari, *operatur, vt remedia ad inuicem repugnantia intentari poſſint.*

29 *Variatio admittitur, tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia, in Curijs Supremis.*

30 *Mutatio, & variatio libelli, an fieri poſſit, arbitrio Iudicis relinquitur.*

31 *Deciſio in cauſa.*

CONceſſerunt Io. Vincẽtius, & Fabius de Falco pater, & filius in duabus vicibus qu. Clementi Vitali quoddã territorium, cum Rure, & domo parua in emphyteuſim ad annuum canonem, ſiuè cenſum duc.115.2.10. cum ſolitis pactis emphyteuticis, & præſertim, quòd ipſo deficiente à ſolutione cenſus per annos tres, vel in caſu alienationis, irrequiſito Domino, incideret in commiſſum, vnà cum meliorationibus, cui Clemens poſt aliquot annos d. Rus ſecundo loco conceſſum ad cenſum ſubalternum, conceſſit Rodulpho Palmerio pro ann. duc.125.

Cùmq; hæredes Conceſſionarij per plures annos defeciſſent à ſolutione d. annui canonis, Proſper de Falco ceſſionarius Ioannis hæredis d. Fabij inſtitit in Curia Ciuitatis Cauæ declarari, bona conceſſa vnà cum meliorationibus deuoluta, & condemnari poſſeſſores ad cenſus decurſos, & ad relaxationem, vnà cum fructibus, compilatoq; proceſſu, quamuis per d. Curiam fuiſſent bona prædicta declarata deuoluta, tamen cùm fuiſſet appellatum ad M.C.V. & dictum de nullitate, fuerunt acta declarata nulla, vnà cum ſententia, & dato termino de nouo in eadem M.C. & compilato proceſſu, fuit interpoſitum decretum, quòd cõuenti ſoluant cenſus decurſos infrà menſem, aliàs prouidebitur.

Commiſſo calculo, videntes Conuenti, quòd cenſus decurſi aſcendebant ad ſummam duc.2000. in circa, & quòd forſan bona cenſuata, quàmuis in illis eſſet expenſum in fabrica pluſquàm duc. 5000. tamẽ erant parui, aut nullius reditus, exiſtebant. n. bona prædicta in d. Ciuitate Cauæ, contenti remanſerunt, quòd eſſent deuoluta, & proptereà præſentauerunt in iudicio d. contẽtamentum, ſolùm inſtiterunt, ipſis ſolui meliorationes.

Quod ex pluribus fundare intendebant. Et primò, quia quamuis regulariter, ſi emphyteuta incidit in commiſſum, ob non
1 ſolutionem canonis, vel ex alijs cauſis, ex culpa ſua prouenientibus amittat omnia meliorament facta in re in emphyteuſim conceſſa, vt habetur in §. *ſcire autem, in auth. de non alien.* ibi, *nullam metuentibus meliorationum redditionem,* & §. *ſi verò quis, in auth. de alien. emphyt. auth. qui rẽ, C. de ſacroſ. Eccleſ. l.2. C. eod. tit. Dec. conſ.* 518. *Clarus in* §. *emphyteuſis, q.45. nu.1.* & poſt *Bal. Alex. Lancell. Lipar. Cuman. Gãm.* & alios per *Vinc. de Franch. dec.191. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib.22. tit.29. nu.9. Bal.* & alij in *l. Senatus,* §. *Marcellus, ff. de legat.1. Amic. de iur. emphyt.* qui innumeros affert in *q.70.* per *tot. Dueñ. in reg.* 237. *Villalob.* in ſuis *comm. opin. fol.*127. *Amed. de Ponte de laudem. q.8. nu.2. Surd. dec.78. Iaſ. in l. fin. num.5. C. de iur. emphyt.*

2 tenetur. n. emphyteuta, rem ſibi conceſſam meliorare, aliàs poſſet ipſa priuari, *Caſtr. conſ.142. lib.2. Ripa de remed. preſerv. n.261. de peſte, Caldas de iur. emphyt. lib.2. ord. l.4. q.23. nu.68.* licèt ſecùs ſit, quando res em-

3 phyteutica ad Dominum deuoluitur, ob lineam finitam, vel finito tempore, abſq; culpa ipſius, quia tunc habere debet meliorament, ſiuè pretium ipſorum, *Franch.* qui



Digitized by Google

alios citat *d.dec.*191.*Valaſc.de iur.emphyt.q.*25.*Tuſch.in* 3.*tom.lit.E.concl.*192.*n.*54.
4 *Seraph. dec.*1496. niſi tamen ſit pactum in contrarium.

Quando tamen in re conceſſa emphyteuta ædificauit domum, molendinum, vel
5 palatium, vel quid ſimile, & tunc indiſtinctè meliorationes recuperat, quamuis ex ſua culpa emphyteuſim amittat, non .n. amittere debet emphyteuta impenſas magni valoris, ſed eas, quæ ſunt de natura cõtractus emphyteutici, nàm nihil aliud verbum illud, *emphyteuſis*, ſignificat, niſi rei ſterilis, & incultæ ad culturam reductionẽ, *Alciat.lib.*1.*parergon c.*36. & proindè im-
6 penſæ magnæ in conſtruendo palatium, vel quid ſimile non eſt de natura emphyteuſis, neq; de mente iuris, vt amittantur, *Arius Pinell.in l.*2.*p.*2.*c.*3.*n.*9.*C.de reſcind. vend.Valaſc.d.q.*25.ex *n.*3. *Clar.in d.§.emphyteuſis,q.*45.*n.*3. qui *Bal.Iaſ.* & alios affert, *Balduin.in §.adeò, Inſt.locat. Garz.de expenſ.& melior.c.*6.*n.*22. *Guid.Pap.* & *ibi Additionator dec.*438.*& dec.*169. vbi ità iudicatum refert, *Franch.d.dec.*191.*num.*13. vbi dicit, eſſe veram, & æquitati conſonam hanc opinionem, *Michael Palaez de maior.* 1.*p.q.*4.*n.*11. *Tiraq.in l.ſi vnquàm,in ver. reuertatur, n.*288. *Celſus Vgo in tract.de clauſ.contract.in verb.promiſit meliorare, fol.*77.*à ter.Caldas de iur.emphyt.tit.de emphyt.extinct.lib.*4.*c.*10.*n.*49.*& de empt.& vend.c.*27.*n.*20.*Amic.* plenè *de iur.emphyt. q.*71.*per tot. Facbin.controu.iur.lib.*7.*c.*90. & alij diffusè allegati per *Ant.de Amat.reſol.*14.*n.*33. cum pluribus *ſeqq.* qui pro hac opinione deciſum refert in Conſiſtorio Regni Siciliæ, & aliam etiam affert deciſionem in Senatu Luſitano *Valaſc.d.cap.*25.*de iur. emphyt.n.*3. videndus etiam *Caballin.milleloq.* 176. qui validis rationibus hanc opinionem fundat, *Garz.de expenſ.& melior. d.c.*6.*num.*23.*Amed.de Ponte quæſt.laudemial.d.q.*8.*nu.*4. *Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.*15.*n.*502.*&* 560.

Secundò dicebant poſſeſſores, quòd hic verè non erat contractus emphyteuticus,
7 quia in conceſſione fuerat conſtitutum pretium, & dictum, vt corresponderetur de annua penſione ad rationem quinque pro centenario, & quãdo penſio fructibus correſpondet, contractus non dicitur emphyteuticus, ſed potiùs locatio, ſeù venditio, vt reſoluerunt ex magis communi Scribẽtes, & præcipuè *Iaſ.in l.fin.n.*35.*&* 36.*C.de iur.emphyteut. Clar.in d.§.emphyteuſis,q.*1. *Rot.Rom.dec.*564.*p.*1.*in nouiſſ.&* 539.*n.*7. *p.*3. *Roderic.de ann.redit.lib.*2.*q.*22.*nu.*60. *Ioſeph Ludouic.comm.concl.*12.*Cacher.deciſ.Pedemon.*52.*n.*8.*Gratian.diſcept.forenſ. c.*351.*Menoch.præſumpt.*105.*num.*5.*&* 6. *lib.*3.*Vinc.de Franch.in dec.*235.*Maſcard. de prob.concl.*251.*Mantic.de tacit.& ambig.conuent.d.lib.*22.*tit.*2.*n.*9.*Pica in alleg.* inſertis à *Paſchal.de vir.pat.pot.in fin.p.*4. *c.*6.*Barboſ.in l.diuortio,in* 1.*p.§.fin.ff.ſol. matrim.n.*70.*Fontanell.de pact.nupt.clauſ.* 4.*gloſ.*18.*p.*1.*nu.*29. & alij allegati per *Ant.*
8 *de Amat.d.reſol.*14. ſub *n.*13. & propterea dicto caſu quacunq; ex cauſa, ſiuè culpa, res conceſſa ad Dominum reuertitur, melioramenta verò remanent penès emphyteutam, ità *Aluar.Valaſc. d.q.*25.*n.*30.*de iur.emphyt. Cotta in memor. verb.emphyteuta.Bero.conſ.*73.*in princ.Ioſeph Ludou. d.concluſ.*12.*verſ.ſi autem penſio,Ant.de Burg.in cap.cùm cauſa, nu.*14.*de empt.& vend.Barboſ.in d.l.diuortio,§.fin.p.*1.*n.*70. *ff.ſol.matr. Carpan.ad ſtat.Mediol.c.*400. *n.*84.*vol.*2. & alij per eũdem *Ant.de Amat. d.reſol.*14.*n.*14. & pro hac opinione deciſũ in S.C. refert *Thorus in* 2.*par. compend. in verb.melioramenta.*

Et quamuis pro Creditore prædictis replicaretur, quòd illa diſtinctio de magnis,
9 & paruis melioramentis, non ab omnibus recipitur, cùm DD. generalitèr loquantur, quòd res emphyteutica, quando ad Dominum reuertitur ex culpa emphyteutæ, reuertitur cum omnibus meliorationibus, cùm ſequantur fundi, & rei principalis naturam, & propterea ad Dominum rei ſpectant, *c.*1. *§.è cõtrario, de inueſt.de re alien. fact.* & proindè, ceſſante emphyteuta à canonis ſolutione, amittit rem in emphyteuſim conceſſam, vnà cum melioramentis, *Corb.de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampl.*26.*&* 37. *Maur.Burg.de laudim.p.*2. *inſpect.*6.*nu.*7.*Intrigl.ſing.*95.*nu.*37.*lib.*3. *Paul. Fuſc.ſingul.*20.*verſ.emphyteuta, Tuſch.concl.*225.*nu.*27.*& ſeq.lit.E. Scappuc.de vtil ſalu.interd.lib.*3.*c.*10.*n.*2.*Coſta de fact.ſcient.& ignor.diſt.*34.*n.*4.*cent.*1. & propterea nonnulli DD. tenuerunt, quòd nullo modo hæc diſtinctio ſit admittenda,
10 & hãc diſtinctionem de augmentis paruis, vel magnis, quam tenuerunt *Valaſc.Pinell.* & alij allegati, non eſſe admittendam, cenſuit *Io.Philipp.Teſtay alleg.*1.*num.*172.*& nu.*174. qui innumeros allegat, ad probandum, omnia melioramenta ad Dominum ſpectare, quando culpa emphyteutæ res incidit in commiſſum, & hoc in puncto voluerunt *Guid.Pap. dec.*159. & meliùs *deciſ.*438. vbi ſic ſemper fuiſſe deciſum teſtatur, tàm in Curia Parlamenti Grationopolitani, quàm in alijs Curijs, & loquitur in ſpecie de domo conſtructa in re, in emphyteuſim conceſſa, hãc etiam opinionem ſequitur *Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ.* 117. *Faber* in ſuo *Codice lib.*4.*tit.*43. *de iur.emphyt.definit.*24. *Ricc.collectan.deciſ.*2128. Ro-

Digitized by Google

Roſental.de feud.cap.10.concluſ.43.num.8.

Ad ſecundum verò articulum dicebant Creditores, quòd non ex eo, quòd ſoluitur
11 magna, vel parua pēſio, debet contractus, non emphyteuticus, ſed locationis, vel vēditionis iudicari, niſi quando eſſemus in dubio, quando verò expreſsè à concedente dicitur, quòd cōcedit in emphyteuſim cum pactis emphyteuticis, tunc quamuis penſio magna ſit, talis debet iudicari, vt Partes conueniunt, vt ex Theſaur. Valaſc. Surd. Roland. Mant. & Fontanell. diximus in deciſ.18.n.12.& 13. quibus addo Mareſcott. var.reſol.lib.2.c.26.num.15. Viſcont. in ſuis comm.concl.in verb.emphyteuticus contractus.

Videns Proſper de Falco actor difficultatem, noluit proſequi iudicium deuolutionis, ſed tantùm petijt condemnari Conuētos ad cenſus decurſos, opponebant Conuenti, hoc fieri non poſſe, quia poſt litem
12 conteſtatam non datur pœnitentia, vt eſt tex.in auth.qui ſemel, C.quomod.& quand. Iudex, & ibi Bart.& alij, & habetur in l.amplius, & ibi Dyn.Bart.& alij, ff.rem rat.hab. & eſt gl.in l.ſi is, qui ſe obtulit 26.verſ.qui ſi deceſſit, ff.de rei vendic. quod eo magis procedere debet in hoc caſu, in quo cùm
13 Dominus directus caducitatem petijſſet, Conuenti declarauerunt, velle eſſe caducitati locum, qua declaratione facta non amplius erit opus ſententia, ſeu Iudicis decreto, Anton.de Butr.Iaſ.Ruin.Corn.Alex. Dec.Cępoll.& alij allegati per Clarum in
14 d.§.emphyteuſis, q.9.& cùm effectus caducitatis ſit conſummatus, non erit locus pęnitentiæ, nèc reuocationi, vt habetur ex Afflict.in c.1.§.12.de vaſall.qui contra conſtit.Lothar. Luc.de Penn.in l.nulli, C.de fund.patrim.lib.11. Menoch.conſ.388.nu. 34.& 41.eò magis, quia in iudicio inſtan-
15 tia prædicta pro caducitate erat acceptata, confeſſio enim in iudicio facta, & à Parte acceptata, non poteſt amplius reuocari, Bal.in l.Gallus, §.quidam rectè, ff.de lib.& poſthum. Franch.dec.60.nu.8.& quòd in-
16 ſtantiæ renunciari non poſſit per actorem, inuito reo, habetur ex gloſ.in d.l.ſi is, qui ſe obtulit, ff.de rei vendic.authent.qui ſemel, C.quomod.& quand.Iudex, Alex.conſ.22.
17 n.6.vol.1.in iudicijs enim quaſi contrahitur, l.3.§.idem ſcribit, ff.de pecul. Io.Bapt. Coſta de re integra, diſt.80. qui hoc indiſtinctè admittit, lite iam conteſtata, n.6.

Nec prædictis, dicebatur, obſtare text.in l.in criminali, & ibi gloſ. C.de iuriſd.omn.
18 iudic. Menoch.conſ.230.nu.98. vbi, quòd licet actori, quandocunq; antè, vel poſt litis conteſtationem pęnitere, dummodò id fiat antè ſententiam, quia ad id reſponderi poteſt, cum Bar.in d.l.in criminali, nu.3. quòd text. ille loquitur in pęnis legalibus, in quibus locum habet pęnitentia, vſq; ad ſententiam, ſecùs verò in alijs, l.qui cùm natu maior, §.accuſaſſe, ff.de bonis libert.& in l.in ſeruitutem, §.petiſſe, eod.tit.& notat Dyn. in d.l.amplius, ff.rem rat.hab.

Contrarium tamen defendit Berous dict.
19 conſ.38.vol.3.n.11.ex Bart.& Specul.in eo caſu, quando actor in totum vellet deſiſtere ab actione, & remedio priori intentato, vt quia illi renunciaret, & reus abſolutus remaneret, nàm tunc actor, inuito reo, ac etiam poſt litem conteſtatam poſſet ab ea diſcedere, quod etiam probatur ex Bart.in l.edita, C.de edend. vbi actor, inuito reo poteſt à parte litis diſcedere, quarè non poteſt à tota, & probatur etiam in l.poſtquàm liti, C.de pactis, ſicuti per electionem remedij ordinarij non prohibetur actor agere
20 via exequtiua, Coler.de proceſſ.exequut. p.1.c.8.n.47.cum pluribus ſeqq.& deciſum refert Gayl.pract.obſeru.lib.1.obſeruat.60. n.4.in Camera Imperiali, de veritate tamen dicti articuli videndus eſt Felician.de cenſib.lib.2.c.1.ſub n.34.qui refert opiniones, & concludit cum vna notabili diſtinctione, quòd aut lis eſt ſuper nullitate contractus, aut verò pro reſciſſione, in primo caſu non
21 admittitur iudicium exequtiuum, in ſecundo verò ſic, videndus eſt etiam Cauall. comm.cont.comm.q.815. vbi plenè num.22. cum ſeqq. qui dicit, opinionem, quòd poſſit
22 fieri mutatio actionis eſſe veriſſimam, & in praxi obſeruatam, licèt DD. allegati à Burgos de Paz conſ.39.n.7.contrarium teneant, videndus eſt etiam Gutierr.pract. quæſt.lib.3.q.39.per tot.& Gonz.Suar.de Paz in praxi 4.p.1.tom.c.2.nu.2. hinc dixit Paul.de Caſtr.in d.l.edita, C.de edend. vbi etiam Ant.de Alex. quòd volens mutare
23 actionem, & cauſam, putà, quia egit actione ex empto, & poſteà vult mutare, & agere ex donatione, quòd hoc poteſt facere, etiā poſt litem conteſtatam, quia reus ex hoc nullum damnum patitur, ex quo ſi abſolueretur ab vna, ageret ex altera, ſequitur Borrel.in ſumm.deciſ.tom.1.tit.49.de libell. & eius oblat.nu.99. ſic in propoſito, ſi actor in iudicio deuolutionis vult ſuccumbere, & agere ad cenſus, debet ei hoc licere.

Et quàmuis cōmunis opinio ſit, vt poſt litem conteſtatam variatio, vel mutatio in
24 iudicio particulari non admittatur, vt plenè probauerunt Harthman.Piſtor.quæſt. iur.lib.4.q.22.Menoch.de arbitr.iud.lib.2. q.176.per tot.& præcipuè n.24.latè Vacon. à Vacuna lib.6.declar.89.& plenè per DD. in d.l.edita, C.de edend. Fachin.controu. iur.lib.11.c.93.Donell.in d.l.edita, latiſſimè etiam Oſuald.Hilligerus in addit. ad Donell.enucleatum in lib.23.c.5.vbi innume-



Digitized by Google

ros DD, colligit, *Auguſt. Barboſ. in collect. ad lib. 2. Cod. in d. l. edita*, tamen hoc pluri-
25 bus modis limitatur: Et primò, quando nõ per viam emendationis libelli, ſed ex noua petitione actor ageret, vt tenuit *Fachin. cõtrou. iur. d. lib. 11. c. 94. in fin.* Secundò limitatur, quando adeſt clauſula, *omni meliori modo*, vt voluit *Cauall. comm. contr. comm. d. q. 815. n. 14.* maximè, quando d. clauſula eſt adiuncta cum copula, *&*, vel cum alia dictione copulatiua, nàm tunc poteſt com-
26 prehendere etiam vltrà expreſſa, *Verall. dec. 124. p. 2. & Mart. de clauſul. p. 1. clauſ. 88. n. 3.* plures Rotæ Romanæ affert deciſiones, quod eò magis procedere debet in hoc caſu, quia, nedùm fuit petitum, declarari bona conceſſa deuoluta, ſed condemnari Conuentos ad cenſus decurſos, ſuper qui-
27 bus omnibus fuit petitum, *ius, & iuſtitiã miniſtrari*, cum qua clauſula poſſunt intẽtari remedia adinuicem repugnantia, vt tenet *Socin. iun. in c. 2. num. 49. de libell. oblat. Grat. conſ. 156. vol. 2. Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 4. n. 5. & 19.* & quòd per iſtam clauſulam dicitur intentatum id, quod fauorabilius eſt actori, *Alex. conſil. 200. vol. 2. Dec. conſ. 187. & 445. num. 22.* Tertiò limitatur, quando actor, promptus
28 eſt ſoluere expenſas litis, *gloſ. in l. per hanc. C. de temp. appell. Cauall. d. q. 815. nu. 21.* qui dicit, ità eſſe intelligendam *dec. Afflict. 60.*
29 Quartò, hoc limitatur in Curijs ſupremis, in quibus tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia admittitur variatio, *Boer. deciſ. 42. lib. 1. n. 14. Cauall. vbi ſuprà, nu. 20.* & tan-
30 dèm totum hoc Iudicis arbitrio eſſe remittendum, voluit *Bal. in d. l. edita, n. 60. & 61. Menoch. de arbitr. d. caſu 176. in princ. & n. 36. Cauall. d. q. 815. n. 2. Donell. in d. l. edita*, C. *de edend. n. 14.* vbi etiam *GilKen. nu. 15. Oſualdus Hilligerus ad Donell. enucleat. d. lib. 23. c. 5.*

Quibus diſcuſſis, die 26. Nouembris 1635. facto verbo per Regium Cõſiliarium Carauitam, fuit confirmatum decretum, per quod erat prouiſum, quòd Conuenti
31 ſoluerẽt cenſus, & fuit conſideratum, quòd illa oblatio facta per Conuentos, quòd cõtentabantur relaxare bona conceſſa, nullius erat momenti, quia erat conditionalis, dummodò ipſis ſolueretur pretium meliorationum, & actor petierat relaxationem bonorum, vnà cum meliorationibus, & ſic non aderat conſenſus, in Banca Plinij Iuuenis Act. Mag. S. C.

Ad laudem Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Deiparæquè Virginis, & omnium Sanctorum meorum Tutelarium.

# OBSERVATIO In Deciſione CXX.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta priuati ceſſans à ſolutione canonis per triennium, cadit à iure, emphyteuta verò Eccleſiæ ſi ceſſauerit per biennium, n. 2.*

3 *Dominus directus non poteſt expellere emphyteutam, elapſo biennio, vel triennio, à quo ceſſatum fuit à ſolutione canonis, ſed tantùm præcedente Iudicis ſententia in iudicio ſummario, contrarium, vt iudiciũ ordinarium requiratur, nu. 4. & non poteſt petere deuolutionem, mortuo emphyteuta contra hæredes, nu. 5.*

6 *Hæredes Domini directi non poſſunt petere deuolutionem contra emphyteutam.*

7 *Deuolutio rei emphyteuticæ ob defectum canonis non ſoluti, non habet locum, quãdo Dominus directus eſt debitor emphyteutæ.*

8 *Meliorationes amittit emphyteuta, ſi res emphyteutica fuit declarata deuoluta, ob defectum canonis non ſoluti, eò magis, ſi adſit pactũ, intellige de meliorationibus paruis, non autẽ magnis, n. 9. contrarium, n. 10. 15. & 16. ſed prima opinio comprobatur, n. 11. amplia, n. 12. 13. 14. & 17.*

*Emphyteuta quas meliorationes amittat, vbi res emphyteutica declaratur deuoluta ad Dominum, d. n. 8. per tot. n. 17.*

15 *Vaſallus tenetur de fructibus feudi Arcem feudalem reparare, ac reficere, aliàs feudo priuatur, vnà cum meliorationibus, tàm paruis, quàm magnis, ſi eius culpa perieret, nu. 16. fallit, ſi feudum deuoluatur ob lineam finitam, tunc enim meliorationes magnas recuperat, n. 17.*

18 *Dominus directus, quando non lucratur meliorationes magnas, an poſſit eligere, ſoluere pretium illarum, vel pati, illas tolli, & num. 19.*

20 *Aeſtimatio melioramentorum reſtituendorum emphyteutæ à Domino, eſt facienda reſpectu temporis reſtitutionis, non autem, quo facta ſunt.*

21 *Caducitas præſcribitur ſpatio 30. annorũ.*

22 *Emphyteuta an præſcribat ſolutionem cenſus, remiſſiuè.*

23 *Dominus directus petens deuolutionem rei emphyteuticæ, ſi emphyteuta contentatur, & acceptat d. petitionem, non poteſt pœnitere, & ità practicatũ adducitur, n. 24.*

25 *Laudemium debetur Domino directo ob alienationem rei emphyteuticæ, non tamen debetur, ſi res emphyteutica ſit data in dotem, tàm æſtimata, quàm non æſtimata, n. 34. & ità deciſum traditur, n. 35.*

26 Actio

Digitized by Google

26 *Actio hypothecaria non datur, neq; pro vltimo, neq; pro alijs præcedentibus laudemijs, contrarium, nu. 27. & ità iudicatum adducitur, nu. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.*
36 *Variatio actionis quando detur, & nu. 37. 38. 39. & 40.*
*Creditor habens duo remedia, ordinarium ſ. & extraordinarium, quando poſſit variare, ibid. & nu. 37. 38. 39. & 40.*

TRactauit D. meus *dec.* 18. ac 70. de emphyteuſi, & vtrobique *Ego* plura cumulaui, nunc in hac *dec.*
1 120. quæ eſt vltima huius *lib.* 1. eandem materiam proſequutus eſt, idcircò dico, quòd emphyteuta priuati ceſſans à ſolutione canonis per triennium, ius ſuum perdit, & ſic re emphyteutica priuatur, *l. 2.*
2 *C. de iure emphyteut.* verùm emphyteuta Eccleſiæ, ſi per biennium tantùm ceſſauerit à dicta canonis ſolutione, emphyteuſim amittit, *cap. potuit, de locat.* ſic inter alios probant *Borcholt. de feud. cent. 3. n. 18. Donell. lib. 9. comm. c. 15. verſ. ob reliqua tria, Minſyng. cent. 3. obſeru. 65. num. 1. Pruckm. conſ. 17. q. 3. nu. 118. vol. 1.* quos, & cæteros refert, ac ſequitur *D. Berlich. concl. 46. nu. 1. par. 2. pract. concluſ. iur.* non tamen poteſt
3 Dominus directus, propria authoritate emphyteutam expellere, ſed Iudicis requiritur ſententia, non priuationis, ſed declaratoria, præcedente Domini voluntatis declaratione, in iudicio tamen ſummario, abſq; proceſſu ordinario, libelli oblatione, ac litis conteſtatione, vt reiecta contraria opinione, verius exiſtimat, ac probat *D. Berlich. ibid. nu. 5. & ſeq.* contrarijsq; ſatisfacit *n. 7.* verùm in noſtris Tribunalibus
4 hæc ſententia declaratoria ſemper fertur in iudicio ordinario, non autem ſummario, prout in Ditionibus Electoratus Saxoniæ, ex approbata *Auguſti Electoris Conſtit.* in proceſſu ordinario talis ſententia diffinitiua ſuper dicta declaratione profertur, vt innuit *n. 8. verſ. hodiè verò,* qui *nu.* 14. aliorũ
5 authoritate probat, Dominum directum poſſe d. deuolutionem petere, viuente tamẽ emphyteuta, illoq; mortuo non poſſe contra illius hæredes hoc iudicium deuolutionis inſtituere, & inter cæteros citat *Minſynger. d. cent. 3. obſeru. 97. nu. 1. D. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de iure emphyt. reſol. 4. num. 4. & Caſſad.* qui ità determinatum adducit *deciſ. 2. & 3. tit. de locat. & con-*
6 *duct.* & è contra, mortuo dict. Domino directo, qui eius voluntatem non declarauit de d. caducitate, non poterunt eius hæredes hoc iudicium inſtituere contra emphyteutam, *Minſyng. d. nu. 4. verſ. porrò,* vbi ità per Cameram Imperialem deciſum tradit, *D. Trentacinq. loc. cit. n. 5. verſ. ſecundò quæritur, D. Berlich.* qui eos adducit vbi ſuprà *n.* 15. quod hodiè non ſeruatur.

Inter alios autem caſus, ex quibus em-
7 phyteuta à caducitate excuſatur, de quibus latè *D. Berlich. d. concluſ. 46.* poſt *Cardin. Tuſch. lib. 3. pract. concluſ. lit. E. concl. 192.* à *num.* 84. vſq; ad 212. *& concl. 193. per tot. D. Trentacinq. d. reſolut. 4.* à *n.* 11. per 31. ac *Theſ. dec.* 179. ille obſeruatione dignus eſt, ſi Dominus directus ſit debitor ex alia cauſa d. emphyteutæ, ad tradita per *Iaſ. in d. l. 2. n. 59. Harthm. Piſtor. obſer. 70. n. 2. & 3.* vbi ità pronunciatum teſtatur, ſequitur, ipſis relatis *D. Berlich. d. concl. 46. n. 17.*

8 Quando tamen res emphyteutica declaratur deuoluta ob defectum ſolutionis canonis per biennium, vel triennium, vt ſup. *n.* 1. retuli, tunc emphyteuta, quia culpa ſua ab ea cadit, non recuperat meliorationes, ſiuè emponemata, in illa facta, vt expreſsè deciditur in *d. l. 2.* & cõprobat D. meus *n.* 1. & ſic etiã *Vueſembec. Gayl. Borch. Pacbin. D. Trentacinq.* ac alij relati per *D. Berlich.*
9 *ibid. nu.* 49. eò magis, ſi adſit pactũ, *D. Prat. lib. 2. c. 43. n. 49. & 50. diſcept.* quæ tamẽ cõcluſio procedit, vbi meliorationes emphyteuta fecerit, ea lege, quà ex natura contractus tenebatur, ſecùs verò in illis, q̃ nudã, ac ſimplicem meliorationis formam excedunt, & quas emphyteuta ex natura contractus facere non obligabatur, & ſic
10 magnas meliorationes non amittit, vt probat D. meus *n.* 5. ac 6. qui licèt hanc diſtinctionem, de meliorationibus paruis, vel magnis admittere non videatur, ex traditis
11 *n.* 9. ac 10. eam tamen probat *Caluin. in lexic. iuris, verbo emponemata,* quod eſt verbum græcum, idemquè ſignificat, quod melioratio, vt per *gloſ. in d. l. 2. verbo emponemata,* & ſatis comprobat *D. Berlich.* vbi ſup. *nu.* 50. vbi alios DD. à D. meo non adductos, citat, & quatenus d. diſtinctio non
12 eſſet admittenda, ſed emphyteuta veniret priuandus, etiam meliorationibus magnis, certum tamen eſt, quòd in multis caſibus emphyteuta nõ amittit meliorationes ma-
13 gnas, & Primò, ſi dd. meliorationes non de propria pecunia, ſed cum alieno ære, & cũ intereſſe emphyteuta fecit, nè Dominus locupletetur cum aliena iactura, illas reſtituere tenetur, *Card. Tuſch. d. concl. 192. nu.* 97. Secundò, vbi ſoluit canonem fructibus penè correſpondentem, vt docuit *Amed. à Ponte de laudim. q. 8. n. 3. verſ. rurſus limitatur, & n. ſeq.* & in vtroq; caſu aſſequitur
14 *D. Berlich. ibid. n.* 51. Tertiò, concluſio non procedit, quando res emphyteutica non ob culpam emphyteutæ, ſed per lineam finitam ad Dominum reuertitur; hoc enim caſu meliorationes magnas emphyteuta recuperat, vt probauit D. meus *nu.* 3. idq; com-

Digitized by Google

15 comprobatur,nam licèt vaſallus teneatur ex fructibus feudi Arcem feudalem reparare,ac reficere, nè deterior fiat, aut corruat, vt probauit *D.Caluin.in tract. de* 16 *aquit.c.*101.*n.*184.*lib.*2.nàm vbi culpa vaſalli res periret, feudo priuatur, tanquàm negligens,& re feudali abutens,vt poſt *Affl.* & *D.Garz.* tradidit idem *D.Caluin.c.*126. *nu.* 1.*d.lib.*2.etiam cum meliorationibus,tã 17 paruis, quàm magnis, vt docet *ibid.n.*4.& tamen id non procedit, ſi vaſallus feudo priuatur,non per illius culpam,ſed per lineam finitam, tunc enim illas vaſallus non amittit,nec eius hæredes, *Clar.in §.feudũ, q.*88.*nu.*1.*Cæſar Argel.de legit.contradict. q.*20.*n.*30.vbi quòd ità maior æquitas expoſtulat, hoc enim pacto alliciuntur homines ad res augendas,& meliores reddendas,vt inquit *D.Caluin.loc.*cit.*n.*3.

Et licèt aliqui exiſtimauerint, eſſe in 18 electione Domini,vel ſoluere meliorationes magnas emphyteutæ,vel pati,quòd illę tollantur,ad tradita per *D.Caluin.ibid.n.*5. 19 tamen exiſtimari debet valor dd.meliorationum,illumq; ſolui d.emphyteutæ,vt de æquitate ità ſentijt *Bald.in auth.excipitur,* poſt *num.*2.*C.de bonis,quæ liber.*& ſequitur *Clar.d.q.*88.*n.*2.*in fine*, vbi æquiorem hanc eſſe opinionem tradit; in qua æſtimatione facienda eſt habenda ratio melioramentorum voluptatis, vtilium, & neceſſariorum, vt dixit *D.Caluin. d.c.*126. *num.* 12. *&* 13. 20 & ab ea non eſſe recedendum comprobat *n.*17.qui *n.*18. fundat,illarum æſtimationẽ eſſe faciendam,attento tempore reſtitutionis,non autem, quo factæ ſunt.

21 Præſcribitur tamen ius caducitatis ſpatio triginta annorum,*Guid.Papa deciſ.*412. *nu.*1.cum *ſeq. Tuſch.d.concl.*192.*num.*99. 22 *D.Berlicb.loc.*cit.*n.*52.ſed an emphyteuta præſcribat ſolutionem cenſus per triginta annos,remiſſiuè loquitur, plures citãs DD. *D.Berlicb.concl.*46.*nu.*55.ſed hic articulus decidi poterit ex traditis per *Nos deciſ.*27. *num.*1. per 14.

Vbi tamẽ Dominus petit deuolutionem 23 rei emphyteuticæ,& emphyteuta acceptat d.petitionem, quia noluit habere ampliùs rem emphyteuticam, nec canonem ſoluere, tunc non eſt locus pęnitentiæ ex parte d.Domini, ità vt nec ſententia eo caſu requiratur,ad tradita per D.meum *n.*13.cum 24 *ſeqq.*& ità fuit practicatum in cauſa Sacræ Domus S.Eligij huius Ciuitatis,pro qua * *Ego* patrocinium præſtabam, petentis deuolutionem Tabernæ cum domibus ſitæ extrà Ianuam Capuanæ,contra Ioſephum Manducam ob defectum ſolutionis cenſus annuorum duc.triginta, per plures annos, acceptata enim d.petitione per d.Manducam, ac conſenſum præſtando pro d. deuolutione,fuit,mediante decreto *D.Conſil. de Aquino* Delegati ob abſentiam D.mei Delegati, ordinatum,quòd declaretur deuoluta,de anno 1649.in Bãca Paulini de Fuſco.

Cùmq; de emphyteuſis materia tractauimus,erit obſeruandum,quòd ex venditio 25 ne rei emphyteuticę debetur Domino laudemium,vt probatur in *l.fin.C.de iure emphyteut.*controuerſia tamen fuit inter DD. 26 an actio hypothecaria detur pro d. laudemio,ità,vt agi poſſit contra tertium poſſeſſorem, nedùm pro vltimo laudemio, ſed etiam pro alijs laudemijs per alios ſuos prædeceſſores poſſeſſores rei emphyteuticæ debitos,& negatiuam partem ſequutus eſt *Surd.deciſ.*31. vbi ità deciſum oſtendit, & antè ipſum hoc idem tenuit *Freccia de ſubfeud. lib.*2.*tit.de authbor.Baron. authbor.* 3.*num.*4.& poſt *Molfeſ.ad Conſuet.Neap. p.*2.*q.*8. *n.*12.*lib.*1. neruosè etiam defendit *D.Preſ.Merlin.cent.*1.*controu.forenſ.c.*37. 27 ſed affirmatiuam ſententiam ſequuti ſunt *D.de Franch.* qui ſic determinatum dicit *dec.*340. *Menoch.conſ.*444.*nu.*21.*Faber* in ſuo *Codice tit.de iure emphyt.definit.*47.*&* 68. *Solſon.in lucerna laudim.cell.*1.*nu.*9. ac 12. *Maur.Burg.de laudem.verbo poſterior emptor, p.*1.*inſpect.*9. *Gratian.c.*84.*nu.*40. *lib.*1. *& c.*222.*&* 377.*n.*26.*lib.*2.*& c.*774. *n.*16.*lib.*4.*diſcept.forenſ.Giurb.dec.*80.*n.*1. eſtq; magis recepta,ac verior opinio,vt teſtatur *Coſta de port.rata q.*112.*nu.*7.8.ac 19. *& de remed.ſubſid.remed.*52. *num.*11. *Amed à Ponte de laudem.q.*45.*n.*2.*Amic.de iure emphyt.q.*57. *Theſ.lib.*4.*quæſt.forenſ. q.*52.qui contra diſcedentes ab hac opinione pleno ore exclamat, & comprobant *Tiraq.de retract. conſanguin.*§.29.*gloſ.*2. *num.*8.*verſ.quanquàm, D.Marta voto* 33. *Caſſan. ad Conſuet.Burg.rubric.*11.*tit.des cenſes*, §.1.*in princ.num.*99.*verſ.iſtud ius*, *Muta ad Conſuet.Panormit.cap.*26.*n.*193. *verſ.ad ſimilitudinem, Maſtrill.*qui ſic iudicatum tradit *dec.*171.*n.*15.*p.*2. *Iaſ.in d.l. fin.*ſub *nu.*41.*verſ.& propterea filij debent, C.de iure emphyt.Oldrad.conſ.*161.*nu.*35. *Cãcer.var.reſol.lib.*1.*c.*11.*n.*24.& de communi etiam opinione teſtatur *D.Barbat. de aſſiſt.præſtan.gloſ.*12.*n.*117.& cum hac opinione,quòd detur Domino directo pro laudemijs conſequendis hypothecaria actio contra tertium poſſeſſorem, ſemper pertranſiuit *Capell.Tholoſan.* vt per *Maynard.dec.*32.*lib.*6.

28 Quę quidem affirmatiua ſententia,quam amplexi ſunt ſupradicti DD.alijq; innumeri,quos breuitatis cauſa omitto,in noſtris quoq; Tribunalibus ſemper ſeruata fuit in iudicando, nedùm in cauſis relatis per *D.Thor.in compend.dec.to.*3.*ſect.*2.*in verbo laudemia plura ex pluribus*, *& verbo* lau-

Digitized by Google

* *laudemia plura debita*, ſed etiã per S.R.C.
in cauſa Abbatis Vgolini Perbenedicti cum
29 Ioanne Donnarumma, referente *D. Conſil.*
* *Sanctiago*, in cauſa Eminentiſſimi Cardina-
lis Spadæ, Abbatis, ac perpetui Commen-
datarij S. Mariæ Regalis Vallis, cum Mona-
ſterio Monialium S. Mariæ Conceptionis,
ad relationem *D. Conſil. Petri Antonij Ca-*
30 *rauita*, item in cauſa eiuſdem D. Cardina-
* lis cum Monaſterio Monialium Illumina-
tarum, ſiuè S. Mariæ Succurſus in Curia
Nunciaturæ Apoſtolicæ, referente *D. Au-*
*ditore* Capelletto, ſic paritèr determinatum
31 pluriès per idem S.R.C. reperio, nempè in
cauſa Eminentiſſimi Cardinalis de Came-
rino Abbatis S. Demetrij, cum Leandro
* Berti, qui ſub die 14. Nouembris 1598. refe-
rẽte C*onſil. D. Io. Sanchez de Luna*, fuit cõ-
dẽnatus ad laudemia liquidanda, & deindè
mediante decreto lato ſub die 11. Martij
1600. per d. S.R.C. fuit facta liquidatio pro
32 tribus laudemijs, in Banca de Fęlice, item
in cauſa d. D. Cardinalis cũ Cęſare Portio,
* ſub eodem die 14. Nouembris d. anni 1598.
dùm fuit condemnatus ad laudemia liqui-
danda, & poſtmodùm fuerunt liquidata pro
33 duabus alienationibus, in eadem Banca de
Fęlice, ſic etiam in cauſa Abbatis D. Petri
Aloyſij Caraſę Rectoris S. Andreę propè Se-
dile Nidi, nunc Eminentiſſimi Cardinalis,
cum Hæredibus V.I.D. Io. Andreæ Scotti,
* eiuſq; creditoribus, fuit .n. ſub die 20. No-
uẽbris 1612. deciſũ, deberi laudemia liqui-
danda, ad relationẽ d. C*onſil. D. Io. Sanchez*
*de Luna*, & facto calculo fuerunt liquidata
in tribus laudemijs, in Banca de Cantone.

Non tamen debetur laudemium, quan-
34 do res emphyteutica datur à patre filiæ in
dotem, quàmuis æſtimata, non tamen, vt d.
æſtimatio faciat emptionem, vel venditio-
nem, ſed ad alium finem, putà pro conſtitu-
tione antephati, vt ſecundùm illius valo-
rem conſtitui poſſit; iuxtà *Reg. Pragmat.*
*vnic. de anteph. ſiuè donat. propt. nupt. Petr.*
*Rat. in* Conſuet. *Pic.* §. 15. *gloſ. vlt. Franc.*
*Stephan. dec.* 20. *n.* 7. *Molin. de contract. to.*
2. §. 16. *gloſ.* 1. *num.* 40. imò *Valaſc. conſult.*
*n*3. *n.* 9. *&* 23. tenet, quòd re emphyteutica
in dotem data, ſiuè æſtimata, ſiuè non, lau-
demium non debetur, rationemquè adducit
35 *Gamma dec.* 127. *nu.* 2. quia eo caſu nullus
requiritur Domini conſenſus, & ità fuit per
* S.R.C. determinatum die 13. Iulii 1646. ad
relationem *D. Conſil. Franc. Antonij Mu-*
*ſceptulæ*, in cauſa Monaſterii S. Petri Marty-
ris, cum Ioſepho de Apreia, in Banca Cioffi.

Tandèm dùm D. meus *n.* 18. *& ſeqq.* agit
de mutatione, ſiuè variatione actionis, ob-
36 ſeruabis, quòd creditor habens duo reme-
dia pro conſequutione eius crediti, ordina-
rium .ſ. & exequutiuum, ſi intentauit ordi-
narium, non poteſt agere via exequutiua,
*Maſtrill. dec.* 157. *nu.* 1. *p.* 2. *Giurba dec.* 55.
*n.* 18. *Cenc. de cenſib. q.* 95. *n.* 28. contrarium
37 tamen ſubſtinent *Bal. in l. ſi miles, ff. de mi-*
*lit. teſtam. Maranta diſp.* 4. *n.* 5. & aliis rela-
tis comprobat *Duard. de cenſib.* §. 3. *q.* 24.
*num.* 114. eòq; magis, ſi reſeruauerit ſibi ius
agendi via exequutiua, eo enim caſu, relicta
via ordinaria, agi poteſt via exequutiua,
*Alex. conſ.* 130. *num.* 12. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 146.
*n.* 8. *in fine, & ſeq. Menoch. remed.* 6. *adipiſc.*
*n.* 11. *D. Reg. Rouit. in pragm.* 1. *n.* 11. *in fine,*
*de conſeruat.* & in terminis contractus cen-
ſualis tradit *Cenc. d. q.* 95. *n.* 30. ſic etiam, vbi
38 debitor conuentus eſt cõtumax in iudicio
ordinario, ſiquidèm licebit creditori, agere
via exequutiua, relicto iudicio ordinario,
vt deciſum per *Rot.* adducit *Cenc. ibid. n.* 29.
39 item poterit variare, vbi creditori non eſt
plenè cõſultum per iudicium ordinarium,
quia totum ſuum creditum conſequi non
valeat, *Giurba d. dec.* 55. *n.* 12. *Cenc. d. n.* 30.
40 *verſ. tertiò ſublimitatur*, & tandẽ datur va-
riatio à iudicio ordinario, ad exequutiuũ,
ſi agatur pro cenſibus decurſis poſt d. iudi-
cium ordinarium motum, *Cenc. d. q.* 95. *nu.*
30. *verſ. quartò ſublimitatur*, vbi deciſionẽ
*Rotæ* adducit. Ad laudem Dei, eiuſq; Ma-
tris Mariæ ſemper Virginis, Sanctorum
Michaelis Archangeli, Ianuarij, Thomæ
Aquinatis, Antonii de Padua, Dominici de
Suriano, Franciſci de Paula, ac Philippi Ne-
rii, & Sanctarum Luciæ, ac Patritiæ, atquè
Beatorum Andreæ Auellini, Caietaniquè
Thienei meorum, mearumq; Tutelarium.

*M. A. Gizzius.*

# FINIS.

ELEN-

Digitized by Google

# ELENCHVS.

*Legum, & Paragraphorum ex vniuerſo iure, in hiſce Obſeruationibus ad Deciſiones explicatorum.*


Textus Iuris Pontificij.

Ex Sexto Decretal.

Tex.in cap.diſpendia,§.reus quoq; de reſcript. in 6. an ſit correctus, ſiuè declaratus per tex.in clem.ſępè,de verb.ſign.obſer.83.n.9.

Textus Sacr.Concil.Trident.

Text.S.C.Trident.vide ver.Concil.Trident.in Indice materiarum.

Textus Iuris Cæſarii.

Ex Digeſto Veteri.

Text.in l.ſi inſtituta 27.§.de inofficioſo,ff.de inoffic.teſtam.quando procedat,obſer.119.n.12.13.& 14.

Text.in l.ſi fideicommiſſum 50.ff.de iudic.quando procedat.obſeru.14.num.8.

Ex Infortiato.

Tex.in l.ſed ſi lege,§ ſi antè litem,ff.de acquir.hæred. procedit in petitione hæreditatis. obſeru.65.ſub num.8.

Text.in l.deducta,§.qui poſt tempus,ff.ad Trebell. procedit in vſuris, non autem in annuis introitibus. obſer.62.nu.2.

Text.in l.in ſingulos,ff de ann.legat.declaratur. obſer.62.nu.3.& 4.

Text.in l ſi mihi,& tibi,ff.de legat.1.ſecũdùm diſtinctionem Bart. habet locum, vbi hæres, nullum ſentit commodum,& alii damnum patiuntur, text.verò in l.liberta,ff.de oper.libert.verificatur,quando hæres ſentit commodum,& alii incõmodum habent. obſeru.8.n.19.20.ſed hæc diſtinctio reprobatur,nu.21.de ratione, nu.22.

Text.in l.liberta,ff.de oper.libert.declaratur, obſeru.8.nu.27.& 34.eſtq; ſpecialis fauore patroni,nu.28.& procedit in repudiatione, quæ fit in fraudem legis, non autem hominis,nu.34.

Ex Digeſto nouo.

Text.in l.fluminum,§.fin.ff.de damn.infect. quando procedat.obſeru.95.nu.10.& 11.

Text.l ſi contendat,ff.de fideiuſſor. Vide ver. Text.l.diffamari,C.de ingen.& manumiſſ.

Text.in l.in fraudem 45.ff.de iur.Fiſc.procedit,quòad creditores ex cauſa oneroſa,obſeru.8.nu.14.contrarium, nu.15.

Text.in l.1.ff.de priuileg.credit. eſt in viridi obſeruantia, & non fuit correctus per l.dudùm,C.de contrah.empt. obſer.39.nu.11.& procedit etiam in feudis. nu.12.

Text.in l.qui autem,ff.quæ in fraud.credit. procedit etiam in portione debitá, vigore Conſuet.Neap.obſeru.8.nu.4.& itá bis deciſum adducitur in S.C. & procedit contra creditores ex cauſa lucratiua, nu.12.contrarium, nu.16.

Text.in l.qui autem,ff.quæ in fraud.credit. quando procedat.obſeru.34.n.2.& ſub n.7.

Text.in l.1.§.1.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind. declaratur,obſeru.13.nu.16.

Ex Codice.

Text.l.ex quo pace,C.de ædific.priuat.localis in Vrbe Conſtantinopolitana fuit ampliatus in omnibus Romani Imperii Prouinciis,in l.fin.C.eod,obſeru.50.num.3.& quo tempore impreſſus.nu.5.& 6.

Text.tit.C.de ædific.priuat. tempore primæ impreſſionis erat 12.legum,poſteà in ſecũda impreſſione, addita l. ex quo pace, quæ eſt penult.fuerunt redactæ ad 13.nu.6.

Text.l.fin.C.de ædific.priuat. fuit abrogatus ſaltèm per viam declarationis ex Nouella 63.de oper.nou.nunc. & per Conſuet.Neap. incip.Si quis habet,de ſeruitut. nu.8.& 10.

Tex.l.ex quo pace,& l.fin.C.de ædific.priuat. nõ ſunt vſu recepti in Ciuit.Neap. ideòq; non ligant ad illorum obſeruãtiam.nu.13.

Text.l fin.C.de edict.Diu.Hadr.toll.remediũ competit filio legitimato per reſcriptum Principis,& itá ſepiùs per S.C.traditur.obſeru.3.nu.8.& 9.

Text.l.diffamari,C.de ingen.& manumiſſ.ac l.ſi contendat,ff.de fideiuſſ.remedia quomodò proponantur.obſeru.89.nu.2.& an differant inter ſe.ſub nu.12.

Text.in l.per diuerſas,& in l.ab Anaſtaſio, C.mandati non procedunt in ceſſione annuorum introituum.obſeru.16.num.3. nec contra poſſeſſores,& hæredes,nu.5. & in Regno Franciæ non obſeruantur, num.6. Quid in Statu Mediolani, ibid.

Text.l.vnic.C.quando Imper.inter pupill.& vid. quando derogatus cenſeatur,obſer.67.nu.3.4.5.& 6.

Text.in l.ſcripturas,C.qui pot.in pign.hab. procedit etiam quòad creditores in actione perſonali.obſeru.55.nu.11. ſed contrarium deciſum affertur. nu.12.

Text.in l.2.C.de reſcind.vendit. habet locum in locatione.obſeru.57.nu.4.non tamen,ea finita,nu.5.contrarium.nu.6.& itá deciſum adducitur.nu.7.

Text.l.altius,C.de ſeruit.& aqua, limitatur, vbi adeſt æmulatio,ſic etiam Cõſuet.Neap. incip.Si quis habet,de ſeruit.obſer.50.n.35.

Text.in l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto, C.de teſtam.loquitur in inſtitutione facta in perſonam extranei; inſimul cum filiis. obſeru.7.nu.19.23. & corrigitur per auth. quod ſine,C.eod.tit.ibid.

Text.in l.quicunquè,C.de apoc.public.lib.10. declaratur. obſeru.27.num.15.& quando procedat.nu.16.17.18.& 19.

Ex Authent.

Text.in auth.quod ſine,C.de teſtam.loquitur in legato,obſeru.7.num.20.

Ex Nouellis.

Tex.Nouell.63.de nou.oper.nunc.eſt localis in Vrbe Cõſtantinop.obſer.50.ſub n.8.& n.12.


INDEX

Digitized by Google

# INDEX
## RERVM, VERBORVM,
## AC SENTENTIARVM OMNIVM,
## QVAE IN OBSERVATIONIBVS AD DECISIONES
## Libri Primi continentur.

### A

*ABſentes*, qui dicantur. obſeru. 96. nu. 12.

*Acceptatio* literarum cambij non eſt nonus contractus inter acceptantem, & illum, cui erat facienda ſolutio, ſed eſt pars contractus literarum cambij. obſeru. 20. nu. 2.

Acceptans literas cambij non poteſt alteri, quàm præſentanti ſoluere, num. 9. Literas cambij eodem die, quo ſcribens decoxit, & ipſe ignorabat, non tenetur, & ità deciſum adducitur, nu. 19. contrarium, vbi ſatis poſt acceptationem decoctio ſequitur, nu. 21.

*Acta* facta cum minore, abſq; tutoris authoritate, ſunt nulla, volente tamen minore. obſeru. 19. nu. 3.

*Actio* exequutiua datur pro conſequutione legati, & ſecundùm aliquos requiritur præceptum Iudicis per interloquutoriam, obſeru. 12. num. 16. & duplici modo datur, vel per liquidationem inſtrumenti, ſecundùm *RR. M. C. V.* vel per præceptū Iudicis ſummatiè, nu. 17.

Actio realis proponi debet in loco rei ſitæ. obſeru. 14. nu. 7.

Actio conditionis ob cauſam eſt ſubſidiaria, de æquitate, obſeru. 20. nu. 11.

Actio de in rem verſo datur directò, & obliquò. obſeru. 26. nu. 18. quando detur directò, nu. 19. & quando obliquò. nu. 20.

Actio hypothecaria non datur, neq; pro vltimo, neq; pro alijs præcedētibus laudemiis. obſeru. 120. nu. 26. contrarium. nu. 27. & ità iudicatū adducitur. n. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.

*Agens* vigore immiſſionis, vel petitionis hæreditatis, quæ probare debeat. obſeru. 14. nu. 5.

Agens ex vna via, ſi probet de alia, obtinet in hoc Regno. obſer. 38. nu. 22. & ità deciſum traditur. nu. 24.

*Actor* non poteſt vti legibus non vſu receptis, vel ſi receptis, per decennium ſublatis. obſeru. 50. nu. 28.

Actor, an Reus priùs deponere teneatur. obſeru. 86. nu. 4. & quando deponere alter ipſorum non teneatur. nu. 5. & quomodò cogatur ad deponendum. nu. 6. & ſi fuerit abſens à loco iudicij, quomodò deponat. nu. 7. & 8. Et reus ad imparia iudicari non debent, à pari procedunt, & ſunt correlatiui. obſeru. 91. nu. 1.

# Index Obſeruationum.


*Actor* an ſuccumbere debeat, ſi intentauit poſſeſſorium, & probauit petitorium, vel è contra, obſeru.101.nu.4.& 5.

Actor pauper, in caſu victoriæ imponit alimenta, ac litis expenſas receptas cum fructibus, obſeru.119.nu.19. Sed in caſu ſuccumbentiæ, illa non reſtituit, num.20. Vide ver. Alimenta, & ver. Paupertas.

*Actus* attribuitur ordinanti, non autem exequenti, obſeru.15.ſub nu.16.

*Actuarij*, ſiuè Magiſtri actorum S.R.C. Scribæ à mandatis, ac Cancellarij Reg. Cancellar. cum cauſa, abſquè tamen depoſito ſuſpecti recuſantur, & retinent cauſas, ac emolumenta, licèt per alium agitentur, obſeru.84.nu.18.

*Adhoa* non eſt de ſubſtantia, ſed fidelitas, ad hoc, vt Caſtrum dicatur feudale. obſeru.23.nu.6.

*Adiectus* ſolutioni, vel eius hæres poteſt inſtrumentum liquidare, via *Ritus M.C.V.* vbi ſolutio fuit illi promiſſa, proprio, priuato, principali nomine. obſeru.15.nu.6.

*Aditio* hæreditatis ſolo animo fit, obſeru.13.nu.19.& ex quibus actibus inducatur, num.24.25.26.27.28.29.30.& 31.

Aditio hæreditatis. Vide ver. Hæreditas, & ver. Portio hæreditatis.

*Aduocatus*, & Cauſidicus non debent conſulere debitoribus, vt repudient hæreditatem, ad excluſionem creditorum, obſeru.8.n.38. Proponentes exceptionem Macedoniani, vbi mutuum ſit verſum in vtilitatem filijfamilias, læthalitèr peccant. nu.45.

Aduocatus conſulens pro muliere, quæ in nihilo fuit læſa in contractu, abſq; ſolemnitatibus inito, peccat. ſub num.43. Sic etiam, ſi conſulit pro filiofamilias, vt vtatur exceptione Macedoniani, quàmuis mutuum ſit verſum in illius vtilitatem, nu.45. & paritèr, ſi conſulat ædificare volenti, vt vicino noceat, nu.47.

*Aedificare* quis poteſt vſq; ad Cœlum, etiam in præiudicium vicini. obſeru.8.nu.46.

Aedificare quilibet poteſt in ſuo ſolo, & vſq; ad Cœlum extollere, tàm de iure communi, quàm Conſuetudinario Neapol. etiam ſi vicino officiat. obſeru.50.nu.1. Limita, vt n.2. Contrarium deciſum, nu.34.

*Aeſtimatio* an debeatur, legato feudo, abſquè aſſenſu, obſeru.40.nu.1.& 3. Debetur, donato, vel refutato feudo, contemplatione matrimonij, abſq; aſſenſu, nu.6.

Aeſtimatio melioramentorum reſtituẽdorum emphyteutæ à Domino, eſt facienda reſpectu temporis reſtitutionis, non autem, quo factæ ſunt, obſeru.120.nu.20.

*Aeſtimatores* in hoc Regno Neap. appellantur Tabularij. obſeru.42.ſub nu.6.

*Aetas* de iure Canonico, quæ requiratur in profeſſione emittenda, & quæ ex diſpoſitione *Sacri Concil. Trident.* obſeru.31.nu.10.

Aetas legitima, iure communi inſpecto, poteſt per ſtatutum minui, vel augeri, obſeru.75.num.5. Legitima, & perfecta æquiparantur, num.7. & quæ requiratur in Doctoratu, ſub nu.10. Eius venia quo tempore concedi ſoleat, tàm de iure communi, quàm Regni Neap. nu.9.& 10.

*Affinitas* eſt cauſa ſuſpitionis, obſeru.81.n.6. & diſſoluitur per mortem alterius coniugum, nu.7.

*Afflicti deciſ.37.nu.6.* & *deciſ.314.nu.4.* declarantur, obſeru.63.nu.3.& 5.

*Agnatus*, vel cognatus an dicere poſſit de nullitate ſententiæ ſoriudicationis, vbi ſoriudicatus non eſt carceratus. obſeru.74.num.2. poteſt tamen appellare, antequàm ſententia lata, ac publicata ſit, num.3. Si comparet poſt publicationem ſententiæ ſoriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali ſedente, præſentando ſupplicationem, cum decretatione, *ſi ſententia non eſt publicata, M.C.V. verbum faciat in S.C.* an, & quando impediat ſententiam prædictam, nu.5. & 6. Et cognatus ſunt ſpecialitèr citandi, niſi ſint abſentes à Regno, vel degant in Ciuitate Beneuentana. nu.7.

*Alienandi* res Eccleſiæ cauſa iuſta eſt vtilitas euidens Eccleſiæ. obſeru.19.nu.23.

Alienare rem ſuam nemo inuitus cogitur. obſeru.103.nu.6. Limita, fauore Religionis, pro ædificanda, vel amplianda Eccleſia, vel Monaſterio. nu.7. pro iuſto tamen pretio taxando, & ità deciſum adducitur. nu.8. item pro erectione Seminarij, pro Atrio, antè fores Eccleſiæ conſtruendo, num.9. Et pro amplianda platea antè Eccleſiam, ac pro amplianda via, ex Populi recreatione, nu.10.

Alienatio à minore celebrata, ſi tendat in eius vtilitatem, quàmuis ſolemnitates deficiant, eſt valida, ipſo volente. obſeru.19.nu.1.& 2. ac ità deciſum refertur, nu.4.& 11. Sed contrarium deciſum adducitur, nu.5. Bonorum pupilli vt ſubſtineatur, quatuor requirit, nu.12. de quibus, num.15.16.& 18. Bonorum Eccleſiæ vt valeat, quæ requirantur, & omnis alienatio prohibetur, etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus, ſi deficiat aſſenſus Pontificis, num.21. Limita, num.29. Bonorum Eccleſiæ eſt valida, ſi ſit facta, Pontifice inconſulto, in tribus caſibus, relatis num.29.

Alienatio cenſetur prohibita, vbi fit donatio ſecundogenito, ex quo primogenitus eſt incapax, cum conditione, quòd ceſſante incapacitate donatio ſit nulla. obſeru.23.nu.26. & ſi fuerit facta, eſt nulla. nu.27.

Alienatio facta per minorẽ, abſq; ſolemnitatibus,

bus, eſt ipſo iure nulla, obſer.33. nu. 18.

Alienatio bonorum viri impeditur per ſolam petitionem aſſecurationis, ab vxore factam, obſer.42.n.2.

*Alimenta* per virum relicta vxori habitare volenti cum filijs, debentur, etiam ſi vxor non cohabitauerit cum illis, quia erant premortui eorum patri, obſer.52.nu.5.6.& 6. de ratione, nu.3.

Alimenta, & litis expenſæ actori pauperi, & præſumptionem boni iuris in lite habenti ſubminiſtrantur per conuentum, obſer. 119.nu.1.& 8.ſdq; procedit, tàm in deſcendentibus, quàm in extraneis, num. 12.13.& 14.limita, nu.2.3.16.& 17. Ac litis expenſæ ad quam quantitatem taxandæ ſunt, nu.18. vide ver. Paupertas.

*Alteri* per alterum minimè ſtipulatur, obſer. 44.nu.3.limita, nu.4. & 5.

*Ampliatio* non poteſt obtineri, niſi vigore inſtrumenti emptionis, obſer.26.num.5. non autem locationis, nu.7.

*Animalia* capta ad ſocidam non fiunt capientis, ſed remanent in dominio, & proprietate dantis, obſer.66.nu.6.intellige, vt n.8. & 9. & non poſſunt paſcua ſumere in alieno territorio, non ſoluta mercede paſcui, nu.7. Data ad ſocidam, quomodò ſint communia cum ſocio, nu.8.& 9.

Animalia quando ſint burgenſatica, obſeru. 93. num.9.

*Animus* adeundi in extraneis hæredibus conſtare debet per actus poſitiuos, obſer.13. num.20. & eſt, quid occultum, ac latens, & non poteſt percipi, niſi per extrinſeca, num. 21.

*Annui* introitus, ratione periculi emi poſſunt minori pretio, obſer.16.ſub nu.3.& ità deciſum adducitur, nu.4. De eorum retrouenditione, præuia ceſſione iuris luendi, Doctores, qui ſcripſerunt, referuntur, n.1.

Annui introitus venduntur cum annuis reſponſionibus, licèt ſolutio promittatur in ſemeſtria, obſer.27. ſub nu.19.

Annui introitus debentur principaliter, & de per ſe, non autem acceſſoriè, obſer.62. ſub nu.2.& dicuntur fructus ciuiles, nu.3.

*Antephatum*, & dos, an reſtituantur vxori, ob concubinatum, & adulterium per virum commiſſum, obſer. 14.nu.20.& nu.21. vbi deciſio.

Antephatum de iure communi dicitur antipherna, obſer.49.n.2. quid in Valentia, in Delphinatu, Barchinonæ, in Sardinia, ac in Cathalonia, ibid. Debetur filijs, ſi vxor fuerit occiſa per maritum, nu.3.& 5. In dote ducatorum quatuor mille eſt tertia pars, num.6.

Antephatum, iure communi inſpecto, ſpectat ad filios, quamuis non hæredes patris, obſer.63.nu.1. contrarium de iure Conſuetudinario Neapol. nu.2.& ità deciſum adducitur, num.4. Quid, ſtante pacto, quòd filij ſuccedant vti filij, nu.8. Contracto matrimonio ſecundùm vſum Procerum, & Magnatum, pertinet ad filios, vti patris hæredes. nu.6. Contrarium, nu.7. quid ſtante pacto appoſito, quòd filij ſuccedant vti filij, num.8.

Antephati medietas debetur vxori propter oſculum, non contracto matrimonio, adhuc per verba de præſenti, etiam ſi oſculum fuerit violentum, & deciſum adducitur, nu.9.

*Apoca* vnica cum clauſula, *ad complementum omnium annatarum decurſarum*, ſufficit in caſu *l. quicunque, C. de apoc. public. lib.* 10. obſer.27. nu.17. Secus, ſi trium annatarum præteritarum, abſq; dicta clauſula, nu.18. vel trium ſemeſtrium n.19.

Apoca Bancaria, quando dicatur recognita, ad finem habendi exequtionem paratam, ſecundùm *pragmat.* obſer.55.nu.15.

*Appellatio*, & in integrum reſtitutio non admittuntur à decreto prouiſionis alimentorum, & litis expenſarum, obſeruat.119. num. 24.

*Appretium* bonorum ſtabiliũ in Regno Neapol. per quos fiat, obſer.42.n.10. Vbi à pluribus ſeparatim fit, vnum eſt diuerſum ab alio in quantitate, tunc coacervatis omnibus apprętijs, tertia pars illorum accipitur pro iuſto pretio, nu.13.

*Approbans* teſtamentum, vide ver. teſtamentum approbans.

*Arbitrium* Iudicis altero de tribus modis regulatur, obſer. 18.nu.19.20.21. & 22.

Arbitrium educationis debet eſſe regulatum, obſer.52. ſub nu.12.

*Artifex*, quando impediri poſſit vti ſuo artificio à vicino, obſer.95.nu.4.

*Aſportans* arma, ſi non eſt apprehenſus, an, & quomodò puniatur, obſer.78.nu.1.

*Aſſecuratio*, ſiue Naulizatio eſt de iure permiſſa, obſer.60.nu.8.

Aſſecurator Nauis, quando non teneatur de aſſecuratione, ibid.

*Aſſenſus* requiritur in promiſſione de vendendo, obſer.5.nu.34. Sic etiam in ipſa venditione, & vnicus non ſufficit, quia non extenditur de vno ad alium caſum, nu.35.

Aſſenſus Regius omninò requiritur in locatione feudi, obſer.13.num.10. contrarium, num.11. Sed prima opinio eſt verior, & ſecundùm eam iudicatum fuit, nu.12.& 14.

Aſſenſus, vt proſit creditori quomodo eſſe debeat, obſer.43.num.12. Denegari poteſt, ſi tempore alienationis feudatarius caret filijs, vel in fraudẽ ſucceſſoris alienet, n.10. & ità iudicatum traditur, ibidem, & num. 11. & ſeq.

Aſſenſus præſumitur præſtitus in inſtrumento do-

dotali, obſer. 56. num. 2. & 11. & donationibus contemplatione matrimonij, num. 12. intellige, vt nu. 13. Capituli Neapol. quibus proſit, num. 3. & ad quos extendatur, nu. 4. & 5, & an ſit ſubſidiarius, nu. 6. Præſtitus ſuper promiſſione de vendendo, extenditur ad ipſum venditorem, num. 7. & requiritur in promiſſione de re feudali, num. 8.

Aſſenſus, an corruat reſpectu derogationis *Lonic. C. quand. Imper. int. pupil. & vid.* ſi in memoriali aſſenſus non fiat mentio de ea, ſed tantùm in inſtrumento venditionis, ad quod ſe refert memoriale, & decretatio dicat, *fiat in forma, cuius tenor habeatur pro inſerto, & ſpecificè declarato, quoad expreſſa tantùm*, obſer. 67. nu. 6. 7. 8. 9. & 10. Expreſſus, non autē tacitus, ſiuè præſumptus in Regno requiritur, nu. 9.

*Aſſertio* venditoris, quòd res eſt emphyteutica, non producto inſtrumento conceſſionis, quando præiudicet confitenti, & habentibus cauſam ab eo, obſer. 70. num. 7. & deciſio traditur, nu. 8. Quid ſi per errorem ſit facta confeſſio, num. 11. & conſilium adducitur, nu. 12.

*Author* laudatus ad quid teneatur, ſequuta euictione, obſer. 104. n. 11. & ſeq.

*Auus*, neptem, dotare cogitur in defectum patris, etiam ſi neptis ſit diues, obſeruat. 38. num. 3. & 4. & an procedat, ſiuè illa ſit in eius poteſtate, ſiuè non, nu. 5. & tenetur etiam ad alimenta nepti præſtanda, & ità deciſum adducitur, num. 6. Maternus in defectum matris, neptem dotare tenetur, num. 10.

B

B*Ald. in l. quicunq. nu. 6. C. de apoc. public. lib. 10.* declaratur, obſer. 37. n. 20.

*Baliatus* de iure *Pragmat. Regni* durat per totum annum 18, ſed de iure *Conſtit.* durabat per totum annum 15, obſeruat. 113. num. 7.

*Balius* licèt teneatur, rationes reddere, completa ætate annorum 18. feudatarij, limita in muliere nupta antè dictum tempus, nam contracto matrimonio, rationes reddere tenetur, num. 8. & ſic iudicatum adducitur, num. 9.

*Baro* ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ ſuorum vaſſallorum, non delegat cauſas illorum, obſer. 90. nu. 1. contrarium, nu. 2. intellige, vt nu. 3. Vbi eſt ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ, eligit Iudicem in Ciuitate Neapol. dummodò non ſit excommunicatus, dict. nu. 3. vide ver. M. C. V.

Baro an, & quando poſſit cogere vaſſallos accedere ad eius molendina, furnos, & alia ſimilia, obſer. 95. nu. 23. & 26. & quid in molendinis, furnis, & ſimilibus Eccleſiæ, num. 24. & 25.

Barones, Proceres, & Magnates coniunctiuè, qui ſint, obſer. 35. nu. 12. 23. & 24. Sed Florentiæ nobiles appellantur, nu. 13. vide ver. Proceres. ver. Magnates.

Barones non poſſunt dare impunitatem, ſiuè indulgentiam, ad finem, vt delicta in vero ponantur, obſer. 71. nu. 5.

*Beneficium* minori conceſſum, prodeſt maiori non priuilegiato, qui eo vti poteſt. obſer. 78. nu. 2.

Beneficia, ac in integrum reſtitutio non conceduntur in Cōſeruatorijs *Capitulorum Regni*. Sed ſolùm reclamatio, ac remedium nullitatis. obſer. 69. num. 6. & 7. contrarium quoad reclamationem, nu. 8.

Beneficia, quæ de iure communi incognita ſunt, & in integrùm reſtitutiones appellantur, vndè eorum nomina deſumpſerunt, obſer. 79. nu. 1. An competant tertio priuilegiato venienti in cauſa pro ſuo intereſſe, num. 5. & competunt tàm actori, quàm reo priuilegiato, & ſi ambo priuilegiati ſunt, duo actori, & duo reo concedendi ſunt, num. 6.

Beneficia, ſiuè in integrum reſtitutiones, an concedātur tertio ad cauſam venienti pro ſuo intereſſe, poſt publicationem, vel concluſionem. obſer. 85. nu. 8. vide ver. cauſæ curſus.

Beneficia conceduntur Clericis, quoad bona patrimonialia, ad quorum titulum ſunt ordinati, obſer. 91. nu. 4.

*Bona* Eccleſiæ de iure ciuili in totum alienari non poſſunt, ſed tantùm in emphyteuſim concedi, obſer. 18. n. 7. Sed quid de iure canonico, n. 10. in fin.

Bona hæredis non veniunt in generali obligatione, obſer. 24. nu. 1. & 2. Hæredum non veniunt in generali obligatione, etiam ſi obligauerit hæredem, & bona, &c. nu. 2. niſi in ſpecie illa obligata ſint, ſub nu. 4. Hæredum, nec etiam fauore dotis veniunt in generali obligatione, nu. 4.

Bona foriudicati, elapſo anno applicantur Fiſco, an idem procedat, vbi fuit abbreuiatus terminus foriudicationis, ità vt intrà tempus abbreuiatum applicentur Fiſco, obſer. 74. nu. 8. & 9. vbi deciſio adducitur.

Bonorum qualitas, vide ver. Qualitas bonorum.

*Bonatenentia* per emptorem debita, an extinguat capitale, & deciſio traditur, obſer. 136. nu. 20. intellige, vt ibi.

*Bonum* ius quomodò probetur, obſer. 119. num. 7.

*Boues* aratorij veniunt in vſufructu fundi legato. obſer. 94. nu. 14.

*Brathium* Regium, vt impartiri poſſit, literis expeditis extrà Regnum, an requiratur cauſæ

ſæ cognitio, obſeru.82.nu.1.2.& 3. vbi deciſio per viam legis traditur.

*Bulla* Clericatus. Vide ver. Clericatus Bulla.

C

*CAducitas* præſcribitur ſpatio 30. annorũ. obſeru.120.nu.21.

*Calculus* nullum ius partibus tribuit, niſi per Iudicem ſit approbatus. obſeru.21.nu.8.& ità deciſum adducitur. nu.9. contrarium nu.10. & 19. & fieri poteſt poſt ſententiam, antè tamen illius exequutionem, ſub d.nu. 10.

*Cancellarij* Reg.Cancellar.cum cauſa, abſquè tamen depoſito ſuſpecti recuſantur, & retinent cauſas, ac emolumẽta, licèt per alium adicentur. obſeru.81.nu.18.

*Canon* non diminuitur propter ſterilitatem. obſeru.18.nu.25. de ratione, nu.26. vbi cauſæ ſterilitatis enumerantur.

*Capitula* matrimonialia, quando introducta fuerunt. obſeru.49.nu.1.

*Capitula* 20.& 21. *Ciuit.Neapol.* non extenduntur ad contractum annuorum introituum, ex pecunia dotali factum. obſeru.56. num.1.

*Capitula Regni*, incip. *Charitas affectus*, *Ad Regale faſtigium*, *Finis præcepti charitas*, & *Omnis prædatio* manu Regia conſeruãt, nè inferatur violentia Clericis, aut Laicis, obſeru.69.num.1.& ad hunc finem ſunt inuenti. nu.10.

*Captatoria* diſpoſitio, fauore piæ cauſæ ſubſtinetur, dummodò non ſit collata ſub certa forma, quæ ad piam cauſam adaptari nequeat, nec poteſt partium conſenſu, nequè ex pacto approbari, quia publicam, non priuatam diſpoſitionem continet, obſeru.9. nu.27.& 19. intelligenter, nam

*Capyc. decif.* 102. *in fin.* reprehendit. *Roman. conſ.* 43. obſeru.14.nu.16.

*Carceratus* pro debito, qui aufugit, fractis carceribus, qua pena puniatur. obſeru.76. nu.1. Habilitatus in Camera, vel in Palatio, ſi aufugit, fracto muro, punitur. n.6.& quid, ſi teneat domum, loco carceris, cum fideiuſſione, ſub certa pena de non diſcedendo. nu.7. Ligatus funibus, vel compedibus detemptus, ſi fregit funes, vel compedes abſtulerit, & aufugit per oſtium apertum, vel per feneſtram, punitur. num.8. & etiam ſi tranſcendat muros carceris cum funibus nu.9.

*Cardinalibus* Romæ, ac in hoc Regno Protegi Curtus ſiſti debet. obſeru.35.nu.21.

*D.Carena reſol.*91. à num.23 ad 40. refellitur obſeru.110.ſub nu.3.

*D.Carena reſol.*174. *pract. reſol.* confutatur, ac declaratur. obſeru.26.nu.7.

*D.Caruani Reg.Conſil.* non habuit notitiam de *Cap.Regni, Emergentibus*. obſer.8.n.17.

*D.Carolus Antonius Moccia* laudatur, & notatur. obſeru.37.nu.4.& 12.

*Carolus IV.* Imperator in totum aſſurgebat Cardinali Columnæ, eum viſitanti. obſer.35. nu.22.

*D.Carolus Rota concl.*4.nu.28 *in ſterilẽg. practicab. concluſ.* confutatur. obſeru.77.nu.7.

*Caſale* S.Arſenij fuit donatum in anno 1528. per Comitem Marſici Eccleſiæ Ciuitatis Cauæ, vigore priuilegij confirmati per Sereniſſimos Reges, cum remiſſione adhoæ, ideòq; eſt burgenſaticum, non autem feudale. obſeru.23.nu.1.

*Caſtrum* de iure communi feudorum præſumitur allodiale, etiam ſi ſit Comitatus, vel Principatus. obſeru.23.num.2. de iure verò Regni Caſtrum cum vaſallis præſumitur feudale, nu.3. eò magis, ſi reperitur deſcriptum in Cedulario Baronum Regni, nu.4. etiam, quòd non ſit taxatum pro adhoa, ſub nu.5. vel ſi non ſit ſubſcriptum in Cedulario, nu.6. de ratione, nu.7. Si non reperitur taxatum in Cedulario pro adhoa, non tamen erit burgenſaticum, ſed feudale, exemptum tamen à præſtatione adhoæ, ſub nu.5.

Caſtrum quando præſumatur allodiale, vel feudale. obſeru.93.nu.5.

*Cauſa* curſus non impeditur, ſi tertius ad cauſam veniens poſt publicationem, vel concluſionem petat beneficia. obſeru.85. ſub nu.8.

*Cauſidicus*, & Aduocatus proponẽs exceptionem Macedoniani, vbi mutuum ſit verſum in vtilitatem filiifamilias, lethaliter peccat. obſeru.8.nu.45. Non debent conſulere debitoribus, vt repudient hæreditatem ad excluſionem creditorum. nu.38.

*Cautio* fideiuſſoria, vel pigneratitia de ſoluendo debitum, ex tincto tempore moratoriæ, an, & quando præſtetur. obſeru.1. ſub nu.2.

Cautio de reſtituendis alimentis, & litis expenſis non præſtatur. obſeru.119.num.21. illaq; peti debet. nu.22. & ſi fuerit præſtita, intelligitur, ſi de iure tenetur. nu.23.

*Cedularium* Baronum Regni fuit confectum in anno 1504. & in eo fuerunt taxati omnes feudatarij pro adhoa, & in anno 1634. fuit ordinatum fieri nouum Cedularium. obſeru.93.nu.9.

*Cenſus*, ſeù venditio annuorum introituum, vt ſuper bonis minoris conſtitui poſſit, quæ requiruntur. obſeru.19.nu.19.

Cenſus in dubio non præſumitur emphyteuticus. obſeru.70.nu.9.

*Ceſſio* gratuita idem eſt, quod donatio. obſeru. 54.nu.9.

Ceſſio quando dicatur facta ad commodum cedentis, vel ceſſionarij, vel vtriuſquè. obſeru.109.nu.7.

Ceſſio omninò requiritur, vbi fideiuſſor vult

recu-

recuperare à confideiuſſoribus, & fieri poteſt antè; in actu ſolutionis, & poſt. obſeru. 32. nu. 2. & 3. & quando ex interuallo. nu. 4. & 10. non eſt neceſſaria, ſi fideiuſſor agit contra principalem debitorem. nu. 11. Eſt facienda fideiuſſori, ſi iuſſu Iudicis ſoluit, etiam ſi ſententia ſit iniuſta. nu. 14. Quando ex interuallo de æquitate fieri poſſit. n. 25.

*Ceſſionarius* non tenetur edere Reo librum cedentis. obſeru. 32. nu. 23.

Ceſſionarius creditoris cum aſſenſu, ſi non habet aſſenſum ſuper ceſſione, non præfertur creditori poſteriori cum aſſenſu. obſeru. 43. nu. 4. contrarium. num. 5. maximè, ſi in ceſſione ſit conſtitutus Procurator in rem propriam. num. 6. & ità deciſum adducitur. nu. 9. & 10.

Ceſſionarius Eccleſiæ. Vide Eccleſiæ ceſſionarius.

Cedens an deponere teneatur. obſeru. 88. nu. 7. & 9. Eius confeſſio, an, & quando noceat ceſſionario. nu. 8.

*Citatio* ſpecialis contra Clericum fieri non poteſt in concedendis Conſeruatorijs. obſeru. 69. nu. 3.

Citatio facienda feudatario abſenti à Regno, debet fieri in domo feudi. obſeru. 82. nu. 4.

*Clauſula ad habendum, vendendum, alienandum, &c.* quando propter alia verba nihil operetur. obſeru. 23. nu. 22. 23. & 28. & quãuis conferat poteſtatem alienandi. num. 24. tamen limitatur, vbi ſequitur pactum prohibitionis alienationis. nu. 25.

Clauſula *[illegible] omnibus*, quid operetur. obſeru. 38. ſub nu. 23.

Clauſula, *ità, quòd bona diuiſa transeãt in perpetuum in dominio, & poſſeſſione*, facit, vt fideicommiſſum data illius ſcientia ſit renũciatum. obſeru. 2. nu. 27. de ratione. num. 28. Item clauſula *ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum*. num. 29. Sic etiam, vbi eſt data poteſtas alienandi. nu. 30. Item; quando fuit promiſſa euictio. nu. 32. & quando adeſt pactum de non contrauẽniendo. nu. 33.

Clauſulà, *non aliter, nec alio modo*, quid in legato operetur. obſeru. 99. nu. 11.

*Clericatus* Bulla debet eſſe ſubſcripta ab Epiſcopo. obſeru. 73. ſub num. 1. Non probatur per Bullas beneficij, niſi aliundè probetur. num. 4.

*Clericus* habens licentiam à S. P. teſtandi, vel donandi, non poteſt donare concubinæ. obſeru. 99. num. 14. & 19. nec in teſtamento legare poteſt, nec donare. nu. 15. & 17.

Clericus actor non adſtringitur vigore *Reg. Pragm. prima, de arbitr.* ad compromittendum. obſeru. 33. nu. 11.

Clericus frater tenetur ſororem dotare de bonis Eccleſiæ. obſeru. 38. nu. 18.

Clericus beneficiatus, fori priuilegio gaudet, quàmuis habitum, & tonſuram non deferat, ſed mortaliter peccat. obſeru. 73. num. 1.

Carceratus à Iudice ſeculari, non ſtatim remittitur, ſed datur terminus ſuper remiſſione. num. 2. Docere debet de Clericatu. nu. 3. Nec etiam de conſenſu Epiſcopi poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis ſecularis, ſecùs in Regno Franciæ. nu. 11.

Clericus poteſt declinare forum, comparens coràm Iudice ſeculari, petendo, non moleſtari laicum conuentum ſuper bonis, in iudicio deductis, ex quo illa per ipſum poſſidentur, & ad eum ſpectat ſolutio debiti, & ſic deciſum traditur. obſeru. 89. nu. 14. Gaudet fori electione pro bonis, ad quorum titulum eſt ordinatus. obſeru. 91. nu. 5.

Clericus, donare, aut legare concubinæ non poteſt. obſeru. 99. nu. 7. etiam ſi habeat licentiam. nu. 8.

*Cœteratio* an, & quando extendatur ad bona hæredis, vel ad bona defuncti promittentis, vel ad quantitatem bonorum. obſeru. 24. ſub nu. 2. & 3.

*Collegium* Pauperum *Diui Nicolai* fuit erectũ Neapoli de anno 1648. poſt ſedatas tumultuarias Plebis ſeditiones. obſeru. 19. nu. 2.

Collegium quando dicatur Eccleſiaſticum, vel ſeculare. obſeru. 95. nu. 14. Nobilium Neap. an dicatur ſeculare, vel Eccleſiaſticũ. n. 18. & quid ſi in eo adſint Clerici, & Laici. nu. 21. Eius cura vbi ab Eligente non fuit data, ad quem ſpectat. nu. 19. & 20.

*Communio* parit diſcordiam, etiam inter fratres. eſtq; mater diſcordiæ. obſeru. 28. nu. 1. Nemo in communione, ſtare cogitur, ſed ad libitum poteſt, ad diuiſionem prouocare. num. 2. contrarium. nu. 6.

*Compenſationis* materia famigerata eſt. obſer. 25. nu. 1.

Compẽſatio non cadit, niſi inter creditorem, & debitorem. ibid. ideòque fieri non poteſt per debitorem in præiudicium creditoris anterioris. n. 2. maximè, ſi creditor anterior petijt, ſibi ſatisfieri ſuper nomine debitoris, ſibi obligato, antequàm compenſatio ſit oppoſita. nu. 3. & 4. Fit ipſo iure, parte non opponente. nu. 5. contrarium. nu. 6. quando tamen admittatur, vel non. nu. 7. 8. 10. 12. & 14. Habet locum, ſi opponatur per debitorem, ſecùs ſi per illius hæredem, cui datur tantùm retentio. nu. 9. & fit ipſo iure, ad euitandum commiſſum emphyteutæ, eſtq; vera ſolutio. nu. 10. & parit effectum pecuniæ numeratæ. ibid. Non fit de ſpecie ad quantitatem. Limitã, vbi ſpecies non extat. n. 11. neq; fit, vbi creditum non eſt liquidum, niſi incontinenti liquidatio fieri poſſit. num. 12. intellige, vt nu. 13. Quando cum debito nõ liquido fiat. nu. 14.

Compenſatio poteſt opponi, etiam poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam, dummodò

Digitized by Google

modò ſententia ſit liquida, clara, & aperta, ita vt nullam admittat probabilem diſputationem, nè illius executio impediatur, num. 15. An poſſit opponi, vbi fuit renunciatum executioni illius, ibid.

Compenſatio, quando locum habeat, obſeru. 94. nu. 7. & 8.

*Compromiſſum* fieri non poteſt ſuper cauſis feudalibus, abſque aſſenſu, obſer. 33. num. 1. intellige de Iure Regni, vt nu. 2. at ita deciſum traditur, n. 6. Secus verò de iure communi feudorum, nu. 3. Eſt nullum, licet interueniat aſſenſus ſuper laudo, non tamen ſuper compromiſſo, num. 4. nec fieri poteſt ſuper emergenti, vel incidenti feudali, ſine aſſenſu, nu. 5. Fieri poteſt, abſquè aſſenſu ſuper taxatione vitæ, & militiæ, nu. 9. Secus, ſi agatur, debeatur, vel nè vita, & militia, n. 10. Fieri poteſt, abſq; aſſenſu in perſonam Regis, & tunc tranſit ad ſucceſſorem, num. 12. Sic etiam, vbi fit in Proregem, vel S.R.C. vel M.C.V. in vniuerſum, non autem in particulares Iudices; Sed hodiè non poteſt fieri in Tribunalia, ſine Regis expreſſa licentia, n. 13. nec etiam in Regios Officiales, nu. 14.

Compromiſſum factum in perſonam Proregis, decedente vno ex compromittentibus non expirat, ſed ad hæredes mortui tranſit, dummodò ſit factum, vti in Arbitratorem, non autem in Arbitrum, nu. 15. intellige, volente hærede, nu. 16. & 17. & ita iudicatum adducitur, nu. 19. amplia, vt nu. 20. Fieri non poteſt ſuper ſententia tranſacta in rem iudicatam, nu. 21. & ita deciſum habetur, nu. 27. niſi illi ſit renunciatum, nu. 22. intellige, vt nu. 25. & 26. Pertinet ad lites finiendas, non autem ad finitas, num. 24. Peti debet antè terminum, ſiuè litis conteſtationem, nu. 28. & ſub nu. 32. niſi in continenti petatur, nu. 29. Verùm, ſi fuerit petitum in actu ſubſequenti poſt terminum, non conceditur, & ita determinatum affertur, nu. 30.

*Conceſſio* in emphyteuſim facta pro magno canone, eſt verus, & realis contractus emphyteuticus, obſer. 18. nu. 8.

Conceſſio in emphyteuſim, quamuis adeſſet aſſenſus, ſed ſubreptitius, & læſio, per S.C. non fuit reſciſſa, ſed tantùm actus cenſus, habita conſideratione ad tempus conceſſionis, & valorem tempore litis motæ, ſtante antiquitate temporis, obſer. 19. nu. 34. de ratione, nu. 35.

*Sacr.* Concil. *Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* quando annullet profeſſionem, obſeru. 29. num. 15. & quas perſonas comprehendat, nu. 17. & 18.

*Sacr.* Concil. *Trid. cap.* 18. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* diſpoſitio, quando locum habeat, obſer. 51. num. 4. & 5.

*Condemnatio* ad certam quantitatem tertiarum, vel intereſſe, non facta liquidatione, nullum reus fit, obſer. 21. num. 15.

Condemnatus pro homicidio ad pœnam extraordinariam, nu. & quando poſſit condemnari ad partis intereſſe, obſer. 75. nu. 1. & an condemnatus pro furto, poſſit condemnari ad reſtitutionem rei furtiuæ, nu. 4.

*Conditio* iniqua alteri per alterum inferri nō debet, obſeru. 109. ſub nu. 9. intellige in acquiſitis, & quando quis in culpa non fuit, num. 10.

Conditionis natura ea eſt, vt teneat actum in ſuſpenſo, obſer. 23. nu. 29.

Conditiones ob cauſam, ſiuè ſine cauſa, vel cauſa data, & non ſequuta, promiſcuè his nominibus appellantur, obſer. 20. ſub n. 10.

*Conductio*, vel locatio potiùs præſumitur, quàm emphyteuſis, vbi penſio eſt æquiualens fructibus, obſer. 18. nu. 4. & 12.

Conductor temporalis differt à perpetuo, & quis dicatur temporalis, & quis perpetuus, obſer. 18. nu. 13.

*Confuſio* inducitur ex varijs Doctorum opinionibus, obſer. 28. nu. 15.

*Coniectura* vrgentiores requiruntur, quando non agitur de fideicommiſſo aſcendentis, ſed extranei, obſer. 110. nu. 3.

Coniecturæ, etiam leues ſufficiunt, vbi agitur de deſcendentibus, ſi verò de tranſuerſalibus, requiruntur coniecturæ, reſultantes ex ipſo teſtamento potentes, ac efficaces, vt filij cenſeantur vocati, obſer. 1. nu. 16.

*Conſenſus* patris in matrimonio filij, vide ver. patris conſenſus.

*Conſeruatoria*, vigore *Capitulorum Regni*, vt concedi poſſint, quæ requirantur, obſer. 69. n. 2. 4. 12. 13. & 14. vide ver. Beneficia, verb. Citatio, ver. Iudex, ver. Violentia.

*Conſocius* in actione de in rem verſo, obliquò à mutuante, vel eius creditoribus conueniri poteſt, obſer. 26. nu. 21. Sed contrariam opinionem ſubſtinent *Alberic. Petr. de Vbald. & Cephal.* diſtingue, vt ibid. ſed ſecundùm opinionem *Alberic.* & aliorum deciſum per S.C. traditur, nu. 22.

*Conſors* litis, non tamen priuilegiatus, vti poteſt beneficio petito per minorem correum, quamuis ab illo renunciato, reſpectu alterius correi tantū in cauſa indiuidua, obſer. 79. nu. 3. contrarium, num. 4. Maior in cauſa indiuidua, quam habet cum minore, qui beneficia petijt, ſi in illis non fuit citatus, an admittatur ad probandum, & deciſio traditur, nu. 4.

*Conſuetudo* eſt ſeruanda in materia ordinandi ſequeſtrum, obſer. 5. num. 11. Bulgari locum habet, vbi filij inſtituuntur heredes, non autem ſi extranei, nu. 27. & 28.

Conſuetudo in materia confectionis inuentarij attenditur, obſer. 15. nu. 22.

Conſuetudo, & mos Regionis in conſtitutione dotis attenditur, obſer. 31. ſub nu. 7.

Con-

Digitized by Google

Conſuetudo inducitur ex actis tantum extraiudicialibus, quamuis res iudicata non interuenerit, obſer.50.n.25.

Conſuetudo in materia collectarum attenditur, obſer.16.nu.8.

Conſuetudo Barenſis, incip. *Dos à patre profecta, de iure dot.* quæ contineat, obſer.58. num.2. & non habet locum, vbi quis dotat mulierem de bonis proprijs illius, vel ex paterno teſtamento, vel ex forma ſtatuti, ibid. & loquitur in dote profectitia, n.3.

Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, an ſit vera Conſuetudo, vel pactum, obſer.35.n.29.

Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, per quam pater excluditur à ſucceſſione filiorum, nedum habet locum in dotibus maternis, ſed etiam in omni ſucceſſione filiorum, obſer. 117. nu.3.

Conſuetudo Terræ Coreti in ſcriptis redacta excludit filiam maritatam etiam à ſucceſſione fraterna, fratribus ſuperſtitibus, obſer.41.num.1. non tamen ligat, ſi caret aſſenſu, nu.14. intellige, vt nu.15. & 16. & adducitur deciſio, nu.17. Ciuitatis ſuperioris ligat Ciues Loci ſubiacentis, niſi habeant contraria propria ſtatuta, num.13.

*Conſuet. Neapol.* incip. *Si quis habet, de ſeruit.* cum generaliter loquatur, etiam de proſpectu maris intelligi debet, obſeruat.50.num. 10. & 11.

*Conſuet. Neapol. Si quis, vel ſi qua, de ſucceſſ. ab inteſt.* non habet locum, patre, vel matre in medio exiſtente, ſed ſeruatur ius commune, obſer.61.nu.1. intellige, vt nu.6. & 7. Ipſæ *Conſuetud. Neapol.* terminantur in diſtrictu Ciuitatis, d.nu.1. *Si quis, vel ſi qua* habet locum, auo, vel auia in medio exiſtente, nu.5. intellige, vt nu.6. & 7. *Si quis, vel ſi qua*, quando locum habeat, nu.8.

*Contractus* à muliere geſtus, abſque ſolemnitatibus ſtatuti, eſt nullus de iure Ciuili, obſer.8. nu.4.

Contractus geſtus à minore inſolidum cum maiore, abſq; ſolemnitatibus, eſt validus, etiam minore opponente de nullitate, pro quantitate verſa in vtilitatem minoris, & ità deciſum traditur, obſer.19.nu.5. Geſtus per minorem, quando illi vtilis non eſt, eſt nullus, ipſo volente, nu.6. & ità iudicatum per S.C. affertur, nu.11. Minoris, an ſit nullus, deficientibus ſolemnitatibus, nu.7. Per Eccleſiam celebratus, quamuis in eius vtilitatem deficientibus aliquibus requiſitis non ſubſtinetur, nu.20.

Contractus reſciſſus cum vno ex inſolidum obligatis, operatur, vt contra alios inſolidũ obligatos exequi poſſit, tàm pro capitale, quàm pro tertijs, obſer.30.num.24. & 25. per totum nu.36. & ità iudicatum per S.C. adducitur, nu.37. Sed contrarium deciſum traditur, vt tantummodò tertiæ, non autem capitale, peti poſſint, contra correum inſolidum obligatum, cum quo non fuit reſciſſus contractus, n.38. & 39. Sed prima opinio approbatur, n.40. Præſertim annuorum introituum eſt indiuiduus, præſertim reſpectu reſciſſionis, n.25. & eodem tempore non poteſt obſeruari, & reſolui, nec pro parte ſtare, & pro parte reſcindi, n.27. & 28. Semel extinctus, an, & quando reuiuiſcat, n.29. & 30. Dicitur reſciſſus, vbi fuit facta graduatio creditorum, ob decoctionẽ debitoris, n.36.

Contractus, pendente illius nullitate exequendus eſt. obſer.43.n.13. Etiam ſi ſit donationis, n.14. Contrarium tamen cũ cautione, n. 15. vbi ità determinatum adducitur.

Contractus nullus reſpectu minoris, an ſit nullus etiam reſpectu maioris, inſolidum cum eo obligati. obſer.59.n.5. & 6. deciſio adducitur, n.7.

Contractus per minorem celebratus, ſi tendat in eius vtilitatem, ſubſtinetur, quamuis deficiant ſolemnitates, obſer.104.n.2. Super re minoris ſubſtinetur, ſi adfuit decretum Iudicis, quod precedere, vel ſubſequi poteſt, n.8.

Contractus venditionis annuorum introituum facta per Vniuerſitatem ad rationem duc. ſeptem pro centenario, iuxtà *prag.5. de cenſib.* cum pacto immunitatis Collectæ, vel Bonatenentiæ eſt validus, ſed pactum viciatur. obſer.116.n.3.4. & 5. vbi deciſio adducitur, & n.20. vbi alia deciſio traditur, amplia, etiã ſi venditio eſt facta ad rationem duc.10. pro centenario, iuxtà *pragm.1. de cenſib.* n.6. amplia etiam in venditione facta à particulari perſona, n.10.

*Contumax* in criminalibus, qua pœna puniatur, tàm de iure communi, quàm huius Regni. obſer.77.n.1. & quando, n.2.3.4.5.6. & 7. In hac Ciuitate, ſi non comparet, pro contumacia punitur arbitrio Aduocati Fiſcalis, n. 4. Si verò comparet, ſoluit ducatum vnum, n. 5. & 6. & quid in Regno, d.n.6.

*Conuentus* in loco domicilij non habet, nec poteſt opponere, eſſe conueniendum alibi, vbi maior pars bonorum ſita eſt. obſer.14.n.4.

*Cooperire* caput coram Rege eſt maximi honoris. obſer.35. ſub n.18.

*Cornius conſ.256. vol.1. & conſ.303. vol.3. confutatur.* obſer.36.n.5.

*Creditor* in actione perſonali, & ſine aſſenſu, nedum exequi poteſt ſuper fructibus feudi, ſed ſuper ipſo feudo, & immitti in poſſeſſionẽ, etiam ex ſecundo decreto. obſer.6.n.5. contrarium reſpectu feudi, n.6. & etiam reſpectu fructuum in ſubſidiũ, dempta portione pro feudatario, tàm pro præſtatione ſeruitij, quàm pro alimentis, n.7.

Creditor ſciens ſaltem veriſimilitèr valorem monetæ ſibi ſolutæ, non habet remedium *l.2. C. de reſcind. vendit.* obſer.17.n.8. ideoq;


re-

recipiẽdo monetam minùs probam, videtur iuri ſuo renunciare, & ratio adducitur, n.9. Non cogitur recipere monetam deterioris notæ, fallit, ſi ſpontè, ac liberè ſciens, & volens, ſolutionem illius acceptauit, n.10.

Creditor, qui non habuit fidem de ſolutione ex receptione literarum cambij, ab alio ſoluendarum, non liberat debitorem, & tenetur, literas cambij præſentare, & exigere ab illo, cui erant directæ, obſer.20.n.3.& 6. Non poteſt recedere à tractatu, & reſtitutione literarum cambij debitori, n.7. Nulla alia actione experiri poterit contrà ſcribentem literas cãbij, vbi ab acceptante ſolutæ non fuerint, niſi conditione ob cauſam, ſiuè ſine cauſa, vel cauſa data, & non ſequuta, n.10. Debet adhibere diligentias, vt poſſit agere contrà ſcribentem literas cambij, ad videndum, nũ ſoluere velit, vel non, ad hoc, vt dicatur cauſa defecta, n.12. De iure Regni, ſi elapſo termino dierum quatuor omiſerit exactionem ab acceptante literas cambij, & non fuerit proteſtatus contrà acceptantẽ, non habet regreſſum contrà ſcribentem, n.17. Intellige, vt n.18.

Creditor cogitur facere liberationem debitori ſoluenti, & recuſans pecuniam recipere, non eſt audiendus à Iudice, obſer.21. ſub n.1. Poteſt declarare, in quam cauſam recipit, vbi debitor non exprimit, dummodò incontinenti fiat, & cum voluntate expreſſa, vel præſumpta debitoris, n.2.

Creditor in ſubſidium præfertur in pecunia data ad annuum cenſum, ſi ſtante decoctione Banci, pro ea in Banco depoſita fiat aſſignamentum, obſer.24.n.11. Anterior non poteſt moleſtare creditorem poſteriorem, cui fuit liberata pecunia, cum cautione, ſi adſit alius creditor poſterior, n.14. & ità deciſum traditur.n.16. nec etiam, quando communis debitor eſt ſoluendo, n.17. & deciſum adducitur.n.18.

Creditor anterior non poteſt auocare pecuniã à creditore poſteriore, ei liberatam ex depoſito facto per emptorem rei communis debitoris ſub haſta, cum conditione ſoluendi dicto creditori poſteriori. obſer. 25 n.16.& ità deciſum affertur.n.17. Sed ipſi ſunt ſalua iura ſupèr re vendita, & ità iudicatum traditur.n.18.

Creditor emphyteutæ poteſt purgare moram, ſoluendo cenſus, nè res declaretur deuoluta in damnũ ſui crediti. obſ.30.n.17. Limita, ſi eſt exequuta ſentẽtia deuolutionis.n.18. Sed per viam reſtitutionis in integrum admittitur.n.20, Sed vide.n.21.

Creditor conſanguineus, nèdum præfertur in emptione extraneo, ſed etiam in locatione, obſer.39. n.10. & ità deciſum refertur in locatione feudi.

Creditor cum aſſenſu, quamuis poſterior, præfertur creditori anteriori ſine aſſenſu in liberatione pecuniæ peruentæ ex venditione feudi. obſer.43.n.1.& quando id procedat.n.2. Cum aſſenſu ſi fuit præſens in venditione feudi, & neglexit creditum conſequi, nõ habet regreſſum ſupèr dicto feudo.n.3.

Creditor pro expenſis funerum, & vltimæ infirmitatis præfertur creditoribus hypothecarijs. obſer.47. ſub n.1. & ità deciſum adducitur pro ſalario Medicorum.n.2. pro medelis. nu.3. & pro impenſis funerum, etiam creditori ex cauſa dotis, & antephati.n.4. Pro medelis, & impenſis funerum præfertur etiam Fiſco creditori hypothecario.n.10. Ex cauſa penſionis domus, pro primo anno præfertur creditori ex cauſa penſionis ſequentis anni n.12. Extende etiam in creditore ex cauſa tertiarum, ſiuè reditus.n.13.

Creditor in diem, an agere poſſit, vt adueniẽte die ei ſoluatur. obſer.64.n.3.5.6.& 7.

Creditor poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, communi debitori competentem contrà alios creditores, ratione ſui intereſſe, & ex perſona communis debitoris, obſer.111.n.6.7.& 8. Sed tenetur facere depoſitum; vbi communis debitor ad illud aſtringitur ſecundùm *pragmat.63.cap.6. de offic.procur.Cæſar.* Vide ver. exceptio non numeratæ pecuniæ.

Creditor in diem poteſt agere contrà debitorem, vt adueniente die ſoluat obſer.114. n.12. Cui fuit adiudicatum nomen debitoris, poteſt vnà cum creditore, ſiuè eius hærede inſtrumentum liquidare, via *Ritus M.C.V.* obſer.115.n.5.

Creditor, vel emptor annuorum introituum. Vide Ver. emptor, vel creditor annuorum introituum.

Creditor habens duo remedia, ordinarium ſcilicèt, & extraordinarium, quando poſſit variare. obſer. 120.n.36.37.38.39.& 40.

Creditores, qui contraxerunt cum filio poſt approbationem teſtamenti, nullam habent actionem ſuper legitima illius. obſer.34.n.16. ſecus, ſi antè illius teſtamenti approbationem contraxiſſent. n.17.

Creditores, & Legatarij quomodò, & quando citari debeant in confectione inuentarij. obſer.96.n.9.& quid, quando ſunt abſentes. n.10.11.& 12.

Creditores an, & quando concurrere debent in concedenda dilatione debitori communi, obſer. 114.n.5.6.7.& 8. vbi deciſio adducitur.

*Curator*, an deponere teneatur. obſer. 88.n.6.

Curator, vel Tutor quando de euictione de proprio teneatur, obſer.104.n.3.5.6.& 7.

*Curialis* gaudet priuilegio electionis fori. obſer.54 n.1. non tamèn ſi agat ex iure ceſſo.n.2.

Curiales qui ſint.n.4.

*Cuſtos* Carceris tenetur ad ſatisfaciendum creditori ſi debitor carceratus aufugit, fractis carceribus. obſer. 76. n. 2. & an, & quando, & qua pœna puniatur, accedente dolo, vel culpa. n. 4.

D

*Damnū* nō omne eſt ſufficiens ad obtinēdū remiſſionem mercedis, ſed debet eſſe intolerabile, & quod nàm dicatur intolerabile, nouem opiniones referuntur, obſer. 18. n. 13. & 14. & quæ nàm opinio ſit attendenda, n. 16. 17. & 18.

Dammum, & periculum, vide ver. periculum, & damnum.

*Debitor* poteſt, non acquirere in præiudiciū creditorum, nàm ſuum patrimonium non diminuit, ſed tantùm locupletari recuſat. obſer. 8. n. 1. ideòque poteſt repudiare hæreditatem, & legitimam. ibid. & n. 23. ac legata, in præiudicium illorum, etiam contrà creditores hypothecarios, n. 3. contrarium circà legitimam, n. 5. 6. Sed prima opinio eſt approbata, n. 16. 17. Non poteſt in præiudicium Fiſci repudiare hæreditatem, legitimam, legata, & ſimilia, n. 9. necdùm ex diſpoſitione iuris communis, ſed etiam Regni, n. 10. nec etiam in præiudicium dotis, n. 11. contrarium in Fiſco, & in dote, n. 12. Sed prima opinio eſt amplectenda, n. 16. 17. Commodum nullum ſentit in caſu *l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* & ſimil. ſub n. 23. Quàndo non omnibus creditoribus ſatiſfacere poteſt, pro remedio exquirere debet opiniones *Theologorum*, non *legiſtarum*, n. 41.

Debitor extrà caſum moræ offerens pecuniā vſualem, & currentem, liberatur, etiàm, nō attenta mutatione valoris, obſer. 17. ſub n. 6. eò magis, vbi creditor non erat mutationis expers, & pecuniam oblatam ſponte recepit, & in rem ſuam vertit, n. 7.

Debitor ſcribens literas cambij, non remanet liberatus, quàmuis ſint acceptatæ, dùm tamèn non fuerit ſequuta ſolutio. obſer. 20. n. 1. intellige, vbi creditor, cui erat facienda ſolutio, diligentias fecit contrà acceptantem, nàm aliàs in ſubſidium tenetur. n. 5. de ratione, à n. 6. per tot. n. 12. & ità iudicatum adducitur, n. 13. Item intellige, vt n. 14. 15. & 16. limita, vt n. 20. Sed intellige, vt n. 21. Non poteſt reuocare ordinem, literis cambij acceptatis, n. 8. Literas cambij ſcribens, non remanet liberatus, quando acceptans decoxit antè ſolutionē, n. 14. Item ſi creditor diſtulit præſentare literas cambij, n. 15. intellige, vt n. 16.

Debitor ex pluribus cauſis poteſt exprimere cauſam, in quam ſoluit, tàm tempore ſolutionis, quàm etiam parum antè, vel poſt in continenti obſer. 21. n. 1. & ex liquidatione certus ſit de quantitate debita, n. 7. & 15.

Debitor annuorum introituum, ſiuè cēſuum, an poſſit præſcribere ſolutionem partis illorum. obſer. 27. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Cenſus, qui ſe fundat in præſcriptione, non adſtringitur probare, ſe non ſoluiſſe in præteritum, ſed ſufficit, negare, ſe ſoluiſſe, & adducitur ratio, n. 11.

Debitor poteſt in præiudicium creditorum, non acquirere. obſer. 34. n. 1. & quando n. 3. & 7.

Debitor, qui obtinuit moratoriam, an, & quando debeat præſtare cautionem de ſoluendo poſt finitam moratoriam. obſer. 45. n. 8.

Debitor voluntarius legans, vel donans filio ſui creditoris, non cenſetur legaſſe, vel donaſſe animo compenſandi, quàmuis pater ſit vſufructuarius bonorum, filio legatorū. obſer. 51. n. 8.

Debitor ſi, tempore obligationis erat ſeptuagenarius, tunc detinetur in Camera cordæ, obſer. 72. n. 8. & ità deciſum ex ratione adducta. n. 9.

Debitor deponere tenetur, vbi creditor eius iura exercendo, contrà debitorem dicti ſui debitoris agit, inſtantia reo conuento, & ità practicatum traditur. obſer. 88. n. 10. Vel poſſeſſor, dubitans de indicata futura moleſtia, quibus modis, & quomodò experiri poſſit de eius iuribus, obſer. 89 n. 1, 2. & 15.

Debitor condemnatus, non ſoluens quantitatē debitam poſt quadrimeſtre tempus, ſoluit intereſſe rei iudicatæ, ſiuè vſuras centeſimas. obſer. 100. n. 1. non tamen procedit in ſententia S. R. C. Neap. reclamatione pendente, n. 2. contrariū deciſū adducitur, ad rationem ducat. ſeptem pro centenario, n. 3. & ad rationem quinque pro cētenario deciſum traditur. n. 4. 7. & 8.

Debitor ceſſus, quando legitimè ſoluat cedenti quantitatem debitā. obſer. 109. n. 2. 3. 4. 5. 6. & 8.

Debitor, liquidato inſtrumento, ſi per plures annos ſoluit tertias, an poſſit moleſtari pro capitale. obſer. 115. n. 16. & 17. An poſſit in præiudicium eius creditorum nō acquirere. obſer. 117. n. 9.

*Debitum* ex vna cauſa poteſt de conſenſu partium in aliam conuerti. obſer. 38. n. 21.

Debiti diuiſio, vide ver. diuiſio debiti.

*Deciſio* lata in cauſa Marchionis Capurſij cum Rege Poloniæ, quomodò proceſſit. obſer. 37. n. 5 & n. 12. in fin.

*Dec. conſ.* 270. declaratur. obſer. 5. n. 29.

*Decretum* iudicis poteſt præcedere, & ſubſequi contractū, conſultiùs tamen eſt, ſi fiat eodē contextu, limita, ſi à principio ſit actū de interpoſitione decreti, tunc n. poteſt ſubſequi, obſer. 19. n. 17. Commiſſarij deputati per Pontificem non ſufficit, vbi non ſunt examinati teſtes de nullitate, ſub n. 33.

De-

Decretum requiritur, vide ver. diffamanti.

*Delictum*, quando dicatur in vero poſitum. obſer.71.ſub n.4.

*Denunciatio* quomodò fieri debeat Domino directo in venditione rei cenſualis. obſer. 46.n.7.

*Deponere* tenetur vti principales, Actor, & Reus, per verbum, *credo*, vel *non credo*. obſer. 86.n.1.

Depoſitio offerri debet in calce termini, ad probandum impartiti.n. 2. & in qua parte iudicij peti debeat. n.3. Facienda per Vniuerſitatem, à quibus fieri debeat.n.14.

*Depoſitum* pro pœna ſuſpitionis, vide uer. ſuſpitio.

Depoſita facta de moneta reproba tunc currente, & ſic, *zannette*, antè 15. diem Februarij 1622. in Ciuitate Neapol. & per 30. milliaria circumcirca, & in cæteris Regni partibus antè 20. diem eiuſdem menſis, ſecūdùm *pragmat.* 18 *cap.* 1 *de monet.* ſunt ritè, rectè, ac legitimè facta. obſer.17.n.2. Limita, vt n. 3. depoſita verò facta poſt dies prædictos, ſtāt riſico, periculo, & fortuna deponētium, vti illegitimè facta, n. 4. reſtringe, vt n. 5. quod etiam de iure procedit, n.6.

*Depoſitarius* monetæ reprobæ, an, & quando teneatur de caſu fortuito, & ſic de mutatione monetæ, obſer.48.n.3.

*Detentus* per Palatium dicitur carceratus, ſed ſi aufugit, non habetur pro confeſſo. obſer. 76.ſub n.6.

*Deuolutio* rei emphyteuticæ ob defectum canonis non ſoluti, non habet locum, quando Dominus directus eſt debitor emphyteutæ. obſer.120.n.7.

*Dictio*, *infrà*, vel *vſquè*, ſtat incluſiuè. obſer. 49. n.7. Sic etiam dictio, *A. Ab.* n.8. & paritèr dictio, *In*, n.9. &, *Ad*, n.10.

Dictio *quondam*, denotat tempus præſens, præteritum, & futurum. obſer.9.n.1. & verificatur, tàm in mortuo, quàm in viuo. n.2.

Dictiones, *eorum*, *ſuorum*, & *meorum*, dominium, & proprietatem important. obſer.66. ſub n. 6. & ſub n.13.

*Dies* termini, quando non computetur in termino. obſer.49.n.11.

Dies incertus, an conditionem inducat. obſer. 107.n.9.

*Diffamanti*, vt præcludatur via, elapſo termino dato ad proponendum iura, illiſquè nō propoſitis, requiritur decretum. obſer.89 n.5. intellige, vt n.9.

Diffamans in iudicio diffamationis moto, non poteſt petere remiſſionem ad ſuum Iudicē, quia dicitur actor. n.6. contrarium, n.7. Sed prima opinio eſt verior, n.8. & ſub n. 9. Sic etiam in iudicio. *l. ſi contēdat*, *ff. de fideiuſ.* n. 12. limita. n.13. Admittitur ad proponendū eius iura, cum breui tamen termino, etiam ſi fuerit ei præcluſa via cū decreto, n.9. Poteſt eius iura proponere corā alio Iudice. n.10.

Diffamāti terminus ſtatui debet ad proponendum eius iura per bina decreta. n.3.

Diffamationis iudicium poteſt fieri cum procuratore. n.4.

*Dilatio* ſoluendi legatum, in teſtamento appoſita, cōditionē non importat. obſer. 107.n.6.

*Diſpoſitio* quælibet regularitèr intelligitur de perſona viuentis, nō de mortuis. obſer. 9.n.3.

Diſpoſitio intelligi debet de perfectione naturali, non autèm de fictione accidentali. obſer.75.ſub n.6. & ſub n.12.

Diſpoſitio vltima, vide ver. vltima diſpoſitio.

*Diuiſio* à patre prohiberi nequit. obſer.28.n.3. intellige, in perpetuum, non autèm ad tempus. n.4. nequè ſpatio 30. annorum præſcribi poteſt. n.5. & plures malos effectus producit. n.7. Sed ſi de omniū conſenſu procedit, laudabilis eſt. ibid. Inter nobiles non laudatur, inter Laborātes, eorum arbitrio remittitur, ac inter Mercatores deſideratur. n. 9. Quomodò autem facienda ſit. n. 14. 15. 16. 17. & 18. vbi deciſio adducitur in linea transuerſali. Ad ſortes fieri debet. n. 17. Si vna partium, ità fieri inſtitit, n.19. Procedit, etiam in indiuiſibilibus, & quomodò fiat. n.26.

Diuiſio debiti inter correos inſolidum obligatos quando inducatur. obſer. 112. n.1. 2. 3. 6. 7. 8. & 11.

*Diuitiæ* valdè conferunt ad nobilitatem. obſer.28.n.11.

*Doctor* Neapol. doctoratus cum Regia diſpēſatione ætatis, non ingreditur locum inter Senatores Collegij Neapol. à die Doctoratus, ſed à prima die poſt completum annum 21. obſer. 75.n.11. & 14. & non poteſt eſſe in iudicio, & contrahere, abſquè curatore, n. 13. Qui gradum Doctoratus fuit adeptus cum ætate completa annorum 21. præfertur Doctori, qui fuit doctoratus cum Regia diſpenſatione ætatis n.12.

Doctor, vel alius priuilegiatus quandò poſſit expelli facere Artificem, propè eius domum exiſtentem. obſer.95.n.6.

*Dolus*, vel culpa præſumitur in Tutore, vel Curatore, vbi ſolemnitates non adhibuit, obſer.104.n.4.

*Domicilium* tempore mortis, nō autèm conditi teſtamenti attenditur. obſer. 14. n.19. & ità deciſum traditur, n. 23. quàmuis in deciſione fuiſſet facta paritas per prius. n. 21. & 22. Acquiritur, etiàm, quod non effluxerit tempus decennij, quando conſtat de animo perpetuò commorandi. n.20.

Domicilium habitationis attenditur, ad finē ſortiendi forum. obſer.14.n.11.

*Dominium* non acquiritur per traditionem factam ſub conditione. obſer. 23. n.28. Suſpenſiuè translatum, reſoluto contractu redit ad ſua principia attractiua, n.31.



Digitized by Google

*Dominus* directus præfertur pro cenſu ſuper fructibus,& introitibus peruentis ex meliorationibus factis in re emphyteutica, de pecunia aliena data ad melioradum, cum ſpeciali hypotheca.obſer.30.n.22. & ità deciſũ adducitur.n.23.
Dominus cenſus ſubalterni præfertur vicino in iure congrui,non tamen domino directo. obſer.46.n.5.
Dominus tenetur recognoſcere ſcripturam ſui Inſtitoris, ſic etiam hæres ſcripturam defuncti,& vxor ſcripturam mariti, obſer.55. ſub n.2.
Dominus directus nõ poteſt expellere emphyteutam, elapſo biennio,vel triennio, à quo ceſſatum fuit à ſolutione canonis,ſed tantũ, præcedente Iudicis ſentẽtia in iudicio ſummario.obſer.120.nu. 3. contrarium,vt iudicium ordinarium requiratur.n.4. & non poteſt petere deuolutionem, mortuo emphyteutam contrà hæredes, n.5. Quando non lucratur meliorationes magnas, an poſſit eligere,ſoluere pretium illarum,vel pati, illas tolli, n.18.& 19. Petens deuolutionem rei emphyteuticæ, ſi emphyteuta contentatur,& acceptat d.petitionem,non poteſt pœnitere. n.23.& ità practicatum adducitur.n. 24 Vide ver.deuolutio.
*Donatio* facta à viro ſene vxori iuueni eſt valida.obſer.22.n.12.& dicitur remuneratoria in premium iuuentutis.n.13.
Donatio reſoluitur ex defectu conditionis.obſer.23.ſub n.29.
Donatio facta, *ſi profeſſionem emiſerit*, an ſit conditionalis,cõditione ſuſpentiua, ſiuè poteſtatiua,an autèm pura,& non conditionalis.obſer.118.n.2.& 3. quid ſi adſit clauſula, *aliàs habeatur pro non facta*.n.4.& an poſſit reuocari.n.5.6.7.8.& an exiſtẽte pacto,quòd non poſſit reuocari, ſecuta profeſſione n.9. de ratione. n.ſeq. Quæ aliàs de ſui natura eſt reuocabilis,per pactum efficitur irreuocabilis.n.10.& eſt caducata ob mortem donatarij antè conditionis euentum.n.11.
*Donatarius*,ad quem res donata reuertitur,reſoluta donatione alteri facta,non tenetur ad pretij reſtitutionem.obſer.23.n.21.Non poteſt rem, ſibi donatam ſub conditione,hypothecare.n.30.
Donatarius conuenitur directò, vbi donans non habet hæredem, vel hæreditas non eſt ſoluendo.obſer.44.n. 8.ſic etiàm ad euitandum circuitum. n. 9. & tenetur creditori, nedùm actione perſonali, ſed etiàm de proprio,vt deciſum adducitur.n.10.
Donatarius,an hæres ab inteſtato ſuccedat in bonis donatis,cum conditione, *ſi profeſſionem in Monaſterio emiſerit aliàs donatio pro non facta habeatur*, mortuo donante antè profeſſionem.obſer.118.n.1.
*D. Donat. Anton de Marin.cap.61 n.9 lib.2.* declaratur.obſer.43.n.8.& *cap.94.n.13 in fin. lib.2.*obſer.99.n.2.
*Dos* æquiparatur cauſæ piæ. obſer.11.n.4.
Dos,& antephatum an reſtituantur vxori ob concubinatum, & adulterium per virum commiſſum.obſer.14.n.20.& n.21. vbi deciſio.
Dos ordinaria, quæ dicatur dari Moniali, & quæ in ſæculo nubenti, & quæ conſiderentur in conſtitutione dotium prædictarum. obſer.31.ſub n.7.
Dos ad patrem reuertitur iure ſucceſſionis, etiàm ſi adſint fratres filiæ. dotatæ, ſi tamen ſine filijs deceſſerit.obſer.34.n.4. & 5.
Dos à patre profecta, ad illum reuertitur, mortua filia abſque liberis, tàm de iure communi,quàm Conſuetudinario Barenſi. obſer.53.n.1.
Dos quando reſtitui debeat vxori ab hæredibus viri.obſer.64.n.8.& 9.
Dos conſiſtens in annuis introitibus, quo tẽpore reſtitui debeat,& deciſio refertur.obſer.97.n.11.
Dos filiæ ſpuriæ, quæ dicatur competens. obſer.99.n.5.
Dotis ſolutio,ſeù reſtitutio. vide ver. ſolutio, ſeù reſtitutio dotis.
Dotes quando ſint conſtituendæ. obſeru. 109.n.12.
*Dotare* filiam, paternum, non autèm maternum eſt officium. obſer.38.n.1.limita, n.7. & 8.Fraternũ eſt officium,attento iure Regni, & *Conſuet.* Ciuitatis Neap. dotare ſororem.n.20.

E

*Eccleſia* ceſſionarius inuentarium conficere non tenetur.obſer.1.n.1.adeò, vt illo non confecto, vltrà vires hæreditarias non tenetur,& n.4.de ratione.n.2.
Eccleſia hæres inſtituta,inuentarium conficere non tenetur.n.2. vel quatenus contraria opinio ſubſtineri poſſet, in integrum reſtituitur, ad inuentarij confectionem.n.4.
*Edictum* Prætoris, *de reuocãd.his,quæ in fraud. credit facta ſunt*, non habet locum in repudiatione hæreditatis,legitimæ, & legatorũ. obſer.8.n.2.
*Educatio* pupillorum eſt Iudici arbitraria. obſer. 52.n.12. Eius arbitrium debet eſſe regulatum.ibid.
*Electio* in cauſa pia eſt facienda de meliori. obſer.11.n.5.Eſt legatarij,non hæredis, vbi duo equi ſunt legati,vnus vni, & alter alteri,& inter ipſos legatarios electio eſt primi nominati.n.7.Eſt hæredis,vbi teſtator legauit domum,& duas in hereditate reliquit, niſi aliud de teſtatoris voluntate appareat, n.9.limita, n.10. Sed quid,vbi teſtator habet duas domos, vnam in loco ordinarij domicilij, aliam in alia Ciuitate, & affirmatiuè de domo, in qua obijt, reſpondetur,

tur,n.11.& ità deciſum,tàm per M.C.quàm per S.C.adducitur, n.12.de rationibus vide n.13. & 14. & quid in electione Capellæ. n. 15.16.17.& 18.

*Emphyteuſis* venit appellatione alienationis, & non ſolet reſcindi, ob ſolemnitates omiſſas, niſi tribus concurrentibus. obſer. 19.n.30.& 31.ſecùs ſi deficiat cauſa iuſta, & adſit læſio magna,n.32.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe,& liberis, ac ſucceſſoribus vtriuſque ſexus, tranſit ad filios, vti filios.obſer.70.n.1. In dubio intelligitur conceſſa pro maſculis. n. 3. & quando dicatur mixta.ib.Vide ver.Femina.Ver. Aſſertio.

Emphyteuta non liberatur à canonis ſolutione,niſi tota re perempta, obſer.18.n.2.& 9. intellige,vt n.3.6. & 12. Tenetur canonem ſoluere,vel damnum reficere, ſi domus emphyteutica caſu fortuito comburatur. n.10. Tenetur ſoluere integrum cenſum, vbi fuit conceſſum in emphyteuſim ſolū, ſupèr quo eſt ædificata domus,quæ eſt perempta,n.27. 28.29.& 31.& deciſio adducitur,n.32.

Emphyteuta priuati ceſſans à ſolutione canonis per triennium, cadit à iure.obſer.120.n. 1.Emphyteuta verò Eccleſię ſi ceſſauerit per biennium.n.2. Quas meliorationes amittat, vbi res emphyteutica declaratur deuoluta ad Dominum.n.8.per tot. n.17. An præſcribat ſolutionem cenſus,remiſſiuè.n.22.

*Emptio* ex quibus præſumatur, obſer. 26. ſub nu.4.

Emptio annuorum introituum de pecunia dotali non facta,iuxtà conuentionem, nullum ius tribuit vxori,obſer,109.n.9.

Emptiones paratæ ſemper ſunt in Ciuitate Neap.obſer.97.n.2.& 3.Contrarium.n.4.intellige,vt n.5.

Emptor tenetur ad ſolutionem pretij rei emptæ.obſer.26.n.4.

Emptor cenſus,ſiuè annuorum introituum, ad obtinendam ſolutionem,debet probare de ſolutione in præteritum. obſer,27.ſub n.11.

Emptor domus cum pacto de retrouendendo, non præfertur nouo emptori ceſſionario iuris luendi.obſer.39.n.13. etiam ſi illam melioraſſet. n. 15. et ità determinatum affertur.n.16.

Emptor quādo poſſit hodiè emere, & cras donare in fraudem iuris congrui.obſer.46.n.2.

Emptor,vel creditor annuorum introituum tenetur ad ſolutionem collectarum pro ſua rata,et venditor pro reſiduo.obſer.116.n.1. Contrarium.n.7.Sed intellige,vt ibi.Vel creditor annuorum introituum Vniuerſitatis tenetur probare, pecuniam ſolutam capitalis, vel mutui fuiſſe verſam in illius vtilitatem.n.14.Contrarium.n.15.amplia.n.16.17. 18.et 19.vbi deciſio traditur,ac etiam.n.20. vbi alia deciſio adducitur,et n.21.et 22.

*D. Eraſmus de Ponte*, et Fratres fuerunt reintegrati ad honores Sedilis Portæ nouæ. obſer.100.n.9.

*Error* in nomine,vel cognomine legatarij non arguit mentis teſtatoris perturbationem, obſer. 9.n.4. intellige, vt n.5. et non vitiat, quādo cōſtat de ſubſtātia diſpoſitionis. n.6.

Error calculi, licèt allegari poſſit poſt diſpunctas rationes,non tamen hoc habet locum, ſi ſupèr dicta redditione computorum fuit iudicatum.obſer.13.n.13.14. et ità deciſum adducitur,n.18.

*Exceptio* diſcuſſionis inuentarij, intrà quod tempus opponi debeat, et eſt modificatiua. obſer.96.n.6.

Exceptio, quòd ceſſio ſit inutilis, quia aſſenſu caret, dùm agitur ſuper re feudali,eſt reſeruanda ad merita cauſæ, et ità deciſum adducitur.obſer.101.n.7. Guidatici nō obſtat, ſi illud fuit impetratum poſt delictum patratum, & contrà formam banni,obſer,105. n.1. Fideicommiſſi liquidi, quando requirat altiorem indaginem,obſer.108.n.8.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur ad impediendam executionem apocæ Bāci,niſi facto depoſito,iuxtà *Reg.Pragmat.63.cap.6. de offic. procur. Cæſar.* obſer, 111.n.1. Contrarium.n.4.Sed attenta prima opinione limita,vbi conſtat aliqualiter, pecuniam non fuiſſe ſolutam.n.2.In quibus caſibus admittatur. n. 5. et à quibus perſonis opponi poſſit.n.6.7.8.Vide ver.Creditor.

Exceptio cedendarum actionum,an,& quando obſtet creditori.obſer.112, nu. 9. 10. & 11. Contributi locum habet inter creditores concurrentes, æqualem tamen cauſam habentes; ſi opponatur exceptio cedendarum, nu.12.& ità deciſum adducitur.nu.13.

Exceptiones, quæ incontinēti probari poſſunt, videntur à principio ineſſe, & eſſe probatæ. obſer.29.nu.6.

*Exequutio* facta,non præcedente liquidatione eſt nulla.obſer.21.ſub nu.15.

Exequutio ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ 30. annis præſcribitur, etiam, quòd adſit mala fides ex parte debitoris,vbi de ratione.obſer.58.nu.13.

*Eximens* carceratum pro debito à carceribus, vel à manibus Curiæ, punitur pœna exilij. obſer.76.nu. 3. Etiam ſi reduxerit carceratū ad carceres,nu.5.

*Expenſæ* funeris, & vltimæ infirmitatis æquiparātur.obſ.47.n.1.& dicūtur cauſa pia.n.7.

Expenſæ litis,vide verb. Alimenta.

*Extaurita* quādo dicatur Eccleſiaſtica,& quādo ſecularis.obſer.95.n,13.& 14.

*Exterus* emens annuos introitus, licèt non teneatur ad onera perſonalia, tamen tenetur ſoluere Bonatenentiam, obſer. 116. ſub nu, 1.& ità deciſum traditur.nu.2.amplia,nu.9.

*Extraneus*,data ignorantia reſtituitur ad adfundum aduerſus præſcriptionem 30. annorum,

rum,

rum,non tamen maiorem.obſer.80.nu.2.

*Extrinſeca*, vel verbis, vel facto exprimuntur obſer.13.nu.22.

F

*D. Fabius de Anna* Reg.Cõſiliar.in materia cambiorum ſemper eſt ſequendus. obſer.29.nu.20.

*Factum* non dicitur,quod non durat factum, obſer.29.nu.28.

Factum alterius, nemini nocere debet. obſer. 109.nu.11.

*Facultas*, ſiuè licentia teſtandi alicui data, intelligitur ſecundùm ſtatuta loci,vbi fit teſtamentum.obſer.3.n.5.

*Falcidia*, & trebellianica,vide verb.Trebellianica,& falcidia.

*Familia* decus per primogenituram conſeruatur, obſer.28.nu.11.

*Fauor* legatarij præponderatur fauori hæredis obſer.52 nu.6.

*Feudatarius* ſi fuerit renitens, cogi poteſt per creditorem in actione perſonali, ad vendendum feudum.obſer.6.nu.8. & ità deciſum adducitur,n.10.quod procedit,etiam in hærede feudatarij debitoris,n.9.

Feudatarius, vbi Caſtrum non reperitur deſcriptum in Cedulario, citatur per R.C. ad dicendum cauſam,quarè non debet deſcribi in Cedulario, & ad ſoluendum adhoam pro præterito,& in futurum.obſer.23.n.7.

*Fidatus*,vel Locatus.Vide ver.Locatus.

*Fideicommiſſum*, ſiuè ſubſtitutio euaneſcit,ſubſtituto decedente antè euentum cõditionis, etiam ſi ſubſtitutus ſit ex deſcendentibus teſtatoris.obſ.2.n.1.et 2. ſi tamèn ſit factum in contractu,tranſmittitur ad hæredes antè euentum conditionis.n.3. & 4. eò, quòd in contractu fieri poteſt,d.n.3. An cenſeatur renunciatum per diuiſionem, famoſa, ac celebris eſt quæſtio, omnes tamèn conueniunt, vt per ſimplicem diuiſionem non cenſeatur renunciatum, niſi ex verbis diuiſionis aliter conſtet, n.25. & proindè ſunt conſideranda verba,ac clauſulæ inſtrumẽti diuiſionis,n.26

Fideicommiſſum non includit cauſam dotis, maximè in deſcendentibus,alijs bonis liberis non extantibus,nec etiam intereſſe. obſ. 59.nu.29.& ſic iudicatum refertur,nu.30.& ſub nu.31.nec pariter antephatum, eiuſquè intereſſe,vt deciſum adducitur d.n.31.

*Fideicommiſſarius* vniuerſalis, inuentarium conficere non compellitur.obſer.15.nu.6.& ità iudicatum adducitur,nu.7. Intellige,vbi hæres illud fecit,nam illo per hæredem non confecto,tenetur intrà tres menſes à die factæ reſtitutionis illud conficere,n.8.

Fideicommiſſarius debet capere bona fideicõmiſſi à manu certi,ac liquidi hæredis,obſer. 103,nu.1.limita,nu.2.3.et 4. & quæ probare debeat,nu.5. Poteſt petere immiſſionem,vel vigore *l. fin.C.de edicto Diui Hadr.toll.* vel Saluiani interdicti.nu.6.intellige de fideicõmiſſario vniuerſali,non autẽ particulari,n.7.

Fideicommiſſarius prætendens fideicommiſſum,poteſt agere, viuente poſſeſſore,vt declaretur,fideicommiſſum ad ipſum ſpectare poſt illius mortem.obſer.114.ſub n.12.

*Fideiuſſor*, qui ſimplicitèr, & inſolidum promittit ſolutionem, & exactionem annuorum introituum emptori,quando cenſeatur liberatus, facta retrouenditione in beneficium ceſſionarij iuris luendi, obſer.16.nu.7. 8.9. 10.11.12.13.& 14.

Fideiuſſor ſimplex, vel inſolidum obligatus conuentus ad ſoluendum creditori, poteſt petere ceſſionem,nedùm contra principalem,ſed etiam contra fideiuſſorẽ,& creditore recuſante, ſoluere non cogitur.obſer. 32.n.1.Repetere poteſt à principali id,quod occaſione fideiuſſionis ſoluit,abſquè ceſſione,cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe.nu.11.13.& 18.quia de iure habet mãdatum à principali, de ſoluendo, eòquè magis,ſi habuit mandatum de fideiubendo. n. 12.etiam ſi ſpontè ſoluit,nu. 13. & ità deciſum traditur in fideiuſſore, de iudicatum ſoluendo.nu.15.

Fideiuſſor pro recuperatione totius ſoluti,agere poteſt contra principalem debitorem, contra uerò confideiuſſores,pro rata tantũ, ſtante beneficio diuiſionis.nu.18.& 19.fallit, n.20.& 23.Non pro rata,ſed inſolidum conuenitur,ubi inſolidũ eſt obligatus,& ſemper de ſtylo obligatus intelligitur, etiam, quod non adſint in obligatione verba, *ut principalis principalitèr,& inſolidum*.nu.20.& 21. Tenetur inſolidum, quãdo beneficio *de duobus reis*,vel *Epiſtola D.Hadriani*,vel quando beneficio *diuiſionis* eſt renunciatũ. n.22.

*Filatorium* quando haberi poſſit in præiudicium vicini.obſer.95.nu.5.

*Filia*,quæ renunciauit hæreditatem paternam, poteſt ſuccedere in hæreditate fraterna.obſ. 2.ſub nu.19.

Filia,quæ cum iuramento,dote accepta, renũciauit,poteſt contra patris voluntatem ſuccedere,obſer.3.n.29.

Filia non poteſt ſuccedere, vbi mater renunciauit,pro ſe, & filijs, etiam,quòd venirent ex propria eorum perſona,cum promiſſione de non contrauenjendo, tàm ab ipſa,quàm ab eius hæredibus,obſer.4.ſub nu.32.eò magis,ſi mater pro obſeruantia renunciationis obligauit eius dotes,eius filios, & hæredes, et bona eorum omnia,nu.33. Et hæres matris renunciantis repellitur à ſucceſſione, vbi contrauenit renunciationi maternæ, quia de euictione tenetur,vti hæres matris, nu.34.

Filia dotata à patre de paragio, habet legitimam in bonis matris, etiam ſi ſit ingreſſa Monaſterium cum dote Ingreſſarum.obſer. 59.nu.

Digitized by Google

59.nu.22.intellige,vt ibi,& nu.23.

Filia naturalis,ſiue illegitima à patre dotata, an,& quando poſſit petere ſupplementum dotis ab illius hæredibus.obſ.99.n.2.3.& 4

*Filius* legitimatus per reſcriptum Principis, an faciat deficere fideicommiſſum. obſer.3. n. 7. legitimatus per reſcriptum Principis non excludit ſubſtitutum, vbi teſtator vſus eſt verbis *legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis*.n.10.Æquiparatur legitimato per ſubſequens matrimonium. n. 24.Legitimatus per reſcriptum Principis venit appellatione liberorum, in materia *Conſuet.Neap*.n.11.cõtrarium cum diſtinctione.n.12.& 13.ſed legitimatus per ſubſequens matrimonium venit, illorum appellatione.n.15.Legitimatus per reſcriptum Principis, ac reſtitutus natalibus,cum omnibus clauſulis derogatorijs, gaudet nobilitate paterna.n.19. & ſic deciſum, quoad honores Sedilium.ibid.& n.21.contra opinionem *Minadoi*,qui contrarias deciſiones refert. n.20. ideò cogitandum *Auctor* relinquit. n. 22. & an admittatur ad Collegium Doctorum Neapol.remiſſiuè.n.23.ſed prodeſt patri in immunitate duodecim liberorũ,& ità deciſum traditur, ibid.Legitimatus per reſcriptum Principis, excludit fœminas, quando in precibus eſt facta mentio legitimæ prolis, & ſuccedit in allodio, & in feudo,per patrem acquiſito.n.25.& 26. & continetur ſub ſtatuto excluſiuo fœminarum.n.27. excluditur tamen à bonis *Conſuet*.ſubiectis.n.28.vbi de ratione.

Filius non poteſt, in præiudicium creditorũ, tàm ex cauſa lucratiua, quàm oneroſa acceptare onus per patrem iniunctum ſuper legitima.obſer.8.n.5.nec etiam in præiudicium matris, cui poſt filij mortem debetur legitima in bonis illius,n.6, & ità indicatũ refertur,n.7.limita, vbi mater eſſet excluſa à legitima, quia matrimonium eſſet contractum,ſecũdum *Vſum Capuanæ, & Nidi*, & ità determinatum adducitur.

Filiusfamilias vtitur exceptione S.C. Macedoniani,à iure Ciuili introducta, in mutuo recepto,fallit, vbi pecunia verſa fuit in vtilitatem ipſius, tunc enim peccat, ſi eam proponit.obſer.8.n.44.

Filius repudians hæreditatem ex teſtamento, vel ab inteſtato, non poteſt retinere bona pro legitima.obſer.10.n.5.

Filius nominatus à patre in officio, alio vniuerſali hærede inſtituto, tenetur, dictum officiũ in legitimã imputare. obſ.26.n. 11.

Filius alienando bona cõtrà patris voluntatẽ, quando priuetur illis.obſer.34.n.12.13.14.

Filius ſecundogenitus, mortuo patre habet electionem,an velit vitam,& militiam, vel partem pretij in feudo nouo. obſ 59.n.25.

Filius ſororis carnalis præfertur fratri vterino in feudo nouo, & ità deciſum traditur. obſer.61.n.9.

Filius, non obſtante præſcriptione 30. annorũ, per quam excluditur à capite, *vndè liberi*, poteſt agnoſcere hæreditatem paternam,vel maternam ex capite, *vndè legitimi*, auditis tamen intereſſe habentibus.obſer.80.n.4.

Filij in conditione poſiti, an cenſeantur diſpoſitiuè vocati,eſt cõtrouerſa quæſtio,imò difficillima.obſer.1.n.3.& 4.vbi de ratione, ac ardua ab alijs nuncupatur. n. 5. ità vt Cæſarea deciſione opus eſſe, *alij* aſſerunt.n.6.negatiua opinio adducitur. n. 7. niſi tamen ex coniecturis contrarium appareat. n.8.In cõditione poſiti,cenſentur vocati,ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionis. n. 9. Itèm ſi pluriès fuerint in conditione poſiti.n.10.ac etiam ſi ſit prohibita falcidia,ac trebellianica.n.11.

Filij habent duplex bonorum ſubſidium, & ſic duplicem legitimam in bonis maternis, vnã ſcilicèt de iure communi in bonis *Conſuet.* non ſubiectis,obſer.12.n. 12. & ità deciſum, n.15. alteram de iure conſuetudinario ſuper bonis *Conſuet.* ſubiectis.d.n.12. Sed contrarium,n.13. & habent portionem dotis, de qua mulier diſponere non poteſt, vigore ſtatuti,non vti hæredes,ſed de iure ſtatuti.n.14.

Filij, an ſuccedant vti filij, vel vti patris hæredes in donatione contemplatione matrimonij.obſer.40.n.7.8.9.10.11.& 12.& deciſio adducitur.n.13.

Filij ſuccedunt vti filij, non autèm vti hæredes in dote,ſecũdum *Conſuet.Barenſ.*obſ.53.n.4.

Filij ſuccedunt in antefato vti filij, non autem vti patris hæredes, contracto matrimonio ſecundùm vſum Procerum, & Magnatum, obſ.98.n.3.& ſeqq. Vbi etiã impugnatur deciſio S.R. C. lata in cauſa Comitis Motellæ.

Filij Rebellis, an ſuccedant in antephato poſt mortem matris, an verò Regius Fiſcus, vbi matrimonium eſt contractum more Magnatum. n.5.6.& 7. & quid ſi ſint nati antè rebellionem,per patrem commiſſam.n.8.

Filij in conditione poſiti in teſtamento, vocati cenſentur ex coniecturis, non tamen grauati.obſer. 110.n.1.ſecùs in contractu,abſq; coniecturis,n.2.& 3.

*Fiſcus*,inuentarium facere non cogitur, quia vltrà vires non tenetur.obſer.15.n.3.

Fiſcus,ex ſpeciali priuilegio poteſt totam rem communem alienare, & ſocio partem pretij ſoluere.obſer.28.n.28.an tamen procedat in locatione,n.29.& 30.

Fiſcus,an præferatur creditori delinquentis pro expenſis erogatis in illius captura, & incorporatione bonorum confiſcatorum. obſer. 47.n.11.

Fiſcus eſt cautus de pœna per executionem factam in bonis debitoris, & ſic iudicatum adducitur.obſer.71.n.6.



Digitized by Google

*Fœmina* in conceſſione emphyteuſis facta pro ſe,& filijs,comprehenditur. obſer.70.n.2. intellige,vt n.4. Quando in cōceſſione emphyteuſis continetur, non ſuccedit in ea cum maſculis in Regno,ob ſtatutum, *quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant*, ſed illis mortuis admittitur.n.5.

Fœmina,deficiētibus maſculis quando admittatur ad maioratum.obſer.103.n.1.3.& 4.& quando excludat cognatum de aliena familia.n.2.

Fœminæ de iure communi veniunt appellatione filiorum. obſer.3. n. 1. & tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus,etiam lucratiuis.n.2. Contrarium de iure Regni per *Conſtit.In Aliquibus*, vbi extātibus maſculis fœminæ excluduntur.n.3.

*Foriudicatus*, quando eſt carceratus,non appellat,nec ſupplicat, ſed tantùm dicere poteſt de nullitate ſententiæ foriudicationis, obſer.74.n.1.Sed antequàm publicetur ſententia poteſt appellare.n. 3. Si comparet poſt publicationem ſententiæ foriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali ſedente,auditur.n.4.quid in caſu propoſito.n.5.

*Franchis deciſ.67*.declaratur.obſer.4.n.17.

*D.Franciſci Sauij* Reg. Conſiliar. Votum in cauſa deciſ.26. adducitur. obſer. 26.n.3.per tot.n.11.

*Frater* in defectum matris,ſororem dotare cogitur.obſer.38. n.11. quid in ſorore vterina. n.12.& quid, ſi habet alia bona, vel legitimam, non tamen ſufficientem.n.13. Pater, & omnis alius, qui dotare tenetur, ſi ſoluto matrimonio mulier dotem recuperare non potuit, iterùm eam dotare coguntur.n.14. & quando.n. 15.& 17. & quid, ſi dotantis conditio ſit facta deterior. n.16. Dotando ſimpliciter ſororem, quando præſumatur, donaſſe.n.19.& quid de iure Regni,& Almæ Vrbis.n.20. Clericus tenetur ſororem de bonis Eccleſiæ ſororem dotare.n.18.

Frater ex vtroque latere,quando excludat fratrem ex vno latere,attenta *Conſuet. Neap.* obſer.61.n.4.

Frater,vel pater an, & quando teneatur iterùm dotare ſororem,vel filiam. obſer. 109.n.13.

Fratres, & ſorores ex vtroquè latere ſuccedunt cum parentibus in bonis alterius fratris,ab inteſtato defuncti, de iure communi. obſer. 61.n.2. & & ex vno tātùm latere ſuccedunt, attenta *Conſuet.Neap*.n.3.

*Fraus* in Fiſci præiudicium non committitur, ſi quis non acquirat. obſer.8.nu.11. Ceſſat in caſu *l. liberto, ff. de bon. libert.* & adeſt in caſu *l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat.1.* nu.23.

Fraus,ſiuè ſimulatio ex quibus arguatur.obſ. 46.nu.3.& 4.

*Fructus* bonorum antiquorum maturati in vita hæredis,quamuis non exacti, ad illum pertinent.obſer.62.nu.1. & 5. Sed exiguntur à proprietario, qui pro rata diuidet. nu.6.Ciuiles pro exactis habentur, ſtatim ac ceſſit ſolutionis dies. ſub nu. 3. Ciuiles diuiduntur inter emptorem, & venditorē pro rata temporis.nu.8.maximè in venditione facta ex cauſa retractus, vigore pacti de retrouendendo.nu. 9. etiam ſi ſint anticipatè exacti à venditore.nu. 10. & ità deciſum adducitur.nu.7.

Fructus per viduam percepti ex bonis viri loco pignoris retentis,compenſantur cum ſorte principali dotis,obſer.97.n.1.

*Functiones* Fiſcales particulari titulo quæſitæ non veniunt in venditione Caſtri, cum omnibus introitibus feudalibus,& allodialibus.obſ.37.n.1.Contrarium deciſum adducitur in legato facto cum dictione vniuerſali,nu.2.& 3.intellige,vt nu.5.

*Furnus*,an conſtrui poſſit, iuxtà communem parietem diuiſorium.obſer.95.nu.1.& negatiuè probatur.n.2.3.4.5.6.7.8.& 9.Contrarium.nu.10.Sed ſecundùm primam negatiuam opinionem deciſum adducitur. nu.11. Venit in conceſſione Caſtri, cum pertinentijs ſuis, & ex forma priuilegiorū, ac de conſuetudine ſpectat ad Baronem, ac in ædificatione Ciuitatis, antè omnia conſtrui debet.nu.12.

G

*Gabriel.* fugienti oculò legit *Gozadin. conſ.80*.obſer.5.n.24. *Commun.concluſ. lib.5.tit. de vſufruct. concluſ.2. n.10.* declaratur.n.32.

*Geſta* per procuratorem cum ſpeciali mandato,habentur,ac ſi geſta ſint à Principali, obſer.15.n.16.

*Grandi di Spagna*, ſiuè Magnates duplicitèr à Rege creantur,& incedunt,capite cooperto.obſer.35.n.18. & quæ conſiderari ſoleat in illorum creatione.n.19.vide ver.Magnates.ver.Proceres.

*Gratia* medietatis pœnæ fit cum clauſula, *dummodò non ſit exacta,nec executa*, imò, *dummodò reliquam ſoluat infra menſem*. obſer. 72.n.1.& 2. & integra debetur, ſi debitor reperiatur carceratus.n.3.Facta carcerato, nō facta mentione de carcere, eſt ſubreptitia,ſic etiam de pœna, vbi non fuit facta mentio,quòd illa ſoluta fuit.n.4.

*Grauamen*, ſiuè ſubſtitutio per patrem facta filio inſtituto, comprehendit etiam legitimam,ſi teſtamentum ſit expreſsè approbatū quoad grauamen,vel ſubſtitutionē.obſ. 34.n.15. & ità determinatū traditur.n.16.

H

*Hæreditas* paterna,vel materna differt ab hæreditate fraterna,obſer.2.n.19.

Hæreditas ſpectat ad matrem ab inteſtato, vbi teſtamentum à filio ordinatum non fuit,nec ſtipulatum,nec ſubſcriptum,morte



Digitized by Google

te præuento.obſer.7.n.1. ſic etiam, vbi teſtamentum fuit oretènus cōditum, & probatum tantummodò per teſtes ſingulares, n.2.ſed quid in teſtamento,in ſcriptis condito,non tamen ſtipulato, & teſtator expirauit,dùm Notarius incœpit illud ſtipulari,n.3. debetur tamen ex teſtamento nuncupatiuo ſcripto,& ſi non ſtipulato,filiæ in eo inſtitutæ;mortua matre teſtatrice repētè,tempore, quo Notarius, illud ſtipulari cœpiſſet,& ità deciſum refertur,n.4.

Hæreditas non adita, regularitèr non tranſmittitur.obſer.84.n.1.intellige in ſucceſſione tranſuerſalium.n. 2. ſecus in hæreditate aſcendentium. n.3. & ex quibus cauſis. n.4. & quando facto tertij quis fuit impeditus. ſub n.5, quando tranſmittatur ex capite iuris deliberandi. n.5.Eius aditio ſolo animo acquiritur,& per actus poſitiuos, quādo agitur de hæredibus extraneis. n. 6. & ex quibus probetur.n. 8.

Hæreditas non adita ob mortem filij in infantili ætate, ad quos tranſmittatur. obſeru, 117. n. 1.

Hæreditatis Portio. vide Portio hæreditatis.

*Hæres* grauatus reſtituere quicquid ſupererit,ad quæ teneatur. obſer.6. n.1.2. Grauatus, ſi ſit creditor, tempore reſtitutionis poteſt ſuum creditum retinere, quàmuis aliàs regularitèr per aditionem hæreditatis confundantur actiones, & non tenetur reſtituere rem,quam habuit ex cauſa ſeparata à teſtamento, n.3.& 4.

Hæres debitoris poteſt in præiudicium creditorum illius non acquirere hæreditatem, & ſimilia. obſer. 8.n. 18. Liberti non poteſt repudiare,quia nullum ſentit commodum, n.24.Contrarium,n.25.& ſeqq.

Hæres, abſquè beneficio inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti. obſer.15.n. 11.Illius,qui bonis ceſſit, ad confectionem inuentarij non compellitur.n.9.

Hæres vniuerſalis ſuccedit in officio, ſi non fuit facta nominatio.obſer.26.n.8.

Hæres tenetur habere ratum factum defuncti. obſer.41.n.4.& quando non dicatur impugnare renunciationem matris. num.5. 6.7. & 8. Tenetur recognoſcere ſcripturam defuncti, ſic etiam dominus ſcripturam ſui Inſtitoris,& vxor ſcripturam mariti.obſer. 55.ſub n.2.

Hæres, pendente confectione inuentarij moleſtari non poteſt à creditoribus,& legatarijs,ſic etiam intrà nouem dies luctus.obſer. 96. n. 14.Qui ſe obligauit proprio, & principali nomine, abſquè expreſſa renunciatione beneficij inuentarij, an teneatur vltrà vires hæreditarias de proprio. obſer. 115. n. 3.& quid ſi expreſsè renunciauerit beneficio inuentarij.n.4.

Hæres donatarij non conſequitur donationē factam donatario, & eius hæredibus, ſi ille donatarius non fuit conſequutus,quia præmortuus eſt.obſer.118.n.12.

Hæredes patris tenentur filiam dotare. obſer.38.n.2.

Hæredes Domini directi non poſſunt petere deuolutionem contrà emphyteutam. obſer.120.n.6.

Hęredum bona ſpecialitèr obligari poſſunt. obſer.4.n.23.

*Hiſpani*, vt plurimùm primogenituram conſtituunt. obſer. 28.n.12. & ità omnes facere debent.n.13.

*Humanitas* Principis quid operetur, obſeru. 119.n.15.

*Hypotheca* non datur pro legitima, ſallit, ſi fuerit legata in quantitate. obſer.10.n.4.

Hypotheca contracta per emptorem ſupèr re empta, cum pacto de retrouendendo, quando extinguatur. obſer. 16.n. 10.& 14. Contracta per donatarium ſupèr re ſibi donata, reſoluitur, reſoluta donatione ex conditione ibi appoſita. obſer. 23.n.20.27. 30.& 31.de ratione.n.28.Sequitur rem,ſub n. 30. & quando retrotrahatur ad tempus contractus.ſub n.31.Conſtituta per hęredē grauatum,eueniente caſu reſtitutionis, reſoluitur, & ſubſtinetur ſolummodò ſupèr legitima ei debita, vel ſupèr creditis, quæ habet ſupèr dictis bonis,reſtitutioni ſubiectis.n.33.

Hypotheca pro dotis reſtitutione,an contracta intelligatur à die capitulorum matrimonialium,an verò à die contracti matrimonij per verba de præſenti. obſer.36.n.7. 8.9.& 10.vbi deciſiones referuntur.

Hypothecaria actio. Vide ver. Actio hypothecaria.

I

*IActatio* eſt probanda in remedio *l.diffamari,C.de ingen. & manumiſſ.* obſer. 89. ſub num.2.

*Illiquidum* non dicitur,vbi de breui eſt liquidandum.obſer.25.n.13.

*Immiſſio* vigore *l. fin. C. de edict. D.Hadr.toll.* coràm quo Iudice ſit petenda. obſer. 14.n. 1.& conceditur filio legitimato. n.19. An concedatur Adminiſtratoribus hæreditatis. n. 22. & 23. & an Exequutoribus teſtamenti.n.24.

*Impenſa* funeraria doti præfertur. obſer.47.n. 5.ac etiam legitimæ.ſub n.6.

*Incontinenti* quæ fiunt,ineſſe cenſentur, & incontinenti, quando fieri dicatur.obſer.29. n.7.8.9.& 10.

*Indulgentia*, ſiuè impunitas, ſolet à Regio Collaterali Conſilio concedi vni, vel duobus ex conſocijs criminis, dummodò ponant in verum delictum. obſer,71.n.4, non tamen concedi poteſt à Barone.n.5.



Digitized by Google

*Indultus* non ſuffragatur, abſquè partis remiſſione, inquiſito, & accuſato, poſt illius promulgationem, de delictis tamen anteà commiſſis. obſer. 71. n. 1. Contrarium, quādo non fuit quærelatus, n. 2. neq; pro pœnis, vbi pro eis eſt facta exequutio. n. 6. 7. & 8.

*Inimicus* reconciliatus Iudex eſſe non poteſt, & ità deciſum adducitur. obſer. 81. n. 19.

*Inquiſitus* de pluribus delictis, gaudet indultu pro delictis, de quibus habet partis remiſſionem, & de reliquis condemnatur, vt iuris. obſer. 71. nu. 3.

*Inſtantia* non perimit in Conſiſtorio Principis, & in S.R.C. obſer. 68. nu. 1. contrarium. nu. 2. & 3. & in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus eſt perpetua. d. num. 2. Perpetuatur per monitionem ad dicendum, & quāto tempore. nu. 4.

*Inſtitutio* hæredis inducitur, quando teſtator relinquit eius vxorem dominam, & patronam ſuper omnibus eius bonis, nullo alio inſtituto hærede, ſecùs ſi alius inſtituatur hæres, tunc enim legatum prædictum reſoluitur in alimenta, cum ſolita præheminentia in domo. obſer. 5. nu. 21.

Inſtitutio hæreditatis alienæ non valet. obſer. 40. n. 4. & ità deciſum traditur. nu. 5.

*Inſtrumentum* recognitionis factæ per emphyteutam directo domino, non adducto inſtrumento emphyteuſis, plenè probat cōtrà poſſeſſorem. obſer. 70. n. 10.

Inſtrumentum non poteſt liquidari contrà hæredem, qui hæreditario nomine ſe obligauit. obſeru. 115. n. 1. quid ſi ſit obligatus, proprio, & principali nomine. n. 2. In quo deficit pactum reſciſſoriū, an liquidari poſſit. n. 7. & n. 8. per 15.

Inſtrumenta, libri, & ſcripturæ hæreditatis diuiſæ, penès quē hæredum ſunt cuſtodienda. obſ. 28. n. 20. diſtingue. n. 21. 22. 23. 24. & 25.

*Inſufflatio* ſpiritus vitæ requiritur, perempta instantia per triennium in ciuilibus, & conceditur abſquè vlla diſcuſſione. obſer. 68. n. 5. Quot vicibus poſſit concedi. n. 6. Non intelligitur conceſſa, ſi in ſupplicatione porrecta D. Præſidi S.C. fiat decretatio. *Commiſſarius cauſæ partes audiat, & iuſtitiam faciat.* n. 7.

*Inſultans* cum armis prohibitis, non ſequuto vulnere, qua pœna puniatur. obſ. 78. n. 3.

*Intereſſe* tertiarum non debetur, reſciſſo contractu, vbi de ratione. obſer. 30. n. 35.

Intereſſe partis pretij debetur filio ſecundogenito à die mortis patris, & ità determinatum affertur. obſer. 59. n. 28.

Intereſſe dotis debetur viduæ, quæ recepit dotem, abſquè proteſtatione intereſſe illius, & ità deciſum adducitur. obſer. 97. n. 6.

Intereſſe rei iudicatæ ad quam rationem liquidetur in S.R.C. diuerſimodè deciſum adducitur. obſer. 100. n. 3. 4. 7. & 8. Expenſarum litis non debetur, ſequuta euictione, & ità deciſum adducitur. obſer. 104. n. 12.

Intereſſe cambiorum, deficientibus requiſitis non debetur, & certum, ac determinatum ab initio taxari non poteſt. obſer. 106. nu. 1. nec aliàs in caſu non ſolutionis capitalis. nu. 2. intellige, vt nu. 3. & 4. Cambiorum, vt iuſtè peti poſſit, non ſufficit ſola aſſertio creditoris, ſed aliundè probari debet. d. nu. 2. Ratione damni emergentis debetur Mercatori ad rationem duc. 8. pro centenario. n. 3. Sed ad rationem duc. 10. pro centenario deciſum traditur. nu. 4. Quantiplurimi debetur poſt lapſum primi anni. n. 5. de ratione. n. 6. etiam contrà hæredes. nu. 7. & ità iudicatum ad rationem duc. 8. pro centenario refertur. n. 8. Alterius intereſſe debiti ratione damni emergentis debetur. n. 9. Alterius intereſſe, regularitèr non debetur. ibid. limita nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. Alterius intereſſe in ſocietate debetur. num. 10. Sic etiam, vbi alius ſoluit capitale, & tertias de proprio. n. 11. Item pro tertijs annuorum introituum. n. 12. & etiam in cambijs. nu. 13. ad rationem decem pro centenario. n. 14. Interuſſurij debiti pro capitale ad tempus ſolui promiſſo, an debeatur. n. 15. & 16. Vide ver. Tertiæ.

*Inuentarium* factum per procuratorem, cum ſpeciali mandato, an valeat. obſer. 15. nu. 10. & 13. per tot. nu. 23. & deciſum adducitur. n. 26. Non eſſe factum, vel factum, ſed nullitèr, paria ſunt, illudquè per hæredem, non autèm per procuratorem fieri debet, num. 12. & 13. Contrarium, num. 14. 15. 17. & 19. maximè, ſi hæres eſt abſens; num. 18. vel vbi mulier eſt Titulo decorata, n. 20. & 21.

Inuentarium exhibere debet hæres realitèr apud acta, & nō ſufficit indicare Notarium, qui illud confecit. obſer. 96. nu. 7. & ità deciſum adducitur. n. 8.

*D. Ioſeph Magaldus* laudatur, & eius mors enunciatur. obſer. 97. n. 12.

*Iudex* competens in iudicio petitionis hæreditatis, eſt illius loci, vbi maior pars bonorum adeſt. obſer. 14. ſub n. 1.

Iudex ſucceſſor poteſt declarare decretum ambiguum prædeceſſoris, ex his tamen, quæ in actis continentur. obſer. 66. n. 15.

Iudex competens quinàm ſit in concedendis Conſeruatorijs, vigore *Capitulorum Regni*. obſer. 69. n. 5.

Iudex ex cauſa poteſt abbreuiare terminum hæredi ad adeundum, ac etiam vicino retrahere volenti, iure congrui, vel agnato, iure prælationis. obſer. 80. n. 5.

Iudex ſuſpectus recuſatus ex cauſa affinitatis, an, & quādo, ceſſāte affinitate ob matrimoniū diſſolutū cū filijs, vel ſine, poſſit interuenire poſt effectum conſummatum. obſ. 81. ſub nu. 6. & n. 8. 9. 10. 11. & 12. Recuſatus ſuſpectus

Digitized by Google

ſpectus, ceſſante cauſa interuenire non poteſt, & ità deciſum traditur.nu. 13. etiam ſi propter inconfidentiam, non tamen formitèr cum legitima cauſa recuſatus fuerit, nec pariter in alia cauſa.n.14. Qui ſe conſanguineum exiſtimat, & ſi verè non ſit, ſuſpectus redditur.n.15. Non poteſt ab Vniuerſitate ſuſpectus allegari.n.17.

Iudex, cuius cauſæ eſt Iudex ille, qui fuit ſuſpectus allegatus, an, & quando poſſit interuenire in determinanda dicta ſuſpitione.obſer. 85.n.1.2.&3. Poteſt prohiberi per Principe, nè interueniat in cauſa, vbi cauſa ſuſpitionis non poteſt, abſquè ſcandalo probari.n.4. hoc enim caſu formitèr allegari debet ſuſpectus.n.5. Suſpectus in iudicando, non eſt ſuſpectus in delegando.obſer.87.n.1. limita.nu. 4.5.6.7.8.& 9. intellige, vt nu. 10. Delegatus ſuſpectus in iudicando, eſt etiam ſuſpectus in delegando. num. 9. Ex quauis cauſa ſuſpectus, non poteſt delegare, ſiuè cauſam committere, vel ordinare verbum faciendum. num. 10.

Iudex ſecularis cognoſcit de ſubreptione abſolutionis, ſiuè habilitationis iuramēti obtētæ, ad finem agendi in iudicio. obſer. 105.n. 9.& ità deciſum adducitur.n.10.

Iudices non debent eſſe procliues ad admittendam repudiationem, in damnum creditorum, nàm debitor etſi poſſit repudiare in præiudicium creditorum in foro exteriori, non tamen permittitur in foro conſcientiæ. obſer.8.n.37. Contrarium.n.39. Sed prima opinio comprobatur.n.40.

Iudices in concedenda variatione, debent inueſtigare, nè illa fiat in fraudem Fiſci.obſer. 54.n.10.

*Iudicium* petitionis hæreditatis, vbi fieri debeat.obſeru.14.num.3. & num.12.& 13. Ibi fieri debet, vbi actor, bona adeſſe proponit, n.6.

Iudicium diffamationis poteſt fieri cum procuratore.obſer.89.n.4.

*Iuriſdictio* ſequeſtrari nequit ad inſtantiam creditoris, abſquè aſſenſu. obſer.43. n.7. Sed contrarium deciſum affertur.n.9.& 10.

*Ius* irreuocabilitèr ex pacto acquiritur. obſer. 34.n.6. Succedendi ex pacto eſt in patrimonio dotantis.ibid.

Ius adeundi hæreditatem extranei, triginta annis præſcribitur.obſer.80.n.1.

Ius congrui in hoc Regno competit vicino cōtrà emptorem rei ſtabilis.obſer.46.n.1.

Ius immiſcendi an præſcribatur.obſeru.80.n.3. & ſeq.

Ius liquidandi via *Ritus* 167. *M. C. V.* præſcribitur ſpatio 20. annorum, à die, quo ceſſit ſolutionis dies. obſer.58.nu.14. intellige, vt nu.18.

Ius offerendi, an, & quando detur creditori poſteriori contrà vxorem, petentem aſſecurationem in bonis viri. obſer. 42.n.3.4.5. & 7. vbi deciſio adducitur.

Ius paſcendi conceſſum cum animalibus ſuis, non comprehendit animalia, habita ad ſocidam.obſer.66.n.5.& ſeqq. non tamen animalia empta, cauſa mercimonij, ſiuè lucri.n. 10.11.& 12. Sed contrarium.n.13. & ità deciſum traditur.n.14.& 16.

Ius prohibendi Baronis, quando comprehendat molendina, & furnos Eccleſiæ. obſer.45. n.24.& 25.

L

*Læſio* dicitur magna, ſi redditus ſit annuorum ſcutorum 150. & penſio, ſiuè cenſus ſit annuorum ſcutorum 36. obſeru. 19. num.33.

Læſio qualibet ſufficit, vbi minor à tutore læditur.obſer.27.ſub n.22.

*Laicus* ſcribens apocam Banci, ſi citatus ſuper recognitione, dicat ſe clericum, inſtando pro remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum, an debeat priùs recognoſcere eius ſubſcriptionem.obſer.73.n.5.6.& per 11.

*Laudemium* debetur domino directo ob alienationem rei emphyteuticæ, non tamen debetur, ſi res emphyteutica ſit data in dotem, tàm æſtimata, quàm non æſtimata.obſer.120.n.25. & 34. & ità deciſum traditur. num.35.

*Laudum* latum contrà ſententiam, eſt ipſo iure nullum.obſer.33.n.23. de ratione.n.ſeq.

*Lectus* vidualis. Vide ver. veſtes lugubres, & ver. Vidua.

*Legatum* factum vxori in teſtamento inter liberos, debetur.obſer.7.nu.15. Contrarium. n.17. & 21. Sed prima opinio eſt verior. nu. 18. & 22. Factum vxori in teſtamento imperfecto, ratione ſolemnitatis, non debetur, n.21. Sed contrarium, n.22. Factum perſonæ valdè dilectæ, quamuis extraneę in teſtamento imperfecto, ratione ſolemnitatis valet.n.24.& 26.& ità deciſum, nu.27.& 28. & factum in teſtamento inter liberos coniunctæ perſonæ, ſuſtinetur.n.25.

Legatum relictum per teſtatorem ignorantem mortem legatarij, pro non ſcripto habetur. obſeru.9.num.7. etiam; data ſcientia teſtatoris.num.8.& ità deciſum adducitur per S.C. nu.9. Aureorum indiſtinctè factum, intelligitur de exiguis, niſi alitèr ex conſuetudine, vel de mente teſtatoris conſtet. obſeru. 11. num.1. limita in viro potente, & in vxore dotem repetente, n.3.& in cauſa pia, num.5. Equi morelli, ſi in hæreditate reperiatur tantùm albus, valet legatum, & albus debetur, nu.6.

Legatum pium integrè ſoluitur, & alijs præfertur, vbi bona non ſufficiunt. obſer.17.n.3. Sic etiam, vbi fuit factum pro obtinenda peccatorum remiſſione, vel pro celebratione Miſſarum pro anima teſtatoris, nu.4. Di-



Digitized by Google

citur pium, ſi fiat conſanguineo, vel amico pauperi pro eius anima, ſecùs ſi fiat diuiti, etiam quòd ſit conſanguineus. n. 5. Factum Confeſſario, nedùm exiſtimatur pium, ſed etiam anteponitur alijs legatis, ac creditoribus chirographarijs. nu. 6. non tamen diminuitur, vbi eſt ſpeciei, nu. 7. Factum pauperibus in genere, intelligitur de illis, qui ſunt de patria teſtatoris, nu. 18. & dicitur pium, ſi ſit factum pro amore Dei vel anima teſtatoris, n. 19.

Legatum mulieri relictum, ſub conditione, non nubendi, non amittitur, ſi ſponſalia tantùm illa contraxerit. obſer. 22. n. 6.

Legatum domus, comprehendit etiam domũ paruam, contiguam domui magnæ. obſeru. 37. n. 13. & ità deciſum adducitur ex coniecturis adductis. n. 14. 15. 16. 17. & 18.

Legatum rei alienæ valet, ſaltèm quòad æſtimationem. obſer. 40. n. 2.

Legatum factum per prodigum, antè tamen prohibitam adminiſtrationem valet, & ità deciſum adducitur. obſer. 45. n. 13.

Legatum diuerſarum quantitatum in duobus orationibus factum, vtrumquè debetur. obſer. 51. nu. 1. quid ſi legata ſint facta in diuerſis ſcripturis. nu. 2. affirmatiuè deciſum adducitur. nu. 3. & 4. & quando cenſeatur factum animo compenſandi cum alio legato, vel debito voluntario. n. 5. 6. & 8.

Legatum habitandi, quando cenſeatur factum fauore legatarij, & importet neceſſitatem, obſeru. 52. nu. 3. et 4. Et ſi fuerit mixtum, interpretatur fauore legatarij. nu. 6.

Legatum factum minori, perſoluendum, quando peruenerit ad perfectam ætatem, quo tempore debetur, tàm de iure communi, quàm Regni Neap. obſer. 75. nu. 3. 4. et 6. Vide ver. Minor.

Legatum mobilium per virum vxori factum, compenſatur cum veſtibus lugubribus, et lecto viduali, debitis ex conſuetudine. obſeru. 94. n. 6. Contrarium. n. 7. Sed prima opinio comprobatur. nu. 8. et 9. Vide ver. veſtes lugubres. Ver. Vidua.

Legatum alimentorum per virum vxori factum, an compenſetur cum intereſſe dotis, et antephati. obſeru. 97. num. 7. 8. 9. et 10. vbi deciſio traditur. Factum per Militem S. Iacobi de Spata Concubinæ, non valet. obſer. 99. num. 6. et ſub num. 8. Contrarium, num. 9. intellige, vt num. 10. et 11. Factum alicui, vt Monachus fiat, non debetur, ſi matrimonium carnale contrahat. n. 10.

Legatum, quando ad hæredes tranſmittatur, et ſit conditionale, vel purum. obſeru. 107. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et 10. Quando eſt conditionale, licèt regulariter non tranſmittatur ad hæredes, tamen fallit ex coniectura mente teſtatoris. n. 2. & 3. vbi deciſio adducitur, ac n. 4. per 10. Pro dote non eſt conditionale, & mortua legataria in nubili ætate, debetur eius hæredibus. n. 7. Soluendum in termino benè viſo ab hærede, non eſt conditionale, & ad hæredes tranſmittitur. n. 8. Cauſa Studij relictum, quando, & quibus debeatur. n. 11. & 12.

Legatum quando debeatur legatario, ſi fuerit factum, ſi Religionem ingrediatur. obſer. 118. nu. 14.

Legato vino. Vide ver. vino legato.

Legata dicuntur eſſe in bonis legatarij, à die mortis teſtatoris. obſer. 8. num. 31. & licèt per repudiationem fingatur, nunquàm fuiſſe legatarij. nu. 32. tamen non procedit in præiudicium tertij, & ſic patroni, cui eſt ius quæſitum, n. 33.

Legata ſunt diminuenda pro rata, quando hæreditas non eſt ſufficiens pro omnibus legatis. obſer. 12. n. 1. quod procedit, etiam ſi legata ſint pia. n. 2. Contrarium. nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

*Legatarius* medietatis prædij, non poteſt cogi ad accipiendum partem prædij pro diuiſo. obſer. 28. n. 27.

Legatarij, & creditores, quomodò, & quando citari debeant in confectione inuentarij. obſer. 96. nu. 9. & quid, quando ſunt abſentes. nu. 10. 11. & 12.

*Legitima* non debetur filijs in decima parte, de qua mulier diſponere poteſt. obſeru. 13. num. 11.

Legitima nullum recipit onus, obſeru. 110. num. 4. limita, vbi expreſſè filius acceptat teſtamentum, cum onere ſupèr illa. num. 5. ac quando filius fuit inſtitutus vniuerſalis hæres, cum expreſſa conditione, quòd fideicommiſſum in teſtamento ordinatum locum habeat in tota teſtatoris hæreditate. ibid. Matris quando ſit tertia totius, vel tertia tertiæ. num. 6. Filij ob patris foriudicationem quanta ſit. nu. 7. & debetur cum fructibus n. 8.

*Legitimatio* eſt de Regalibus, & ſolet Proregi communicari. obſer. 3. n. 16.

Legitimationis priuilegia expediũtur à Prorege, vno Regente, ac à Præſide S. C. nu. 17. Præſes S. C. non poteſt interponere decretum, dare formam, vel apponere clauſulas in legitimatione, nàm ſpectat ad Principem. nu. 18.

*Lex* poſitiua non attenditur in foro conſcientiæ. obſer. 8. ſub nu. 42.

Lex nulla reperitur, quæ dicat, penſionem ſoluendam per emphyteutam debere eſſe modicam. obſer. 18. nu. 11.

Lex generalis per ſpecialem abrogatur, idemquè procedit in ſtatutis, in contractibus, in pactis, & ſtipulationibus prætorijs. obſer. 50. num. 9. Sicut comprobatur per vſum, ità per non vſum, & non obſeruantiam tollitur. nu. 14.

Le-

Digitized by Google

Leges tunc inſtituuntur, cùm promulgantur, & tunc confirmantur, cùm moribus viuentium approbantur. ſub n.13. limita.n.15.& 16. Quamplures ſunt in corpore iuris ſcriptæ, ſed non vſu receptæ, ideòque non ſeruantur.nu.17. & enumerantur.nu.18.19.& 20. Vſu receptæ, quæ in detrimentum abierunt per decennium, non habent poſteà vires.n.26.de ratione.n.ſeq.

*Liberatio* per Iudicem nunquàm fit in cauſam tertiarum, non liquidatarum.obſeru. 21.nu.12.

*Libri*, Inſtrumenta, & Scripturæ hæreditatis diuiſæ, penès quem hæredum ſunt cuſtodienda.obſer.28.n.20.diſtingue. nu.21.22. 23.24.& 25.

*Licitationes* ſolent eſſe animoſæ. obſeru. 42. nu.6.& 9.

*Ligna*, vel palea quando teneri poſſunt in propria domo.obſer.95.n.6.

*Liquidatio* ſine calculo fieri nequit, & ſic, vel in quantitate in calculo contenta, vel in minori quantitate. obſer. 21. ſub n. 11. & etiam in nihilo,n.13.

Liquidatio dicitur fieri incontinenti, ſi inter duos menſes expediri poterit, vel ſaltim arbitrio Iudicis id remittitur. obſeru. 25. ſub n.13.

Liquidatio inſtrumenti via *Ritus M.C.V.* impeditur, ſi Curia pro Tribunali ſedente debitor præſentet copiam proceſſus compilari ſuper nullitate illius.obſer.58.n.6.& ità deciſum traditur.n.7.

*Liquidum* quando dicatur. obſer.21.n.6.7.8. 10.11.12.14.15.16.17.& 19.

*Litera* miſſiuæ verificantur per teſtes deponentes, habere notam manum, ſic etiam literæ cambij, vbi negatur acceptatio. obſer. 55.num.16.

Literæ miſſiuæ ſufficiunt, loco mandati ſpecialis ad deponendum pro principale. obſer.86.n.9.contrarium.n.13.

*Litigare* coràm Iudice ſuſpecto, periculoſum, ac durum eſt.obſer.81.n.1.

*Locatio* differt à promiſſione locandi. obſer. 3.num.35.

Locatio, vel conductio potiùs præſumitur, quàm emphyteuſis, vbi penſio eſt æquiualens fructibus.obſer.18.n.4.

Locatio Caſtri feudalis facta ſine Regio aſſenſu, reuocari poteſt, vigore *Conſtit*.incipiēt. *Conſtit.Diu.memor.*obſer.23.n.8.& ità practicatum, ac deciſum adducitur.n.9.

*Locator* non poteſt refricare quæſtionem dominij.obſer.26.n.6.

Locator non tenetur ad damna, & intereſſe conductori, quando ignorabat ab alio prohiberi poſſe, ſecus ſi ſciebat. obſer.39.n.9. Non tenetur denunciare inquilino, ſeu cōductori domus, an velit continuare locationem.n.13.

*Locatus*, vel Fidatus Regiæ Dohanæ menæ pecudum Apuleæ haber fori electionem contrà Neapolitanos.obſer.54.n.13.& ità deciſum adducitur.n.14.

M

*Magiſtri* actorum S.C.ſiuè Actuarij, Scribæ à mādatis, ac Cancellarij Reg.Cancellar. cum cauſa, abſque tamen depoſito ſuſpecti recuſantur, & retinent cauſas, ac emolumenta, licèt per alium actitentur, obſer.81.n.18.S.R.C. citari poſſunt in loco officij, & ſic in Banca eiuſdem S.R.C & ità deciſum traditur. obſer.82.n.5. Sed intellige, vt ibi.

*M.C.V.* vel S.R.C.deputat Officialem, quando Baro eſt ſuſpectus.obſer.90.ſub n.1.contrarium ſub n.2.intellige, vt n.3.vide ver.Baro ſuſpectus.

*Magnatum* mentio in iure ciuili non fit; ſed tantùm ſemel in iure Canonico. obſer.35. n.9. Magnates qui dicantur, ibid. & nu.10. 11.& 12.

Magnatis vocabulum antiquis Scriptoribus non erat cognitum.n.10.

Magnates in Lombardia, Capitanei dicuntur. n.11. in Regno verò Neapolitano quinam ſint.78.n.13. In Hiſpania quomodò vocentur. n. 14. & 17. Eorum nomen eſt maximè, ac ſupremi honoris apud Hiſpanos.n.15. debent ab omnibus honorari, & eis olim ſiſtebat currus. n.20.hodiè verò ſecus.n. ſeq. in fin.vide verb. Proceres. ver. Barones ver. Grandi di Spagna.

*Maior* licèt non reſtituatur in integrum, tamen poteſt inhærere in integrum reſtitutioni petitæ per minorem, cum quo litē habet. obſer. 59.n.1. Quando in integrum reſtituatur.n.4.

*Mala* fides quando dicatur adeſſe. obſer.65. num.11.

*Mandatum* procuratoris in confectione inuentarij, ſufficit, ſi fiat per epiſtolam, non autem per inſtrumentum publicum.obſer. 15.num.24.

*Mantica* fugienti oculo legit *Gozadin.conſ.* 80.obſer.5.n.24.reprehenditur.n.26.

*Manutenri* quis debet in poſſeſſione, lite pendente.obſer.77.n.8.

*D. Marchio Toretti* conſuluit pro validitate teſtamenti Antonij Bonelli. obſer.5.n.15. *Deciſ.5.n.18. in fin.* declaratur, n.28. & ſub num.22.

Eius *deciſio 6.n.27. in fin.* nō aduerſatur *dec. 26.*eiuſdem, vt *ibi* ipſe aduertit.n.37.obſer. 6.n.11. Eius *deciſio 7.* procedit, quia teſtatoris voluntas erat imperfecta, dùm nolebat teſtamentum ſtipulari ea die, & ſic erat præparatio rogandi, obſer.7.n.9. ſecus in caſu relato, ac deciſo ſuprà n.4.



Digitized by Google

*Deciſ.*16. alia deciſione S.C. comprobatur.obſer.16.n.2.

Deciſ.21.n.10.eiuſquè Aſſeclæ declarantur.obſer.21.n.16.& 17.

*Deciſ.*50.explicatur.obſer.50.n.32.

*Deciſ.* 21. quando procedere poſſit. obſer. 96. n.2.3.4.& 5.

*Maritus* promittens curare, & facere, *ità, quòd ſummum poſſe non excuſetur*, quòd vxor renunciet propter dotem habitam, ſi factis diligẽtijs, vſquè ad minas, an teneatur ad intereſſe. obſer.3.n.37. ſic etiã, ſi adſint verba, realitèr, & cum effectu.n.38. ſed ſi mulier renunciet, & aduerſus renunciationem reſtituitur, non tenetur maritus ad intereſſe, n.39. & ità deciſum adducitur.n.40. contrarium.n.41.

Maritus occidendo vxorem, reſtituit dotem, ac perdit donationem propter nuptias, etiam ſi cum cauſa occiderit. obſer.40.n.4. Tenetur ad reſtitutionem dotis, & antephati vxori, ſi illa diſcedat, ſeparato matrimonio quò ad Thorum culpa viri.n.12. contrarium deciſum adducitur.n.13.& 14.

*Maſculinum* concipit fœmininum in cõtractibus, obſer.3. ſub n.2.

*Mater* contrahens matrimonium more Procerum, ac Magnatum, ſuccedit filio ab inteſtato, decedenti in allodialibus, non obſtante Conſuet. Capuanæ, & Nidi. obſer.35.n.28. Contrarium.n.30.& 31.

Mater in defectum patris, vel aui, filiam dotare cogitur. obſer.38.n.7. ſic etiam ad alimenta præſtanda.n.8.

*Medicus* poteſt ægrotum etiam inuitum curare, & repetere expenſas curationis, ac mercedem.obſer.47.n.6.

*Meliorationes* amittit emphyteuta, ſi res emphyteutica fuit declarata deuoluta, ob defectum canonis non ſoluti, eo magis, ſi adſit pactum. obſer. 120.n. 8. intellige de meliorationibus paruis, non autem magnis. n. 9. contrarium.n.10.15.& 16. ſed prima opinio comprobatur. num.11. amplia.num.12.13.14.& 17.

*Mentecaptus* pro mortuo reputatur. obſer.23. num.17.

*Mercator* decoctus, an gaudeat moratoria, Terris depopulatis conceſſa. obſer. 105.n.6.

*Meretrices* vti impudicæ cogitant de quæſtu, & corpora eorum conducunt.obſer.14.n.18.

*D.Praſ.Merlin.cap.23.n.16.cent.2.controuerſ. forenſ.* confutatur. obſer. 89.n. 8. & 9. & d. cent. 2. cap. 44.n.24. cum ſeqq. impugnatur. obſer.94.n.8.

*Militis* vel Nauigantis mors quomodò probetur.obſer.60.n.5.

Milites S.Iacobi, Calatrauæ, & S.Ioannis Hieroſolymitani, Concubinæ donare nequeũt. obſer. 99. ſub n.8. Noſtri temporis Regni Neapol. an gaudeant priuilegijs Militum, & quibus. obſer. 104. n.2.3.4.5.6.7.8.9.& 10. Alij ſunt Equeſtris, vel Pedeſtris militiæ, vulgò, *Soldati Leuantati*, alij Milites grauis armaturæ, nuncupati, *Huomini d'arme*, alij leuis armaturæ, dicti, *Caualli legieri della Sacchetta*, alij Pedeſtres, qui *Soldati del Battaglione*, vocantur.n.2.3.& 4. Noſtri temporis an gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum.n.9.

*Minimum* in dubio non attenditur. obſer. 11. num.2.

*Minor* facilius reſtituitur in integrum, quando à tutore læditur. obſer.27.n.22.& 23. In iudicijs, in integrum reſtituitur, etiam ſi litigauit, abſquè curatore, ſed per procuratorem, ab eo, cum iuramento conſtitutum, de non contraueniendo, ſed ratum habere, &c. n.23. & ità deciſum traditur.n.24.

Minor non poteſt renunciare appellationem in præiudicium maioris collitigantis. obſer. 59.num.3.

Minor, cui factum eſt legatum, conſequendum quando peruenerit ad perfectam ætatem, ſi impetrauerit veniam ætatis, an ſtatim debeatur.obſer.75.n.6. Obtenta ætatis venia non poteſt alienare bona ſtabilia, abſquè Iudicis decreto.ſub num. 10. vide verb. legatum.

Minor an, & quando ad euictionem, per eius Curatorem promiſſam teneatur. obſer. 104. n.1.3.5.6.& 7.

*Monaſterium*, ſi cum licentia Superioris promittat, quòd puella ingreſſa cum promiſſione dotis, à patre facta, renunciet ad beneficium illius omnem partem, portionem, &c. an ſequuto obitu patris, & non facta ſolutione dotis, neque renunciatione, poſſit petere reſtantem quantitatem legitimæ, ad Monialem ſpectantis. obſer.31.n.6.

*Moneta* granorum quinque, ob illius tonſionem, & falſificationem appellatam *Zannetta*, ideoquè illam expendi, fuit per *pragmaticam* prohibitum die 2.Martij 1622. obſer.17.n.1.& obſer.48.n.2.

Monetæ mutatio connumeratur inter caſus fortuitos.n.4.

*Moniales* præferuntur Religioſis maſculis in diſtributione eleemoſynæ legatæ per teſtatorem Religioſis pauperibus. obſer.11.n.8.

*Mora* non committitur, vbi quantitas debita non eſt liquidata. obſer.21.n.7. et ſub n.15.

Mora modica non nocet.obſer.29.n.13.

Moræ purgatio admittitur intra breue tempus, et ſic infrà paucos dies.ibid.

Moræ purgatio conſiſtit in æquitate canonica, & admittitur, re integra, vbi ius partis non eſt factum deterius. obſer.30.n.1.et 2. etiam ſi adſit pactum reſolutionis contractus, et non ſit renunciatum purgationi moræ. n.3. ſecus ſi purgationi moræ ſit renunciatum, num. 4. vel ius partis ſit factum deterius num.5.

Mora

Mora, quando purgari poſſit. n. 7. 8. 9. 10. 12. 15. & 16.

*Moratoria* ſolet à Principe concedi ad tempus debitori effecto non ſoluendo. obſer. 45. n. 1. & quando locum habeat. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. & impedit inſtrumenti liquidationem. n. 12.

Moratoria in ciuilibus, lite pendente impetrari non poteſt, & taliter obtenta non prodeſt obſer. 105. n. 2. intellige, vt n. 5. & non comprehendit caſus exceptos. n. 7. Non iuuat, ſi fuit conceſſa poſt carcerationem. num. 7. & quando proſit debitori neganti debitum. nu. 8.

Moratoria ſolet à Principe debitori effecto non ſoluendo concedi. obſeru. 114. nu. 1. Sic etiam à creditoribus. nu. 4. Vt locum habeat, quæ requirantur, & quos caſus comprehendat. n. 3.

*Mos*, & conſuetudo Regionis in conſtitutione dotis attenditur. obſer. 31. ſub n. 7.

Mos Magnatum, an ſit idem, quod ius commune Romanorum, an verò idem, quod ius Francorum in capitibus non expreſſis in moribus Magnatum. obſeru. 98. num. 9. & 10. & vndè originem habuit. n. 11. & ſeq.

*Mulier* quando in nihilo læditur ex contractu, abſquè ſolemnitatibus geſto, tenetur illum ſeruare. obſer. 8. n. 43.

Mulier cum liberis decedens, de dotibus, & alijs obuenientibus ab agnatis, & cognatis in vltima voluntate non poteſt diſponere, niſi de decima parte, de parato autem à marito donato, & quarta à primo viro lucrata, liberis non exiſtentibus poteſt ad libitum diſponere, ſin autem illis exiſtentibus, aut aſcendentibus, bonorum ſubſidium reſeruare tenetur. obſer. 12. n. 8. idquè procedit, etiam in acquiſitis per eam n. 9.

Mulier à iure ciuili prohibetur ſub certis pœnis intrà annum luctus matrimonium contrahere. obſer. 22. n. 2. non tamen pœnas patitur, ſi ſponſalia tantùm contrahat. n. 3. Nubens intrà annum luctus, non perdit antephatum lucratum ob mortem primi viri. n. 7. de ratione. n. ſeq.

Mulier pro dotis reſtitutione, contrà ſocerum non habet hypothecam vigore *Conſuetud. Neap.* Sed tantùm perſonalem actionem, obſer. 36. n. 6.

Mulier licèt iuuetur Velleiano, quando alienã ſuſcipit obligationem, fallit in cauſa pia, & ſic in obligatione pro medelis viri. obſer. 47. n. 8. & ità deciſum traditur. n. 9.

Mulier quando agere poſſit contrà ſocerum pro reſtitutione dotis, de iure communi. obſer. 64. n. 1. & quãdo de iure Cõſuetudinario Neap. n. 2. Agens pro dotibus mortuo viro, eiuſquè hæreditate iacente, habet alimenta, & expenſas. n. 10. & an habeat retentionem bonorum viri, non reddita ratione tutelæ adminiſtratæ, tàm pro dote. n. 11. quàm pro intereſſe, & antefato. n. 12. 13. & 14. vbi deciſum adducitur, & n. 15.

Mulier, contracto matrimonio, more Procerũ, & Magnatum, tàm circà dotis reſtitutionem, quàm circà modum diſponendi, poteſt ad libitũ de dote diſponere, & in ea ſubſtitutionem facere, relicta tamen filio legitima: obſer. 98. n. 1.

*Mutuans* pecuniam vinculatam pro facienda emptione alicuius rei, ſi per mutuatarium, de conſenſu mutuantis implicetur in aliqua Societate, an habeat obligatum cõſocium mutuatarij, cum quo non contraxit, actione de in rem verſo. obſer. 26. n. 17. & 19. 20. 21. & 22. vbi deciſio adducitur.

N

*Napodani* traditiones pro textu ſeruantur. obſer. 12. n. 10.

*Naufragium* quomodò probetur. obſer. 60. ſub n. 6. & adducitur praxis. n. 7. Eius iudicium eſt ſummarium circà ordinem iudiciarium, & probationes. nu. 6.

*Nauigatio* eſt periculoſa, & quo tempore. obſer. 60. n. 4.

Nauigans præſumitur mortuus, & raro reuerti ſolet. ibid.

Nauigantis, vel Militis mors quomodò probetur. nu. 5.

*Nauium* vſus apud antiquos varius, ac maximus fuit. obſer. 60. n. 1.

Naues bellicæ ſunt tutiſſima præſidia, & Caſtra belli, præſertim Vrbis Venetiarum. n. 3.

*Neapolitanus* habitans in aliqua Terra, ſi ibi deliquerit, non gaudet priuilegio fori. obſeru. 54. num. 11. & ità iudicatum traditur, nu. 12.

Neapolitanus quando trahat, & non trahatur. obſer. 113. n. 5.

Neapolitanus non tenetur ad ſolutionem Bonatenentiæ pro annuis introitibus, ſecùs pro bonis ſtabilibus. obſer. 116. n. 11. & ità iudicatum habetur. n. 12. & 13.

*Nepos* ex filia, quæ dote accepta renunciauit, non poteſt venire ex propria perſona. obſer. 4. n. 1. Contrarium. n. 2. ratio adducitur. n. 3. idquè procedit, tàm in ſucceſſione aſcendẽtium, quàm tranſuerſalium. n. 4. & 6. & ſic iudicatum adducitur in linea tranſuerſali. n. 5. 7. 10. 11. 12. & 13. & etiam, vbi nepos concurrit in pari gradu. num. 8. & traditur deciſio. n. 9. Vt ex filia renunciante ſuccedere non poſſit, cautela adinuenta adducitur, nu. 22. & 23.

Nepos ex filia renunciante, recepta dote, an, & quando poſſit ex propria perſona, mortua matre ad ſucceſſionem venire. obſer. 41. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

Nepos ex fratre, vel ex ſorore præmortua concurrit vnà cum patruo ſuperſtite, vel illo defuncto cum eius filijs in ſucceſ-



Digitized by Google

ceſſione alterius patrui. num. 10. Quid, ſi extet ſtatutum, vel conſuetudo, vt ſoror dotata de bonis patris, excludatur à ſucceſſione fratris, ab inteſtato mortui. n. 11. & ſeqq.

*Nobiles* ſatis affectare debent familiarum conſeruationem, dignitates, & bona, & ratio adducitur, & diuidendo præſumuntur annihilare eorum bona. obſer. 28. n. 10.

*Næmora*, paſcua, & ſimilia ſpectant ad Baronem, ex forma priuilegiorum, ac de conſuetudine. obſer. 93. n. 6. 7. & 8.

*Nomen* debitoris venit in generali obligatione, tam præſens, quàm futurum. obſer. 24. n. 9. & ità deciſum adducitur. n. 10.

Nomen debitoris in dotem aſſignatum, dicitur ceſſum ad commodum dotantis, non viri. obſer. 109. n. 8.

*Nominatus* in officio, non ſuccedit ex propria perſona, ſed cum qualitate hæreditaria. obſer. 26. ſub n. 1. & n. 9. & tenetur conferre pretium hæredi vniuerſali, & creditoribus defuncti. n. 10.

*Non entis* nullæ ſunt qualitates. obſer. 41. ſub n. 5.

*Non vſus* quomodò probetur. obſer. 50. n. 21. 22. 23. & 24.

*Notarius*, quas clauſulas ſupplere poſſit. obſer. 115. n. 11.

*Nouerca*, Priuignam nec alere, nec dotare cōpellitur. obſer. 38. n. 9.

*Nullimtes* licèt proponi debeant intrà certum tempus, tamèn ſi fuerit dictum, *Saluo iure addendi*, poſſunt aliæ proponi, abſquè alio depoſito, poſt dictum tempus præfixum, & ſic iudicatum adducitur. obſer. 36. num. 14.

*Nullum*, & nihil, idem ſunt. obſer. 29. n. 33.

O

OBligatio principalis vbi eſt nulla, corruit etiam fideiuſſoris obligatio ſecùs ſi fideiuſſor ſit obligatus in ſolidum, cū principali, obſer. 19. n. 8. & 9. Principalis quando eſt nulla, erit quoquè nulla obligatio illius, qui in ſolidum cum principale ſe obligauit, n. 10. Fideiuſſoris ſi eſt inſolidum, & principali nomine, non eſt acceſſoria, ideòquè ſublata vna ex duabus obligationibus, inſolidum factis, remanet alia, n. 9. ſed contrarium habetur. n. ſeq.

Obligatio correorum debendi vna, & indiuidua eſt. obſer. 30. n. 31. ſtipulata pœnès acta, habet paratam exequutionem. obſer. 58. n. 15. & an poſſit incuſari poſt lapſum 10. annorum. ibid. & n. 16. & 17.

*Odia* ſunt reſtringenda. obſer. 22. n. 4.

*Officium* à Rege ampliatum ad beneficium, vnius hæredis, per ampliantem nominandi, eſt obnoxium creditoribus, & legatarijs nominantis. obſer. 26. n. 1.

P

PActum de conſeruanda ſucceſſione, Fiſci præiudicium non admittitur de iure Regni. obſer. 8. n. 10.

Pactum conuentum in capitulis matrimonialibus de dote reſtituenda certis perſonis, non poteſt mutari. obſer. 34. n. 9.

Pactum reſtitutionis dotis faciendæ ad dotantem eſt nullum, vbi dos ſoluitur de bonis mulieris. obſer. 53. ſub n. 2. & dos ad hæredes mulieris vadit. ibid.

Pactum exequutiuum ex quibus inducatur. obſer. 58. n. 1. & quomodò practicatur contrà debitorem. n. 2. & eius hæredes. n. 3. Exequutiuum datur, quando non eſt compilatus proceſſus ſuper inualiditate inſtrumenti, cū cautione tamèn de reſtituendo. n. 4. ſecus ſi proceſſus eſt compilatus. n. 5. Exequutiuum triginta annorum ſpatio præſcribitur. n. 8. & ità deciſum adducitur. n. 10.

Pactum conceſſionis ſeruitutis debet concludentèr probari, ac debet eſſe expreſſum, & clarum. obſer. 66. n. 2.

Pactum reſciſſorium non appoſitum, an pro omiſſo habeatur. obſer. 115. n. 8. & n. 9. per 15. Reſciſſorium diuerſimodè apponi ſolet. n. 12. ideòquè pro appoſito non cenſetur. n. 13. ſed vide *D. Mocc in Sylua caſ. forenſ. cap. 25. 26. & 27. ac D. de Marin. lib. 2. reſol. quotid. cap. 163.* à me viſos poſt impreſſionem d. obſer. 115.

*Palea*, vel ligna quando teneri poſſunt in propria domo. obſer. 95. n. 3.

*Paragium* ingreſſarum tantummodò debetur Moniali, etiam, quòd ſit minus legitima. obſer. 31. n. 7. & ſic deciſum affertur, n. 8. intellige, vt n. 9.

Paragium in filia maritata, & in nuptura quātum ſit, & quid, vbi nulla fuit conſtituta dos. obſer. 59. n. 20. deciſio traditur. n. 21.

*Paria* ſunt, non fieri, vel inualidè fieri. obſer. 29. n. 25. itèm, non eſſe, vel eſſe nullum. n. 26. ac etiam, non fieri, vel ità fieri, quod factum non duret. n. 27. de ratione. n. 28. Itèm, non facere, vel in facto non perſeuerare. n. 29. & non fieri, vel non ſortiri effectum. n. 30. & 31. vel non fieri, & inutilitèr fieri, & tandèm non fieri, vel minus legitimè fieri, ſeù alitèr fieri, quàm de iure debet. n. 32.

Parium eadem eſt iuris diſpoſitio, & iudicium. num. 34.

*Parum*, & nihil æquiparantur. obſer. 29. n. 14.

*Pars* pretij debetur, attento valore temporè emptionis, nō autem mortis in feudo nouo. obſer. 59. n. 26. limita, vbi in contrarium aſſiſtat patris voluntas, & ità deciſū traditur. n. 27. Feudi noui non debetur in linea collarali, & ſic iudicatum refertur. obſer. 61. n. 10.

*Paſcua*, Nœmora, &c. vide ver. Nœmora.

*Pater* dotando filiam poteſt apponere pactū, vt illa decedēte ſine filijs, dos ad ipſum reuerta-

Digitized by Google

tatur,obſer,34.nu.3. Non poteſt in præiudicium filiorum, & agnatorum ex interuallo dare licentiam filiæ, vt dotem alienet,quibus eſt acquiſitum ius, ſecundùm *Conſu.Neap.*n.8.Quãdo teneatur ad reſtitutionẽ dotis eius nurus. obſ.36.n.1.& 2.ẽt attenta *Conſuet.Neap.*n.3. Non poteſt in præiudicium legitimæ filiorum declarare, etiam in foro conſcientiæ, quòd omnia eius bona ad alium pertineant,niſi alitèr de veritate declarationis conſtet.nu.11.

*Patris* conſenſus in matrimonio filij,an requiratur expreſſus,vel ſufficiat tacitus, tàm de iure cõi,quàm Conſuetudinario,n.4.& 5.

Pater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur educatione filiatum, quæ eo caſu educari debent in Conſeruatorio,vel Monaſterio. obſer.52,num.13. Secundùm *Conſuetud. Barenſ.* an ſuccedat in tota dote,mortuis filijs,an autẽ in legitima,obſer.55.ſub n.4. Et mater non ſuccedit filio ab inteſtato, qñ matrimonium eſt cõtractum ſecũdùm vſum Capuanæ,& Nidi, & ſic *alla noua manera* obſ.61.n.7.Vel frater,an,& qñ teneatur iterũ dotare filiã,vel ſororem,obſer,109.n.13.

Pater excluditur à ſucceſſione filiorum in bonis maternis,vbi matrimonium eſt contractum, ſecundùm vſum, & Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, cum renunciatione futuræ ſucceſſionis filiorum,obſer.117.nu.2. & 4. Tempore *Afflicti* à dotibus tantùm excludebatur per Conſuetudinem Capuanæ,& Nidi,num.5. Sed poſteà ex ampliori forma renunciationis excluditur ab omnibus bonis. ibid. etiam extradotalibus,nũ.6. & reputatur,ac ſi eſſet mortuus,num.7.nec etiam in legitima ſuccedit,nu.8.

*Patronus* de iure Digeſtorum habebat in bonis liberti morientis, abſquè filijs dimidiam bonorum, obſer.8,num.25. quod intelige,vbi habebat in bonis, vltrà cẽtum, alioquin nihil habebat,nu.26.

*Paupertas* ſola non ſufficit ad obtinendum alimenta, & litis expenſas à conuento, lite pendente,obſer.119.nu.2. Sed illa ſubminiſtrantur hoc caſu à publico,nu.3. & regularitèr probari debet,num.4. intellige,vt nu.5. & 6. Et præſumptio boni iuris requiruntur,vt alimenta,& litis expenſæ debeantur, illiſquè deficientibus non debentur, nu.8. & ità deciſum adducitur,n.9.

*Peccati* in materia, via magis certa,& tutior eſt eligenda, obſer.8.nu.48.

*Pecunia* reſtitui debet debitori, vbi ipſe, & creditor diſcordant in electione cauſæ ſolutionis, obſer.21.ſub nu.2.

Pecunia venit in generali obligatione, etiam ſi ſit data ad cambium,obſer.24.nu.5.& 6. nõ tamen habet locum,ſi ſit mutuata,n.7. de ratione,n.8.

*Periculum* pecuniæ à creditore acceptatæ, cedit damno illius, non autem debitoris, obſer.17.ſub n.10.Et damnum ſuperueniẽs ob decoctionem acceptantis literas cambij, erit ſcribentis,non aũt creditoris, illas recipientis,obſer.20.ſub n.14. Monetæ depoſitæ,ad quem ſpectet,obſer.48. ſub n.3.

*Perſona*,quæ excuſantur,ire ad conficiẽdum inuentarium de perſona, enunciantur. obſer,15. nu.20.

*Petitio* contra vnum ex correis debendi, perpetuat actionem contra alios non citatos. obſer.30. nu.32.

*Petitorium*, quando intentatum dicatur, obſer.101.nu.2.& 3.

*Pœna* impoſita, nè matrimonium contrahatur,non habet locum, ſi ſponſalia tantùm ſint contracta,niſi ſequuta ſit copula carnalis,obſer.22.nu.5. & 6.

Pœnæ ſecundò nubentium, quæ concernunt fauorem filiorum,incorrectæ remanent,nu.9. & ità deciſum adducitur,n.11. quæ verò reſpiciunt aliorũ fauorẽ,ſublatæ ſunt,n.10.

*Portio* hæreditatis non aditæ, an accreſcat per ius accreſcendi ad aliam portionem,vel ad perſonam, obſer.84.nu.9.

*Poſſeſſio* non ſuffragatur, quando ius poſſeſſori reſiſtit, ideoq; nec manutentio eo caſu datur,obſer.23.n.13.Sola ſufficit,ad effectũ manutenendi, ẽt in iuribus incorporalibus, obſer.77. nu.9.& ità deciſum traditur,n.10.

Poſſeſſor conſeruari debet in poſſeſſione,etiã ex titulo nullo,& inualido,n.12. & ſic iudicatum adducitur,n.13. Præſumitur litigare, cauſa differẽdi iudiciũ,vt interim capiat fructus,obſer.5.n.4. Quando conſtituatur in mala fide,obſer.65.n.1.2.5.6.7.& 8. & an teneatur ad fructus pceptos,& futuros, n.3. Malæ fidei nunquàm præſcribit, n. 4. & poſt litem motam incipit eſſe reus,ſub n.8.Bonę fidei non tenetur ad fructuũ reſtitutionem, n.9.dummodò adſit mala fides, n.10.

Poſſeſſor, vel debitor, dubitans de indicata futura moleſtia, quibus modis,& quomodò experiri poſſit de eius iuribus,obſer.89. n.1.2.&15.Nemoris,Paſcuorum,& ſimiliũ ſi non eſt Baro,cogitur,Fiſco inſtante,oſtendere titulum,quo illa poſſidet,obſer.93.n.8.

P*oſſeſſorium* cum petitorio quando cumulari poſſit, obſer.101.nu.1. Quando intentatum dicatur,ſub num.2.& 3.

P*ræambulum* poteſt interponi,ex voluntate teſtatoris,per teſtes probata, obſer.7.nu.4.

P*ræcepta* de ſoluendo vigore pacti exequutiui duo fiunt regularitèr debitori, antequàm expediantur literæ exequutoriales realitèr contra ipſum,vel illius hæredes, obſer.58. n.2.etiam ad inſtantiam ceſſionarij creditoris,n.3.contrarium,nu.11. intellige,vt n.12.

Præcepta ad minus duo fiunt debitori, quòd ſoluat tertias antè ſententiam reſciſſionis contractus, obſer.96. nu.1.



Digitized by Google

*Prælatio* conceditur filiæ in feudo hæreditario, ſub haſta vendito, & ità deciſum adducitur, obſ. 15. n. 25. In feudo hæreditario antiquo paterno per S.C. fuit conceſſa, obſeru. 19. n. 4. Competit agnato in feudo hæreditario mixto, obſer. 57. n. 1. & ità deciſum adducitur, tàm Neap. n. 2. quàm in toto ferè Orbe Terrarum, nu. 3.

*Præſcribens* partem cenſus, eſt tutus etiam in foro conſcientiæ, obſer. 27. n. 10.

*Præſcriptio* in annuis introitibus, ſiuè cēſibus currit à die, qua fuit ceſſatum à ſolutione, obſer. 27. n. 9. & quando non habeat locum, nu. 12. 13. & 21. & debet eſſe 30. annorum, n. 14. vel cum præſcriptione *l. quicunq; C. de apoc. publ. lib.* 10. n. 15. An habeat locum in diuiſione inducenda inter correos inſolidū obligatos, obſer. 112. n. 4. & 5. & an ſeruetur in noſtris Tribunalibus, d. n. 4.

*Præſes* S.R.C. ſuſpectus in iudicando, poteſt cauſam committere, ac ordinare verbum faciendum, obſer. 87. n. 2. Vbi eſt ſuſpectus, ſupplicationes leguntur in Aula Decani S.C. ſub nu. 10.

*Præſūptio* eſt pro poſſeſſione, obſer. 77. n. 11.

*Pragmatica*, vt liget, debet publicari, & in locis, in quibus non eſt publicata, non ſeruatur, & contrauenieus non incidit in pœnam, in illa contentam, & ità deciſum traditur, obſer. 78. nu. 4.

*Pragmatica de ſuſpit. Official.* habent locum in Iudicibus Ordinarijs, non tamen in Cōſultore Regij Capellani Maioris, & Fabricæ D. Petri Regni Neap. obſer. 81. n. 16.

*Pragm. 16. de ordin. iudic.* an procedat, tàm in Reo, quàm in Actore, obſer. 91. n. 2.

*D. Pratus* non habuit notitiam de *Cap. Regn. Emergentibus*, obſer. 8. nu. 17.

*Pretium* non ſuccedit loco rei, neque res pretij in particularibus, neq; in actione hypothecaria, niſi in ſubſidium, obſer. 24. n. 12. & in vniuerſalibus ſimiliter in ſubſidium ſuccedit, n. 13. Quale attēdatur in iure offerēdi, & in venditione pro amplianda Eccleſia, vel Monaſterio, obſer. 42. nu. 6. 8. 9. 14. 15. & 16. vbi deciſiones referuntur. Ex quibus cōſtituatur, & quale iuſtū dicatur, n. 12. & 13.

*Princeps*, dùm vult ſtatuta condere, conuocat Proceres, & Senatores, obſer. 35. n. 2. 5. & 6. Tenetur ſub pœna peccati tollere monetam falſam, & non pōt cudere monetam improbam, niſi in caſu neceſſitatis, obſer. 48. n. 1. Faciendo mentionē de alia lege, quæ in corpore iuris impreſſa non reperitur, vim legis non habet, niſi diſpoſitio relata, ſit in totū certa, & ſpecifica, obſer. 50. n. 7. Videns, & non contradicens, leges nō ſeruari, videtur illas tollere, n. 23. & 27.

Principis humanitas, quid operetur, obſer. 119. nu. 15.

*Priuilegium* iuriſdictionis conceſſum Magno Principi, etiam contra viduas, pupillos, ac miſerabiles perſonas, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, non eiuſdem qualitatis, obſer. 67. n. 1. & quarè, n. 2. 3. 4. & 5. Lite pendente obtētum, non comprehēdit lites præteritas, ſed tantùm futuras, obſer. 305. nu. 3. Maximè, ſi non eſt facta mentio de lite, n. 4.

*Probationes*, quæ incontinenti probari poſſūt, videntur à principio ineſſe, obſer. 29. n. 5.

*Procerum* mentio in iure ciuili tribus in locis fit, obſer. 35. nu. 1.

Proceres antiquitùs erant milites, qui feudatarios habebant, n. 3. & à Baronibus diſtinguebantur, nu. 4. Sunt nobiles non vulgares, nu. 7. & vno gradu à Regibus diſtant, nu. 8. vide ver. Magnates, verb. Barones.

*Proceſſus* nouus compilatur ſuper liquidatione, obſer. 21. ſub nu. 11.

*Procurator*, ſicut non poteſt acceptare decretum, ità nec etiam illud expreſsè renunciare, obſer. 59. n. 8. nec etiam nominationem teſtium, ac appellationem, etiam ſi habeat mandatum cum libera, n. 9. intellige, vt n. 10. Sed deciſio traditur, n. 11. Specialis ad deponendū pro principale requiritur, cum facultate iurandi in animam conſtituentis, & ad ſic, & ſic reſpōdendū ſuper articulis, obſ. 86. n. 8. Specialis in cauſa graui non admittitur ad deponendum pro principali, n. 10.

*Profeſſio* ex cauſa, poteſt differri, & valida erit, ſi emittatur poſt aliquod tempus, obſeru. 29. nu. 16.

Profeſſus in aliqua Religione, intrà quinquennium tenetur proponere nullitates profeſſionis, etiam ſi fuerit Miles Hieroſolymitanus, nu. 19. limita, vbi propter metum non valeret illas proponere, num. 20. & ità deciſum per Sac. Congreg. adducitur, n. 21.

*Prohibitio* alienationis bonorum, vſquè ad annum 25. comprehendit etiam legitimam, & quarè, obſeru. 34. num. 10. ac fieri poteſt, vſq; ad certum tempus, nu. 11. An, & quando comprehendat legitimam, nu. 12. & deciſio adducitur, nu. 14.

*Promiſſio* de renunciando cum iuramento ſufficit, etiam non ſequuta renunciatione, obſeru. 3. n. 31. contrarium, nu. 32. De vendendo, non eſt venditio, eò magis, ſi agitur de re feudali, nu. 33. Accipiendi ad cambium, differt à cambio, n. 36.

Promiſſio facta de ſoluendo, quicquid debere aliquem conſtiterit, non tenet, ſi liquidatio non ſit facta, viuente debitore, obſeru. 21. nu. 20. ratio adducitur, nu. 21. limita, nu. 22.

Promittens vendere, nullo expedito aſſenſu ſuper dicta promiſſione, poteſt etiam reuocare, iuxtà *Conſtit.* incip. *Conſtit. Diuæ memoriæ*, & non tenetur ad intereſſe, obſ. 56. ſub n. 8. & ità iudicatum traditur ſub n. 10.

Promiſſio de vendendo obligat promittētem ad intereſſe, nu. 9. contrarium in re feudali,

& ſic

Digitized by Google

& ſic deciſum adducitur,ſub nu.10.

*Prorex* an teneatur aſſurgere Titulato eum viſitanti.obſeru.35.nu.25.& 26.

Proregi in hoc Regno,& Cardinalibus Romæ Currus ſiſti debet. nu.21.

*Pubes* an,& quando deponere debeat.obſeru. 88.ſub nu.6.

*Pupillus* regulariter educari debet apud matrem.obſeru.52.n.7. limita,vbi mater contraxit ſecundas nuptias,num.8. intellige,vt nu.9.& deciſiones adducuntur. nu.10.& 11.

Pupillus an deponere teneatur. obſer.88.n.2. 3.4.& 6. An, & quādo teneatur ad euictionem promiſſam per eius Tutorem.obſ.104. nu.3.5.6.& 7.

Q

QValitas bonorum an ſit allodialis, vel feudalis,iudicatur per R.C.S.obſeru.93. nu.1. Sed in iudicio ſummariſſimo poſſeſſio cognoſcitur interim per R.C.S.nu.2.

Quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio.obſeru.4.nu.25.

R

RAtificatio principalis requiritur, vbi inuentarium fit per Procuratorem generalem,vel negotiorum geſtorem, ſecus, vbi fit per Procuratorem ſpecialiter conſtitutum. obſeru.15.nu.23.

*Rationes* tutelæ ſemel diſcuſſæ, iterum reuideri non debent. obſeru.13.nu.12.

Rationes adminiſtrationis vſquè ad 30. annos reddendæ ſunt; illo enim tempore elapſo non redduntur.obſeru.113.nu.3.Reddendæ ſunt in loco adminiſtrationis.nu.4.etiam ſi ille,cui reddendæ ſunt, ſit Neapolitanus. nu.5.& ſic deciſum traditur.nu.6.

*Recipiens* rem cum onere ſoluendi aliquid tertio abſenti, remanet obligatus. obſeru.44. nu.2.contrarium.num.6.& 7.ſed limitatur. nu.8.& 9. & ità deciſum traditur. nu.10.

*Reclamatio* interpoſita à ſententia S.C. non determinatur cum ſupplicatione de verbo faciendo loco reclamationis, ſed committitur, & compilatur nouus proceſſus,& ità deciſum adducitur. obſeru.72.nu.10.

*Recuſatio* Iudicis eſt ianua defenſionis.obſer. 81.ſub nu. 1.

*Regens* Reg.Cancellar.ſuſpectus in iudicando, poteſt delegare.obſeru.87.nu.3.

*Regreſſus* non datur aduerſus iura renunciata. obſeru.17. nu.14.

*Releuium* non eſt onus feudi,ſed ipſius feudatarij,eiuſq; ſolutio in diſcuſſione inuentarij non admittitur. obſeru.92.nu.1.eſtq; nomē barbarum. nu.2. & de iure communi incognitum, & ex conſuetudine introductum. num.3.Debetur à primogenito,non ab emptore, etiam, quòd habeat cum pacto de retrouendendo,illudq; exerceatur intrà annum, & diem conceſſum ad denunciandum mortem feudatarij.nu.4.& 5.Non debetur, ſi feudatarius efficiatur Religioſus,vel foris iudicatus.num.6. An debeatur de fructibus illius anni, quo feudatarius moritur, vel vnius anni ex tribus præcedentibus.n.7.& 8.

*Religioſi*, & præſertim Capuccini poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis,abſq; licentiā Superioris. obſeru.10.nu.1.

*Remiſſio* canonis in re emphyteuticā, quando fieri debeat,obſeru.18.nu.1.5.& 6. Non fit, vbi res,tempore ceſſionis erat ſterilis,n.30.

*Renunciatio* vbi reperitur extenſa per Notarium vltrà promiſſa, & conuenta, ex errore præſumitur.obſeru.2.num.5. Promiſſa per vxorem, vel virum,eius nomine in ampla forma, & ad conſilium Sapientis in capitulis matrimonialibus,eſt extendenda quòad bona paterna, materna, fraterna, zierna, & alia,&c.nu.6.rationes adducuntur.n.7.8.9. 10. & 11.& ità deciſum domi per *D.Conſil. de Piccolellis*.nu.14. Fallit,ſi partes intellexiſſent ſolummodò de renunciatione legitimæ,eiuſq; ſupplementi ex verbis promiſſionis,de renunciatione facienda.n.12.& ità deciſum per S.C.n.15.ratio adducitur.n.16. & 21. Eſt ſtricti iuris,& in ea non veniunt, niſi expreſſa; & bonorum paternorum, vel maternorum non extenditur ad bona fraterna.n.17.& 18.

Renunciari non poteſt *l.de his,ff.de tranſact.* n.22.& quarè.n.23.

Renunciatio ſemper intelligitur facta ab inteſtato,quàmuis pactum ſimpliciter loquatur,de non ſuccedendo.obſeru.3.n.30.

Renunciare differt à promiſſione de renunciando.n.31.

Renunciatio habet tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur. obſer.4. nu.3.& 15.intellige,vt procedat,quando filia renunciat ſimpliciter,pro ſe,& hæredibus. n.17.ſecus,vbi renunciat,pro ſe ipſa,& eius filijs,qui ex propria eorū perſonā venirent, quando caſus ſucceſſionis fortè ſuccederet poſt mortem renunciantis.nu.14.18.Eſt intelligenda,de hæreditatibus delatis tempore renunciationis,nōn autem de deferendis poſt mortem renunciantis filijs. num. 15. Matris non obſtat filijs, ex propria perſona venientibus,quando non eſt,de hæreditatibus deuoluendis.n.19.& 21.Sed ſi hæreditatibus prædictis renunciauit, obſtat filijs, ex propria perſona venientibus.n.20.21.& deciſum adducitur.n.26.

Renunciatio à Nouitio cum licentia Ordinarij,vel eius Vicarij, quando fieri debeat.obſeru.29.nu.1.& 2. ac deciſum refertur.nu.3. de ratione.num.4 11.12.13.14.& 15.Facta à Nouitio eſt nulla, ſi profeſſio ſit nulla declarata.num.22.& 23.Facta,intuitu profeſſionis faciendæ,ſi illa non ſequatur,erit nulla,& reuocatur.nu.24.

Renunciari non poteſt beneficio purgandi



Digitized by Google

moram.obſeru.30.num.13.

Renunciatio facta antè Religionis ingreſſum, an ſubiaceat diſpoſitioni *Sacr.Concil.Trid.* *c.16.ſeſſ.15.de reform.* obſeru.31.nu.1.diſtingue, vt nu.2.& 3. Sententiæ debet eſſe expreſſa,non aũt tacita,ad hoc, vt ſuper ſentẽtia fieri poſſit cõpromiſſum. obſer.33.n.25. & 26. Matris habet tacitam conditionem,ſi ei hæreditas ſit delata tempore mortis patris. obſer.41.n.5.

*Repræſentatio* non datur in emphyteuſi Eccleſiaſtica.obſeru.70.nu.6.

*Repudiatio* videtur fundata in præſumpta fraude,obſeru.8.nu.21. Valet,ſed repudiatũ imputatur quoad computationem patrimonij,in beneficium patroni,in caſu *l.liberto, ff.de bon.libert.* n.29. & ratio adducitur, nu. 30. & non admittitur poſt aditam hæreditatem,vel acceptationem legati,num.35. de ratione,nu.36. Admittitur in quærendis, non in quæſitis,d.nu.36.

*Res* empta de pecunia ſocietatis, prævia conuentione,quàmuis ab vno ex ſocijs proprio nomine ematur, debet in ſocietate communicari.obſeru.26.nu.12.intellige,in allodialibus,num.13. non autem in feudalibus, nu.14. & ità deciſum adducitur.n.15.

Res debitoris acquiſita poſt generalem obligationem,venit veluti à principio ſub dicta obligatione.obſeru.34.nu.7.

Res vnaquæquè habet pretium infimum, mediocre,& ſupremum. obſeru.42.nu.11.

Res præſumitur feudalis ex ſolutione releuij, ſed admittit probationem in contrarium. obſeru.93.nu.3. cum diſtinctione.nu.4.contrarium.n.6.& in dubio præſumitur allodialis. ibid.

*Reſoluto* iure venditoris, reſoluitur ius acceptoris.obſeru.23.ſub nu.21.

*Reſtitutio* vniuerſalis vbi agi debeat. obſ.14. n.9.& 10. Capitalis in redemptione annuorũ introituum fit in moneta noua, ad æſtimationem antiquæ, cum deductione tamen quintæ partis,ob mutationem monetæ. obſeru.48.nu.9. vt deciſum adducitur.nu.10. In integrum an competat Confraternitatibus. obſ.95. n.15. & an Collegijs Artificum erectis cum Regis aſſenſu.n.16.& 17.Minori cõceſſa,prodeſt cohæredi maiori. obſer.96. n.13.In integrũ,& appellatio non admittitur à decreto prouiſionis alimentorum, & litis expenſarum.obſ.119.n.24. Seu ſolutio dotis. vide ver.Solutio,ſeu reſtitutio dotis.

*Retentio* pro legitima, an, & quando competat.obſeru.10.num.3.Non datur pro legato. ſub nu.5. Non competit hæredibus contra mulierem petentem dotem,quàmuis ſit debitrix ex cauſa adminiſtrationis.nu.6.et ità deciſum adducitur,tã in reſpectu antephati, quàm intereſſe dotis,nu.7. Sed contrarium ſimilitèr deciſum habetur, quoad antephatum,et intereſſe dotis.nu.8.

*Ricci* homines in Hiſpania antiquitùs, quid faciebant,& quid hodiè agant.obſ.35.n.16.

*Ritus M.C.V.*163.non admittit purgationem moræ,& pcedit in M.C.V.tantũ, ac in cauſis criminalibus.obſ.30.n.14. *M.C.V.*167.loquitur de liquidatione inſtrumenti, non aũt de pacto exequutiuo. obſer.58.n.9.

*Romani* in fabricãdis nauibus maximũ ſtudiũ adhibebant. obſeru.60.n.2.vbi de ratione.

S

*Sacerdotibus* magis creditur, quàm ſecularibus. obſeru.10.nu.2.

*Sapiens* non addit in facto, à partibus non conuenta,nec expreſſa, ſed tantùm in iure, vt contractus cautior reddatur.obſ.2.n.20.

*Scientia* ſpecialis, ac indiuidua contentorum in teſtamento requiritur, vt renunciari poſſit fideicõmiſſum,in eo appoſitũ.obſ.2.n.24.

*Scribæ* à mandatis, ac Cancellariæ Reg. Cancell.cum cauſa, abſquè tamen depoſito ſuſpecti recuſantur, et retinent cauſas, ac emolumenta,licèt per alium actitentur.obſeru.81.nu.18.Sacri Conſil. et M.C.V. ſolo iuramento recuſantur.ibid.

*Scribens* literas cambij,in ſubſidium tenetur, vbi ille, cui erat facienda ſolutio, non fecit diligentias contra acceptantem.obſ.20.n.5.

Scriptura in teſtamento noncupatiuo, et ſi fieri ſoleat,tñ ſit ad euitãdam probationem per teſtes.obſ.7.n.7.Priuata non recognita, non probat.obſ.55.n.1. & an faciat aliquid indiciũ,vel coniecturã.ibid.& vt probetur, requiritur,vt recognoſcatur.n.2. & quomodò probetur.n.4.

Scribens tenetur recognoſcere ſcripturam, ab ipſo ſcriptam.nu.2.

Scripturæ,libri,& inſtrumẽta hæreditatis diuiſæ,penès quẽ hæredũ ſunt cuſtodiẽda. obſ. 28.n.20.diſtingue.n.21.22.23.24. & 25.

*Sententia*,quæ in rem iudicatam tranſiuit,nõ debet reſcindi,propter calculum malè ſummatum.obſeru.13.nu.15.Continẽs errorem calculi, abſq; appellatione eſt reſcindenda. n.16.intellige,vt n.17.In reſciſſione contractus annuorum introituum, quibus verbis, & clauſulis concipiatur. obſer.21. n.11.Deuolutionis præiudicat ẽt creditoribus hypothecarijs.obſ.30.n.19. Lata cõtra principalem debitorem,quãdo noceat fideiuſſori. n.30.Lata cõtra principalem, ſtatim exequi poteſt contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo. obſeru.32.nũ.16. Et è contra ad inſtantiam fideiuſſoris contra principalem debitorem, abſq; nouo proceſſu.nu.17.

Sententia quando poſſit ferri non conformis libello.obſ.38.n.23. Foriudicationis à quo Iudice ſit exequẽda.obſ.74.n.10. Lata contra mortuum eſt nulla ipſo iure.obſ.83.n.1. Sic etiam ſi ſit lata in beneficiũ mortui. n.3. Quomodò ſit proferenda, qñ reus eſt mortuus.

Digitized by Google

tuus.n.2.Eſt nulla reſpectu omnium, quãdo vnus ex actoribus eſt mortuus antè prolationem ſententiæ, ſed compilato proceſſu, & ſic facta concluſione in cauſa.nu.4. de ratione.n.5.contrarium.n.6.Sed prima opinio eſt verior,vt n.7.& 10.& ità deciſum adducitur. n.11. Et concluſio in cauſa an æquiparentur.ſub n.8.

Sententia aſſiſtentiæ, eodem priuilegio, quo exequitur,eodem reuocatur. obſeru.91.n.3. An requiratur,vt alimenta, & litis expenſæ debeantur.obſeru.119.n.10.& 11.

*Separata* ſunt vnum ſub diſpoſitione ex deſtinatione, & vſu patrisfamilias.obſeruat.37. nu.9.& quando nu.10.

*Septuagenarius* pro debito ciuili non carceratur in carceribus, nec eſt exemptus ab onere carcerationis. obſeru.72. nu.5. tamen ei aſſignatur Ciuitas loco carceris,vel detinetur in domo Prætoris. nu.6.& limita.n.ſeq.

*Sequeſtratio*,ac miſſio in poſſeſſionem cumulari poſſunt.obſeru.101.nu.6.

*Sequeſtrũ* in principio litis non fit.obſer.5.n.1. fallit, pendente iudicio petitionis hæreditatis, nu.2.& de ratione,n.3.ideòq; antè litis conteſtationem fieri poteſt,n.5.maximè vrgente ſuſpitione conuenti, concurrente vna ex quatuor circumſtantijs requiſitis,n.5.& vna cauſa ſufficit,nu.6.vel ſi conuentus ſit forenſis, num.8. & ità deciſum refertur, n.9.& 10.Hodiè indiſtinctè fit, & eſt derogatum *l ſi fideiuſſor,§ fin.ff.qui ſatiſd.cogãt.* quamuis conuentus non ſit ſuſpectus, n.11.

Sequeſtrum factum pro eodemmet credito ſuper bonis, in duobus Regnis diuerſi Dominij ſitis ab vnoquoq; Iudice illius,an tolli poſſit per Iudicem vnius Regni, refertur deciſio,quòd conuentus procuret, vt tollatur ſequeſtrum,præſtita cautione per debitorem de ſoluẽdo,quicquid fuerit iudicatũ, & tollitur per ſatiſdationẽ.n. 12. 13. fallit, vbi eſt factum ſuper re hypothecata,& pro exequutione ſẽtẽtiæ,ſiuè rei iudicatæ.n.14.

*Seruitus* non inducitur ex licentia data aperiendi feneſtram, ſed tãtùm actio perſonalis,quæ hæredẽ concedentis non obligat ad ſeruitutẽ.obſ.50.n. 30. Realis acquiri ſolet pacto, vel præſcriptione.obſ.66. n. 1. Realis,quando præſcriptione acquiritur,intelligitur de continua, vel quaſi ſeruitute. n.3. intellige,vt ibi.

*Simulatio*, ſiuè fraus ex quibus arguatur. obſeru.46.nu.3.& 4.

*Sindicus* Monaſterij non poteſt deponere vti principalis pro Monaſterio.obſ.86.ſub n.14

*Socer*, vigore *Conſuet. Neap.* non fit obligatus pro dote filio ſoluta.obſeru.64.n.4.

*Socius* emptor bonorum feudalium, ſuccedit in feudo,ſed tenetur, durãte ſocietate communicare fructus, & illa finita exburſare pretium,ex cõmuni pecunia ſolutũ.obſ. 26. n.14.quod procedit etiam in officijs. n.15. præfertur in venditione rei communis cum Fiſco.obſer.28.ſub n.28.

Socius de iure communi præfertur in venditione rei communis pro eodemmet pretio. obſeru.39.n.1.tantò magis, ſi res non patitur diuiſionem,num.2.ac etiam ſi ſocius ſit etiam conſanguineus.num.3.In hoc Regno ratione congrui præfertur in venditione. nu.4. ac etiam in locatione. nu.5. Limita,ſi ad æmulationem peteret prælationem.n 6. Non poteſt domum communem locare ad alium vſum non deſtinatum,n.7.& ità deciſũ adducitur.n.8. Cũ animalibus captis ad ſocidam,non poteſt paſcua ſumere in territorio, in quo habet ius paſcendi cum animalibus ſuis.obſeru.66.ſub n.8.

*Solemnitas* requiſita in alienatione rerum Eccleſiæ,quæ ſit.obſeru.19.nu.24.

Solemnitates ex curſu 30. annorum præſumuntur,nu.35.

*Soluens* pecuniam per mediũ Bãci vinculatã, ſi nõ obſtãte vinculo appoſito,Bãcum, ſiuè eius Officiales ſoluant illã liberè,nõ obſeruato vinculo creditori,non põt agere cõtrà Bãcũ,niſi in ſubſidiũ.obſ.17.n.11.& ità bis per S.C.iudicatum refertur,n.12.& 13.Suo nomine,non videtur extinguere obligationem debitoris.obſeru.32.num.3.Sic etiam, ſi non eſt obligatus principaliter,ſed tantũ eſt debitor debitoris.nu.6.de ratione.nu.7.

*Solutio*,vel reſtitutio dotis fieri debet ſecundũ ſtatutũ loci,in quo ſolutio,vel reſtitutio fieri debet.obſ.3.n.6.Intelligitur facta à debitore priùs in cauſã tertiarũ,vel intereſſe,vbi nec à debitore, nec à creditore cauſa expreſſa eſt.obſ.21.n.3.amplia etiã ſi intereſſe nõ ſit liquidatũ,ſed certũ ſit,deberi,n.4.Sed cõtrariũ adducitur à n.5.per tot.n.17.vel ſi adſit tãtum calculus,abſq; decreto liquidationis, n.19. Facta in cauſã crediti,intelligitur in grauiorẽ,& ſic dotis,nõ antephati, & ità deciſũ traditur, n.23. In dubio præſumitur facta nomine proprio, quamuis expreſsè ſoluens non dixerit.obſ.32.n.9.Intelligitur facta in cauſam capitalis,vbi tertiæ non ſunt liquidatæ. obſ. 96.n.2. intellige,vt n.3.4.& 5. Spontanea facta per eum, qui metu ſe obligauit,purgat metum,ſi debitum eſt proprium,vel paternum,& ad ſolutionem reſidui tenetur.obſ.104.n.9.

*Soror* maritata,quæ renũciauit,mortuo fratre nõ ſuccedit,ſed tantũ ſoror in capillis exiſtẽs,verũ ſi nõ adſit ſoror in capillis;ſed tãtũ alia ſoror maritata, quæ ſimiliter renũciauit,vel eſſet præmortua, tũc ſoror renũcians, admittitur ad ſucceſſionẽ.obſ.17.n.15. & ità deciſũ adducitur per S.C,nu.16. De iure Regni debet à fratre dotari,ſed nõ dotata,non maſculiatur,ſecùs de iure Conſuetudinario. obſ.59.n.12. & vt maſculiata dica-

Digitized by Google

dicatur,quæ requiratur.n.13.14.& 15.& admittitur ad ſucceſſionẽ paternã,maternã,& collateraliũ.n.16. ac ad medietatẽ bonorũ antiquorum.n. 17. ac etiã contra minores, intellige, vt nu. 18. deciſio adducitur.n.19.

*Sors* regularitèr repeti nõ poteſt, ſed demortua eſſe debet pęnès venditorem annuorũ introituum.obſ.115.n.10.

*Statutum* eſt ſtricti iuris, & exorbitans à iure communi,ideòq; non extenditur,etiam ex maioritate rationis.obſer.41.n.16.

Statuta laicorum regularitèr non ligant perſonas Eccleſiaſticas.obſ.95.n.22.

*Stylus* Notarij probari debet.obſ.2.n.13. Seruandus eſt.obſeru.30.n.6.

*Subſcriptio* teſtis mortui eſt verificanda per comparationem.obſeru.55.nu.8.

*Subſtitutio* efficitur caduca, ſubſtituto præmoriẽte antè cõditionis euẽtũ,& hęreditas non trãſmittitur ad hæredes,nec etiam ad ſuos.obſ 1.n.1.& 2.Siuè grauamẽ per patrẽ impoſitũ filio inſtituto cõprehẽdit etiã legitimã ſi teſtamẽtũ ſit expreſsè approbatũ, quòad grauamen.vel ſubſtitutionẽ.obſ.34. nu.15.& itá deciſum traditur.n.16. Quando ſuſtineatur in vim pacti.obſer.98.nu.2.

*Succumbens* in lite,dicitur cõſtitutus in mala fide.obſ.65 ſub nu.5.Succumbens in exceptione propoſita, cenſetur etiam ſuccumbere in curſu termini.obſer.96.ſub n.14.& itá iudicatum traditur.ibid.

*Summa* minor ineſt maiori.obſer.51.n.7.

*Supplicationes* leguntur in Aula Decani S. C. vbi Præſes eſt ſuſpectus.obſer 87 ſub n.10.

*Suſpecti*,qui allegari poſſint in Ciuitate Neapol.obſer.81.nu. 2. & in Regijs Audientijs Regni.nu.4.

*Suſpitio* quando allegatur, debet præſentari vnà cum depoſito.nu.3.Depoſitum pro pęna ſuſpitionis quantum ſit. ibid. & nu.4. & quibus applicetur.nu.5. Suſpitionum capita ſubſcribi debent, vel ab Aduocato cauſæ,vel à Principale ſub n.5.Suſpitio leuis in viro integerrimo nõ admittitur.obſ.85.ſub n.1.Iudicũ, arbitrio Iudicis admittitur,vel repellitur.n.3. Intrà quot dies proponi debeat.n.6.

T

*TAxatio vitæ*, & militiæ reſpicit fructus feudi,qui sũt allodiales.obſ.33.ſub n.9.

*Tẽpus* modicũ nõ habetur in conſideratione. obſ.29.n.12. Intrà q̃ eſt facta renunciatio, probari debet ab eo,qui ſe fundat in renũciatione.n.35.Et locus ſpolij per actorẽ declarari debet,quando agitur,interdicto vndè vi.n.36.& itá deciſũ traditur.n.37 Secùs ſi agitur remedio *Can. recuperandæ* 3. q. 1. n.39.& itá deciſũ adducitur.n. 40. Modicũ quale dicatur, Iudicis arbitrio remittitur. obſ.30.n.11.Petẽdi prelationẽ cõpetẽs domino cẽſus, eſt duorũ menſiũ à die requiſitionis.obſ.46.n.6.Cõpromiſſi quãdo currere incipiat.n.8 9.10.& 11.vbi deciſio affertur.

*Terminus* mẽſis dari ſolitus per S.C.ad ſoluẽdũ tertias in sẽtẽtia reſciſſionis,à quo tẽpore currat.obſ.21.n.18.Conceſſus minori,eſt cõmunis maiori cũ eo litiganti.obſ.59.n.2. In cauſa datus,non currit, niſi fuerit oblata depoſitio in calce illius, & ſuper articulis præſentatis fuerit facta depoſitio, nec quãdo diſputatur,an admitti debeant articuli. obſeru.86.ſub nu.2.

*Tertia* habẽt eandẽ anterioritatẽ cũ capitale. obſ.16.ſub n.2.Siuè intereſſe,an currãt,pendente dilatione, ſiuè moratoria conceſſa à Principe.obſ.114.n.9.& 11.& an pẽdẽte dilatione cõceſſa à creditoribus.n.10.& d.n.11.

*Tertius* poteſt Iudicem recuſare, ac dicere de nullitate ſententiæ,vel decreti,quãdo immediatè læditur ab ipſo actu, ſed tenetur facere depoſitum pro pęna nullitatum. obſeru. 36.nu.12. & ſic deciſum traditur. num.13. Veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe,poteſt Iudicem recuſare. obſeru.85. ſub n.6. & an ſi veniat ad coadiuuandum principalẽ, vel ad aſſiſtendum pro ſuo intereſſe.nu.7.

*Teſtandi* facultas, vide ver. Facultas teſtandi.

*Teſtamentum* approbans,poterit nihilominùs improbare captatoriã diſpoſitionem.obſ.5. n. 18.Nũcupatiuũ,ſine ſubſcriptione,ſigillo, & ſcriptura fieri poteſt.obſ.7.n.5.In ſcriptis conditũ,ſed per teſtatorẽ per inciſionẽ filorũ apertũ, cauſa accomodandi aliquas res, illiſq; accomodatis repertũ inter eius ſcripturas magis importantes, valet,nõ obſtãte deciſione relata per *Maſtrill.dec.*132.& per *Caſtill.dec.*59.præſertim inter liberos.n.10. & 11. Deciſio relata per *Maſtrill. dec.*132. *& Caſtill.dec.*59. nõ procedit in teſtamẽto inter liberos,ibid.& itá deciſum adducitur, n.12.& nõ probatur per omnes DD.per ipſos adductos, n.13.ac proceſſit ex cõiecturis ibi cõcurrẽtibus,n.14.Teſtamẽtũ nõ dicitur nullũ,vbi teſtator, nullũ inſtituit hæredẽ, ſed omnia eius bona voluit, per Exequutores teſtamenti implicari in Collegio, per ipsũ in vita erecto. obſ.14.n.25.In vita teſtatoris nullas vires habet,ſed tãtũ tẽpore mortis.obſ.23.n.15 ideòq;viuo teſtatore,ſi in ſcriptis ſit conditũ, aperiri nõ poteſt.nu. 16.quod procedit,etiã ſi teſtator,poſteà ſit factus mẽtecaptus.n.17.& itá deciſũ adducitur.n.18. poteſt tamẽ aperiri ad inſtantiã teſtatoris.nõ autẽ hæredis, vel legatariorũ. n.19.A Nouitio factũ, quãdo ſuſtineatur,ſi donationem fecerit,cum clauſula. *ſi profeſſionem emiſerit*.obſeru.118.n.13.

*Teſtator* præſumitur, ſe conformem reddere diſpoſitioni ſtatuti.obſer.3.n.4.

Teſtatoris mens per duos teſtes probari poteſt.obſeru.37.n.11.

*Teſtimonium* quatuor Clericorũ, tantum valet,quãtũ ſex Laicorum. obſ.10.ſub n.2.



Digitized by Google

*Teſtes* tres requiruntur in ſcriptura, ſecundũ *l.ſcripturas,C.qui pot.in pig.hab.* obſer.55. nu.5. & debent eſſe probatæ, atq; integræ opinionis,nu.9.intellige,vt nu.10. Duo requiruntur in recognitione,ſeu verificatione ſcripturæ, iuxtà *d.l.ſcripturas*, quando tertius teſtis eſt præmortuus,nu.6. contrarium,n.7. & ità deciſum adducitur quoad creditores hypothecarios,ſecus quoad chirographarios,nu.12.In recognitione ſcripturæ priuatæ,quando probent,n.13. & ſeq.

*Theologis* magis,quàm *Doctoribus Iuris Cæſarei*,& ſi eminentibus in materia peccati credendum eſt,obſer.8.nu.40.

*Theſauri* iunior, deciſio *lib.4.quæſt.forenſ.* q.34.nu.8.fundatur in diſpoſitione *text.in l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,C.de teſtam*,obſer.7.nu.22.& limitatur,nu.23.

*D.Thoro in compend.dec.par.3.ſect.2.ver.priuilegium conceſſum à Rege* declaratur, obſer.67. num.11. In *compend.deciſ.p.3. ver. beneficium primum* declaratur, obſeru.79. nu.7. *In compend.deciſ.p.3.ſect.3.ver ſolutio literarum cambij,ſeu Banci* confutatur, obſer.111.nu.3.

*Titularis*, qui Titulum emit, non dicitur Titularis, obſer.35.nu.26.

*Titulus* collocari debet ſuper celebri Ciuitate,ac in perſonis de genere, & proſapia Magnatum,ſed hodiè non ſeruatur,n.27.

*Tranſactio* ad incogitata non extenditur, obſer.2.ſub nu.18.

*Tranſmiſſio*, etiam ſi ſit vnita cum iure accreſcendi,ceſſat in deſcendentibus, obſ.1.n.17.

*Trebellianica*, etiam filijs primi gradus prohiberi poteſt,obſer.1.nu.12.& ad inſtar falcidiæ ex bonis alienari prohibitis non detrahitur,nu.13. quia cenſentur prohibiti ex prohibitione alienandi,ibid. Fallit regula prædicta in filijs primi gradus,nu.14. & ſecundùm hanc opinionem iudicatum per S.C.adducitur,nu.15. Ac falcidia prohiberi poſſunt filijs primi gradus,obſ.108.nu.9. intellige,vbi viget conſuetudo,nu.10.ſecus verò, vbi d.conſuetudo non ſeruatur,n.11.

*Tutor*,& omnis,qui adminiſtrauit bona alterius,rationes reddere tenetur,obſer.13.n.1. etiam non requiſitus,nu.2. Quilibet inſolidum adminiſtrare poteſt,nu.3. Limita,ſi ſit datus cum alijs coniunctim, non diuiſim, tunc enim ſolus adminiſtrare nequit,n.4. & hoc caſu non tenetur pro culpis, & defectibus alterius,nu.6. Qui vult,ſe eximere à parte cõtutoris,nõ ſoluẽdo,debet probare, illũ fuiſſe ſoluendo tpe finitæ tutelæ,n.11.

Tutores dati coniunctim,vbi diſcordant, debent adire Iudicem pro determinatione, nu.5. & vbi ſimpliciter dati ſunt, cenſentur conſtituti inſolidum,& diuiſim,n.7.Qui nõ omnes adminiſtrauerunt,tenentur inſolidũ, etiam pro alio,n.9. & ſufficit,quòd ſint ſoluendo tempore finitæ tutelæ, licèt antequã conueniãtur ad reddendũ cõputa per adultum,efficiantur non ſoluendo, nu.10.

Tutor poteſt conſtituere procuratorẽ ad conficiendum inuentarium, obſer.15.n.19. Antequàm adminiſtret,debet inuentariũ conficere,& ſi fuerit legitimus, vel datiuus, debet etiam cautionem præſtare, de vtilibus agendis, obſer.19.nu.13.

Tutoris datio eſt mixti imperij,ideoquè compromitti non poteſt,obſer.33.nu.8.

Tutor an teneatur deponere vti principalis, nomine pupilli, obſer.88.nu.1.2.3. & 4. An poſſit pupillum inſtruere ad ſic,& ſic reſpõdendum,nu.5. Vel Curator,quando de euictione de proprio teneatur,obſer.104.nu.3. 5.6.& 7.Et omnis alius Adminiſtrator,etiã ſi fuerit Frater,librum adminiſtrationis facere tenetur, obſ.113.n.1. ac pariter,ſi non fuerit requiſitus, & de facto, iuris ordine prætermiſſo adminiſtrationem fecerit,nu.2. Curator, & alius Adminiſtrator in ratione adminiſtrationis reddenda,librum computorum, ſcripturas, & alia exhibere tenetur, vſq; ad 30.annos,d.nu.2.& 3.

V

VAriatio actionis quando detur, obſ.120. nu.36.37.38.39.& 40.

*Vaſallus* Baronis citatus ſuper recognitione apocæ Banci in M.C.V. nõ poteſt remitti, niſi prius recognoſcat apocam,& faciat depoſitum,vel ſe in vinculis conſtituat, obſer. 73.n.9.Baronis inquiſitus in Reg.Aud. vel in M.C.V. cum alijs non vaſallis de eodem delicto,non remittitur ad Baronem,obſer. 90.nu.4.& 6.de rationibus,nu.5. Limita in Clerico,nu.7. Tenetur de fructibus feudi Arcem feudalem reparare,ac reficere,alias feudo priuatur, vnà cum meliorationibus, tàm paruis, quàm magnis, ſi eius culpa periret.obſer.120.n.15.& 16. fallit,ſi feudum deuoluatur ob lineam finitam, tunc enim meliorationes magnas recuperat, nu.17.

*Vbertas* futura compenſatur cum præſenti ſterilitate,obſ.18.n.24. eò magis, ſi pro præterito magnas penſiones excedentes longè canonem,emphyteuta percepit,n.26.

*Vendens* licèt non teneatur de euictione, tenetur tamen ad pretij reſtitutionem, etſi adſit pactum,vt non teneatur de euictione, obſer.104.nu.10.

Venditio annuorum introituum venit appellatione alienationis, & facta pro capitale expendendo in reparationem domus Eccleſiæ,abſq; ſolemnitatibus,& aſſenſu Apoſtolico,valet,obſer.19.nu.25.& 26. contrarium,nu.27.& 28. A quercu ad oliuam non includit quercum, obſ.49.nu.10.

Venditor, non habita fide de pretio, retinet dominium rei venditæ, obſ.20. n.4.

*Verbum*, *Cautum*, quomodò intelligatur,obſer.

Digitized by Google

ſeru.71.nu.7.*Credo*,vel *non credo*,quid importet.obſeru.86.ſub nu.1. Vniuerſale,ſcilicèt,*Omnis*,vel *qualitercunquè*,omnia comprehendit.obſeru.37.nu.8. *Quomodocunq;* quid comprehendat.obſeru.37.nu.7. *Videtur*, & aduerbium, *benè*, quid importent. obſeru.107.nu.10.*Volendo*,denotat voluntatis arbitrium. obſeru.52.nu.2.

Verba,*A tempo del ſuo maritagio*, in legato appoſita, non inducunt conditionem. obſeru.107.num.5. *Cum omnibus iuribus ſpectantibus,&c.* quid importent. obſeru.37. nu.6.

*Veſtes* lugubres, ac lectus vidualis debentur viduæ,de generali conſuetudine.obſeru.94. nu.1.& an ab hæredibus viri in feudalibus, vel in allodialibus.num.3.Debentur,donec vidualitèr vixerit.nu.4. vbi ità deciſum adducitur. Vide ver.Vidua. ver.Legatum mobilium.

*Via* magis certa,& tutior eſt eligenda in materia peccati. obſeru.8.nu.48.

*Vicinus* non poteſt in muro communi feneſtram aperire.obſeru.66.num.4.intellige,vt ibi. Quando prohibere poſſit furnum, vel tabernam propter fumum.obſeru.95.num. 7.8.& 9.

*Vidua* debet habere veſtes lugubres, ac lectum vidualem,etiam ſi de propria pecunia illa fecerit. obſeru.94.nu.2. ac duplices veſtes, & lectum, ſcilicèt æſtiuas,& hyemales.n.5. Vide ver. Veſtes lugubres. ver. Legatum mobilium. Non habet obligata bona eius viri pro pecunia exacta per dotantem à nomine debitoris in dotem aſſignato; quamuis illa ſit conuerſa in emptionem annuorum introituum cum d.viro, in beneficium tamen dotantis,nulla facta mentione,quòd erat pecunia dotalis.obſeru.109.nu.1.

*Vino* legato debetur etiam dolium. obſeru. 11.nu.24.intellige,vt ibi.

*Violentia* actualis requiritur in conceſſione Conſeruatoriorum, vigore *Capitulorum Regni*. ideòquè ceſſante violentia, ceſſant *Capitula Regni*.obſeru.69.nu.9.& ità deciſum adducitur. num.11. Sed ſi timor adſit violentiæ futuræ,adhùc Conſeruatoria côceduntur.nu.12.

*Virgo* patrem habens, an gaudeat priuilegio electionis fori.obſeru.54.nu.5. Patre orbata,ſi facta fori electione in cauſa ciuili,lite non conteſtata virum duxerit, ea non gaudet.nu.6.Secus in cauſa criminali.nu.7.Habet fori electionem, ſi agat pro ſtupro. n.8. ac etiam variationem.nu.9. vbi ità deciſum adducitur.

*Vita,& militia* non debetur filio tertiogenito per ſecundogenitum, qui ſucceſſit primogenito,& ità iudicatum aſſertur.obſeru. 59.n.24.

*Vltima* diſpoſitio non poteſt dependere ab alieno arbitrio. obſeru.5.nu.16.

*Vnio* ex deſcriptione in libro Theſaurarij inducitur. obſeru.37.ſub nu.10.

*Vocatio* ſucceſſiua fœminarum quãdo locum habeat. obſeru.103.nu.5.

*Voluntas* teſtatoris per teſtes probari poteſt. obſeru.7.nu.6.& 8. Hominis cognoſcitur, vel verbis,vel facto.obſeru.13.ſub num.22. Vel verbis,vel factis declarari poteſt.obſer. 84.nu.7.

*Vſura* centeſima hodiè non exigitur, ſed eius loco ſoluitur intereſſe, iuxtà damnum, vel lucrum ceſſans.obſeru.100.nu.5.& 6.

*Vſus* conceſſus,intelligitur,quòad neceſſaria, & quotidiana. obſeru.66.nu.12.

Vſum plenum Villæ, vel Fundi habens,non poteſt vti pomis, oleribus, & floribus ad compendium,ideſt ad lucrum.ibid.

*Vulnerans* cum armis prohibitis,an puniatur de duobus delictis,& ſic de aſportatione armorum,& de vulnere, an verò de vno tãtùm delicto. obſer.78.nu.2.

*Vxor* hæres inſtituta à viro inſimul cum filijs pro æquali parte, & portione, non habet partem hæreditatis in proprietate, & vſufructu, ſed ſolùm alimenta,eius vita durante,iuxtà Conſuet.Bulgari,per totam Italiã obſeruatam.obſeru.5.nu.22.Sed contrariũ, quòd habeat partem hæreditatis in proprietate,& vſufructu,nu.23.& 31.& ità deciſum adducitur,n.33. Si ſit inſtituta hæres vniuerſalis,quoùſq; vixerit,& vitam vidualem ſeruauerit,ſi in eodem teſtamento in fine idem teſtator nepotes generalitèr, ac ſimplicitèr heredes inſtituerit,tunc habebit tantùm vſumfructum, & nepotes proprietatem, ſtantibus coniecturis,ex teſtamento naſcentibus.n.25.Inſtituta hæres à marito, ſua vita durante,ac relicta domina,& vſufructuaria,durante lecto viduali,ſi poſtmodùm maritus inſtituit filios hæredes, vnà cũ dicta eius vxore, ſua vita durante, non habebit partem in proprietate, & vſufructu hæreditatis, ſed tantùm alimenta,ſtantibus filijs.nu.30.

Vxor dicitur perſona extranea.obſeru.7.num. 16.Aſſecurari debet pro eius dotibus,& antephato,viro ad inopiam vergente. obſeru. 42.nu.1. Tenetur recognoſcere ſcripturam mariti,ſic etiam dominus ſcripturam ſui Inſtitoris, & hæres ſcripturam defuncti.obſeru.55.ſub nu.2.Relicta domina,& vſufructuaria,quando habeat alimenta, & quando vſumfructum.obſeru.94.nu.10.11.12.& 13. vbi deciſiones adducuntur.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google